John Quincy Adams.

John Adams
Library,

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No.
Adams
21.6

PHILOSTRATORVM
QVAE SVPERSVNT OMNIA.

ΤΑ ΤΩΝ

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΩΝ

ΛΕΙΠΟΜΕΝΑ ΑΠΑΝΤΑ.

PHILOSTRATORVM

QVAE SVPERSVNT OMNIA

VITA APOLLONII LIBRIS VIII

VITAE SOPHISTARVM LIBRIS II HEROICA

IMAGINES PRIORES ATQVE POSTERIORES

ET EPISTOLAE

ACCESSERE

APOLLONII TYANENSIS EPISTOLAE

EVSEBII LIBER ADVERSVS HIEROCLEM

CALLISTRATI DESCRIPT. STATVARVM

OMNIA

EX MSS. CODD. RECENSVIT NOTIS PERPETVIS ILLVSTRAVIT

VERSIONEM TOTAM FERE NOVAM FECIT

GOTTFRIDVS OLEARIVS.



LIPSIAE

APVD THOMAM FRITSCH

AN. M DCC IX.

Dupl. * 4190.5

** Adams
21.6

SERENISSIMO PRINCIPI

FRIDERICO AVGVSTO

PRINCIPI REGIO

DVCI SAXONIAE ATQVE ELECTORATVS SAXONICI ET REL.

HEREDI

PRINCIPI IVVENTVTIS

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

GOTTFRIDVS OLEARIVS.

COnſpectum Tuum, SERENISSIME PRINCEPS, ſubeo, verecunde quidem, non ſine fiducia tamen, confirmante animum meum

meum indole illa Tua excelsa, & inflammato audiendi & discendi studio, quo, captum aetatis excedens, arripis quicquid est praeclarae doctrinae, quae Principem decere, populisque fausto felicitatis omini esse queat. Accedit summa in bonarum litterarum professores propensio, in quorum Republica obitum magistratum, teneris adhuc annis tyrocinium esse quasi gratiae Tuae voluisti. Neque cum primae aetatis crepundiis, quicquid eius, siue affectus, siue studii est, posuisti, sed magno animo foues diuinitus accensum ardorem, iamque in eo es, vt Tuis rursum auspiciis nouum PHILYREAE quoque Tuae, vt antea LEVCORIDI factum, induas splendorem. Tantum enim abest, vt maiores illos spiritus, qui aetate magis magisque confirmatum pectus assidue agitant, litterarum dedecere existimes curam, vt ab hac potius vires eos & incrementa indies accipere sentias. Neque adeo nuper porrecta TIBI manu REGIA, SERENISSIMI COGNATI Tui, Ordinis, in Europa vniuersa spectatissimi, insignia, ampliſſimum iam exerentis sese in TE Heroicae virtutis, quam a Maioribus Tuis traxisti, testimonium, a pristino illo litterarum amore TE reuocauere: quas post ingenita corporis & animi ornamenta, quae in TE cumulatissime natura congessit, & castissimam disciplinam, praecipuo TIBI ad tantum honorem promerendum adiumento fuisse laetaris. Hoc nempe iter ad gloriam &

immor-

immortalitatem, vt alia magna, quae hiſtoria TIBI ſuggerit, nomina nunc taceam, tot illuſtriſſima inter Maiores Tuos exempla, FRIDERICI, MAVRITII, AVGVSTI, monſtrarunt TIBI, inque eo aeterna TIBI gloria praefulſerunt. Quorum indulgentia ſumma, & plane regia munificentia, vt primum in hiſce oris, atque hac Academia maxime, emicuit, vt ſplendoris incrementa cepit, rei litterariae lumen; ita MAGNI PARENTIS Tui gratia in hunc vſque diem conſeruatum coruſcat, maioraque indies augmenta expectat. Hoc tempore inprimis, quo laetiſſima illam Muſarum ſedem ſpes tenet, fore, vt tertia eius dies Secularis Tuis auſpiciis celebretur, Tuiſque vt faſcibus auſpicatam reddas quartam, quam iam exorditur, aetatem. Quae omnia dum mecum expendo, qui ab annis aliquot, quas ab humanitate appellare ſolent, litteras, POTENTISSIMI PARENTIS Tui iuſſu, in eadem Academia docui, animos capeſſo, TIBI vt offerre audeam opus, quod eius temporis curae pepererunt. Neque enim PRINCEPS IVVENTVTIS virorum grauium & ſapientum ſermonibus, quales hoc libro frequentes continentur, offenderis, neque eorum aegre ferre conſpectum ſoles. Quin potius VESPASIANORVM, NERVAE, TRAIANI, ANTONINORVM, & reliquorum, qui inter Principes Romanos virtutis & rerum

geſta-

geſtarum gloria maxime celebrantur, exemplis, heic propoſitis, partim a voluptatum & adulatorum delinimentis per hoſce ſapientiae conſultos ad recti ſtudium invitari TE geſtis, partim ad fouendos eos ornandoſque hac quoque aetate TE accendi lubentiſſime pateris. Quibus virtutibus Tuis cum indefeſſo ſtudio iungas omnium eorum ſcientiam, quae aut ad publicam rem pacis artibus fundandam, vt rerum omnium ad beate vivendum affluentia floreat; aut ad virtutem & diſciplinam bellicam tuendam, vt omnis vis & iniuria populorum arceatur; aut, quod primo loco dicendum erat, ad rectos de cultu diuino ſenſus animo complectendos, ſine quibus nulla reipublicae ſolida felicitas conſiſtere poteſt, pertinent; atque iſtis non minus, quam natalium ſplendore, & fortunae muneribus iam exſplendeſcas; quae non ſit omnium de TE expectatio? Quid non de matura magis aetate Tua ſperent ciues Tui, vicini ominentur, metuant hoſtes? Deum ego immortalem precor, vt oſtenſas in TE orbi, & SAXONIAE inprimis Tuae, ſpes impleat; vt aſſeras religionem, ornes ſapientiae ſtudia, iuſtitiam firmes, & pace & armis floreas, vtque Principum nullus in maximae virtutis & gloriae curſu Te praecurrat. Scribebam Lipſiae die XII Kalend. April Anno Academiae ſeculari tertio.

LECTO-

LECTORI

ACcipe tandem, amice Lector, curis noſtris expolita *Philoſtratorum* opera, paulo tardius quidem, quam propoſitum nobis fuit. Non noſtra tamen ea culpa eſt, qui, quicquid eſt operae illius, ante triennium fere abſoluera-mus; ſed fatorum patriae, aliorumque, quae paſſim nobis ſeſe obiecerunt, impedimentorum. Hic tamen etiam valeat illud: *ſat cito, ſi ſat bene.* Quamuis ad id, vt melius atque emendatius hoc opus prodiret, parum illa mora contulerit, nobis ab eo tempore aliis negotiis curiſque impeditis. Maxime poſtquam aliquo abhinc temporeab iſtis penitus auocati ſtudiis, (quae muneris olim publici ratio a nobis, Graecas & Latinas litteras in patria Academia docentibus, poſtulabat,) ſanctioribus curis nos addiximus totos, vt vix reſpicere ad iſtum laborem, nobis antea exantlatum, licuerit. Perpetuiſque fortaſſis ille, ſi per nos ſtetiſſet, damnandus tenebris erat, niſi dimidiam iam tum partem typographorum operae abſoluiſſent. Parum interea a proiectitii foetus fortuna iſtius noſtri fata diſtant, minime ei poenitenda, ſi, quod expoſititiis haut raro euenit, tollatur ab iis, qui a proprio deſtitutum quod videant parente, hoc magis benigno affectu fouendum eſſe arbitrentur atque amplectendum. Id ſaltem poſtremi officii ei a nobis deberi ſentimus, vt crepundia quaſi addamus, vnde agnoſci queat. Hoc eſt, vt praefationem pro more praemittamus, cui & de *autoribus*, quorum ſcripta huius voluminis potiorem partem abſoluunt, *Philoſtratis*, olim a nobis in ſchedam coniecta inſeramus: tum de *editionibus*, quae noſtram iſtam praeceſſerunt, & denique de *laboris* quondam ſuſcepti ratione & ad eum ſubſidiis, quantum per memoriam licet, nonnihil ediſſeramus. De *ſingulis* enim *ſcriptis*, volumine hoc toto comprehenſis, eorundemque indole, ac obſeruationibus variis, ad eadem pertinentibus, iam nihil duximus eſſe addendum. Quin potius ea, ne nimis excreſceret huius *prooemii* moles, digerere *praefationibus*, quae ſingulis illis praemiſſae leguntur, iampridem nobis fuit inſtitutum.

Et ad *autores* quidem horum ſcriptorum quod attinet, diuerſas plane, imo contrarias, de iis ſententias viri docti, *Ioannes Ionſius* imprimis, *Ioannes Meurſius*, & *Nanus Tillemontius*, dixerunt; quorum integras διατρίβας de eo argumento poſt iſtam praefationem optima fide exhibemus. Nihil impedit tamen, quo minus & nos, qui ſcripta iſta aliquoties haut indiligenter peruolvimus, rem illam denuo ad examen reuocemus; id ſaltem lucis, quod nobis ex iterata lectione eorum affulſit, (quod multum fore *N. Tillemontius* ſperauerat, quantillum ſit, eruditorum iudicium erit,) cum Lectoribus noſtris communicaturi.

Suidam vero ducem in iſtis nebulis vnicum viri doctiſſimi habuere omnes; a quo tamen paulo poſt audacter nimis eos recedere videas. Sane viro harum litterarum doctiſſimo, *Io. Meurſio*, in eo lubens aſſentior, aegre conciliari poſſe, quod *primum Philoſtratum*, Veri filium, patrem Suidas *ſecundi* faciat, quem Apollonii Tyanenſis ait vitam ſcripſiſſe, & Heroica, prioreſque imagines, vt & διαλέξεις, quas, vt obiter id obſeruem, ipſe quoque a ſe ſcriptas teſtatur in vita Apollonii lib. VI, c. XXXV, cum aliis quibuſdam hodie non obuiis: & quod *patrem* tamen ſub Nerone, *filium* Seueri aeuo, ad Philippum vſque, floruiſſe dicat; quae ſi valeant rationes, duo iſti, *Pater* & *filius*,

duo fere compleuiſſe ſecula oportet. Haec, inquam, non bene ſatis cohaerere mihi quoque videntur. At de eo mihi dubitare liceat, an erroris ſatis manifeſte reum *Suidam* teneat *Meurſius*, quando ex praefatione *Iconum poſteriorum*, harum autorem *alterius* Philoſtrati, μητροπάτορος ſui, cuius exemplo *imagines* ſcripſerit & ipſe, meminiſſe docet. Atque *iuniorem* illum *imaginum ſcriptorem*, eundem cum *autore vitae Apollonii* putat, cuius μητροπάτωρ, h.e. auus maternus fuerit ille, qui Neronis aeuo *Suidae* floruiſſe dicitur, & cuius exemplo imagines poſterior ſcripſiſſe ſe dicat. Sane enim durum id mihi videtur, quod nullo nixus argumento, *priori* Philoſtrato *imagines* tribuat *Meurſius*, quas nullas ei *Suidas* adſcripſit, qui *ſecundum* & *tertium* Philoſtratum, Neruiani filium, *Imaginum* facit autores; quodque ſola hypotheſi ductus idem vir doctus, nullo rurſus argumento, eum, qui μητροπάτορος exemplo ſe *imagines* ſcripſiſſe dicit, eundem cum *vitae Apollonii ſcriptore* eſſe cenſeat.

Quid, ſi igitur *Suidae* emendatione leuicula, & diſtinctione aliter inſtituta, ſubuenire ſtatuamus? Sane omnis diſparebit difficultas, ſi, quae de *priore Philoſtrato* habet, ita legas & diſtinguas: Φιλόστρατος ὁ πρῶτος, Λήμνιος, υἱὸς Βήρῳ, πατὴρ δὲ τῷ δευτέρῳ Φιλοστράτῳ, σοφιστὴς καὶ αὐτὸς, σοφιεύσας ἐν Ἀθήναις, ἐπὶ Νέρωνα ἔγραψε, λόγους πανηγυρικοὺς πλείστους &c. Nempe in vulgatis pro eo, quod nos legimus Νέρωνα, legebatur Νέρωνος, quam phraſin luculenter magis explicaturus nonnemo γεγονὼς addidit. Ἐπὶ Νέρωνα γράφειν idem, quod ἐς Νέρωνα γράφειν. Vnde etiam ἐπιγραφὴ dictus *libellus accuſationis* & ἐπιγράφειν *accuſare* h. e. ἐπί τινα γράφειν. Suidam hoc ſibi voluiſſe putem: *PHILOSTRATVM PRIMVM, Lemnium, filium Veri, patrem vero extitiſſe PHILOSTRATI SECVNDI, eumque & ipſum Sophiſtam fuiſſe, atque Athenis docuiſſe, ſcripſiſſe contra Neronem, orationes item Panegyricas, multas orationes Eleuſiniacas* &c. Nempe ita Nero ſequente etiam aeuo perinde ac alii tyranni Sophiſtis dicendi materiam praebebat. Argumento ſunt, quae in *Nerone*, qui Luciano vulgo tribuitur, legimus, diu poſt Neronis exceſſum conſignata. Simili modo Seneca poſt Claudii exceſſum, & Aelianus poſt fata Γυννίδος h. e. Elagabali, vt eſt in Philoſtrati vitis, ſtylum contra eos ſtrinxerunt. Ex illis vero, quae in Neronem ſcripſit Philoſtratus, peculiarem paulo poſt mentionem Νέρωνος Θεαῖς Suidas facit, vt recte iſta coniungenda eſſe, iampridem Meurſius obſeruauit, id quod noſtram ſententiam haut parum confirmat. Sic nihil plane in iſtis verbis de aetate *primi Philoſtrati* haberi ſtatuendum erit. Imo plane diuerſa de huius aetate in ſequentibus prodere videtur Suidas, vbi *contra Antipatrum eum* ſcripſiſſe ait. *Contra Antipatrum* inquam, quem alium quaerere, quam eum, quem filius *ſecundus Philoſtratus* audiuit iuuenis, *primique* adeo *Philoſtrati* aequalem, & cuius vitam inter ceteros Sophiſtas *ſecundus Philoſtratus* deſcripſit, rem infelicis eſſe putem laboris. *Antipater* autem cuius *ſecundus Philoſtratus* extitit auditor, vſque ad Seueri aetatem floruit, cuius filiis, Getae & Caracallae, inſtituendis praefuit, vt proxime ad iſta tempora *primum Philoſtratum* acceſſiſſe oporteat. Sed illis lux vberior quaerenda ex his, quae paulo poſt de vitis Sophiſtarum earumque autore diſſeremus.

Iſta ſi admittantur, ex *Apollonianae vitae autore* non opus eſt *Nepotem* cum Meurſio facere *Philoſtrati prioris*, quem *filium* eius dicit *Suidas*, eorum, quos ipſe nouit, *ſecundum*; non opus eſt, contra eiuſdem fidem, abſque omni

alia

alia autoritate, *primo* illi *Philoſtrato* Imagines tribuere priores, contra *tertio Philoſtrato*, Neruiani filio, imagines poſteriores, a Suida ipſi vendicatas, ire ereptum, vt *ſecundo Philoſtrato* tribuantur. Verum aliud dubium hic occurrit, nobis, antequam longius procedamus, ſubmouendum. Nempe imagines poſteriores *Philoſtrato tertio*, Neruiani filio, tribuuntur a *Suida*. Neruianum vero idem Suidas *ſecundi Philoſtrati* ἀδελφόπαιδα dicit, adeoque *tertius Philoſtratus* erit *ſecundi* ex fratre vel ſorore pronepos. At ea ſi admittantur, obſcurum videbitur, cur idem *Imaginum poſteriorum Autor*, *Imaginum priorum ſcriptorem*, qui iuxta Suidam eſt *ſecundus Philoſtratus*, vitae Apollonii conſarcinator, μητροπάτορα vocet? Hic itaque ante omnia puto veriſſime ſuſpicatum *Meurſium* eſſe, quamuis alia omnia animo agentem, apud *Suidam* legendum eſſe: Φιλόστρατος Νερβιανῦ, ἀδελφόπαις Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου, non, vt in editis eſt, ἀδελφόπαιδος τοῦ δευτέρου. Philoſtratum autem ipſum, vbi in prooemio operis ait, μητροπάτορι ſuo ſimile conditum fuiſſe opus, Atticam haut dubie adhibuiſſe cenſeo vocem, qui ſit Atticiſmi ad affectationem vſque ſtudioſus, atque adeo pro eo, quod in editis eſt, μητροπάτορι, ſcripſiſſe, μητρωΐᾳ vel μητρῴᾳ. Eam vocem, ambigui ſenſus, gloſſator in margine μητροπάτορι interpretatus eſt, eaque ſenſim, vt fieri ſolet, textum occupauit. Eſt autem dubii, vt dixi, ſenſus, vox μητρῴης vel μητρωΐης. Nam Euripides, vt apud Pollucem eſt lib. III. c. II. p. 132, ea voce μητρὸς πατέρα appellauit, ſiue μητροπάτορα, quem ſenſum gloſſator Philoſtrati arripuit: at alias μητρωΐαι ſignificant eos, quos μητραδελφοὺς vulgo vocant, h. e. *auunculos*. Heſychius: μητρωΐαι καὶ μήτρωνες μητρὸς ἀδελφοί. Atque eo ſenſu vocem accepit *Suidas*, qui *Philoſtratum*, *poſteriorum imaginum autorem*; in illa Sophiſtarum eiuſdem gentis διαδοχῇ, *tertium*, ἀδελφόπαιδα h. e. *ſororis filium* eſſe dicit *ſecundi*. Imo, quid ſi dicas, pariter ac μητρῴα vocem, μητροπάτορα quoque notare *auunculum* poſſe? qui ſcilicet *Patris* loco ſit in materno genere, vt notum I. C. Sed cum eius acceptionis exempla deſiderem, nihil hic nimis audacter definiam.

Iam quantum ad dubium inprimis opus *ſecundi* huius *Philoſtrati*, vitae Apollonii autoris, illud *Sophiſtarum* ſunt *vitae*, quas poſtquam diſerte ei tribuiſſet *Suidas*, eſſe tamen, poſtea addit, nonnullos, qui *tertio Philoſtrato*, Nervianidae, illud tribuant. Vnde non *Voſſius* tantum *Meurſiuſque*, ſed *Ionſius* etiam & *Tillemontius*, aliique, diuerſos fecere *vitae Apollonii* & *vitarum Sophiſtarum* ſcriptores. Eius tamen rei argumenta luculenta deſidero, contra mihi eſſe puto, quae aliud haut obſcure perſuadeant. Videamus primo, quid habeant viri docti, quo ſuam ſententiam eant ſtabilitum. *Meurſius* primo *Suidae* adducit autoritatem, qui tamen non approbat hanc ſententiam, quae *tertio Philoſtrato* vitas tribuit, ſed tantum τίνας paucos quoſdam eam amplecti refert. Verum, inquit *Meurſius*, rectum eorum eſt iudicium; nam *ſecundi* illius *Philoſtrati* itentidem in hoc opere fit mentio. Loca omnia, quibus hoc factum putare *Meurſius* poſſit, producam; nam id ipſe quidem facere praetermiſit. Primo igitur *Hippodromum* narrat, in *vita* eius Φιλοστράτῳ τῷ Λημνίῳ, γνωρίμῳ μὲν ἑαυτοῦ ὄντι, δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονότι, ἀναρριπτοῦντί τινα αὐτοσχέδιον [ἐν Ολυμπίᾳ,] πλεῖστα μὲν ἐνδεδωκέναι τῇ τέχνῃ τῶν ἐπαίνων. Rurſum in *Philiſco* eundem *Philoſtratum*, XXIV annos natum, a Caracalla Imperatore ἀτέλειαν h. e. *a muneribus publicis immunitatem* obtinuiſſe ait, quam *Philiſcus*, Imperatori inuiſus, aliquanto ante amiſerat.

In *Aeliano* huic ab eodem *Philoſtrato* exprobratum narrat, quod γυννίδος κατηγορίαν h. e. *Inuectiuam in Elagabalum*, poſt exceſſum demum huius monſtri ſcripſerit. Denique cum *Aſpaſio* controuerſiam *ei* interceſſiſſe ait, litteraſque de modo epiſtolas concinnandi, ab eo ſcriptas, aduerſus *Aſpaſium* directas eſſe. Verum quis *Meurſio* indicauit aruſpex, ad *vitae Apollonii autorem* iſta loca ſpectare? Certe infeliciter ille, quicunque fuerit, coniectaſſe mihi videtur. Attende enim ſi placet: *Philoſtratus* ad quem ſpectantia in vitis Philoſophorum loca hucuſque produximus, XXIV annos natus fuit ſub Caracalla. Olympiae vero ex tempore dixit iuuenis XXII annorum, adeoque biennio ante. Caracalla ad imperium peruenit menſe Februar. Ann Chr. CCXI. Pone, eo ſtatim anno Philoſtratum ἀτέλειαν ab eo accepiſſe; fuerit igitur, neceſſe eſt, duobus ante Seueri exceſſum annis XXII annorum iuuenis. Eane vero dicemus aetate tam Imperatrici Iuliae fuiſſe ſpectatum, vt τῆς περὶ αὐτὸν κύκλῳ particeps haberetur? imo ſcribendi ampliſſimi & profundae philoſophiae doctrinis refertiſſimi operis ſpartam ab ea φιλοσόφῳ ſibi impoſitam vt acciperet? Num iuueni, qui ab Hippodromo in τέχνῃ ἐπαίνων, ὧν τε εἰπεῖν ἔδει καὶ μὴ, inſtrui opus habebat, ille honos fuiſſet habitus? id muneris datum eſſet? Nempe a Iulia, viuente Seuero, id demandatum negotii fuiſſe Philoſtrato, vt vitam Apollonii ſcriberet, certum eſt: nam βασιλὶς expreſſe tum fuiſſe dicitur vita Apollon. lib. I. c. 3, quo titulo non amplius honoratur poſt fata Seueri ap. Philoſtr. *Philiſco* c. 1. Praeterea obſervandum, perquam improbabile eſſe, quod primo ſtatim Imperii Caracallae anno Philoſtrato haec gratia ἀτελείας ſit facta. Imo, quo minus ita eſſe mihi perſuadeam, haut vna eſt cauſa. Nempe cum Seuerus, pater Caracallae, moreretur, quod factum d. 4 Februar. A. C. CCXI. in Britannia cum fratre Geta & matre Iulia fuit Caracalla; videturque rebus poſt patris exceſſum ordinandis in ea inſula aliquantum temporis impendiſſe: inde in itinere Romam vſque morae nonnihil feciſſe, nec forte multum ante anni eius finem illuc rediiſſe. Inde ad Philiſcum in Macedoniam peruenire debuit de imperatore Romae reddito notitia; is ex patria Romam contendere, Imperatoriae matris Iuliae captare gratiam, coram Imperatore cauſam ἀτελείας dicere; quae omnia tempus requirere videntur. Inde, elapſo tempore non nimis breui, (tale enim verba μετὰ ταῦτα, quibus vtitur Philoſtratus *in Philiſci vita*, innuere videntur,) Lemnius ille Philoſtratus, de quo quaerimus, coram Caracalla dixit, & ἀτελείας gratiam obtinuit, iuuenis tum XXV annorum. Quod ſi itaque concedatur, obtingere id ei non potuiſſe primo Caracallae anno, concludetur inde neceſſario, factum id eſſe anno imperii eius V. Cauſa eſt: quoniam biennio, antequam a Caracalla munus id conſequeretur, hoc eſt, anno aetatis XXII, in Olympica dixit panegyri, vt patet ex vita *Hippodromi*. Sique adeo A. C. CCXI, cuius aeſtate biennium effluxerat a celebrata Olympiade CCXLVII, coram Caracalla haut dixit *Philoſtratus* ille; non potuit id fieri ante A. C. CCXV, cuius aeſtate ſecundus annus ab Olympiade CCXLIII impletus eſt. Quo tempore in Aſia agentem Imperatorem *Philoſtratus*, vbi tum celeberrimae Sophiſtarum officinae, pro more Sophiſtarum facundiae ſuae epulis excepiſſe videtur. Quae ſi admittantur, Seuerus vitam finiit, cum Philoſtratus XIX vel XX annorum eſſet adoleſcens; qua aetate eam, quam diximus, autoritatem eius apud Iuliam, tum βασιλίδα, fuiſſe, nemo ſibi facile perſuaſerit. Contra rectius longe

iſta

iſta omnia ſibi reſpondebunt inuicem, ſi autorem vitarum illarum dicamus *ſecundum Philoſtratum*, vitae Apollonii autorem, qui *iuniorem Philoſtratum*, Neruianidam, ſuum ex quadam ſorore natu maiore nepotem, iſtis in locis omnibus reſpiciat. Quem iuuenem virum, ab auunculo ſuo, aetate qui eſſet paulo magis adulta, circa Seueri tempora, (quibus finitum hocce de Sophiſtis opus fuit, quandoquidem nullius poſt eum Imperatoris in eo occurrit mentio,) inter alios celebriores Sophiſtas ſub finem operis, ὡς ἐν παρόδῳ, commendari, loco, quem ipſe *Meurſius* repraeſentauit, quid incommodi habeat, ego certe non capio, nec alius fortaſſis capiat.

Videamus, an melioribus argumentis inſtructus incedat *Tillemontius*. Ille vero eam ſolam rationem ſibi ſufficere putauit, quo minus eundem cum *Apollonii Panegyriſta* putaret *ſcriptorem Sophiſtarum hiſtoriae*, quod *iſte* in *vita Dionis* dicat, Apollonium & Euphratem διαφορῆσαι πρὸς ἀλλήλους ἔξω τῆς φιλοσοφίας ἤθους, quod *Apollonii Panegyriſtae* minime conuenire putabat. Aſt enim quid in iſtis adeo diſconueniens ei ſit, ego quidem non ita ſum perſpicax, vt videam. Certe enim ita διαφορῆσαι potuere illi homines, nulla Apollonii culpa, ſed Euphratae, qui rixae philoſophum parum decentis eſſet autor. Certe ita res explicanda ex *vitae Apollonii* VI, 39: vbi iſta legas: καθήπλοντο ἀλλήλων, ὁ μὲν Εὐφράτης ξὺν ὀργῇ καὶ λοιδορίᾳ, οὐδ' ἂν [Apollonium intelligit] φιλοσόφως καὶ ξὺν ἐλέγχῳ μᾶλλον. Et ne dubitet *Meurſius*, in iudicio de Apollonio *vitarum Sophiſtarum ſcriptorem* ὁμόψηφον *Hiſtoriae Apollonii conditori*, h. e. eundem Philoſtratum ſibi ipſi eſſe, en, quae in vita *Scopeliani* ſub finem verba leguntur: καὶ Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Τυανεὺς ὁ ΥΠΕΡΕΝΕΓΚΩΝ ΣΟΦΙΑι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, τὸν Σκοπελιανὸν ἐν θαυμασίοις τάττει. Nec praetereunda quae in *Alexandro Peloplatone* habet, cuius matrem, emendatiſſimae formae feminam, Apollonii amplexus aliorum praetuliſſe omnium conſuetudini ait, δι' ἔρωτα εὐπαιδίας, ἐπειδὴ ΘΕΙΟΤΕΡΟΣ ΑΝΘΡΩΠΩΝ, *quod in eo diuina magis, quam in hominibus, indoles eſſet.* Vt manifeſtum ſit, eandem in *vitis Sophiſtarum* & in *Hiſtoria Apollonii* de Philoſophi huius dignitate obtinere ſententiam.

Contra vero plane non intelligo, qua fronte in hoc *de Sophiſtarum vitis* opere, ſcriptorum de Apollonio mentionem facere potuerit *poſterior* aliquis *Philoſtratus*, iſque cognatione iunctus ei, qui *vitam Apollonii ſcripſit*, nulla conſanguinei ſui, parentis loco ſibi colendi, facta mentione, cuius illuſtre adeo ob hanc ipſam hiſtoriam exiſteret nomen. Imo praeterea in modo allegata Alexandri Peloplatonis vita, vbi famam eſſe narraſſet *Sophiſticarum vitarum autor*, matrem Alexandri in Tyanenſis veniſſe amplexus, ſpe allectam ſimilis ipſius prolis, natumque ex illo congreſſu Alexandrum fuiſſe, ſtatim ſubiungit, τοῦτο μὲν δὴ ὁπόσοις μὲν τρόποις ἀπίθανον ΕΙΡΗΤΑΙ ΣΑΦΩΣ ἐν τοῖς εἰς Ἀπολλώνιον, *hoc vero quam ſit multis modis parum veroſimile*, DICTVM EST LVCVLENTER IN COMMENTARIIS DE APOLLONIO. Atqui ille profecto ſtylus eſt propria ſcripta allegantium, non aliena. Nec praetermiſſurus fuiſſet *iunior Philoſtratus* occaſionem, auunculum ſuum ob praeclarum opus inſigni elogio ornandi, maxime cum locus, quo ἀπίθανον iſtam fabellam eſſe perſuadeat, luculentus adeo occurrat in *Tyanenſis vita*, quam a *Philoſtrato* habemus, lib. I. cap. XIII. Porro Eunapius eadem in vitas Sophiſtarum praefatione & *vitam Apollonii* ci-

tat & *Sophiſtarum hiſtoriam*, ne minimo quidem indicio facto, diuerſos eſſe iſtos autores, vt eum ſaltem eiuſdem hominis foetus geminum iſtud opus credidiſſe ſit manifeſtum. Denique, ſi ex ſtylo formare iudicium licet, notabilis eius in *vita Apollonii* & in *Sophiſtarum hiſtoria* eſt ſimilitudo; adeo idem vtrinque obſeruatur rariorum apud alios autores phraſium vſus, tanta ſententiarum atque opinionum cognatio, vt non facile tantae ſimilitudinis in aliis ſcriptoribus occurrat exemplum. Quod pluribus argumentis conſtabit iis, qui notas noſtras ad vtrumque opus paulo diligentius euoluere fuerint dignati, quibus item ſermonis & phraſium cognationem non indiligenter paſſim indicare conati ſumus.

Ceterum ſatis apte etiam *Philoſtrato priori*, cui *vitam Apollonii* debemus, conuenit temporum ratio, quouſque quidem eam in *Sophiſtarum vitis* habemus luculenter indicatam. Vbique nempe iſtarum vitarum ſcriptor diligenter mentionem Imperatorum facit, ſub quibus illuſtris fuit Sophiſtarum, quorum vitas perſequitur, fama. Vltimus autem, cuius in illis mentio occurrit, Γυνὶς eſt, h. e. *Elagabalus*, vt pluribus ad vitam *Aeliani* nobis obſervatum. Praeterea diſerte in *Aſpaſio* dicitur, eo Romae florente hancce concinnatam fuiſſe hiſtoriam. *Aſpaſius* autem Suidae ſub Alexandro illuſtris fuiſſe narratur. Quae optime conueniunt *Philoſtrato*, vitae *Apollonii autori*, quem ad Philippum vſque vitam extendiſſe Suidae teſtimonio nobis conſtat. Inde vero, vt obiter id obſeruem, facile patet, *Antonium* vel *Antoninum*, cui iſtae *vitae* inſcriptae ſunt, eorum eſſe haut poſſe vllum, quos *Meurſius* putat; *Antoninum* nempe *Diadumenum*, vel *Getam*, *Caracallam*, aut *Elagabalum*; nam ante *Elagabali* exitum publicatas illas haut fuiſſe, ex vita *Aeliani* conſtat, vt adeo nec eorum cuipiam, qui eum in imperio anteceſſerunt, inſcribi potuerint. Verum ea de re plura diximus in *notis* ad eam *dedicationem*. Pergamus ad reliquas temporis notas, de quibus agere inſtituimus. *Proclum* igitur *Naucratitam* e praeceptoribus ſuis vnum fuiſſe ait, in *vita* eius, aemulumque ipſius *Hippodromum* ſe audiuiſſe, qui in Amphictyonibus fuit, Pythiis Anno C. CXCIV vel CXCV celebratis, primis imperii *Seueri* initiis: itemque *Damianum* ſe ait audiuiſſe, quem cum in vita eius in *Ariſtidis* & *Adriani* dicat fuiſſe diſcipulis, quorum poſterior *Commodi* aetate mortuus eſt, *Damianum* praeceptorem audiuiſſe poteſt *Philoſtratus* circa initia imperii *Seueri*. Denique *Antipatri* ἀκροάσεσι ſe ait interfuiſſe, qui *Getae* & *Caracallae* extitit Praeceptor, quod ad prima initia imperii *Seueri* referre nil vetat, nam Vto Imperii eius anno Auguſtus iam factus *Caracalla*. Sique adoleſcentem adeo *Philoſtratum* noſtrum, dum rebus praeeſſet *Seuerus*, ante eius exitum ad trigeſimum aetatis annum peruenisſe, vel etiam aliquantum eum ſuperaſſe dicamus, qua aetate recte ἀκμάσαι dici poteſt ἐπὶ Σεβήρε, *floruiſſe ſub Seuero*, recte *Apollonii hiſtoriae* manum admouiſſe ſupponi; tum commode ad *Philippum* vſque vitam extendere potuit, ſi vel LXV annos ipſi expletos fuiſſe concedamus. Vt nihil adeo in Philoſtratorum hiſtoria valde impeditum videatur, ſi hucuſque dicta modo admittantur.

Nihil iam dico de *Heroicis*, quae fide *Suidae* omnes *vitae Apollonii ſcriptori* relinquunt. Nec de *Eroticis epiſtolis*, eidem, praeeunte *Suida*, tribuendis, a quopiam dubitari video. Niſi quod earum primam tamen, quae *Aſpaſiae* vulgo, vel vt rectius a nobis ſtatutum eſt, *Aſpaſio* inſcribitur, neque amatoria eſt, certum ſit, eam non poſſe eſſe *ſcriptoris vitae Apollonii*, ſiquidem

ille

ille autor *historiae Sophistarum* existat, quemadmodum & de reliquis eius collectionis, quae amatoriae non sunt, dubitari non immerito possit, qua de re in *praef.* ad illas epistolas plenius a nobis est actum.

Vt in summam igitur contrahamus dicta hucusque omnia, *Philostratos tres* agnoscimus. *Primus* est Veri filius, qui Seueri imperium viuendo attingere potuit, & ex male lecto Suidae loco vulgo ad aeuum Neronianum refertur. *Alter* est filius eius, qui sub initium imperii Seueri Sophistas adhuc audiuit, versus exitum eius, adultior factus, in Iuliae Imperatricis κύκλον cooptatus, *historiam Apollonii* consignauit. Postea circa tempora Alexandri *Sophistarum Historiam* absoluit, *Heroica* item, *imagines* priores & *Epistolas* amatorias conscripsit, in quibus est XIII ad Iuliam Imperatricem, nemini rectius quam secundo huic Philostrato tribuenda. Nam ad *Aspasium* quae dirigitur, eius non est: sunt vero eiusdem *epigrammata*, quorum vnum superstes e multis, in hac editione exhibemus. Cetera autem scripta eius inedita, de quibus alii affatim, hic praeterimus. *Tertius* denique est Neruiani Filius, proxime memorati ex Sorore Nepos, qui Caracalla iam rerum summam tenente XXIV agebat aetatis annum, identidem auunculo suo in vitis Sophistarum memoratus: cuius hodie nobis superstant *imagines*, posteriorem locum in hac editione nostra tenentes, & *epistola de modo epistolas exarandi*, qua *Aspasium* impetiit. Ex quibus, quam bene faciat, *quatuor* Philostratos exsculpens *Tillemontius*, cordatiorum esto iudicium.

De aliis vero variarum gentium *Philostratis*, post *Vossium*, *Ionsium*, *Meursium* & nouum gentis nostrae decus cl. I. A. *Fabricium*, dicere nihil attinet, neque opus scriptorum ab iis concinnatorum, temporumque iniuria nobis ereptorum texere catalogum, quod non indiligenter ab iisdem viris doctissimis factum est, a quibus eam in rem quae disputata sint Lectores post hanc praef. inuenient. Hoc non monere non possum, minus circumspecte mihi videri locutum *Meursium*, quando dicit Philostratum *Aegyptium* se censere hunc esse, quem *Tyrium* vocant Photius & Tzetzes; quem *Tyrium* enim illi, falsi, appellarunt, ille manifeste est *vitae Apollonii scriptor*, eum autem *Tyrium* autores illos feciisse, orto errore ex corrupto Μυρναίᾳ nomine, erudite suspicatus est Vossius. Fuit enim Μυρίνα *Lemni* oppidum, quod natales praebuisse Philostrato potest. *Apollonii vero Historiae scriptorem* confundendum cum *Aegyptio Philostrato* esse existimare non potuit *Meursius*. Malim praeterea statuere ego, fuisse non a *vitae Apollonii scriptore* tantum, verum etiam ab *Aegyptio Philostrato* diuersum *Tyrium* illum, esseque eum, cuius ἱστορίας, in quibus τῆς Τύρᾳ πολιορκίας meminerit, allegat Iosephus lib. I. contra Apionem, qui eiusdem Ἰουδαϊκὰς καὶ Φοινικικὰς ἱστορίας etiam memorat, Antiquitatum lib. X. c. XI. sub fine. Certe enim inexcusabilis est doctissimi Vossii error, *Philostratum* illum confundentis cum *vitae Apollonii scriptore*, qui dudum post Iosephum, sub Vespasianis scribentem, sub Imp. Seueri exitum demum florere coepit. Praetermissum denique obseruo a viris doctissimis Philostratum, cuius meminit Suidas v. μητροφάνης, vbi Metrophanem Lebadeensem περὶ τῶν χαρακτήρων Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Νικοστράτου, Φιλοστράτου scripsisse ait. Ast illum Philostratum esse suspicor ex iis aliquem, qui Sophisticam excoluisse *Suidae* ordine commemorantur, & forte ipsum *vitae Apollonii* scriptorem.

Ad *editiones* iam quod attinet, quae nostram praecesserunt, diligenter pro more eas indicauit cl. *Fabricius*, cuius de Philostratis obseruationes humanissime

niſſime nobiſcum communicatas vna cum clariſſ. Virorum, *Ionſii*, *Meurſii*, *Tillemontii* de eodem argumento diatribis integris, hiſce Prolegomenis noſtris ſubiecimus; quibus denuo recenſendis proinde ſuperſedemus. Obſeruatis tamen ſcriptorum Philoſtratorum editionibus aliae quaedam addi poterant, in quibus agmen ducit editio *Phil. Beroaldi* in 8, qui primus Alemanni Rhinuccini verſionem in lucem produxit, praemiſſa ad Baptiſtam de Comite, Mediolanenſem, praefatione, nullo cetera ſiue anni ſiue loci impreſſionis indicio addito. Ea non video, quomodo meruerit Beroaldus acerbam Gyberti Longolii cenſuram, in praefatione editioni Colonienſi anni 1532 praemiſſa; vbi ait, *doctiſſimis quibuſque notatam eſſe inſignem Philippi Beroaldi arrogantiam in Philoſtrato, quem longis praefationibus ſe diligentiſſime emendaſſe glorietur, cum fortaſſis Graecum librum nunquam inſpexerit. Ipſam enim rem docere, quantum praeſtiterit.* Certe nihil ſibi Beroaldus tribuit, praeter ſolam editionis curam, cetera omnia Alemanno Rhinuccino relinquit. En ipſa eius verba, quibus quid rei ſit, explicat: *Philoſtrati vitam Apollonii latinitate donauit Alemannus Rhinuccinus, homo Graece Latineque eruditus: qui cum non ſolum triuialibus doctoribus ignotus, verum etiam maximis profeſſoribus parum cognitus iamdiu delituiſſet, exiſtimaui me facturum operae pretium, ſi luculenti ſcriptoris luculentum opus me duce & praeuio ex tenebris in lucem educeretur. Itaque iuuandi ſtudio commotus, & vtilitatem ſtudioſae iuuentutis anteponens rebus omnibus, libros hoſce Philoſtrati nuperrime recognitos tradidi Benedicto excuſſori elegantiſſimo* &c. Ceterum non negandum, eam verſionem mendis laborare grauiſſimis, quorum partem tollere conatus fuit Longolius, collatis Latinis Rhinuccini cum Graecis, ita tamen, vt paucis atque exiguis emendatis, ipſe quoque errorum grauiſſimorum maximam copiam intactam plane praetermiſerit. Longolii exemplo illi quoque, qui editioni Pariſienſi An. 1555. in 12, a cl. Fabricio itidem praetermiſſae, praefuere, nonnulla loca in Graecis obſeruarunt, commodius vertenda, ſed & illa pauciora ſunt, & non adeo magni momenti. Illa editione vſus eſt Latinus Latinius, qui nonnullos eiuſdem errores, ſed eos typographicos omnes, in Tomo II Bibliothecae ſuae ſuſtulit. Praeterea Hiſtoriae ſophiſtarum ex verſione Bonfinii prima editio eſt, quae A. 1516. in 4 ex aedibus Schurerianis (locus non additur) prodiit, cum praef. Nicol. Gerbelii. Codicis Graeci Heroicorum, vitarum Sophiſtarum, Philoſtrati Iunioris Imaginum, & Calliſtrati ἐκφράσεων Venetiis concinnius & caſtigatius in 8vo excuſi, An. 1550, meminit Morellus, eumque vſui in ſua editione ſibi fuiſſe praedicat, eiuſdemque editionis eum fuiſſe puto, quem penes ſe eſſe ait, a Grutero donatum, Iungermannus, in litteris ineditis ad Putſchium datis d. 16 Febr. 1659. Iconum denique Philoſtrati Latina verſio Stephani Nigri cum verſ. Aureorum Carm. Pythagorae, Athenaei collectaneis, Muſonii Orat. de optimo principe, Iſoaratis Orat. de Regiis muneribus & ipſius Nigri opuſculis quibuſdam in 4to Baſil. 1532 apud Henricum Petri lucem adſpexit.

Sed illas & reliquas editiones operum, a Philoſtratis ad noſtram aetatem deriuatorum, omnes obſcurauit praeſtantiſſima in hunc diem editio Fed. Morelli. Subſidiis is ad eam editionem vſus fuerat Aldina inprimis editione, a qua textus Morellianus nonniſi rariſſime, & plerumque typographorum potius lapſu, quam ſtudio Critici diſcedit. Praeterea ex Bibliotheca Regia Pariſienſi codices nactus eſt manu exaratos, qui vitas Apollonii Tyanenſis,

Sophi-

Sophiſtarumque hiſtoriam amplecterentur. Ab Adriano quoque Turnebo ad oram codicis ſui notatas varias lectiones & emendationes communicatas accepit, Paulique Petauii etiam codice cum ſcholiis & gloſſis Graecis vſus fuit. Ex his excerptas lectiones haut paucas marginibus ſuae editionis Morellus alleuit, quas notis noſtris opportuno loco fideliter indicauimus, hicque adeo, ex quibus fontibus eas Morellus deriuauerit, ſemel monendos Lectores noſtros eſſe exiſtimauimus.

Neque negandum, illis fultum ſubſidiis Morellum aliquantum lucis partim ipſum attuliſſe Philoſtratorum ſcriptis, partim afferendi occaſionem ſuppeditaſſe. Neque infeliciter in quibuſdam locis impuriſſimas Alemanni Rhinuccini, Antonii Bonfinii, & Stephani Nigri verſiones, quas interpolavit, emendaſſe. Sed vel ſic tamen & inquinatiſſimum nobis textum reliquit, in vocibus paſſim corruptum, lacunis variis, in Sophiſtarum maxime hiſtoria, hiantem, diſtinctionibus perturbatum. Vnde verſio non concinnari non potuit hiulca, minus luculenta, a vero ſenſu Graecorum paſſim aliena. Quod & in iis Morello haut raro euenit, in quibus integer textus facilem attentiori interpreti viam explicandi pandere videbatur. Vt dubium ſit, vtrum gratulandum magis fuerit de Morelli editione rei litterariae, an condolendum, quandoquidem ea Eliae Putſchii, aliorumque virorum praeſtantiſſimorum, in quibus & Gothofred. Iungermannus noſter fuit, conſilium adornandae haut paulo melioris, prout credere par eſt, operum Philoſtrateorum editionis interuertiſſe videtur. De eo inſtituto ita laudatus Iungermannus in litteris ineditis ad Putſchium, ſcriptis d. 16 Febr. 1603. quorum excerpta viro doctiſſimo nobiſque amiciſſimo Io. Alb. Fabricio debemus. *De Philoſtrati editione an cogitatis? ſcribe, nam hic plura auxilia. Habeo enim apud me a Grutero Philoſtrati Icones,* Ηρωϊκὰ, Βίος σοφιστῶν, *item Philoſtrati Iunioris εἰκόνας, omnia olim edita Venetiis Graece in 8vo. Habeo denique doctiſſimi Iuvenis Kimedoncii verſionem horum librorum, vt & Philoſtrati epiſtolas ex MSS. Palatinis auctiores, & in omnia haec notas copioſas Kimedoncii, quas morte praeventus edere non potuit.* Ceterum poſſent, quae de praeſtita a Morello opera ſentio, multis virorum doctorum ſuffragiis confirmari, ſed quid iis eſt opus, vbi rerum teſtimonia adſunt? Quae infinita adducere poſſem, ſi luberet. At a moribus meis eſt alienum, vt aliorum mendis enarrandis integros libros impleam, facileque patebit paucas plagulas noſtras conferenti cum Morellianis, plura, quam dixi, dici potuiſſe. Praeterea taedio eam rem non carituram putabam. Quae cauſa mihi fuit, cur in obſeruationibus quoque meis rarius Morello lapſus ſuos exprobrauerim, quos tum fere tetigi tantum, vbi ratione adhuc probabili ſeſe tueri poſſe viderentur. Manifeſtos enim errores ipſos facile deprehenſum iri exiſtimaui, iis, quibus comparare noſtra cum illis viſum eſſet: reliquorum parum intereſſe ratus, notatum ſingulis paginis aliquoties Morellum ſi inueniant, eoque genere inuidioſi laboris excreſcere nobis ſentiant obſeruationum farraginem, quibus facile poſſint carere, modo de veritate tenenda ſolidis rationibus atque argumentis ipſis fuerit ſatisfactum. Multo minus opus fuit, ſiue Gallicis Vigenerii, ſiue Anglicis Caroli Blountii conferendis, vel meo vel lectorum otio abuti. Ea enim rariſſime a Latina verſione abire eſt manifeſtum, neque, vbi id fit, conſilio fieri. Quid, quod Vigenerii interpretationem Gallicam, qua mihi vti licuit, ad verſionem ſuam Morellus exegit. Vt non negligentiae ſed conſilio

ſilio tribuendum ſit, quod rarius habita illarum verſionum in obſeruationibus noſtris ratio fuerit.

Quantum iam ad operam attinet, ſcriptis Philoſtratorum a nobis praeſtitam, eo ante omnia elaborauimus, vt textum Graecum quam emendatiſſimum daremus, ſubſidiis ad eam rem vſi, praeter ea, quae Aldina & Morelliana editio ſuppeditabat, minime poenitendis, quae ordine proinde referre, viriſque doctis, qui ea ſuppeditauerunt, publice gratias agere, & neceſſitatis eſſe & humanitatis exiſtimamus. In *vita Apollonii* igitur inſigni nobis adiumento fuere lectiones ex quatuor codicibus, quos Bibliotheca Vaticana hodie aſſeruat, excerptae, quas debemus ſummae in has litteras promouendas propenſioni Viri illuſtris *LAVRENTII ZACCAGNII*, laudatae bibliothecae praefecti digniſſimi. Eorum primus, qui numero 956 ſignatur, eſt, quem *Vaticanum priorem* plerumque nominamus; vt *Vaticanum alterum*, vel *Romanum alterum* vocamus eum, qui num 1016 notatur. Quibus acceſſere duo alii, alter ex Vrbinatibus, alter ex Bibliotheca Palatina, in Vaticanam translati. Ad haec clariſſimi Viri *GOTTLOB KRANTZII*, Profeſſoris Vratislauienſis, humanitati, & *ILLVSTRIS* eiuſdem vrbis *SENATVS* gratiae debemus vſum codicis Bibliothecae Magdalenenſis, chartacei quidem, ſed quem optimae eſſe notae allegatae paſſim a nobis lectiones facile doctioribus probabunt. Praeterea paulo ante laudati ill. ZACCAGNII beneficio vſus ſum antiquis Scholiis ad vitam Apollonii, codicis Palatini margini adiectis, itemque iis, quae manu ſua Donatus Acciaiolus & Fulvius Vrſinus ad oras codicum ſuorum alleuerant. Reliqua enim iam taceo, quae, vt in toto hoc opere reſtituendo, ita & in Apollonii vita vſui nobis fuerunt, poſtea ſuo loco commemoranda. In ſubiunctis vitae Apollonii eiuſdem *epiſtolis* adiumento non licuit vti, niſi quod poſt ingenium collatio editionum Henrici Stephani, Eilhardi Lubini, & eius, quae Cuiacii nomine proſtat, nobis relinqueret. Libri *Euſebii* ad *Hieroclem* emendationes haut paucas, quae Virum Doctiſſ. Lucam Holſtenium praeterierant, eiuſdem cum Philoſtrati vita Apollonii comparatio ſuppeditauit. Ad *vitas Sophiſtarum*, quas in codice Collegii Noui Academiae Oxon. obſeruauerat, lectiones diuerſas, Britanniae ſuae decus *RICH. BENTLEIVS* ſingulari fauore nobiſcum communicauit. Cui ſi ornandorum operum Philoſtrateorum cura, olim ſuſcepta, & euulgato ſpecimine declarata, cuius in primis editionis huius foliis identidem honorifice, vt par eſt, mentionem fecimus, defungi placuiſſet; haberemus haut dubie, quod rei litterariae gratularemur. Ceterum liber, ex quo excerptae fuerunt illae lectiones, mancus perinde eſt atque editi, lectiones tamen non contemnendas paſſim ſuppeditauit. Quarum tamen longe maiorem meſſem debemus praeſtantiſſimo codici, quem per *Carolum Schenkium* nobis tranſmiſit vir ad litteras bonas prouehendas atque ornandas natus *I. A. FABRICIVS*, qui eum ab haeredibus Putſchianis dono accepit, nobiſcum vero pro veteris amicitiae iure communicauit. Evm nos, quod, vnde allatus eſſet, tum quidem non ſatis conſtaret, *Schenkianum* appellauimus, ipſiuſque littera S. indicium facere ſolemus. Certiora tamen de eo edocti, iam hoc maiores gratias cl. *FABRICIO* noſtro agimus, quod luce illa deſtituti vix felices in impeditiſſimo opere exitus nobis polliceri licuiſſet. Certe eius Codicis ope lacunas in vitis ſophiſtarum, vnica excepta, quae in vita *Philiſci* fuit relinquenda, omnes licuit implere ma-

magnamque optimarum lectionum segetem colligere. Ex eo vero petitas lectiones & lacunarum πληρώματα, parte haut postrema confirmarunt duo codices Vaticani, ex quibus excerptas lectiones diuersas, cum praelo iam exiissent vitae Sophistarum, accepimus a viro illustri, LAVRENTIO ZACCAGNIO. Quamobrem eas integras ad calcem huius editionis repraesentare animus fuit. Cum tamen obseruaremns, in plerisque, in quibus aliquid esset momenti, eas consentire cum codice Putschiano, & lectionibus Salmasianis, in aliis vitiosissimas esse eorum codicum lectiones, consilium istud visum mutare, atque earum potiores, in quas alibi non incidissemus, in *Addendis* nostris commemorare. Denique profuit quandoque in vitis Sophistarum restituendis *epitome Vaticana*, cuius meliores quasdam lectiones partim communicatis a laudatissimo ZACCAGNIO schedis, partim Claudio Salmasio, qui haut paucas earum in marginem codicis sui retulerat, debemus.

Heroicis emaculandis suppetias tulere codex Collegii Noui apud Oxonienses, cuius supra mentionem fecimus, ex quo descriptas accuratissima manu sua lectiones cl. BENTLEIVS nobis concessit. Addiderat idem lectiones Codicis Barocciani, quas easdem, vir humanissimus, idemque doctissimus, IO. HVDSONVS, antiqui amoris argumentum, iuxta cum lectionibus Codicis Laudiani iam ante transmiserat. Quibus fere fretus subsidiis opus haut esse putaui, vt Manuelis Moschopuli Scholia, tum in Vaticana Bibliotheca, tum in Vindobonensi obuia (de quorum illo transmissa ad me specimina, de hoc Lambecius in T. V. Bibl. Vindob. certiorem me reddidere,) vel Maximi Planudae τεχνολογίαν, h. e. vocum in hoc opere variorum explicationem, describi curarem. Vix enim quod operae pretium esset specimina eorum, quae mecum communicata fuissa memini, polliceri videbantur.

Neque maioris momenti mihi visa fuerunt eiusdem Moschopuli scholia ad imagines, vt & ὀνομάτων Αττικῶν συλλογὴ ex τεχνολογίᾳ eius ad imagines Philostrati consarcinata, quae in Vaticanis codicibus sese offerebant omnia, Moschopuli scholia etiam in Bibliotheca Vindobonensi, vt in Libro quinto de ea Lambecius docet. Contentus igitur heic esse volui fide codicis Laudiani, cuius lectionibus quod vti nobis licuerit, BENTLEII atque HVDSONI, virorum cll. est beneficium. *In Callistrati ecphrasibus* ingenio vtendum fuit, neque insanabiles videbantur elegantissimi corporis morbi, etiam sine MSS. codicum ope. *Epistolas* denique cum tribus codicibus Vaticonis comparare licuit, quod rursus doctiss. ZACCAGNII beneuolentiae in acceptis ferimus, ex quibus praeterea ineditas quasdam Philostrati epistolas, vel, si malis, epistolarum fragmenta protulimus. Quas enim seorsim *Io. Meursius* ediderat, partim antea non vulgatas, partim vulgatarum emendationes & supplementa, heic quoque suo loco nos inseruisse, ne quidem monere attinebat. Praeterea haut pauca ad epistolas illas emendandas Baroccianum codicem contulisse, atque adeo heic quoque viros egregios BENTLEIVM & HVDSONVM partes suas sibi vindicare, facile notas nostras ad easdem prodituras confidimus.

Praeterea, quas ad oram codicis sui alleuerat siue emendationes, siue lectiones variantes, ὁ πάνυ Salmasius, eas pro summo in bonas litteras amore, ex instructissima sua bibliotheca pietatis pariter ac eruditionis inter patres infulatos illustrissimum exemplum, IOANNES MORVS, Episcopus

Noruicenſis, per virum Reuerendum, nobiſque amiciſſimum, IO. ERNEST. GRABIVM, ad nos tranſmitti curauit. Cum illis maximam partem conueniebant ea, quae in margine libri, qui vſibus clariſſimi viri, PETRI FRANZII, olim inſeruiebat, erant annotata. Ea vero vir ille clariſſ. e ſchedis Gruterianis depromta eſſe, manu ſua adſcripſerat in frontiſpicio eius exemplaris, ſibique ſuſpicionem eſſe addiderat, e cod. Palatino ea Gruterum deſumſiſſe, ſuis interdum additis: quod veriſſimum eſſe patebit paſſim ex codicis Palatini lectionibus, in notis noſtris obſeruatis, & cum Gruterianis illis collatis. Neque dubitem, eaſdem illas eſſe cum Salmaſianis; vel a Grutero enim Salmaſius iſtas accipere potuit, vel in eundem codicem in Bibl. Heydelbergenſi incidere: niſi quod Salmaſius quoque paſſim, vel ex ſuo ingenio, vel aliunde profecta, illi adiecerit nonnulla: paſſim enim in iis occurrunt, quorum nullum in Gruterianis veſtigium inuenias. Denique in editione, quam habeo, Aldina, rarae quidem, ſed bonae notae, ſiue lectiones ſiue emendationes manus docta annotauit, eiuſque etiam rei, vbicunque vſui mihi fuiſſent, religione ſumma vbique a me factum indicium fuit.

Textu hiſce praeſidiis innumeris in locis reſtituto atque firmato, verſionem aggreſſi ſumus, quam & emendare infinitis in locis erat neceſſe, quod vel textus, vel interpretis vitio laboraret; & ad textum propius reuocare par erat, a cuius verbis longius plerumque, iis etiam in locis, in quibus, ſi ſenſum ſpectares, ferri potuiſſet, recedebat. Certe enim in Graecorum libris interpretandis ita temperandum nobis eſſe ſemper exiſtimaui, vt neque barbara verſione, & ſtructura orationis mere Graeca, impediretur apud Graece non doctos ſenſus euidentia; neque nimia interpretandi libertate Graeca legentibus ſubſidium periret in verſione, ad penitius aſſequendum ſenſum, atque indolem orationis Graecae. Quod quidem ſpectantibus nobis ita hac parte fuit elaborandum, vt non tam emendatae magis verſiones priores quam tota noua haec noſtra prodiret. In qua ſi ob linguae latinae indolem addenda quaedam eſſent, vncinulis plerumque ea incluſimus, ſi quae exacte exprimere plane non pateretur Latini ſermonis ingenium, in notis vt plurimum eius rei indicium fecimus.

In notis noſtris breuitati ſtuduimus, ita tamen vt legentium commodis inſeruiremus. Offendit enim lectores pleroſque, ſi inter legendum occurrat, quod nonniſi poſt longam meditationem, & adhibitos in conſilium libros complures, aſſequi liceat. Hinc paſſim annotata nonnulla, quae praetermitti potuiſſent, ſi eorum tantum, quorum ſingularis doctrina eſt, ratio habenda fuiſſet. Talia tamen cum adducuntur, non pluribus fere id facimus verbis, quam quae ad ſenſum autoris omnibus explicandum ſufficiant. Cetera id operam praecipue dedimus, vt Philoſtratum partim ex MSS. partim ex bonis autoribus emendaremus, emendatumque illuſtraremus. Commentarios enim nobis ſcribere animus haut fuit, quos ampliſſimos rerum praeſtantiſſimarum in his ſcriptis ſumma varietas facile poterat admittere.

Ceterum vt dies diem docet, ita heic quoque, dum ſub praelo gemit hoc opus, factum. Obſeruationum igitur, varia occaſione natarum, ſpicilegium ſubiungere operi finito placuit. Vt pateat ſcilicet, meipſum primum eſſe, emendationi a me dictorum qui ſtudeat, paratum adeo, alii idem ſi faciant, in optimam partem id accipere non tantum, ſed ſumma etiam animi gratitudine meliora edocentes proſequi. Sane ſperare auſim naeuorum quorundam veni-

veniam, vel cenſuram ſaltem aequiorem, qui tot grauiſſimos aliorum errores ſine felle tollere ſuſtinui. Quamuis, ſi aliter de me ſtatuere placeat quibuſdam, qui ſine aliorum obtrectationibus ſe famam tueri haut poſſe exiſtiment, id quoque mihi perinde ſit futurum, qui famam ex iſta opera non capto, ideo ſuſcepta, vt tuerer officium, quod leges Academiae noſtrae mihi imponebant, iſtarum litterarum Profeſſores ſcriptoribus profanis explicandis vacare praecipientes.

Haec cauſa enim fuit, cur, quamuis a primis inde ſuſcepti eius muneris initiis id operam dederim praecipue, vt ad ſacros vſus referrem quicquid eis ex illo genere litterarum inſeruire poterat videri, eiuſque rei tum lectionibus, tum diſſertationibus, frequentiſſima ſpecimina ediderim; non ſine dedecore tamen vel Academiae noſtrae, vel muneris quod ſuſtinebam, fieri poſſe exiſtimarem, vt honeſtis deſideriis bibliopolae noſtri, THOMAE FRITSCHII, hoc quicquid eſt operae iure quodam a me depoſcentis, deeſſem. Cuius viri in promouendis hiſce litteris ſtudium, atque ad ſumtus pariter ſuppeditandos promtitudinem, ac in ſubſidiis conquirendis ſolertiam, deſtitui materia ab hominibus eius, quae mea tum fuit, conditionis, ſuppeditanda, alias quoque nefas eſſe exiſtimaui. Quod ſupereſt ſilentio inuoluenda non ſunt clariſſimi viri, M. IO. CHRISTIANI HERZOGII, de hoc opere merita, qui a natura quaſi ad haec ſtudia formatus, eiſdemque in noſtra etiam diſciplina innutritus, non ab initio tantum operarum typographicarum errores auertendos in ſe lubenter ſuſcepit; verum etiam, poſtquam nutu diuino ab illis curis fuimus auocati, in excutiendis ordinandiſque ſchedis noſtris indefeſſa opera deſudauit, totique operi indicibus neceſſariis exornando magno labore incubuit. Quod, ſicuti gratis nobis hic commemorandum fuit, ita maioribus, quae molitur, ampliſſimos ſucceſſus ominamur, gratiamque diuinam ad perficienda feliciter, quae ſpe de eo praecepimus, eidem animitus apprecamur.

DE

PHILOSTRATIS

VIRORVM ERVDITORVM SENTENTIAE.

SVIDAS IN LEXICO.

Φιλόστρατος, Φιλοστράτῳ, τῷ καὶ Βήρῳ, Λημνίῳ σοφιστῇ, καὶ αὐτὸς δεύτερος σοφιστὴς, σοφιστεύσας ἐν Αθήναις, εἶτα ἐν Ρώμῃ, ἐπὶ Σεβήρῳ τῷ βασιλέως, καὶ ἕως Φιλίππου. ἔγραψε Μελέτας. Επιστολὰς ἐρωτικάς. Εικόνας, ἤτοι ἐκφράσεις, ἐν βιβλίοις δ'. Διαλέξεις. Αἰγας, ἢ περὶ αὐλῶν. Απολλωνίου βίον τὸν Τυανέως, ἐν βιβλίοις ἡ. Αγοράν. Ηρωϊκά. Βίους Σοφιστῶν, ἐν βιβλίοις δ'. Επιγράμματα· καὶ ἄλλα τινά. πλὴν πρῶτος ὀφείλει κεῖσθαι

Φιλόστρατος ὁ πρῶτος, Λήμνιος, υἱὸς Βήρου, πατὴρ δὲ τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου, σοφιστὴς καὶ αὐτὸς, σοφιστεύσας ἐν Αθήναις, γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος. ἔγραψε λόγους πανηγυρικοὺς πλείους, καὶ λόγους Ελευσινιακοὺς δ'. Μελέτας. Ζητούμενα παρὰ τοῖς ῥήτορσι. Ρητορικὰς ἀφορμάς. Περὶ τοῦ ὀνόματος. ἔστι δὲ πρὸς τὸν σοφιστὴν Αντίπατρον. Περὶ Τραγῳδίας βιβλία γ'. Γυμναστικόν. ἔστι δὲ περὶ τῶν ἐν Ολυμπίᾳ ἐπιτελουμένων. Λιθογνωμικόν. Πρωτέα. Κύνα, ἢ Σοφιστήν. Νέρωνα Θεατήν. Τραγῳδίας μγ'. καὶ κωμῳδίας ιδ'. καὶ ἕτερα πλείονα, καὶ λόγους ἀξια.

Φιλόστρατος, Νερβιανοῦ, ἀδελφόπαις Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου, Λήμνιος, καὶ αὐτὸς σοφιστὴς, καὶ παιδεύσας ἐν Αθήναις, τελευτήσας δὲ καὶ ταφεὶς ἐν Λήμνῳ, ἀκουστὴς τε, καὶ γαμβρὸς γεγονὼς τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου. ἔγραψεν Εικόνας. Παναθηναϊκόν. Τρωϊκόν. Παράφρασιν τῆς Ομήρου Ασπίδος. Μελέτας έ, τινὲς δὲ καὶ τοὺς τῶν σοφιστῶν βίους ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρουσιν.

PHiloſtratus, Philoſtrati, qui & Verus dictus fuit, Lemnii Sophiſtae, filius, & ipſe alter Sophiſta: qui primum Athenis artem oratoriam docuit, & deinde Romae, ſub Seuero Imperatore, vſque ad Philippum. Scripſit Declamationes. Epiſtolas amatorias. Imagines, ſiue deſcriptiones, lib. IV. Diſputationes. Capras, ſiue de Fiſtula. Apollonii Tyanei vitam, libris octo. Forum. Heroica. Vitas Sophiſtarum, lib. IV. Epigrammata: & alia quaedam. Sed primus eſt ponendus [is, qui ſequitur]

Philoſtratus primus, Lemnius, Veri filius, pater ſecundi Philoſtrati, ipſe quoque Sophiſta, qui artem oratoriam profeſſus eſt Athenis, vixitque ſub Nerone. Scripſit plurimas orationes panegyricas, & orationes Eleuſinicas IV. Declamationes. Quaeſtiones rhetoricas. Loca, vnde argumenta Rhetorica depromi poſſunt. De Nomine, aduerſus Antipatrum Sophiſtam. De Tragoedia libros III. Gymnaſticum: ſiue, de exercitiis eorum, qui Olympiae certant. De dignoſcendis lapillis, [ſiue gemmis.] Protevm. Canem, ſiue Sophiſtam. Neronem ſpectatorem. Tragoedias XLIII. Comoedias XIV. Itemque alia plurima & memoratu digna.

Philoſtratus, Neruiani F. nepos ex fratre ſecundi Philoſtrati, Lemnius, & ipſe Sophiſta, qui docuit Athenis: obiit autem & ſepultus eſt in inſula Lemno. Fuit auditor & gener ſecundi Philoſtrati. Scripſit Imagines. Orationem Panathenaicam. Orationem de Troia. Paraphraſin clypei Homerici. Declamationes V. Quidam etiam Sophiſtarum vitas illi attribunt.

GER. IO. VOSSIVS,

De Hiſtoric. Graec. lib. II. cap. XV. p. 234.

PHiloſtratus, eius *Philoſtrati*, qui ſub Veſpaſiano & Tito vixit, ex filia nepos, Seueri imperatoris temporibus, atque inde vſque ad Philippum, floruit; teſte Suida. De patria non conuenit. Euſebius, contra Hieroclem, facit Athenienſem. Ογε μὲν Αθηναῖος Φιλόστρατος, τὰ φερόμενα πάντα ἐμοῦ ἀπὸ τε τοῦ Μαξίμου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Δάμιδος, καὶ ἄλλων, ξυναγαγεῖν ἑαυτὸν φήσας, πάντων μάλιστα ἐντελῆ τὴν ἀπὸ γενέσεως, καὶ μέχρι τελευτῆς ἱστορίαν τοῦ κατὰ τὸν ἄνδρα βίου πεποίηται. *Athenienſis Philoſtratus, & Maximum, & Damidem complexus, & ex aliis quoque ſua ſe collegiſſe affirmans, maxime omnium exactam, a natiuitate ipſa exorſus, ad obitum vſque, hiſtoriam vitae eius viri compoſuit.* Alii vero Tyrium iudicant; qui ab Athenienſi eſt diuerſus: vt cenſet Ioannes Tzetzes Chiliados VI hiſtoria XLV:

Φιλό-

Φιλόστρατος ὁ Φλάβιος, Τύριος, οἶμαι, ῥήτωρ.
Αλλος δ' ἐστὶν ὁ Ατ]ικός.

Tyrium quoque nuncupat Photius in Bibliotheca, codice XLIV: vt & cod. CL; vbi de Lexico eius sermo. Fortasse autem, qui Tyrium dixere, vitiosis vsi codicibus; vt in quibus Τύεμος pro Μύεμνος scriberetur. Est enim Μυρίνα Lemni ciuitas ea, in cuius forum, etsi LXXXVI passuum millibus distet, Athos mons vmbram iacit: vt ex Solino, & aliis constat. At Philostratus fuit Lemnius, secundum Eunapium, Hesychium Illustrem, & Suidam. Quod si est, nihil mirum, si lib. VI. cap. XIII dicat, se ex aequali suo quaedam olim in Lemno audisse de Satyro, matrem eius accedere solito. Nempe haec audierit adolescens, antequam e patria pedem poneret. Philostratus immortalem est nactus memoriam libris octonis de Apollonii vita. In ea se profitetur sequi tum Damidem Assyrium, de quo supra dictum nobis; tum alios duos, qui & ipsi Philostrati vitam scripserint; nempe Maximum, & Moeragenem; quorum mentionem facere dicebamus Ioannem Tzetzem Chil. II. Histor. LX. Sed, seu vanos sequitur duces, seu ipse multa comminiscitur, *magna Homeri mendacia maioribus mendaciis corrigit**; vt de eo refert Viues lib. V. de tradendis disciplinis. Et tamen huiusmodi commentis deceptus Caracalla Apollonio heroicum erigere monumentum non dubitauit; vt est apud Xiphilinum in vita Caracallae. Quin fuere gentiles, quos etiam Christo comparare Apollonium non puderet, vti Hierocles ille, aduersus quem Eusebius differit. Eunapius quoque ait, Philostratum opus suum non debuisse inscribere Απολλωνίᾳ βίον sed θεᾷ εἰς ἀνθρώπας ἐπιδημίαν. Interim, quod ad stylum Philostrati attinet, est is elegans, perspicuus, suavis: vt etiam censet Photius, quem vide tmem. XLV. Narrat vero Philostratus lib. I. cap. III, se istos de Apollonio commentarios fecisse iussu Iuliae τῆς βασιλίδος. Quae Iulia haec fuerit, videtur Tzetzes ignorasse. Sic enim scribit Chil. VI. Histor. XLV; postquam Philostratum fuisse Tyrium, non Atticum, dixerat:

— — ὁ Τύεμος ἦν ἔτος
Ην, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτῆ βιβλίοις διαγράφει,
Εις τὴ χορῆ ῥητόρων τε καὶ τῶν γραμματευόντων
Τῇ Ιᾳλίᾳ κραταιᾷ τελέσῃ βασιλίδι.
Σύζυγος αὐτὴ δ' ἡ φησὶ τίνος ἦν βασιλέως.

Erat vero coniux Seueri Augusti, quam iccirco duxerat etiamnum priuatus, quod eius in genitura esse cognouisset, fore, vt regi iungeretur: quemadmodum prodidit Spartianus in Severo, & Antonio Geta. Apud Flauium Iosephum lib. X. Antiquitatum cap. XI (quod Rufino est XIII.) memoratur etiam Φιλόστρατος ἐν ταῖς Ινδικαῖς, καὶ Φοινικικαῖς ἱστορίαις. Ac ex Rufino, more suo, similiter Freculphus Tom. I. cap. XVII. laudat *Philostratum in Indicis, & Phoeniciis historiis.* Vtrobique puto signari Apollonii vitae scriptorem: imo, credo, quod Indica non aliud sint, quam vita Apollonii, qui profectus erat ad Indos, siue Brachmanas: qua occasione de Indis, eorumque sapientia tractat Philostratus. Et haec de Philostrato eo, qui elucubrauit Apollonii vitam. At iustius inter historicos nomen meretur Philostratus tertius; cuius is, qui Apollonii vitam fabulose adeo condidit, patruus, & socer erat. Tertii huius Philostrati sunt vitae sophistarum. Nam Suidam falli, qui patruo, soceroque tribuit, alibi dictum nobis. Vixit hic sub Macrino, & Heliogabalo.

Imo, quanquam Suidas tres solum Philostratos nominet: tamen & quartus Philostrato tertio memoratus. Nam in vitis Sophistarum ait, visum sibi Philostratum Aegyptium, philosophum pariter, ac sophistam: vt omnino is quoque vixerit Macrini temporibus. Difficile est dictu, quis horum sit Philostratus ille, cuius περὶ Κύπρᾳ librum citat Tzetzes, commentario in Cassandram Lycophronis.

IO. MEVRSII DISSERT.
DE
PHILOSTRATIS

Praemissa editis ab eo Philostrati Epistolis A. MDCXVI, 4to ex Offic. Elzevir.

PHilostrati, Scriueri clarissime, a Suida tres commemorantur. Primus Lemnius, Veri F. qui Athenis docuit sub Nerone. De eo scriptisque ita tradit: Φιλόστρατος ὁ πρῶτος, Λήμνιος, υἱὸς Βήρᾳ. πατὴρ δὲ τᾷ δευτέρᾳ Φιλοστράτᾳ, σοφιστὴς καὶ αὐτὸς, σοφιστεύσας ἐν Αθήναις. γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος. ἔγραψε λόγας παινηγυρικὰς, καὶ λόγας Ελευσινιακὰς δ'. μελέτας. ζητούμενα παρὰ τοῖς ῥήτορσι. ῥητορικὰς ἀφορμὰς. περὶ τᾷ Ονόματος. ἔτι δὲ πρὸς τὸν σοφιστὴν Αντίπατρον

* Illud Viuis iudicium *Heroica* concernit, male a Vossio ad *Historiam* Apollonii relatum. Nempe in *Heroicis* Philostratus ποίησιν Homericam reprehendit, *fabulis* eius alias substituens magis *commodas*. Quod neque ipsum tamen censuram merebatur, vt patet ex dictis in *Praef. ad Heroica*.

περὶ

περὶ τραγῳδίας βιβλία γ'. γυμναστικόν. ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐν Ολυμπίᾳ ἐπιτελεσμένων. λιθογνωμικόν. Πρωτέα. κύνα, ἢ σοφιστήν. Νέρωνα. θεατήν. τραγῳδίας μγ'. καὶ κωμῳδίας ιδ'. καὶ ἕτερα πλεῖστα, καὶ λόγους ἀξίους. Sed in fine ſine interpunctione legendum puto, Νέρωνα θεατήν, vt ſit vnum opus, non duo. Scripſit illud ſine dubio in Neronem, qui vrbis incendium, quod procurauerat, habitu ſcenico ſpectauerat laetus: atque inde inſcripſit iſto modo. De Neronis illo facto ecce ita Suetonius in eius vita cap. 38. *Hoc incendium e turri Maecenatica proſpectans, laetuſque flammae, vt aiebat, pulcritudine, ἅλωσιν Ilii decantauit in illo ſuo ſcenico habitu.* Atque hoc ὡς ἐν παρέργῳ. Huius Philoſtrati eſſe puto etiam Hiſtorias, quas laudat Ioſephus contra Apionem, lib. I. περὶ τούτων γὰρ συμφωνεῖ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, μεμνημένος τῆς Τύρου πολιορκίας *. Secundus, eius filius, qui & ipſe Athenis docuit, vixitque ſub Seuero, & ad Philippum vſque aetatem produxit. De eo ſcriptiſque ita Suidas: Φιλόστρατος, Φιλοστράτου, τοῦ καὶ Βήρου, Λημνίου, σοφιστοῦ. καὶ αὐτὸς δεύτερος σοφιστὴς, σοφιστεύσας ἐν Αθήναις· εἶτα ἐν Ρώμῃ, ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως, καὶ ἕως Φιλίππου. ἔγραψε μελέτας. ἐπιστολὰς ἐρωτικάς. Εικόνας, ἤτοι ἐκφράσεις, ἐν βιβλίοις δ'. Διαλέξεις **. Αἰγας, ἢ περὶ αὐλοῦ. Απολλωνίου βίον τοῦ Τυανέως, ἐν βιβλίοις ἡ. Αγοράν. Ηρωϊκόν. Βίους Σοφιστῶν, ἐν βιβλίοις δ'. Επιγράμματα· καὶ ἄλλα τινά. Attende autem, ſecundum hunc primi filium dici; & illum vixiſſe ſub Nerone, hunc ſub Seuero: quod poſtremum etiam Heſychius Mileſius ait, cuius mox verba proferemus. At falſum iſtud eſſe, vereor vt temporum ratio euincat. Nam ab illius exceſſu ad huius initium interuallum eſt annorum circiter 130. Aut oportet, vt ſub Nerone quidem vixerit, ſed aetatem longe etiam vltra produxerit; deinde extrema admodum ſenecta hunc genuerit, qui vitam produxerit ad Philippum, id eſt ſupra trigeſimum etiam annum ab exceſſu Seueri imperatoris. Ergo duo hi pater & filius vixerint fere totidem ſecula. Verum erroris manifeſtum teneo Suidam. Primus enim huius ſecundi non fuit pater, ſed auus maternus. Obſeruo in Philoſtrati ipſius Iunioris, vt hodie inſcribitur, praefatione, quam Iconibus praemittit, ἐσπάδασαί τις γραφικῶν ἔργων ἔκφρασις τῷμῷ ὁμωνύμῳ καὶ μητροπάτορι, λίαν Ατ̣τικῶς τῆς γλώττης ἔχουσα. Quid poteſt clarius? Atque hoc magis cum ratione temporum conuenit. Porro hoc nunc etiam hinc liquet, primum illud Iconum opus, in libros duos diſtributum, Philoſtrati primi non ſecundi huius eſſe, alterum vero ſecundi non tertii: contra quam nobis Suidas tradit. Huic autem Antoninus Commodus Imperator immunitatem a muneribus publicis conceſſit, annos nato 24. Narrat Philoſtratus tertius in Philiſco: ἀλλ' ὅμως καὶ μετὰ ταῦτα, Φιλοστράτῳ τῷ Λημνίῳ λειτουργιῶν ἀτέλειαν ἐπὶ μελέτῃ ἐψηφίσατο, τέτταρα καὶ εἴκοσι ἔτη γεγονότι. Loquitur autem de Antonino Commodo Imp. quod verba illic praecedentia clare teſtantur. τῆς δίκης γενομένης ἐπὶ τὸν αὐτοκράτορα, Αντωνῖνος δὲ ἦν, ὁ τοῦ φιλοσόφου παῖς, Ιουλίας. Et obſerua. Sub Commodo annorum fuit viginti quatuor; ergo natus ſub Patre eius, Antonino Philoſopho. Et tunc Athenis egit. Poſtea Romam venit ſub Seuero, ibique vixit vſque ad Philippum, ſi nobis Suidae verbis ſtandum eſt. Ergo cum deceſſit, octuagenario maior fuerit. Praeterea Lemnium vtrumque indigetat Suidas. Sed de ſecundo variant Auctores. Cum Suida facit Eunapius, in prooemio: ἀλλὰ τὸ μὲν εἰς τοῦτον (τὸν Απολλώνιον) ὁ Λήμνιος ἐπετέλεσε Φιλόστρατος, βίον ἐπιγράψας Απολλωνίου τὰ βιβλία. Et Heſychius Mileſius libro de Viris Claris: Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος, ὁ τὰς εἰκόνας γράψας, υἱὸς ἦν τοῦ πρώτου, σοφιστοῦ, Φιλοστράτου Λημνίου. οὗτος ὁ δεύτερος ἐσοφίσευσεν ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως. Photius in Bibliotheca Tyrium facit: ἀνεγνώσθη Φιλοστράτου Τυρίου εἰς τὸν τοῦ Απολλωνίου τοῦ Τυανέως βίον λόγοι ὀκτώ. Et Ioannes Tzetzes Chil. 6. c. 45.

Φιλόστρατος ὁ Φλάβιος, ὁ Τύριος, οἶμαι, ῥήτωρ.
Αλλος δ' ἐστὶν ὁ Ατ̣τικός.

Euſebius contra Hieroclem Athenienſem nuncupat: ὅ γε μὴν Αθηναῖος Φιλόστρατος τὰ φερόμενα πάντα ὁμοῦ, ἀπό τε τῶν Μαξίμου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Δάμιδος, καὶ ἄλλων, ξυναγαγεῖν ἑαυτὸν φήσας, πάντων μάλιστα ἐντελῆ τὴν ἀπὸ γενέσεως καὶ μέχρι τελευτῆς ἱστορίαν τοῦ κατὰ τὸν ἄνδρα βίου πεποίηται. Et innuit etiam Tzetzes in verbis citatis, cum inquit:

Αλλος δ' ἐστὶν ὁ Αττικός.

Sed ideo Athenienſem dici arbitror, quod Athenis diu docuerit. Aliam cauſam comminiſci nequeo. Cur Tyrium Photius & Tzetzes dicant, plane ignoro quibus auctoribus id faciant. Quin & λεξικὸν illius commemorat alibi idem Photius: ἀνεγνώσθη λεξικὸν Ιουλιανοῦ τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων. Et mox: ἐνετύχομεν δὲ καὶ Φιλοστράτου Τυρίου εἰς τὴν αὐτὴν

* Imo potius Tyrium Philoſtr. illum eſſe putem, a Lemniis plane diſtingendum, quem tamen confuſione admiſſa cum vitae Apollonii ſcriptore miſcuere Tzetzes & alii vid. inf. Philoſtratum in Indicis & Phoeniciis citat Freculphus T. I. c. 17. vid. Voſſ. p. 235. de Hiſt. Gr.

** Quarum & ipſe meminit in vita Apollonii.

ὑπόθε-

ὑπόθεσιν ἐκ ἀδοκίμῳ σπεδάσματι. Certe Lemnium ſemper indigetat in Sophiſtis Philoſtratus tertius. Praeterea Flauium illi praenomen tribuunt libri, cuius tamen neque Suidas neque alii meminerunt. Apud ſolum Tzetzen occurrit in citatis ante verſibus. Ex operibus exſtant hodie Heroica, Icones, Sophiſtarum vitae*, Epiſtolae, & Vita Apollonii. Ex epigrammatibus vnum nobis conſeruauit Anthologia lib. IV. εἰς εἰκόνα Τηλέφε τετρωμένε. Ad vitam Apollonii quod attinet, eam laudat etiam Zonaras in Domitiano Annal. ΙΙ. τᾶτο δὲ καὶ ὁ Φιλόστρατος, ὁ τὸν Απολλωνίε βίον συγγεγραφὼς, ἅτως ἀνέγραψεν. Item Cedrenus: ἀνηγγειλεν αὐτῷ τὰ κατ' αὐτὸν (loquitur de Apollonio hoc) καθὰ Φιλόστρατος ἱστορεῖ. Ioannes Tzetzes Chil. II. c. 60. vbi multa de Apollonio:

Γράφσι ταῦτα πάτερα, καὶ χρονικῶν τι πλῆθος,
Φιλόστρατος, καὶ Μάξιμος, ὁμᾶ καὶ Μοιραγένης.

Sidonius Apollinaris lib. VIII. ep. 3. *Apollonii Pythagorici vitam non vt Nicomachus ſenior e Philoſtrati, ſed vt Taſcius Victorianus e Nicomachi ſchedio exſcripſit, quia iuſſerat, miſi.* Paulus Diaconus hiſt. miſc. lib. VIII. *Et Apollonius, ex Tyanenſibus Italiae ortus Pythagoricus Philoſophus, Romae pollebat, ita vt hunc ipſo quoque Pythagora Philoſtratus & alii acrioris fuiſſe ingenii deſcribant.* Hieronymus in epiſtola ad Paulinum: *Scripſit ſuper hoc* (Apollonio) *pleniſſime octo voluminibus Philoſtratus.* Pluries Euſebius contra Hieroclem. Eunapius in prooemio, ait, facere titulum debuiſſe: Θεᾶ εἰς ἀνθρώπες ἐπιδημίαν. Αλλὰ τὸ μὲν εἰς τᾶτον (τὸν Απολλώνιον) ὁ Λήμνιος ἐπετέλεσε Φιλόστρατος, βίον ἐπιγράψας Απολλωνίε τὰ βιβλία, δέον Θεᾶ ἐπιδημίαν εἰς ἀνθρώπες καλεῖν. Scripſit autem ſub Seuero, iuſſu Iuliae Imperatricis, vxoris eius. Ipſe teſtatur lib. I. c. 3. καὶ προσήκων τις τῷ Δάμιδι τὰς δὲ λτες τῶν ὑπομνημάτων, ἅπω γιγνωσκομένας, εἰς γνῶσιν ἤγαγεν Ιελία τῇ βασιλίδι. μετέχοντι δέμοι τᾶ περὶ αὐτὴν κύκλε, καὶ γὰρ τὰς ῥητορικὰς πάντας λόγες ἐπῄνει, καὶ ἠσπάζετο, μεταγραψαμτε προσέταξε καὶ τὰς διατριβὰς τάυτας, καὶ τῆς ἀπαγγελίας αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι. Haec enim Sophiſtis delectabatur, vt in verbis citatis tradit, & praeter eum Xiphilinus in Seuero. Καὶ ἡ μὲν αὐτή τε (loquitur de hac Iulia) Φιλοσοφεῖν διὰ τᾶτο ἤρξατο, καὶ σοφισαῖς συνημέρευσεν. Ac puto, citatum iam Philoſtrati locum reſpexerit Ioannes Tzetzes, Chil. 6. cap. 45.

Φιλόστρατος ὁ Φλάυιος, Τύριος, οἶμαι, ῥήτωρ,
Αλλος δ' ἐστὶν ὁ Αθηνικὸς· ὁ Τύριος ἂν ἅτος
Ην, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτᾷ βιβλίοις διαγράφει
Εις τᾶ χορᾶ ῥητόρων τε, καὶ τῶν γραμματευόντων,
Τῇ Ιελία κραταιᾷ τελέσῃ βασιλίδι.
Σύζυγος δ' ἄυτη δ' ἃ φησί τινος ἦν βασιλέως.

Hoc autem non praetereundum. Recenſet Suidas εἰκόνας, ἢ ἐκφράσεις ἐν βιβλίοις δ'. Sed hodie duo tantum eius Operis libri exſtant. Ergo perierunt duo, aut aliter illud diſtributum olim atque hodie. Verum id arbitrari nihil neceſſe. Corrigendus in Suida numerus, ſcribendumque ἐν βιβλίοις ϛ'. Sic mox: βιες σοφισῶν ἐν βιβλίοις δ'. Itidem corrige ac reſcribe ἐν βιβλίοις ϛ'. Nam duos tantum ſe de vita Sophiſtarum libros compoſuiſſe ipſe teſtatur initio Operis iſtis verbis: τὰς ἐν δόξῃ τᾷ Φιλοσοφῆσαι σοφιεύσαντας, καὶ τὰς ἅτω κυρίως προσρηθέντας σοφισὰς ἐς δύο βίβλες ἀνέγραψά σοι. Nihil poteſt clarius. Sed de illo ipſo opere controverſia eſt; & ſunt qui tertio adſcribant. Tradit Suidas, vbi de eo: τινὲς δὲ καὶ τὰς τῶν σοφισῶν βίες ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρσιν. Idque verum. Quippe meminit ibi non ſemel ſecundi & in fine Operis diſertis verbis excuſat ſe, quo minus illum etiam inter Sophiſtas reliquos commemoret. Ecce locum: περὶ δὲ Φιλοστράτε τᾶ Λημνίε, καί τις μὲν ἐν δικασηρίοις ὁ ἀνὴρ ἅτος, τίς δὲ ἐν δημηγορίαις, τίς δὲ ἐν συγγράμμασι, τίς δὲ ἐν μελέταις, ὅσος δὲ ἐν σχεδίῳ λόγῳ, καὶ περὶ Νικαγόρε τᾶ Αθηναίε, ὃς καὶ τᾷ Ελευσινίε ἱερᾷ κήρυξ ἐσί τε, καὶ εἰ Αψίνης τε ὁ Φοίνιξ ἐφ' ὅσον πρᾶξη μνήμης τε καὶ ἀκριβείας, ἐκ ἐμὲ δεῖ γράφειν. Καὶ γὰρ ἄν καὶ ἀπιστηθείην ὡς χαρισάμενος, ἐπειδὴ φιλία μοι πρὸς αὐτὸς ἦν. Ergo ſatis liquido oſtendimus, librorum de Sophiſtis auctorem eſſe tertium. Scribere autem incepit vt arbitror, Macrino Imperatore, cum conſulatu fungeretur Antoninus Diadumenus eius filius. Inſcribit enim, τῷ λαμπροτάτῳ ὑπάτῳ Αντωνίνῳ. Ita lego, non Αντωνίῳ. Vt hodie editur. Niſi quis malit Getam Caracallam aut Alagabalum deſignari**. Quippe res in coniectura eſt. Sed magis animus mihi inclinat ad Diadumenum propter rationem temporum. Poſterior quidem Alagabalus, ſed non niſi Imperator Conſulatum geſſit. Et tunc Imperatorem eum potius quam Conſulem vocaſſet. Geta & Caracalla ſunt paulo remotiores. Finem impoſuit ſeneſcente iam Aſpaſio. Ipſe teſtatur in eius vita. Παυσανίᾳ μὲν ἂν μαθητὴς ὁ Ασπάσιος, Ιπποδρόμᾳ δὲ ἐκ ἀνήκοος. ἐπαίδευσε

* Imo delendum hoc, paulo ante enim Meurſius Sophiſtarum vitas tribuit tertio Philoſtrato, imo & infra.

** Ea de re vide nobis notata ad Inſcriptionem illam.

δὲ κατὰ τὴν Ρώμην ἱκανῶς γηράσκων, ὁπότε μοι ταῦτα ἐγράφετο. Id est circa Alexandri Mammeae tempora; nam sub isto vixit Aspasius. Suidas. Ασπάσιος, Δημητριανοῦ τοῦ κριτικοῦ μαθηματικοῦ, Ραβενναῖος, σοφιστὴς, γεγονὼς Αλεξάνδρου τοῦ Μαμμαίας. Meminit huius Operis Zonaras in Nerua Annal. 2. ὡς ὁ Φιλόστρατος ἐν τοῖς βίοις τῶν σοφιστῶν ἀνεγράψατο. Et Scholiastes Hermogenis in Prolegomenis: ἀλλὰ Φιλόστρατος ἐν τοῖς βίοις τῶν σοφιστῶν μέμνηται λέγων ταυτί. Synesius initio Dionis: Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος ἀναγράφων τοὺς βίους τῶν μέχρι αὐτοῦ σοφιστῶν, ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου δύο μερίδας ποιεῖ, τῶν τε αὐτὸ τοῦτο σοφιστῶν καὶ τῶν ὅσοι φιλοσοφήσαντες, διὰ τὴν εὐστομίαν ὑπὸ τῆς φήμης εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀπηνέχθησαν. Ad Iconum libros quod attinet, eos citat Ioannes Stobaeus serm. 50. τοὺς μὲν παρὰ Φιλοστράτῳ ἔρωτας γλαφυρώτατα ἀπεικασμένους, εἴ τινι σχολὴ, ἀναγινωσκέτω. Nominat etiam pluries Thomas Magister in Eclog. Dict. Attic. Iam ad tertium veniamus, qui erat Neruiani filius, secundi ex fratre pronepos. De eo scriptisque ita Suidas: Φιλόστρατος Νερβιανοῦ, ἀδελφόπαιδος Φιλοστράτου τοῦ δεύτερου, Λήμνιος, καὶ αὐτὸς σοφιστὴς, καὶ παιδεύσας ἐν Αθήναις, τελευτήσας δὲ καὶ ταφεὶς ἐν Λήμνῳ. ἀκουστὴς τε καὶ γαμβρὸς γεγονὼς τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου. ἔγραψεν εἰκόνας, παναθηναϊκὸν, Τρωϊκὸν, παράφρασιν τῆς Ομήρου ἀσπίδος. μελέτας ε΄. τινὲς δὲ καὶ τοὺς τῶν σοφιστῶν βίους ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρουσιν. Ex his omnibus hodie restant duntaxat, quos iam ipsi assertum iuimus, de Sophistarum vita libri. Nam de Iconibus errare Suidam & primi ac secundi eas esse, nunc ostendimus. Sed obserua auditorem & generum secundi fuisse. Ita inquit: ἀκουστής τε καὶ γαμβρός γεγονὼς τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου. Atqui quomodo haec conueniunt, si eiusdem ex fratre pronepos ille fuerit? Hoc istis verbis testatum facit. Φιλόστρατος, Νερβιανοῦ, ἀδελφόπαιδος Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου. Oportet igitur, iuuenis admodum filiam propatrui, aetate multo grandiorem, vxorem duxerit. Sed censeo in Suida mendum esse, & Neruianum fratrem Philostrati secundi fuisse, non autem ex fratre nepotem: atque ita tertius hic nepos eius, non pronepos fuerit, idque conueniens. Ergo restituendus locus, legendumque Φιλόστρατος Νερβιανοῦ, ἀδελφόπαις Φιλοστράτου τοῦ δευτέρου. Ergo vt recte rem teneamus, Philostrati Lemnii tres fuerunt. Vnus sub Nerone, quique vitam ad Traianum etiam produxisse videtur: alter huius ex filia nepos, qui sub Antonino Philosopho natus ad Philippum vsque vixit: tertius eius ex Neruiano fratre maiore, vt arbitror, nepos & gener. Prioris scripta Iconum libri II. qui falso a Suida secundo tribuuntur. Alterius, vita Apollonii, Heroica, Epistolae & Iconum liber vnicus, quem male tertio tribuit Suidas. Tertii, vitae Sophistarum quas male secundo adscribit Suidas. Porro tribus his Philostratis a Suida commemoratis, quartum ego addo, Aegyptium, aetate alios antecedentem, vt qui sub Iulio & Augusto vixerit. Meminit eius ipse tertius in Sophistis lib. I. οἶδα καὶ Φιλόστρατον τὸν Αιγύπτιον, Κλεοπάτρᾳ μὲν συμφιλοσοφήσαντα τῇ βασιλίδι, σοφιστὴν δὲ προσρηθέντα, ἐπειδὴ λόγου ἰδέαν πανηγυρικὴν ἥρμοστο, καὶ ποικίλην, γυναιξὶ συνὼν ἢ καὶ αὐτὸς τὸ φιλολογεῖν τρυφὴν εἶχεν. ὅθεν καὶ παρῴδουν τινὲς ἐπ' αὐτῷ τόδε τὸ ἐλεγεῖον.

Πανσόφου ὀργὴν εἶχε Φιλοστράτου, ὃς Κλεοπάτρᾳ
νῦν προσομιλήσας τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

Atque hunc ego esse censeo, quem Tyrium adpellant Photius & Tzetzes, vt paulo ante ostendi, cuiusque λεξικὸν ῥητορικὸν laudat Photius. Neque alius est putandus, qui laudatur a Plutarcho in M. Antonio: ταύτης δὲ τῆς τιμῆς ἔτυχεν Αρειος παρὰ Καίσαρος, καὶ τῶν ἄλλων ἐξητήσατο συχνούς. ὧν εἷς ἦν Φιλόστρατος, ἀνὴρ εἰπεῖν μὲν ἐξ ἐπιδρομῆς τῶν τότε σοφιστῶν ἱκανώτατος, εἰσποιῶν δὲ μὴ προσηκόντως ἑαυτὸν τῇ Ακαδημίᾳ. διὸ καὶ Καῖσαρ αὐτοῦ βδελυττόμενος τὸν τρόπον οὐ προσίετο τὰς δεήσεις, ὁ δὲ πώγονα πολιὸν καθεὶς, καὶ φαιὸν ἱμάτιον περιβαλλόμενος, ἐξόπισθεν Αρείῳ παρηκολούθει, τοῦτον ἀεὶ στίχον ἀναφθεγγόμενος

σοφοὶ σοφοὺς σώζουσιν ἂν ὦσι σοφοί.

πυθόμενος δὲ Καῖσαρ, καὶ τοῦ φθόνου μᾶλλον Αρειον, ἢ τοῦ δέους Φιλόστρατον ἀπαλλάξαι βουλόμενος, διῆκε. Iterum in Catone minore: εἰ δὲ Φιλόστρατον ἐν Σικελίᾳ μέσον εἶχεν περιπατῶν ἐπὶ τιμῇ φιλοσοφίας, ἐγκαλοῦσι. Praeterea Philostrati nomine plures alibi obseruaui. In his Rhodivm Athletam, apud Pausaniam Eliac. I. τὰ δὲ ἐπίλοιπα ἐς τοὺς ἀθλητὰς τούτους οἱ ἐξηγηταὶ λέγουσιν οἱ Ηλείων ὀγδόην μὲν ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν Ολυμπιάδα εἶναι, λαβεῖν δὲ Ευδηλον παρὰ Φιλοστράτου χρήματα. Τοῦτον δὲ εἶναι τὸν Φιλόστρατον Ροδιον. Meminitque Anonymus in descript. Olymp. in Olymp. 178. quam Pausanias illic dicit. τρίτος ἀπὸ Ευπώλου Φιλόστρατος τὴν νίκην ἐξωνήσατο, τὸν Ανταγωνιστὴν Ευδηλον χρήμασι πείσας. Alius est quem exagitat Aristophanes Equitibus:

Οισθ' ὅτι τοῦτο τί ἐστι; Φιλόστρατος ἢ κυναλώπηξ.

Vbi Scholiastes: οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ Φιλόστρατος. λέγει δὲ αὐτὸν καὶ πορνοβοσκὸν καὶ καλλωπιστήν. Is ipse fortasse, cuius mentio apud Demosthenem, Orat. in Neaeram: ὡς Φιλόστρατον δὲ τὸν Κολωνῆθεν, ἠΐθεον ἔτι ὄντα καὶ φίλον αὐτῷ, καθίστησιν ὁ Λυσίας αὐτάς. Et mox iterum: Φιλόστρατος

Διονυ-

Διονυσίᾳ Κωλωνῆθεν μαρτυρεῖ εἰδέναι Νέαιραν Νικαιρέτης ἅσαν. Mentio item Philoſtrati cuiuſdam Cholargenſis apud Alciphronem, in Epiſtola Aegialei ad Struthionem: βάλομαι δὲ πρὸς ἕνα ἢ δεύτερον τετωνὶ τῶν λακκοπλάτων διά σε προξένε, ἢ πρὸς Ερασικλέα τὸν Φρίττιον, ἢ πρὸς φιλόσοφον τὸν Χολαργέα οἰκείως ἔχειν. Item Oeenſis apud Diogenem Laertium in Polemone lib. IV. Πολέμων Φιλοστράτε μὲν υἱὸς ἦν, Αθηναῖος, τῶν δήμων Οιηθεν. Alius apud Liuium, extremo lib. XLIII. *Interim Cleuas aſſumto Philoſtrato, qui Epirotarum gentem habebat, in agrum Antigonenſem tranſcendit.* Item apud Martialem: lib. II. Epigr. 83.

A Sinueſſanis conuiua Philoſtratus vndis.

Et in inſcriptione veteri:

L. COMINIVS L. M. L. NATIRA
L. L. L. PHILOSTRATVS V. F.
SIBI ET SVIS.

Atque haec ſunt, quae de Philoſtratis mihi obſeruata. Siquis alia & meliora aliquando afferet, libens admittam. TV, Vir amiciſſime, certo ſcio, grata haec & accepta habebis. Hoc te autem, antequam deſinam, monitum velim, Epiſt. 10. p. 10. iſta verba, ὁ πλάσιος καλεῖσε ἐρώμενον, ἐγὼ κύριον. ἐκεῖνος ὑπηρέτην, ἐγὼ θεὸν, luxata mihi omnino videri, atque in verum ordinem ſuum reſtituenda iſto modo: ὁ πλάσιος καλεῖ σε ἐρώμενον, ἐγὼ θεόν. ἐκεῖνος ὑπηρέτην ἐγὼ κύριον. Haec enim magis inter ſe conueniunt. Tu arbitrabere, cuius iudicio haec & iſta omnia permitto.

IOAN. IONSIVS.

De Scriptoribus Hiſt. Philoſ. lib. III. c. XIII. p. 279. & p. 283.

CElebris hoc tempore [Imp. Seueri] erat Philoſtratus Lemnius, qui, ſub Antonino Pio natus, ad Philippum vſque vixit, teſte Suida Φιλοστρ. Hic Iuliae Auguſtae, Seueri vxoris, iuſſu *Apollonii Tyanei, Pythagorici Magi, vitam* octo libris, etiamnum ſuperſtitibus, ſcripſit, ipſo de ſe teſte lib. I. cap. 3. Iulia enim, quod & ſupra indicauimus, viris doctis impenſe delectabatur, teſte Philoſtrato loco cit. Xiphilino *Severo*, Tzetze Chil. VI. cap. 45. Mentionem huius operis Autores faciunt plurimam, vide Euſebium *in Hieroclem*, Suidam Κράτης, Cyrillum lib. III. *contra Iulianum*, Hieronymum *epiſtola ad Paulinum*, Iſidorum Peluſiotam lib. I. epiſt. 398. Photium Ecl. XLIV. & CCXLI. Errat Voſſius lib. II. de Hiſt. Gr. cap. 15. qui huius quoque operis Ioſephum in Antiquitatibus Iudaicis meminiſſe ſtatuit, cum longe poſt Ioſephi tempora Philoſtratus vixerit. Hanc Apollonii vitam, a Philoſtrato ſcriptam, ſeruat inter Manuſcripta Bibliotheca Patrum Soc. Ieſu Num. LIV. & LIX, Pariſiis in platea S. Iacobi. Quoniam vero Apollonius iſte ſecundum Eunapium οὐκ ἔτι φιλόσοφος, ἀλλ ἦν τι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπε μέσον, hinc illos de Apollonii rebus geſtis libros rectius ἐπιδημίαν εἰς ἀνθρώπες θεᾶ *acceſſum Dei ad homines* inſcribi poſſe cenſet Eunapius *prooem.* quo titulo in re ſacra iam ante vſus erat Euſebius lib. VII. *Demonſtr. Euang. cap. 1.* Meminit huius Philoſtrati Lucianus Δωρὶς: adde quae de eo habent Meurſius *notis ad Philoſtratum*, & Voſſius *de Hiſt. Gr.*

Philoſtratus Iunior, prioris e fratre nepos, itidem Lemnius, τὰς βίας τῶν μέχρι αὐτᾶ σοφιστῶν *de Sophiſtis ad ſua vſque tempora*, teſte Syneſio *Dione*, ſcripſit, idque duobus libris: non δ' ſiue quatuor, vt Suidas habet. Ipſe enim Philoſtratus initio operis ſui duos ſaltem a ſe ſcriptos eſſe de Sophiſtis libros fatetur. Hos priori Philoſtrato perperam tribuit idem Suidas, vide Meurſium loco citato. Meminit eius περὶ βίων *de vitis* operis Suidas, Ηρώδης. Ιάλιος. Extant hae vitae manuſcriptae Lutetiae in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi Num. MCCLI. Sed multi fuere Philoſtrati (1) Lemnius ſub Nerone, cuius libros enumerat Suidas. (2) quem priore loco nos dedimus. (3) hic ipſe: de quo modo egimus. (4) Aegyptius ſub Auguſto. (5) Rhodius athleta. (6) quidam apud Ariſtophanem. (7) Cholargenſis apud Alciphronem. (8) Oeënſis Polemonis pater. (9) quidam apud Liuium. (10) apud Martialem. (11) In inſcriptione quadam. Hos ita recenſet Meurſius loco citato. *Euboeenſem* ſub Veſpaſiano Philoſtratum memorat Plutarchus l. *de ſolert. anim.* Pellenenſem idem *de 10 Rhet. Antiph.* Philoſtrati cuiuſdam epigrammata ſeruat Anthologia l. IV. c. 7. ep. 25. Phalium Philoſtratum citat Varinus Πολυξένη. Scriptorem de Tyriis Ioſephus lib. I. *de antiq. Iudaeorum.*

NANVS TILLEMONTIVS

Vita Seueri, Articul. XXXVII. α

IVliae Domnae, Seueri Augusti coniugis, iussu, Apollonii Tyanensis vitam condidit Philostratus[1]. Stylum eius ob perspicuitatem, amoenitatem & breuitatem commendat Photius[2]. Idem suauitatem ei tribuit summam, eumque laudat ob antiquitatis studium, & dictionum nouitatem lectores in admirationem rapientem. Idem alibi styli amoenitatem & varietatem in eo depraedicat, vocumque tum proprietatem tum delectum: sed genus dicendi tamen ei esse fatetur plane singulare, neque eam, quae vulgo obseruetur, orationis structuram. Illius rei eam reddit rationem, quod, multus in Veterum lectione, omnes eorum collegerit dicendi formas, a regulis vulgo obseruatis recedentes, quae rarius adhibitae gratiam orationi soleant conciliare, quemadmodum in optimis autoribus id praestare obseruantur: persuasum, eandem earum vim fore, si totum opus suum iis constipauerit. Pollicetur autem in ista historia Philostratus aliud opus, qua Apollonii sui causam se defensurum ait contra ea, quae ab Euphrate ei obiecta fuerunt β.

1 Philostr. vit. Apoll. lib. I. c. III.
2 Cod. 44. p. 29. cod. 241. p. 1017.
L. I. c. 13.

Flauii nomine Philostratus[1] γ hicce vulgo appellatur. Tyrium eum Photius[2] ait fuisse, eamque in rem Tzetzem[3] quoque allegare solent. Eusebius[4] tamen Atheniensem eum facit. Eunapius[5] vicissim Lemnium dicit, quem Hesychius[6] Suidasque sequuntur[7]. Idem tamen Suidas, vbi ex instituto de eo agit, de patria eius plane tacet. Ex historia Sophistarum [quae Philostrati nomine prostat] liquido patet, seculi secundi initiis Philostratum, patria Lemnium, extitisse δ. Vossio[8] Ionsioque[9] probabile visum, (videturque omnino hac ratione cum Eunapio & Hesychio conciliari Eusebius posse) oriundum Lemno, si patrem spectes, Philostratum istum, quod ex Suida constat, Athenis natum fuisse, imo & ibi aliquamdiu Sophistam egisse.

1 Voss Hist. Gr. lib. II. c. 15.
2 C. 44.
3 Voss. l. c.
4 adu. Hierocl. c. 1.
5 pr. p. 11.
6 Voss. l. c.
7 Suid. κ'. p. 1520. d.

Eum Suidas filium fuisse ait Philostrati Veri ε, Lemno, Archipelagi insula, orti, eumque vixisse sub Nerone ait, qui Imperium cum vita XXC, & quod excedit, annis ante Seuerum Imperatorem finiuit. Addit idem Suidas filium, qui noster est Philostratus, ad Philippum vsque Imperatorem, qui A.CCXLIV. Imperium adeptus est, vitam produxisse. Haut pauca parenti ingenii tribuit monimenta, in quibus contra Antipatrum Sophistam est opus. Eius nominis celebrem Sophistam, qui floruit imperante Seuero nouimus: sed nihil obstat quo minus Neronis etiam aeuo aliquis extiterit Antipater. Istum autem Philostratum, in trium istorum, de quibus dicturi sumus, censum minime referimus.

8 Voss. l. c.
9 Ionsius l. III. c. 13.

Primum locum tribuimus ei qui vitam Apollonii scripsit, & qui ex Sophistarum erat numero, aulam Iuliae Domnae frequentantium[1]. Rhetoricam ille Athenis primo[2], inde Romae docuit. Multa alia ei praeter Apollonii vitam scripta tribuit Suidas. Interque ea quatuor ζ imaginum libros, Heroicum η, litteras amatorias, libros de vitis Sophistarum quatuor ϑ. Imagines eius elegantiae summae[3], numeri exacte obseruati, & Atticae venustatis laudem promeruere.

1 Philostr. l. I. de vit. Apoll. c. III.
2 Suid. voc. Φιλος.
3 Imag. poster. proem.

Omnia ista scripta, Philostrati nomine inscripta, hodienum tenemus. Imagines tamen in libros diuisae haut prostant ι, & Sophistarum vitas in duos tantum libros distinctas habemus, nec plures autor earum in praefatione sua pollicetur, qua Antonio Consuli, ad Herodem

---

α Notandum, ea quae Tillemontius in notis ad hunc articulum habebat, me simul textui ipsi, loco quo maxime id opportunum videbatur, inseruisse, vt continua, magisque perspicua redderetur haec commentatio. Quo factum est necessario, vt quaedam mutatae fuerint connectendi formulae, & quasdam omittere oportuerit repetitiones, quae ea, qua nos Tillemontii cogitationes repraesentamus, forma, inanes poterant videri. Ceterum factum id sine detrimento genuini sensus fuit, quem summa, qua potuimus, fide vbique expressimus.

β Non singulare aduersus Euphratem pro Apollonio opus eo loco pollicetur Philostratus, sed Lectorem ad ea ablegat, quae libro VIII huius historiae contra Euphratis calumnias disputasse Apollonium apud Domitianum relaturus erat. vide notas ad lib. I. c. 13. n. 2.

γ Minime vero, si diuersus quidem ille sit a scriptore Vitarum Sophistarum, vt Tillemontio placet. Sane in editis Flauii nomen non comparet in inscriptione librorum de Vita Apollonii, sed in inscriptione tantum Vitarum Sophistarum. Quod ipse inf. agnoscit Tillemontius, sibique adeo spisse contradicit.

δ Loca, quibus de eo agitur in Sophistarum historia, excerpta habes in nostris Prolegomenis.

ι Suidas parentem Historici Apollonii non Verum vocat, sed Veri filium esse ait.

ζ At pro δ' *quatuor*, β' *duo* legendum apud Suidam esse pridem Meursio aliisque obseruatum.

η vel potius *Heroica*.

ϑ hic quoque β pro δ apud Suidam substituendam esse, iisdem viris doctis ex ipso prooemio Philostrati ad hos libros fuit demonstratum. vid. & ipsum Tillem. paulo post.

ι Imo vero in duos libros diuiduntur imagines priores, de quibus hic sermo esse debet Tillemontio, tam in Morelliana quam Aldina editione. Fraudi fuit Tillemontio, quod posteriores imagines, Iunioris quae sunt Philostrati in libros diuisi non sint.

Atti-

L. II. in Alex. Pelopl. Atticum genus referenti, eas dicauit. Vitarum harum Autor vitam Apollonii allegauit, magnique se illum facere praestigiatorem testatur: vt credere possis eundem operis vtriusque esse autorem. Alibi tamen vitarum Sophistarum scriptor Apollonium reprehendit, quod ex dignitate philosophi in quodam negotio se minime gesserit κ, quod minime strenuo eius Panegyristae conuenire videtur. Imo passim creditur Sophistarum historiam alterius esse Philostrati, nempe eius non obscure, quem Suidas filium Neruiani, pronepotem, generum, discipulumque prioris ait extitisse.

L. I. v. Dionis.

Philostratus ille, Neruiani filius, perinde ac prior ille, Rhetoricam docuit Athenis, aliaque opera condidit, in quibus vitas Sophistarum a nonnullis esse censitas Suidas fatetur. Hoc vero opus paulo post Seueri Alexandri imperium concinnauit, qui viuis excessit A. CCXXXV. Putemque ego de eo accipi posse, quae de priore Suidas habet λ, vixisse eum vsque ad Philippi aeuum, qui rerum summae praeesse coepit A. CCXLIV, vitam vero finiuit A. CCXLIX. Procli, Athenienſis Sophistae, discipulum se ait, multa item se accepisse ab Ephesio Sophista Damiano, Antipatro quoque vsus magistro videtur post excessum Caracallae μ. Non admodum genus scribendi, quod secutus fuit, Isaaco Casaubono probatur, qui indignatur de Imperatore saepe eum aliquo loqui, quem quis sit non dicat ν. Editi Flauii ei tribuunt nomen, quod vitae Apollonii scriptori minime adscribunt.

vit. Soph. lib. II. in Aspas.

ad Spart. p. 30.

Ceterum quando Suidas Philostratum hunc, Neruiani filium, Sophistarum qui scripsit vitas, *Lemnium* appellat, vt confusionem admittat vereor. Sophistarum enim historicus identidem de Philostrato Lemnio loquitur ξ, tanquam diuerso a se, illoque Lemnii cognomine eum designat, quasi hoc ipso a reliquis Philostratis, atque adeo a se quoque ipso, eum discretum cuperet ο.

Lemnius ille Philostratus tertius fuerit, amicus secundi, a quo vitae Sophistarum sunt scriptae; primi vero, autoris vitae Apollonii, ex filia nepos, a quo Imagines habemus itidem, quas μητροπάτορος exemplo ipse se concinnasse testatur. Istas enim imagines suas ille concludit, Philoctetem sepultum esse dicens ἐν ταύτῃ τῇ Λήμνῳ. π. Extemporaneas ille recitabat orationes XXII aetatis anno: Viginti autem & quatuor natus annos, a Caracalla, coram quo declamauerat, a muneribus publicis obtinuit vacationem, quam alii tamen gratiam Sophistae idem imperator negauerat. Contigisse id ante Annum C. CCXII non potuit. Estque hoc ipsum argumento, vitae Apollonii scriptorem non esse eum, qui istis Historiae Sophistarum locis memoratur Philostratus. Sane enim iste Philostratus, qui a Caracalla A. CCXII ἀτέλειαν fuit consecutus anno aetatis XXIV, circa annum CCXVII, quo Iulia Domna obiit diem, XXIXum aetatis annum vix potuit implere. Difficile autem est eius aetatulae homini, id datum negotii a Iulia fuisse, vt tanti momenti opus aggrederetur. Maxime, cum ante annum CCXVII eum absoluisse id operis oporteat, si eo promeruisse gratiam Caracallae, quae est nonnullorum opinio, sit statuendum. Sed vt ad eum, de quo agimus, Philostratum, Lemnium, posteriorum scriptorem imaginum redeamus; in Italia ille sub Alexandro fuit, & in Heliogabalum declamationem adornauit ρ. Controuersiae ei nonnullae Romae pariter ac in Ionia cum Aspasio Sophista interceſſere, quae vtrique ad eloquentiae incrementa haut parum profuere. Insigne eius elogium pauciſſimis verbis absoluit Historiae Sophistarum scriptor,

Icon. poster. proem.

Icon. post. Philoctet.

vit. Soph. lib. II. Hippodr.

ib. vit. Philisci.

Vit. Soph. l. II. in Aelian.

ib. in Aspas.

κ Liberalius locum illum interpretatur Tillemontius; quod eius inspectio docet, & nos in nostra de Philostratis commentatione obseruamus.

λ quae vero ista in Suida reformando audacia! Quidue obstat, quo minus ad priorem haec referantur Philostratum, quae Suidas ei tribuit? Nihil certe vt nobis ostensum l. c.

μ Cur vero post Caracallae excessum? Hoc solum dicit in vita Antipatri, in ἀκροάσεσι se cum ceteris ἀκροαταῖς acclamantem Antipatro, θεῶν διδάσκαλον eum appellasse, quod fieri potuit Caracalla non vivo tantum, veram etiam adolescente, circa V Imperatoris Seueri annum, quo Augustus factus est Caracalla, adeoque in ipsis Imperii Seueri initiis.

ν Sed quam iuste ea de re conqueratur Casaub. ex nostris ad eiusmodi loca obseruationibus patet, & Chronologia harum vitarum.

ξ Loca ordine indicata habes in Prolegomenis nostris: nam vnicus ex vita *Aspasii* Tillemontio hic indicatur.

ο Infirmior haec coniectura est, quam vt Suidas inde arguatur. Locum tamen ei lubens ex parte facio. Nempe id egisse concedo eum, qui Sophistarum vitas scripsit, Lemnii cognomine adhibito, vt eum a se distinguat. Ipse nempe Athenienſis vocabatur, si idem est, quod mihi persuasum, cum vitae Apollonii autore, atque adeo aetate sibi supparem ἀδελφόπαιδα, Neruiani filium, distinctionis causa Lemnium vocat. Qua ratione optime Suidae tradita, cum ista obseruatione conciliantur.

π Rem hic rursus concedo, Lemnium scilicet fuisse Philostratum posteriorum imaginum autorem, argumentum nihili est. Nam ista verba sunt ὑποδείξεως. Nempe Philostratus, quasi ob oculos positas istas picturas manu demonstrat, voce exponit, vt ex toto opere patet, adeoque repraesentatam in tabula insulam manu monstrans, eamque Lemnum esse docens, in qua Philoctetes sepultus sit, ὁ δὲ, inquit, ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται.

ρ Plane hic rursus Tillemontium sua fugit ἀκρίβεια, non enim Philostratus ille, Lemnius, declamationem in γυμνίδα, h. e. Elagabalum, feciſſe narratur Sophistarum scriptori, sed Aelianus, quem reprehensionem incurrisse ait Lemnii, quod vivo insultare haut ausus Elagabalo, mortuum denique declamatione infectatus fuerit.

neque ei se multis immorari ait, quod metuat adulationis ne incurrat suspicionem, cum amicus ille sit sibi, [& cognationis iure coniunctus] σ.

Videntur itaque distinguendi esse inuicem I Philostratus Athenienſis, vitae Apollonii scriptor, Imaginum item priorum, quarum prima Scamander delineatur, ceterorum item, si placet, operum, a Suida ipsi tributorum, Sophistarum tamen excepta historia. II Philostratus Lemnius, nepos eius, autor Imaginum posteriorum, quarum prima Achillem exhibet. III Philostratus Neruiani Filius, vitarum Sophistarum autor, secundo, vt ipse fatetur in vita *Aspasii*, amicissemus, & primi, si placet, iuxta Suidam ex fratre pronepos. Tyrus huic patria esse potuit τ. Illi qui adcuratius ea quae habemus Philostratorum scripta euoluerint, nouam forte in iis lucem sunt reperturi.

Photius[1] Lexici cuiusdam meminit, quod Tyrio Philostrato tribuit. Tzetzes[2] librum cuiusdam Philostrati de Cypro Insula allegauit. De autore vitae Apollonii locutum Lucianum esse censet Ionsius[3]. Et certe ad Philostratum Lemnium υ pertinere non potest eius locus, qui ante A. C. CXXCIIX natus esse haut potest, Luciano supremam senectam A. CLXXX iam agente. Quod Suidas ait, Philostratum Athenis & deinde Romae sub Seuero Rhetoricam docuisse, itidem ad Lemnium istum spectare nequit φ.

1 Photius c. 150. p. 320.
2 Voss. Hist. Gr. l. II. c. 15. p. 136.
3 l. III. c. 13. p. 280.

VIRI CL.

IO. ALBERTI FABRICII

DE

PHILOSTRATIS

Eorumque scriptis, ex propediem edendo lib. IV. cap. XXIV Bibliothecae Graecae

Ἀποσπασμάτιον.

ANtequam alios Philostratos perstringam, dicendum prius est de duobus illis, quorum scripta nonnulla ad nos peruenerunt. Sunt itaque

I. FLAVIVS PHILOSTRATVS, LEMNIVS, *auctor vitae Apollonii, Iconum* (libris 2.) *Heroicorum, & Epistolarum.*

Ab Eusebio contra Hieroclem, Syncello, & aliis *Athenienſis* appellatur, quia docuit Athenis. At Philostrato iuniori in vitis Sophist. Eunapio, Hesychio illustri, & Suidae constanter dicitur *Lemnius*, in qua insula versatum se iuuenem innuit VI, 13. vitae Apollonii. Sane qui cum Photio cod. XLIV & Tzetza Chil. VI. Hist. 45. *Tyrium* vocant, cum antiquiore Philostrato Tyrio (de quo infra) confundere videntur. Magnam partem orbis peregrinando obiisse se testatur in extremo eiusdem vitae Apollonii. Ab Imp. Antonino Caracalla, Iuliae τῆς φιλοσόφου (ita legendum) qui Christi 212 Imperii habenas tenere coepit, viginti quatuor annos natus, immunitatem accepit a publicis oneribus, quod in declamatione placuisset, λειτουργιῶν ἀτέλειαν ἐπὶ μελέτῃ ἐψηφίσατο, vt refert Philostratus iunior lib. II. de vitis Sophistar. p. 618. Inter discipulos eius fuit Athenis Hippodromus, vt idem narrat p. 612. Romae vero, vbi postea eum docuisse Suidas testatur, controuersia ipsi intercessit cum Aspasio Sophista, Hippodromi auditore, quam in Ionia Cassianus & Aurelianus, itidem Sophistae, vehementer auxerunt, teste Philostrato iuniore p. 622. qui elogium eius praetereundo texit his verbis p. 623. Περὶ δὲ φιλοστράτου τοῦ Λημνίου, καὶ τίς μὲν ἐν δικαστηρίοις ὁ ἀνὴρ ἦτος, τίς δὲ ἐν δημηγορίαις, τίς δὲ ἐν συγγράμμασι, τίς δὲ ἐν μελέταις, ὅσος ἐν σχεδίῳ λόγῳ ἐκ ἐμὲ δεῖ γράφειν. *De Philostrato Lemnio, quis in foro vir iste fuerit, quis in concione, quantus in scriptis, quis in declamatione, & qualis denique in extemporali dictione, meum non est exponere.* Ipse se versatum refert in aula *Iuliae* Augustae, quae coniux Imp. Seueri fuit, & Rhetores, aliosque eruditos in honore habuit, defuncta Anno Chr. 217. Huius iussu ait se libros de vita Apollonii ex *Damidis* maxime commentariis, *Maximique* Aegiensis transscripsisse lib. I. c. 3. Quod non mirum est, si fecit annos natus XXVI vel XXVII, vt adeo cum doctissimo Tilemontio * alium fingere Philostratum antiquiorem eius autorem non sit necesse. In Elegabalum, vt probe obseruatum

---

σ vltimae hae voces non sunt Historiae Sophistarum scriptoris, ab ipso Tillemontio proptere vncinis inclusae.

τ imo cum Tyrium Philostratum ante Vespasianos scripsisse verosimile sit, quippe quem Iosephus in Antiquitatibus & contra Apion. libris allegauisse videatur, aegerrime istud mihi Tillemontius persuaserit.

υ notandum Lemnium audire Tillemontio Imaginum posteriorum scriptorem, qui ex hypothesi eius solus inter tres illos, de quibus hic disserit, Lemnius est.

φ neque etiam siue Suidae, siue alii cuipiam, in mentem venit, ad eum, quem Lemnium vocat Tillemontius. Imaginum posteriorum autorem, hoc referre. Nam Suidas de Philostrato vitae Apollonii autore, quem Athenienſem nonnulli vocant, hoc dicit.

* Not. 31. ad vitam Imp. Seueri T. 3. Imperator. p. 608. edit. Paris.

Peri-

Perizonio est, Aelianus scripserat inuectiuam, cui fecerat titulum κατηγορία Γύννιδος, hanc videns Philostratus eum reprehendit, quod mortuo insultaret, viuum extimuisset, ἐγώ σε, inquit, ἐθαύμαζον ἂν, εἰ ζῶντος κατηγόρησας, ἔστι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν Τύραννον ἐπισκόπτειν ἀνδρὸς, τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ παντός. lib. 2. de Sophistis p. 619. Periit Elagabalus Anno Christi 221. Philostratus autem noster, si Suidae credimus, Philippi etiam Imperatoris attigit aetatem, qui imperio praeesse coepit anno Christi 244. Fallitur tamen in eo haut dubie Hesychius illustris, eumque secutus Suidas, quod hunc eundem Philostratum ait Athenis ac Romae docuisse sub Seuero (defuncto A. 212.)

Inter scripta eius praecipuum haut dubie est, de quo iam nonnulla dixi,

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΣ *Apollonii Tyanensis* vita libris VIII. Plane enim hos fugit ratio, qui illos Luciani esse existimarunt, vt auctor est Philander ad Vitruuii VIII, 2. forte propterea, quia Philostrati quaedam cum Luciani operibus Graece sunt excusa. Ceterum isthoc in opere, vt ait Cyrillus 3 contra Iulian. p. 88. ἐξειλεγμένας καλλιεπείας conatus est Philostratus Apollonium, veluti Deum quendam, venerabilem omnibus & admirandum reddere, vnde Eunapius in prooemio ad vitas Sophistarum monet, iustiorem operis titulum fuisse futurum ἐπιδημίαι εἰς ἀνθρώπους θεῦ, & *Hierocles* in suo Philalethe, siue opere aduersus Christianos, inter alia Seruatorem nostrum cum Apollonio conferre non dubitauit, cuius impietatem singulari volumine, quod etiamnum extat, refellit *Eusebius* Caesareensis. Porro Philostrati opus, pessima fide & data opera ad eleuandam Euangeliorum Actorumque Apostolicorum fidem ab eo scriptum esse, multis disputat illustris Huetius in demonstratione Euangelica, & Robertus Ienkinus in obseruationibus ad vitam Apollonii, ex tomo secundo Historiae Imperatorum Tillemontianae excerptam, & Anglice redditam, quos si placet vide.

Lucem vidit Philostrati opus

Graece primum Venet. ex Aldi officina 1502. fol. cum Eusebio aduersus Hieroclem, atque iterum 1538. 8. MStus Graecus codex membranaceus seruatur Vratislauiae, in Bibliotheca Gymnasii Elisabethani, teste Gottlobo Krantzio in memorabilibus illius Bibliothecae p. 86.

Latine prodiit ex versione *Alemanni Rinuccini.* Venet. apud Aldum 1502. fol. & Colon. 1532. 8. ex Gisberti Longolii recognitione, cum adiectis ad margines Scholiis. *Graece & Latine* cum Rinuccini versione, per *Fred. Morellum* recognita, Parisis 1608. fol. adiunctis Eusebii libro aduersus Hieroclem, cum versione Zenobii Acciaioli Florentini, & reliquis Philostrati vtriusque scriptis, & Callistrati Ecphrasibus.

Gallice ex versione *Blasii Vigenerii*, Borbonensis, quam cum Iacobo Amioto ostendisset Henricus III. Galliae rex, miratus dixit, se hactenus semper ita existimasse, quod hoc opus in linguam Gallicam transferri commode non posset. Sane Regi eidem, versionem Gallicam Philostrati a se pridem flagitanti, hoc Amiotus responderat, & quod fieri bona translatio libri illius non posset, praetenderat. Vid. Baelii Lex. in Amioto T. I. p. 234. Ex versione eiusdem *Vigenerii*, per *Fred. Morellum* recognita additis notis *Arti Thomae* Domini de Embry, Parisiensis, Paris. 1611. 4.

Italice Venet. 1549. 8 nescio quo interprete.

Anglice libri duo priores cum notis satis copiosis ad singula capita, auctore *Carolo Blount.* Lond. 1680. fol. Notae feruntur partem excerptae e schedis Baronis Herberti de Cherbury: Auctor vero nec ingenio alioqui, nec destitutus eruditione, passim in illis prae se fert animum a Christianismo abhorrentem, quem oraculis rationis quoque & aliis diatribis pridem testatus est, miser denique necem ipse sibi conscisuit A. 1693. ob negatum, vt aiunt, gloris coniugium, quod licitum esse singulari scripto contenderat.

Locus Sidonii VIII. Epist. 3. quo ait se Apollonii Pythagorici vitam ad Leonem, Eurici Regis consiliarium, mittere, *non vt Nicomachus senior e Philostrati, sed vt Tascius Victorianus e Nicomachi schedis exscripsit*, cum Sirmondo, eruditissimo Viro, ita videtur esse intelligendus, vt Nicomachus & Victorianus non sint nomina auctorum, qui post Philostratum Apollonii vitam scripserunt, neque scribarum antiquariorum, sed virorum clarissimorum, qui ab antiquariis mendose scripta per otium & animi gratia castigabant. Idem enim Sirmondus testatur extare codices MSS. T. Liuii, in quibus Nicomachum & Victorianum eandem operam illi quoque impendisse annotatum est, his verbis: *Nicomachus Dexter V. C. emendaui ad exemplum Patris mei Clementiani, ab Vrbe condita . . . Victorianus V. C. emendabam Domnis Symmachis.* Et alio loco: *Emendaui Nicomachus Flauianus V. C. Praefectus vrbi apud Hennam, ab vrbe condita . . . . Victorianus V. C. emendabam Domnis Symmachis.* Laudatur Philostratus ab Isidoro Pelusiota lib. I. Epist. 398. ἔχεις τὸν φιλόσοφον, ἀκριβῶς τὰ ἐκείνου (Ἀπολλωνίου) ἐκθέμενον. καὶ μάνθανε ὡς σαφῆ συκοφαντίαν μαγγανειῶν ἐχθροὶ τοῦ ἀνδρὸς, ὡς εἰκὸς, κατε-

κατεσκέυασαν. Vide & Photium cod. XLIV & CCXLI, vbi prolixa e Philoſtrato excerpta, e quibus aliquando emendare codices editos licebit. De dictione Philoſtrati iudicium extat p. 13. edit. Hoeſchelii & p. 450. Mirum eſt a Photio bis idem opus recenſeri, itaque H. Valeſius, vir doctiſſimus, magnam Bibliothecae Photianae partem alteri auctori tribuebat.

ΗΡΩΙΚΑ. Heroica, ſiue Dialogus Vinitoris cum Phoenice, quo Heroes XXI, qui bello Troiano interfuere, celebrantur. Prodiit

Graece ad calcem ſcriptorum Luciani. Venet. apud Aldum 1503 & 1522 fol. p. 450. etiam apud Iuntas, Florentiae fol.

Latine vertit *Stephanus Niger* Mediolani 1517 & Baſil. 1532. 4.

Graece & Latine cum Nigri verſione habetur in editione Operum Philoſtrati Morelliana Pariſ. 1608 fol. p. 631 - 729. Meminit huius ſcripti Suidas, qui vocat Ηρωϊκόν. Nonnulla Heroicorum, vti Iconum quoque Philoſtrati loca, illuſtrat Io. Fridericus Gronouius diatribis ad Statium.

ΕΙΚΟΝΕΣ *Imagines* LXVI porticus Neapolitanae, libris duobus diſerte & eleganter deſcriptae, quas his verbis laudat Philoſtratus iunior in praefatione ſuarum imaginum p. 832. ἐσπέδασαί τις γραφικῶν ἔργων ἔκφρασις τῷμῷ ὁμωνύμῳ καὶ μητροπάτορι, λίαν Αττικῶς τῆς γλώσσης ἔχουσα, ξὺν ὥρᾳ τε προηγμένῃ καὶ τόνῳ. ταύτης κατ' ἰχνη χωρῆσαι θελήσαντες &c. Has imagines Meurſius antiquiori cuidam tribuit Philoſtrato, ſed nullum video argumentum firmum, quo id demonſtret. Neque dubitat vitam Apollonii & Imaginum libros ad eundem auctorem referre Suidas, licet fatear eum alioqui non eſſe per omnia, vbi de Philoſtratis agit, valde accuratum. Idem Suidas libros quatuor memorat εἰκόνων ſiue ἐκφράσεων, ſed duo tantum extant, qui cum verſione *Stephani Nigri* leguntur in editione operum Philoſtrati Morelliana p. 730 - 831. Saepius antea cum Heroicis lucem viderant, quorum iam editiones recenſui. At nec *Blaſii Vigenerii* interpretatio omittenda, qui cum figuris in aes inciſis, argumentis & commentario erudito Imagines vtriuſque Philoſtrati, & Calliſtrati Ecphraſes, Gallice edidit Pariſ. 1615. 1629. fol. Ex Latina potius verſione, quam ex Graeco contextu interpretationem ſuam adornaſſe obſeruat Franciſcus Vauaſſor de vi & vſu quorundam verborum Latinorum: *Blaſium Vigenerium Philoſtrati Gallicum interpretem recordor multum vel potius nimium in citandis & proferendis vndique ſcriptis Graecorum fuiſſe, qui Graeca tamen non ex Graecis ἀμέσως, ſed ex Latinis Gallice reddidiſſe videatur. Eundem animaduerto in hiſce Latinis, quae ſola conſuluit, vertendi cauſa, vel negligenter ſe vel parum intelligentem praebuiſſe, virum alioqui acrem & ſtudioſum.* Addamus quod Philoſtrati Icones a patre ſuo Latino redditas carmine teſtatur, & loca quaedam exinde profert Mauſſacus ad Ariſtotelis hiſtoriam animalium p. 1241. & 1247. ſq.

De EPISTOLIS Philoſtrati dixi lib. II. c. 10. §. 26. Suidae appellantur ἐπιſτολαὶ ἐρωτικαί.

De EPIGRAMMATIBVS, quae a Philoſtrato ſcripta notat Suidas, vnicum exſtat libro IV. Anthologiae p. 452. in Telephum vulneratum.

SCRIPTA DEPERDITA eiuſdem Philoſtrati haec obſeruabis.

Suos λόγους Κορινθιακοὺς memorat ipſe lib. IV. c. 14. de vita Apollonii p. 202.

Λεξικὸν Ρητορικὸν Photius cod. 150. ait enim eiuſdem eſſe, qui vitam Apollonii ſcripſit, etſi eum non Lemnium vocat, ſed Tyrium, perperam quidem, vt exiſtimo. Suidas refert eius

Μελέτας ſiue declamationes, διαλέξεις diſſertationes, tum

Αἰγας ἢ περὶ αὐλῶ capras ſiue de tibiis, & ἀγορὰν Forum. Porro errat idem Suidas, qui huic Philoſtrato tribuit vitas Sophiſtarum, quas iuniori ab aliis tribui Philoſtrato ipſe poſtea probe obſeruat.

II. PHILOSTRATVS Iunior, qui ſcripſit Iconum Monobiblon, & libros duos de vitis Sophiſtarum.

Hic eſt, qui Suidae dicitur Φιλόστρατος Νερβιανῶ, ἀδελφόπαις Φιλοστράτῳ τῷ δευτέρῳ, Λήμνιος, καὶ αὐτὸς σοφιστὴς, καὶ παιδεύσας ἐν Αθήναις, τελευτήσας δὲ καὶ ταφεὶς ἐν Λήμνῳ, ἀκμαστής τε καὶ γαμβρὸς γεγονὼς τῷ δευτέρῳ Φιλοστράτῳ. Ipſe vero in praefatione Iconum, loco paulo ante a me adducto, Philoſtratum alterum vocat ſuum μητροπάτορα, vitaſque Sophiſtarum inſcripſit *Antonino Gordiano* Conſuli (ita enim diſerte legit MS. codex meus, qui olim praeſtantiſſimi Putſchii) qui primum conſul fuit anno Chriſti 239 ſecundum Anno 241. Itaque alterutro horum annorum editas ab eo has vitas eſt neceſſe, quo tempore iam aetate proiectus (ἱκανῶς γηράσκων) docebat Romae Aſpaſius Hippodromi, qui Philoſtratum ſeniorem anſcultauerat auditor, qui ipſe tum adhuc erat in viuis, de quo propterea negat plura ſe dicturum ob amicitiam, quae cum eo intercedat, in extremo libri poſterioris. Iconas autem videtur ſcripſiſſe illo iam extincto.

ΒΙΟΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ *Vitae Sophiſtarum libris II.* Diuidit autem Sophiſtas in duo genera, vnum Philoſophiam profeſſorum, & alterum Rhetorum, itaque de illis primo, de his ſecundo loco agit. Qui porro ab illo ſeruato temporis ordine celebrantur, hi ſunt: *Libro priore* Eudoxus Cnidius, Leo Byzantius, Dias Epheſius, Carneades Athenienſis, Philoſtratus Aegyptius, Theomneſtus Naucratites, Dio Pruſaeus cognomento Chryſoſtomus, Fauorinus Arelatenſis. Gorgias (qui familiam ducit inter Rhetoras, ſiue Sophiſtas proprie dictos) Leontinus, Protagoras Abderites, Hippias Eleus, Prodicus Chius, Polus Agrigentinus, Thraſymachus Carthaginienſis, Antiphon Rhamnuſius, Critias Athenienſis, Iſocrates, Aeſchines, Nicetes Smyrnaeus (ad quem omiſſis Aribarzane Cilice, Xenophrone Siculo, & Pythagora Cyrenaico, tanquam ineptis Sophiſtis, properare ſe ait) Iſaeus Aſſyrius, Scopelianus, Herodis Attici praeceptor, Dionyſius Mileſius, Lollianus Epheſius, Marcus Byzantius, Polemo Laodicenus, & Secundus Athenienſis. *Libro poſteriore* Herodes Athenienſis, Theodotus, Ariſtocles Pergamus, Antiochus Aegaeus, Alexander Seleucienſis cognomine πηλοπλάτων, quaſi luteum Platonem dicas, Varus Pergaeus, Hermogenes Tarſenſis, Philager Cilix, Ariſtides Adrianenſis, Adrianus Phoenicius, Chreſtus Byzantius, Pollux Naucratites, Pauſanias Cappadox, Athenodorus Aenenſis, Ptolemaeus Naucratites, Euodianus Smyrnaeus, Rufus Perinthius, Oenomarchus Andreus, Apollonius Naucratites, Apollonius Athenienſis, Proclus Naucratites, Phoenix Theſſalus, Damianus Epheſius, Antipater Hierapolitanus, Hermocrates Phocenſis, Heraclides Lycius, Hippodromus Theſſalus, Varus Laodicenſis, Quirinus Nicomedienſis, Philiſcus Theſſalus, Aelianus (male bis in codice meo MS. Philinus) Romanus, Heliodorus Gallus, & Aſpaſius Rauennas. Corrupti ſunt Suidae codices, in quibus memorantur libri quatuor de Sophiſtarum vitis, non plures enim ſcripſiſſe duobus, qui exſtant, & ipſe Philoſtratus fatetur, & ſatis apparet ex libri poſterioris clauſula, qua teſtatur ſe in ſuis temporibus deſinere. Meminit huius operis Eunapius in prooem. Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος τὰς τῶν Σοφιστῶν ἐξ ἐπιδρομῆς μετὰ χάριτος παρέπλησε βίας. *Philoſtratus Lemnius Sophiſtarum vitas iucundo dicendi genere obiter delibauit.* Syneſius Dione: Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος ἀναγράφων τὰς βίας τῶν μέχρις αὐτῷ σοφιστῶν ἐν ἀρχῇ τῷ λόγῳ δύο μερίδας ποιεῖ &c. Prodierunt *Graece* cum ſenioris Philoſtrati Heroicis & imaginibus Venetiis ac Florentiae: In latinam linguam, perinde vt Heroica, Imagines & Epiſtolas conuertit, dicauitque Matthiae Coruino Hungariae Regi *Antonius Bonfinius*, teſte Lambecio II. de Biblioth. Vindob. p. 995. Vitae Sophiſtarum ex eius verſione editae ſunt Baſileae A. 1563. Cum eadem translatione, ſed ſexcentis a ſe, vt ait, mendis purgata, has vitas exhibet *Federius Morellus* in graeco-latina ſua Philoſtrati editione. Nihilominus tamen ſat multa ſupereſſe caſtiganda conſtat eruditis. Falſa interpunctione lapſum creberrime in Philoſtrato vertendo Bonfinium, notauit Gatakerus Aduerſar. Miſcell. c. 16. Aliam ſed hactenus ineditam *Iodoci Kimedoncii* translationem cum eius notis habuit Gothofredus Iungermannus. Ita enim ille in litteris ad Eliam Putſchium datis d. 16 Febr. A. 1603. *De Philoſtrati editione an cogitatis? ſcribe. Nam hic plura auxilia. Habeo enim apud me a Grutero Philoſtrati* εἰκόνας, ἡρωϊκὰ, βίας σοφιστῶν, item Φιλοστράτου νεωτέρου εἰκόνας, Καλλιστράτου εἰκόνας, *omnia olim edita Venetiis graece libello in 8vo. Habeo denique doctiſſimi Iuuenis Kimedoncii verſionem horum libellorum, vt & Philoſtrati epiſtolas ex MS. Palatino auctiores, & in omnia haec notas copioſas Kimedoncii, quas morte praeuentus edere non potuit.*

ΕΙΚΟΝΕΣ *Imaginum liber ſingularis*, ſiue deſcriptio peramoena imaginum duodeuiginti, quam imitatione Senioris Philoſtrati, aui ſui materni compoſuiſſe ſe teſtatur in loco, quem ſupra, de illius imaginibus cum agerem, produxi. Prodierunt cum iiſdem *graece*, & *gallice* quoque, interprete *Vigenerio*. Sed latine vertit *Federicus Morellus*, cum cuius translatione exſtant in editione Philoſtrati graeco-latina p. 832 - 863. Pariſ. 1608. fol.

Perdita huius Philoſtrati ſcripta ſunt, quorum Suidas mentionem facit Παναθηναϊκὸς, Τρωϊκὸς, Παράφρασις τῆς Ομήρου ἀσπίδος (Iliad. Σ') Μελέτας ſiue declamationes quinque.

Operum Philoſtrati vtriuſque editiones promiſſae.

Illuſtris doctrinae virum *Io. Georgium Graeuium*, quem annus 1703. elegantioribus literis abſtulit, nouam molitum eſſe Philoſtrati editionem, didici ex Merici Caſauboni epiſtola, qua ei diſſertationem ſuam de noua Homeri editione inſcripſit Lond. 1658. 8. Ante annos non ita multos *Richardus Bentleius*, vir eruditiſſimus, luculentam Philoſtrati editionem parare coepit, diligentiſſime caſtigatam, & noua inſtructam verſione & notis. Huius primum folium Lipſiae excuſum vidi Anno 1691. ſed neſcio quomodo inſtitutum mox iterum omiſſum eſt. Confer W. E. Tenzelii dialogos anni 1691. p. 521. Ab eo tempore Reu. *Henricus Muhlius*, Su-

perintendens hodie generalis Holſatiae, & Celſiſſimi Ducis a ſacris, eundem in ſe laborem ſuſceperat, & eo nomine litteras dederat ad Neſſelium, vt ex theſauro librario Auguſtiſſimi Caeſaris MStorum in illa Bibliotheca codicum Philoſtrati copia ſibi fieret. Verum & haec ſpes paulo poſt decollauit. Litteras illas dialogis ſuis idem Clariſſ. Tenzelius inſeruit, quos vide ſi placet Anno 1693. p. 882. ſeq.

Nouiſſime *Huguetani* nouam curaturos ſe polliciti ſunt Philoſtrati editionem in Belgio, Morelliana longe meliorem, idque ſignificari fecerunt publice in Memoriis Triuultianis Anni 1701 parte priore p. 273. ſeq. edit. Amſtelod. vbi nonnulli errores in Philoſtrato Pariſiis excuſo notantur. Sed, vt audio, illa quoque cura iam pridem eſt abiecta ac depoſita. Reliquum itaque eſt, vt eruditorum expectationi tandem ſatisfaciat, qui in has partes ſucceſſit, imo iiſdem iam eſt defunctus, praelo tantum editionem morante, *Gottfridus Olearius*, vtriuſque nuper linguae & iam S. Theologiae in Academia patria Lipſienſi Doctor publicus, longe digniſſimus, praebente ſumtus *Thoma Fritſchio*, Bibliopola, cui non magis cordi eſt lucrum vile, quam litterarum ſplendor ac decus.

Alii Philoſtrati.

1.) Philoſtratus Aegyptius, Sophiſta, Philoſophis ſe ingerens Academicis, qui Cleopatrae adfuit in Aegypto, & in Sicilia verſatus eſt, tempore Caeſaris. vide Plutarchum in Antonio p. 947. & in Catone minore p. 787. Epigramma Crinagorae lib. 3. Anthologiae p. 310. & Philoſtrati iunioris vitas Sophiſtar. lib. I. p. 490. ſeq. Verum apud quem οἶδα non reddendum eſt *vidi* (inde caſtigandus Voſſii error p. 236. de Hiſt. Graecis) ſed *noui*. Tamen in antiquis Plutarchi verſionibus pro Philoſtrato male legitur *Soſtratus*, vt notatum Leopardo XIV. 17. emendat.

2.) Philoſtratus cognomento Verus, patria Lemnius, Sophiſta eximius, qui docuit Athenis ſub Nerone, Flauii Philoſtrati, qui vitam Apollonii ſcripſit non Pater (tempora enim repugnant, ſed proauus forte) ſcripſit teſte Suida λόγως πανηγυρικὰς πλείους, λόγως Ελευσινιακὰς δ', μελέτας, ζητούμενα παρὰ τοῖς ῥήτορσι, ῥητορικὰς ἀφορμάς. περὶ τῦ ὀνόματος πρὸς τὸν σοφιστὴν Αντίπατρον. περὶ Τραγῳδίας βιβλία γ'. Γυμναστικὸν περὶ τῶν ἐν Ολυμπίᾳ ἐπιτελουμένων. Λιθογνωμικὸν, Πρωτέα, Κύνα, ἢ Σοφιστήν. Νέρωνα Θεατὴν, τραγῳδίας μγ', καὶ κωμῳδίας ιδ'. Ait praeterea eum ſcripſiſſe ἕτερα πλεῖστα, καὶ λόγως ἀξια. Ab vtroque horum diuerſus, vt videtur, fuit

3.) Philoſtratus Hiſtoricus, quem laudat, Ioſephus X, 11. Antiquitat. καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς Ινδικαῖς αὐτῦ καὶ Φοινικικαῖς ἱστορίαις. Et lib. I. contra Apionem p. 1045. Περὶ τούτων γῶν συμφωνεῖ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, μεμνημένος τῆς Τύρυ πολιορκίας. Eaſdem hiſtorias laudat Syncellus p. 221.

4.) Philoſtratus Euboënſis, quem naturae piſcium gnarum celebrat Plutarchus de ſolertia animalium p. 965.

5.) Philoſtratus Athenienſis, Hiſtoricus, ſub Imp. Aureliano clarus, de quo Syncellus in Chronographia p. 384.

Philoſtrati Peripatetici mentio apud Macrobium lib. I. Saturnal. c. 11. ſed legendum *Theophraſti*, vt pridem obſeruarunt viri doctiſſimi.

In Gyraldi dialogo III. de hiſtoria Poetarum p. 143. & ex eo apud Voſſium de Poetis Graecis p. 94. laudatur *Philoſtratus Athenienſis*, qui Epaminondae & Pelopidae vitas litterarum monimentis commendauit, & qui Theſeida compoſuit. Sed ex Laertii Xenophonte II, 59. legendum Πυθοστράτυ, vel potius Νικοστράτυ, neque hic compoſuit vitam Epaminondae & Pelopidae, ſed Xenophon huius frater. Similiter Tzetzes ad Lycophronem, non Philoſtrati librum de Cypro laudat, vt ait Voſſius de Hiſt. Graecis, ſed Philoſtephani.

Φιλόστρατος Φάλιος in Varini Camertis Lexico, vbi de Polyxena agit, puto male excuſum eſſe pro Φιλόστρατος ὁ Φλάυϊος. Videtur enim reſpicere Philoſtrati ſenioris Icones, in quibus de Polyxena in eam ſententiam diſſerit p. 713. ſeq.

Fuit &

6.) Philoſtratus Pellenenſis, quem cognitioni de ſupplicio Antiphontis Rhetoris praefuiſſe Athenis Olymp. XCII, 2. teſtatur Plutarchus in vitis decem Rhetorum p. 833. Idem forte quem perſtringit Ariſtophanes equitibus, & cuius meminit Demoſthenes Oration. in Neaeram.

7.) Philoſtratus Epirotarum dux Anno V. C. 585. memorante Liuio XLIII, 23.

8.) Philoſtratus Athenienſis e tribu Oeënſi, Pater Polemonis Philoſophi Laert. IV, 16.

9.) Philoſtratus Rhodius Athleta circa Olymp. CCXXVIII. Pauſan. Eliacis prioribus p. 432.

10.) Phi-

10.) Philoſtratus, quem ebrium Sinueſſae in Campania per gradus delapſum ridet Martialis XI, 83.

11.) Philoſtratus in Inſcriptione * veteri obſeruata Meurſio

L. COMINIVS L. M. L. NATIRA
L. L. L. PHILOSTRATVS V. F.
SIBI ET SVIS.

12.) Philoſtratus χολαργεὺς ** memoratus Alciphroni epiſt. IX.

13.) Philoſtratus παλαιστὴς, in quem Argentarii Epigramma lib. 2. Anthologiae cap. 18.

Haec de Philoſtratis, vt veriſimillima mihi viſa ſunt, quantum potui, breuiter ac diſtincte retuli, diligenter conſultis veterum ſcriptis & expenſis iis, quae Ioh. Meurſius in diatriba de Philoſtratis ad calcem Epiſtolarum Philoſtrati edita Lugduni Bat. 1616. 4. tum Voſſius, Ionſius ac Tillemontius laudabili hiſtoriam litterariam iuuandi ſtudio monuerunt.

---

* apud Gruterum p. DCCCCLXIX, 13.

** Cholargi e populis Atticae, de quibus Meurſius.

INDEX

Eorum quae in hoc Volumine inde exhibentur.

Dissertatio praeliminaris de Apollonio, & Philostrati historia eiusdem. p. XXXI.

Conspectus Chronologicus vitae Apollonii p. XLI.

Philostrati libri VIII de Vita Apollonii p. 1.

Ioannis Tzetzae de Apollonio Tyanensi versus Politici p. 362.

Dissertatio praeliminaris de epistolis Apollonii p. 377.

Apollonii Epistolae p. 385.

De Hierocle veterum testimonia p. 413.

Ionsii, Pearsoni, Dacerii Dissertationes de Hierocle, cum observationibus p. 415.

Eusebii Liber adu. Hieroclem p. 428.

De Philostrati Vitis Sophistarum dissert. praeliminaris p. 473.

Nic. Gerbelii praef. ad vitas Soph. ex versione Bonfinii p. 477.

Philostrati Vitae Sophistarum p. 479.

Conspectus Chronologicus historiae Sophistarum p. 629.

Dissert. praelim. ad Heroica, qua Philostratum Homeromastiga egisse eo opere ostenditur, & Homeromastigum historia exhibetur p. 647.

Philostrati Heroica p. 660.

De vtriusque Philostrati Imaginib. & Callistrato Dissertatio praeliminariis p. 757.

Philostrati Sen. Imaginum libri II. p. 762.

Philostrati Iun. Imagin. liber p. 861.

Callistrati Ecphrases p. 890.

De Epistolis Philostratorum Dissertatio p. 911.

Philostratorum epistolae p. 916.

Philostrati epigramma & fragmenta quaedam p. 950.

Addenda p. 951.

Indices ad hoc opus p. 958.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ

ΒΙΟΝ

ΒΙΒΛΙΑ Η΄.

PHILOSTRATI

DE

APOLLONII TYANENSIS

VITA

LIBRI VIII.

LECTORI.

DE Apollonii Tyanenſis vita pauca praefari dum inſtituo, non opus eſt, vt de Autore eius diſputationem denuo exordiar, de quo ſententiam in praefatione ad totam hancce Scriptorum Philoſtrateorum collectionem dixi. Neque veterum de eo teſtimoniis colligendis puto eſſe vacandum, quod iis quae de Philoſtratis diſputauit diligenter praeſtitit Ioannes Meurſius, productis de eo Eunapii, Euſebii, Photii, Suidae, Zonarae, Cedreni, Tzetzae & ex Latinis Hieronymi ex epiſtola ad Paulinum, Sidonii Apollinaris, & Pauli Diaconi locis. Niſi quod addi illis poſſint loca Cyrilli in lib. III. contra Iulianum, qui Philoſtratum *τὸν Απολλωνίου βίον ἐξειλεγμένας καλλιεπείας κατασεμνύνειν ἐπεχειρῆσαι, καὶ εἰς λῆξιν ἀνενέγκαι τοῦ παντὸς θαύματος*, *delectis verborum ſcitamentis, Apollonii vitam exornare conatum eſſe, & ad ſupremum vſque miraculum extuliſſe* ait. Iſidori item Peluſiotae, qui *ἀκριβῶς τὰ τοῦ Απολλωνίου ἐνθέμενον vitam Apollonii magna cura explicantem* Philoſtratum nobis ſiſtit, atque ex eo intelligi vult *συκοφαντίαν μαγγανιῶν, praeſtigiarum calumniam,* quam Apollonii hoſtes adverſus eum concinnauerunt. Extat &, quod primo loco afferre debebam, Hieroclis teſtimonium, qui in fragmentis apud Euſebium ſeruatis, miris laudibus extollit Philoſtratum, eiuſque elogia, inuidioſa inſtituta comparatione, in argumentum vertit, quo in contemtum ſcriptores ſacros, qui de vita Chriſti commentati fuere, adducat.

L. I. Ep. 398.

Neque opus heic eſſe arbitror, vt, quae virtutes ſint eius ſcriptionis, prolixius commemorem. In qua praeterquam quod ſummus ſplendet Atticae eloquentiae nitor, maximaque rerum iucundiſſimarum oblectat varietas; multas antiquae philoſophiae Pythagoreae reliquias ſuſpicimus, imo & Indicae atque Aethiopicae. Neque hiſtoriae rerum ſub Nerone ad Neruam vſque geſtarum nulla inde lux affulget. Taceo ſententiarum ſublimitatem, praeceptorumque ſapientiae, tum alii vitae omni, tum eorum inprimis, quorum in republica adminiſtranda aliquae ſunt partes inſeruientium, grauitatem. Sane enim eruditionis & ſapientiae laudem Apollonio Tyanenſi, cuius res hoc libro deſcribuntur, tantum abeſt, vt ipſe inter patres Chriſtianos grauiſſimus ſcriptor, Euſebius, deroget, vt inter praecipuos etiam philoſophos habendum ducat; neque deterius Iſidori Peluſiotae de eo iudicium fuiſſe videtur. Cui ſi impoſtoris & magi adſperſa nota fuit, ei rei fortaſſis intempeſtiue laudantium potius, in quibus Philoſtratum noſtrum eſſe non eſt diſſimulandum, & ſupra humanam ſortem eundem euehendi ſtudio neſcio quae admiranda comminiſcentium, quam ipſius viri culpa occaſionem dedit. Quod ſi ab improbis nonnullis imprudenter in rei Chriſtianae detrimentum coeptum eſt verti, ipſis Apollonii virtutibus, quales quidem in hominem paganum cadere poſſent, inuidiae, iudice eodem Euſebio, minime eſſe debuit. Optandum interea prudentius & moderatius Philoſtratus in illa hiſtoria vt ſeſe geſſiſſet, neque reliquas ſcriptionis virtutes nimia credulitate & ſuperſtitione contaminaſſet. Veruntamen vt alios ſcriptores, Graecos pariter atque Romanos, ſatis cetera confirmata religione noſtra, ob ſimilem labem non prorſus e manibus deponimus, ſed omnia explorantes, quod bonum in eis eſt tenere, atque in vſum rei Chriſtianae vertere conamur, ita Philoſtrati quoque

que hoc opus non omne pretium ſuum penitus ob grauiſſima iſta inquinamenta amittit. Quin potius illuſtri nobis inſeruiat exemplo, quam fieri non poſſit vt acutiſſima etiam ingenia excogitare miracula queant, quae vel minimam ſpeciem tueantur, qua cum iis mereantur contendi, quibus ſacra noſtra Chriſtus Deus, virique Dei, confirmatam dedere. Imo quam nihil ſapientia excogitare poſſit humana, quod ad traditae ab illis doctrinae ſublimitatem, morumque ſanctitatem accedere quodammodo valeret.

Quibus ſubſidiis vero adiutus ad hanc vitam ſcribendam acceſſerit Philoſtratus, ipſe libri I. cap. 2. & 3. non indiligenter indicauit. Nempe ex fama populari, ſeruatiſque in ciuitatibus & templis, in quibus verſatus maxime fuerat, de Apollonio fabulis, tum ex epiſtolis eius, plurima ſe collegiſſe fatetur, inprimis vero ex Damidis, Ninii, qui in Apollonii contubernio fuerat δέλτοις, & Maximi Aegienſis libro, quo geſta Apollonii apud Aegas deſcripſerat. Moeragenem enim, quod viri docti fecerunt, inter eos, quos ſecutus Philoſtratus fuit, referre nolim, cum ipſe diſerte ei ὑ προσεκτέον affirmet, adeoque in cenſu ac numero eorum illum eſſe neget, qui in Apollonii rebus cognoſcendis ſpectandi veniant. Niſi tamen eam Philoſtrati ſententiam ex iſtis verbis eius exſculpere placeat, non *ſoli* inhaerendum Moerageni eſſe, quippe qui multa Apollonii geſta ſatis cognita perſpectaque non habuerit. At eam interpretationem minus probabilem eſſe, vel illud mihi perſuadet, quod Hierocles quoque Moeragenem inter Scriptores vitae Apollonii omittat, quos cum Philoſtrato coniungit. Et quod ingenio ſcopoque Philoſtrati, qui Apollonium a magiae ſuſpicione purgare maxime nititur, rectius conueniat, librum Moeragenis in quo magiae ille fuerat inſimulatus, plane reieciſſe, inutilemque iudicaſſe. Quod argumento eſt, verba, quibus τὰ πολλὰ τῶν Απολλωνίϑ ἀγνοῆσαι Moeragenes dicitur, non de praetermiſſis ab eo, ſed potius de male acceptis atque perperam traditis eſſe accipienda.

Iſtos interea Damidis, Maximi Aegienſis, Moeragenis & Philoſtrati Lemnii commentarios, numero quatuor, intelligi puto a Merico Caſaubono, *ſcriptam* dicente *Apollonii vitam a variis fuiſſe, horumque autorum quatuor coniunctos, noſtris Euangeliſtis quatuor eſſe oppoſitos.* Quod vnde habeat Caſaubonus neſcio, veterum certe dixit nemo, niſi quod eius ſententiae occaſionem ei natam ſuſpicer eſſe ex fragmento Hieroclis apud Euſebium, cuius ſenſum heic repraeſentare ſufficiat. *Id quoque*, inquit, *dignum conſideratione eſt, quod a Ieſu quidem geſta Petrus & Paulus, iiſque ſimiles alii quidam, miris modis extulerint, mendaces homines, indoctique & praeſtigiatores. Apollonii autem res Maximus Aegienſis, & Damis philoſophus, ſodalis eius, & Athenienſis Philoſtratus, qui praeclare doctrina profecerant ignotas eſſe noluere.* In the pref. to the relation of what paſſed between Dr. Iohn Dee & ſome ſpirits. c. Hierocl. c. 11.

Quae fides eſſe poſſit iſtorum hominum, monimentorumque, quibus vſus eſt in concinnanda hiſtoria iſta Philoſtratus reliquorum, non opus eſt, vt poſt illuſtrem Huetium[1], maxime venerandum Epiſcopum V Vigornienſium Guilielmum Lloydium[2], reu. Gul. Nicholl's[3] & Anonymum Gallum[4], prolixius hoc loco ediſſeram. De Damide, cuius cumprimis autoritate Philoſtratus nititur, id non obſeruare non poſſum, eſſe in ipſa hac Philoſtrati hiſtoria maxime luculenta ſummae ſimplicitatis eius veſtigia, ita, vt iocis paſſim, luſibuſque, modo Apollonii, modo Indorum philoſophorum, patuerit. Non mirum igitur, hominem ſimplicem multa retuliſſe παράδοξα, fando acce-

1 Huet. Dem. Euangel. Prop. IX. c. 147. §. 2.
2 Lloyd in ep. ad R. Bentleium de Porph. & Iambl. vit. Pythag.

3 Nicholl's Coll. cum Deiſt. P. III. pag. 199. 4 Hiſtoire Apollone de Tyane convaincue de fauſſeté c. 1.

pta

pta: multa a philosophis audita, quae sensu μυστικωτέρῳ interpretari debuisset, in τερατολογίας conuertisse: multa, quae ab iis patrari videret arte quadam, eo, quod captum suum excederent, in mera miracula vertisse. Neque diffido, id planissime iis persuasum iri, qui diligentius hanc vitam expenderint, passimque ad eandem nobis obseruata paulo curatius considerare dignati fuerint.

Ante Philostratum autem, praeter hos, quos sequi eum diximus autores, neminem, si *Lucianum* excipias, Apollonii meminisse, plerisque viris eru-
T. I. p. 862. ditis creditum fuit. Locus extat in Pseudomanti, vbi *Tyanei* cuiusdam meminit, cuius catamitus Alexander, quem ibi perstringit, praeceptor Apollonius Tyanensis dicitur, a quo πᾶσαν αὐτῷ τραγῳδίαν didicisse *Tyaneus* ille dicitur. At liceat Luciano hic iungere *Apuleium*, aetatis eiusdem scriptorem;
p. 156. vtrumque enim Antoninorum imperio floruisse constat. Is nempe in Apologia secunda diserte Apollonium inter magos refert, dum, crimen obiectae ob nuptias cum Pudentilla magiae diluens, inquit: *Reputate vobiscum, quanta fiducia innocentiae meae, quantoque despectu vestri agam, si vna causa vel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillae nuptias ob aliquod meum commodum appetere, si quamlibet modicum emolumentum probaueritis, ego ille sim Carinondas, vel Damigeron, vel Hismoses, vel Ioannes* (f. legendum *vel hic Moses vel Iannes*) *vel APOLLONIVS, vel ipse Dardanus, vel quicunque alius post Zoroastrem, vel Hostanem inter magos celebratus.*

Vel ex istorum autem virorum testimoniis colligas, quae fuerint ea aetate hominum de Apollonio Tyanensi iudicia; magum scilicet esse credebant & praestigiatorem. Quam quidem plerorumque animis sedisse sententiam, ne ipse quidem dissimulare ausit Philostratus, passim id agens, vt suo
L. I. c. 2. istam Apollonio labem abstergat. Sane nondum eum sua aetate homines ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς σοφίας ἦν φιλοσόφως τε καὶ ὑγιῶς ἐπήσκησεν nouisse, in limine operis fatetur. Quorum verborum eum esse sensum manifestum est, quod *magum* plerique arbitrentur, qui non ὑγιῶς *caste* vel *sane* philosophatus fuerit, sed βιαίως σοφὸς, hoc est, *magica vi sapiens* extiterit, vt ipse in sequentibus dilucide magis explicat mentem suam. Hinc non ἀπὸ φιλοσοφίας *ex verae sapientiae studiis* eum hominibus innotuisse dicit, qui ἐκ μαγείας scilicet, h. e. vt magicis artibus deditus illis spectatus esset, quas diserte ei Moeragenes in commentariis de vita ipsius tribuerat, vt autor est Origenes in
p. 302. sexto contra Celsum. Hanc & ab Euphrate, Tyrio philosopho, scriptam ei dicam esse, aliquoties Philostratus notat, qui & ab Eleusiniorum sacrorum, antrique Trophonii, antistitibus, quod simile quid de eo persuasum illis esset, sacris illis prohibitum esse narrat, & a Domitiano ob eandem causam iudica-
L. I. c. 2. l. V. c. 12. & l. VII. c. 39. tum docet. Solicite vero eam suspicionem hominum animis euellere passim laborat, arte atque eloquentia, qua quidem valeret omni, successu exiguo certe, imo plane nullo. Post Philostrati enim etiam aetatem plerisque inter magos referre visum Apollonium. Neque facile post Philostratum grauem autorem inuenias, qui nisi plane relatas a Philostrato τερατείας negandas pu-
In Aurel. tet, magicis incantamentis eas non tribuat, si Hieroclem excipias, & forte Vopiscum, quos, vt diuina ista omnia crederent, odium in Christianos impulit.
In Carac. Certe Xiphilinus ex Dione tradit, Caracallam *magis* & praestigiatoribus adeo delectari solitum, vt *Apollonium* honoribus & monimento etiam, qualia consecrantur Heroibus coluerit. Vulgo vero etiam magi nomine Hieronymi

aetate celebratum esse ex eius ad Paulinum epistola colligas: neque eum ipsi titulum parce ingerit Augustinus, vt aliorum testimonia nunc non conquiram. Quos ex modernis citra haesitationem secuti sunt, Baronius, Sudorius, Godellus, Nanus Tillemontius, Fleurius, quorum suffragia collegit supra nobis laudatus Anonymus Gallus[1]. Quibus addere possis Franciscum Picum[2], Hugonem Grotium[3], Mericum Casaubonum[4], (spirituum enim commercio saltem miranda quaedam opera Apollonium patrasse ille agnoscit) Petrum Molinaeum[5], Samuelem Maresium[6], Henricum Morum[7], Petrum Danielem Huetium[8], & Gulielmum Lloydium[9].

Hieron. Ep. ad Paulin. Aug. Ep. 102. 138.

1 Histor. d' Apollon. convaincue de fausseté praef. p. XVII.

2 Pic. de Rer. praenot. l. VII. c. 10.

3 Grot. in Euang. p. 1032.

4 Meric. Casaub. l. c.

5 Molin. Vate p. 198.

6 Maref. de Anti-Chr. p. 137.

7 Morus Myst. Piet. l. III. c. 1. §. 5. &c. V, 7. &c.

8 Huet. Dem. Euangel. Prop. IX. c. 147. §. 6.

9 Lloyd. ep. ad Bentleium p. 42.

Neque tamen prudenter facere eos, qui ad Magicas artes retulere, quae a Philostrato narrata de Apollonio fuere, vt exstructum ex eis *gentilismo* praesidium destruerent, existimauit Gabriel Naudaeus[10]. *Nempe*, inquit, *exemplum inde ducere possent Iudaei atque gentiles ad probandum id, quod toties in Euangelio exprobratum Christo legitur. NVNC COGNOVIMVS, QVIA DAEMONIVM HABES; IN BEELZEBVB PRINCIPE DAEMONIORVM EIICIT DAEMONIA.* Rectius igitur inficiando ad illa a miraculis Apollonii desumta argumenta responderi iudicat, vt facta esse negentur, quaecunque humanae sapientiae vires transgrediantur. Eam viam Eusebium ingressum esse obseruat, qui gloria philosophi & viri boni Apollonio relicta, Philostratum, & quos ille secutus fuit, mendaciorum & τερατολογίας incusandos potius existimauit.

10 Apologie pour les grands personnages souptçonnes de Magie p. 139.

Mediam viam ingressi videntur illi, qui Apollonium multa plane admiranda patrasse agnoscunt, & ea ipsa fortassis, quae in vita eius a Philostrato enarrantur omnia, sed rarissima occultarum causarum cognitione instructum. Quae mihi videtur Iuliani Chaldaei & Manethonis magi apud Anastasium & Cedrenum sententia fuisse. Qui, omnia Apollonii Tyanensis facta contemnentes, naturae viribus ea tribuebant, neque comparanda esse aiebant cum illis, quae magiae Goeticae ope ipsi patrarent. Cum quibus statuisse videtur, quicunque ille sit, quaestionum ad orthodoxos, quae sub Iustini Martyris nomine circumferuntur, autor, cuius ecce, verbis ipsius sententiam: *Si quidem Apollonius, vt vir naturalium virium peritus, & rerum quae in eis sunt tum repugnantiae, tum cognationis sciens, eiusmodi scientia effectus edidit, non diuina id potestate facit* & rel. Et certe Anonymus Gallus quoque in *Historia Apollonii malae fidei conuicta*, peculiari capite id agit, vt ostendat, nullum esse miraculorum Apollonii, a Philostrato relatorum, quod non vel arti, vel impostura, vel casui adscribi queat. At non immerito illi sententiae male volebat Raynaudus. Sane enim ea quae in Philostrati commentariis de Apollonio legimus ad naturae vires referre velle, quas nemo tamen explicare valeat, est omnem denique miraculorum, etiam verorum, fidem incertam reddere. Sane haut pauca eorum ex viribus naturae ita deduxit Autor Gallus quem allegauimus, vt relatis a Philostrato circumstantiis minus eius explicatio conueniat. Quaedam plane praeteriit, vt, quod subito e conspectu Domitiani Imperatoris disparuerit, item quod Roma Puteolos eo temporis spatio translatus fuerit, quo naturae viribus illud emetiri nemo posset. Alia enim nunc praetermitto. Sed & eam sententiam Autori *quaestionum* tribuere non est necesse, qui nullo respectu ad Philostrati τερατολογίας habito, verba illa proferre potuit, quibus concederet, mirabilia opera quaedam Apollonium praestitisse, quae a naturae viribus proficiscerentur non ea tamen omnia

* Quaest. XXIV.

Erotem. p. 30.

mnia quae a Philoſtrato narrantur. Qua ratione proximo loco commemoratae Euſebii atque Naudaei de miraculis Apollonii opinioni iſta autoris quaeſtionum ad orthodoxos minime foret opponenda. Quae ſuffragio forte etiam Hieronymi nititur, & Sidonii Apollinaris. Ille enim, quando in epiſtola ad Paulinum dubitare videtur, philoſophumne dicat Apollonium, an magum, ſimul illa, quae a Philoſtrato iactantur, miracula eius in dubium
L. VIII, 3. vocaſſe merito creditur. Sidonius vero, quando amiciſſimum ſibi Leonem, Eurici Regis conſiliarium, cum Apollonio, eiuſque virtutes cum huius virtutibus contendit, magum Apollonium credidiſſe dici nequit. At talem eſſe hiſtoria Philoſtrati, ſi fidem ei habuiſſet, ipſi non poterat non perſuadere. Vnde animum meum ſubiit ſuſpicio, ne viſam quidem integram Philoſtrati hiſtoriam a Sidonio eſſe, verum excerpta tantum eius, poſt Nicomachum ſeniorem a Taſcio Victoriano confecta. Eo enim ſpectare mihi videntur Sidonii verba, quibus illam vitam ad Leonem ſe mittere ait, *non vt Nicomachus ſenior e Philoſtrato, ſed vt Taſcius Victorianus e Nicomachi ſchedio exſcripſit.* Certe enim quomodo *ſchedium* appellare potuerit Sidonius elaboratiſſimū Philoſtrati opus, poſt Nicomachum a Victoriano emendatum, quae doctiſſ. Sirmondi fuit coniectura, non video. Longe rectius nomen illud conueniret in excerpta, quibus omiſſis τερατολογίαις Philoſtrati, aliiſque, quae ornatus cauſa ille addiderat, ea tantum referebantur, quibus praeclaram viri illius indolem repraeſentauerat, doteſque, quibus partim naturae beneficio, partim ſtudiorum cultura animum imbuerat, quibus ſimillimum Leoni eum eſſe citra inuidiam Sidonius ſtatuere poterat.

Eſſay vpon Miracles p. 249. ſq. Inter Anglos repertus fuit non ita pridem Gulielmus Fleetwood, ex collegio Etonenſi, qui parum referre exiſtimaret, ſiue vera credantur ſiue falſa, quae a Philoſtrato de Apollonio narrantur, ſiue itidem ea naturae viribus, ſiue magicae arti, aut alii virtuti ſupernaturali, tribuantur. Cum enim Apollonius a nullo Deorum miſſum ſe ad ſtabiliendam ſingularem aliquam religionem profiteatur, neque eius confirmandae cauſa miracula ſua patrauerit; nihil ex iis, vtcunque de illis ſtatuamus, concludi poſſe ſtatuit, quod vel confirmandis ſuperſtitionibus paganis, vel noſtrae religioni eiuſque argumentis deſtruendis inſeruire queat. Verum cum ex inſtituto hoc agat Apollonius, vt Deorum ſacra vbique reſtituat, eorumque reſtituendorum autoritatem miraculis ſibi vendicet, plane nihil ad religionem eas pertinere ego quidem affirmare dubitem. Saltem alia Philoſtrati ſententia fuit, quem ſacris paganorum in iſtius hominis autoritate praeſidium quaeſiuiſſe tota eius hiſtoria loquitur. At iſta vtcunque ſe habeant, ipſae certe Philoſtrati fabulae tot indiciis ſe produnt, vt, non rationem dicam, ſed ſenſum omnem amiſiſſe oporteat eum, qui fidem illis habere poſſit. Illa vero μυθολογίας & τερατολογίας Philoſtrati argumenta non indiligenter expoſuere Euſebius ex veteribus, tum ex re-
l. c. p. 979. ſeq. centioribus Huetius, Lloydius, atque Anonymus Gallus, a quibus eius generis obſeruatae ſunt Philoſtrati hiſtoriae, quibus nihil in ſcriptoribus *rerum incredibilium* magis *incredibile* reperiri queat. Vt certiſſimam rationem eludendorum
l. c. p. 31. ſq. Anon. c. 11. argumentorum, quae profana impietas ex Apollonii Hiſtoria contra Religionem Chriſtianam exſtruxit, eſſe putem, ſi dicamus mendacem eſſe Philoſtratum, cuius mala fides variis contradictionibus in hoc opere manifeſte deprehenditur, narratas autem nullis idoneis teſtimoniis, nulla ſenſuū vel rationis euidentia nituntur, contrarium plane in Chriſtianis cum obtineat miraculis. Si tamen ali-

quae vere patratae sint τερατειῶν ab eo propositarum, quod nunquam tamen certis argumentis poterit monstrari, vel artis eas esse, vel magiae effectus, non vera miracula, credendum.

Neque in eis tantum, quae ipsum Apollonium eiusque gesta concernunt, huiusmodi malae fidei indicia se prodere Viri docti obseruarunt; verum etiam in aliis, quae ista occasione referuntur, libro inprimis tertio & sexto, de rebus apud Indos, Aethiopas, aliisque in locis remotioribus obuiis. Quae, sicuti manifestum est bona fide Philostratum, variam eruditionem suam ostentare, eaque operi gratiam & dignitatem conciliare cupientem, ex Ctesia, Agatharchide aliisque eius furfuris scriptoribus, diligenter a nobis suis locis indicatis, deriuasse; ita obseruationes eorum, qui nostra & superiore aetate istas regiones obierunt, omnem fabellarum istarum fidem penitus iam dudum extinxere. Cumque Philostratus ita omnia ista referat, vt Apollonivm Damidemque oculis suis ea dicat vsurpasse, vel mendacissimas fuisse oportet Damidis, ex quibus ista habuit ephemerides, vel ipsum pro arbitrio suo, quicquid in mentem veniret, ex πολυμαθείᾳ sua deriuatum, eis affinxisse.

Imo etiam in eis, quae ad manus essent, ad historiam spectantibus Romanam, temporumque rationem, vel ignorantiam vel malam fidem turpiter prodidisse Philostratum, viris quibusdam doctis obseruatum fuit. At hic tamen vereor, ne longius, quam par erat, non sine quadam in Philostratum iniuria, sit processum. Sane virum doctum Philostratum fuisse, nequit in dubivm vocari, vt ignorare non potuerit obuia illa, atque sibi ea aetate magis quam nobis expedita. Neque vero simile est, incaute adeo eum mentiri voluisse, (eo maxime scopo illi ob oculos posito, ad quem viri docti eum collineasse putant, religioni scilicet Christianae ista historia sua aegre vt faceret,) vt a quouis e triuio mendacia eius in rebus fere quotidianis deprehendi possent. Et certe res ipsa loquitur, magno *Scaligero*, qui spissos quosdam in chronologicis errores Philostrato exprobrare conatus est, plerumque non satis feliciter conatum cessisse, idque nos passim in obseruationibus ad vitam Apollonii demonstrasse confidimus, ad quas lectores iam ablegamus: in quorum vsum praeterea tabulam chronologicam confecimus, post istam praefationem exhibendam, qua ordine temporum Apollonii res digessimus, vt melius pateret, non male temporis rationes obseruasse in sua historia Philostratum. Epist. ad Bentlei. p. XXXV. Neque scrupulum merito iectum esse *Rev. Episcopo VVigornienſi* putem inde, quod tradit Philostratus de aetate Apollonii, qua alii octoginta, alii nonaginta, alii plus quam centum annos, eum impleuisse dicant. Nempe id ignorantiam hominis in Chronologicis rebus euincere ita ostendit. Ipso Philostrato autore Archelai rebellio incidit in annum aetatis Apollonii XVI. Vnde consequens, natum esse Apollonium circa annum natalem Seruatoris nostri; ex Tacito enim colligi, anno Christi XVII Archelaum poenas rebellionis luisse. Iam vero paulo post Domitiani caedem quae incidit in Annum C. XCVI. Apollonium ex hac vita discessisse, Philostrato traditum est. Ergo XCVI vel XCVII annus vltimus aetatis Apollonii fuit, cui numero cum nullo eorum, quos Philostratus indicauit, conuenit. Verum, pace viri doctissimi monere liceat, quod ipse ad annum aetatis Apollonii XVII refert Archelai rebellionem, id precario fieri, cum historiae Philostrati series suadeat, XX annorum adolescentem tum eum fuisse, vt a nobis in nota ad eum locum est ostensum. Quo obser-

L. VIII. c. 29.

L. I. c. 11.

Tacit. Ann. II, 42.

L. VIII, 29.

L. I. c. 11. n. 11.

obſeruato, C eiuſdem annus ſatis apte reſpondebit vltimo Domitiani Imperatoris anno. Sed & *Iuſtus Lipſius* ſummo iure ſemper non videtur reprehendere Philoſtratum ob ea, quae de hiſtoria & antiquitatibus Romanis ſcripſit. L IV. c. 38. Certe ob id, quod Agrippinam in naue periiſſe ille tradit, Neronis iuſſu vt eius ſubſeruiret exitio conſtructa, non merebatur Lipſianam exclamationem, *adeo ille & genere & partibus ſcriptionis ſuae nugator eſt!* ad Tacit. Annal. XIV, 9. Nam licet, vt Tacito de eius morte relatum, in nauigio paratas inſidias Agrippina euaſerit, mox tamen in littore ei fuit pereundum, filii iuſſu: vt Apollonius, qui loquitur apud Philoſtratum, eaque refert, quae ex rumore in Graecia acceperat obſcuriore, & coniunctiſſima confundente, (qualis eſſe ſolet de recens patratis a Principibus eius generis facinoribus in locis remotioribus), acerbae adeo in Philoſtratum cenſurae argumentum praebere non debeat. In eo vero grauiorem ad lib. III. Hiſtor. c. 73. ipſe *Lipſius* reprehenſionem meretur, quod *incurioſe* ſcripſiſſe ait Philoſtratum: *Domitianum obſediſſe Vitellianos in Capitolio, atque illos clanculum fugientes templum incendiſſe.* L. V. c. 30. Nempe contraria hic omnia dixit Philoſtratus, eademque plane, quae Tacito, Suetonio & Dioni ea de re fuere commemorata, Lipſio vero fraudi vitioſa Morelli interpretatio hic fuit, cui ſi emendatiorem noſtram inſpicere, & cum Graecis conferre licuiſſet, nihil ſuperfuturum erat, quae eſt XL. quod merito reprehendere poſſet. At & *Th. Sauilius in* epiſt. ad Ioannem Hottomannum in peruoluendo libro Vto vitae Apollonii quamplurima ſibi offenſae fuiſſe narrat. In eis eſt, quod cap. XXXII legitur, Galbam ἡταιρημένης ἐσποιῶντα ἑαυτῷ παῖδας τὸν Ὄθωνα καὶ τὸν Πείσωνα interiiſſe. Vbi id primo reprehendit, quod Otho, adoptionis ſpe iam deiectus, a Galba adoptatus dicatur: tum illud quoque, quod Piſo, priſcae ſeueritatis homo, *impudicitiae* arguatur. Verum, prius quod attinet, voce εἰσποιῶν Philoſtratus non *opus perfectum*, ſed *conſilia* de opere intelligere poteſt: vt ſenſus ſit, Galbam, hoc ipſo quod de Othone, tum de Piſone adoptando conſilia egiſſet, mortis ſuae, quam in medio foro oppetiit, occaſionem dediſſe. Ἡταιρημένης vero cum vocat tum Piſonem, tum Othonem, impudicitiae ipſis non ſcribit dicam, ſed aliud plane ſpectat, nobis quoque, cum in loco illo explicando eſſemus, non ſatis intellectum. Scilicet ἑταῖρος, vt Heſychio aliiſque Grammaticis obſeruatum, ſignificat συνεργὸν *collegam* vel βοηθὸν *adiutorem*, vt Etymologus habet. Hinc ἑταιρίζειν apud eundem Heſ. eſt συνεργὸν λαβεῖν *collegam adſciſcere*, & ἑταιρισάμενος Suidae eſt συνεργήσας. ἡταιρημένος ergo eſt *in collegam adſcitus*; neque enim facile forma *paſſiua* de ſcortatore vocem vſurpari videas, ſed *actiua* ἑταιρήσας vel ἡταιρηκώς. Nempe Collegas adſciſcere, quales *Caeſares* paulo poſt dicti fuere, & Philoſtrati aetate dicebantur, Galbae animus fuit Othonem, & Piſonem. Hinc emendata iam verſione noſtra *cum ſibi collegas filios adoptare voluiſſet*; nihil hac ex parte ſcrupuli Sauilio relinquetur. At magis etiam *Sauilio* bilem mouit, L. V. c. 10. quod Vindicem, Hiſpanos contra Neronem excitantem, nobis ſiſtit Philoſtratus, *quem pueri norint motis Gallis apud Veſontionem* occubuiſſe. Quae tam ſtupida cum legeret, *puduiſſe* dicit, *ſe aliquando exiſtimaſſe, hunc hominem inter bonos autores eſſe referendum.* At intempeſtiuus ille pudor fuit, ad iſtum locum enim quod attinet, per ἑσπέρια ἔθνη in quibus *Vindicem* nobis Philoſtratus ſiſtit, non *Hiſpanos* ſed ἑσπερίους Γαλάτας, *Gallos Heſperios* intelligendos eſſe, nos ex ipſo Philoſtrato ad eum locum oſtendimus. Videamus, an eius generis errorum cenſura melius ſucceſſerit *Anonymo Gallo*, qui impo-

ſturae hiſtoriam Apollonii ſingulari libro reuincere conatus fuit. Primo ille in Chronologia Bardanae, Babyloniae Regis, manifeſti erroris reum teneri Philoſtratum putat. Verum cum dubium, quod hic mouet, idem ſit cum eo, de quo *Nano Tillemontio* iam reſpondimus in obſeruationibus noſtris, opus haut erit, vt plura de eo addamus. Multo vero eſt infirmius argumentum alterum, quo *Anonymus* anachroniſmi dicam ſcribere Philoſtrato conatur. Nempe XXXVIII annos in Apologia ſua Apollonius numerat ab eo tempore, quo rerum ſummae praefuit Domitianus, vſque ad tempus, quo ex India ipſe rediiſſet & Babylonia. Iam, inquit *Anonymus*, ſi a primo anno Domitiani, qui fuit Chriſti LXXXI, retro eundo hos annos numeremus, ad A. C. XLIII deueniemus, quo apud Babylonios non Bardanes, ſed Artabanus regnavit. Si vero ab an. C.XCIV vel XCV (quo iuxta Tillemontium cauſam coram Domitiano Apollonius egit, quod tamen an. C.XCII vel XCIII factum eſſe rectius ſtatuitur) calculi huius fiat initium, deueniemus ad Annum C. LVI (vel potius LV aut LIV) quo Volgeſes Parthicum imperium Babyloniae tenuit; adeoque Bardanem Apollonius videre ſecundum *Anonymum* non potuit. Sed miror, eiuſmodi armis pugnari potuiſſe. Penes Bardanem enim circa ann. C.XLVII. rerum ſummam Babyloniae fuiſſe certo conſtat ex Tacito, qui ad illum annum, occaſione ſibi oblata, Bardanae res vniuerſim perſequitur, vt facile tamen pateat, res non vnius anni eum complecti. Vnde etiam *ſub haec tempora* illa omnia contigiſſe ait, certis inter Parthos geſta annis non definiens. Nihil igitur impedit, quo minus anno C. XLIII Bardanae regnum redditum dicamus; anno vero XLV ſtatuamus ad eum Apollonium veniſſe, id enim factum, poſtquam annos duos & totidem menſes Parthis redditus eſſet Bardanes; tum poſt biennii & aliquot menſium decurſum ab Indis ad eundem rediiſſe Apollonium, atque adeo A. C. XLVII. Bardanem vero A. C. denique XLIX interemtum eſſe ipſe ſtatuit Tillemontius, cuius veſtigiis incedit *Anonymus*, licet mortem eiuſdem iuxta cum ceteris rebus eius ad eundem annum vſque Tacitus referat. Ab eo tempore inde ad annum LV vel LIV latere potuit in partibus Aſiae remotioribus Apollonius, nam apud Maſſagetas & Tauri incolas commoratus, haut dubie apud alias quoque gentes aliquamdiu verſatus eſt, tum & in Syria & Cappadocia. Eſt vero annus LIV, in quo deſinunt XXXVIII illi Apollonii anni, primus Neronis, vt adeo optimo iure dicere potuerit, *κατὰ τέτες τὲς βασιλέας*, h. e. *Neronis, & ſequentium Imperatorum vſque ad Domitianum, aeuo, μάλιςα ἑαυτῷ βεβιῶσθαι εἰς τὸ φανερόν.* Quod vero id ſibi eueniſſe ait *τὸν ἄλλον χρόνον Ινδοῖς φοιτῶντι*, id non ita accipiendum, quaſi omni eo temporis ſpatio apud Indos fuerit, id enim tempus tam exacte definiuit Philoſtratus, vt errori circa illud locus eſſe non poſſit. Verum vel praecipuum, quod illo intervallo obiiſſet, negotium allegat Apollonius: vel, quod malim, *Ινδοῖς φοιτᾷν* omni illo tempore ſe dixit, quod accepta ab ipſis ſemina ſapientiae eo excoluiſſet, non tam aliis quam ſibi perficiendo intentus. Sic iſta omnia non improbabiliter explicari poſſe videbantur. At alium ſcrupulum ex ipſo Philoſtrato nobis mouere liceat. Nempe, cum apud Indos verſaretur Apollonius, poſt ſuum a Bardane diſceſſum, illi a clade, quam Porus ab Alex. M. acceperat, numerabant ann. CCCL. Qua ratione ante A.V.C.DCCLXXVI, qui eſt Chriſti XXIII, Tiberii X, Apollonium apud Bardanem fuiſſe concludendum eſſet, anno aetatis ſuae XXVI vel XXVII, vt oſtenſum ad lib. II. c. 12. Quo tem-

p. 33. ſq.

L. I. c. XXI. n. 4.

Philoſtr. l. VIII. c. VII. ſect. XI.

Annal. XI, 8.

Philoſtr. I, 28. conf. not. 4.

L. VIII. c. 10.

tempore Bardanem Parthicum imperium iam tenuisse nemo affirmet, cum parentem eius, Artabanum, Claudii Imperium attigisse constet. Putem igitur Barbaros rotundum CCCL annorum numerum edidisse, non adeo ἀκριβολογοῦντας, licet XX amplius anni ab eo tempore elapsi essent, quo in Chronologia vitae Apollonii eius ad Bardanem aduentum consignauimus.

Ex his constare putem, de rebus Romanis scribentem Philostratum, vel iis, quae coniunctae cum illis quodammodo essent, non ita, ac quibusdam visum est, ineptiisse: quamuis de rebus Babyloniorum Indorumque agentem haut paucis fabulis atque erroribus implicatum esse non negem, fabulosorum scilicet scriptorum monimenta ob oculos qui haberet, de rebus, de quibus facile ea aetate non esset veriora edoceri; vnde non mirum est, simile cum optimis scriptoribus eorum temporum, Plinio, Aeliano & reliquis fatum eum subiisse. Iam, vt de occasione & scopo operis tria verba addamus, supereſt: occasionem ipse Philostratus luculenter, ab imperatrice Iulia, Seueri Augusti coniuge, Philosophiae & omnis generis eruditionis amantissima femina, sibi suppeditatam indicat, quae a Damide de Apollonio obseruata viri docti perpolita ingenio legere cuperet. Statuunt autem viri eruditi, scopum siue Iuliae, siue Philostrato, siue vtrique propositum eum fuisse, vt Christo Apollonium opponerent, eiusque philosophiam ac mores, illius doctrinae & institutis; vt ita siue imperatorem Caracallam, a sacris Christianis animo non alienum, alumnis eius mitiorem de iis sententiam ipsi instillantibus, siue alios quoscunque in gentilismi superstitionibus, quarum strenuum vbique se vindicem gerit ac instauratorem Apollonius, confirmarent: quibus magnopere refragandi causam vix esse arbitror. Eam sententiam prolixius exponunt, παραλλήλοις vitae Christi & Apollonii, quae indicare affectauerit Philostratus, non indiligenter indicatis Gabr. Naudeus,[1] Petrus Daniel Huetius[2], Gulielm. Nicholls[3], & Robertus Ienking[4]. Neque parum eorum coniecturae fauet, quod his ipsis vsibus adhibita ista Apollonii Historia fuerit ab Hierocle Bithyniae praeside[5]: vt dubium non sit, alios quoque ex paganis hoc tibicine fultum iuisse ruentes iam superstitiones suas. Quamobrem non male meruisse Henr. Morum existimem, qui in *mysterio pietatis*[6] ex instituto demonstrare conatus fuit, quam dissimilem Christo Apollonium extitisse ex ipsa Philostrati historia appareat. Cuius operae, a cl. Theologo praestitae, vel ille insignis est vsus, vt pateat, quam inepta sit ratio humana, lumine fidei destituta, quae vel *in idea*, vt loquuntur philosophi, veram atque perfectam virtutem, qualis in Iesu Christo refulsit, & in exemplum sequacibus eius proposita fuit, concipiat atque delineet. Quod quantum ad diuinam religionis Christianae excellentiam faciat adstruendam, nemo tam coecus est, qui non videat.

L. I. c.

Euseb. H. E. lib. VI.

1 Apologie pour les grands person. soupçon. de Magie p. 238.
2 Huet. Dam. Eu. Prop. IX. c. 147. §. 3.
3 Nich. conf. with a Theist. p. III. p. 203.
4 Ienk. not. ad vitam Apollon. ex Gallicis Tillemont. Anglice factam.
5 not. ad Vopisc.
6 L. IV. c. II. §. 4.

Ceterum ex hac vita desumta sunt, quae de Apollonio Suidas habet; ea quoque, partem maiorem, quae apud Tzetzam in Chiliadibus leguntur, quamuis ab eo aliunde quoque addita nonnulla fuerint. Luculentissima vero ex ea excerpta Photio debemus cod. XLIV & longe ampliora cod. CCXLI, quae in variis locis textus Philostrati restituendi lucem nobis praebuere. Ex recentioribus accuratiorem epitomen vitae Apollonii ex Philostrato dedit Nanus Tillemontius post Historiam Domitiani. Quam ex Gallica lingua in Anglicam transtulit, & notis illustrauit iam laudatus nobis Robertus Ienkingius. Verumfontes adire praestiterit, ad quos lectores nostros iam dimittimus.

CON-

CONSPECTVS CHRONOLOGICVS
VITAE
APOLLONII TYANENSIS
A
PHILOSTRATO LEMNIO
LIBRIS VIII DESCRIPTAE.

Olymp. Iph.		V. C.	A. C.	Imperat. Rom.	
CXCIV	1	750		Aug. 42.	Naſcitur Apollonius I, 5. & ad lib. I. c. 12. n. 17. it. praef. ad vit. Apollon.
	2				
	3				
	4				
CXCV	1				
	2				
	3				
	4				
CXCVI	1				
	2				
	3	760	7	52	
	4				
CXCVII	1				
	2				Annus Apollonii XIV quo Tarſum a parente deducitur I, 7.
	3				
	4				
CXCIIX	1			TIBER. 1	Auguſtus d. XIX Aug. moritur, init imperium Tiberius.
	2				
	3				Annus Apollonii XX quo Archelaus res nouas molitus eſt, paulo poſt mortuo patre Apollonii lib. I. c. 12. 13.
	4				
CXCIX	1	770	17	5	Sequentium temporum ſunt quae de quinquennni ſilentio, mora apud Antiochiam, & itinere in vrbem Ninum referuntur a cap. XIV libri I. vſque ad cap. XX.
	2				
	3				
	4				
CC	1				
	2				
	3				
	4				
CCI	1				
	2				
	3	780	27	15	
	4				
CCII	1				
	2				
	3				
	4				
CCIII	1				
	2				
	3				
	4				
CCIV	1	790	37	CALIG. 1	Tiberius d. XVI Martii obit, ſuccedit Caligula.
	2				
	3				
	4				
CCV	1			CLAVD. 1	Caligula IX Kalend. Febr. moritur, ſuccedit Claudius.
	2				
	3				Circa haec tempora Babylona ad Bardanem venit Apollon. l. I. c. 21 adde praef. ad vit. Apollon.
	4				
CCVI	1				Hoc vel praec. anno poſt moram XX menſium idem a Bardane diſcedit l. I. c. 21.
	2				Iter in Indiam & IV menſ. ap. Iarcham exacti, a lib. II. c. 21. ad l. III. c. 50.

Olymp. Iph.	V. C.	A. C.	Imperat. Rom.	
3	800	47	7	Reditus ad Bardanem post lustratam Indiam ad haec tempora pertinere videtur l. III. c. 50-58. post quem in Asia maximam partem & Graecia, nondum tamen ea, qua post, nominis celebritate versatus est. IV. initia l. VIII. c. 7. sect. 10. 11. & Praef. ad vit. Apollon.
4				
CCVII 1				
2				
3				Circa haec tempora forte scripta epistola Claudii quae est inter Epistolas Apollon. 53.
4				
CCVIII 1				
2			NER. 1.	Claudius d. XIII Octobr. moritur, succedit Nero.
3				
4				
CCIX 1	810	57	4	
2				
3				
4				
CCX 1				Olympicis ludis interest Apollon. IV, 24.
2				Vere adhuc Lacedaemone versatur, & inde discedit in Cretam IV, 34.
3				Romam venit IV, 39. conf. 43. n. 3.
4				Eclipsis, & poculum Neronis manu fulmine excussum. IV, 43. Hoc anno quoque vel proximo
CCXI 1				Gymnasium Neronis perfectum IV, 42.
2				Quinquennales agones Neronis IV, 42. Apollonius in Hispania est V, 7.
3	820	67	14	Olympici ludi ἐκ τῶν ὥρων a Nerone celebrati VI, 7. Apollonii iter in Afric. V, 10. 11.
4			GALB. 1	Interit Nero d. IX Iunii, succedit Galba. Apollonius in Sicilia est V, 11-13. in Achaiam & Athenas redit IV, 18. 19.
CCXII 1			VESP. 1	Vespas. Imp. cum Apoll. in Aegypto est IV, 20-24. 27. sq. Hic in Aethiopabit c. 43.
2				Ad Titum scribit Hierosol. expugnatis VI, 29.
3				Argos ad Titum euocatur VI, 30. Tarsos venit c. 33.
4				In Aegypto & Cilicia degit VI, 35. sq.
CCXIII 1				
2				
3				
4				
CCXIV 1	830	77	9	
2			TITI 1	Vespas. d. XXIV Iunii extincto succedit Titus.
3				
4				
CCXV 1			DOMIT. 1	Tito Idib. Septemb. defuncto succedit Domitianus.
2				Domit. edictum c. Eunuchos VI, 42. Vestales punitae VIII, 5.
3				
4				
CCXVI 1				
2				
3	840	87	7	
4				
CCXVII 1				
2				Domitiani edictum de vitibus exscind. VI, 42.
3				
4				Hoc anno ap. Domitianum post carcerem apologiam Apollon. dicit. l. VII & VIII. *
CCXIIX. 1				Ludis Olympicis interest VIII, 15. Antrum Trophonii subit VIII, 19. sub fin. anni.
2				
3				In Ioniam abit post biennem in Graecia moram VIII, 24.
4			NERV. 1	Domit. caedem in Ionia videt Apollon. VIII, 25. ad *Ntruam* scribit Apollonius, & paulo post disparet VIII, 78. fin.

* Equidem Nanus Tillemontius in vita Apollon. p. 172. secunda vice, sub Domitiano, Romam venisse Apollonium censet Ann. C. 94. Verum in apol. sua sect XI. Apollonius annos numerat ab initiis Neronis vsque ad illud tempus XXXIIX. Imperare v. coepit Nero A. C. 54. Si addas igitur annos 88 peruenitur ad A. C. 92. Firmat & hoc, quod non ita multo post apologiam dicatur Olympicis ludis interfuisse Apollonius, quales incidunt in ann. Chr. sq. 93. in quem incidit Olymp. CCXIIX. Nam CCXIX viuendo attingere non potuit Apollonius, qui ante, quam, Nerua ex hac vita discessit.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ

ΒΙΟΝ [1], ΒΙΒΛΙΟΝ Α΄.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANENSIS

LIBER PRIMVS.

Cap. I.

QVi Samium Pythagoram laudant, ista de eo tradunt: quod, antequam Ion naſceretur, Troiae olim Euphorbus extiterit, mortuusque reuixerit, interierit autem, vt de illo canit Homerus. Veſtitum praeterea, ex animalibus qui eſſet, repudiauerit, & ab animalium omnium eſu abſtinuerit atque immolatione. Neque enim aras ſanguine eum polluiſſe; ſed liba mellita, thuraque, & hymnos, haec,

Οἱ τὸν Σάμιον Πυθαγόραν ἐπαινοῦντες [2], τάδε ἐπ' αὐτῷ φασιν· ὡς Ιωνος μὲν ὕπω εἴη [3], γένοιτο δὲ ἐν Τροίᾳ ποτὲ Εὔφορβος· ἀναβιώη τε ἀποθανών, ἀποθάνοι δὲ, ὡς ᾠδαὶ Ομήρῳ [4]. ἐσθῆτά τε τὴν ἀπὸ θηνσειδίων [5] παραιτοῖτο, καὶ καθαρεύοι βρώσεως, ὁπόση ἐμψύχων, καὶ τῶν θύσαι [6]· μὴ γὰρ αἱμάττειν τοὺς βωμούς, ἀλλ' ἡ μελιττοῦτα, καὶ ὁ λιβανωτὸς, καὶ τὸ ἐφυμνῆσαι,

---

1 Εις τὸν Απολλωνίκ τῦ Τυανέως βίον] Eunapius in prooem. ad vit. Soph. hoc opus inſcripſiſſe Philoſtratum dicit ſimpliciter Βίον Απολλωνίκ, faſque fuiſſe ait, vt inſcriberet, ἐπιδημίαν ἐς ἀνθρώπους Θεᾶ: adeo ſcilicet Eunapio quoque perſuaſum plus quam hominem Apollonium fuiſſe: cuius tamen vitam τερατῳδίαν vocat Lucian. Pſeudom. p. 862.

2 Επαινέντες] cod. Vatic. prior habet ἰσορέντες ſuperſcriptum eadem manu: quae gloſſa potius quam diuerſa lectio eſt. Nempe ἔπαινος eorum qui laudem merentur ἰσορία eſt, & vt Phauorinus habet ἀληθὴς μαρτυρία, & tales ἐπαινεῖν eſt ἰσορεῖν: imo μίσῳ ſignificatu occurrit ἔπαινος 1 Cor. IV, 5.

3 Ιωνος μὲν ὕπω εἴη] male Aldus: *Ionem non fuiſſe*, eumque ſecutus Morellus. Peius etiam Gallus Interpres Vigenerius, hoc ſenſu: *Ionem non fuiſſe Euphorbum, ſed cum qui ad Troiam fuit:* quaſi Philoſtratus indicare velit duos fuiſſe Euphorbos, Troianum alterum, alterum Ionem; quorum ille, non hic fuerit Pythagoras: & ridicule Vigenerius Ionem illum Euphorbum quaerit. Rhinuccini verſionem retinuimus: ſenſus eſt, Pythagoram antequam in Ionia naſceretur, Troianum fuiſſe. Referebat huc Cl. Bentleius quod inf. lib. VIII. c. 7. §. 4. de Pythagora dicitur: καὶ Μνηταρχίδῃ ἐτέχθη τῷ Σαμίῳ σοφὸς ὢν Βαρβάρῳ καὶ Ιων ὢν Τρωὸς. Recte ſane. Similis enim magiſque clarus locus eſt apud Philoſtratum in Heroicis, *Euphorbo:* Ελεγε δὴ ὁ Πυθαγόρας, Ευφορβος γεγενέναι, μεταφυναι τε Ιωνι ὢν Τρωὸς, σοφὸς δὲ ὢν πολεμικὸς, κεκολασμένος δὲ ὢν τρυφῶντος.

4 ὡς ᾠδαὶ Ομήρῳ] locus Homeri de Euphorbi exitu eſt Iliad. lib. Ρ'. v. 51. ſqq. eumque Iamblichus etiam allegat de Vita Pythag. c. 14. Vbi huc ſpectantibus verſibus inprimis delectatum eſſe Pythagoram ait, eoſque aſſidue ad lyram ceciniſſe.

5 Θηνσειδίων] Suidas θηνσείδιον νεκρὸν reddit, Heſ. νεκρεμάτιον. Vnde Philoſtrati interpretes ex *morticina materia.* Sic & Budaeus. Solus interpres Gallus hoc ſenſu: *veſtitu uti nolebat, cuius materia eſſet ab aliquo animali.* Recte. Non enim tantum ab ouis morticinae, ſed omni omnino *lana* Pythagoras abſtinuit. Sic inf. lib. I. 8. Pythagoricae diſciplinae initiatus Apollonius λίνε ἐσθῆτι ἀμπίσχεται, παραιτησάμενος τὴν ἀπὸ ζώων, non ex morticinis tantum, ſed in genere ex *animantibus* confectas veſtes *reſpuens.* Et lib. I. 32. a Pythagora ſe habere ait γήϊνα ἕρια τέτῳ ἰσάλθῳ *quod lana ex terra nata veſtiatur.* Nempe *linum* intelligit, mox enim ipſe ἐθόνην vocat: τὸ γὰρ φύεται ἐξ ἀθανάτε τῆς γῆς, vt Plutarch. habet de Iſ. & Oſir. vel vt ipſe l. c. addit Apollonius ὕδατος καὶ γῆς δῶρον eſt. Porro Apollonius lib. VI. 11. Pythagoricam philoſophiam muliebri habitu ſibi, vt olim Herculi virtus, apparentem, inter alia dixiſſe ait: ſectatorem ſuum ἐδὲ χλαῖναι θάλψειν ἐδὲ ἕλειον ὃ ἀπ' ἐμψύχε ἐπίχθη nec laena eſſe fouendum, nec lana quae animatis depecti ſolet. Cui geminum in Apologia ad Domitian. lib. VIII. 7. 5. λίνον δὲ πείρεται μὲν ὡς ἔτυχε — ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μὴ ἀπ' ἐμψύχε ἐδρέφθη, καθαρὸν μὲν Ινδοῖς δοκεῖ, καθαρὸν δὲ Αιγυπτίοις· ἐμοὶ δὲ καὶ Πυθαγόρᾳ διὰ τῦτο χῦμα γέγονε. Θηνσείδιον itaque idem quod ζῶον & ἔμψυχον, talia enim proprie moriuntur. Denique in eadem ad Domitianum apologia lib. VIII. 7. 4. de Pythagora ait ἐθῆτά τε, ἣν ἀπὸ θηνσειδίων οἱ πολλοὶ φορῦσιν, ὡ καθαρὰν εἶναι φύσας λίνον ἡμπίσχε. Similiter rurſus Indos, quorum eadem diſciplina, quae Pythagoraе, lib. III. c. 15. veſtem habere ἔριον αὐτοφυὲς ὃ γῆ φύει legimus. De quo ſuo loco. Iamblichus quoque c. 21 σώματα Pythagorae ἱματίλινα fuiſſe dicit, καθόλοις γὰρ ὡ χρῆτο. Vbi Cl. Kuſterus me monet in cod. ſuo MS. legi ἱμάτια λινᾶ. Forte tamen recte dicitur ἱματίλινον vt ὠμόλινον: *Linum crudum:* ſic enim ἱματίλινον Linum fuerit in ſtragulas contextum. Apuleius porro in Apol. p 131. *quippe lana ſignifſimi corporis excrementum, pecori detracta* (adeoque non tantum ex morticinis) *iam inde Orphei & Pythagorae ſcitis profanus veſtitus eſt.* Quid tamen Diogeni faciemus? qui ἐθῆτα λευκὴν & σώματα λευκὰ e *lana* Pythagoram habuiſſe dicit, linum tum quidem in Graecia nullum extitiſſe addens l. VIII. 5. 19. in quo certiſſime fallitur, cum Thucydides l. 1. λινᾶς χιτῶνας, antiquiſſimum veſtimenti genus, paulo ante ſua tempora dicat in vſu eſſe deſiiſſe.

6 Καὶ τῶν θύσαι] reſtituimus articulum ex Suida in πυθαγόρ. nam editis exciderat.

φοιτᾶν τᾶυτα τοῖς θεοῖς παρὰ τᾧ ἀνδρὸς τούτῳ γινώσκειν τε [7], ὡς ἀσπάζοιντο οἱ θεοὶ μᾶλλον τὰ τοιαῦτα ἢ τὰς ἑκατόμβας καὶ τὴν μάχαιραν ἐπὶ τῷ κανῷ [8]. ξυνεῖναι γὰρ δὴ τοῖς θεοῖς, καὶ μανθάνειν παρ' αὐτῶν, ὅπη τοῖς ἀνθρώποις χαίρουσι, καὶ ὅπη ἄχθονται [9]. περί τε φύσεως ἐκεῖθεν λέγειν [10]. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας τεκμαίρεσθαι τῷ θείῳ, καὶ δόξας ἀνομοίους ἀλλήλαις περὶ αὐτῷ δοξάζειν. ἑαυτῷ δὲ [11] τόν τε Ἀπόλλω ἥκειν, ὁμολογοῦντα ὡς αὐτὸς εἴη. ξυνεῖναι δ' αὖ [12] καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὴν Ἀθηνᾶν, καὶ τὰς Μούσας, καὶ θεὸς ἑτέρους, ὧν καὶ τὰ εἴδη, καὶ τὰ ὀνόματα, ὅπως τοῖς ἀνθρώποις γινώσκειν. καὶ ὅ, τι ἀποφήναιτο ὁ Πυθαγόρας, νόμον τοῦτο οἱ ὁμιληταὶ ἡγοῦντο, καὶ ἐτίμων αὐτὸν ὡς ἐκ Διὸς ἥκοντα [13], καὶ ἡ σιωπὴ δὲ ὑπὲρ τοῦ θείου [14] σοφίσιν ἐπήσκητο. πολλὰ γὰρ θεῖά τε καὶ ἀπόρρητα ἤκουεν, ὧν κρατεῖν χαλεπὸν ἦν, μὴ πρῶτον μαθοῦσιν ὅτι καὶ τὸ σιωπᾶν λόγος. [15] καὶ μὴν καὶ τὸν Ἀκραγαντῖνον Ἐμπεδοκλέα βαδίσαι φασὶ [16] τὴν σοφίαν ταύτην. τὸ γὰρ,

Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός [17]. καὶ

inquam, ab homine isto Diis venisse. Novisse enim eum Deos immortales huiusmodi sacris longe magis, quam hecatombe, quamque in canistro cultro, gaudere. Et enim cum Diis ei fuisse commercium, atque ab eis illum didicisse, quae illis grata, quaeue molesta ab hominibus fierent. De natura etiam illinc inspiratum differuisse. Ceteros nempe coniecturis in rebus diuinis duci & aduersas de iis opiniones amplecti, dicentem; ad se autem Apollinem ventitasse, quis esset professum. Praeterea conversatas secum, quae essent dissimulantes, & Palladem & Musas, & alios Deos, quorum & facies, & nomina nondum hominibus cognita sint. Quicquid autem docuisset Pythagoras, id pro lege eius discipuli habebant, ipsumque tanquam a Ioue profectum venerabantur, silentiumque ab illis sublimis istius doctrinae studio colebatur. Multa namque diuina, arcanaque ab eo audiebant, quae tenere difficile erat, nisi didicissent antea, ipsum silentium etiam esse orationem. Atque ea certe philosophandi via incessisse Agrigentinum etiam Empedoclem perhibent. Illud enim

Saluete, immortalis ego Deus, haut fero mortem.

& illud:

---

7 γινώσκειν τε] Suid. γινώσκει δὲ oratione a coniunctione ὡς, quae supra inuenitur, suspensa. Quod rectius mihi videtur. Sic enim in praecedentibus etiam construit: καὶ καθεζεύοι βρώσεως — μηνὶ ἀμαύλει. Sic hoc loco γινώσκοι δὲ — ξυνεῖναι γάρ.

8 μάχαιραν ἐπὶ τῷ κανῷ] κανοῦν & κανῆν non canistrum tantum ex vimine notat, sed *patinam* etiam aliaque eius generis vasa. Glossae Graec. κανῆν, τρύβλιον, μαγίς. Hesych. κανῆν, κανίσκιον, δισκάριον. Pollux in Lib. X. c. XVIII. σφαγείῳ h. e. vase sanguini hostiae excipiendo inseruiente, coniungit κανῆν. Atque ei *secespitam* vel cultrum impositum fuisse patet ex Aristoph. in Pace p. 471. τὸ κανοῦν πάρεσιν ὅλας ἔχειν καὶ σίμωμα καὶ μάχαιραν. patet & ex Euripide Iphig. in Aul. v. 1565. sq. Κάλχας δ' ὑμάντις ὡς κανοῦν χρυσήλατον ἔθηκεν ἐξὺ χεροῖ φάσγανον. Et in Electr. v. 810. ὡς κανοῦ δ' ἐλαὸν Λιγυστος ὁρθὴν σφάγιδα. &c. Hinc Suidas, ὡς τῷ κανῷ κρύπτεται ἡ μάχαιρα. Inde Euripidis Schol. ad Oreſt. v. 195. ab ἔκαιρον quod est ἐφόρουσα deriuat τὸ κανοῦν, ὡς ὁ φέρεται ἡ ἱερουργικὴ μάχαιρα. Et μάχαιρα itaque & κανοῦν ad sacrificia cruenta pertinent, minusque adeo Diis probari dicuntur.

9 ἄχθονται] Suid. συνάχθονται.

10 ἐκεῖθεν λέγειν] huc spectat Iamblichi locus obiter emendandus l. I. c. 1. ὡς θεῶν γὰρ αὐτῆς (loquitur de Pythagorica Philosophia) παραδοθείσης τὸ κατ' ἀρχὰς, ὡς ἔνεστι μάλιστα, ἢ δι' αὐτῶν ἀντιλαμβάνεσθαι (Arcerius ediderat: ἢ διὰ τῶν ἀντιλαμβάνεσθαι.) Itaque emendaueramus, cum Cl. Kusterus moneret suum codicem habere διὰ τῶν Θεῶν, cuius autoritatem merito coniecturae nostrae praeferimus.

11 ἑαυτῷ δὲ] sic & Suidas, & omnes codices nostri, quod ferri posse putem. Praeferquam enim quod nihil impediat, ista Pythagoram de seipso retulisse intelligi; ἑαυτῷ idem saepe est quod αὐτῷ, vt proinde ne sic quidem mutari σχῆμα λέξεως necesse sit, sed continuari narrationis aliorum relatio possit intelligi.

12 ξυνεῖναι δ' αὖ] ita Suidas. Priores editiones habebant ἐν, quod minus huic loco conueniens esse res ipsa loquitur.

13 ὡς ἐκ Διὸς ἥκοντα] vt quem Apollinem crederent, vel alium quemcunque Deorum, a Ioue descendentium. *Vid.* Iambl. vit. Pythag. c. 12.

14 ὑπὲρ τοῦ θείου] retuli cum Interpretibus prioribus ad *res*, ob quas silentium exercuerunt, diuinas scilicet, & sacro silentio prosequendas: nec male respondent quae sequuntur. Forte tamen in eam sententiam deueniat aliquis, vt ad ipsum Pythagoram referendum ducat, qui θεῖος velut proprio nomine fuit appellatus. Iamblich. de vita Pythag. c. X. διὰ δὲ τὰς παραινέσεις ὁμολογεῖται παρασκευάσαι μηδένα τὴν ἐκείνου θεσπιῳδίαν ἐνιεμάζειν, ἀλλὰ πίστις ΘΕΙΟΝ αὐτὸν καλεῖν. Vt sensus sit, Pythagoraeos silentii onus suscepisse, quod ita magister praeciperet, ὁ Θεῖος ille Pythagoras, qui ἔφρε διδάσκαλον σιωπῆς λόγον vt infra est l. IV. c. 11. Vt ὑπὲρ τοῦ ΘΕΙΟΥ adeo, h. e. in gratiam Pythagorae discipuli silentium coluisse dicantur; ratio vero in sequentibus reddatur, cur tam molestam disciplinam facile adeo susceperint, nempe quia ab eo res plane diuinas discere liceret.

15 τὸ σιωπᾶν λόγος] obseruauerat ad hunc locum Cl. Bentleius Claudiani verba de Consulatu Mallii Theodori:

Quicquid Democritus risit, dixitque tacendo
Pythagoras.

Sic inf. l. VIII. c. 7. Apollonius ἐγὼ δὲ καὶ τῷ σιωπᾶν οὐ φαύλην τετάρτην ἀρετὴν οἶδα. Sic Marcus dicebat, se quidem καὶ τῇ σιωπῇ ἐνεργῷ χρῆσθαι. vide totum locum Philostrati Vit. Sophist. l. I. in *Marco*. Non male quoque huc referas Isocratis illud de laude Busiridis ἔτι γὰρ καὶ νῦν τὰς προσποιουμένους ἐκείνῳ (Πυθαγόρᾳ) μαθητὰς εἶναι, μᾶλλον σιγῶντας θαυμάζομεν, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ λέγειν μεγίστην δόξαν ἔχοντας. Nempe καὶ τὸ σιωπᾶν λόγος, cuius maior vis, effectus praestantior, fatente Isocrate, quam cuiusuis alterius orationis. Sic Salomon fere Eccl. IX, 17. *Verba sapientum audiuntur in silentio*, ὡς ἀναπαύσεις, vt habent LXX.

16 Βαδίσαι φασὶ] haec verbotenus repetit Schol. ad Anthol. lib. I. tit. ὡς φιλοσόφως, vbi exhibetur posterior ex versibus hic a Philostrato exhibitis: καὶ γὰρ, inquit, Ἐμπεδοκλέα βαδίσαι ὁδὸν Πυθαγόρου, vt non dubitem ex Philostrato haec esse transscripta. Quid igitur? an hic quoque pro σοφίαν legendum ὁδὸν? Non indignum id elegantia Philostrati. Ὁδὸν enim pro *secta* dici vel vitae instituto & profanis & sacris scriptoribus vsu receptissimum.

17 Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὔμμιν.] hic versus pars est maioris fragmenti, seruati a Diogene Laertio l. VIII. s. 62. cui duos praeterea versus affuit Stephanus, ex Sexto Empir. adu. Mathemat. p. 60, vt credere par est. Quos genuino loco eum reposuisse non plane certum quidem, valde probabile est tamen. Certe enim nexus materiae est luculentus. Ipsum hunc versum χαίρετ' ἐγὼ &c. Sextus quoque exhibet, apud quem pariter ac apud Laertium, ὑμῖν legitur pro ὔμμιν, quod vere Siculum tamen est.

Nam

Nam memini fueram quondam puer atque puella.

Bos itemque in Olympia, quem opere pistorio fingens immolasse fertur, hominis sunt, qui Pythagorica probat. Multa autem alia de iis, qui Pythagorae disciplinam secuti sunt, tradunt, quae nunc attingere haud decet festinantem ad illam historiam, quam persequi mihi propositum est.

Cap. II. Gemina enim istis molitum Apollonium, maioribus animis, quam Pythagoras, sapientiae studia aggressum, & tyrannidum victorem, qui temporibus non multum ab aetate nostra remotis, nec tamen nuperrimis claruit, nondum nouerunt homines ex vera sapientia, quam caste & vt Philosophum decet excoluit: sed alius quidem hac, alius vero alia ex parte, hominem laudat. Imo & alii eo quod cum Babyloniorum Magis, & Indorum Brachmanibus, & in Aegypto Gymnosophistis versatus fuerit, incantatorem ipsum fuisse arbitrantur, & quasi magica vi sapientem calumniantur, male iudicantes. Empedocles enim & Pythagoras ille, atque Democritus, quamuis cum Magis versati fuerint & multa paradoxa protulerint, non tamen arti illi obnoxii fuere. Et Plato

Ἤδη γὰρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κόρη τὲ, κόρος τέ. [18]

καὶ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι [19], τὰ Πυθαγόρᾳ ἐπαινοῦντος εἴη ἄν. καὶ πλέω ἕτερα περὶ τῶν τοῦ Πυθαγόρᾳ τρόπον [20] φιλοσοφησάντων ἱστοροῦσιν, ὧν ἃ προσήκει μὲν νῦν [21] ἅπτεσθαι στεύδοντα ἐπὶ τὸν λόγον, οὐ ἀποτελέσαι προὐθέμην.

Ἀδελφὰ γὰρ τούτοις ἐπιτηδεύσαντα Ἀπολλώνιον, καὶ θειότερον [1], ἢ ὁ Πυθαγόρας τῇ σοφίᾳ προσελθόντα, τυραννίδων τε ὑπεραίροντα, καὶ γενόμενον κατὰ χρόνους, ὅτ' ἀρχαίους, ὅτ' αὖ νέους, ὅπως οἱ ἄνθρωποι γινώσκουσιν ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς σοφίας [2], ἣν φιλοσόφως τε καὶ ὑγιῶς ἐπήσκησεν. ἀλλ' ὁ μὲν τὸ, ὁ δὲ τὸ ἐπαινεῖ τὸ ἀνδρός. οἱ δὲ, ἐπειδὴ μάγοις Βαβυλωνίων, καὶ Ινδῶν Βραχμᾶσι, καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ γυμνοῖς ξυνεγένετο, μάγον ἡγοῦνται αὐτὸν, καὶ διαβάλλουσιν ὡς βιαίως σοφὸν [3], κακῶς γινώσκοντες. Ἐμπεδοκλῆς τε γὰρ, καὶ Πυθαγόρας αὐτὸς, καὶ Δημόκριτος, ὁμιλήσαντες μάγοις, καὶ πολλὰ δαιμόνια [4] εἰπόντες, ὅπως ὑπήχθησαν τῇ τέχνῃ [5]. Πλάτων τε βαδίσας

Ceterum ex Philosophiae Pythagoricae praeceptis, iuxta quae τέλος Philosophiae ὁμοίωσις πρὸς τὸν Θεὸν egregie versum istum explicat ipse Sextus l. c. Spectat huc quoque aureor. carm. coronis gemina plane Empedocleo isti:

Ἐστεφ ἀθάνατος Θεὸς, ἄμβροτος οὐκέτι θνητός.

Vbi vide Hieroclem. Adde & ipsum Apollonium in Apolog. ad Domitian. inf. VIII. 7. 7.

18 ἤδη γὰρ ποτ' ἐγὼ] occurit hic Empedoclis versus apud Athenaeum quoque l. VIII. fine. Diogen. Laert. VIII, 77. Antholog. lib. I. tit. εἰς φιλοσόφες. Olympiodorum Commentario inedito in Platonis Phaedon. adde & Clem. Al. Strom. VI. & Cyrillum contra Iulian. qui & alterum addidere:

Θάμινος τ' οἰνός τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

Vel vt nonnulli magis legunt probabiliter πτώμενος οἰνός τε &c. de qua lectionis diuersitate iampridem diligenter egere Rittershus. ad Malch. p. 46. Casaubon. ad Athenaeum, & Menagius ad Diogenem ll. cc. Alludunt ad hos versus Aristoteles in lib. de respiratione, Tertullianus in lib. de anima c. 52. Chrysostomus Homil. 2. in Ioannem, & Basilius in Hexaem. quorum loca Menagio iam obseruata.

19 ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι] πέμμα h. e. ὂν μέλιτος καὶ ἀλφίτων ex melle & farina hordeacea mazam, vt habet Diogen. VIII, 53. vel ὂν σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων vt Athenaeus Dipnos. l. I. p. 3. Nempe κέλητι victor in Olympicis, & ab animalibus edendis abstinendum esse existimans, istud genus sacrificii substituit. Habuit id Empedocles a Pythagora omnino. Nam eum Porphyr. de vita Pythag. p. 196. cum reperisset hypotenusam trianguli rectanguli lateribus aequiualere, βοῦν θυτῆσαι dicit σαίτιον βοῦν, idque traditum ab accuratioribus scriptoribus dicit, rodens oblique eos, qui hecatomben ab eo mactatam atque immolatam dicunt, quod a Pythagorae disciplina est alienum. Talem bouem Alexandriae obtulisse Apollonius quoque narratur inf. l. V. cap. 25. Pythagoras autem ab Aegyptiis talis sacrificii duxisse exemplum primum videtur, quorum pauperiores Lunae & Bacchō σαπίνας πλάσαντας ὗς καὶ ὀπτήσαντας ταύτας θύειν narrat Herodotus Clio p. 68. ed. Steph. Brachmanas prouinciae Telengae in Regno Indostan simile quid obseruare Theuenotus vol. III. Hodoeporici Indici c. 47 narrat. Eos enim certo festo *baccam* eiusmodi melle plenam sistere eamque mactare, melle defluente cruorem simulante.

20 περὶ τῶν τοῦ Πυθαγόρᾳ τρόπον.] ita codex Vratislauiensis. Male editio Morelli: τῶν τοῦ Πυθαγόρᾳ τρόπων. Salmasius, quod & obseruatum Bentleio, correxerat τρόπῳ vel τρόπου, eandemque correctionem inuenio in schedis Gruteri: posterius est editionis Aldinae. Vt habet Vratislauiensis, ita verissime legendum iudicauerat Cl. Bentleius, prouocaueratque ad ea quae leguntur lib. I. c. 7. σύ μὲν ζῆθι τὸν σαυτοῦ τρόπον, ἐγὼ δὲ τὸν Πυθαγόρᾳ ζήσομαι. Codices duo Vaticani & Vrbinas legunt in hoc loco nostro: τὸν τοῦ Πυθαγόρᾳ τρόπον, sed articulum τοῦ merito respuit auris delicatior.

21 μὲν νῦν] magis hoc Atticum: agnoscit que Vratisl. Vulgati habent με νῦν.

CAP. II. 1 θειότερον] ipse Appollon. θειασμοὺς vocat *sapientiam* suam l. IV. c. 39.

2 σοφίας] Suid. male: φιλοσοφίας v. Ἀπολλώνιος.

3 ὡς βιαίως σοφὸν] male Suidas: ὡς μὴ σοφόν. Quid sit ὁ βιαίως σοφὸς optime ipse Philostratus explicat, qui inf. cap. XII. libri V. γόητα Apollonium credi nonnullis ait & VII. 12. narrantem Demetrium inducit, quod delatus sit apud Domitianum Apollonius, ὡς ἀπόῤῥητόν τινα ἰσχὺν ἔχων. Et in Apologia Apollonii lib. VIII. cap. 7. §. 9. quod hic βιαίως σοφόν, vocatur τὸ ὑπὲρ σοφίαν καὶ τερατῶδες. Ipsa φράσις redit infra L. VI. c. 19. θαυμασιουργίας καὶ βιαίᾳ τέχνῃ μὴ δεῖσθαι ἀληθοῦς. Sic quoque auctor Iconum priorum in *Amoribus* βιαίᾳ τέχνῃ τὰ παιδικὰ θηρωμένους dicit eos qui magicis incantamentis amorem conciliare nituntur. Nempe incantamenta *vim* faciunt naturis rerum, vnde inf. l. VI. c. 10. Thespesion, Gymnosophistarum Princeps, Indos magiae insimulans, se quidem iis frui quae terra natura sua & sponte edat, ὡς χάρυσα δίδοι αὐτὰ καὶ μὴ βασανίζοιτο ἄκουσα. Et apud Heliodor. VI, 1. μοιρῶν θεσμὸς ἐνβιάζεσθαι dicitur mulier ἐπᾳδός.

4 δαιμόνια] *paradoxa* vertere malui quam *diuina*. Est enim vox μέση, quae quandoque apud profanos etiam scriptores, res extraordinarias significat, siue a diuina virtute, siue alia, rerum naturam communem excedente, procedant. Suidas: Δαιμονίως, παραδόξως. ὁ δὲ ἐς τὰ ἀφροδίσια δαιμονίως ἐσπευδακώς. ἀντὶ τοῦ παραδόξως, ὑπερφυῶς. Sic inf. l. VIII. fine, Δαιμονίοις λόγοις de Apollonio, se *ἐντυχεῖν* Philostr. dicit

5 ὑπήχθησαν τῇ τέχνῃ] sic l. V. c. 12. fin. κατηγορίας ὑπαχθέντες. & l. VI. c. 13. ὃς γὰρ ψεύδη ὑπηγάγετο &c.

εἰς Αἴγυπτον, καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν τε καὶ ἱερέων ἐγκαταμίξας τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, καὶ καθάπερ ζωγράφος [6] ἐσκιαγραφημένοις ἐπιβαλὼν χρώματα, ὅπῃ μαγεύειν ἔδοξε, καί τοι πλεῖστα τῶν ἀνθρώπων φθονηθεὶς ἐπὶ σοφίᾳ. Οὐδὲ γὰρ τὸ προαισθέσθαι πολλὰ καὶ προγνῶναι διαβάλλοι ἂν τὸν Ἀπολλώνιον ἐς τὴν σοφίαν ταύτην· ἢ διαξελήσεταί [7] γε καὶ Σωκράτης ἐφ' οἷς παρὰ τοῦ δαιμονίου προεγίνωσκε, καὶ Ἀναξαγόρας ἐφ' οἷς προὔλεγε. Καίτοι τίς [8] ἂν οἶδε τὸν Ἀναξαγόραν ὀλυμπιάσι [9] μὲν, ὁπότε ἤκιστα ὗοι, παρελθόντα [10] ὑπὸ κωδίῳ εἰς τὸ στάδιον ἐπὶ προρρήσει ὄμβρου, οἰκίαν τε ὡς πεσεῖται προειπόντα, μὴ ψεύσασθαι, πεσεῖν γάρ· νύκτα τε ὡς ἐξ ἡμέρας ἔσαι, καὶ ὡς λίθοι [11] περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς [12] τοῦ οὐρανοῦ ἐκδοθήσονται [13], προαναφωνήσαντα ἀληθεῦσαι; καὶ σοφίᾳ ταῦτα τοῦ Ἀναξαγόρου προσιθέντες, ἀφαιρεῖνται τὸν Ἀπολλώνιον τὸ κατὰ σοφίαν προγινώσκειν, καὶ φασὶν ὡς μάγῳ τέχνῃ ταῦτ' ἔπραττε. δοκεῖ ἔν μοι μὴ περιιδεῖν τὴν τῶν πολλῶν ἄγνοιαν [14], ἀλλ' ἐξακριβῶσαι τὸν ἄνδρα τοῖς τε χρόνοις, καθ' οὓς εἶπέ τι, ἢ ἔπραξε, τοῖς τε τῆς σοφίας τρόποις, ὑφ' ὧν ἔψαυσε τοῦ δαιμονίου τε καὶ θείου [15] νομισθῆναι. ξυνείλεκται δέ μοι τὰ μὲν ἐκ πόλεων, ὁπόσα αὐτοῦ ἤρων, τὰ δὲ ἐξ ἱερῶν, ὁπόσα ὑπ' αὐτοῦ ἐπανήχθη παραλελυμένα τοὺς θεσμοὺς [16] ἤδη, τὰ δὲ ἐξ ὧν εἶπον ἕτεροι περὶ αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐκείνου ἐπιστολῶν [17]. ἐπέστελλε δὲ βασιλεῦσι, σοφισταῖς,

in Aegyptum profectus, multaque prophetarum sacerdotumque illic existentium dicta suis admiscens, & pictoris instar lineamentis colores superimponens, nunquam artis magicae suspicionem subiit, quamuis ob sapientiam maxime omnium mortalium inuidiae obnoxius fuerit. Neque id, quod multa praesenserit atque antea sciuerit, Apollonium talis sapientiae reum peraget: cuius reus alias etiam erit Socrates, ob ea quae a Daemone ante edoctus est, & Anaxagoras eorum, quae praedixit, causa. Equidem enim Anaxagoram quis ignorat in Olympia, cum minime pluueret, pelliceam vestem indutum processisse in stadium, eo quod pluuiam praesagiret: & domum, cum casuram praedixisset, non fefellisse, statim enim corruisse: & cum diem quoque in noctem versum iri, atque lapides de coelo prope Aegos potamos ruituros praedixisset, euentum id comprobasse? Et ista quidem in Anaxagora sapientiae tribuentes, Apollonio tamen praescientiam, quae a sapientia sit, negant, & magicis artibus illum talia fecisse criminantur. Visum itaque mihi est istam vulgi ignorantiam minime ferre; sed accurate de tanto viro, quo quaeuis tempore dixerit aut fecerit, qua item philosophandi methodo, ut daemonius videretur atque diuinus, assecutus fuerit, dispicere. Ista autem mihi collecta partim ex ciuitatibus sunt, quae illum adamarunt, partim ex templis ab ipso restauratis, cum sacri eorum ritus iam obsoleuissent, partim etiam ex iis, quae multorum sermonibus de eo celebrata sunt, nonnulla ex epistolis quoque ipsius. Scripsit enim ad Reges, ad Sophistas,

6 ζωγράφος] ita correxerat Gruterus, ita omnes codices nostri, & Suidas: ita ipse quoque in cod. Reg. inuenerat Morell. cuius tamen textus ζωγράφοις habet, vt & ed. Ald. Salmasius emendauerat ζωγράφου.

7 ἢ διαβ.] Sic in cod. Reg. Paris. Morellus, sic nos in Vratisl. inuenimus & Suida, qui habet ἢ ἅτω διαβ. Editi priores habent ἢ διαξελ. minus apte.

8 Καίτοι τίς] priores edd. habebant καὶτίς. Ex cod. Reg. tamen serius allato lectionem hanc obseruauerat Morell.

9 Ἀναξαγόραν Ὀλυμπιάσι] idem prodit Diogen. II, 9. Aelian. de animal. VII, 8.

10 παρελθόντα] sic & cod. nostri. Suid. προελθόντα in Ἀπολλών. male idem παρελθόντα in Ἀναξαγ. quod a Cl. Bentleio iam obseruatum.

11 καὶ ὡς λίθοι] v. Diog. Laert. II, 9. & ceteri ad eum locum Menagio obseruati.

12 Αἰγὸς ποταμοὺς] ita legendum, nisi malis Αἰγὸς ποταμοῦ quod magis placuit Diogeni, quodque sequitur Ammianus l. XXII. qui habet *Aigos potamus*. & Plinius II, 58. qui *Aegos flumen*. Αἰγὸς ποταμὸς tamen habent Aristot. Meteorolog. I, 7. Plutarch. in vita Lysandri, Stephanus π. πόλ. Tzetzes Chil. II. v. 892. & alii. Nempe vtrumque recte dicitur; hoc tamen praetulere isto loco Gruterus, Salmasius & Bentleius, fauentque huic lectioni codex Vaticanus pr. qui ποταμιὸς, & Vrbinas qui ποταμὸς legit. Priores editiones habebant αἰγὸς ποταμῶ. Cetera notissimum istud Hellesponti oppidum.

13 ἐκδοθήσονται] nescio cur lectionem hanc solicitet, vt vel ἀπολυθήσονται vel ἐκθλιβήσονται substituat Aeg. Menag. ad Diogen. II, 10. Visus enim quidem est vtraque illa voce, sed non sola, in hoc negotio Plutarchus, φερομένην enim πέτραν ἢ πρῶτον ἰδόντα, ἐκρηγῆναι καὶ πεσεῖν dicit. Philostratus itaque noster πῶσιν optime verbo ἐκδοθήσονται significauit, quod lapsum cum impetu notat, qualis aquarum etiam ruentium esse solet, isto verbo haut raro, apud bonos autores notatus.

14 ἄγνοιαν] ita pro ἄνοιαν in cod. Reg. Paris. legi obseruauit Morellus. Omnes codd. nostri habent ἄνοιαν, vt & Suidas. Morellus & Rhinuccin. *ignorantiam* verterunt, fauetque omnino quod paulo ante dictum ὅπῃ οἱ ἄνθρωποι γινώσκουσι.

15 δαιμονίου τε καὶ θείου] Plutarch. de aud. Poet. καὶ πράγματα καὶ ὕδη καὶ ἡ δία λόγος καὶ ἄνδρας εὐθαμεν δαιμονίους καὶ θείους προσαγορεύειν. Frequens inde harum vocum apud Demosthenem, Platonem & ceteros coniunctio Est autem Δαιμόνιος idem quod θεῖος vt δαίμων & Θεός synonyma sunt passim; vt autem θεῖος hic dicitur, sic inf. c. 5. τὸ ἀγχοῦ Θεῖον Apollonio tribuitur. Nec θεῖος tantum sed & Θεὸς Apollonius, idque inter praecipua causae apud Domitianum ei agendae argumenta inf. l. VII & IIX. quod ipse tamen l. VII. c. 5. ita explicat: ὅτι τὰς ἀνθρωπικὰς ἀγαθὸς νομιζόμενος θεῶ ἐπαινομίᾳ τιμᾶται add. l. VIII. cap. 7. Sic & Iarchas interrogatus se & Indos Philosophos Θεοὺς cur diceret, ἔτι respondit ἀγαθοὶ ἐσμὲν ἄνθρωποι. l III. c. 18 Eoque sensu forsan Theodorus quondam Θεὸς etiam dictus, vt aliam eius rei rationem reddat Diogenes II, 100. adde notata ad cap. I. Quamuis magis etiam magnifice de Apollonii diuinitate sensisse videantur Lacedaemonii inf. lib. IV. c. 30. & ipse Philostratus l. VIII 12. 13. idemque crediderint alii haut pauci, de quibus ad fin. libri VIII.

16 ἐκανήχθη παραλελυμένα τοὺς θ.] priores editiones male ἐπανήχθη παρελελυμένους. Meliorem lectionem ex codd. nostris restituimus, qui omnes in eam consentiunt, & Suida. Sic legerat quoque in cod Reg. Paris. Morellus, ipseque hoc sensus postulat. Vratislauiensis cod. pro θεσμοὺς habet θεοὺς librarii vitio.

17 τὰ δὲ ἐκ τῶ ἐκείνου ἐπιστολῶν] haec in cod. Reg. Paris. serius ad se allato Morellus legi obseruat. In nostris eorum nec vola nec vestigium. Sensus omnino tale quid postulat, vnde factum, vt interpretes quoque simile quid inseruerint; nam & Rhi-

ad Phi-

ad Philoſophos, ad Elienſes, ad Delphos, ad Indos, ad Aegyptios, de Diis, de gentibus, de moribus, de legibus, aduerſus quas ſi quid commiſſum eſſet, id arguebat. Quae ergo certiora videbantur in hunc modum collegi.

φιλοσόφοις [18], Ηλείοις, Δελφοῖς, Ινδοῖς, Αἰγυπτίοις, ὑπὲρ θεῶν, ὑπὲρ ἐθνῶν [19], ὑπὲρ ἠθῶν, ὑπὲρ νόμων παρ' ἃς [20] ὅ, τι ἂν πράττοιτο, ἐπηνώρθου. τὰ δὲ ἀκριβέστερα, ὧδε ξυνελεξάμην.

Cap. III. Erat quidam Damis in philoſophia haut rudis, Nini antiquae quondam ciuis: is Apollonii diſcipulus & itinera eius, in quibus ei ſocium ſe fuiſſe dicit, deſcripſit, & placita dictaque, & quae diuinauit omnia. Damidis autem cognatus quidam commentarios iſtos antea ignotos Iuliae Auguſtae notos fecit: in cuius familia cum & ipſe eſſem (erat enim rhetoricae facultatis ſtudioſiſſima) mihi, vt refingerem diatribas iſtas curamque elocutionis haberem, in mandatis dedit. Ninius enim ille homo plane quidem ſatis, ſed parum diſerte iſta expoſuerat. Incidi praeterea in Maximi cuiuſdam Aegienſis librum, qui Apollonii in Aegis geſta omnia continebat. Sunt & ab ipſo Apollonio tabulae teſtamenti perſcriptae, ex quibus perſpici poteſt, ut diuino actus impetu philoſophatus fuerit. Moera-

Ἐγένετο Δάμις [1] ἀνὴρ οὐκ ἄσοφος, τὴν ἀρχαίαν ποτὲ οἰκῶν Νῖνον. ἔτος τῷ Απολλωνίῳ προσφιλοσοφήσας, ἀποδημίας τε αὐτὸς ἀναγέγραφεν, ὧν κοινωνῆσαι καὶ αὐτὸς φησι, καὶ γνώμας, καὶ λόγους, καὶ ὁπόσα ἐς προγνωσιν εἶπε. καὶ προσήκων τὶς τῷ Δαμίδι, τὰς δέλτους τῶν ὑπομνημάτων ὕπω γιγνωσκομένας [2], εἰς γνῶσιν ἤγαγεν Ιουλίᾳ [3] τῇ βασιλίδι. μετέχων δέ μοι τῶν περὶ αὐτὴν κύκλων (καὶ γὰρ τὰς ῥητορικὰς πάνυ λόγους ἐπῄνει, καὶ ἠσπάζετο) μεταγράψαι τε προσέταξε τὰς διατριβὰς ταύτας, καὶ τῆς ἀπαγγελίας [4] αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι. τῷ γὰρ Νινίῳ [5] σαφῶς μὲν, ὐ δεξιῶς δὲ ἀπηγγέλετο. ἐνέτυχον δὲ καὶ Μαξίμῳ τῷ Αιγιέως [6] βιβλίῳ, ξυνειληφότι τὰ ἐν Αἰγαῖς Απολλωνίῳ πάντα. καὶ διαθῆκαι δὲ τῷ Απολλωνίῳ γεγράφαται [7], παρ' ὧν ὑπάρχει μαθεῖν, ὡς ὑποθειάζων τὴν φιλοσοφίαν ἐγένετο. ὁ γὰρ Μοιρα-

nuccin. & Morell. *nonnulla etiam ex ipſius ſcriptis*, quod ex ingenio potius, ſenſu ſuadente, quam autoritate codicum eos addidiſſe puto. Suidas ita τὰς διατριβὰς ἤδη. τὰ δὲ ἐξ ὧν ἕτεροι πρὸς αὐτὸν ἢ αὐτὸς πρὸς ἄλλους ἔγραψεν. Optimo ſenſu, modo illud quoque non ex ingenio potius quam Codicum autoritate habeat.

18 σοφισᾶς, φιλοσόφοις] diſtinguit Philoſophos & Sophiſtas, quorum nominum antiquiſſimis temporibus promiſcuum vſum fuiſſe conſtat. vid. Diogenem I, 12 & ibi Menagium. Inde diſtincta extitit vtraque appellatio, variaque vocis σοφιστὴς acceptio qua de re nonnulla Creſollius habet in Theatr. Rhetor. l. I. cap. III. fin. Sed ex eo diſtinctionem, quae Philoſtrati aeuo inter Sophiſtas obtinuit, aegre colligas. Optime eam ipſe explicat Philoſtr. praef. ad vit. Sophiſtarum, vbi Sophiſticam in παλαιὰν & νέαν vel potius δυτέραν diſtinguit. Illam ῥητορικὴν φιλοσοφοῦσαν dicens, eiuſque Principem Gorgiam faciens: hanc, quantum ex deſcriptione eius percipere poſſum ῥητορικὴν πολιτικὴν, eiuſque origines ad Aeſchinem referens.

19 ὑπὲρ ἐθνῶν.] ſic legit Vratisl. pro quo Vulgati ἐθῶν. Idem omittit ſequentia verba ὑπὲρ ἐθῶν. Suidas contra ὑπὲρ ἐθῶν non agnoſcit. Nempe vel ἐθῶν vel ἠθῶν redundare viſum. Forſan ferri poſſit ſi ἐθνῶν cum Vratisl. legas. Sic enim certe de *Eretriis* ſcripſit Apollonius ad Scopelianum inf. c. XXIV de aliis forte ad alios.

20 παρ' ἃς] ita poſt Salmaſ. reſtituit Cl. Bentleius, vt referat ad νόμων. Sicque Act. 18, 3. παρὰ τὸν νόμον dici obſeruat. Noſtri codd. omnes παρ' ἅ τις, vt editi, & Suidas: quod, ſi retinendum, referes ad eos, quibus ſcripſit Apollonius, vt ſenſus ſit: omnia apud eos gerenda direxiſſe Apollonium.

CAP. III. 1 Δάμις] Damidis huius multa in hac hiſtoria mentio, perpetui Philoſtrati ſocii. Extat Donati Acciacoli Scholion ad h. l. in editione Aldina, quae & in Bibl. Vatic. Τάττει καὶ ὁ Λουκιανὸς ὡς ἀθέῳ μέμνηται. Reſpicit autem haut dubie *Damin* Epicuraeum Philoſophum, cuius mentio eſt in Ioue Tragoedo. Sed ei nihil cum hoc noſtro Damide, viro qui δαιδαλώμων potius, quam ἄθεος, nec unquam Epicurum ſectatus fuit, commune. Invenio alterius Damidis apud eundem Lucianum mentionem, Corinthii, hominis diuitis, a filio interemti veneno, in dialogo Diogen. Antiſt. & Cratetis; verum ille quoque diuerſus a noſtro eſt, qui Ninius fuit. Tertium Colophonium Damin, mechanicum non ignobilem, a Bitone in κατασκευαῖς πολεμικαῖς laudari video, machinae bellicae, quam σαμβύκην ille vocat, inuentorem. Sed ille quoque nihil ad nos. Damidem quoque inter Heraclidae Pontici maiores referunt τῶν ἡγεμονικῶν τῆς εἰς ἡρακλείαν ἐκ Θηβῶν ἀποικίας ἕνα. vid. Suid. in ἡρακλείδ. De noſtro vero alibi quam apud Philoſtratum & Euſebium ex illo nil facile inuenias, niſi quod eius Hierocles meminerit ἐν λόγῳ φιλαλήθη πρὸς χριστιανούς, vbi φιλόσοφοι cum appellãuit συνδιατρίψαντα Απολλωνίῳ. vide fragm. illius operis ſeruatum ab Euſebio libro adu. Hierocl. c. 2. Meminit eiuſdem etiam Tzetz. chil. II. hiſt. 60. itemque Suidas, qui omnes tamen a Philoſtrato accepere, quae de eo poſteris tradiderunt.

2 τῶν ὑπομνημάτων ὕπω γιγνωσκομένας,] cod. Vatic. prior & Vrbinas legunt τῶν ὑπομνημάτων τέτων ὕπω γιγνωσκομένων: τέτων etiam in cod. Reg. Morellus inuenit. ὕπω γιγνωσκομένας puto bene eſſe & ad δέλτους referri.

3 Ιουλίᾳ] Seueri Auguſti coniugi, quod ignoraſſe videtur Tzetz. l. c. De eius vero ingenio & in bonas litteras affectu videndi Spartianus & Xiphilinus in Seuero.

4 ἀπαγγελίας] Rhetoribus ἀπαγγελία nihil aliud eſt quam explicatio ſenſus animique conceptuum. Hermogenes ἀπαγγελίαν dicit αὐτὴν τὴν λέξιν δι' ἣν ἀπαγγέλλεται τὰ νοήματα. Frequentiſſima vox noſtro: inf. lib. I. c. 14. Apollonio ἀπαγγελίαν δόκιμον καὶ ἐγηγερμένην tribuit, in vitis Sophiſtarum Antiphontis σεμνὴν eſſe ἀγγελίαν καὶ ἐπηνθισμένην ποιητικοῖς ὀνόμασι, h. e. *elocutionem elegantem & poeticis vocibus floridam* ait. Imo & Eudoxum, vt inter Sophiſtas referretur, τῷ κόσμῳ τῆς ἀπαγγελίας, *elocutionis elegantia*, meritum eſſe ait. Sic ap. Plutarch. lib. de audiend. λέξεις καὶ τὸ καλῶς ἀπαγγέλλειν. Vbi male Xylander quod *bene pronunciatur*. Vertere debebat: *& elocutionis elegantia*. τῷ καλῶς ἀπαγγέλλειν opponitur τὸ ὐ δεξιῶς ἀπαγγέλλεσθαι, quod mox ſequitur apud noſtrum. Ceterum quod hic dicit ἀπαγγελίαν Damidis emendatione indiguiſſe, inf. ait τὸ λογοειδὲς ea non habuiſſe I. 19. Vocis ſenſum priorum interpretum nemo fuerat aſſecutus. Inde vero intelligitur etiam μεταγράψαι idem eſſe quod μεταφράσαι.

5 τῷ γὰρ Νινίῳ] in prioribus edd. omnibus Νίνῳ legebatur: ita etiam habent codex Vaticanus prior & Vrbinas cum Vratisl. atque ita inf. quoque legitur I 19. quem locum Suidas etiam repetens in Γάγγης legit Νίνῳ pro Νινίῳ. Sed a Nino Stephanus & Suidas in Νῖνος Patronymicum faciunt Νίνιος. Vnde Salmaſ. & Holſtenius ad Stephanum hic quoque Νινίῳ repoſuere. Cod. Rom. alter τῷ γὰρ Δαμίδι legit, quod puto eſſe ex Gloſſa. Vratislavienſis coniunxit gloſſam cum textu: nempe habet τῷ γὰρ Δαμίδι, τῷ γὰρ Νίνῳ Paulo poſt pro ὐ δεξιῶς δὲ in cod. Reg. Pariſ. ὐ μὴ δεξιῶς γε legi annotauit Morell.

6 Μαξίμῳ τῷ Αιγιέως] multi Maximi. Aegienſis nullam inuenio mentionem praeterquam ap. Tzetz. chil. II. hiſt. 60. 61. nec video cur Doctiſſ. Voſſius eum intelligi neget ap. eundem chil. IX. hiſt. 291. Certe de Aegienſium rebus ibi agitur. Laudauit hunc Maximum etiam Hierocles in λόγῳ φιλαλήθει πρὸς χριστιανούς fragmento, quod conſeruauit Euſebius in lib. adu. Hieroclem. c. II.

7 διαθῆκαι γεγράφαται] male hanc lectionem ſolicitaſſe

γένει[8] τε προσεκτέον, βιβλία μὲν ξυνθέντι[9] ἐς Ἀπολλώνιον τέτταρα, πολλὰ δὲ τῶν περὶ τὸν ἄνδρα ἀγνοήσαντι. ὡς μὲν οὖν ξυνήγαγον ταῦτα διεσπασμένα, καὶ ὡς ἐπεμελήθην τοῦ ξυνθεῖναι αὐτὰ, εἴρηκα. ἐχέτω δὲ ὁ λόγος τῷ τε ἀνδρὶ τιμὴν, ἐς ὃν ξυγγέγραπται, τοῖς τε φιλομαθεστέροις ὠφέλειαν. ἢ γὰρ ἂν μάθοιεν, ἃ μήπω γινώσκουσιν.

genis enim nulla habenda erat ratio, qui libros de Apollonio quatuor scripserat quidem, multa tamen eius viri gesta ignorauit. Quo pacto vero distracta haecce in vnum collegerim, & quo modo ea digerere coeperim, dixi. Afferat autem hoc opus, opto, honorem viro, de quo scriptum est, vtilitatemque bonarum litterarum amantibus: certe enim quae nondum norunt, discere hinc valeant.

Ἀπολλωνίῳ τοίνυν πατρὶς μὲν ἦν Τύανα[1], πόλις Ἑλλὰς ἐν τῷ Καππαδοκῶν ἔθνει. πατὴρ δὲ ὁμώνυμος, γένος ἀρχαῖον, καὶ τῶν οἰκιστῶν ἀνημμένον. πλοῦτος ὑπὲρ τοὺς ἐκεῖ· τὸ δὲ ἔθνος βαθύ[2]. κυήσῃ δὲ αὐτοῦ[3] τῇ μητρὶ, φάσμα ἦλθεν Αἰγυπτίᾳ δαίμονος[4], ὁ Πρωτεὺς, ὁ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἐξαλλάττων. ἡ δὲ, οὐδὲν δείσασα, ἤρετο αὐτὸν· τί ἀποκυήσοι; ὁ δὲ, ἐμὲ, εἶπε. σὺ δὲ τίς; εἰπούσης, Πρωτεύς, ἔφη, ὁ Αἰγύπτιος θεός. ὅσις μὲν δὴ τὴν σοφίαν ἐξεγένετο ὁ Πρωτεὺς, τί ἂν ἐξηγοίμην; τοῖς γε[5] ἀκούσι τῶν ποιητῶν ὡς ποικίλος τε ἦν, καὶ ἄλλοτε ἄλλος[6], καὶ κρείττων τοῦ ἁλῶναι, γινώσκειν τε ὡς ἐδόκει καὶ προγινώσκειν[7] πάντα. καὶ μεμνῆσθαι χρὴ τοῦ Πρωτέως μάλιστα, ἐπειδὰν προιὼν ὁ λόγος δεικνύει τὸν ἄνδρα πλείω μὲν, ἢ ὁ Πρωτεὺς, προγνόντα, πολλῶν δὲ ἀπόρων καὶ ἀμηχάνων κρείττω γενόμενον, ἐν αὐτῷ μάλιστα τῷ ἀπειλῆφθαι.

Apollonio itaque patria Tyana fuere ciuitas Graeca, in gente Cappadocum. Pater vero cognominis: genus antiquum, & ad vrbis conditores pertingens: opes quae maximae in illa gente essent: ipsa vero gens opibus valebat. Matri utero eum gestanti spectrum apparuit Aegyptii dei, Protei, qui apud Homerum in varias sese vertit formas: illa vero nihil territa, quemnam paritura esset? interrogauit: ille, Me, inquit. Tu vero quis? illa dicente: Proteus sum, respondit, Deus Aegyptius. Quanta vero sapientia Proteus fuerit, quid dicere attinet? praesertim apud eos qui ex poëtis didicerint, quam versutus fuerit, & alius semper, & quam capi non possit: utque scire omnia, tam facta, quam futura, sit creditus. Protei autem nunc maxime oportet meminisse: cum progressus orationis ostendat [Apollonium] longe plura, quam Proteum praesciuisse, atque multis ambiguis & difficilibus rebus esse eluctatum, vbi vel maxime ad incitas esset redactus. Cap. IV.

Τεχθῆναι δὲ ἐν λειμῶνί λέγεται, πρὸς ᾧ νῦν ἱερὸν αὐτῷ[1] ἐκπεπόνηται. καὶ μηδὲ[2] ὁ τρόπος ἀγνοείσθω, ὃν ἀπετέχθη. ἀγούσῃ γὰρ τῇ μητρὶ τόκε ὥραν, ὄναρ ἐγένετο βαδίσαι εἰς τὸν λειμῶνα, καὶ ἄνθη κεῖραι.

Fertur autem in prato quodam natus esse, iuxta quod nunc fanum ei extructum est. Sed nec modum quo natus est ignorare fas est. Nempe cum matri pariendi tempus instaret, somniauit se in pratum exspatiare floresque decerpere: Cap. V.

Morellum & substitui voluisse ὑποθήκας γεγραμμένας εἰσὶ Cl. Bentleio obseruatum. Nempe de διαθήκαις Apollonii etiam inf. VII. 35. γεγράφαται autem I. 23 & II. 20. occurrit & ἀναγεγράφαται VII. 39. sic & τετάχαται Synes. ep. 121. Sicque habent omnes codd. nostri.

8 Μοιραγένει] obscurus Autor; meminit tamen praeter Tzetz. chil. II. hist. 61. Origen. l. VI. contra Celsum p. 302. Eius rursum mentio inf. I, III. c. 41.

9 ξυνθέντι] sic legerat in cod. Paris. Morell. priores editiones habent ξυντιθέντι.

CAP. IV. 1 Τύανα] Τίανα potius scribendum esse ex nummis colligit Illustr. Spanhem. ad Juliani Caes. p. 350. quem vide.

2 ἔθνος βαθύ] βαθὺ abundans, copiosum, multum, *opulentum* significat. Sic in vitis Sophist. l. I. *Prodicus* τὰς ἐυπατρίδας τῶν νέων καὶ τὰς ἐκ βαθέων οἴκων ἀνιχνεύσας, & l. II. Hermocrates πατρῷον οἶκον βαθὺν nactus dicitur. Estque adeo ἔθνος βαθὺ *gens opibus valens*. Sic μακρᾷ πλέτῳ βαθύς dicit Sophocles in Aiac. Μασιγοφ. Sic βαθὺ λήϊον, πολύκαρπον πεδίον Hesychio est. Sic Cyrenae dicuntur Callimacho hymn. in Apoll. v. 65. βαθύγεως πόλις h. e. γῆν βαθεῖαν ἔχουσα, *agros habens opulentos*. Sic βαθύγεως καὶ λιπαρὰ ἄρουρα Chrysost. serm. in obscur. vet. Testam. t. VI. ed. Sauil. p. 658. & βαθύχθονα αἶαν Aeschyl. Sept. ad Theb. v. 313. dicit. Et forte Tyanensium opulentia inprimis ex soli erat foecunditate. Nam ἀγαθὴ ἡ τυανῖτις καὶ πεδιὰς ἡ πλείστη. V. Strab. l. XII. p. 537. βαθυχαῖος tamen valde nobilem notat Aeschylo Suppl. v. 865.

3 κυήσῃ δὲ αὐτοῦ] αὐτοῦ tanquam minus Graeca sit illa constructio repudiat Cl. Bentleius & αὐτῷ substituit; fauet Euseb. adu. Hierocl. qui habet κυήσῃ γὰρ τῇ αὐτῷ μητρὶ.

4 Αἰγυπτίᾳ Δαίμονος] Θαλαττίᾳ Δαίμονος legit Eusebius, quod magis probatur Bentleio. Vtrumque vere dici potest. Αἰγύπτιος Πρωτεὺς dicitur etiam Homero Odyss. Ν'. v. 385. a patria scilicet. Memphita enim fuit ex Aegypto, vt ex Herodoto notum &c. adde obseruata ad Euseb. l. adu. Hierocl. c. VIII.

5 τοῖς τε] ita ex coniectura in margine scripserat Morell. qui id postea in cod. Paris. etiam inuenit, consentiunt codd. nostri. Editi habent τοῖς δὲ.

6 ἄλλοτε ἄλλος] Homer. Od. Δ'. v. 456. sq.

— πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων καὶ πάρδαλις ἠδὲ μέγας σῦς.
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

7 γινώσκειν τε ὡς ἐδόκει καὶ προγινώσκειν] Salmas. correxerat γινώσκων καὶ προγινώσκων. Bentleius si quid mutandum sit γινώσκουσι malebat quam γινώσκειν vel γινώσκων, vt referatur ad τοῖς ἀκούσι. MSS. constanter γινώσκειν habent & προγινώσκειν. Nec opus mutatione. Nempe ista quoque orationis pars a praecedentibus suspenditur, procedituque constructio ita: τί ἐξηγοίμην τοῖς ἀκούσιν ὡς ποικίλος τε ἦν &c. ὅς τε γινώσκειν ἐδόκει καὶ προγιν. πάντα.

CAP. V. ἱερὸν αὐτῷ] de quo rursum inf. l. VIII. c. 29.

2 μηδὲ] sic pro μὴ δὲ, quod in editis, iam restituerat Doctiss. Bentleius.

cumque

cumque isthac veniſſet, famulae quidem floribus colligendis intentae pratum peruagabantur, ipſam in herba ſtratam ſomnus oppreſſit. Cygni igitur, quos pratum paſcebat, chorum circa ipſam dormientem formabant, & alis, vt eorum mos eſt, ſublatis, ſimul omnes clangebant: Et enim aliquantum fauonius in prato ſpirabat. Cantu iſto excitata illa exiliit moxque peperit. Omnis enim conſternatio etiam ante tempus partum promouere poteſt. Indigenae vero perhibent, ſimulac peperiſſet, fulmen quod in terram delapſum videbatur, in aetherem ſubuectum, in ſublimi euanuiſſe: claritatem, vt puto, eius, & quod omnibus terreſtribus ſuperior futurus ſit, eiuſque & cum Diis commercium, & quaecumque alia in eum competant Deis monſtrantibus atque ante ſignificantibus.

καὶ δῆτα ἀφικομένη[3], αἱ μὲν δμωαὶ προσεῖχον τοῖς ἄνθεσιν ἐσκεδασμέναι κατὰ τὸν λειμῶνα· αὐτὴ δὲ, ἐς ὕπνον ἀπήχθη κλιθεῖσα ἐν τῇ πόᾳ. κύκνοι[4] τοίνυν, οὓς ὁ λειμὼν ἔβοσκε, χορὸν ἐσήσαντο περὶ αὐτὴν καθεύδουσαν, καὶ τὰς πτέρυγας ὥσπερ εἰώθασιν ἄραντες, ἀθρόον ἤχησαν· καὶ γάρ τι καὶ ζεφύρου ἦν ἐν τῷ λειμῶνι[5]· ἡ δὲ ἐξέθορέ τε ὑπὸ τῆς ᾠδῆς, καὶ ἀπέτεκεν. ἱκανὴ δὲ πᾶσα ἔκπληξις μαιέυσασθαι[6] καὶ πρὸ τῆς ὥρας. οἱ δὲ ἐγχώριοί φασιν ὡς ὁμοῦ τε τίκτοιτο, καὶ σκηπτὸς ἐν τῇ γῇ πεσεῖσθαι δοκῶν, ἐμμετεωρισθείη τῷ ἀιθέρι, καὶ ἀφανισθείη ἄνω· τὸ, οἶμαι, ἐκφανὲς, καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν τῇ γῇ, καὶ τὸ ἀγχοῦ θεῶν[7], καὶ ὁπόσα ὅδε ὁ ἀνὴρ ἐγένετο, φαίνοντες οἱ θεοὶ, καὶ προσημαίνοντες.

Cap. VI. Eſt autem iuxta Tyana aqua, Ioui ſacra, iurantibus religioſa, quam *Asbamaeam* vocant, cuius fons frigidiſſimus ſcaturit. Ebullit ille non ſecus atque igne calefactus lebes. Haec ſancte iurantibus propitia eſt & dulcis aqua: periuros vero poena ſtatim ſequitur. Namque oculos manuſque, ac pedes peierantis inuadit: moxque & aqua intercute & tabe corripiuntur: neque illinc diſcedendi facultas datur; ſed ibi retinentur, & ad aquam lamentantur, palam quae peierauerant fatentes. Dicunt itaque indigenae Iouis filium eſſe Apollonium: ipſemet vero filium ſe appellat Apollonii.

Ἔστι δέ τι περὶ Τύανα ὕδωρ ὅρκιον Διὸς[1], ὡς φασι, καλεῖσι δὲ αὐτὸ Ασβαμαῖον[2], ἧ πηγὴ ἀναδίδοται ψυχρά. παφλάζει δὲ, ὥσπερ ὁ θερμαινόμενος λέβης. τεῖο εὐόρκοις μὲν ἵλεών τε καὶ ἡδὺ ὕδωρ, ἐπιόρκοις δὲ παρὰ πόδας ἡ δίκη. ἀποσκήπτει γὰρ καὶ ἐς ὀφθαλμοὺς[3], καὶ ἐς χεῖρας, καὶ ἐς πόδας· καὶ ὑδέροις ἁλίσκονται, καὶ φθίσεις· καὶ οὐδ' ἀπελθεῖν δυνατὸν, ἀλλ' αὐτόθι ἔχονται καὶ ὀλοφύρονται πρὸς τῷ ὕδατι, ὁμολογοῦντες ἃ ἐπιώρκησαν. οἱ μὲν δὴ ἐγχώριοί φασι παῖδα τοῦ Διὸς τὸν Απολλώνιον γεγονέναι, ὁ δ' ἀνὴρ, Απολλωνίῳ ἑαυτὸν καλεῖ[4].

Cap. VII. Cum ad aetatem peruenisſet literis idoneam, memoriae vim prodidit & ſtudii conſtantiam.

Προϊὼν δὲ ἐς ἡλικίαν, ἐν ᾗ γράμματα[1], μνήμης[2] τε ἰσχὺν ἐδήλωσε καὶ μελέτης κράτος.

---

3 ἀφικομένη] cod. Vratisl. habet ἀφικομέη caſu recto, quod genus conſtructionis Philoſtrato ſolenne atque adeo hic retinendum eſſe iam viderat Bentleius. Editi ἀφικομένην dandi caſu habebant. Cod. Reg. Pariſ. obſeruante Morello ἀφικομένας.

4 κύκνοι] quod notat τὸ μαντικὸν τοῦ ἀνδρός Vid. Artemidor. l. 2. p. m. 63. adde ſomnium Socratis de Platone, de quo Diogenes & Olympiodorus in vita Platonis, Pauſanias in Atticis, Apuleius &c.

5 ἦν γάρ τι καὶ ζεφύρου ἐν τῷ λειμῶνι] hoc ideo addit, quod Zephyrus oloribus canentibus aſpirare & ad cantum adiumento eſſe credatur. Vide Philoſtr. ſenior. Imagin. l. I. in *Paludibus* & ibi obſeruata.

6 μαιέυσασθαι] hinc eleganter Euſebius κύκνους Apollonii matrem μαιεύεσθαι dicit, quod iis ἐκπληξιοῦσαν peperiſſet.

7 τὸ ἀγχοῦ θεῶν] Vatican. prior τὸν ἀγχοῦ θεὸν, ſed verior lectio editorum.

CAP. VI. 1 ὅρκιον Διὸς] Vir doctus exiſtimabat vertendum: *per quam Iupiter iurare ſolet*, vti per Stygem iurare ſuperos dicunt μυθόγραφοι. Cum vero per ſolam Stygem eos iurare perhibeant Poetae, Stygis ἀπόῤῥωξ ipſi viſus fons de quo hoc loco. Vel etiam legendum putabat Ὁρκίᾳ Διὸς, illud enim cognomen Iouis frequens apud veteres. Verum neutrum probare poſſum: ὅρκιον ὕδωρ hic eſt *aqua*, ad quam iuraturi accedebant, & quae miris effectis ἰυίσχυε periuroſue proderet, qualis fons etiam inf. commemoratur l. III. c. 14. item in Palicis Siciliae Ariſtoteli περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. c. 55. adde & Diodorum Siculum l. 5. Polemonem, Stephanum, Macrobium, Solinum, Silium Italicum praetereo. Hunc vero Senſum luculenter firmant quae paulo poſt addit Philoſtratus. Διὸς porro dicitur illud ὕδωρ, quod Ioui iuxta cum templo, ei proximo, ſacrum eſſet, qua de re mox not. ſq.

2 Ασβαμαῖον] lectionem hanc ſolicitauere interpretes priores omnes & verterunt ac ſi ἄσβεστον legiſſent, quam vocem margini quoque ſuae editionis alleuit Morell. Conſtanter retinent Ασβαμαῖον omnes codices noſtri, habet & Suidas Ἀσβαμαῖον, ὕδωρ ὕτω καλούμενον. Teſtis omni exceptione maior Ammianus l. 23. c. 6 qui eiuſdem fontis mentionem facit & templi Iouis cognominis. *Apud Asbamaei quoque Iouis templum in Cappadocia, vbi ampliſſimus ille Philoſophus Apollonius traditur natus, prope oppidum Tyana ſtagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum inſiſtus ſeſeque reſorbens* (hoc eſt quod Philoſtratus dicit παφλάζει ὥσπερ ὁ θερμαινόμενος λέβης) *nunquam extra margines intumeſcit.* Inepte apud Ammianum quoque *Apameum* quidam pro *Asbameum* poni voluerunt, quod notatum Gyraldo de Poetis Syntagm. 2. p. 114. vide plura ap. Vales. ad Ammian. & Mauſſac. in Diſſ. Critic. Harpocrationi ſubiuncta.

3 ἀποσκήπτει γὰρ καὶ ἐς ὀφθαλμοὺς] Solin. de Palicis: *Quiſquis Sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat, vbi periurium non eſt, cernit clarius: ſi perfidia abnuit, detegitur facinus caecitate, & captus oculis, admiſſum tenebris fatetur.* Similia Diodor. Sic. de iisdem l. 5. Priſcianus, vbi de Sardiniae fontibus. Iſidor. l. 14. Orig. c. 6.

4 ἑαυτὸν καλεῖ] in Epiſtolis forte, in quarum inſcriptione cum proprio nomen parentis quandoque exprimebant.

CAP. VII. 1 ἐν ᾗ γράμματα] Euſeb. adu. Hierocl. c. IX. omittit ἐν ᾗ, & poſt γράμματα addit particulam τε, vt ſenſus ſit: eum, vbi adoleuiſſet, γράμματα h. e. litterarum doctrinam, & memoriae vim iam oſtendiſſe.

2 μνήμης] cuius praecipua Pythagoraeis cura & exiſtimatio. Vide obſeruata inf. ad cap. XIV. & ad lib. II. cap. III.

καὶ ἡ

καὶ ἡ γλῶττα Ατ̃τικῶς εἶχεν[3], ὐδ' ἀπήχθη τὴν φωνὴν ὑπὸ τ̃ ἔθνους. ὀφθαλμοί τε πάντες[4] ἐς αὐτὸν ἐφέροντο· καὶ γὰρ περίβλεπτος ἦν τὴν ὥραν. γεγονότα δὲ αὐτὸν ἔτη[5] τεσσαρεσκαίδεκα ἄγει ἐς Τάρσους ὁ πατὴρ, παρ' Ευθύδημον[6] τὸν ἐκ Φοινίκης. ὁ δὲ Ευδύδημος ῥήτωρ τε ἀγαθὸς ἦν, καὶ ἐπαίδευε τ̃τον. ὁ δὲ τ̃ μὲν διδασκάλ̃ εἴχετο, τὸ δὲ τ̃ς πόλεως ἦθος ἄτοπόν τε ἡγεῖτο, καὶ ὐ χρηστὸν ἐμφιλοσοφῆσαι. τρυφ̃ς τε γὰρ ὐδαμ̃ μᾶλλον[7] ἄπλοντας, σκαπτόλας[8] τε, καὶ ὑβρεσταὶ πάντες. καὶ δεδώκασι τῇ ὀθόνῃ μᾶλλον[9] ἢ τῇ σοφίᾳ Αθηναῖοι. ποταμός τε αὐτὰς διαῤῥεῖ Κύδνος, ᾧ παρακάθηνται, καθάπερ τῶν ὀρνίθων οἱ ὑγροί[10]. τῷ τοι, παύσασθε μεθύοντες τῷ ὕδατι, Απολλωνίῳ πρὸς αὐτὰς ἐν ἐπιστολῇ εἴρηται. μεθίσησιν ἅν τὸν διδάσκαλον, δεηθεὶς τ̃ πατρὸς, ἐς Αιγὰς τὰς πλησίον, ἐν αἷς ἡσυχία τε πρόσφορος τῷ φιλοσοφήσαντι[11], καὶ σπουδαὶ νεανικώτεραι[12], καὶ ἱερὸν Ασκληπι̃[13], καὶ ὁ Ασκληπιὸς αὐτὸς, ἐπίδηλος τοῖς ἀνθρώποις. ἐνταῦθα ξυνεφιλοσόφουν μὲν αὐτῷ Πλατωνεικί τε καὶ Χρυσίππειοι, καὶ οἱ ἀπὸ τ̃ περιπάτου. διήκουσε[14] δὲ καὶ τῶν Επικούρου λόγων, ὐδὲ γὰρ

Lingua autem Attica erat, neque ſermo eius a gentilibus fuit vitiatus: omniumque oculi in eum conuertebantur: forma enim erat conſpicuus. Inde cum annum quartum decimum attigiſſet, Tarſum ad Euthydemum, ex Phœnicia oriundum, pater deduxit. Erat autem Euthydemus rhetor inſignis, & qui in diſciplinam eum recepit: Apollonius vero praeceptori quidem adhaerebat, ciuitatis vero indolem ineptam iudicabat nec ſatis ſtudiis philoſophiae opportunam. Luxum enim nuſpiam magis ſectantur ſuntque cauillatores & contumelioſi omnes: & mollitiei magis quam ſapientiae ſtudiis Athenienſes dediti. Fluuius autem mediam urbem diuidit Cydnus, iuxta quem ciues conſident tanquam fluuiatiles aues: idcirco, Deſinite aqua in ebriari! dictum Apollonio in eos in quadam epiſtola eſt. Traduxit igitur magiſtrum patre exorato Aegas vicinum oppidum, vbi & ocium erat philoſophanti idoneum, & ſtudia adoleſcentibus magis conuenientia & Aeſculapii templum: & Aeſculapius ipſe palam ſeſe hominibus oſtendens. Ibi cum eo philoſophati Platonici ſunt & Chryſippei, & Peripatetici. Sed & Epicuri philoſophiam audiuit, neque enim

3 καὶ ἡ γλῶττα] Euſeb. addit αὐτῷ. Suid. legit καὶ γλώττης ἀττικῶς εἶχε. De dicendi vero genere, quod ſecutus Apollonius, vide & inf. I, 14 & 17.

4 ὀφθ. τε πάντες] Suid. v. Ευθύδ. ὀφθαλμοὶ δὲ πάντων.

5 ἔτη] Suid. l. c. ἐτῶν.

6 Ευθύδημον] alius Euthydemus eſt, ciuis primarius & orator inſignis, qui fuit Mylaſſis in Caria, de quo Strabo l. XIV.

7 ὐδαμ̃ μᾶλλον] ὐδαμ̃, in editionibus prioribus omiſſum ex cod. Lutetiano & Suida reſtitui malebat Bentleius, agnoſcunt vocem etiam codex Vrbin. & Vratisl.

8 σκαπτόλας] ita & Photius & Suid. v. σκαπτόλ. apud quem tamen male v. Ευθύδ. σκαπτ̃λας legitur.

9 δεδώκασι γὰρ τῇ ὀθόνῃ μᾶλλον &c.] male Rhinucc. & Morell. vertebant: *vt facile appareret eos veſtitu duntaxat, non autem ſapientia moribuſue Athenienſes imitari*, mutato δεδώκασι peſſimo exemplo in ἔδοξαν. At illud non tantum omnes MSS. retinent, verum & ter repetiuit Suid. in vocibus ευθύδημος, ὀθόνη & σκαπτόλας. In codicis Vrbinatis margine adſcriptum eſt προσλήκασι quae gloſſa potius, quam varia lectio, ſenſum aliquo modo reddens verbi δεδώκασι, qui eſt: *magis ὀθόνῃ dediti ſunt Tarſenſes, quam Athenienſes ſapientiae.* δεδώκασι: ſubintellige ἑαυτὰς, quae indoles etiam phraſeos Latinae eſt *indulgere alicui rei.* Eadem phraſis inf. I. 9. Τρυφῇ διδὰς ὀψοφαγίαν ἐπεισάγεις ὑγροῖς καὶ διεφθορόσι τοῖς σπλάγχνοις. & I. 17. ὐδὲ λεπτολογίᾳ ἐδίδα. & II. 9. ὀργίοις δίδοναι & II. 29. γαστρὶ τε διδόναι καὶ ἀφροδισίοις, & V. 4. σοφίᾳ δόντα. Vitis Sophiſt. l. I. in *Prodico* ἡδοναῖς ἐδεδώκει, quod & reperitur in *Iſaeo*. In eo difficultas, quid ὀθόνη hic ſit. Vir doctus diſciplinam Pythagoraе intelligebat, quae per ὀθόνην, *linteam veſtem* deſignetur, cum *laneis* veſtimentis Pythagoraei abſtinuerint. Sic ὀθόνην *linteam* veſtem notare, & ἐρίῳ opponi inf. I. 31. & VIII. 7. 5. 5. addo & lib. II. c. 39. verum obſtat quod Pythagorica diſciplina a Tarſenſibus exculta nec reprehenſionem mereri videatur, nec *ſtudiis* ſapientiae apud Athenienſes opponi poſſit. Equidem putabat idem per εἰρωνίαν haec dici, qua utatur Philoſtratus aduerſus Tarſenſes ironas; verum id ferre non videtur antitheſis qua ὀθόνην opponit τῇ σοφίᾳ tanquam rei laudabili reprehendendam: & plane abſque εἰρωνίᾳ in praecedentibus eſt reprehenſio: hancque ipſam ὀθόνην tanquam luxus Tarſenſium ſpecimen & argumentum adduci in propatulo eſt. Porro itaque quaerendum: nempe ὀθόνη nihil aliud eſt, quam veſtimentum λεπτότητος, *ſubtilitatis* maximae. Euſtath. ad Iliad. Γ'. p. 297. ὀθόνη eſt ἧς ὀθόμεθα, τοῦτ' ἐστιν ἐπιστρεφόμεθα διὰ τὴν ἄγαν λεπτότητα. adde & ad Iliad. Ξ'. p. 1226. & Lucianum in dialogis meretriciis. p. 716. 722. vbi inter dona meretricibus offerri ſolita ponit ὅρμοι τῶν πολυτελῶν καὶ ὀθόνιαι τῶν λεπτῶν. Hinc & Heſych. γυναικεῖον ὀθόνιον, λεπτὸν, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνὸν καὶ μὴ λινοῦν ἧ. ὀθόνη igitur ἑσθὴς λεπτὴ, cuius frequens apud veteres mentio, qui tribuunt eam *mulieribus* & *delicatioribus*. Philoſtratus tales veſtes χλανίδια & λήδια vocat l. IV. 29. fin. Sic ἐσθῆσι λεπτ̃ς Bacchi ornatum fuiſſe exercitum dicit Polyaen. I, 1. Et χλανίδιον καὶ λήδιον, quae ſunt λεπτὰ, l. c. Philoſtratus ad Sybariticum luxum refert. Aelianus vero var. hiſtor. IV, 3. Polygnoti pictoris artem laudat, quod ἱματίων λεπτότητας accurate expreſſerit, h. e. vt ex Plinio XXXV, 35. vertendum jam obſeruarunt docti Aeliani interpretes *veſtes MVLIERVM lucidas*. Et de Iſaeo Philoſtrat. in vitis Sophiſtarum inter argumenta vitae mollioris λεπτὰ ἠμπίσχετο. Οθόνη ergo idem quod ἑσθὴς λεπτὴ, & vtrumque eſt mulierum hominumque *effoeminatae mollitiei*, qualem *Tarſenſibus* tribuit Philoſtr. inf. VI, 34. vbi illi Apollonio parum amici fuiſſe dicuntur διά τε τὰς ἐπιπλήξεις, ἐπειδὴ ξυνετόνως αὐτὰς ἐποιεῖτο, διά τε τὸ ἀνειμένοι καὶ ΤΡΥΦΩΝΤΕΣ μηδὲ τὴν τ̃ λόγου ἀνέχεσθαι ῥώμην. &c. Sic & Strabo l. XIV. p. 674. Non infrequens autem hominum mores ex veſtibus ita notari etiam in ſacris, vid. Matth. XI, 7. Plane autem noſtram hanc explicationem firmat, quod infra etiam l. II. c. 29 Phraotes Pſeudophiloſophis exprobret τὸ γαστρὶ τε διδόναι, καὶ ἀφροδισίοις καὶ ἀμπεχόνῃ ΛΕΠΤΗΙ, quae eſt ipſiſſima ὀθόνη, de qua nobis iſta inſtituta eſt diſceptatio. Petronius *ventum textilem & nebulam lineam* diceret.

10 ὑγροὶ] Suidas V. Ευθύδ. legit ὑγρότατοι. v. κύδν. ῥεῦμα habet ὑγρότεροι.

11 φιλοσοφήσαντι] Suidas φιλοσοφήσοντι, quod magis arridet Salmaſio, habentque codex Vaticanus vterque vt & Vrbinas.

12 σπουδαὶ νεανικώτεραι] nempe illis temporibus Philoſophiae primum operam dabant iuuenes, hinc Rhetoricae, poſtremo Politicae. νεανικώτεραι igitur σπουδαὶ *ſtudia* philoſophica. Et τ̃ς νεότητος προεστ̃τες in vitis Sophiſt. *Theodoto*, qui *Philoſophiam docebant* Vide obſeruata Meurſio de fortun. Athen. p. 70. ſq. quibus hic ipſe locus addendus. Sane in immediate ſequentibus hoc ita explicatur ἐνταῦθα ξυνεφιλοσόφουν μὲν αὐτῷ Πλατωνεικοί &c.

13 ἱερὸν Ασκληπ.] eius mentio apud Baſil. Iſaur. in vita Theclae: locum produco inf. ad l. IV. c. 1. adde quae in l. II. de vitis Sophiſt. *Antiocho* ſub init. de eo habentur.

14 διήκουσε] Euſebius adu. Hierocl. c. IX. διήκυε habet, quod Cl Bentleio iam obſeruatum.

eam

eam parui pendit; Pythagorea vero ineffabili quodam ſtudio complexus eſt. Equidem magiſter ipſi erat Pythagoricae diſciplinae minime bonus, nec vita & moribus philoſophus. Ventri namque & Veneri indulgebat ad Epicuri mores compoſitus. Is Euxenus erat Heraclea, quae in Ponto eſt, oriundus: Pythagorae autem ſententias ita nouerat, ſicut aues ea, quae diſcunt ab hominibus. *Salue*, enim, & *bene tibi ſuccedat* & *Iupiter propitius ſit*, & huiuſmodi alia aues precantur, neque quid dicant ſcientes, neque bene hominibus cupientes; ſed linguam tantum ad numeros compoſitam habentes. Hic autem, ſicut aquilarum pulli teneris adhuc pennis a parentibus non longe diſcedunt dum in volatu ab iiſdem exercentur, vbi vero ſeipſos attollere poſſunt, ipſos parentes ſuperuolant, tum alias, tum quando guloſos ſentiunt inprimis ac nidoris gratia prope terram volantes; ita & ipſe puer adhuc Euxeno adhaerebat, atque ipſius agebatur arbitrio doctrina eius quaſi ſubleuatus. Cum vero ad ſextumdecimum peruenisſet aetatis annum, ad Pythagorae vitam impetu quodam ruit, alas ei ad id numine quodam faciente. Non tamen certe amare Euxenum deſiit, ſed cum ante a patre ſuburbanum obtinuiſſet, vbi horti & fontes erant amoeniſſimi, Tu, inquiebat, tuis moribus viuito, viuam ego Pythagoricis.

Cap. VIII. Cum vero magnum inſtitutum eum aggredi exiſtimaret Euxenus, interrogaretque, vnde ita viuendi initium facere vellet, inde, reſpondit, vnde medici ſolent. Hi namque ventres purgantes, alios praeſeruant a morbo; alios vero ad ſanitatem reducunt. Hiſque dictis animalium eſu

τούτους ἀπεσπάδαζε [15]. τὸν δέ γε [16] Πυθαγορείως ἀῤῥήτῳ τινὶ σοφίᾳ [17] ξυνέλαβε. διδάσκαλος μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ τῶν Πυθαγόρᾳ λόγων ὁ πάνυ σπουδαῖος, ὁδὲ ἐνεργῷ τῇ φιλοσοφίᾳ χρώμενος [18]. γαστρός τε γὰρ ἥττων [19] ἦν, καὶ ἀφροδισίων, καὶ κατὰ τὸν Ἐπίκουρον ἐσχημάτιστο [20]. ἦν δὲ ἔτος Εὐξενος ὁ ἐξ Ἡρακλείας τῷ Πόντῳ. τὰς δὲ Πυθαγόρᾳ δόξας [21] ἐγίνωσκεν, ὥσπερ οἱ ὄρνιθες ἃ μανθάνουσι παρὰ τῶν ἀνθρώπων. τὸ γὰρ χαῖρε, καὶ τὸ εὖ πράττε, καὶ τὸ Ζεὺς ἵλεως, καὶ τὰ τοιαῦτα, οἱ ὄρνιθες εὐχονται, ὅτε εἰδότες ὅ, τι λέγουσιν, ὅτε διακείμενοι πρὸς τὰς ἀνθρώπους, ἀλλὰ ἐῤῥυθμισμένοι τὴν γλῶτταν. ὁ δὲ, ὥσπερ οἱ νέοι τῶν ἀετῶν ἐν ἀπαλῷ μὲν τῷ πτερῷ παραπέτονται τοῖς γεναμένοις αὐτούς [22], μελετώμενοι ὑπ' αὐτῶν τὴν πτῆσιν [23], ἐπειδὰν δὲ ἄρεσθαι δυνηθῶσιν [24], ὑπερπέτονται τὰς γονέας, ἄλλως τε, κἂν λίχνους αἴσθωνται καὶ κνίσης ἕνεκα πρὸς τῇ γῇ πεπομένους· ὅτω καὶ αὐλὸς [25] προσῆχέ τε τῷ Εὐξένῳ παῖς ἔτι, καὶ ἤγετο ὑπ' αὐτοῦ, βαίνων ἐπὶ τοὺς λόγους [26]. προελθὼν δὲ ἐς ἔτος ἕκτον καὶ δέκατον, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν τοῦ Πυθαγόρου βίον, πτερωθεὶς ἐπ' αὐτὸν [27] ὑπό τινος κρείττονος. ὁ μὴν τόν γε Εὐξενον ἐπαύσατο ἀγαπῶν. ἀλλ' ἐξαιτήσας ἑαυτῷ προάστειον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾧ κῆποί τε ἀπαλοὶ ἦσαν καὶ πηγαὶ, σὺ μὲν ζῆθι, ἔφη, τὸν σεαυτοῦ τρόπον, ἐγὼ δὲ τὸν Πυθαγόρου ζήσομαι.

Ἡγουμένου δὲ αὐτὸν τοῦ Εὐξένου μεγάλης διανοίας ἅπτεσθαι, καὶ ἐρομένου, ὁπόθεν ἄρξοιτο [1]; ὅθεν περ οἱ ἰατροὶ, ἔφη. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι καθαίροντες τὰς γαστέρας, τοὺς μὲν ὧδε νοσεῖν ἐῶσι, τοὺς δὲ ἰῶνται, καὶ εἰπὼν τοῦτο τοὺς μὲν ἐμψύχους βρώσεως ὡς ἔτι

---

15 τούτους ἀπεσπ.] Suidas in ἀπεσπάδ. & ἐυθυδημ. legiſſe videtur τέτων.

16 τὸν δέγε] ita pro τὸν δέ τε, quod in prioribus edd. repoſui autoritate codd. Vatican. pr. Vrbin. & Vratisl. Euſebius plane omiſſo τε legit τὸν δὲ Π'.

17 ἀῤῥήτῳ τινὶ σοφίᾳ] editiones priores φιλοσοφίᾳ. Emendauimus autoritate Euſebii, qui bis citat cap. II & IX, tum etiam ipſius Philoſtrati VI. 11. ἀῤῥήτῳ τινὶ σοφίᾳ γιγιώσκοι. Illud alterum nullo modo ferri poteſt: quanquam recte alibi I. 11. φιλοσοφῆς ἀῤῥήτου τε καὶ συγγενῆ σαυτῷ φιλοσοφίαν. BENTL.

18 ὁδὲ ἐνεργῷ τῇ φιλοσοφίᾳ χρ.] contra de Apollonio Eunapius p. 6. τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν ζηλώσας πολὺ τὸ θειότερον καὶ ΕΝΕΡΓΟΝ κατ' αὐτὴν ἐπεδείξατο.

19 γαστρός τε γὰρ ἥττων] Euſeb. aduerſ. Hierocl. c. XI. omittit particulam γάρ.

20 ἐσχημάτιστο] ſimili ſenſu σχῆμα τοῦ κόσμου & συσχηματίζεσθαι in ſacris occurrunt.

21 δόξας] Euſebius l. c. habet γνώμας.

22 αὐτούς] omittit Suidas in Εὐξενος, qui agnoſcit v. μελετώμ.

23 μελετώμενοι ὑπ' αὐτῶν τὴν πτῆσιν] quod fit, dum *eos geſtant ſuper pennas ſuas*, vt eſt Deuteron. 32, 11. Id vero ea ratione peragitur, vt parentes ex vtraque parte alis expanſis ſuſtineant teneras pulli alas. Sic enim ciconiae quoque φέρειν ἐπὶ τῶν πτερῶν ſenio confectos parentes dicuntur; vid. Antigon. hiſt. 27, & βαστάζειν ἐπὶ πτερῶν, vt eſt ap. Schol. ad aues Ariſtoph. Id vero ita explicat Euſtathius in Hexaem. τοῖς ἰδίοις πτεροῖς ἠρέμα αὐτοὺς ὑποκαθίζουσι ἑκατέρωθεν, quibus gemina plane Baſilius habet in Hexaem. ἠρέμα τῇ πτερῷ καθίζοντες ἑκατέρωθεν, quod eſt: *hinc inde alarum fulcro ſubleuare*. Similis igitur aquilarum μελέτη, qua pullos ad volatum exercent, indeque patet, quid ſibi velit illud παραπέτονται. Nempe ab illis non diſcedunt, vt inter volandum fulcro alarum parentum ſuorum ſuſtineantur.

24 ἄρεσθαι δυνηθῶσιν] nempe antea ſeipſos ſubleuare pulli non poterant, parentum alis ſuſtineri neceſſe habentes. Suid. pro δυνηθῶσι legit δύνωνται; v. Εὐξεν. & μελέτωμ.

25 αὐτοὺς] ſic ſcripſi pro Ἀπολλώνιος, quod requirere videtur huius periodi initium, vbi habebatur: ὧδε, ὥσπερ &c. cui reſpondet melius ὅτω καὶ αὐτός.

26 ἐπὶ τοὺς λόγους] ita in cod. Reg. Pariſ. inuenit Morellus, ſic & Vaticanus pr. & Vrbin. Priores editiones & Vratisl. habent ὑπὸ τοῦ λόγου, quod interpretabatur Vir doctus: *eius dicto audiens*; ſed verior lectio eſt ἐπί. Vir doctus vertendum putabat: *diſciplinae cauſa ad eum accedens*; ſed pace eius hoc loco perſequi Philoſtratum putem ſimile, quo antea vſus fuerat, *aquilae*. Nempe ſicut aquilae pullus ἐν πτερῷ ἀπαλῷ parentum *ſuſtinetur alis*, atque adeo ἐπὶ τῶν πτερῶν τῶν γεναμένων βαίνει; ita Apollonius in tyrocinio philoſophiae conſtitutus incedebat *ſubnixus quaſi doctrina* Euxeni. Verterem ergo: *doctrina eius ſubleuatus*. Certe poſtea allegoriam continuans πτερωθέντα, *alas nactum*, h. e. magis obfirmatum Apollonium, nihil amplius Euxeni inſtitutione opus habentem, ὡρμηκέναι, h. e. volatu acri & ſublimi ad Pythagorae inſtituta prouolaſſe dicit. Ceterum verba illa plane omiſit Suidas v. Εὐξενος.

27 πτερωθεὶς ἐπ' αὐτὸν] ad Platonicam πτεροφύησιν alludi putem, de qua multa adeo ille in Phaedro.

CAP. VIII. 1 ὁπόθεν ἄρξοιτο] initium igitur Pythagoricae diſciplinae a coercendo ventre. Eadem ſententia Autoris aureor. carm. – – κρατεῖν δ' εἰθίζεο ἶσιν δε,

ΓΑΣΤΡΟΣ μὲν ΠΡΩΤΙΣΤΑ

καθαρὰς, καὶ τὸν νᾶν παχυνάσας, παρηλήσαλο. τραγήματα δὲ καὶ λάχανα ἐσιτεῖτο[2], καθαρὰ εἶναι, φάσκων, ὁπόσα ἡ γῆ αὐτὴ δίδωσι[3]. καὶ τὸν οἶνον καθαρὸν μὲν, ἔφασκεν, εἶναι πόμα, ἐκ φυτᾶ ἔτως ἡμέρε τοῖς ἀνθρώποις ἤκονλα, ἐναντιᾶσθαι δὲ τῇ τᾶ νᾶ συςάσει[4], διαθολᾶνλα τὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἀιθέρα[5]. μελὰ δὲ τὴν κάθαρσιν τῆς γαςρὸς τοιαύλην γενομένην ἀνυποδησίαν τε ποιεῖται κόσμημα, καὶ λίνᾳ ἐσθῆτα ἀμπίσχελαι παραιλησάμενος τὴν ἀπὸ τῶν ζώων[6]. ἀνῆκέ τε τὴν κόμην[7] καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ἔζη. ἐκπεπληγμένων δὲ αὐλὸν τῶν περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τᾶ Ασκληπιᾶ πολε πρὸς τὸν ἱερέα φήσανλος, ὡς χαίροι θεραπεύων τὰς νοσᾶνλας ὑπὸ Απολλωνίᾳ μάρτυρι, ξυνίεσαν ἐς τὰς Αιγὰς ἐφ' ἱςορίᾳ Κίλικές τε αὐτοὶ καὶ οἱ πέριξ. ὅ τε Κιλίκιος λόγος, ποῖ τρέχεις, ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον; ἐπ' ἐκείνῳ τε ἐλέγελο, καὶ παροιμιώδη τιμὴν ἔσχεν[8].

tanquam impuro & mentem hebetante abſtinuit, bellariis vero & oleribus veſcebatur, pura eſſe, dicens, quaecunque terra ipſa ſuppeditabat. Vinum autem purum quidem potum eſſe affirmabat, quod ex arbore adeo manſueta hominibus veniat: bono tamen ſtatui mentis aduerſari, quod aethera, qui in animo eſt, perturbet. Poſt huiuſmodi autem ventris purgationem diſcalceati habitu inceſſit, & veſte ex lino indutus eſt, ex animalium vellere confectam reſpuens. Comam etiam promiſit, & in templo vitam egit. Mirantibuſque ipſum templi antiſtitibus, ipſoque Aeſculapio quandoque ad ſacerdotem dicente, gaudere ſe aegrotorum curatione facta Apollonio teſte; & ipſi Cilices & alii finitimi illius viſendi gratia Aegas confluxere. Cilicumque dictum, *quo curris, num ad ephebum?* de eo prolatum initio fuit, prouerbiique autoritatem obtinuit.

Αξιον δὲ μηδὲ τὰ ἐν τῷ ἱερῷ παρελθεῖν βίον γε ἀφηγέμενον ἀνδρὸς, ὃς καὶ τοῖς θεοῖς ἦν ἐν λόγῳ. μειράκιον γὰρ δὴ Ασσύριον, παρὰ τὸν Ασκληπιὸν ἥκον, ἐτρύφα νοσᾶν καὶ ἐν πότοις ἔζη, μᾶλλον δὲ ἀπέθνησκεν. ὑδέρῳ δὲ ἄρα εἶχελο, καὶ μέθῃ χαῖρον ἀνχμᾶ ἠμέλει[1]. ἠμελεῖτο δὲ ὑπὸ τᾶ Ασκληπιᾶ διὰ ταῦλα, καὶ ὀδὲ ὄναρ αὐλῷ ἐφοίτα. ἐπιμεμφομένῳ δὲ ταῦλα ἐπισὰς ὁ θεὸς, ἐι Απολλωνίῳ, ἔφη, διαλέγοιο, ῥᾴων ἔσῃ. προσελθὼν δὴν τῷ Απολλωνίῳ, τί ἂν, ἔφη, τῆς σῆς ἐγὼ σοφίας ἀπολαύσαιμι; κελεύει γάρ με ὁ Ασκληπιὸς συνεῖναί σοι. ὁ, ἢ δ' ὃς, ἔσαι σοι πρὸς τὰ παρόνλα πολλᾶ ἄξιον. ὑγιείας γάρ πᾳ δεῖ; νὴ Δί' εἶπεν, molumentum. Nonne enim ſanitas eſt, qua opus habes? Certe, inquit ille, quam promittit qui-

Non abs re autem fuerit, quae in templo ſunt acta, referre, cum eius viri vitam exponam, qui apud ipſos Deos in pretio fuit. Adoleſcens igitur quidam Aſſyrius, qui ad Aeſculapium venerat, aegrotans licet, genio indulgebat, & compotationibus vitam agebat vel potius conſumebat. Laborabat autem aqua intercute, & ebrietate gaudens, de exſiccatione parum ſolicitus erat: propterea & ab Aeſculapio negligebatur, nec ſomnium ei vllum obtingebat. Quam ob rem conquerenti, Deus ſuperueniens, ſi Apollonium, inquit, conueneris, conualeſces. Accedens igitur ad Apollonium, qua re, inquit, ex tua ſapientia poſſum proficere? iubet enim me Deus tecum loqui. Ea, reſpondebat alter, quae maximum tibi praeſenti rerum tuarum ſtatu adferet e- Cap. IX.

2 ἐσιτεῖτο] ita ex codice Vratislav. reſtitui. Priores editiones habebant ἐζητεῖτο. Sic inf. II. 26. ταῦτα σιτῆσαι ἕτεροι & III. 9. σιτήμενοι δράκοιτος καρδίαν. Videtur autem h. l. peculiaris eſſe vocis σιτεῖσθαι ſignificatus, *parcum* ſignificantis *victum*. Sic enim & τῷ ἐδίῃ opponit Apollonius in octaua epiſtolarum, vbi ſe σιτεῖσθαι μόνον, τὰς δὲ λοιπὰς ἐδίῃν ait.

3 αὐτὴ δίδωσι] haec lectio eſt codicis Vrbin. quam in cod. Reg. Pariſ. etiam inuenerat Morellus. Simile quid infra III. 33. deprehendit cl. Bentleius πιόιτας δὲ αὐτὰς ἐδέξατο ἡ γῆ ἑυμαῖς ἂς ΑΥΤΗ ὑπεςέρευ. Priores editiones habebant αὐτῷ δίδωσι.

4 ἐναντιᾶσθαι δὲ τῇ τᾶ νᾶ συσάσει] vnde Pythagoras τὸν μέθυ ἓν αὐθ' ἑνὸς νοὸς βλάβην vocabat. apud Diogen. VIII, 9. h.e. voces μέθυ & νοὸς βλάβη promiſcue vna pro altera ei vſurpabantur. Meric. Caſaubonus ex hoc ipſo Philoſtrati loco male ſententiam Pythagorae refingere auſus fuit, quaſi τὸν μέθυ ἐναντίνοον βλάβην dixerit. Sed bene ſe habet ἓν αὐθ' ἑνὸς νοὸς βλάβη. Male contra Mericus & vocem ἐναντίνοος eiuſque ſenſum contra indolem linguae Graecae fingit: & peius etiam interpretatur τὸ ἓν αὐθ' ἑνὸς quaſi ſit: *uno verbo*.

5 διαθολᾶνλα τὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἀιθέρα] ſic & l. III. c. 42. fin. puram animam πολλοὶ φέρειν ἀιθέρα, ait Iarchas, qui & ἀιθέρα γένεσιν θεᾶ εἶναι dicit lib. eod. c. 34. Θεὸς autem & Δαίμων anima quoque dicitur. Sic & ἀπόσπασμα ἀιθέρος animum ſtatuit Pythagoras apud Diogen. VIII, 28. quem ſequitur Apollonius: adde notata ad l. III. c. 34. Ceterum inf. quoque l. II. c. 37. ψυχὴν dicit ξυντεθολωμένην ὑπὸ ὄινε. Libro item VI. c. 11. vinum dicitur ἀποθολᾶι τὸν ἐν τῇ ψυχῇ κρατῆρα & lib. II. cap. 37. βεθυθισμένη καὶ τεθολωμένη ὑπὸ τᾶ ὄινε ψυχὴ, cui paulo poſt opponitur ψυχὴ poſt abſtinentiam a *vino* διαλάμπουσα. adde & l. VIII. c. 3.

6 τὴν ἀπὸ τῶν ζώων] vid. notata ſupra ad θησειδίων l. I. cap. 1.

7 ἀνῆκέ τε τὴν κόμην] hoc etiam Pythagorae exemplo, vt ipſe fatetur inf. cap. 32. vbi καὶ αὐλὸ δὲ τὸ ἄνετον τᾶς κόμης a Pythagora ſe habere ait, quem τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην appellatum notum eſt. vid. Diogenes VIII, 47. & adde ibi a Menagio obſervata. Videtur vero id Pythagoras feciſſe imitatus Indos, de quibus infra III. 15. κόμᾶς δὲ ἐπεθήσυσαν. Comam & barbam Apollonii Domitianus tonderi iubet inf. VII. 34. aliud vero eſt comam ἀνίνην *promittere*, cum ἀνχμῷ ſine ornatu, quod Philoſophorum eſt, aliud *alere* comam, & *ornare* vnde *comtuli* dicuntur: quod in fratre Apollonii improbatur inf. c. 13.

8 παροιμιώδη τιμὴν ἔσχεν] idem ex Philoſtrato memorat Suidas. Nempe vbi cum contentione & ſtudio quis feſtinantem videret, interrogabat ποῖ τρέχεις; ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον;

CAP. IX. 1 ἀνχμᾶ ἠμέλει] alludit ad Heracliti dictum apud Diogenem IX. 3. quod & ipſe in ſequentibus diſerte adducit; nempe ille aqua intercute laborans medicos per aenigma ſciſcitabatur: εἰ δύναιντο ἐξ ἐπουρείης ἀνχμὸν πεπῆσαι; Et contraria ratione luſit Aretaeus l. 2. de cauſis & ſignis morborum acutorum, vbi de febre ardente: ἢν δὲ ἐς ἄκρον ξηρότητος καὶ θερ-

dem

dem Aeſculapius, ſed non dat. Bona verba, regerebat Apollonius; volentibus enim dat; tu autem e contrario morbum iuuas. Delitiis enim indulgens, madentibus & corruptis inteſtinis cupedias inducis, & aquae lutum ſuperinfundis. Eſtque hoc quidem magis luculentum, vt puto, dictum eius, quam ſapiens Heracliti effatum. Ille enim hoc morbo correptus opus ſibi eſſe, dixit, eo, qui ex pluuia ſiccitatem induceret, obſcure locutus minuſque aperte. Apollonius vero adoleſcentem ad ſanitatem redegit, ſapientem luculenter elocutus ſententiam.

Cap. X. Conſpicatus autem quondam plurimum ſanguinis in ara & ſacrificia in altari diſpoſita, Aegyptioſque boues, & eximiae magnitudinis porcos mactatos: & hac parte quidem, qui excoriarent, popas, alia vero qui in fruſta conciderent, & phialas aureas duas conſecratas, inque iis lapides ex praeſtantiſſimis Indiae & maxime admirandis; ſacerdotem adiens, quid iſta? inquit: homo ſcilicet magnificus Deum demeretur. At ille, magis, inquit, mireris, quod nēque antea ſupplicatione hic facta, neque id temporis, quod alii ſolent, hic commoratus, nec ſanitatem a Deo indeptus, neque conſecutus eorum quidquam, quorum petendorum cauſa venerat (heri enim demum aduenisſe puto) tam laute tamen iſte ſacrificet. Pluraque etiam ſe immolaturum, plura oblaturum pollicetur, ſi ſe Aeſculapius audiuerit. Eſt enim ditiſſimus, pluraque in Cilicia poſſidet, quam reliqui ſimul Cilices omnes. Petit autem a Deo, vt effoſſum oculorum alterum ſibi reſtituat. Apollonius vero, oculos, vt ſenex factus facere aſſueuerat, in terram defigens, quodnam illi eſſet nomen? interrogauit: eoque audito, videtur, inquit, o Sacerdos, hic homo in templum minime eſſe admittendus, profanus enim accedit, turpique de cauſa malo iſti obnoxius. Hoc ipſum autem, quod, antequam a Deo quidquam obtinuit, magnifice adeo ſacrificat, non ſacrificantis eſt, verum pro capite ob grauiſſima ſcelera deprecantis. Haec quidem tum Apollonius. Aeſculapius vero noctu ſacerdoti apparens, abeat, inquit, iſte ſuaque ſibi habeat, indignus enim eſt, qui vel alterum oculum retineat. Sacerdos igitur de homine ſci-

---

ματίης ἦκη ἡ φύσις, τὸ μὲν θερμὸν ἐς ψυχρὸν, ὁ δὲ ἀνχμὸς ἐς ἐπομβρίην τρέπεται.

2 σὺ δὲ ἐναντία τῇ νόσῳ πράττεις] interpres vertit: *Tu vero omnia facis, quae morbo penitus aduerſantur:* quo nihil dici poteſt quod magis aduerſetur autoris menti. πράττειν τῇ νόσῳ hic accipio vt πράττειν Φιλίππῳ, πράττειν Λεσβίοις, πράττειν Λακεδαιμονίοις BENTLEI. ita πράττειν paulo poſt c. XIII.

3 ποιήσοντος] ſic Aldin. cuius lectionem reuocandam cenſet Bentlei. Morellus edidit ποιήσαντος.

CAP. X. 1 χαρίζεται τῷ Θεῷ] Salmaſ. ἐυχαρίζεται, quod nuſquam memini legiſſe. Omnino bene habet lectio recepta. Homerus Odyſſ. Ο' — ἠύ τ' Ὀδυσεὺς

Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαριζέτο ἱερὰ ῥέζων. BENTL.

2 δοκεῖ μοι] μοι in editis omiſſum habent MSS. noſtri omnes.

ἦν γε ὁ Ασκληπιὸς ἐπαγγέλλεται μὲν, ἃ δίδωσι δέ, εὐφήμει, ἔφη, τοῖς γὰρ βελομένοις δίδωσι, σὺ δὲ ἐναντία τῇ νόσῳ πράττεις[2]. τρυφῇ γὰρ διδὰς ὀψοφαγίαν ἐπεισάγεις ὑγροῖς καὶ διεφθορόσι τοῖς σπλάγχνοις, καὶ ὕδατι ἐπαντλεῖς πηλόν. ταυτὶ μὲν σαφέστερα, οἶμαι, τῆς Ηρακλείτου σοφίας ἐχρησμῴδει. ὁ μὲν γὰρ δεῖσθαι, ἔφη, τὸ ποιήσοντος[3] ἐξ ἐπομβρίας ἀυχμὸν, εἰσελθόντος αὐτὸν τελεῖ τὸ πάθος, οὐκ εὐξύνετά πως λέγων, οὐδὲ δῆλα. οὐ ἤγαγεν εἰς ὑγίειαν τὸ μειράκιον, τὰ σοφὰ σοφῶς ἑρμηνεύσας.

Ἰδὼν δὲ ἀθρόον πολὺ ἐν τῷ βωμῷ αἷμα, καὶ διακείμενα ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὰ ἱερὰ, τεθυμένους τε βοῦς Αἰγυπτίους, καὶ σῦς μεγάλους, καὶ τὰ μὲν δέροντας αὐτοὺς, τὰ δὲ κόπτοντας, χρυσίδας τε ἀνακειμένας δύο, καὶ λίθους ἐν αὐλαῖς τῶν Ινδικωτάτων καὶ θαυμασίων, προσελθὼν τῷ ἱερεῖ, τί ταῦτα; ἔφη, λαμπρὸς γάρ τις χαρίζεται τῷ Θεῷ[1]. ὁ δὲ, θαυμάσῃ, ἔφη, μᾶλλον, ὅτι μήτε ἐκελεύσας πολὺ ἐνταῦθα, μή τε διατρίψας ὃν οἱ ἄλλοι χρόνον, μή τε ὑγιάνας πω παρὰ τοῦ Θεοῦ, μηδ' ἅπερ αἰτήσων ἦλθεν ἔχων, χθὲς γὰρ δή ἀφιγμένῳ ἔοικεν, ὁ δ' ὕτως ἀφθόνως θύει. φησὶ δὲ πλείω μὲν θύσειν, πλείω δὲ ἀναθήσειν, εἰ πρόσοιτο αὐτὸν ὁ Ασκληπιός. ἔστι δὲ τῶν πλουσιωτάτων· κέκτηται γὰρ ἐν Κιλικίᾳ βίον πλείω, ἢ Κίλικες ὁμοῦ πάντες. ἐκελεύει δὲ τὸν Θεὸν ἀποδοῦναί οἱ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἐξερρυηκότα. ὁ δὲ Απολλώνιος, ὥσπερ γεγηρακὼς εἰώθει, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐς τὴν γῆν στήσας, τί δὲ δὴ ὄνομα αὐτῷ; ἤρετο. ἐπεὶ δὲ ἤκουσε, δοκεῖ μοι[2], ἔφη, ὦ ἱερεῦ, τὸν ἄνθρωπον τοῦτον μὴ προσδέχεσθαι[3] τῷ ἱερῷ, μιαρός γάρ τις ἥκει, καὶ κεχρημένος οὐκ ἐπὶ χρησοῖς τῷ πάθει. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πρὶν[4] εὑρέσθαί τι παρὰ τοῦ Θεοῦ πολυτελῶς θύειν, οὐ θύοντός ἐστιν, ἀλλ' ἑαυτὸν παραιτησάμενος[5] σχετλίων τε καὶ χαλεπῶν ἔργων. ταῦτα μὲν ὁ Απολλώνιος. ὁ δ' Ασκληπιὸς ἐπισὰς νύκτωρ τῷ ἱερεῖ, ἀπίτω, ἔφη, ὁ δεῖνα, τὰ ἑαυτοῦ ἔχων, ἄξιος γὰρ μηδὲ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἔχειν. ἀναμανθάνων δὲ ὁ ἱερεὺς τὸν ἄνθρωπον, γυνὴ μὲν

In cod. Reg. Pariſ. etiam inuenit Morell. ſimili modo noſter I. 11 δοκεῖ μοι τὸν ἥκοντα εἰς Θεὸν &c.

3 προσδέχεσθαι] ſic cod. Vrbinas & Lutetius, quo vſus Morellus. Firmat hanc lectionem Bentleius ex paulo ante dictis εἰ πρόσοιτο αὐτὸν ὁ Ασκληπιός. Nempe vt Heſychius: προσίεται, προσδέχεται eſt, & προσοίσεσθε, pro quo πρόσεισθε legitvir clariſſ. προσδέξεσθε. Edit. priores habebant προσίεχεσθαι.

4 ἀντὶ δὲ τοῦ πρὶν] τὸ omiſſum erat in edit. prior. quod addi & res ipſa & codices noſtri iubent.

5 ἑαυτὸν παραιτήσαμενος] ſic anonymus vtitur hoc verbo apud Suidam de Paryſatide, vt & Plutarch. in Artaxerxe, quam παραιτήσασθαι υἱὸν dicunt. Germani dicimus Ioßbitten. Sic Arionа in mare deiiciendum παραιτήσασθαι ψυχήν dicit Herodotus in Clio.

τῷ Κίλικι τούτῳ γεγόνει, θυγατέρα ἔχουσα πρότερων γάμων· ὁ δὲ ἤρα τῆς κόρης· καὶ ἀκολάστως εἶχε, ξυνῆν τε ὡς λαθεῖν. ἐπιοῦσα γὰρ ἡ μήτηρ τῇ ξυνῇ, τῆς μὲν ἄμφω, τῷ δὲ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἐξέκοψεν, ἐναράξασα ταῖς περόναις.

Τό γε μὴν θύοντας ἢ ἀνατιθέντας μὴ ὑπερβάλλειν τὸ μέτριον[1], ὧδε αὐτῷ ἐφιλοσοφεῖτο. πλείονων γάρ ποτε ξυνελήλυθότων εἰς τὸ ἱερὸν, ἄρτι ἐξεληλαμένου τοῦ Κίλικος, ἤρετο τὸν ἱερέα ἥτοσι· ἆρα, ἔφη, οἱ θεοὶ δίκαιοι; δικαιότατοι μὲν οὖν, εἶπε. τί δέ, ξυνετοί; καὶ τί, ἔφη, ξυνετώτερον τοῦ θείου; τὰ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἴσασιν, ἢ ἄπειροι αὐτῶν εἰσι; καὶ μήν, τοῦτ', ἔφη, πλεονεκτοῦσι μάλιστα οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι οἱ μὲν ὑπ' ἀσθενείας οὐδὲ τὰ αὑτῶν[2] ἴσασι· τοῖς δὲ γινώσκειν ὑπάρχει τά τε ἐκείνων τε καὶ τὰ αὐτῶν. πάντα, ἔφη, ἄριστα, ὦ ἱερεῦ, καὶ ἀληθέστατα. ἐπεὶ τοίνυν πάντα γινώσκουσι, δοκεῖ μοι τὸν ἥκοντα ἐς θεοῦ, καὶ χρησὰ ἑαυτῷ ξυνειδότα τοιαῦτα δὲ εὐχὴν εὔχεσθαι· ὦ θεοί, δοίητέ μοι τὰ ὀφειλόμενα[3]· ὀφείλεται γάρ που, ὦ ἱερεῦ, τοῖς μὲν ὁσίοις τἀγαθά· τοῖς δὲ φαύλοις τἀναντία. καὶ οἱ θεοὶ ἂν εὖ ποιοῦντες, ὃν μὲν ἂν ὑγιᾶ τε[4] καὶ ἄτρωτον κακίας εὕρωσι, πέμπουσι δήπου στεφανώσαντες ἀ χρυσοῖς στεφάνοις[5], ἀλλ' ἀγαθοῖς πᾶσιν. ὃν δ' ἂν κατεσιγμένον ἴδωσι καὶ διεφθορότα, καταλείπουσι τῇ Δίκῃ[6], τοσοῦτον αὐτοῖς ἐπιμηνίσαντες, ὅσον ἐτόλμησαν καὶ ἱερὰ ἐσφοιτᾶν μὴ καθαροὶ ὄντες. καὶ ἅμα ἐς τὸν Ἀσκληπιὸν βλέψας, φιλοσοφεῖς, ἔφη, ὦ Ἀσκληπιέ, τὴν ἄρρητόν τε καὶ συγγενῆ σαυτῷ φιλοσοφίαν, μὴ συγχωροῦν τοῖς φαύλοις δεῦρο ἥκειν, μηδ' ἂν πάντα σοι τὰ ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν τε καὶ Σαρδῶν[7] scitatus comperit, vxorem ei esse, quae filiam ex priori coniugio haberet. Ille autem puellam adamabat, cumque ea intemperanter viuebat, nec clanculum cum ea consueuerat. Mater igitur in concubitu superueniens iis, puellae quidem ambos oculos, marito alterum acubus configens, effodit.

Sacrificantes autem vel sacra donaria offerentes modum excedere non debere, hac porro ratione ab eo demonstratum est. Compluribus aliquando ad templum confluentibus, paulo postquam Cilix esset eiectus, Sacerdotem ipse interrogauit: num quid, inquiens, iusti sunt Dii? iustissimi, ille respondit. Quid vero? prudentesne etiam? imo, inquit, quid numine prudentius? Res autem hominum an sciunt, an ignorant? Imo, aiebat ille, hoc maxime Dii hominibus praestant, quod isti quidem ob imbecillitatem ne suas quidem res cognoscant; illis autem tum eorum, quae ad illos, tum quae ad seipsos spectant, scientia sit. Tum ille rectissime omnia, o Sacerdos, & verissime; quandoquidem igitur omnia norunt, mihi videtur, accedentem ad Deos & recti sibi conscium tales preces profundere: *O Dei, quae mihi conueniunt, praestate.* Conueniunt enim, o Sacerdos, sanctis quidem bona, profanis autem contraria. Dii igitur recte facientes, quem integrum & aduersus vitia obfirmatum offendunt, spectabilem reddunt non aureis coronis sed bonis omnibus eum coronantes. Quem autem vitiorum notis iustum corruptumque nouerint, Nemesi relinquunt, eo magis talibus irati, quod adyta quoque ingredi soleant audere profani. Simul vero ad Aesculapium conuersus, philosopharis, inquit, Aesculapi, arcanam, & congruam tibi philosophiam, non sinens scelestos homines huc ingredi, etiam si omnes Indorum Sardensiumque

Cap. XI.

CAP. XI. 1 ὑπερβ. τὸ μέτριον] Pythagoras quoque nimiam in sacrificiis profusionem damnabat. v. Iamblich. vita eius cap. XI. Hinc Philosophia Pythagorica inf. l. VI. c. XI. pollicetur inter alia praemia hoc etiam Apollonio: θεοῖς ἡδὺ φαίνεσθαι μικρὰ θύσαντά ἢ οἱ προχέοντες αὐτοῖς τὸ τῶν ταύρων αἷμα. Socratis eadem sententia, de qua Xenoph. ἀπομν. l. I. p. 712. Sed locus prolixior quam vt adscribatur. Post eum Plato in XII. de Legib. Θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τοὺς μέτριον ἄνδρα αἰτιᾶσθαι δωρεῖσθαι. Sicque leges Romanae: *Ad diuos adeunto caste: pietatem adhibento; OPES AMOVENTO.* Hinc in Aesopo Apollonius inf. l. V. c. 15. laudat, quod sacra quoque obiens fuerit φειδόμενος ὧν εἶχε. Huc spectant Epicteti ista ench. c. 38. σπένδειν δὲ, καὶ θύειν, καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια ἑκάστοις προσήκει, καθαρῶς καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ ὀλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν. Praetereo paulo prolixiorem Porphyrii locum π. ἀποχ. l. I. §. 60.

2 οὐδὲ τὰ αὐτῶν] codd. Romani ἑαυτῶν habent. Nempe promiscue ista vsurpari vsu receptum est.

3 ὀφειλόμενα] eandem precationem sibi familiarem esse, Telesino quoque fatetur Apollonius inf. l. IV. c. 40. Vox ὀφειλόμενα autem accipitur hic vt Simonidi apud Platonem polit. I. p. 332. accepta fuit, in definitione iustitiae: δικαιοῦσθαι μὲν γὰρ ὅτι τοῦτ' ἐστὶν δίκαιον, τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἀποδιδόναι, τοῦτο δὲ ὠνόμασε ΟΦΕΙΛΟΜΕΝΟΝ. Est igitur τὸ ὀφειλόμενον τὸ προσῆκον ἑκάστῳ, quod cuiuis conueniens est, non quod strictissimo iure debetur, sed quod dari non impediat iustitia sapientiaque diuina, conuenienterque dari posse iudicet. Nec quidquam aliud sibi voluisse videtur Apollonius, quam Maximus Tyrius istis in diss. XXX. ἀλλ' ὁ θεὸς λίγει, εἰ ἀγαθὰ ἐπὶ ἀγαθῷ αἰτεῖς, λάμβανε· εἰ ἄξιος ὢν αἰτεῖς. i. e. si ea tibi sunt conuenientia. Conueniens autem est, vt bene bonis, malis male eueniat.

4 ἐν μὲν ἂν ὑγιᾶτε] particulam ἄν omiserant editiones priores, restitui ex Vrbin. & Vaticano priore.

5 ἀ χρυσοῖς στεφάνοις] puto ad aureas sacerdotum coronas respici, quibus Prouinciales imprimis ornabantur Sacerdotes: Tertull. lib. de idolol. *coronae aureae Sacerdotum Prouincialium.* loquitur nempe cum Sacerdote. Quamuis & alias Virorum dignitate conspicuorum erat aureas gestare coronas. Apul. l. 9. Metam. de Hercule: *dignus solus coronam auream capite gestare.*

6 Δίκῃ] Nemesin hic optime verti suadet verbum καταλείπουσι. Δίκη, enim Νέμεσιν, Θέμιν apud Poetas vel idem vel cognata valde numina notare tritum est. Locum Iamblichi hic praeterire non possum, qui Θέμιν Ioui, Δίκην Plutoni attribuit vit. Pythagor. I, 9. p. 55.

7 Σάρδων] editi Σαρδόνων habebant. Sed ad *Sardes* Lydiae, *Troesique* opes respici, dubium non est. Illae vero Σάρδις & Σάρδεις plurali forma veteribus dictae. Σαρδὼν, vel Σαρδῶνις nunquam. Σαρδὼ & Σαρδὼν *Sardinia* est, vt ex Stephano notum & Eustathio ad Periegetam v. 485.

diuitias

diuitias tibi congerant: neque enim Deorum reuerentia sacrificant ista, istaue adolent: verum poenam redemturi, quam tamen ipsi non condonaueritis, iustissimi qui sitis. Multaque in templo huiusmodi philosophatus est, cum impubes adhuc esset.

ξυμφέρωσιν. ὁ γὰρ τιμῶντες τὸ θεῖον θύσι ταῦτα καὶ ἀνάπλεσιν, ἀλλ' ὠνούμενοι τὴν δίκην[8], ἣν ὁ ξυγχωρεῖτε αὐτοὶ δικαιότατοι ὄντες. πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῷ ἱερῷ ἐφιλοσόφει ἐν ἐφήβῳ ἔτι.

Cap. XII. Gesta vero etiam dum Aegis moraretur sunt ista. Ciliciae Praeses erat proteruus homo, & in venere praeposterus. Ad hunc de forma Apollonii fama peruenit. Valere igitur iussis negotiis, (Tarsi enim forte forum agere coeperat) Aegas contendit, aegrotare se dictitans, & Aesculapio opus habere. Apollonium ergo solum deambulantem accedens commenda me, inquiebat, Deo. Hic vero respondens, at quid tibi commendatione mea opus est, aiebat, si bonus es? bonos enim Dii, etiam nemine conciliante, amant. Quoniam per Iouem, respondit ille, te quidem, Apolloni, Deus hospitem fecit, me vero minime. Ast & mihi, aiebat Apollonius, virtus Deum conciliauit, qua vsus, vt potest adolescens, famulus sum Aesculapii & familiaris. Quod si tibi etiam virtutis cura est, fidenter ad Deum accede, & quidquid vis roga. Ita per Iouem, dicebat ille, si te prius rogauero. Et quid, inquit Apollonius, me rogabis? quod, inquiebat, fas est rogare formosos: rogamus vero eos, vt pulchritudine sua frui nos sinant nec formam inuideant. Haec vero dicebat ad mollitiem se componens, oculisque lasciuiens & nihil non dicens eorum, quae solent

Καὶ ἃ μὲν τῆς ἐν Αἰγαῖς διατριβῆς. Κιλίκων ἦρχεν[1] ὑβριστὴς ἄνθρωπος, καὶ κακὸς[2] τὰ ἐρωτικά. ἐς τοῦτον ἦλθε λόγος τῆς τοῦ Ἀπολλωνίου[3] ὥρας. ὁ δὲ ἐρρῶσθαι φράσας οἷς ἔπραττεν, ἐν Ταρσοῖς δὲ ἄρα ἀγορὰν ἦγεν[4], ἐξωρμήθη ἐς τὰς Αἰγὰς, νοσεῖν τε ἑαυτὸν φήσας καὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. καὶ προσελθὼν τῷ Ἀπολλωνίῳ βαδίζοντι ἰδίᾳ, σύσησόν με ἔφη, τῷ θεῷ. ὁ δὲ ὑπολαβών, καὶ τί σοι δεῖ τοῦ συσήσοντος, εἰ, εἶπεν, χρηστὸς εἶ; τοὺς γὰρ σπουδαίους οἱ θεοὶ καὶ ἄνευ τῶν προξενούντων ἀσπάζονται. ὅτι νὴ Δί', ἔφη, Ἀπολλώνιε, σὲ μὲν ὁ θεὸς πεποίηται ξένον, ἐμὲ δὲ ὄπω. ἀλλὰ κἀμέ, ἔφη, καλοκαγαθία πρόξενησεν, ἧ χρώμενος, ὡς δυνατὸν νέῳ, θεράπων τέ εἰμι τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ ἑταῖρος. εἰ δὲ καὶ σοὶ καλοκαγαθίας μέλει, χώρει θαρρῶν παρὰ τὸν θεὸν, καὶ εὖχε ὅ, τι ἐθέλεις. νὴ Δί', εἶπεν, ἤν σοί γε πρότερον εὐξωμαι[5]. καὶ τί, ἔφη, ἐμοὶ εὔξῃ; ὃ, ἢ δ' ὅς[6], εὔχεσθαι δεῖ τοῖς καλοῖς· εὐχόμεθα δὲ αὐτοῖς κοινωνεῖν τοῦ κάλλους, καὶ μὴ φθονεῖν τῆς ὥρας. ἔλεγε δὲ ταῦτα, ὑποθρύπτων ἑαυτὸν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑγραίνων[7], καὶ τί γὰρ ὁ λέγων[8] τῶν ἄτως

8 ὠνούμενοι τὴν δίκην] sic Maximus Tyr. l. c. π. Μίδα τοῦ Φρυγός. vbi de Croesi sacrificiis: τὸ δὲ Λυδὸς, ὁ τοῦ Φρυγὸς ἀνιητότερος, ἐκ ὕξατο μὲν τῷ Ἀπόλλωνι ἐλεῖν τὴν Πέρσων ἀρχὴν, καὶ ἱεράπευσε χρυσῷ πολλῷ τὸν θεὸν, ὥσπερ δωροδόκον δυνάστην; & paulo post Homerum reprehendens, quod Apollinem sacrificiis placatum ostendat, τί ταῦτα inquit ὦ ποιητῶν ἄριστε, λίχνον καὶ δωροδόκον, καὶ μηδὲν διαφέροντα τῶν πολλῶν ἀνθρώπων.

CAP. XII. 1 Κιλίκων ἦρχεν] Rhinuccin. & Morell. *erat inter Cilices Princeps quidam vir.* Malim *Ciliciae praeses erat.* Dio l. 53. p. 504. de *Augusto* τοὺς βουλευτὰς ἑκατέρων τῶν ἐθνῶν πλὴν Αἰγυπτίων ΑΡΧΕΙΝ κατέδειξε. Erat autem eo tempore Cilicia inter ἔθνη h. e. *prouincias* Augusti, vt ex eodem constat l. c. fuisseque hunc magistratum ex iis, apud quos iure agere liceret, patet ex eo, quod paulo post ἀγορὰν ἄγειν dicatur, quodque capitis supplicium Apollonio minetur. Alias ἄρχοντος titulus generalis, qui & ἐπιτρόποις, *Procuratoribus*, concessus, quod notum.

2 κακὸς τὰ ἐρωτικὰ] voce κακὸς venerem parum honestam significare nostro familiare. Simili modo infra lib. II. cap. 30. κακὸς περὶ τὴν ἑαυτοῦ ὥραν, & l. VII. c. 42. puer cuius pudicitiae vim parabat Domitianus, κἀί με, inquit, ὁ βασιλεὺς κακῶς εἶδεν. & in imaginib. posterior. Iunior Philostratus Nessum Deianiram κακῶς ἰδεῖν ait, *improbis oculis tueri*, vertas ex Petronio. Sic enim *improba manu tractare* dictum eidem.

3 τῆς τοῦ Ἀπολλωνίου] articulum τοῦ omittebant editiones priores, restituti ex duobus Vaticanis.

4 ἐν Ταρσοῖς δὲ ἄρα ἀγορὰν ἦγε] pessime Rhinuccin. & Morell. *Tarsi enim forte tunc temporis negotiabatur:* male etiam Acciaioli Scholion ἀγορανόμος ἦν. ἀγορὰν ἄγειν est *ius dicere*, quod est eorum, qui pro Praetore vel pro Consule essent in Prouinciis. Sic & Romani loquebantur: Cic. ad Attic. l. 5. ep. 16. in hac ipsa Tarsensium vrbe ab Appio *forum actum* commemorat. Sic & *forum indicere* aiunt. Hic vero Legatus Caesaris, vtut forum esset Tarsi indictum, ibique ille ius dicere teneretur, Aegas tamen accurrit Apollonii potiundi causa.

5 προτέρου ἐυξωμαι] sic malim cum MSS. quam πρότερα ἐυξομαι, quod erat in prioribus editionibus.

6 ὃ ἢ δ' ὅς] Morelli editio habebat ἃ δ' ὡς, Aldina ἃ δ' ὅς, quod cum emendare cuperet Morellus, longius a vera lectione recessit. Duo Vaticani & Vrbinas ὃ ἢ δ' ὅς, vnde non difficile veram lectionem colligere erat, quam planissime exhibet cod. Vratisl. ὃ ἢ δ' ὅς. Phrasis plane Attica, vbique obuia apud nostrum pariter ac alios. Sic & in Salmasii notatis tardius ad nos allatis ὃ ἦ δε ὅς.

7 ὑγραίνων] Morell. post Rhinuccin. vertebat: lacrymis oculos rigabat: annon vero rectius de *lasciuia* accipias, quam oculi loquuntur vehementer amantium, vt fit τὸ ἐυκατάφορον εἰς τὰς ἡδονάς. Id enim esse τὸ ὑγρὸν praeter innumera veterum loca Hesychius docet & Suidas.

8 καὶ τί γὰρ ὁ λέγων] ita restituti ex codice Vaticano priore. Editiones praecedentes: καὶ τί γὰρ ἐκ ἐλάττων. Quod Grammaticus Acciaioli & Vrsini ita explicabat. λείπει πραγμάτων. ἡ σύνταξις δὲ ὅτι· καὶ κατά τι γὰρ τῶν ἀσελγῶν τε καὶ ἐπιῤῥήτων πραγμάτων ἐκ ἦν ἐλάττων: Vt sensus Philostrati ex eius mente sit: *quantum enim turpibus huiusmodi foeditque rebus non erat obnoxius!* Et certe ad istam mentem, reformatum inuenio textum Philostrati in codice Vrbinate, qui diserte addit ἐπιῤῥήτων πραγμάτων. Sed vt cetera taceam, qui ita sensuerunt, penitus neglexere particulam ὅτως, nec assecuti sunt vim phraseos τί γὰρ ὅ, quam *nihil non* significare ex Demosthene & Basilio monstrauit Budaeus. Non dubito veram esse lectionem quam nos secuti sumus, sic enim optime subsistit & nexus & sensus & φράσεως indoles: "Nempe ad mollitiem se composuisse Apollonii "procum, Philostratus ait, oculisque lasciuientibus eum ador- "tum esse, nihilque non dixisse eorum, quae solent ita perdite "amantes." Non dissimilis est constructio in vitis Sophistarum l. 1. vbi de Niceta τῆς Σμύρνης τί ἐκ ἐπ' αὐτῷ βοώσης h. e. *Smyrna nihil non laudis in eum elata voce congerente.* & l. II. in Adriano ξυνήρατο αὐτῷ τῆς ἀπολογίας πρῶτα μὲν τὸ ἑλληνικὸν, τίνας ἐκ ἀφίεντες ὑπὲρ αὐτοῦ φωνάς;

ἀσελγῶν τε καὶ ἐπιῤῥήτων; ὁ δὲ, ταυρηδὸν ὑποβλέψας[9] αὐτὸν, μαίνῃ, ἔφη, ὦ κάθαρμα. τῷ δ' οὐ μόνον πρὸς ὀργὴν ταῦτα ἀκέσαντος[10], ἀλλὰ καὶ ἀπειλήσαντος, ὡς ἀποκόψοι αὐτῷ τὴν κεφαλὴν, καταγελάσας ὁ Ἀπολλώνιος, ὦ ἡ δεῖνα ἡμέρα[11], ἀνεβόησε. τρίτη δὲ ἄρα ἦν ἀπ' ἐκείνης, ἐν ᾗ δήμιοι κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπέκτειναν τὸν ὑβρισὴν ἐκεῖνον, ὡς ξὺν Ἀρχελάῳ, τῷ Καππαδοκίας βασιλεῖ[12], νεώτερα ἐπὶ Ρωμαίοις πράττοντα. Ταῦτα καὶ πολλὰ τοιαῦτα Μαξίμῳ τῷ Αἰγιεῖ συγγέγραπται. ἠξιώθη δὲ καὶ βασιλέων ἐπιστολῶν ἔτος[13], εὐδοκιμῶν τὴν φωνήν.

homines ita intemperantiae dediti atque foedi. Apollonius autem toruum intuitus eum, insanis, inquit, scelus. Eo vero non cum stomacho tantum ista audiente, sed & caput eius se amputaturum minante, ridens Apollonius, *o diem illam!* exclamauit. Tertia autem erat inde dies, qua carnifices in itinere proteruum illum interfecerunt, quod cum Archelao Cappadociae Rege rebus nouis contra Romanos studeret. Haec atque multa huiusce modi alia Maximus Aegiensis prodidit. Ille vero dignus visus, qui Imperatori ab epistolis scribendis esset, linguae facultate clarissimus.

Ἐπεὶ δὲ τεθνεῶτα τὸν πατέρα ἤκουσεν, ἔδραμεν ἐς τὰ Τύανα, κἀκεῖνον μὲν ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἔθαψε πρὸς τῷ τῆς μητρὸς σήματι, ἐτεθνήκει δὲ κἀκείνη ὀλίγῳ πάλαι. τὴν δὲ οὐσίαν λαμπρὰν οὖσαν, διέλαχε πρὸς τὸν ἀδελφὸν[1] ἀκόλαστόν τε καὶ φιλοπότην ὄντα. καὶ τῷ μὲν τρίτον τε καὶ εἰκοστὸν ἦν ἔτος, καὶ ἡλικία οἵα μὴ ἐπιτροπεύεσθαι. ὃν δ' οὖν εἴκοσιν ἐγεγόνει, καὶ οἱ νόμοι αὐτὸν ὑπεῖχον τοῖς ἐπιτρόποις. διατρίψας δ' ἐν Αἰγαῖς πάλιν, καὶ τὸ ἱερὸν Λύκειόν τε ἀποφήνας καὶ Ἀκαδημίαν[2], φιλοσοφίας γὰρ ἠχὼ πάσης ἐν αὐτῷ ἦν[3], ἐπανῆλθεν ἐς τὰ Τύανα ἀνὴρ ἤδη, καὶ κύριος τῶν αὐτοῦ. εἰπόντος δέ πρὸς αὐτὸν τινος ὡς σωφρονίσαι τὸν ἀδελφὸν προσήκει αὐτῷ[4], καὶ μεταβαλεῖν τὸ τρόπω· τοῦτο μὲν θρασὺ ἔφη

Cap. XIII.

Postquam vero mortuum patrem audiuit, Tyana properauit, eumque manibus suis composuit prope matris suae monimentum, non ita pridem enim & illa diem obierat. Haereditatem autem lautissimam cum fratre partitus est, homine intemperante & heluone. Et illi quidem tertius & vigesimus agebatur annus, aetasque adeo, quae tutoribus posset carere. Hic vero viginti annos impleuerat, tutoribusque eum leges subiiciebant. Rursus igitur Aegis aliquamdiu commoratus, & Aesculapii templo in Lyceum Academiamque conuerso, omnis enim in eo philosophia resonabat, Tyana rediit iam adultus, & iuris sui. Dicente autem ad eum non nemine, ad frugem fratrem reducere ipsum oportere, & moribus alium efficere: hoc quidem audaciae, in-

9 ταυρηδὸν ὑποβλέψας] nempe & alias defixum obtutum fuisse Apollonii & acrem docet supra c. X.

10 πρὸς ὀργὴν ταῦτα ἀκεσ.] eadem phrasis infra est I. 14. πολλὰ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀκέσαντα μὴ ἀκέσαι.

11 ὦ ἡ δεῖνα ἡμέρα] male hanc lectionem solicitauit Morell. ἡδεῖα rescribi cupiens, vertitque etiam *o iucunda dies illa*. Designat diem, quam mente prospiciebat, supplicii, nomine vago, more Graecorum.

12 Ἀρχελάῳ τῷ Καππαδοκίας βασιλεῖ] intelligi Archelaum non dubito, qui A. V. C. 718 ab Antonio Rex Cappadociae constitutus fuit, vt patet ex Dione l. 49. & Strabone l. XII. p. 372. de cuius familia & familiae decoribus Strabo l. XII. p. 384. sq. & l. XVII. p. 547. Ille post victum Antonium ab Augusto non veniam tantum sed & regnum confirmatum accepit. Imo etiam deinde ob merita in Rempubl. Romanam ab eodem Armeniam minorem impetrauit, vid. Dio l. 54. ad A. C. V. 734. & Strabon. l. XI. qui l. XIV, p. 461. asperam quoque *Ciliciam*, excepta Seleucia, Archelao ab Augusto datam testatur. Huic Archelao tamen Tiberius infensus, rerum nouarum, quas moliri eum dicebat, praetextu, perniciem struxit. Rem ipsam & eius causam luculenter Dio edisserit ad A. V. C. 770. p. 614. *Infensus ei, quod olim patrocinio suo vsus, cum temporibus Augusti a gentilibus accusaretur, deinde ipsum Rhodum delatum neglexisset, Caium vero in Asiam profectum officiose coluisset, insimulatum quasi nouis rebus studeret Romam euocauit ac senatus iudicio tradidit* &c. Gemina habet Tacitus Annal. II, 41. Huius itaque Archelai inuidia oppressus, qui Ciliciam (cuius pars ipsi Archelao parebat) tunc administrabat Tiberii Legatus, capitis supplicium sustinuit, quod & Dio & Tacitus intactum praetermisere. Ceterum belle conuenit tempus. Apollonium enim centenarium fere mortali hac vita excessisse plerique tradunt, vid. Philostr. inf. I. 14 & VIII. 29. & Suidam. Iam vero in sequenti capite, paulo post moriente Patre, XX annorum adolescens fuisse Apollonius dicitur. Qui cum Nerua rerum summam tenente, h. e. circa fin. A. V. C. 849 vel initium 850 viuis excesserit, natus sit oportet A. V. C. 750 vel 751, si completa centum annorum aetate obiit: sicque XX eius annus exacte incidet in A. V. C. 770. qui est Tiberii Imp. quartus, quo Archelaus a Tiberio Romam euocatus est. Si vero aliquot annis minor decessit Apollonius, spatii aliquantum concedendum erit inter Archelai fata, & mortem patris Apollonii.

13 ἠξιώθη δὲ καὶ βασ. ἐπιστ. ἔτος] ad Apollonium hoc referunt Interpretes. Mihi verosimilius est, ad Maximum ea pertinere. Nam primo alieno loco & parum apte istud hic inseri mihi videretur Apollonii elogium. Deinde, *Reges iam tum ad Apollonium epistolas scripsisse*, quem sensum esse volunt istorum verborum, non est verosimile, cuius tum demum nomen celebre esse coepit, nec forsan Ciliciae limites egressum est. Opportunum contra scriptorem hic commendare, cuius autoritate vsus fuerat noster. Βασιλέων autem ἐπιστολαὶ munus scribendi epistolas notant nostro. Sic & de *Aspasio* vit. Sophist. l. II. εἰς τὰς βασιλέως παρελθὼν ἐπιστολάς: h. e. Imperatori ab epistolis scribendis vbi esse coepisset.

CAP. XIII. 1 πρὸς τὸν ἀδελφὸν] *Hestiaeus* Apollonii frater, ad quem aliquam multae eius extant epistolae: praeter eum tamen iunioris adhuc fratris sui meminit in ep. LIV.

2 καὶ τὸ ἱερὸν Λύκειόν τε ἀποφ. &c.] male Rhinuccin. & Morell. *Aegas inde reuersus Philosophiae gymnasia statuit Lycium & Academiam.* ἱερὸν enim non Philosophiae gymnasium notat, sed templum Aesculapii, in quo Apollonius diuersabatur, & quod ob διατριβὰς Apollonii Lycei & Academiae, vbi Aristotelis & Platonis sectatores scholas habebant, faciem induebat.

3 φιλοσοφίας γὰρ ἠχὼ πάσης ἐν αὐτῷ ἦν] hic quoque male iidem interpretes, *erat enim Philosophiae peritissimus:* relatiuum αὐτῷ ad Apollonium trahentes, quod pertinet ad ἱερόν. Et sane proprie de *templo Aesculapii* dici poterat *resonasse in eo omnem philosophiam*, in quo disputaret quotidie doceretque Apollonius: sic vit. Sophist. lib. II. *Aristocle ὁ ἐν τοῖς θεάτροις ἠχὼ* dicitur.

4 αὐτῷ] sic *Vrbinas* & *Vaticanus prior*, pro αὐτὸν, quod est in editionibus prioribus. Illa constructio frequentior Demostheni, Aristophani aliisque ἀπὸ κοινοῦ, quamuis nec hoc respuat purior Hellenismus.

quit,

quit, speciem praebuerit. Quomodo enim iunior natu maiorem ad frugem reducam? Quantum autem possum hisce morbis eius medebor. Suae igitur portionis dimidiam ipsi concessit; illum quidem pluribus opus habere, dicens, se vero paucioribus. Instans tamen ei, prudenterque vt monentem se audiat inducens, Pater quidem, inquit, excessit, qui instruxit nos atque admonuit. Deinceps igitur tu mihi & ego tibi relinquimur. Si quid ego deliquero igitur, monitor adesto, & medelam rebus meis adhibeto: quod si quid ipse peccaueris, monentem quaeso me feras. Sicque ad instar eorum, qui fraenis male obsequentes & aegre regendos equos domant, ad obsequium illum pertraxit, & a vitiis, sane multis, reuocatum in ordinem redegit. Nam & talorum ludo & vino obnoxius erat, & commessationibus meretriciis, coma ipsum inflante, quam & tingebat, tumidus & superbe incedens. Vbi vero, quae ad fratrem pertinebant, recte ipsi successissent, ad alios mox cognatos se conuertit, eorumque illos qui indigentiores erant, reliqua haereditatis parte sibi conciliauit, exigua portione sibi reseruata. Sane enim Clazomenium Anaxagoram, armentis ouibusque sua permittentem, pecudibus magis quam hominibus philolosophatum esse, dicebat. Cratetem vero Thebanum, qui facultates suas in mari demerserat, nec hominibus nec pecoribus profuisse. Cumque Pythagoras celebraretur passim ob sententiam, quam de alia, quam propria vxore, non ineunda protulerat: Id quidem *aliis*, aiebat, *olim dictum a Pythagora esse*. Ipse enim ne vxorem quidem ducebat, neque vnquam venerea commercia obibat, longius etiam progressus,

δόξει, πρεσβύτερον γὰρ νέος πῶς ἂν σωφρονίζοιμι; ὡς δέ μοι δυνατὸν, ἰάσομαι αὐτὸν τυτωνὶ τῶν παθῶν. δίδωτι δὲ αὐτῷ τὴν ἡμίσειαν τῆς ἑαυτῆ μοίρας, τὸν μὲν πλειόνων δεῖσθαι, φήσας, ἑαυτὸν δὲ ὀλίγων. ἐφισὰς δὲ αὐτὸν, καὶ σοφῶς ὑπαγόμενος εἰς τὸ σωφρονίζοντι πείθεσθαι, ὁ μὲν πατὴρ, ἔφη, μεθέσηκεν, ὃς ἐπαίδευέ τε ἡμᾶς, καὶ ἐνεθέτει. λοιπὸν δὲ [5] σὺ ἐμοὶ, καί σοὶ δήπε ἐγώ. εἴτ' ἂν ἐγώ τι ἁμαρτάνοιμι, σύμβελος γίνε, καὶ ἰῶ τἀμὰ· εἴτ' αὖ σέ τι ἁμαρτάνοις, ἀνέχε διδάσκοντα. κἀκεῖνον μὲν, ὥσπερ οἱ καταψῶντες τὰς δυσηνίας τε καὶ μὴ εὐαγώγους τῶν ἵππων, ἐς πειθὼ ἤγαγε, καὶ μετερρύθμισε τῶν ἁμαρτημάτων πολλῶν ὄντων. καὶ γὰρ κύβων ἥττητο, καὶ οἴνε, καὶ ἐφ' ἑταίραις ἐκώμαζεν ἐπαιρόμενος αὐτὸν κόμης, ἣν καὶ βαφαῖς ἤσκει [6], σοβῶν τε καὶ ἄνω βαίνων. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ εὖ εἶχεν, ἐπὶ τὰς ἄλλας ἤδη συγγενεῖς ἐτράπετο [7], καὶ τὰς δεομένας σφῶν ἀνεκτήσατο τῇ λοιπῇ οὐσίᾳ, μικρὰ ἑαυτῷ ὑπολιπόμενος. ὅτε δὴ τὸν μὲν Κλαζομένιον Ἀναξαγόραν ἀγέλαις τε καὶ μήλοις [8] τὰ ἑαυτῆ ἀνέντα [9], προβάτοις, ἔφη, μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι [10]. τὸν δὲ Θηβαῖον Κράτητα [11] καταποντώσαντα τὴν οὐσίαν, ὅτε ἀνθρώποις γενέσθαι ἐπιζήδειον, ὅτε προβάτοις. εὐδοκιμήσαντος δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ ἐπὶ τῷ λόγῳ, ὃν ἔλεγε περὶ τῆ μὴ δεῖν παρ' ἄλλην ἰέναι γυναῖκα [12], ἢ τὴν ἑαυτῆ, τυτὶ μὲν ἑτέροις, ἔφη, ὑπὸ Πυθαγόρᾳ προειρῆσθαι. αὐτὸς δὲ, μήτ' ἂν γῆμαι, μήτ' ἂν εἰς ὁμιλίαν ἀφικέσθαι ποτὲ Ἀφροδισίων, ὑπερβαλλόμενος καὶ

5 λοιπὸν δὲ] suspicabar, legendum esse λοιποὶ δὲ, vt sensus sit: patrem fatis ademtum esse eis, relictum vero fratri Apollonium, Apollonio esse fratrem. Sic & Rhinuccino & Morello visum, vertebant enim: *tu mihi relictus es & ego tibi.*

6 βαφαῖς ἤσκει] colorem arte induxisse comae veteres Graecos & Rom. tritum. Sic & labiis: Philostr. epistol. ad feminam, quae est XL. ζωγραφίας παρειῶν καὶ χειλίων βαφαῖς iunxit. Imo & oculis, vid. notata ad Heroica in *Alexandro*; adde Xenophont. Cyropaed. l. I. p. 8.

7 ἐτράπετο] sic restitui MSS. fide pro ἐτέτραπτο, quod erat in editis.

8 ἀγέλαις τε καὶ μήλοις] editi & MSS. quos inspexi omnes, ipseque etiam Suidas in Ἀναξαγ. legunt ἀγέλαις τε καὶ καμήλοις. At camelis Graeciam ita non abundasse, vt illis permittere conculcandos agros suos potuerit Anaxagoras, qui ibi nulli, nisi ad spectaculum, ex Porphyrio π. ἀποχῆς recte obseruauerat Mericus Casaub. ad Diogen. II, 9. qui proinde lectionem ap. Philostratum, quam nos exhibuimus, docte restituit. Firmant, quod addere liceat, emendationem Plutarch. in vita Periclis, vbi de *Anaxag.* τὴν χώραν ἀφῆκε ἀργὴν καὶ ΜΗΛΟβοτον. De eodem Himerius apud Photium γῆν ἀνῆκε τὴν ἑαυτῆ πᾶσαν ΜΗΛΟδοτον, eademque phrasi in simili argumento passim vtuntur scriptores vid. not. sq. Firmat emendationem & hoc, quod mox Apollonius dicit προβάτοις φιλοσοφῆσαι Anaxagoram. Denique, quod ipsi Cameli, maioris molis animalia, voce ἀγέλων iam comprehendantur: ἀγέλαις vero optime opponi μήλα, existimauerim.

9 ἀνέντα] ἀναθέντα ex Suid. annotauit Salmas. verum bene est ἀνέντα. Eadem voce in re eadem vsi Himerius & Diogenes Laert. in lib. VI. segm. 88, vbi Crateti Diogenem persuasisse ait τὴν οὐσίαν μηλόβοτον ἀνεῖναι. & Chrysost. in adhortat. ad viduam iuniorem de eodem Cratete οἶδας — τὸν Κράτητα τὸν μηλόβοτον ἀνέντα τὴν χώραν τὴν αὐτῆ, quae forte restituenda etiam in loco Plutarchi paulo ante citato. Sic & de Claudio eum γυναίοις μηλόβοτον ἀπεῖναι τὴν ἀρχὴν dicitur inf. lib. V, c. 27. Omnino enim differt τὸ ἀφῆκε & τὸ ἀνῆκε, quod Merico Casaub. obseruatum l. c. posterius hoc explicat eleganter de Cratete loquens Gregorius Nazianz. Or. I. contra Iulian: τὰ χωρία αὐτῆ εἶασε γενέσθαι μηλόβοτα, quod nisi fallor habet a Philone in differt. π. βίε θεωρ. vbi de Anaxagora & Democrito: μηλοβότες εἶασαν γενέσθαι τὰς οὐσίας. Ceterum de Anaxagorae pariter ac Cratetis facto huc allegato praeter ceteros autores iam citatos vide & Suidam.

10 ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι] sic Aristoteles Eudem. V, 7. in Anaxagorae aliorumque eius generis Philosophorum omni Philosophia taxat, quod hominum vsus non spectet, ἀχρήστους fere eos operam dedisse dicens, ὅτι ὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητῶσι. Hoc est ἂκ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι.

11 τὸν δὲ Θηβ. Κράτητα] at Crateti idem, quod Anxagorae, tribuunt Autores not. 9. allegati. Nempe vtriusque factum confundere illi videntur.

12 μὴ δεῖν παρ' ἄλλην ἰέναι γυναῖκα] tale quid de Pythag. Iamblichus c. IX. vbi praecipit omnibus σπεύδειν δὲ καὶ τῦτο ὅπως αὐτοί τε μόνον ἐκείνας (τὰς γυναῖκας αὐτῶν) εἰδήσωσιν, αἵτε γυναῖκες μὴ νοθεύσωσι τὸ γένος ὀλιγωρίᾳ καὶ κακίᾳ τῶν συνοικούντων. An forte alterum illud respicitur c. XI? quod περιβόητον dicit Iamblichus: ὡς γυναῖκα μὲν ἀπὸ τῆ συνοικοῦντος ἀνδρὸς ὅσιόν ἐστιν ἀνθήμερον προσίεσθαι τοῖς ἱεροῖς, ἀπὸ δὲ τῆ μὴ προσήκοντος ἀδέ ποτε.

τὸ τῆ

τὸ τῦ Σοφοκλέους[13]. ὁ μὲν γὰρ λυτλῶντα, ἔφη, καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγεῖν, ἐλθὼν[14] εἰς γῆρας. ὁ δ' ὑπ' ἀρετῆς τε καὶ σωφροσύνης, οὐδ' ἐν μειρακίῳ ἡτλήθη τύτε· ἀλλὰ καὶ νέος ὢν, καὶ τὸ σῶμα ἐρρωμένος, ἐκράτει τε καὶ λυτλῶντος ἐδέσποζεν[15]. ἀλλ' ὅμως συκοφαντῦσί τινες ἐπὶ ἀφροδισίοις[16] αὐτὸν, ὡς διαμαρτίᾳ ἐρωτικῇ χρησάμενον, καὶ διὰ τῦτο ἀπενιαυτίσαντα ἐς τὸ Σκυθῶν ἔθνος. ὃς ὅτε ἐφοίτησέ ποτ' ἐς Σκύθας, ὅτε ἐς ἐρωτικὰ πάθη ἀπηνέχθη. ἔκεν δὲ Εὐφράτης[17] ποτὲ ἐσυκοφάντησεν ἐπὶ ἀφροδισίοις τὸν ἄνδρα, καί τοι ψευδῆ γράμματα[18] κατ' αὐτῦ ξυνθεὶς, ὡς ἐν τοῖς πρὸς Εὐφράτην λόγοις δείξομεν[19]. διεφέρετο δὲ πρὸς τὸν Απολλώνιον, ἐπειδὴ πάνθ' ὑπὲρ χρημάτων αὐτὸν πράττοντα ἐπέσκωπτεν ὅτος, καὶ ἀπῆγε τῦ χρηματίζεσθαί τε καὶ τὴν σοφίαν καπηλεύειν[20]. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τὰς αὐτῶν χρόνας ἀναβεβλήσθω μοι.

quam habet illud Sophoclis. Is enim a *furioso atque agresti Domino* se profugisse aiebat, postquam ad senectutem peruenisset. Apollonius autem virtutis & temperantiae ope ne in adolescentia quidem obnoxius ei fuit, sed, iuuenis licet, ac corpore valens, compescuit nihilominus furentemque sibi obnoxium fecit. Vel sic tamen ob Veneris vsum eum calumniantur nonnulli, quasi scilicet, postquam amore esset lapsus, propterea apud Scythas diu moratus fuerit; quem tamen nec ad Scythas venisse constat vnquam, nec amoris affectu abreptum esse. Vnde ne Euphrates quidem vnquam ob Veneris vsum virum calumniatus est, quamuis mendacissimos libellos contra eum composuisset, quemadmodum, vbi ad partem historiae Euphratem spectantem peruentum fuerit, ostendemus. Dissidebat autem ab Apollonio, quoniam hic pecuniae causa omnia facientem ipsum perstrinxerat, a lucri studio ac quaestu philosophia faciendo eum dehortatus. Verum ista ad proprium eis tempus differenda.

Ερομένυ δέ ποτε τὸν Απολλώνιον τῦ Ευξένυ, τί δῆτα ὐ ξυγράφοι, καί τοι γενναίως δοξάζων, καὶ ἀπαγγελίᾳ[1] χρώμενος δοκίμῳ, καὶ ἐγηγερμένῃ; ὅτι, ἔφη, ὅπω ἐσιώπησα. καὶ ἔνθεν δὴ ἀρξάμενος σιωπᾶν, ᾠήθη, δεῖν. καὶ τὴν μὲν φωνὴν κατεῖχεν[2], οἱ δ' ὀφθαλμοὶ, καὶ ὀνῆς, πλεῖσα μὲν ἀνεγίνωσκον, πλεῖσα δὲ ἐς μνήμην ἀνελέγοντο[3]. τότοι μνημονικὸν, ἑκατοντάτης γενόμενος, καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην[4] ἐῤῥώτο, καὶ ὕμνος αὐτῷ τις εἰς τὴν μνημοσύνην ᾄδε-

Cap. XIV.

Cum autem aliquando Apollonium Euxenus interrogasset, cur libros vero non scriberet, qui tamen doctrinam praeclaram animo complecteretur, & dicendi ratione vteretur probata, atque nobili? quoniam, respondit, silentium nondum obseruaui. Atque inde ducto initio, silendum esse, putauit. Et vocem quidem continuit, oculi vero & mens plurima didicere, plurima memoriae mandauere. Memoria nempe etiam centenarius magis quam Simonides valuit & hymnus ab eo est aliquis in memoriam decan-

13 τὸ τῦ Σοφοκλέους] idem de Sophocle narrat Plato polit. I. init. ex quo haec ad verbum sunt desumta, adde Plut. de auarit. & de senect. it. sympos. I. Valer. Max. l. IV. c. 3. & Ciceron. Caton. Maj. c. 14, ex quo λυτλῶντα καὶ ἄγριον δεσπότην verti *Dominum furiosum ac agrestem*. Est quoque de Sophoclis amoribus apud Plutarchum vitis X. Rhetorum, *Isocrate*.

14 ἐλθὼν] Suidas v. Απολλων. & Σοφοκλ. legit ἐλθόντα.

15 λυτλῶντος ἐδέσποζεν] quod maius est quam ἀποφυγεῖν, quod a senectute se habere dixerat Sophocles.

16 συκοφ. τινες ἐ. ἀφροδισίοις αὐτὸν] Alexandri Peloplatonis matrem, feminam egregiae formae, adamasse quidam perhibent. Vid. vit. Sophist. *Alexandro*, ipse tamen αἰδοίων ἐδὲν δεῖσθαι ait inf. l. VI. c. 42.

17 Ευφράτης] de quo multa Philostratus noster, qui prolixus est in eius contra Apollonium machinationibus exponendis. Initium inimicitiarum refert l. V. cap. 29. sq. & cap. 34. Inde vt Aethiopibus Apollonium inuisum reddere conatus fuerit VI. 7 & 13. vt apud Domitianum eum detulerit VIII. 3. quemadmodum & in Apologia Apollonii ad Domitianum l. VIII. c. 4. Adde & Euseb. adu. Hierocl. cap. XXXI. Eorundem Apollonii & Euphratis controuersiarum mentio in vitis Sophist. l. I. in *Dione*. Non male tamen de hoc Euphrate sentiunt Plinius l. I. ep. 10. Epictetus ap. Arrian. l. III. c. 15. & l. IV. c. 8. Eunapius de vitis Sophist. prooem. p. 7. de eius exitu vid. Dio l. LXIX. p. 791.

18 ψευδῆ γράμματα] cl. Tillemontius in iis, quae de Apollonio commentatus est, ex hisce, nescio quae, scripta ab Euphrate contra Apollonium edita sibi finxit. Nihil aliud mihi videtur intelligendum quam criminationes Euphratis, quas apud Domitianum Apollonio obiecit, de quibus infra ll. cc.

19 ὡς ἐν τοῖς πρὸς ἐυφράτην λόγοις δείξομεν] hic quoque Tillemontius sibi persuadet peculiarem a Philostrato apologiam pro Apollonio contra Euphratem promitti. Fraudi ipsi fuit versio Rhinuccini & Morelli, *vt a nobis apertius ostendetur in his, quae de Euphrate fumus scripturi*. Certum est aliud nihil, quam historiam rerum inter Euphratem & Apollonium gestarum, quae hac vita continetur, respici, maxime vero l. VIII. c. 4. expositа, vbi accusationes Euphratis scripto comprehensae apologia Apollonii ex instituto confutantur.

20 ἀπῆγε τῦ χρηματίζεσθαί τε καὶ τὴν σοφίαν καπηλεύειν] Prolixa eam in rem ad Euphratem παραίνεσις infra est l. V. c. 34. sq. Phrasi: σοφίαν κακηλεύειν gemina Apostolica 2 Cor. II, 17. καπηλεύοντες τὸν λόγον.

CAP. XIV. 1 ἀπαγγελίᾳ] quid ἀπαγγελία sit, vid. supra ad cap. 3. not. 3. de Apollonii vero in dicendo virtute c. 6. not. 3.

2 φωνὴν κατεῖχε] Suid. v. ἀνελέγ. Απολλων. & Σιμωνίδ. φωνὴν σιωπῇ κατεῖχε.

3 πλεῖσα δὲ εἰς μνήμην ἀνελ.] nempe ad memoriam exercendam & colligendum praestantissimarum scientiarum apparatum ex Pythagorae intentione, spectabat inter alia haec ἐχεμυθία. vid. obseruata Io. Schaeffero de Philos. Ital. p. 111. Ceterum cur h. l in Apollonio tantopere *memoria* laudetur, patebit quoque ex iis, quae habentur l. II. c. 30. & notatis ibi: adde supra c. 11.

4 ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην] Simonidae plures, de quibus multa post Suidam, Gyraldus, Vossius, alii: addi tamen nonnulla possent iis praetermissa, si id nunc ageremus. Ille, de quo hoc loco, Ceus est, Leoprepis filius. de memoriae eius felicitate, & inuenta ab eo arte mnemoneutica videndi Plin. H. N. VI, 19. Val. Max. VIII. 7. Chron. Marm. Oxon. Ep. 55. Suidas in Σιμωνίδ. Tzetz. Chil. I, 24. Virorum doctorum circa eum errores quosdam castigauit nuperrime Vir summus Ez. Spanhem. in restituto immortali de P. & V. Num. opere Diss. II. p. 84.

tatus,

tatus, in quo omnia tempore marceſcere, ſcribit: ipſum vero tempus vt nec ſeneſcat, nec corrumpatur a memoria habere. Neque tamen venuſtate in conuerſatione carebat, eo quo ſilentium tenuit tempore; ſed ad ea quae dicebantur & oculi ſignum reddebant, & manus, & capitis nutus. Neque minus iucundus, vel moroſus, viſus eſt: nam mores humanos placidoſque retinuit. Hanc difficillimam ſibi fuiſſe dixit viuendi rationem, quam totis quinque exercuit annis. Multa enim habentem quae diceret, non dixiſſe: multa, quae iracundiam mouerent, audientem, non audiſſe: multos vt increparet impetu quodam latum, ſibi ipſi,

Suſtine cor & lingua,

dixiſſe, verbiſque offenſum, increpationes tunc omiſſiſſe.

Cap. XV. Moratus eſt autem hoc ſilentii tempore partim in Pamphylia, partim in Cilicia: cumque per gentes tam molles iter faceret, nunquam tamen locutus eſt, neque vt vel mutiret adduci potuit. Si quando in ciuitatem ſeditioſam incidiſſet, (multae autem diſſidebant, ſpectaculorum nihil laudabile habentium gratia) in medium prodiens, ſeque palam oſtendens, atque reprehenſionem, quam parabat, aliquo modo ipſa manu vultuque prae ſe ferens, omnem confuſionem amouit, ita vt omnes ſicut in myſteriis ſilentium tenerent. Sed mimorum aut equorum cauſa ad ſeditionem proruentes continere, non adeo magnum. Nam qui ob huiuſmodi res tumultuantur, vbi virum grauem conſpexerint erubeſcunt, ipſique ſeipſos condemnant, & ad ſanam mentem facile redeunt. Fame vero oppreſſam ciuitatem flexili & ad perſuadendum compoſita oratione ad aliam ſententiam traducere & ab ira reuocare, in procliui haut eſt. Attamen Apollonio aduerſus ita diſpoſitos quoque

τὸ, ἐν ᾧ πάντα μὲν ὑπὸ τῦ χρόνυ μαραίνεσθαί φησιν, αὐτόν γε μὴν τὸν χρόνον ἀγήρω τε καὶ ἀθάνατον παρὰ τῆς μνημοσύνης [5] εἶναι. ὁ μὴν ἄχαρις τά γε ἐς ξυνουσίας ἦν παρ' ὃν ἐσιώπα χρόνον. ἀλλὰ πρὸς τὰ λεγόμενα καὶ οἱ ὀφθαλμοί τι ἐπεσήμαινον, καὶ ἡ χεὶρ, καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς νεῦμα. ὁδὲ ἀμειδὴς, ἢ σκυθρωπὸς ἐφαίνετο· τὸ γὰρ φιλαίτερόν τε καὶ τὸ εὐμενὲς ἀφεῖτο. τῦτον ἐπιπονώτατον αὐτῷ, φησι, γενέσθαι τὸν βίον [6], ὅλων πέντε ἐτῶν ἀσκηθέντα. Πολλὰ μὲν γὰρ [7] εἰπεῖν ἔχοντα μὴ εἰπεῖν· πολλὰ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀκέσαντα [8] μὴ ἀκέσαι· πολλοῖς δὲ ἐπιπλῆξαι προαχθέντα,

τέτλαθι [9] δὴ κραδίη τε καὶ γλῶτα,

πρὸς ἑαυτὸν φάναι· λόγων τε προσκρεσάντων αὐτῷ, παρεῖναι τὰς ἐλέγξεις τότε.

Διέτριψε δὲ [1] τὰς τῆς σιωπῆς χρόνυς, τὸ μὲν ἐν Παμφύλοις, τὸ δὲ [2] ἐν Κιλικίᾳ· Καὶ βαδίζων δι' ἔτω τρυφώντων ἐθνῶν, ὁδαμῦ ἐφθέγξατο, ὁδ' ὑπήχθη [3] γρύξαι. ὁπότε μὴν ϛασιαζόση πόλει ἐντύχοι, πολλαὶ δὲ ἐϛασίαζον ὑπὲρ θεαμάτων ὁ σπουδαίων [4], παρελθὼν ἂν, καὶ δείξας ἑαυτὸν, καί τι καὶ μελλόσης ἐπιπλήξεως τῇ χειρὶ καὶ τῷ προσώπῳ ἐνδειξάμενος, ἐξήρητ' ἂν αταξία πᾶσα, καὶ ὥσπερ ἐν μυϛηρίοις ἐσιώπων [5]. καὶ τὸ μὲν τὰς ὀρχηϛῶν τε καὶ ἵππων ἕνεκα ϛασιάζειν ὠρμηκότας ἀνασχεῖν, ἔπω μέγα· οἱ γὰρ ὑπὲρ τοιύτων ἀτακτῦντες, ἂν πρὸς ἄνδρα ἴδωσιν ἐρυθριῶσί τε καὶ αὐτῶν ἐπιλαμβάνονται [6], καὶ ῥᾷϛα δὴ ἐς νῆν ἥκυσι. λιμῷ δὲ πεπιεσμένην πόλιν, ὁ ῥᾴδιον εὐηνίῳ καὶ πιθανῷ λόγῳ μεταδιδάξαι, καὶ ὀργῆς παῦσαι. ἀλλ' Απολλωνίῳ [7] καὶ ἡ σιωπὴ πρὸς τὰς ἔτω

---

5 παρὰ τῆς μνημοσύνης] Suid. in Ανελεγ. & Απολλώνιος habet ὑπὸ τῆς μνημοσύνης, quod & ſequitur codex Vaticanus prior. Idem tamen Suid. in Σιμωνίδης legit περὶ, quod ex παρὰ corruptum eſſe manifeſtum eſt, vnde & nuperrima Suidae editio παρὰ exhibet. Cl. Kuſtero magis probatur ὑπὸ.

6 τῦτον ἐπιπονώτατον αὐτῷ, φησι, γενέσθαι τὸν βίον] ſic & Iambl. de vit. Pythag. c. 17. p. 77. χαλεπώτεροι τῶν ἄλλων ἐγκρατευμάτων τῦτο, τὸ γλώσϛης κρατεῖν ait, quod & repetit c. 31. Et Gellius de Pythagoraeis: *Ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, admittebantur. I, 9.*

7 πολλὰ μὲν γὰρ] γὰρ, omiſſum in editionibus prioribus, ex codicibus noſtris reſtituimus.

8 πολλὰ δὲ πρὸς ὀργὴν ἀκέσ.] eadem φράσις ſupra eſt c. 12. vid. ibi not. 10. egregium vero hoc *ſilentium* ad patientiam exercitium. Vid. Schaeffer l. c. p. 112.

9 τέτλαθι &c.] verſus Homerici initium ex Odyſſ. γ' v. 18.

CAP. XV. 1 διέτριψε δὲ] ita rectius Vatic. prior pro τε quod erat in editis.

2 τὸ μὲν ἐν Παμφύλοις, τὸ δὲ] editi τὰς μὲν ἐν Παμφύλοις τὸν δὲ, meliorem lectionem Vrbin. & Vaticano pr. debemus.

3 ὑπήχθη γρύξαι] ita ſupra c. 2. n. 5. ἅπω ὑπήχθησαν τῇ τέχνῃ. & ὑπήχθη ἐς δάκρυα l. III. c. 32.

4 θεαμάτων ὁ σπουδαίων] *ſpectacula* Scenae & Circi intelligi patet ex ſequentibus, quorum foeditatem a Chriſtianis iſtius aetatis, vt paſſim ex Apologeticis eorum ſcriptis liquet, patefactam, gentiles quoque agnoſcere incipiebant.

5 ὥσπερ ἐν μυϛηρίοις ἐσιώπων] nempe in Sacris Cereris πολλὴ ἔκπληξις τῶν μυεμένων, vt loquuntur Themiſtius in fragm. ap. Stob. Serm. 119. Ariſtides in Eleuſinia, & Proclus in Platonis Theol. III, 19, quae *admiratio eſt* cum *ſtupore* & *ſilentio*. Macrob. l. I. Saturnal. *Cum feciſſet loquendi finem, omnes in eum affixis vultibus admirationem ſtupore prodebant.* Silent igitur hic quoque ſeditioſi τῇ τῦ Απολλωνίυ ἐκπλήξει, vt in Eleuſiniis initiandi. Vt enim illi variis inſuetis ſpectaculis ἐξεπλήττοντο, ita hi ſolo Apollonii obtutu. Nempe eſt ἔκπληξις vt Clem. Al. Strom. II habet, φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους, ἢ ἐπ' ἀπροσδοκήτῳ φαντασίᾳ. Vt itaque illi μυϛικοῖς θεάμασι, ſic iſti Apollonii aſpectu ἐκπληττόμενοι & ad reuerentiam adacti ſilebant. Eadem phraſis inf. l. III. c. 26. Sic & paulo poſt Aſpendios nutu Apollonii attonitos fuiſſe, ὑπ' ἐκπλήξεως τῆς πρὸς αὐτὸν narratur.

6 ἐπιλαμβάνονται] videri de vſu huius verbi eo ſenſu poteſt Budaeus: vbi exempla ex Platone & Xenophonte. Adde Suidam: ἐπιλαμβάνεσθαι. γενικῶ. μίμφεσθαι. Idem ſimplicis vſus: ſic enim apud noſtrum inf. c. 21. λαβόμενος ἑαυτῦ eſt, qui ſeipſum reprehendit. αὐτῶν vero h. l. poſitum pro αὐτῶν, vt ſaepe fieri amat, exiſtimaui.

7 Απολλωνίῳ] Απολλωνίᾳ, codex Vaticanus vterque, quod elegans certe, ferri tamen etiam poteſt Απολλωνίῳ.

διακειμένες ἦρκει. ἀφίκετο μὲν γὰρ ἐς Ασπενδον τὴν Παμφύλων· πρὸς Ευρυμέδοντι δὲ οἰκεῖται πολα-μῷ ἡ πόλις αὕτη, τρίτη τῶν ἐκεῖ[8]. ὄροβοι δ' ὤνιοι καὶ τὰ ἐς βρῶσιν ἀναγκαῖα [9] διέβοσκεν αὐτές. τὸν γὰρ σῖτον οἱ δυνατοὶ ξυγκλείσαντες εἶχον, ἵν' ἐκ-καπηλευθείη τῆς χώρας. ἀνηρέθιζο δὴ ἐπὶ τὸν ἄρ-χοντα[10] ἡλικία πᾶσα, καὶ πυρὸς ἐπ' αὐτὸν ἤπτοντο, καί τοι προσκείμενον τοῖς βασιλείοις ἀνδριάσιν[11], εἰ καὶ τῷ Διὸς τῷ ἐν Ολυμπίᾳ φοβερώτεροι τότε καὶ ἀσυλότεροι ἦσαν. Τιβερίῳ γε ὄντες, ἐφ' ᾧ λέγεταί τις ἀσεβῆσαι δόξαι[12], τυπτήσας τὸν ἑαυτῷ δῶλον φέροντα δραχμὴν ἀργυρᾶν νενομισμένην ἐς Τιβέριον. προσελθὼν ἓν τῷ ἄρχοντι, ἤρετο αὐτὸν τῇ χειρὶ, ὅ, τι εἴη τοῦτο; τοῦδε, ἀδικεῖν μὲν ἐδόκει, φήσαντος, ἀδι-κεῖσθαι δὲ μετὰ τοῦ δήμου, λόγου δ' εἰ μὴ τύχοι ξυν-απολεῖσθαι τῷ δήμῳ· μετεσράφη τε εἰς τὸς περιεσ-τώτας ὁ Απολλώνιος, καὶ ἔνευσεν ὡς χρὴ ἀκοῦσαι. οἱ δὲ ἃ μόνον ἐσιώπησαν ὑπ' ἐκπλήξεως[13] τῆς πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ πῦρ ἔθεντο ἐπὶ τῶν βωμῶν[14] τῶν αὐτόθι. ἀναθαῤῥήσας δὲ ὁ ἄρχων, ὁ δεῖνα, ἔφη, καὶ ὁ δεῖνα, πλείους εἰπὼν, τοῦ λιμοῦ τοῦ καθεστη-κότος αἴτιοι. τὸν γὰρ σῖτον ἀπολαβόντες φυλάτ-τουσι, κατ' ἄλλο ἄλλος τῆς χώρας. διακελευομέ-νων δὲ τῶν Ασπενδίων ἀλλήλοις ἐπὶ τὸς ἀγροὺς φοι-τᾶν, ἀνένευεν ὁ Απολλώνιος μὴ πράτειν τοῦτο, με-τακαλεῖν δὲ μᾶλλον τὸς ἐν τῇ αἰτίᾳ, καὶ παρ' ἐκόν-των εὑρέσθαι τὸν σῖτον. ἀφικομένων δὲ, μικρῷ[15] μὲν ἐδέησε καὶ φωνὴν ἐπ' αὐτὸς ῥῆξαι, παθόντι πρὸς τῶν πολλῶν δάκρυα· καὶ γὰρ παιδία ξυνέρ-

silentium ſuffecit ſuum. Aſpendum enim Pamphyliae peruenit: Ad Eurymedontem autem fluuium incolitur vrbs illa, tertium inter ibi ſitas locum obtinens. Etua venalia vero, & ea, quibus non niſi neceſſitate iubente veſcimur, paſcebant Aſpendios. Frumentum enim opulentiores reconditum tenebant, vt exteris carius venderetur. Concitabatur igitur omnis aetatis multitudo aduerſus Praeſidem Prouinciae, rogumque ei parabat, quamuis ad Imperatorum ſtatuas procumberet, quarum maior eo tempore quam Iouis Olympii reuerentia atque religio. Tiberii nempe erant, quo imperante maieſtatis reus viſus eſſe nonnemo dicitur, quod ſeruum ſuum, gerentem argenteum Tiberii nummum, verberaſſet. Accedens igitur ad Praeſidem Apollonius, quidnam hoc rei eſſet? geſtu eſt ſciſcitatus. Cumque is iniuſte factum a ſe nihil reſponderet, ſe vero eandem cum populo pati iniuriam, pereundumque ſibi aeque ac plebi eſſe, niſi loquendi copia fiat; conuerſus ad circumfuſam multitudinem Apollonius, nutu ipſi, audiendum eſſe, ſignificauit. Illi autem reuerentia eius, non modo ſilentium tenuere, verum etiam ignem aris ibi poſitis intulerunt. Seipſum igitur colligens Praeſes, iſte, inquit, & ille, plures nomine appellans, praeſentis famis cauſa fuere. Frumentum enim colligentes alius alia prouinciae parte recondunt. Cum igitur Aſpendii ſe mutuo, vt rura inuaderent, hortarentur; nutu eos Apollonius ne id facerent, ſed potius eos, qui in culpa erant, citarent, & bona ipſorum voluntate frumentum ab iis acciperent, monuit. Eis autem venientibus parum abfuit, quo minus voci fraena in gratiam eorum laxaret, tantae multitudinis lachrymis motus. Nempe & infantes confluxe-

8 τρίτη τῶν ἐκεῖ] nempe dignitate, nam Pamphyliae prima Perga, quae metropolis audit in nummo Graeco Hadriani. Secunda Side, quae *ſplendidiſſimae illuſtris* & *Neocori* nomine ornatur in nummo Gallieni. Frequens in conciliorum ſubſcriptionibus iſta dignitatis vrbium notatio, de qua pluribus etiam diſſeruit nuper illuſtris Spanhemius in operis de P. & V. Numiſm. reſtituti diſſert. V, vbi Magneſiorum nummum cum titulo ἐσδόμης obſeruat p. 652. Ab eo ordine Epiſcoporum dignitas & προκαθεδρία, vt viris doctis notatum. In τάξει προκαθεδρίας Epiſcoporum, quam corruptam Carolus a S. Paulo, meliore fide ex membranis Bodleianis edidit Beueregius, *Aſpendus* in Prouincia Pamphyliae non τρίτη eſt ſed δευτέρα, tertium locum Ettenis occupantibus. Sed illa τάξις videtur conuenire aeuo ſequiori, quo, diuiſa Pamphylia, Side metropolis Pamphyliae ſecundae facta eſt, quae dignitas eius in notitiis eccleſiaſticis legitur.

9 τὰ ἐς βρῶσιν ἀναγκαῖα] non accipio de *neceſſariis ad victum*, ſed eis, quibus *neceſſitate compulſus vitam ſuſtineas*, quod patet ex contextu. Nempe non conſtruendum τὰ ἀναγκαῖα ἐς βρῶσιν. Verum τὰ ἐς βρῶσιν h.e. *eſculenta*, ἀναγκαῖα, quibus neceſſitate tantum compulſi vtimur. Hinc ἀναγκαῖα τράπεζα in paroemia eſt, *menſa paupercula*, qua ea tantum apponuntur, quibus non veſcuntur niſi fame & paupertate compulſi: id eſt, τὰ ἐς βρῶσιν ἀναγκαῖα.

10 ἐπὶ τὸν ἄρχοντα] male rurſus *ad Principem* vertunt Interpretes priores. Pamphylia iſta aetate prouincia Romana fuit, & Praetoria quidem, ſub Adriani enim Imperio demum illa cum Bithynia permutata & populi prouincia facta fuit, h. e. proconſularis, vt eſt apud Dion. l. LXIX. p. 714. per ἄρχοντα itaque h. l. Praeſes vel Caeſaris legatus erit intelligendus, qui quis eo tempore fuerit, ex monimentis veteribus non conſtat, nec illa aliquid de iſto tumultu habent.

11 τοῖς βασιλ. ἀνδριάσιν] non ſeruis enim tantum ad ſtatuam licet confugere, vt eſt apud Senec. de Clement. l. 1, ſed & ingenuis; quod dudum oſtendit & exemplis probauit doctiſſ. Lipſius in Excurſ ad Taciti l. III. Annal. p. 518.

12 ἀσεβῆσαι δόξαι] huc pertinent quae Tacitus ad Tiberii Principatum narrat Annal. III, 36. *Incedebat deterrimo cuique licentia impune probra & inuidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Caeſaris: libertique etiam ac ſerui Patrono vel Domino, cum voces, cum manus intentarent, vltro metuebantur.* Gemina, vel ſaltem non multum diuerſa, Suetonius habet vita Tiber. c. 58. *paulatim hoc genus calumniae eo proceſſit, vt haec quoque capitalia eſſent: circa Auguſti ſimulacrum ſeruum cecidiſſe: veſtimenta mutaſſe: nummo vel annulo effigiem impreſſam latrinae aut lupanari intuliſſe.* Taceo Senecae loca, & aliorum Principum ſeueritatem in eos, qui parum reuerenter imagines eorum habuiſſent. Vide notata Viro ſummo Ez. Spanhemio de & P. & V. Numiſm. Diſſ. I. p. 10.

13 ἐσιώπησαν ὑπ' ἐκπλήξεως] vid. paulo ante n. 5. nempe idem ibi σιαπᾶν ὥσπερ οὐ μυσηρίοις, quod hic σιαπᾶν ὑπ' ἐκλήξεως.

14 πῦρ ἔθεντο ἐπὶ τῶν βωμῶν] ſignificantes, ni fallor, vt Deum ſe reuereri Apollonium, & ſacrificia ei parare. Vbique enim hoc agit Philoſtratus, vt firmet opinionem de Apollonii diuinitate.

15 μικρῷ] ita reſcripſi pro μικρὸν, quod in prioribus editionibus erat, ex codd. Vaticano priore & Vrbin.

rant

rant & mulieres : & ſenes miſere, vt quibus fame mox eſſet pereundum. Veruntamen ſilentii diſciplinam reueritus, in tabulis obiurgationem ſcripſit, quas praelegendas Praeſidi tradidit. Obiurgatio vero ita habebat: *Apollonius frumenti cauponibus Aſpendiis. Terra omnium mater eſt, iuſta eſt enim. Vos autem iniuſti cum ſitis, veſtri duntaxat matrem eam feciſtis, & niſi ab incoepto deſtiteritis, in eadem permanere non ſinam.* Hiſce perterriti forum frumento compleuerunt, & recreatam ſe ciuitas ſenſit.

ρυήκει, καὶ γύναια· καὶ ὠλοφύροντο οἱ γεγηρακότες, ὡς αὐτίκα δὴ ἀποθανούμενοι λιμῷ. τιμῶν δὲ τὸ τῆς σιωπῆς δόγμα, γράφει ἐς γραμματεῖον ἐπίπληξιν, καὶ δίδωσιν ἀναγνῶναι τῷ ἄρχοντι. ἡ δὲ ἐπίπληξις ὧδε εἶχεν· "Απολλώνιος σιτοκαπήλοις "Ασπενδίων. ἡ γῆ πάντων μήτηρ[16], δικαία γάρ. "ὑμεῖς δὲ ἄδικοι ὄντες, πεποίησθε αὐτῶν[17] αὐτὴν μό- "νων μητέρα. καὶ εἰ μὴ πάυσεσθε, ἐκ ἐάσω ὑμᾶς "ἐπ' αὐτῆς ἐσάναι." Ταῦτα δείσαντες ἐνέπλησαν τὴν ἀγορὰν σίτου, καὶ ἀνεβίω ἡ πόλις.

Cap. XVI. Frequentauit etiam Antiochiam magnam, cum iam ſilentio finem feciſſet : & Apollinis Daphnaei templum intrauit, ad quem Arcadicam fabulam Aſſyrii referunt. Daphnen enim Ladonis filiam illic formam mutaſſe dicunt, fluitque apud ipſos fluuius Ladon, & Laurus arbor in honore eſt, haec ipſa nempe in quam virgo mutata fuit. Cupreſſi quoque immenſae proceritatis templum circulo ambiunt, & fontes aquis vberes placidoſque regio profert, quibus Apollinem lauari perhibent. Hic & cupreſſi germen terra edidit, propter Cyparisſum, vt aiunt, Aſſyrium iuuenem, fidemque facit transformationi arboris pulcritudo. Sed forte puerile dicendi genus ſequi videor, qui fabulas de iſtiuſmodi rebus narrem. At non fabularum ſtudio iſta ego. Quid igitur mihi ea vult narratio ? Apollonius templum quidem venuſtum eſſe, nulla vero in eo litterarum ſtudia, ſed homines ſemibarbaros muſiſque inuiſos cernens, *Apollo*, inquit, *transforma mutos iſtos in arbores, vt ſaltem perinde ac cupreſſi iſtae ſonum edant.* Fontes vero conſiderans vt quietem agerent vtque nullus eorum redderet ſtrepitum; *ſtupor*

Ἐπεφοίτησε καὶ Αντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ[1], πεπαυμένος τῆς σιωπῆς· καὶ παρῆλθεν ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Δαφναίας Απόλλωνος[2], ᾧ περιάπτουσιν Ασσύριοι[3] τὸν μῦθον τὸν Αρκάδα[4]. τὴν γὰρ τῆς Λάδωνος Δάφνην[5] ἐκεῖ μεταφῦναί λέγουσι, καὶ ποταμὸς αὐτοῖς ῥεῖ Λάδων[6], καὶ φυτὸν τιμᾶται παρ' αὐτοῖς Δάφνης, τοῦτο δὴ τὸ ἀντὶ τῆς παρθένου. κυπαρίττων τε ὕψη ἀμήχανα[7] περιέσηκε κύκλῳ τὸ ἱερὸν, καὶ πηγὰς ἐκδίδωσιν ὁ χῶρος ἀφθόνους τε καὶ ἠρεμούσας, αἷς τὸν Απόλλω, φασὶ, ῥαίνεσθαι. ἐνταῦθα κυπαρίττου τε ἔρνος[8] ἡ γῆ ἀναδέδωκεν, ἐπὶ Κυπαρίττῳ[9], φασὶν, ἐφήβῳ Ασσυρίῳ· καὶ πιστοῦται τὴν μεταβολὴν ἡ ὥρα τοῦ φυτοῦ. καὶ ἴσως νεανικώτερον ἅπτεσθαι δοκῶ τοῦ λόγου, διαμυθολογῶν τὰ τοιαῦτα. ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ μυθολογίας ταῦτα. τί δέ μοι ὁ λόγος βούλεται; ὁ Απολλώνιος ἰδὼν τὸ ἱερὸν χαίρειν μὲν, σπουδὴν δὲ ἐν αὐτῷ ἀδημίαν, ἀλλ' ἀνθρώπους ἡμιβαρβάρους καὶ ἀμούσους, Απέλλον, ἔφη, μετάβαλε τοὺς ἀφώνους εἰς δένδρα, ἵνα κἂν ὡς κυπάριττοι ἠχῶσι. τὰς δὲ πηγὰς ἐπισκεψάμενος ὡς γαλήνην ἄγουσι, καὶ κελαρύζει σφῶν ἀδημία, ἡ ἀφωνία,

16 ἡ γῆ πάντων μήτηρ] ſic Liuius l. I. p. 20. de terra, quod ea *communis mater omnium mortalium ſit.* Et Plinius H. N. II, 63. de eadem : *cognomen indidimus maternae generationis :* adde Eccleſiaſtic. XL, 1. 2.

17 αὐτῶν] editiones priores ἀυτῶν, quod pro ἑαυτῶν vſurpari Grammatici quidam volunt, niſi tamen frequentior error ſcribarum in ſpiritu ipſis hunc vſum perſuaſerit. Vrbin. & Vaticanus prior ὑμῶν. Vera lectio haut dubie αὐτῶν. Nempe ἑαυτοὺς & αὐτοὺς pro σεαυτοὺς apud Αττικίζοντας non rarum. Iſocr. ad Demon. καὶ γὰρ ἂν τὰς ἄλλας λάθῃς αὐτῷ γε συνειδήσεις.

CAP. XVI. 1 Αντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ] Metropoles μεγάλας appellabant. Sic hanc ipſam Antiochiam μεγάλην vocat Autor Chronici Alexandrini p. 448. Alexandriam ita cognominat Malela p. 278. In nummis antiquis μητρόπολις, ἱερόσυλος καὶ αὐτονόμος dicitur, qui tituli etiam in edicto Caeſaris apud Malelam p. 277. Antiochiae tribuuntur, vbi & ἄρχουσα καὶ προκαθημένη τῆς ἀνατολῆς dicitur. Adeo vero *magna* erat Antiochia, h. e. tot ciuitatum Metropolis, vt Hadriano Imperatori, teſte Spartiano in vita eius p. 7, inuidiam mouerit. *Antiochenſes enim ita odio habuit, vt Syriam a Phoenice ſeparare voluerit, ne tot ciuitatum Metropolis Antiochia diceretur.*

2 Δαφναίας Απόλλωνος] ita dicti a Daphne Antiochiae ſuburbio ad Solis exortum, vbi fana Apollinis & Dianae cum aſylo, auctore Strab. l. XVI. p. 749. Hinc *Daphnitica porta* ap. Hieron. de Script. eccl. in Ignatii elogio. Ipſaque Antiochia inde denominata in quibuſdam nummis, in quibus legimus ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΝ.

3 Ασσύριοι] proprie loquendo ad Syriam ſpectat Antiochia, quae iuxta Strabonem, Heſychium, & alios, a Phoenicia ad Euphratem vſque, aut certe Tigrin, protendebatur, poſt quem Aſſyriam, poſtea Adiabenen dictam, ponebant. Verum ſequitur Philoſtratus eos, qui Syros Aſſyrioſque pro iiſdem habentes, promiſcue iſta nomina vſurpabant, quod multos feciſſe oſtendit Bochartus in Phaleg. l. II. c. 3.

4 μῦθον τὸν Αρκάδα] h. e. quae in Arcadia contigiſſe crederetur. Daphne nempe, vt paulo poſt noſter, Ladonis filia, qui Arcadiae fluuius.

5 τῆς Λάδωνος Δάφνην] ſic & alii mythographi. *Penëiam* tamen dicit Ouid. Metamorph. I. *Amyclae* filiam Parthenius Nicaeenſ. in Erotic. c. XV.

6 ποταμὸς αὐτοῖς ῥεῖ Λάδων] Ladon, vt modo diximus, Arcadiae fluuius, cuius nomen ad fontium aliquem, qui in Daphnaeo ſcaturiebant magna copia, vt autor eſt Sozom. l. V. c. 18. & Philoſtratus paulo poſt, Antiochenos tranſtuliſſe, ex Philoſtrato diſcimus. Sic & *Caſtalium* fontem hic celebratum eſſe Sozomenus docet.

7 κυπαρίττων τε ὕψη ἀμήχανα] tanta huius luci pulcritudo, vt Chriſtiani quoque Imperatores Arcadius, Honorius & Theodoſius inuiolabilem eam legibus eſſe ſanxerint. v. cod. l. II. tit. 77. *De Cupreſſ. ex luco Daphnenſi, vel Perſeis per Aegyptum non exſcindendis.*

8 κυπαρίττου τε ἔρνος] ſic omnes codd. noſtri. Perperam editi τε habebant pro τι.

9 Κυπαρίττῳ] vid. eius fabulam ap. Ouid. Metam. X. v. 105.

εἶπεν, ἡ ἐνταῦθα ᾠδὴ ταῖς πηγαῖς ξυγχωρεῖ φθέγγεσθαι. πρὸς δὲ τὸν Λάδωνα ἰδὼν, ἀχ ἡ Θυγάτηρ, ἔφη, σοὶ μόνῃ μετέβαλεν, ἀλλὰ καὶ σὺ, τῷ δόξαι, βάρβαρος ἐξ Ἕλληνός τε καὶ Ἀρκάδος. ἐπεὶ δὲ ἔγνω διαλέγεσθαι, τὰ μὲν ὁμιλέμενα[10] τῶν χωρίων καὶ ἀτακτῆντα παρῃτεῖτο, φήσας, οὐκ ἀνθρώπων ἑαυτῷ δεῖν, ἀλλὰ ἀνδρῶν[11]. τὰ δὲ σεμνότερα ἐσεφοίτα, καὶ ἔνθα τῶν ἱερῶν τὰ μὴ κλῄσιμα[12]. ἡλίκ μὲν δὴ ἀνίσχοντος ἐφ' ἑαυτῇ τινα ἔπρατ[13]εν, ἀμόνοις ἐποίει δῆλα, τοῖς ἐτῶν τετ[14]άρων σιωπᾶν γεγυμνασμένοις. τὸν δὲ μεταταῦτα καιρὸν, εἰ μὲν Ἑλλὰς ἡ πόλις εἴη καὶ τὰ ἱερὰ γνώρμα, συγκαλῶν ἂν τοὺς ἱερέας ἐφιλοσόφει περὶ τῶν θεῶν[15], καὶ διωρθοῦτο αὐτούς, εἴ πῃ τῶν νομιζομένων ἐξαλλάττοιεν. εἰ δὲ βάρβαρά τε καὶ ἰδιότροπα εἴη, διεμάνθανε τοὺς ἱδρυσαμένους αὐτὰ, καὶ ἐφ' ὅτῳ ἱδρύθη· πυθόμενός τε ὅπῃ θεραπεύεται ταῦτα, καὶ ὑποθέμενος εἴ τι σοφώτερον τῶν δρωμένων ἐνθυμηθείη. μετὰ ταῦτα[16] μετῄει ἐπὶ τοὺς ὁμιλητὰς, καὶ ἐκέλευεν ἐρωτᾶν, ὰ βούλονται. ἔφασκε γὰρ, χρῆναι τοὺς ἅτω φιλοσοφοῦντας ἠοῦς μὲν ἀρχομένης ξυνεῖναι θεοῖς· προϊούσης δὲ, περὶ θεῶν, τὸν δὲ μεταταῦτα καιρὸν, ἀνθρωπείων πέρι τοὺς ξυνουσίας ποιεῖσθαι. ἐπὼν δ' ἂν πρὸς τοὺς ἑταίρους ὁπόσα ἠρώτων, καὶ ἱκανῶς τῆς τοιαύτης ξυνουσίας ἔχων, ἐπὶ τὴν διάλεξιν ἀνίστατο λοιπὸν τὴν ἐς πάντας, ἀπρὸ μεσημβρίας, ἀλλ' ὁπότε μάλιστα ἡ ἡμέρα[17] ἐσήκοι. καὶ διαλεχθεὶς ἂν ὡς ἀπαρκεῖν ᾤετο, ἠλείφετό τε, καὶ τριψάμενος ἴει ἑαυτὸν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν[18], γῆρας ἀνθρώπων καλῶν τὰ βαλανεῖα[19]. τῆς γῆν Ἀντιοχείας ἀποκλεισθείσης ἐς αὐτὰ[20] ἐπὶ μεγάλοις ἁμαρτήμασιν, ἔδωκεν ὑμῖν, ἔφη,

aiebat, *qui hic regnat, ne fontes quidem strepere patitur.* Ladonem porro aspiciens, *non sola*, inquit, *filia tibi in aliam formam conuersa est, verum & tute ipse, vti videtur, quie Graeco & Arcade Barbarus sis factus.* Postquam autem disputare statuit, loca, in quae populi fieret concursus, & in quibus promiscue viueretur, euitauit, non hominibus, sed viris opus sibi esse, inquiens: frequentauit vero loca magis honesta, & templa incolebat ea, quae non clauderentur. Sole quidem oriente a turba semotus nonnulla patrabat, quae solis aperiebat eis qui quadriennio silentium exercuissent. Inde vero si Graeca esset ciuitas, & cognita sacra, conuocatis templorum sacerdotibus de Diis philosophabatur, eosque corrigebat, si qua a iure Pontificio recederent. Si autem barbara illa essent, & diuersi ritus; de illis sciscitabatur, qui eos constituissent, & quare constituissent: interrogans pariter qua ratione cultus iste peragatur, &, si quid conuenientius illis quae patrabantur in mentem veniret, subiiciens. Discipulos deinde suos obibat, & si quid vellent, iubebat interrogare. Aiebat enim, oportere eos qui suum philosophandi modum sequantur aurora primum exoriente cum Diis versari: procedente autem die de Diis, & proximo inde tempore de humanis rebus colloquia instituere. Vbi vero familiaribus ad omnia respondisset, quae illi interrogassent, atque affatim istiusmodi conuersationi indulsisset, inde ad publicas disceptationes pergebat: non tamen ante meridiem, sed ipso meridiani temporis puncto. Denique vbi, quantum satis esse putaret, disputasset, vngebatur, & perfricatus, aquae frigidae se immittebat, senectam hominum balnea calida appellans. Cum Antiochenis igitur propter maxima crimina balnea interdicerentur; vobis, aiebat,

10 ὁμιλέμενα τῶν χωρίων] priores editones habebant ἀμελέμενα, vnde vt solet vara vibiam trahere, χωρίων quoque in τρόπων commutare visum Morello, sensu plane inepto & perturbato. Nostri codices omnes habent ὁμιλέμενα τῶν χωρίων, istamque lectionem Scholiastes Acciaioli quoque obseruauit: h. e. ad verbum: *locorum ea quae sunt magis frequentata*, quod notissimo idiotismo idem est ac ὁμιλέμενα χωρία. Nempe ὅμιλος, ἄθροισμα, ὄχλος, θόρυβος, δῆμος, πλῆθος, μάχη vt habet Hesych. Hinc vero lucem nanciscitur tota sequens oratio.

11 οὐκ ἀνθρώπων ἑαυτῷ ἀλλὰ ἀνδρῶν] sensus est: non multitudine sibi opus esse, nec auram se captare popularem, aut laudem ex auditorum discipulorumue numero: sed *viros* se quaerere, h. e. masculae indolis animos, quorum conuersatione vel ipse proficere, vel eorum profectus iuuare queat.

12 κλῄσιμα] sic Hes. κλῄσιμ, κλεισμὴ, κλείθροις ἠσφαλισμένη & κλῆδας τὰς κλεῖδας. item κλῆις θύρας παρὰ τὸ ἐπικλείσθαι. Ceterum in hoc quoque secutus est Pythagoram, qui in Deorum templis plerumque philosophabatur & in conspectu quasi Deorum, vt passim ex eius constat historia: idque diligenter discipulos quoque eius fecisse ait Iamblichus in vita eius p. 97.

13 ἐφ' ἑαυτῇ τινα ἔπρατε] quae illa fuerint, patet ex sequentibus paulo post: vbi dicit oportere ἠοῦς ἀρχομένης ξυνεῖναι θεοῖς: nempe Theurgiae tum vacauit.

14 ἐτῶν τετ[ά]ρων] quibusque adeo vno adhuc anno silentium tenendum, nam quinque annorum illa ἄσκησις, vt notum, ipseque Apollonius V annis eam sustinuit. v. I. c. 14.

15 περὶ τῶν θεῶν] veriorem hanc lectionem puto quam Vaticani prioris, qui habet παρὰ τῶν θυρῶν *ad ianuas* vel *in liminibus*: non multum abit alter Vaticanus qui habet πρὸ τῶν θυρῶν.

16 μετὰ ταῦτα] omittuntur haec verba in editis pariter ac MSS. necessario tamen supplenda. Excidisse videntur ob similes litteras initiales verbi μετῄει: firmant sequentia, vbi quae praxi & vita exprimebat, dogmatice proponit. Primum, inquit, cum Diis versandum, deinde de Diis philosophandum, τὸν δὲ μετὰ ταῦτα καιρὸν ἀνθρωπείων πέρι τὰς ξυνουσίας ποιεῖσθαι. Ad hanc igitur partem temporis confabulationes cum discipulis *quicquid vellent interrogantibus* referendas puto.

17 ὁπότε μάλιστα ἡ ἡμέρα] decora magis ista verborum series, quam debemus Vaticano pr. & Vrbin. Editi habebant ὁπότε ἡμέρα μάλιστα.

18 εἰς ὕδωρ ψυχρόν] id enim corporis firmitati conducere credebat. Sic Homerus in Iliade Heroes frigida lotos inducit.

19 γῆρας ἀνθρ. καλ. τὰ βαλ.] sensus est: senectam calidas lotiones accelerare, imbecillitatem membris inducendo. Eadem sententia Demetrio inf. l. IV. c. 39. & Plotino, teste Porphyrio, vitae eius initio: item Abbati Antonio ap. Sozom. l. I. c. 3. qui nec vngi nec calida lauari voluit, corporis firmitatem eiusmodi rebus humidis in mollitiem mutari censens.

20 Ἀντιοχείας ἀποκλεισθείσης ἐς αὐτὰ] sic verbo ἀποκλείω pro *excludere* vtitur, ad personam non domum relato, Lucian. Dial. meretr. p. 727. ἐλθόντα ἀποκλῆσαι.

Apollo-

praui cum sitis, vt plures annos viuere possitis, Imperator dedit. Ephesiis vero Praesidem lapidibus obruere volentibus, propterea quod balnea non calefierent, vos, dixit, Praesidi vitio vertitis quod male lauemini, ego autem, quod lauemini, vobis.

Cap. XVII. Vtebatur dicendi genere non sesquipedali nec poëtica dictione intumescente, nec peregrinis ignotisue vocibus scatente, & ad affectationem vsque Attico. Parum iucundam enim putabat orationem, quae temperatum Atticismum excederet. Neque fastidiosa in diuidendo subtilitate vtebatur, nec protrahebat orationem, nec dissimulatione vti audiuit quisquam, vel apostrophas facere, quando disputabat: sed velut ex tripode, *noui*, inquiebat, atque, *ita censeo;* & *quorsum*

ὁ βασιλεὺς κακοῖς ὦσι, βιῶναι πλείονα ἔτη. Ἐφεσίων δὲ βαλομένων καταλιθῶσαι τὸν ἄρχοντα [21] ἐπὶ τῷ μὴ ἐκπυρῶν τὰ βαλανεῖα, ὑμεῖς μὲν τὸν ἄρχοντα, ἔφη, αἰτιᾶσθε, ἐπειδὴ πονηρῶς λοῦσθε, ἐγὼ δὲ ὑμᾶς, ὅτι λοῦσθε.

Λόγων δὲ ἰδέαν ἐπήσκησεν, ἃ διθυραμβώδη [1] καὶ φλεγμαίνουσαν [2] ποιητικοῖς ὀνόμασιν [3], οὐδ' αὖ κατεγλωττισμένην [4], καὶ ὑπερατticίζουσαν [5]. ἀηδὲς γὰρ τὸ ὑπὲρ τὴν μετρίαν Ατθίδα ἡγεῖτο. οὐδὲ λεπτολογίᾳ ἐδίδου [6], οὐδὲ διῆγε τὰς λόγους, οὐδὲ εἰρωνευομένῳ [7] τίς ἤκουσεν, ἢ περιπατοῦντος ἐς τὰς ἀκροωμένους [8]. ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τρίποδος ὅτε διαλέγοιτο, οἶδα, ἔλεγε, καὶ δοκεῖ μοι, καὶ ποῖ

---

21 ἄρχοντα] hoc tempore Achaia Augusti prouincia erat a Propraetore recta. Cum populi enim antea esset, Tiberio imperii anno secundo cessit, quod quererentur Achaei de seueritate Proconsulum. v. Tacit. annal. I. c. 76. Propraetor igitur vel balneorum curam non habuisse, vel poenae loco clausisse videtur.

CAP. XVII. 1 διθυραμβώδη] Suid. in κατεγλωττισμ. legit τὴν διθ. Ceterum reprehendit hoc in ipso Platone Dionys. Halic. ep. ad Pomp. ψόφοι ταῦτ' ἐστὶ καὶ διθύραμβοι, κόμπον ὀνόματων πολὺν, νοῦν δὲ ὀλίγον ἔχοντες. Et Nicetam noster inf. p. 511. διθυραμβώδη vocat καὶ ὑπόξυκχον: quemadmodum Theodorus ad Longinum τὸ παρένθυρσον talibus tribuit, περὶ ὕψ. S. 3. quae tota huc spectat. Ceterum de Dithyrambica poesi multa veteres Grammatici.

2 φλεγμαίνουσαν] τῷ φλεγμαίνοντι opponitur τὸ ὑγιαῖνον orationis. Sic Chrysostomus Hom. XVII in 1 Tim. τὸ φλεγμαῖνον ἃ φαμεν ὑγιαίνειν, atque opponit τὰς ὑγιαινούσας λόγους, de quibus Apostolus, τοῖς φλεγμαίνουσι T. IV. opp. p. 321. ed. Sauil. Τὸ οἰδεῖν diceret Longinus περὶ ὕψ. p. 22. Romani *tumorem* vocant *sanitatique* simili modo opponunt. Seneca praef. l. 5. controu. *de* Musa Rhetore: *omnia vsque ad vltimum TVMOREM perducta, vt non extra SANITATEM sed extra naturam essent.* Cic. in Bruto *insolentiam* dicit, quam *tanquam insaniam quandam orationis* odio habendam ait.

3 ποιητικοῖς ὀνόμασι] quibus efflorescebat oratio Sophistarum antiquorum. Gorgiam iis abundasse Aristoteli obseruatum Rhet. l. III. c. 1. Idem de eo inf. obseruat Philostr. in vita eius, qui Antiphonti quoque orationem ἐπηνθισμένην ποιητικοῖς ὀνόμασι, tribuit. Improbat etiam Isocrates in orat. de permutat.

4 κατεγλωττισμένην] τὸ θυληδριῶδες καὶ κατεγλωττισμένον iungit Aristoph. in θεσμοφ. p. 773 Vox καταγλωττίζειν praeter obscoenum quem habet significatum, de quo Sch. Aristoph. Νεφελ. p. 126. *obtrectare, mendaciis diffamare* notat, deriuatione facta ἀπὸ τῆς γλώττης *lingua*, vnde καταγλωττίζειν idem quod καταλαλεῖν. Sed hoc nihil ad rem praesentem. Budaeus videtur explicare: *verbis ornatis res falsas & mendaces proferre:* parum adcurate. Certe enim in Aristoph. Acharn. p. 390. ψευδῆ κατεγλώττιζε με est simpliciter idem quod ψευδῆ κατελάλησέ με, nec ad ornatum dictionis & ἰδέαν respicitur. Contra in loco ante citato ex θεσμοφ. & apud Philostratum, nullus *obtrectationibus* & calumniis locus. Puto verissimum esse quod vetus Grammaticus ad Aristophanem & ex eo Suidas notauit, τὸ κατεγλωττισμένον esse τὸ πολλαῖς γλώτταις μεμιγμένον, *orationem variis vocibus ignotis, peregrinis, antiquatis, nouis* mistam: quod tanquam vitium in Lexiphane reprehendebat Lucianus. Persuadet hoc mihi Eunapii locus de Libanio p. 173. in cuius λόγοις lectorem inuenire, dicit, παιδείας ὑπερβολὴν καὶ ἀναγνώσεως, *eruditionem & lectionem plane singularem*, λέξεσι κατεγλωττισμένοις ἐντυγχάνοντα, h. e. *incidentem in dictiones plane singulares* s. antiquitate scilicet s. nouitate s. peregrinitate, qualibus παιδείαν & ἀναγνωσιν ostentare solebant. Nempe in sequentibus addit, eum, si Damasiae & Desposiae apud Eupolin noua nomina nouisset non praetermissurum fuisse, item eum λέξιν τινὰ ἐνόντα περιττὴν καὶ ὑπ' ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΔΙΑΛΑΝΘΑΝΟΥΣΑΝ ὡς ἀπάθημά τι παλαιὸν καθαίροντα εἰς μέσον ἄξαι καὶ διακαθήροντα καλλωπίσαι, ὑπόθεσιν δὲ αὐτῇ περιπλάττοντα ὅλην, καὶ διαιτολας ἀκολουθούσας, ὥσπερ ἄοράς τινὰς καὶ ξεραπαίνας δεσποίνη τοπλάττῳ, καὶ τὸ ψῆφος ἀπιξεσμένῃ. Sic igitur Apollonii dictionem illa vocum μίξει caruisse dicit Philostratus. Et vt a dithyrambicis atque poeticis, de quibus in proxime praecedentibus, ita ab antiquis etiam, innouatis & peregrinis vocibus extitisse immunem.

5 ὑπερατticίζουσαν] affectatio nimia Atticismi, in Atticarum quarundam vocum & particularum vsu frequentiore inprimis conspicua, passim a veteribus reprehensa est, Luciano in Rhetorum praecept. t. II. p. 451. sq. & in Lexiphane t. I. p. 969. Themist. or. I. Ammiano Poeta Anthol l. II c. 51 Cerell. ibid. c. 41. a Gregorio quoque Nazianzeno id reprehensum in Iulianno, or. 3. in eum. Id nostro est ὑπεραττικίζειν, nam ἀττικίζειν in laude est, ipse mox explicat τὸ ὑπὲρ τὴν μετρίαν ἀτθίδα.

6 λεπτολογίᾳ ἐδίδου] vocis λεπτολογίας interpretationem veteres Grammaticos geminam exhibere memini. Vel enim significat *materiam* orationis τὰ ἰσχνὰ τῶν φιλοσόφων ζητήματα, vel ad *formam* refertur, sc. ad διαίρεσιν ἀκριβῆ, καὶ ἐπιμελῆ κατα-μερισμὸν τῶν ἐν σκέψει, *subtilitatem in diuidendis rebus de quibus agitur*, vt tota oratio meris absoluatur diuisionibus: v. veterem Grammaticum ad Aristoph. nubes p. 144 & 169 & Suidam Posterior sensus mihi instituto Philostrati conuenientior videtur, Λόγων enim ἰδέαν Apollonio ἐπησκημένην ille nobis describere cupit. Attamen apud Philostratum vitis Sophist. in Aristocle λεπτολογία videtur opponi τῷ ὄγκῳ h. e. *grauitati & numero orationis sonoro*, adeoque tenuitatem orationis & numeri defectum videtur notare. Prius tamen indicato significatu hic sumi probabilius, ob anteced. & consequentia. De verbo δίδωμι autem in hac structura significatione vid. supra ad cap. VII.

7 οὐδὲ εἰρωνευομένῳ] vox cui non ita facile inuenias exacte respondentem Romanam. Cic. offic I. pluribus circumscribendam putauit: *De Graecis autem dulcem & facetum, festiuique sermonis, atque in omni ratione dissimulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominarunt, Socratem accepimus. Dissimulatio* in eo consistebat, quod Socrates prae se ferret discendi ab aliis studium, & eo praetextu interrogatiunculis meliora eos docere conaretur. Apollonio vero simplex dicendi genus, non festiuum, non dulce, non dissimulationis quippiam habens fuisse, noster indicat, qui, vt in sequentibus est, planis verbis *hoc sibi videri*, ita *rem haberé*, dixerit. Nisi tamen malis εἰρωνεύεσθαι eo sensu hic venire nostro, quo vulgo venit, vt irrisionem notet: vt καταγέλαστος ἀπιχόμενος intelligat Apollonium, vt Pythagoram Diogen. l. VIII. s. 21.

8 ἢ περιπατοῦντος ἐς τὰς ἀκροωμένους] Suid. in κατεγλωττισμ. leg. ἢ τε περιπατοῦντος. Ceterum vox περιπάτος ap. Aristophanem Ran. Act. IV, sc. 1. p. 256. bis occurrit, ea significatione qua hic verbum est obuium, nempe disceptationem vel διατριβὴν notans; quo verbo eam quoque reddidere veteres Grammatici Περιπατεῖν, itaque; εἴς τινα, est *cum aliquo disceptare*, contra eum disserere. Nempe solebant Sophistae apostrophe facta ad dissentientes interrogando & respondendo quasi cum eis disputare. Quo more omisso simpliciter Apollonius sine omni disceptatione sententias suas tanquam oracula proponebat.

φέρεσθε; καὶ χρὴ εὐδέναι. καὶ δόξαι[9] βραχεῖαι, καὶ ἀδαμάντινοι, κύριά τε ὀνόματα καὶ προσπεφυκότα τοῖς πράγμασι. καὶ τὰ λεγόμενα ἠχὼ εἶχεν[10], "ὥσπερ ἀπὸ σκήπτρου θεμιστευόμενα[11]. ἐρομένου δὲ αὐτὸν τῶν συνολεσχούντων[12] τινὸς, ὅτου ἕνεκα ἃ ζητοίη[13]; ὅτι, ἔφη, μειράκιον ὤν, ἐζήτησα· νῦν δὲ ἃ χρὴ ζητῶν, ἀλλὰ διδάσκειν ἃ εὑρηκα. πῶς ἄν, Ἀπολλώνιε, διαλέξεται ὁ σοφὸς; πάλιν ἐπερομένου αὐτόν. ὡς νομοθέτης, ἔφη. δεῖ γὰρ τὸν νομοθέτην, ἃ πέπεικεν ἑαυτὸν, ταῦτα ἐπιτάγματα ἐς τοὺς πολλοὺς ποιεῖσθαι. ὧδε αὐτῷ τὰ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐσπεδάζετο, καὶ ἐπέστρεφεν εἰς ἑαυτὸν ἀνθρώπους ἀμυσοτάτους.

feremini? aut, *scire oportet:* sententiaeque illius breues & adamantinae, voces autem maxime propriae rebusque conuenientissimae, & quae ab eo proferebantur sonitum quendam velut regia edicta habebant. Interrogante autem eum aliquando illorum qui de rebus nihili curiose disputant nonnemine, cur non & ipse aliquid quaereret? *quoniam*, respondit, *cum essem adolescens satis multa quaesiui, nunc autem non quaerere, sed inuenta docere opus est.* Cumque porro interrogaret eum: quo nam pacto igitur, o Apolloni, sapientem disputare fas est? *vt legislatorem*, respondit: nempe oportet legislatorem quae sibi ipsi antea persuasit, eadem aliis facienda imperare. Atque ita, quae in Antiochia tractauit studia se habuere: ita ad se conuertit homines ab omni doctrina alienissimos.

Μετὰ δὲ ταῦτα λογισμὸν ἑαυτῷ διδοὺς ἀποδημίας μείζονος, ἐνθυμεῖται τὸ[1] Ἰνδικὸν ἔθνος καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ σοφοὺς, οἳ λέγονται Βραχμᾶνές τε καὶ Γερμᾶνες[2] εἶναι. προσήκειν, φήσας, νέῳ ἀνδρὶ ἀποδημεῖν τε καὶ ὑπερορίῳ αἱρεσθαι[3]. εὕρημα δὲ καὶ τοὺς μάγους ἐποιεῖτο, οἳ Βαβυλῶνα καὶ Σοῦσα οἰκοῦσι, καὶ γὰρ ἂν καὶ τἀκείνων διαμαθεῖν ἑδῷ χρώμενος[4]. καὶ πρὸς τοὺς ὁμιλητὰς ἕπλα ὄντας, ἀνέφηνε τὴν γνώμην. πειρωμένων δὲ αὐτῶν ξυμβουλεύειν ἕτερα, εἶπη ἀφελχθείη τῆς ὁρμῆς ταύτης; ἐγὼ μὲν θεοὺς, ἔφη, συμβούλους πεποίημαι, καὶ τὰ δεδογμένα εἴρηκα[5]. ὑμῶν δὲ βάσανον ἐποιούμην, εἰ πρὸς ἅπερ ἐγὼ ἔρρωσθε. ἐπεὶ τοί-

Post haec longioris peregrinationis sibi ipsi in- Cap.XIIX.
dulsit cogitationem, & ad Indos proficiscendi consilium cepit, sapientesque qui in iis sunt, qui Brachmanes esse dicuntur & Germanes: decere, inquiens, Virum iuuenem, vt ad exteros abeat atque in terra peregrina inclarescat. Praeterea Magos conuenire, qui Babyloniam ac Susa habitant operae pretium duxit, ideo quoque, vt & ipsorum sapientia animum imbueret, iter suscipiens. Discipulis igitur, quos septem habebat, consilium aperuit. Cumque illi alia omnia persuadere ipsi conarentur, si qua a proposito isto auertere possent; *Ego*, dixit, *Deos adhibui consultores, & eorum voluntatem exposui vobis, vestrumque cepi experimentum, an ad eadem, ad quae ego animo valeatis. Quandoquidem igi-*

9 δόξαι βραχεῖαι] priores edit. habebant αἱ δόξαι. Articulum omisit Suid. recte: vt post κύρια τε ὀνόματα. idem Suidas pro ἀδαμάντινοι paulo post habet ἀδαμάντιναι.

10 ἠχὼ εἶχεν] non ad vocem, sed ad numerum orationis & verborum sonoram compositionem mihi videtur spectare. Certe enim de ἰδέᾳ λόγου, non de pronunciatione hic sermo. Differunt autem ἠχὼ & κρότος. Sic in *Adriano* enim Philostratus ἦχος & κρότος distinguit, verba eius sunt: τὴν δὲ παρασκευὴν τῆς λέξεως ἀπὸ τῶν ἀρχαίων σοφιστῶν περιεβάλλετο ἦχῳ προσάγων μᾶλλον ἢ κρότῳ. Interpretationem nostram firmat, quod in epistolis quoque ἦχος conspicua sit virtus, in quibus sane vocis modulamini & pronunciationi sonorae nullus locus. Certe Antipatrum Sophistam Imperatori Seuero ab epistolis fuisse καὶ λαμπρόν τι ἐν αὐταῖς ἠχῆσαι dicit Philostratus noster, vbi de eo. Sic itaque nec ἠχὼ τὸ φθέγματος καὶ ῥυθμὸς τῆς γλώττης, quae iungit idem in Phauorino, idem sunt; sed hoc pronunciationis decorem, illud orationis numerum notat. Clarum hoc rursus magis ex iis quae habet idem in Polemone, cuius fuisse dicitur φθέγμα λεπτὸν, κρότος θαυμάσιος οἷος ἀπεκτύπει τῆς γλώσσης. Quod notat compositionem & structuram orationis tenuem, vocem in pronuntiando egregie sonoram Polemoni fuisse. Et sic vbique fere vtitur voce ἦχος & ἠχῆσαι, quae nostro in vitis Sophistarum frequentissima est. Sic vtitur & Eunapius in Himerio p. 166. κρότον δὲ ἔχει καὶ ἦχον ἡ συνθήκη πολιτικόν. Vbi tamen κρότος aeque ac ἦχος ad συνθήκην, *compositionem*, refertur.

11 ἀπὸ σκήπτρου θεμιστευόμενα] bis legitur ap. Suid. in ἀπεγλαπισμ. & θεμιστευ. Vbi nescio cur mutatum voluerit magnus Reinesius noster σκήπτρου in σκηπτῷ, nisi quod posteriorem lectionem apud Photium obseruem. Recta omnino recepta lectio esse videtur. Passim σκῆπτρον καὶ θέμιστας coniungit Homer. sic Il. B'. v. 206.

εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρον ἠδὲ θέμιστας

Sic paulo post Apollonius dicit τὸν σοφὸν διαλέξεσθαι ὡς νομοθέτην.

12 συνολεσχούντων] συνολεσχεῖν & λεπτολογεῖν coniungit Aristoph. in nubib. p. 143.

ἡ ψυχή μου πεπότητα
Καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ καὶ περὶ κακοῦ συνολεσχεῖν.

συνολεσχεῖν nempe est de rebus nihili, qualis fumus, differere.

13 ζητοίη] *in vtramque partem disputaret*, vt solebant illi homines ingenii ostentandi causa.

CAP. XIIX. 1 ἐνθυμεῖται τὸ] haec lectio est, quam non MSS. tantum omnes nostri, sed Aldina quoque exhibet editio, quamque etiam probauit Gruterus, & margini libri sui alleuit Salmas. vt mirer Morellum praetulisse lectionem manifeste corruptam, habet enim ἐνθυμεῖ ταυτό.

2 Γερμᾶνες] priores editiones legebant Υρκάνιοι, nec aliter MSS. Verum nihil absurdius fingi potest quam ex *Hyrcanis*, stupidissimo populo, facere Indorum Philosophos. Ex Megasthene duas vel tribus vel sectas Philosophorum apud Indos constituit Strabo, Βραχμάνας καὶ Γερμάνας: horum itaque nomen ab amanuensibus corruptum fuisse in Υρκανίους nullus dubito.

3 ὑπερορίῳ αἱρεσθαι] Subint. γῆ vel χώρᾳ. Eumque sensum illustrat Epistola Apollonii XLVII. Ceterum suspicio mihi aliquando fuit γενέσθαι pro αἱρεσθαι legendum esse, vt sit sensus: *oportere Iuuenem ἀποδημεῖν καὶ ὑπερόριον fieri* h. e. *patriam relinquere & peregrinari.*

4 ὁδῷ χρώμενος] vt χρῆσθαι βίῳ *viuere*, χρῆσθαι τέλει *mori*, ita ὁδῷ χρῆσθαι *iter facere* significare puto.

5 εἴρηκα] malim ἤρεκα, vt sensus sit: *Quod ipsis probatum est consilium sequor.*

tur

mollius vos geritis, valete, & philosophiae operam nauate. Ego autem ibo, quo me sapientia & Daemon ducent. His dictis Antiochia discessit cum duobus tantum famulis, qui in patria fuerant familia, quorum alter velocitate, alter pulcritudine scribendi excellebat.

νυν μαλακῶς ἔχετε, ὑμεῖς μὲν ὑγιαίνετε, ἔφη, καὶ φιλοσοφεῖτε. ἐμοὶ δὲ βαδιστέα, εἴ σοφία τε καὶ δαίμων με ἄγει. ταῦτα εἰπὼν, ἐξελαύνει τῆς Αντιοχείας μετὰ δυοῖν θεραπόντοιν, οἵπερ αὐτῷ πατρικὰ ἦσαν, ὁ μὲν ἐς τάχος γράφων, ὁ δὲ ἐς κάλλος.

Cap. XIX. Venit itaque antiquam Ninum, vbi statua posita est barbaro habitu. Est autem Ius Inachi filiae, cuius ab vtroque tempore parua, & quasi modo venientia prominent cornua. Hic commoranti, pluraque de statua quam prophetae aut sacerdotes comperta habenti, Damis occurrit, Ninius, quem initio peregrinationis & philosophiae comitem ei fuisse, plurimamque Viri conseruasse memoriam, dixi. Is amore eius captus, & itineris cupidus: ibimus, dixit, Appolloni, tu quidem Deo, ego autem te duce vsus. Namque & ego non nullo tibi ero pretio. Si enim aliud nihil, Babylona ducens iter noui, & quicquid est vrbium, inde haut ita pridem redux, vicosque in quibus commoda sint plura. Imo & linguas barbarorum, quotquot sunt: sunt autem Armeniorum alia, alia Medorum, & Persarum, & Caduſiorum: omnes que eas ego intelligo. Ego quoque, o amice, ille respondebat, has omnes noui, cum nullam tamen didicerim. Et admirante Ninio, noli, inquiebat, mirari, quod omnes hominum norim linguas: nam & quae silentio homines premunt noui. Adorauit igitur eum Assyrius, vt ista audiit, & quasi daemonem considerauit, eique ita adhaesit proficiens in sapientia, & quicquid audiret memoria retinens. Erat autem Assyrio elocutio quidem mediocris, formas enim dicendi non obseruabat, vt qui inter Barbaros esset institutus. Iis tamen quae quotidie agerentur, & quae in conuersatione fierent, quaeque vidisset, aut audisset de-

Καὶ ἀφικνεῖται εἰς τὴν ἀρχαίαν Νῖνον[1], ἐν ᾗ ἄγαλμα ἵδρυται τρόπον βάρβαρον. ἔστι δὲ ἄρα Ἰοῦς τῆς Ἰνάχου[2]. καὶ κέρατα[3] τῶν προτάφων ἐκφύει μικρὰ καὶ οἷον μέλλοντα. ἐνταῦθα διατρίβοντι, καὶ πλείω ξυνιέντι περὶ τὸ ἀγάλματος ἢ οἱ ἱερεῖς καὶ προφῆται, προσεφοίτησε Δάμις ὁ Νίνιος[3], ὃν καταρχὰς ἔφην ξυναποδημῆσαί οἱ, καὶ ξυνέμπορον γενέσθαι τῆς φιλοσοφίας πάσης, καὶ πολλὰ τὸ ἀνδρὸς διασώσασθαι. ὃς ἀγασθεὶς αὐτὸν, καὶ ζηλώσας τῆς ὁδοῦ, ἴωμεν, ἔφη, Ἀπολλώνιε, σὺ μὲν θεῷ ἑπόμενος, ἐγὼ δέ σοι. καὶ γάρ με καὶ πολλοῦ ἄξιον ἕψοις ἄν· εἰ μὲν ἄλλό τι ἐκ οἶδα, τὸ δ' ἓν εἰς Βαβυλῶνα ἄγων, πόλεις τε, ὁπόσαι εἰσὶν, οἶδα, ἀνελθὼν ἐπάλαι, καὶ κώμας, ἐν αἷς πολλὰ ἀγαθά· καὶ μὴν καὶ τὰς φωνὰς τῶν βαρβάρων, ὁπόσαι εἰσὶν. εἰσὶ δὲ, ἄλλη μὲν Αρμενίων, ἄλλη δὲ Μήδων τε καὶ Περσῶν, ἄλλη δὲ Καδουσίων[4]. μεταλαμβάνω δὲ πάσας[5]. ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ὦ ἑταῖρε, πασῶν ξυνίημι, μαθὼν ὀλεμίαν[6]. Θαυμάσαντος δὲ τὸ Νινίου, μὴ θαυμάσῃς, εἶπεν, εἰ πάσας οἶδα φωνὰς ἀνθρώπων[6]. οἶδα γὰρ δὴ καὶ ὅσα σιωπῶσιν ἄνθρωποι[7]. ὁ μὲν δὴ Ασσύριος προσηύξατο αὐτὸν, ὡς ταῦτα ἥκοι, καὶ ὥσπερ δαίμονα ἔβλεπε, συνῆν τε αὐτῷ ἐπιδιδοὺς τὴν σοφίαν[8], καὶ ὅ, τι μάθοι μνημονεύων. φωνὴ δὲ ἦν τῷ Ασσυρίῳ, ξυμμέτρως πράττουσα· τὸ γὰρ λογοειδὲς οὐκ εἶχεν[9], ἅτε παιδευθεὶς ἐν βαρβάροις. διατρῖβὴν δὲ ἀναγράψαι, καὶ συνουσίαν, καὶ ὅ, τι ἤκουσεν ἢ εἶδεν ἀνατυπῶσαι, καὶ ὑπόμνημα τῶν

CAP. XIX. 1 *εἰς τὴν ἀρχαίαν Νῖνον*] Ninum illam veterem, Nini opus, post Syriacam Monarchiam destructam *ἀφανισθῆναι* i. e. penitus deletam ait Strabo l. XVI. p. 737. Lucianus quoque in Contemplantib. T. I. p. 345. *Νῖνος μὲν ἀπόλωλεν ἤδη καὶ ὀδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς.* Sed tamen & Tacitus sub Claudii regno *Nini* meminit Annal. XII. c. 13. *Capta in transitu vrbs Ninos vetustissima sedes Assyriae:* & Ammianus l. XXIII. c. 6. *In Adiabena Ninus est ciuitas quae olim Persidis regna possederat &c.* Restaurata igitur Ninus postquam a Medis euersa esset. Quid tamen Luciano faciemus? qui floruit aetate Antoninorum, quae media est inter aetatem Taciti & Ammiani, & nullum *Nini supereſſe vestigium*, ait, *ita vt vbi olim sita fuerit ne dicere quidem liceat.* Nempe apud Lucianum Mercurius loquens temporibus antiquioribus, & restaurationem Nini antecedentibus inducitur. Siquidem & Croesum ostendit Charonti in eodem Dialogo, cum Solone qui agat, praesens cum praesente.

2 Ἰοῦς ἡ Ἰνάχου] vel vt Apollodorus habet l. 2. Argi & Ismenes, Asopi filiae. De qua a Iunone Zelotypa in candidam vaccam mutata passim Mythographi. Quae causa est quod paulo post in statua eius parua cornua obseruentur, mutationis illius indicium, quod ordinarie *Ius* statuae apud Graecos prae se ferebant, vt autor est Herodotus l. I. p. 66.

3 *Νίνιος*] v. notata supra ad c. III. not. 5.

4 *Καδουσίων*] gens inter Caspium mare, vt ex Strabone, Dionysio, Stephano notum: codex Vrbinas habebat *Καδδουσίων*, vt legitur etiam apud Polybium l. V. p. 389 & 421.

5 *μεταλαμβάνω δὲ πάσας*] δὲ non habebant editiones priores, restitui ex Vaticano priore & Vrbin.

6 *πασῶν ξυν. μαθὼν ὀδεμίαν*] sed tamen interprete vtitur infra apud Phraotem cap. 27. vbi vid. not. Quod Eusebio quoque obseruatum cap. VII.

7 *καὶ ὅσα σιωπῶσιν ἄνθρωποι*] i. e. cogitationes hominum. Similia sibi tribuit l. VI. c. 14 & de Iarcha eadem habet l. III. c. 18.

Κωφῶν τε ξυνιεὶς καὶ ὑ λαλοῦντος ἀκούων

Quem etiam allegat Eusebius cap. VII & XIV. ipse vero versus est apud Herodotum l. I. p. 11. meminit & Tertull. de Orat. c. 13. *Daemonium oraculi Pythii: & mutum, inquit, intelligo & non loquentem exaudio.*

8 *ἐπιδιδοὺς τὴν σοφίαν*] verbum hoc alias quidem nomini suo iungitur intercedente praepositione *πρὸς* vel *εἰς*, attamen & absolute vsurpatur sine nomine: vt apud Platonem *ἐπιδιδοὺς θαυμαστὸν ὅσον*: ideoque hoc loco *ἐπιδοὺς τὴν σοφίαν* est *proficiens quantum ad sapientiam*, nec opus vt praepositio inseratur.

9 *τὸ λογοειδὲς οὐκ εἶχε*] conf. supra cap. III, not. 4.

τοιούτων

τοιούτων[10] ξυνθεῖναι, σφόδρα ἱκανὸς ἦν, καὶ ἐπετήδευε τοῦτο ἄριστα ἀνθρώπων. ἡ γοῦν δέλτος ἡ τῶν ἐκφατνισμάτων[11] τοιοῦτον τῷ Δάμιδι νοῦν εἶχεν· ὁ Δάμις ἐβούλετο μηδὲν τῶν Ἀπολλωνίου ἀγνοεῖσθαι, ἀλλ' εἴ τι καὶ παρεφθέγξατο, ἢ εἶπεν, ἀναγεγράφθαι καὶ τοῦτο. καὶ ἄξιόν γε εἰπεῖν, ἃ καὶ πρὸς τὸν μεμψάμενον τὴν διατριβὴν ταύτην ἀπεφθέγξατο. διασύροντος γὰρ αὐτὸν ἀνθρώπου ῥαθύμου τε καὶ βασκάνου, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐρρθῶς ἀναγράφειν φήσαντος, ὁπόσα τοῦ ἀνδρός· ταυτὶ δὲ, τὰ ὕστω μικρὰ ξυλλεγόμενον, παραπλήσιόν που τοῖς κυσὶ πράττειν, τοῖς σιτουμένοις τὰ ἐκπίπτοντα τῆς δαιτός· ὑπολαβὼν ὁ Δάμις, εἰ δαῖτες, ἔφη, θεῶν εἰσι, καὶ σιτοῦνται θεοὶ, πάντως που καὶ θεράποντες αὐτοῖς εἰσιν, οἷς μέλει τοῦ μηδὲ τὰ πίπτοντα τῆς ἀμβροσίας ἀπόλλυσθαι. τοιοῦδε μὲν ἑταίρου καὶ ἑταίρου ἔτυχεν, ᾧ τὸ πολὺ τοῦ βίου συνεπορεύθη.

Πορρώτατα δὲ αὐτὸς εἰς τὴν μέσην[1] τῶν ποταμῶν, ὁ τελώνης, ὁ ἐπιβεβλημένος τῷ Ζεύγματι[2], πρὸς τὸ πινάκιον ἦγε, καὶ ἠρώτα ὅ, τι ἀπάγοιεν; ὁ Ἀπολλώνιος, ἀπάγω, ἔφη, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀρετὴν, ἐγκράτειαν[3], ἀνδρείαν, ἄσκησιν, πολλὰ καὶ ὕστω θήλεα εἴρας ὀνόματα. ὁδ' ἤδη βλέπων τὸ ἑαυτοῦ κέρδος, ἀπογράψαι ἂν ἔφη τὰς δέλας. ὁ δὲ οὐκ ἔξεσιν εἶπεν· οὐ γὰρ δέλας ἀπάγω ταύτας, ἀλλὰ δεσποίνας. τὴν δὲ τῶν ποταμῶν μέσην ὁ Τίγρις ἀποφαίνει καὶ ὁ Εὐφράτης, ῥέοντες μὲν ἐξ Ἀρμενίας καὶ Ταύρου λήγοντος· περιβάλλοντες δὲ ἤπειρον, ἐν ᾗ καὶ πόλεις μὲν, τὸ δὲ πλεῖσον κῶμαι. ἔθνη τε Ἀρμένια καὶ Ἀραβία[4], ἃ ξυγκλείσαντες οἱ ποταμοὶ ἔχουσιν, ὧν καὶ νομάδες[5] οἱ πλεῖστοι σείχεται

lineandis, & commentariis de huiuſcemodi rebus componendis valde aptus erat, idque mortalium optime praeſtabat. Libellus itaque *Reliquiarum Apollonii* hac intentione ab eo ſcriptus eſt. Scilicet nihil eorum quae ad Apollonium ſpectant ignorari Damis, verum ſi quid minus etiam elaboratum protuliſſet, vel quocunque modo dixiſſet, in litteras referri voluit. Merenturque allegari quae cuidam, ſtudium hoc eius reprehendenti, reſpondit. Perſtringente nempe eum homine ocioſo & inuido, & cetera quidem recte ab eo perſcripta dicente, ſententias nempe viri atque opiniones, eo vero, quod exigua congeſſerit adeo, catellis eum ſimilem eſſe, qui micis de menſa cadentibus veſcantnr; [reſpondens] Damis, ſi conuiuia, inquit, Deorum ſunt, Diique epulantur, famuli omnino ipſis etiam erunt, quibus ſit curae, vt ne vel micae, quae procidant, ambroſiae pereant. Talem itaque ſocium & amicum nactus eſt Apollonius, cum quo magnam vitae ſuae partem peregit.

Tranſire autem volentes in Meſopotamiam, publicanus, in vrbe Zeugmatis conſtitutus, ad tabulas accedere iuſſit, quidque adueherent? interrogauit. Apollonius igitur, *aduecho*, reſpondit, *temperantiam*, *iuſtitiam*, *virtutem*, *continentiam*, *fortitudinem*, *tolerantiam*, multa, eaque feminei itidem generis connectens nomina. Tum ille, lucro ſuo intentus, iam igitur in tabulas ſe retuliſſe, dixit, ancillas. At nefas hoc, Apollonius inquiebat: non enim ancillae, ſed dominae ſunt quas ego adduco. Meſopotamiam autem Tigris format atque Euphrates, ex Armenia & Tauri extremis delabentes, terramque ambientes, in qua ciuitates quidem aliquae ſunt, maior tamen vicorum eſt numerus. Nationes eam habitant Armeniae & Arabes, quas ambientes fluuii continent, ex quibus etiam vagi plerique ober- Cap. XX.

---

10 ὑπόμνημα τῶν τοιούτων] Suid. v. Δάμις legit ὑπομνήματα τοιάδε.

11 δέλτος ἡ τῶν ἐκφατνισμάτων] videtur mihi titulus fuiſſe libri, quo Damis complexus eſt ſermones, qui paſſim data occaſione Apollonio exciderunt: qualibus ſcriptis noſtram aetatem luxuriari vidimus. Ἐκφατνίσματα enim ſunt proprie menſarum reliquiae, quae canibus excutiebantur, vt ex Athenaeo l. VII. conſtat. corrupta vox legitur ap. Heſych. non dubito enim eam ſubſtituendam eſſe pro ἐκφαγίσματων, cum ipſe diſerte hanc λέξιν ἀπὸ τῆς φάτνης deriuet. Titulus itaque ille haeſiſſe libro videtur ex ea, quam in proxime ſequentibus commemorat Philoſtratus, pro libro illo Damidis apologia.

CAP. XX. 1 εἰς τὴν μέσην] artic. τὴν, in editis omiſſum, omnes codices noſtri habent, & res ipſa poſtulat.

2 τῷ Ζεύγματι] male priores interpretes: *publicanus qui portoriis pontis praefectus erat.* Ζεῦγμα vrbs eſt ad Euphratem, vnde & Straboni l. XVI initio vocatur τὸ Ζεῦγμα τὸ κατὰ τὸν Εὐφράτην. Meminit & Plinius l. V. H. N. ſect. 21. vbi vrbem dicit *tranſitu Euphratis nobilem*, vnde etiam nomen vrbi, quod nempe ibi duae ripae ponte iungerentur. Hac Bacchum primum Euphratem, ponte iniecto, tranſiiſſe dicit, indeque nominis vrbis origines repetit Pauſan. in Phocic. p. 345. & Plinius H. N XXXIV, 43. Hac Parthos Euphratem tranſire dicit Dio l. XLIX. p. 403. vnde & Iſidorus Characenus meminit in *manſionibus Parthicis* p. 2. Hac quoque Alexandrum tranſiiſſe, ait Strabo l. XVI. p. 746. a quo & *Pellaeum* vocauit *Zeugma* Lucanus l. VIII. verſ. 237. Eiuſdem vrbis iterum mentio paulo poſt, vbi ſimilem errorem interpretes commiſere.

3 ἐγκράτειαν] vox haec in quibuſdam codd. omittitur.

4 Ἀρμένια καὶ Ἀραβία] de Arabibus gentibus in Meſopotamia res expedita. Arabes, qui Retaui dicantur, hic memorantur Plinio H. N. l. V, 21. eorumque caput Singara dicitur, quae πόλις Ἀραβίας Stephano etiam eſt. De Armeniis Autor Strabo l. I. p. 41. qui vbi Armeniorum, Syrorum & Arabum meminiſſet, ὧν τῶν τριῶν συνεζῶσαι τοῦτων ἐθνῶν Meſopotamiam docet. De *Syris* etiam, vel ſtrictiore vſu vocis, *Aſſyriis*, in Meſopotomia, idem Strabo l. XVI. init vbi *Aſſyriae* nomine venire dicit *Babyloniam* & magnam partem regionum circumiacentium, in quibus etiam *Meſopotamiae* partem cenſet. Verba eius: τῇ Πέρσιδι καὶ τῇ Σουσιανῇ συνάπτουσι οἱ Ἀσσύριοι, καλοῦσι δὲ ἄνω τὴν Βαβυλωνίαν καὶ πολλὴν τῆς κύκλῳ γῆς, ἧς ἐν μέρει καὶ ἡ Ἀτυρία ἐστίν, — καὶ τὰ τῆς Μεσοποταμίας ἔθνη, τὰ περὶ Γορδιαίους, καὶ τοὺς περὶ Νίσιβιν Μυχθόνας, μέχρι τοῦ Ζεύγματος τοῦ κατὰ τὸν Εὐφράτην. Vt mirum ſit tertiam illam Meſopotamiae gentem Philoſtrato hic eſſe praetermiſſam.

5 νομάδες] *Nomades a permutandis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt, domos plauſtris circumferentes.* Plinius H. N. l. V, 2. vtut aliter Feſtus. Rhambaeos Nomadas intra Euphratem memorat etiam Strabo l. XVI. p. 753. quos in Meſopotamiam ingreſſos dicit ſub Alchaedamo Rege ſuo.

rant:

rant. Adeo insulanos se esse censentes, vt in mare se descendere dictitent, quando ad flumina pergunt, ac terrae limitem fluuiorum statuant ambitum. Illa enim vbi eam, quam diximus, continentis partem efformarunt, in idem mare decurrunt. Sunt, qui dicant in paludes partem magnam Euphratis distrahi, & in terra tandem hunc fluuium emori. Quidam & audacius de eo loquentes affirmant, ipsum sub terra dilapsum rursus in Aegypto prodire, & Nilo commisceri. Vt autem accuratior sit historia, nihilque praetermittatur eorum, quae a Damide in litteras sunt relata, animus erat quidem, etiam quae inter Barboros viri huius studia fuerint exponere: verum ad maiora maioreque admiratione digna nos vocat propositum argumentum. Non tamen duo ista profecto praetermittenda: fortitudo nempe, qua nixus Apollonius per Barbaras gentes & latrociniis infestas, ac in Romanorum ditione positas nunquam, iter fecit: & sapientia, per quam, Arabum more, eousque profecit, vt brutorum animantium voces intelligeret. Hoc autem didicit cum per Arabas istos iter faceret, qui & scientia & vsu eius rei maxime pollebant. Est enim Arabas inter vulgatum hoc oppido, vt & aues audiant futura canentes, perinde atque oracula: coniiciant vero brutas voces draconum pasti, vt alii dicunt, corde; hepate, vt relatum est aliis.

σιν· ἔτω τε [6] νησιώτας ἑαυτὲς νομίζοντες, ὡς ἐπὶ θάλατ]άν τε [7] καταβαίνειν φάσκειν, ὅτ' ἐπὶ τὲς ποταμὲς βαδίζοιεν, ὅρον τε ποιεῖσθαι τῆς γῆς τὸν τῶν ποταμῶν κύκλον [8]· ἀποτορνεύσαντες γὰρ τὴν πρειρημένην ἤπειρον, εἰς τὴν αὐτὴν ἴενται θάλατταν [9]. εἰσὶ δ', οἳ φασιν ἐς ἕλος ἀφανίζεσθαι [10] τὸ πολὺ τῦ Εὐφράτυ, καὶ τελευτᾶν τὸν ποταμὸν τῦτον ἐν τῇ γῇ [11]. λόγυ δ' ἔνιοι θρασυτέρυ ἐφάπ]ονται, φάσκοντες αὐτὸν ὑπὸ τῇ γῇ ῥέοντα εἰς Αἴγυπ]όν τε ἀναφαίνεσθαι καὶ Νείλῳ συ]κεράννυσθαι [12]. ἀκριβολογίας μὲν δὴ ἕνεκα, καὶ τῦ μηδὲν παραλελεῖφθαί μοι τῶν ἐγγεγραμμένων ὑπὸ τῦ Δάμιδος, ἐβελόμην ἄν καὶ τὰ διὰ τῶν βαρβάρων τύτῳ σπυδασθέντα εἰπεῖν· ξυνελαύνει δὲ ἡμᾶς ὁ λόγος ἐς τὰ μείζω τε καὶ θαυμασιώτερα. ὃ μὴν ὃ [13] δυοῖν γε ἀμελῆσαι [14] τύτοιν, τῆς τε ἀνδρείας, ᾗ χρώμενος ὁ Απολλώνιος διεπορεύθη βάρβαρα ἔθνη καὶ λῃ̣ρικὰ, καὶ ὑπὸ Ρωμαίοις ὠωῦντα· τῆς τε σοφίας, ᾗ τὸν Αράβιον τρόπον ἐς ξύνεσιν τῆς τῶν ζώων φωνῆς ἦλθεν [15]. ἔμαθε δὲ τῦτο διὰ τετωνὶ [16] τῶν Αραβίων [17] πορευόμενος, ἄριστα γινωσκόν]ων τε αὐ]ὸ καὶ πρατ]όντων [18]. ἔσι γὰρ τῶν Αραβίων ἤδη κοινὸν [19], καὶ τὸ ὀρνίθων ἀκύειν [20] μαντευομένων ὁπόσα οἱ χρησμοί. ξυμβάλλονται δὲ τῶν ἀλόγων, σιτύμενοι τῶν δρακόντων, οἱ μὲν, καρδίαν, φασὶν, οἱ δὲ, ἧπαρ [21].

6 ἔτω τε] sic habet cod. Vrbin. & Vaticanus prior: pro ἔτω τι, quod in prioribus editionibus erat. Cod. Vrbinas habet ἔτω τοι vt & Morellus in margine correxerat.

7 θάλατ]άν τε] sic omnes MSS. nostri pro δὲ, quod erat in editis.

8 ποταμῶν κύκλον] sic Strabonis l. II. p. 91 Euphrates & Tigris ἐγκυκλωσάμενοι dicuntur Μεσοποταμίαν. Et ipsa Mesopotamia κύκλος μέγας dicitur, eumque περιβάλλεσθαι hi fluuii. ibid. p. 80.

9 εἰς τ. αὐτὴν l. θάλ] sinum nempe Persicum, quod & Eratosthenes agnouit ap. Strabon. l. II. p. 80. & Dionys. περιηγ. v. 980. Hi tamen accipiendi de dextro Euphratis alueo, nam sinister in Tigrin infunditur. Plinius V, 21 de Euphrate, *circa Seleuciam praefluenti infusas Tigri.*

10 εἰς ἕλος ἀφανίζεσθαι] in his Plin. l. c. *Dexteriore autem alueo Babylonem, quondam Chaldaeae caput, petit, mediamque permeans distrahitur in paludes.* Nempe de toto Euphrate non accipiendum id esse agnoscit ipse Philostratus, quando τὸ πολὺ αὐτῦ ἀφανίζεσθαι εἰς ἕλη ait. Quod vero Vossius dicit, dextrum hunc alueum, patente ostio, in sinum Persicum exire, Pliniumque autorem citat, id non capio. Certe diserte eum in *paludes distrahi dicit* pariter ac Philostratus ἀφανίζεσθαι εἰς ἕλος.

11 τελευτᾶν τὸν ποτ. τ. ἐν τῇ γῇ] eleganter Mela de Euphrate, vt eum expressisse noster videatur: III, 8. *inde tenuis riuus deserto bello* EMORITVR, *& nusquam manifesto exitu effluit, vt alii amnes, sed deficit.*

12 εἰς Αἴγυπ]ον ἀναφαίνεσθαι, καὶ Νείλῳ συγκεράννυσθαι] Euphratem in Aegypto ex terrae penetralibus exilire & Nilo misceri, nuspiam lego. Fabula orta videtur ex eo, quod, vt antea diximus, in *paludes distrahi* & vt Philostratus loquitur ἐν τῇ γῇ τελευτᾶν Euphratem crederent plerique, praetereaque vt Nilum incrementa capere animaduerterent eundem, qua de re vid. Plin. V, 22. Solin. c. 37. Strabo XVI, p. 740, vnde communicare subterraneis meatibus Euphratem cum Nilo putarunt.

13 ὃ μὴν ὃ] sic Vratisl. quod melius hoc loco quam quod in aliis est ὃ μὲν ὡς. Non infrequens enim Atticis infinitiuus absolute positus subintellecto verbo δεῖ, vel tali aliquo, vt videre est apud Eustathium ad Il. A'. Non omnino tamen repudiauerim ὡς, quod etiam Suidas v. Δάμις tuetur.

14 ἀμελῆσαι] sic MSS. nostri omnes, idque melius, quam ἀμελῆται, quod in prioribus erat editionibus.

15 ξύνεσιν τῆς τῶν ζώων φωνῆς] quam praeclare etiam Indos calluisse dicit inf. l. III. Ceterum Euseb. adu. Hierocl. c. X. hic legit καὶ ἐς ξύνεσιν δὲ τῆς &c.

16 τετωνὶ] hanc vocem omittit Euseb. l. c.

17 Αραβίων] ap. Suid. Αράβων est.

18 γινωσκόντων τε αὐτὸ καὶ πραπ.] Euseb. γινωσκόντων τε καὶ πραττόντων αὐτό.

19 ἤδη κοινὸν ὀρνιθ.] Euseb. l. c. κύκνων ἤδη, καὶ ὀρνιθ. Quae minus tamen mihi probanda lectio videtur. vid. obseruata ad Euseb.

20 τῶν ὀρνίθων ἀκύειν] Arabes etiam inter ceteras gentes auium vocem atque volatum probe pernoscentes, Phrygas scilicet, Pisidas, Cilicas censet Cicero de Diuin. I, 41. additque causam huius scientiae, quod pastu pecudum maxime vterentur, campos & montes hyeme ac aestate peragrantes: adde & Theodoritum Therap. I p. 467 vbi Arabes hac in parte cum Phrygibus iungit. Κορώνων vero imprimis Arabes ἀκύειν dicit Porphyr. de abst. l. III. p. 104. quo spectant & ex Arabico scriptore Damir citata nonnulla magno Bocharto Hieroz. l. I. c. 3.

21 σιτύμενοι τ. δρακόντων, οἱ μ. καρδίαν φ. οἱ δὲ, ἧπαρ] plane gemina de Indis habet inf. l. III. c. 9. gemina & ex Arabico scriptore Damir habes apud Bochart. Hieroz. P. I, l. I. c. 3 fin. Similia sed non eadem Porphyrius habet l. c. Ἀραβες μὲν κορώνων ἀκύειν Τυρρηνοὶ δὲ αἰετῶν, τάχα δὲ καὶ ἡμεῖς καὶ πάντες ἀιθρασποι ἐ καὶ τὰ ἡμῶν ὦτα δράκων ἔνιψε: quae vltima ita vertit Holstenius: *si serpens aliquis aures nostras lambendo purgaret.* Sic Melampodi aures lambendo dedisse intellectum auium sermonis dracones Plin. ait H. N. X, 70. vbi conf. notata Harduino.

Κτησιφῶντα δὲ ὑπερβαλὼν, καὶ παριὼν ἐς τὰ Βαβυλῶνος ὅρια φρουρὰ μὲν αὐτόθι ἦν ἐκ βασιλέως, ἣν ἂν ἂν παρῆλθέ τις μὴ ἐρωτηθεὶς ἑαυτόν τε καὶ πόλιν, καὶ ἐφ' ὅ, τι ἥκοι; σατράπης δὲ τῇ φρουρᾷ ταύτῃ ἐπετέτακτο[1], βασιλέως τὶς, οἶμαι, ὀφθαλμός[2]· ὁ γὰρ Μῆδος[3] ἄρτι ἐς τὸ ἄρχειν ἥκων[4], ἐ ξυνεχώρει ἑαυτῷ ἀδεῶς ζῆν. ἀλλὰ ὄντα τε καὶ ἂν ὄντα δεδιὼς, ἐς φόβους κατεπεπλώκει καὶ πλοίας. ἄγονται τοίνυν παρὰ τὸν σατράπην Ἀπολλώνιός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν. ὁ δὲ ἔτυχε μὲν σκηνὴν ἐφ' ἁρμαμάξης πεποιημένος, καὶ ἐξελαύνων ποῖ. ἰδὼν δὲ ἄνδρα αὐχμῇ πλέων, ἀνέκραγέ τε ὥσπερ τὰ δειλὰ τῶν γυναίων καὶ ξυνεκαλύψατο. μόγις τε ἀναβλέψας εἰς αὐτὸν, πόθεν ἡμῖν ἐπιπεμφθεὶς ἥκεις; ὅιον δαίμονα ἠρώτα. ὁ δὲ, ὑπ' ἐμαυτῷ, ἔφη, εἶπη καὶ ἅπαντες ἄνδρες γένοισθε. πάλιν ἤρετο, ὅς τις ὢν ἐσφοιτᾷ τὴν βασιλέως χώραν; ὁ δὲ, ἐμὴ, ἔφη, πᾶσα γῆ[5], καὶ ἀνῆταί μοι[6] δὶ αὐτῆς πορέυεσθαι. τῷ δὲ, βασανιῶσε, εἰπόντος, εἰ μὴ λέγοις· εἰ γὰρ ταῖς σαυτῷ[7] χερσὶν, εἶπεν, ὡς αὐτὸς βασανισθείης, θήγων ἀνδρός[8]. ἐκπλαγεὶς δὲ αὐτὸν ὁ εὐνοῦχος, ἐπεὶ μηδὲ ἑρμηνέως ἑώρα δεόμενον, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντα τὴν φωνὴν ἀλύπως τε καὶ εὐκόλως, πρὸς θεῶν, εἶπε, τίς εἶ; λιπαρῶς ἤδη, καὶ μεταβαλὼν τῷ τόνῳ.

Cteſiphonte ſuperata, & in Babylonis fines tranſ- Cap. XXI.
greſſus in cuſtodes ibidem incidit a rege conſtitutos, quos nemini praeterire licebat non interrogato antea, quis ipſe eſſet, quae patria ipſius, & quam ob cauſam aduenisſet? Satrapa autem huic cuſtodiae praefectus erat, ex iis vnus, qui regis dicuntur oculi. Medus enim principatum nuper adeptus minime ſibi vitam indulgebat ſine timore tranſigendam: ſed vera ſimul & falſa reformidans, in pauorem tremoremque inciderat. Ducebantur igitur Apollonius atque comites eius ad Satrapam. Ille autem forte tentorium ſupra currum imponi curauerat, atque iter aliquo verſus parabat. Videns igitur virum ſqualidum exclamauit, ceu mulierculae meticuloſae, & faciem operiit. Vixque deinde illum reſpiciens, vnde miſſus ad nos veniſti? velut Daemonem quendam interrogauit. Apollonius vero, a me ipſo, reſpondit; ſi qua etiam ex inuitis vobis Viri poſſint fieri. Tum Satrapa interrogauit, quinam eſſet qui regis fines intrauerit? cui Apollonius, mea eſt, inquit, vniuerſa terra, propterea quocunque libuerit pergendi facultas datur. Hoc vero, male te excipiam, dicente, niſi aperte reſponderis: vtinam vero, reſpondebat ille, propriis manibus, vt ipſe poenas luas, virum inuadens. Obſtupeſcens vero eum eunuchus, quoniam nec interprete videbat egere, & reſpondere ſine difficultate & expedite, quis vero, per Deos, es? placide magis & voce iam immutata dicebat.

CAP. XXI. 1 ἐπετέτακτο] ita MSS. Vrbin. & Vatic. prioris fide reſcripſi pro ἐτέτακτο, quod erat in editis.

2 βασιλέως ὀφθαλμὸς] nempe apud Perſas *aures Regiae & Imperatoris oculi quidam vocabantur* Apulei. lib. de mundo, intimi nempe Regis amici. Eſt quoque apud Ariſtoph. Acharnenſ. Act. I. ſc. vlt. p. 373. Καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν ψευδαρτάβαν τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν. Alludit eo Ariſtot. Politic. III, cuius locum obſeruauit Scholiaſt. conf. & Suidam in ὀφθαλμ. Duos *oculos* Regi Perſarum tribuit vetus Grammaticus ad Aeſchyli Perſ. v. 985. At Dio Chryſoſtomus Orat. 3. *Vnius* tantum ex miniſtris Regiis fuiſſe hanc dignitatem affirmare videtur: ὁ μὲν Πέρσης ἕνα τινα ἔσχεν ὀφθαλμὸν βασιλέως λεγόμενον. vid. plura ſi placet ap. Briſſon. l. I. de R. Perſ. p. 125. ſqq.

3 Μῆδος] Bardanes ex *Arſacidarum* h.e. *Parthica* gente, *Medus* hic vocatur. Ratio huius appellationis eſt, quod imperium, quod *Aſſyrii* primum tenuerunt, inde ad *Medos* peruenit, a quibus *Perſae* acceperunt, qui *Medorum* nomine paſſim ob illam gentium cognationem, & quod *Medicum* imperium haberent, vocabantur, vt fuſe monſtratum Mureto Variar. XII, 13. Vid. & ad noſtrum inf. c. 29. n. 1. Poſt Alexandri M. fata reuixit *Perſarum* imperium, ſed Arſace *Partho* duce, vnde *Parthicum* vocant Romani ſcriptores: quodque idem eſſet, quod prius imperium, *Medici* nomen apud nonnullos retinuit, *Meduſque* hic dicitur *Bardanes Arſacida*. Nempe eodem modo, quo *Perſarum* & *Medorum*, *Parthorum* quoque & *Perſarum* confuſa nomina: adde Lipſ. ad Tacit. Annal. VI, c. 31. ſic inf. c. 23. οἰκοῦσι γὰρ ἐν τῇ Μηδικῇ de *Eretrienſibus*, qui *Ciſſiam* ſub *Parthorum* imperio habitabant. & l. II. c. 7. ὁ Μήδων βασιλεύς. Eſt autem ὁ Μῆδος Rex Medicus. vt inf. ὁ Ἰνδὸς Rex Indiae. II. 20 & 26.

4 ἄρτι ἐς τὸ ἄρχειν ἥκων] accuratius tempus deſignat inf. c. 28. vbi Apollonio in aulam Bardanis ventitante, hunc imperium tenuiſſe dicit annis duobus menſibuſque totidem, poſt quam illud a Gotarze, quem fratrem eius Tacitus, Ioſephus patrem facit, recuperaſſet. Rem omnem prolixius narrant ille Annal. XI, 8. hic Antiquit. XX, 2. Quod vero Tillemontius not. ad Claud. p. 1031. putat Philoſtratum cum Tacito, quantum ad temporum rationes, circa Bardanem conciliari non poſſe, neſcio an plane verum ſit. Sane enim verum quidem eſt, quod Bardanem imperaſſe dicat Philoſtratus Apollonio Babylonem aduentante annos 2, menſes 2, vid. cap. 28. quod Apollonius fuerit in eius aula menſes 20, vid. c. 21 & 40. quod inde iter ad Indos aggreſſus & cum iis verſatus fuerit menſes integros 4, indeque Babylonem ad Bardanem redierit: vnde conficiuntur anni minimum 4 cum dimidio. Sed hoc neſcio, vnde colligat, iuxta Tacitum Bardanem A. C. 47. imperare coepiſſe & ante annum 49 diem obiiſſe. Equidem ad annum, quo ludi ſeculares acti, h.e. V.C. 800, Chriſti 47, Tacitus narrat Bardanis imperii initia, & nouos a Gotarze motus, & exitum Bardanis: res non vnius anni tamen, ſed quarum pars tantum in illa tempora incideret, reliqua aliquot annis antea vel poſt euenire potuerunt, occaſione tamen illa ſimul relata, quod non infrequens Hiſtoricis. Certe vaga deſignatione *ſub id tempus* facta haec eſſe indicat.

5 ἐμὴ ἔφη πᾶσα γῆ] ſic Senec. de Benef. III, 7. *Derideas licet ingentis ſpiritus res eſt, cum orientem occidentemque luſtrauerit animo, cum tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura beatiſſime fundit, aſpexeris; emittere hanc* DEI *vocem,* OMNIA MEA SVNT. Nempe Cynicum etiam Stoicumque hoc paradoxum, *Sapientis omnia eſſe*, vid. Lipſ. ad Stoic. Philoſ. l. III. Diſſ. XI.

6 ἀνῆταί μοι] ita hoc verbum occurrebat ſup. c. XIII, vbi v. not. 9.

7 σαυτῷ] ſic cod. Vaticanus prior pro αὐτῷ quod erat in editis: niſi malis ἀυτῷ, quod non infrequens pro σαυτῷ.

8 θήγων ἀνδρός] ſenſus eſt: tantum eſſe & talem Apollonium, vt nemini liceat impune eum offendere. Ἀνὴρ pro viro egregio & excellentis virtutis, frequens. Sic noſter inf. c. 36. δεῖ δὲ τεφράχθαι τὸν ἄνδρα & l. II. c. 21. Porus Dario victo, βασιλέα victum eſſe dicit ἄνδρα δὶ ἀ. Priores Interpretes hic plane coecutiebant.

Reſpon-

Reſpondens igitur Apollonius, quoniam, inquit, modeſte iam & ſatis humane interrogas, quiſnam ſim audi. Sum ego Tyanenſis ille Apollonius, iter autem ad Indorum mihi eſt Regem, vt, quae ibi geruntur, cognoſcam: velim autem & Regem tuum conuenire; eum enim, qui cum eo conuerſati fuere, virum minime malum eſſe dicunt, ſi Bardanes quidem ille eſt, qui ablatum ſibi olim regnum nuper recuperauit. Is ipſe eſt, Satrapa inquiebat, diue Apolloni: iamdudum enim de te audiuimus. Sapienti autem viro ipſo quoque throno ceſſerit, voſque in Indiam vſque deduci curauerit, camelis ſingulis impoſitos ſingulos. Ego autem & mihi hoſpitem te eſſe volo, & iſtas tibi opes offero, (ſimul enim auri monſtrabat theſauros) vt, quantum volueris, ſumas, idque non ſemel tantum, ſed vel decies, ſi libet. Eo autem pecunias recuſante, ſaltem igitur, aiebat, Babylonium vinum tibi habeto: vſum enim eius Rex Satrapis nobis praebet decem: porcorum item accipe & caprarum fruſta toſta, & farinam ac panes, & quicquid volueris. Nam eo, quod tibi poſthac peragendum eſt, itinere per ſtadia complura vici occurrunt, vbi difficilior annona. At ſeipſum mox reprehendens eunuchus, quid, o Dei, inquit, feci! Audiens enim hunc virum, nec animalibus veſci, nec vinum bibere; craſſe, inquit, & imperite ipſum cibis excipio. Atqui licet, aiebat Apollonius, tenui victu me excipere, modo panes atque olera praebeas. Dabo, inquit ille, fermentatos panes, & palmae dactylos ſuccineos & praegrandes: olera praeterea, quae Tigris hortis profert ſuis. Verum ſuauiora mihi ſunt (inquiebat Apollonius) agreſtia, & ſponte ſua naſcentia olera, quam quae coacta quaſi & arte quadam naſcuntur. Suauiora ais? Satrapa dicebat. At vero ſolum nobis, inde a Babylone abſinthio abundans, parum ſuauia gignit ea atque

ὑπολαβὼν δὲ[9] ὁ Ἀπολλώνιος, ἐπειδὴ[10] μετρίως, ἔφη, ταῦτα καὶ ἐκ ἀπανθρώπως ἤρῃ, ἄκουε ὅς εἰμι. ἐμὶ μὲν ὁ Τυανεὺς Ἀπολλώνιος, ἡ δὲ ὁδὸς παρὰ τὸν Ινδῶν βασιλέα, καθ' ἱστορίαν τῶν ἐκεῖ· βουλοίμην δ' ἂν καὶ τῷ σῷ βασιλεῖ ἐντυχεῖν· φασὶ γὰρ αὐτὸν οἱ ξυγγεγονότες, ἀ τῶν Φαύλων εἶναι, εἰ δὴ Οὐαρδάνης[11] ἔστος, ὁ τὴν ἀρχὴν ἀπολωλῦιαν πότ' αὐτῷ, νῦν ἀνακεκτημένος. ἐκεῖνος, ἔφη, θεῖε Ἀπολλώνιε· πάλαι γάρ σε ἠκούομεν. σοφῷ δὲ ἀνδρὶ κἂν αὐτὸς παραχωρήσειε τὸ θρόνου[12], καὶ πέμποι δ' ἂν ὑμᾶς ἐς Ινδούς, ἐπὶ καμήλου ἕκαστον. ἐγὼ δὲ καὶ ξένον ἐμαυτῷ ποιοῦμαί σε, καὶ δίδωμί σοι τούτων τῶν χρημάτων, ἅμα θησαυρὸν χρυσοῦ δείξας, ὁπόσα βούλει δράττεσθαι, καὶ μὴ ἓς ἅπαξ, ἀλλὰ δεκάκις. παραιτησαμένου δὲ αὐτοῦ τὰ χρήματα, σὺ δ' ἀλλὰ οἶνου, ἔφη, Βαβυλωνίου[13], προπίνει δὲ αὐτῷ βασιλεὺς δέκα ἡμῖν σατράπαις[14], ἀμφορέα ἔχε, συῶν τε, καὶ δορκάδων τεμάχη ὀπτὰ, ἄλευρά τε καὶ ἄρτους, καὶ ὅ, τι θέλοις. ἡ γὰρ μετὰ ταῦτα ὁδὸς ἐπὶ πολλὰ σταδία, κῶμαί εἰσιν ὀλίγαι πάνυ ἔυσιτοι. καὶ λαβόμενος ἑαυτοῦ[15] ὁ εὐνοῦχος, οἷον, ἔφη, ὦ θεοί, ἔπαθον. ἀκούων γὰρ τὸν ἄνδρα μήτ' ἀπὸ ζώων σιτεῖσθαι, μή τε οἶνου πίνειν, παχέως αὐτὸν καὶ ἀμαθῶς ἐσιῶ. ἀλλ' ἔστι σοι, ἔφη, καὶ λεπτῶς με ἐσιᾶν, ἢν ἄρτους τε δῷς, καὶ τραγήματα. δώσω, ἔφη, ζυμήτας τε ἄρτους, καὶ φοίνικος βαλάνους[16], ἠλεκτρώδεις τε καὶ μεγάλας[17]· δώσω καὶ λάχανα[18], ὁπόσα ὁ Τίγρις κηπεύει. ἀλλ' ἡδίω μοι, εἶπεν ὁ Απολλώνιος, τὰ ἄγρια καὶ αὐτόματα λάχανα τῶν ἠναγκασμένων καὶ τεχνιτῶν[19]. ἡδίω μὲν, ἔφη, ὁ σατράπης[20]; ἡ χώρα δὲ ἡμῖν ἡ ἐπὶ Βαβυλῶνος, ἀψινθίου πλήρης ὅσα, ἀηδῆ αὐτὰ φύει καὶ πικρά.

9 ὑπολαβὼν δὲ] δὲ restitui ex codicibus noſtris, qui omnes hanc particulam habent.

10 ἐπειδὴ] ſic Vrbinas & Vaticanus prior habebant pro ἐπεί, quod eſt in editis.

11 Οὐαρδάνης] *Bardanes* dicitur Tacito l. c.

12 τοῦ θρόνου] cod. Vrbinas & Vaticanus prior habet τοῦ χρυσοῦ θρόνου.

13 οἶνου Βαβυλωνίου] Athenaeus Dipnoſ. I, 32. Χαρίεις ἐν Βαβυλῶνι οἶνος, φησὶ, γίνεσθαι τὸν καλούμενον νέκταρ. Idem p. 28. *Chalybonii* quoque vini in iſtis regionibus celebris meminit, quod in pretio Regibus Parthis: ὅτι ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὸν χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινε, ὅν, φησὶ Ποσειδώνιος, κἀν Δαμάσκῳ τῆς Συρίας γίνεσθαι, Περσῶν αὐτόθι καταφυτευσάντων τὰς ἀμπέλους. Eiuſdem vini mentio apud Strabonem quoque l. XV. p. 735. Hic tamen forte *Babylonium* vinum eſt, quod ex palmis exprimitur: ab his enim *praecipua vina orienti*. Eae autem inſignes in Babylonia Plin. XIII, 9. *Clariſſimaeque omnium* palmae, *quas regias appellauere ab honore, quoniam Regibus tantum Perſidis ſeruarentur, Babylone natae vno in horto*. add. XIV, 9. quod ex Theophraſto Hiſt. Plant. II, 8 tranſtulit Plinius. Strabo quoque palmam optimam Caryotam Babyloniam eſſe indicat, cum qua Thebaide natam contendit, quam ἐ πολὺ χείρονα (ſic enim legit vir magnus pro κρείττονα) τῆς Βαβυλωνίας ait.

14 δέκα ἡμῖν Σατράπ.] nempe ſub Parthis omne Imperium diuiſum in vndeuiginti regna, ex quibus XI ſuperiora, reliqua inferiora dicta. Plin. H. N. l. VI, 29. *Decem* tamen *Satrapae* ſuperiores tantum hic memorantur, vel quod rotundum numerum ſequeretur, vel quod duo regna nonnunquam vnus haberet, quod oſtendit Briſſon. de Regn. Perſ. l. I. p 114.

15 λαβόμενος ἑαυτοῦ] vid. ſupra ad cap. XV. n. 6.

16 φοίνικος βαλάνους] Vatic. prior & Vrbinas habet φοίνικας βαλάνους. Nempe has arefactas τραγήματα παρέθετο.

17 ἠλεκτρώδεις τε καὶ μεγάλας] ſic Athenaeus l. c. praeſtantiſſimas palmarum βαλάνους, eſſe ait, θαυμασίως τὸ κάλλος καὶ τὸ ΜΕΓΕΘΟΣ, τὴν δὲ ὄψιν ΗΛΕΚΤΡΟΥ ὠδὶν διαφέρειν.

18 καὶ λάχανα] καὶ illud exciderat in prioribus editionibus habent omnes codd noſtri.

19 τεχνιτῶν] Suidas ſcribit τεχνητῶν: mutare tamen non auſus ſum. Τεχνιτῶν enim habent omnes codd. noſtri, & ſic legitur quoque ap. Theophyl. ep. 43.

20 ἡδίω μὲν] Satrapa reſpondet eis quae dixerat Apollonius: ſuauiora ſibi videri olera ſine arte nata. Indeque verbis eius per interrogationem repetitis ἡδίω μὲν, inquit, *ſintne dulciora* vel *dulcia ais?* rem ſcilicet aliter habere oſtendens.

πικρά. πλὴν ἀλλὰ τῷ σατράπῃ γε ἀπεδέξατο. καὶ ἀπιὼν ἤδη, ὦ λῷστε, ἔφη, μὴ λῆγε μόνον καλῶς, ἀλλὰ καὶ ἄρχου· νεθετῶν πῃ αὐτὸν ἐπὶ τῷ βασανιῷ σε[21], καὶ οἷς ἐν ἀρχῇ βαρβαρίζοντος ἤκουσε.

amara. Tamen igitur (Apollonius) Satrapae humanitatem approbauit, iamque discedens, amice, dixit, posthac, vt non desinas tantum, sed & incipias bene, facito: castigans eum ob istud, *male ego te excipiam*, & cetera, quae barbare eum initio debacchantem audiuerat.

Προελθόντες δὲ εἴκοσι σάδια, λεαίνῃ ἐντυγχάνουσι, ἀπεσφαγμένῃ ἐν θήρᾳ. καὶ ἦν τὸ θηρίον μέγα, καὶ ὅσον ἔπω εἶδον. ἐβόων τε οἱ ἐκ τῆς κώμης συνερρυηκότες, καὶ νὴ Δί' οἱ τεθηρακότες, ὥς τι μέγα θαῦμα[1] ἐν αὐτῷ ὁρῶντες. καὶ ἦν ἀτεχνῶς θαῦμα· σκύμνους γὰρ ἀνατμηθεῖσα ἐκτὼ εἶχεν. ὁ δὲ τῆς λεαίνης τόκος· αἱ λέαιναι μησὶν[2] κυΐσκουσιν ἓξ, τρὶς δὲ ἀποτίκτουσιν[3], ἀριθμὸς δὲ τῶν σκύμνων, παρὰ μὲν τὴν πρώτην, τρεῖς· ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας, δύο. τρίτῳ δὲ ἁπλομένῃ[4] τόκῳ μονήρη σκύμνον ἀποτίκτει, μέγαν, οἶμαι, καὶ ἀγριώτερον τῆς φύσεως. ἐ γὰρ προσεκτέα τοῖς λέγουσιν[5], ὡς ξήναντες οἱ σκύμνοι τὰς τῶν λεαίνων μήτρας ἐκδίδονται τοῖς σπλάγχνοις. δοκεῖ γὰρ τῇ φύσει τὸ τικτόμενον καὶ τὸ τίκτον ἐπιτήδεια εἶναι ἀλλήλοις, ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ γένους. ἐνιδὼν οὖν ὁ Ἀπολλώνιος τῷ θηρίῳ, καί πολὺν χρόνον ἐπισχὼν, ὦ Δάμι, ἔφη, ὁ χρόνος τῆς περὶ βασιλέα[6] ἀποδημίας ἐνιαυτοῦ ἔσαι καὶ μησὶν ἐκτώ· οὔτε γὰρ ἐκεῖνος ἀνήσει θᾶττον, οὔτε ἡμῖν λῷον ἀπελθεῖν πρὸ τούτου. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ, τῶν μὲν σκύμνων ἐς μῆνας, τῆς λεαίνης δὲ εἰς ἐνιαυτόν. τέλεια γὰρ τελείοις παραβλητέα. οἱ δὲ δὴ στρθοὶ, ἔφη, ὁ Δάμις, οἱ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ[7], τί φήσουσιν, ὡς ὁ δράκων μὲν ἐν τῇ Αὐλίδι ἐδαίσατο ὀκτὼ ὄντας, ἐνάτην ἐπ' αὐτοῖς τὴν μητέρα ἑλών; Κάλχας δ' ἐξηγούμενος ταῦτα, ἐννέα ἐνιαυτοὺς ἀνεῖπε πολεμήσεσθαι τὴν Τροίαν. καὶ ὅρα μὴ καθ' Ὁμηρόν τε καὶ Κάλχαντα ἐς ἐννέα ἡμῖν ἔτη ἡ ἀποδημία τείνῃ. καὶ εἰκότως, ἔφη, ὦ Δάμι, καὶ τοὺς νεοττοὺς Ὁμηρος ἐνιαυτοῖς εἰκάζει[8]· γεγόνασι γὰρ ἤδη, καί εἰσιν[9]. ἐγὼ δὲ ἀτελῆ θηρία, καὶ μήπω γεγονότα,

Stadiis inde viginti progressi, in leaenam incidunt in venatu interfectam. Erat autem fera ingens, & quantam antea non vidissent. Clamoremque sustulerant magnum tum qui ex vico confluxerant, tum ipsi per Iouem venatores, quasi magnum quoddam miraculum in ea deprehenderent. Et certe erat miraculum: caeso enim ventre catulos octo gestabat. Cum leaenae autem partu ita se habet: gestant leaenae in vtero foetum mensibus sex, ter autem pariunt, estque numerus catulorum prima quidem vice trium, secunda autem duorum: quod si tertio forte parere illam contingat, vnum duntaxat parit, magnum, opinor, magisque ingenio ferocem. Neque omnino fides adhibenda est dicentibus, quod catuli leaenarum vterum laniantes demum edantur visceribus. Videntur enim natura genitum atque gignens secum inuicem conuenientiam habere, vt ita species conseruentur. Contemplatus igitur feram Apollonius, cum diu tacitus perstitisset, o Dami, dixit, tempus nostrae ad Regem peregrinationis anni erit vnius & mensium octo: neque ille enim nos ante hoc tempus dimittet, neque nobis conducit antea discedere. Nimirum ex catulis mensium indicium capere par est, ex leaena autem anni: perfecta enim perfectis sunt conferenda. Quid vero, inquiebat Damis, passeres notabunt, qui sunt apud Homerum, quos in Aulide draco absumsit, numero octo, nonam post eos matrem etiam deglutiens? Certe Chalchas, ista interpretatus, nouem annos apud Troiam pugnaturos Graecos praedixit. Vide igitur ne secundum Calchantem & Homerum in annos nouem nostra protrahatur peregrinatio. Ad hoc Apollonius, recte, inquit, o Dami, passerum pullos Homerus annis comparat, iam nati enim fuerant, atque luce fruebantur; ego autem imperfectas & nondum natas bestias, pa-

Cap. XXII.

---

21 ἐπὶ τῷ βασανιῷ σε] nempe his verbis vsus aduersus Apollonium Satrapa paulo ante.

CAP. XXII. 1 ὥς τι μέγα θαῦμα] μέγα omittunt Vrbin. & Vaticanus pr.

2 μησὶν μὲν] μὲν in priorib. editionib. deerat: habent omnes codices nostri.

3 τρὶς δὲ ἀποτίκτουσιν] imo quinquies: primo partu quinque, & quouis sequentium vnum minus catulos excludens, donec ab vno sterilescat, si fides Aristoteli de Generat. animal. l. III. c. 1 & 10. Aelian. Hist. anim. l. IV. c. 34. Oppian. l. III. Venat. Philae de animal. c. 32. Plinio ex Aristotele H. N. l. VIII. 17. & ex eo denique Solino. Aristoteles tamen Hist. animal. VI, 31. Syriae tantum Leonibus hoc tribuit.

4 ἁπλομένῃ] sic restituimus ex codd. nostris pro ἁπλομένῳ priorum editionum, quod mendosum aperte.

5 ἐ γὰρ προσεκτέα τοῖς λέγουσι &c.] haec eo affert noster, quod ratione illa impulsi veteres quidam semel tantum parere leaenam credant, id quod aduersum traditis ab eo hucusque. Est vero in illis, quos hic tangit Herodotus l. III. p. 205. Antigonus hist. 25. Eustathius in Hexaem. p. 35. idemque, tanquam vulgo creditum Plinius H. N. l. VIII, 17. & Basilius Hom. 9. in Hexaem. p. 118 allegant. Refutant vero praeter Philostratum Aristot. l. VI. hist. anim. c. 31. Aelian. l. IV. h. anim. c. 34. Plinius H. N. l. VIII, 17. Gellius Noct. Att. l. XIII. c. 7.

6 περὶ βασιλέα] παρὰ βασιλέα legunt codex Vrbinas & Vratislau. παρὰ βασιλέως duo Vaticani.

7 παρὰ τῷ Ὁμήρῳ] extat locus Iliad. B'. v. 307. sqq.

8 εἰκάζει] ita omnes codd. nostri recte. Editi εἰκάζειν.

9 καί εἰσιν] aliam rationem huius rei, quod passerculi annos notent, comminiscitur Eustathius. Scilicet, quia in supremo ramo riterque

riterque non naſcituras vnquam, quo pacto annis aequiparem? Monſtra enim non facile naſcuntur, nataque ſubito extinguuntur. Sed meis verbis crede, eamuſque, Deos, qui haec oſtendunt, precibus vt veneremur.

Cap. XXIII Appropinquanti autem ei Ciſſiae regioni, vt qui Babyloniam iam intraſſet, viſum per ſomnum oblatum fuit, ita Deo, qui obtulerat, concinnatum. Piſces, qui mari exciderant, in terra palpitabant, humano more querelas fundentes, atque planctum cientes eo, quod patriis ſedibus emigrandum ipſis fuerit. Delphinum autem terrae adnatantem orabant, vt opem ſibi ferret, miſerandi plane, perinde ac homines in exilio fata ſua deplorantes. Nihil autem inſomnio territus ille, ſecum quomodo illud ſe haberet & quo ſpectaret expendebat. Damidem tamen perterrefacere cupiens (nouerat enim illum eſſe ex timidorum genere) viſum ei enarrauit: ficto metu, quaſi mala eſſent, quae vidiſſet. Ille igitur, haut ſecus ac ſi ipſe vidiſſet iſta, exclamauit, Apollonioque, vt vlterius pergeret, diſſuaſit: ne, inquiens, nos quoque tanquam piſces ſedibus moti pereamus, multaque miſeranda in aliena terra conqueramur, & forte in malum quoddam, quo expedire nos minime valeamus, prolapſi, Principi cuidam Regiue ſupplices manus tendamus, qui nos contemnat, vt piſces delphini ſolent. Subridens autem Apollonius, Nondum, inquit, philoſophus es qui talia metuas: ego autem, quo ſomnium tendat, tibi exponam. Eretrii Ciſſiam hancce regionem incolunt, ex Euboea quondam a Dario huc deducti, ante annos hoſce quingentos: dicuntur autem, prout viſione quoque oſtenſum, eandem, quam piſces, aerumnam ferre captiuitate, qui nempe & ipſi reti quaſi capti ſint atque concluſi. Iubere igitur Dei videntur, vt ad ipſos diuertens curam eorum geram, ſi qua poſſim. Fortaſſe etiam Graecorum animae, quae iſtam

ἴσως δὲ μήδ' ἂν γενόμενα, πῶς ἂν ἐνιαυτοῖς εἰκάζοιμι; τὰ γὰρ παρὰ φύσιν ὅτ' ἂν γένοιτο, ταχεῖάν τε ἴσχει φθοράν, κἂν γένηται. ἀλλ' ἔπε δὴ τῷ λόγῳ, καὶ ἴωμεν, εὐξόμενοι τοῖς θεοῖς, οἳ ταῦτα φαίνουσι.

Προσελθόντι δὲ αὐτῷ εἰς τὴν Κισσίαν χώραν[1], καὶ πρὸς Βαβυλῶνα ἤδη ὄντι, δόξα ἐνυπνίῳ ἐφοίτησεν, ὧδε τῷ φήναντι θεῷ ξυντεθεῖσα. ἰχθῦς ἐκπεπλωκότες τῆς θαλάσσης, ἐν τῇ γῇ ἔσπαιρον, θρῆνον ἀνθρώπων ἱέντες, καὶ ὀλοφυρόμενοι τὸ ἐκβεβηκέναι[2] τὰ ἤθεα. δελφῖνά τε τῇ γῇ παρανέοντα ἱκέτευον ἀμύναι σφίσιν, ἐλεεινοὶ ὄντες, ὥσπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἐν τῇ ξένῃ κλαίοντες. ἐκπλαγεὶς δὲ ἤδη ὑπὸ τῷ ἐνυπνίῳ, ξυμβάλλεται μὲν αὐτῷ πῶς καὶ ὅπῃ εἶχε. διαταράττειν δὲ βουλόμενος τὸν Δάμιν, καὶ γὰρ τῶν εὐλαβεστέρων αὐτὸν ἐγίνωσκεν, ἀπαγγέλλει πρὸς αὐτὸν τὴν ὄψιν, δέος πλασάμενος ὡς ἐπὶ πονηροῖς, οἷς εἶδεν. ὁ δὲ, ἀνεβόησέ τε ὡς αὐτὸς ἰδὼν ταῦτα, καὶ ἀπῆγε τὸν Ἀπολλώνιον τῷ πρόσωμή πῃ, ἔφη, καὶ ἡμεῖς ὥσπερ ἰχθύες ἐκπεσόντες τῶν ἠθῶν ἀπολώμεθα, καὶ πολλὰ ἐλεεινὰ ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ εἴπωμεν, καὶ πε καὶ εἰς ἀμηχανίαν ἐμπεσόντες ἱκετεύσωμεν δυνάσην τινὰ, ἢ βασιλέα, ὁ δὲ ἡμᾶς ἀτιμάσῃ, καθάπερ τοὺς ἰχθῦς οἱ δελφῖνες[3]. γελάσας δὲ ὁ Ἀπολλώνιος, σὺ μὲν ὅπως φιλοσοφεῖς, εἶπεν, ἢ δέδιας ταῦτα. ἐγὼ δὲ, οἷ τὸ ἐνύπνιον τείνει, δηλώσω. Ἐρετριεῖς γὰρ τὴν Κισσίαν ταύτην[4] χώραν οἰκοῦσιν, οἱ ἐξ Εὐβοίας ποτὲ Δαρείῳ ἀναχθέντες[5] ἔτη ταῦτα πεντακόσια[6]. καὶ λέγονται, ὥσπερ ἡ ὄψις ἐφάνη[7], ἰχθύων πάθει περὶ τὴν ἅλωσιν χρήσασθαι· σαγηνευθῆναι γὰρ δὴ, καὶ ἁλῶναι πάντας. ἐοίκασιν ἂν οἱ θεοὶ κελεύειν με ἐς αὐτοὺς παρελθόντα ἐπιμεληθῆναι σφῶν, εἴ τι δυναίμην. ἴσως δὲ καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν Ἑλλήνων, ἅπερ ἔλαχον[8],

---

arboris conſediſſe dicantur, *annus* vero perfectiſſima & ſumma temporis ſit menſura, qua inferior ſit *menſis* & *dies*.

CAP. XXIII. 1 κισσίαν χώραν] Strabo l. XV. p. 728. Suſianam *Ciſſiam* dictam ait, hodieque illius nominis veſtigia ſupereſſe videntur, dicitur enim tractus ille *Chuſiſtan*. *Stan* autem, vt nuper Pezronus docuit in antiquitatibus Celticis, lingua illarum gentium eſt *regio*, vt *Chuſiſtan* ſit *regio Ciſſiorum*. Ptolemaeus quoque Geograph. l. VI. p. 149 *Ciſſiam*, partem Suſianae, inter Chaltapetin & Etymaeos collocat. Herodotus autem l. VI. c. 119. diſerte indicat, in ſtathmo *Ciſſiae* huius, cui nomen *Anderica*, habitare *Eretrienſes* captiuos, *Suſa* adductos, voluiſſe Darium. Ex his liquet, male hic priores interpretes vertiſſe: *Poſtea cum in regionem Ciſſiam Babyloniae finitimam deueniſſent*. Apollonio enim Babylonem contendenti, &, vt ex cap. XXI patet, eius fines iam ingreſſo, Suſiana, eiuſque prouincia *Ciſſia* attingi non potuit, quae Orientalis eſt Babyloniae. Veriorem verſionem nos ſubſtituimus; nempe propior factus eſt *Ciſſiae*, ingreſſus iam *Babyloniam* prouinciam, illius enim *Ciſſia* latus orientale contingebat. Certe in Ciſſia non fuiſſe, cum ſomnium hoc ei obtingeret, patet quoque ex paulo poſt dicendis, vbi hoc ipſo ſomnio monitus ex via *Ciſſiam* verſus diuertere ſtatuit. v. not. 10. Ceterum neſcio quid ſibi velit Dionyſius, Κίσσιος eſſe dicens Babyloniae boreales Perieg. v. 1014. ſq. edit. Papii. Αὐταὶ ὑπὲς Βαβυλῶνος, ἐπὶ πρώτην βορέαο Κίσσοι, μεσαβάτας τε, χαλωῆταί τε νέμονται.

2 ἐκβεβηκέναι] codex Vrbinas habet ἐκπεπλωκέναι.

3 καθάπερ τοὺς ἰχθῦς οἱ Δελφῖνες] nempe minores piſces contemnunt Delphines, eorumque θήρᾳ viuunt, vt eſt ap. Plin. H. N. l. IX. 8. 9.

4 Ἐρετριεῖς τὴν Κισσίαν ταύτην] rem omnem exponit fuſe Herodotus l. VI. 101. 119. & Plato lib. III. de Legib. cuius & Epigramma in hoſce captiuos habet Diog Laertius III, 33.

5 ἀναχθέντες] verior lectio, quam habent omnes MSS. noſtri. Priores editiones: ἀνεχθέντες.

6 ἔτη ταῦτα πεντακόσια] firmant haec quoque ſatis chronologiam vitae Apollonii, Eretrienſes capti eo anno, quo ad Marathonem fuit pugnatum h. e. A. M. 3514. ſecundum Vſſerium, ante C. N. 488, ſequenti anno in Ciſſiam ſunt ablegati. Implentur igitur 500 anni A. C. XI. V. C. 778. Apollonius tamen biennio ante ſecundum computum noſtrum in Ciſſia fuit: rotundo nempe numero hic vti Philoſtratus videtur.

7 ὥσπερ ἡ ὄψις ἐφάνη] verbum ἐφάνη ex Vrbin. & Vaticano priore reuocauimus, priores editiones omittebant.

8 ἅπερ ἔλαχον] haec verba, ad ſenſus integritatem plane neceſſaria, reſtitui ex Vatican. & Vrbin.

τὴν ἐνταῦθα μοῖραν[9] ἐπάγονταί με ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς γῆς. ἴωμεν οὖν ἐξαλλάξαντες τῆς ὁδοῦ[10], περὶ μόνῳ ἐρωτῶντες τῷ φρέατος[11], πρὸς ᾧ οἰκοῦσι. λέγεται δὲ τοῦτο κεκρᾶσθαι μὲν ἀσφάλτῳ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ ὕδατος[12]. ἐκχέαντος δὲ τοῦ ἀνιμήσαντος ἀποχωρεῖν ταῦτα, καὶ ἀπ' ἀλλήλων κρίνεσθαι. παρελθεῖν μὲν δὴ ἐς τὴν Κισσίαν καὶ αὐτὸς ὡμολόγηκεν, ἐν οἷς πρὸς τὸν Κλαζομένιον σοφιστὴν[13] γράφει. χρηστὸς γὰρ ἄνω τι καὶ φιλότιμος ἦν, ὡς ἐπειδὰν Ἐρετριέας[14] εἶδε, σοφιστοῦ τε[15] ἀναμνησθῆναι, καὶ γράψαι πρὸς αὐτὸν ἅτε εἶδεν, ἅτε ὑπὲρ αὐτῶν ἔγραψε[16]. καὶ παρακελεύεται οἱ παρὰ τὴν ἐπιστολὴν πᾶσαν ἐλεεῖν τοὺς Ἐρετριέας, καὶ ὁπότε μελετῴη τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, μηδὲ τὸ κλαῖειν ἐπ' αὐτοῖς παραιτεῖσθαι.

Ξύνῳδα δὲ τούτοις καὶ ὁ Δάμις περὶ τῶν Ἐριτριέων ἀναγέγραφεν. οἰκοῦσι γὰρ ἐν τῇ Μηδικῇ[1], Βαβυλῶνος ἀπὸ πολὺ ἀπέχοντες, ἡμέρας δρομικῷ ἀνδρί. ἡ χώρα δὲ ἄπολις, ἡ γὰρ Κισσία κῶμαι πᾶσα. καί τοι καὶ νομάδων ἐν αὐτῇ γένος, μικρὰ τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες. ἡ δὲ τῶν Ἐρετριέων οἰκεῖται μὲν τῆς ἄλλης[2] μέση. περιβέβληται δὲ ποταμῷ τάφρον, ἣν αὐτοὶ βαλέσθαι περὶ τῇ κώμῃ λέγονται, τεῖχος αὐτὴν ποιούμενοι πρὸς τοὺς ἐν τῇ Κισσίᾳ βαρβάρους. ὑπόμβρος δὲ ἀσφάλτῳ ἡ χώρα, καὶ πικρὰ ἐμφυτεῦσαι. βραχυβιώτατοι γε οἱ ἐκεῖνοι ἄνθρωποι, τὸ γὰρ ἀσφαλτῶδες πολὺ, ἐς πολλὰ τῶν σπλάγχνων ἰζάνει·

sortitae sunt sortem, inuitant me emolumenti istius regionis causa. Eamus ergo ex itinere diuertentes, & de puteo solum, iuxta quem habitant, interrogantes. Dicitur autem ille bitumine, oleo, & aqua mistus esse: quae, si quis hauserit, atque effuderit inde, cedere ab inuicem ista atque separari perhibent. Diuertisse autem in Cissiam sese ipse testatus est in iis, quae ad Sophistam Clazomenium scribit. Adeo enim benignus erat atque humanus, vt, postquam Eretrienses vidit, & Sophistae recordaretur, & perscriberet ad eum quae ipse viderat, & quae postea in litteras retulit ille. Per totam autem Epistolam ei autor est, vt oratione miserias Eretriensium prosequatur, eamque de illis declamans orationem ne lacrymis quidem abstineat.

His etiam consonant quae de Eretriis a Damide scripta reperiuntur. Habitant enim in regione Medorum non longo a Babylone interuallo, & quod vna die expeditus cursor conficiat. Vrbibus autem regiocaret: Cissia enim omnis vicis constat. Estque in illa vagabundorum quoque hominum genus, rarius equis descendentium. Eretriorum autem regio media quidem inter ceteras est, cingiturque flumine veluti vallo quodam, quod ipsi vico circumduxisse dicuntur, propugnaculum id sibi statuentes aduersus Barbaros Cissiae incolas. Regio autem bitumine irrigua est; & ob amaritudinem rei hortensi & agresti parum apta. Hominum quoque ibi degentium breuis est vita: potus enim bitumine infectus, profunde intestinis inhaeret. Cap. XXIV.

9 τὴν ἐνταῦθα μοῖραν] nempe erat illa Genethliacorum persuasio: *sortiri* animas humanas, antequam in hoc corpus venirent, quicquid eis obuenturum esset. Et quidem omnia, quae ad corpus spectant atque fortunas, ad κλῆρον τύχης, cetera τὰ πρακτὰ ad κλῆρον Δαίμονος referebant v. Vettium Valentem apud Seldenum ad Marm. Oxon. p. 28. Scaligerum ad Manilium, Salmas. de annis Climact. & alios. Philosophi Platonici & Pythagorici κλῆρον τύχης vocant, quod nullum in eo animo nascituro sit arbitrium, nulla αἵρεσις: vnde Plato de Republ. l. X. p. 617: sortitionem heic inducit a Lachesi peractam, quali nos in rebus, quas merae fortunae putamus, vti solemus. Quo ipso tamen prouida Dei sapientia non excludi videtur, sed animae tantum electio. Κλῆρον Δαίμονος contra humano animo sua *electione*, αἱρέσει, obuenire putant. Vnde Plato l. c. κλῆρον τῆς αἱρέσεως eum appellat. Differte enim idem χ' ὑμᾶς Δαίμων λήξεται ait, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε: eumque αἱρεῖσθαι ait κατὰ συνήθειαν τὸ πρότερον βίου, h. e. prout animus in statu praeexistentiae, post lapsum, bonitatis plus minusue retinuerit. Haec si teneantur, facilis erit conciliatio doctrinae horum Philosophorum de fato & κλήροις istis cum libero arbitrio. Hinc iam λαχεῖν (vnde & *Lachesis* has sortes moderatur ap. Plat.) dicuntur a nostro *animae*, vt *in Cissia* habitarent, quod est κλήρῳ τύχης, nam ad corpus pertinet. Vocatur autem μοῖρα, quicquid sorte ista iis obuenerit. Hinc μοιρογενέσεις apud Firmicum, (apud quem tamen vitiose vbique *myriogeneses* scribitur) de quibus plura ap. Salmas. de annis Climact. p. 581.

10 ἐξαλλάξαντες τῆς ὁδοῦ] nimirum ipsi *Babylonem* tendebant, in *Cissiam* itaque abituris deflectendum a via, vid. supra not. 1.

11 τῷ φρέατος] eiusdem fontis descriptio est ap. Herodotum l. VI. c. 119: vbi Eretrienses XL stadiis ab hoc fonte collocatos ait.

12 ἀσφάλτῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ ὕδατος] paulo aliter Herodotus, qui loco aquae *sal* substituit: τρίπτοντα τριφασίας ὁδούς· καὶ ἡ ἄσφαλτος καὶ οἱ ἅλες πήγνυνται παραυτίκα, τὸ δὲ ἔλαιον συνάγουσιν ἐν ἀγγείοις. Et paulo ante de hoc fonte παρέχεται τριφασίας ἰδίας, καὶ γὰρ ἄσφαλτος καὶ ἅλες καὶ ἔλαιον ἀρρύσοντα ἐξ αὐτοῦ.

13 Κλαζομένιον σοφιστὴν] Scopelianum intelligit, vt patet ex c. 24: ille nempe Clazomenius, licet Smyrnae Scholam habuerit. v. Suidas. De Scopeliano illo plura in vitis Sophist. Philostratus.

14 ἐπειδὰν Ἐρετριέας] Ἐρετριέας omissum erat in prioribus editionibus, quae etiam legebant ἐπειδή. Restituimus lectionem, in qua omnes codices nostri consentiunt, & quam sensus quoque poscit.

15 σοφιστοῦ τε] particula τε exciderat. Restituimus ex Vrbin. & Vatic. pr.

16 ἔγραψε] Vatic. pr. & Vrbin. habent. ἔπραξε. Verterunt que & Morell. & Rhinuccin. ac si ἔπραξε legissent. Spuriam tamen hanc lectionem, & ex eo, quod verior non intelligeretur, natam arbitror. Nempe hoc sibi vult Philostratus: ea Apollonium de Eretriensibus ad Clazomenium illum Sophistam perscripsisse, quae ille postea in declamatione s. μελέτῃ, cuius Autor ei Apollonius, vt in sequentibus dicitur, extitit, de iis litteris mandauit.

CAP. XXIV. 1 ἐν τῇ Μηδικῇ] v. notata supra ad cap. XXI. n. 3.

2 τῆς ἄλλης] Vrbin. & Vaticanus alter legunt τῶν ἄλλων. Sed bene est τῆς ἄλλης: subintelligendum enim est γῆς, vt tota sit oratio: ἡ δὲ τῶν Ἐρετριέων γῆ τῆς ἄλλης μέση. Salmas. in margine libri sui: τῆς ἄλλης μέση scil. Κισσίας.

Nutrit

Nutrit autem ipsos tumulus vico vicinus, in quo paulum supra infelix solum sublato sementem faciunt, & quasi rure eo vtuntur. Referunt autem ab indigenis se accepisse, Eretriorum septingentos captos esse & octoginta, non tamen omnes armis ferendis idoneos. Erat enim in eo numero feminei sexus & senum aliquantum, erant &, vt ego arbitror, pueri. Magna enim Eretriorum pars in Caphareum & montana Euboeae confugerant. [Susa] vero delati fuerunt viri circiter quadringenti, & decem fere mulierculae; reliqui autem ab Ionia inde & Lydia mori incipientes periere, dum versus regiones superiores deducerentur. Cumque ibi lapicidinam mons eis praeberet, artemque lapides caedendi callerent nonnulli, tum templa struxere Graecorum more, tum forum, quantum sufficere ipsis videretur. Aras quoque erexerunt, Dario quidem duas, vnamque Xerxi, & Daridaeo complures. Exacti autem ipsis post captiuitatem vsque ad Daridaeum anni octo supra octoginta. Scribebant Graecorum more: & ipsorum antiqua sepulcra inscripta sunt *Caius Caii* filius. Et litterae quidem Graecorum sunt, se tamen similes antea haut vidisse dicunt. Inscriptiones autem [vidisse] sepulcris insculptas, vt quisque in Euboea vel nauticam, vel purpurarum mercaturam faciens vitam egerat. Quin & Elegidium legere est in nautarum nauclerorumque sepulcro inscriptum:

Qui quondam Aegaei fluctus arauimus altos,
Ecbatanon medio contumulamur agro.
Patria clara olim vale Eretria, vos & Athenae,
Vicinae Euboees, & mare dulce vale.

Apollonium autem sepulcra collapsa instauraſſe, τρέφει δ' αὐτὰς λόφος ἐν ὁρίοις τῆς κώμης, ὃν ὑπεραίροντα τῶ παρεφθορότος χωρίω σπείρουσί τε καὶ ἠγῶνται γῆν. φασὶ δὲ ἀκοῦσαι τῶν ἐγχωρίων, ὡς ἑπτακόσιοι μὲν τῶν Ερετριέων πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα ἥλωσαν, ὅτι πε μάχιμοι πάντες. ἦν γάρ τε καὶ θῆλυ ἐν αὐτοῖς γένος, καὶ γεγηρακός, ἦν δ' οἶμαί, τινα καὶ παιδία. τὸ γὰρ πολὺ τῆς Ερετρίας τὸν Καφηρέα[3] ἀνέφυγε καὶ ὅ, τι ἀκρότατον τῆς Ευβοίας[4]. ἀνήχθησαν δὲ ἄνδρες μὲν ἀμφὶ τὰς τετρακοσίας[5], γύναια δὲ ἴσως δέκα. οἱ δὲ λοιποὶ ἀπ' Ιωνίας τε καὶ Λυδίας ἀρξάμενοι διεφθάρησαν, ἐλαυνόμενοι ἄνω[6]. λιθοτομίαν δὲ αὐτοῖς παρεχομένω τῶ λόφω, καί τινες καὶ λιθουργὸς εἰδότες τέχνας, ἱερά τε ἐδείμαντο Ελληνικὰ, καὶ ἀγοράν, ὁπόσην εἰκὸς ἦν. βωμούς τε ἱδρύσαντο, Δαρείῳ μὲν δύο, Ξέρξῃ δὲ ἕνα, Δαρειδαίῳ δε πλείους. διετέλεσαν δὲ ἐς Δαρειδαῖον ἔτη μετὰ τὴν ἅλωσιν ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα[7]. γράφοντες τὸν Ελλήνων τρόπον· καὶ οἱ τάφοι δὲ οἱ ἀρχαῖοι σφῶν, ὁ δεῖνα τῶ δεῖνος, γεγράφαται· καὶ τὰ γράμματα Ελλήνων μὲν, ἀλλ' ὅπως ταῦτα ἰδεῖν φασι[8]. καὶ γραφὰς[9] ἐγκεχαραγμένας τοῖς τάφοις, ὡς ἕκαστος ἐν Ευβοίᾳ ἔζη [πορθμεύων, ἢ πορφυρεύων[10]], ἢ θαλάττιον, ἢ καὶ ἀλεργὸν πράττων. καί τι καὶ ἐλεγεῖον ἐστιν ἀναγνῶναι, γεγραμμένον ἐπὶ ναυτῶν τε καὶ ναυκλήρων σήματι,

Οἱ δὲ ποτ' Αιγαίοιο βαθύῤῥοον οἶδμα πλέοντες,
Εκβατάνων πεδίῳ κείμεθ' ἐνὶ μεσάτῳ.
Χαῖρε κλυτὴ πολιὰς Ερέτρια, χαίρετ' Αθῆναι,
Γείτονες Ευβοίης, χαῖρε θάλασσα φίλη.

Τὰς μὲν δὴ τάφους διεφθαρότας ἀναλαβεῖν τε αὖ-

---

3 τὸν Καφηρέα] notissimum Euboeae promontorium versus Hellespontum, de quo passim veteres. Scholium Codici Fuluii Vrsini adscriptum: ὅτος ὁ Καφηρεύς ἐστιν ἀκρωτήριον τῆς Ευβοίας, ξυλοφάγος νῦν λίγεται, Καφηρεὺς δὲ διὰ τὰς τῶν ἀνέμων ἀντιπνοίας, παρὰ τῶ κάπος, ὃ σημαίνει τὸ πνεῦμα. ὅπερ καὶ ὁ Ναύπλιος τὰς φυκτὰς ἰπάψας ἔσφηλε τὸ πνεῦμα Ελλησας. Quae in postremis verbis de Nauplio & Graecis naufragis habet, de iis plura Homer. Odyss. IV. XI.

4 ὅ τι ἀκρότατον τ. Ευ.] sic Herod. VI, 100. initio statim Eretriensium quibusdam ait illud consilium animo sedisse, ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα Ευβοίας.

5 τετρακοσίας] nempe capti DCC, sed CCCC tantum, reliquis in itinere mortuis, *Susa* deportati fuere. Mirum hic perturbauerant omnia priores Interpretes.

6 ἐλαυνόμενοι ἄνω] nempe Susiana, cuius pars *Cissia*, mediterranea prouincia, quo rapti Eretrii ἄνω ἐλαύνεσθαι dicuntur. Τὰ κάτω enim sunt mari magis vicina, vt *Lydia*.

7 ἐς Δαρειδαῖον μετὰ τὴν ἅλ. ἔτη ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκ.] Mirum in modum fallitur Hoffmannus in Lexico, vbi *Daridaeum* hunc Persis praefuisse Tiberii & Caii tempore dicit, quem sequitur Anglus Philostrati interpres. Satis tum ex Philostrato tum ex Tacito & Iosepho constat, illa aetate Bardanem Parthicum siue Persicum imperium tenuisse. Praeterea quomodo ab Eretriensibus captis vsque ad tempora Tiberii XXCIIX tantum anni potuerunt effluxisse? Eretrienses capti sunt eo ipso anno, quo ad Marathonem pugnatum est. Inde si XXCIIX anni numerentur, ad regnum *Artaxerxis Mnemonis* deuenitur, quem cur Daridaeum noster dixerit, alii coniciant. Pater eius *Ochus* nomen *Darii* adsciuerat, vbi regno fuisset admotus: vnde an coniecturae fundamenta peti possint, nolim definire. *Dariaeum* inuenimus apud Ctesiam, Artaxerxis Longimani fratrem natu minorem, sed ab hoc obtruncatum, antequam regni habenas capessere posset, vt adeo is esse nequeat, cui tot aras Etrienses posuere, & qui tanquam Rex a Philostr. hic describitur. Nec tempus congruit; obtruncatus enim ille XVII fere post pugnam Marathoniam anno.

8 ἀλλ' ὅπως τ. ἰδεῖν φασι] nempe sub Dario Hydaspis transportati in Mediam fuere, φυλάττοντες τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν, vt Herodotus ait VI, 119. scribendi que adeo etiam rationem, quam Cadmus inuexerat, vel potius paulisper ab ea immutatam, & quae retentae etiam Athenis fuit, vsque dum a Callistrato Samio XXIV litterarum Alphabetum constitueretur, quod factum est post illam Eretriensium cladem, vide viro magno obseruata in noua diuini operis de P. & V. Numism. editione p. 94. & p. 85. sq. Hinc factum, vt dicerent Apollonius & Socii, similes litteras Graecas sibi visas antea non esse, forma enim illae ab iis, quae aetate Apollonii in vsu diuersae.

9 γραφὰς] ita ex coniectura rescripsi, quid enim hic esse, posset γαῦς? quod vulgati habebant.

10 πορθμεύων ἢ πορφυρεύων] haec mihi Scholion esse videntur, quod ex margine in textum irrepsit. certe enim nil aliud sunt quam explicatio sequentium; ἢ θαλάττιον ἢ καὶ ἀλεργὸν πράττων, indeque etiam priora illa in versione praetermisi; idem nempe sibi volunt quod posteriora. Delere tamen nolui, sed vncinulis inclusi, quod id autoritatis sine codicum fide mihi non arrogem.

τὸν

τὸν ὁ Δάμις φησὶ, καὶ ξυγκλεῖσαι χέασθαί τε καὶ ἐπενεγκεῖν σφίσιν ὁπόσα νόμιμα, πλὴν τῶ τεμεῖν τι ἢ καθαγίσαι[11]. δακρύσαντά τε καὶ ὑποπλησθέντα ὁρμῆς, τάδε ἐν μέσοις ἀναφθέγξασθαι· "Ερετριεῖς, οἱ κλήρῳ τύχης[12] δεῦρ' ἀπενεχθέντες, "ὑμεῖς μὲν, εἰ καὶ πόρρω τῆς αὐτῶν, τέταφθε γῆν. "οἱ δ' ὑμᾶς ἐνταῦθα ῥίψαντες ἀπώλοντο περὶ τὴν "ὑμετέραν νῆσον ἄταφοι, δεκάτῳ μεθ' ὑμᾶς ἔτει[13]. "τὸ γὰρ ἐν κοίλῃ Εὐβοίας πάθος[14] θεοὶ φαίνουσιν. Ἀπολλώνιος δὲ πρὸς τὸν σοφιστὴν ἐπὶ τέλει τῆς ἐπιστολῆς· "καὶ ἐπεμελήθην, φησὶν, ὦ Σκοπελιανὲ, "τῶν σῶν Ερετριέων, νέος ὢν ἔτι, καὶ ὠφέλησα ὅ, τι ἐδυ- "νάμην, καὶ τοὺς τεθνεῶτας αὐτῶν, καὶ τοὺς ζῶντας. τί δῆτα ἐπεμελήθη τῶν ζώντων; οἱ πρόσοικοι τῷ λόφῳ βάρβαροι, σπειρόντων τῶν Ερετριέων αὐτὸν, ἐλήϊζοντο τὰ φυόμενα, περὶ θέρος ἥκοντες, καὶ πεινῆν ἔδει, γεωργοῦντας ἑτέροις. ὁπότ' ἂν παρὰ βασιλέως ἀφίκετο, ἔρετο αὐτοῖς[15] τὸ χρῆσθαι μόνοις τῷ λόφῳ.

atque occlusisse, Damis ait. Libaminaque & alia iure manium praescripta obtulisse, non tamen mactasse aut sacra cruenta fecisse. Lachrymantem etiam & affectu plenissimum, ista in medio eorum verba protulisse: *Eretrii, fortunae sorte huc delati, vos quidem, etsi procul a patria, sepulti tamen estis: qui autem vos huc proiecere, circa insulam vestram periere, decimo post vestram deportationem anno. Quod enim in sinu Euboico perpessi fuere, Deorum opus est.* Ipse Apollonius autem in fine epistolae, quam ad Sophistam scribit; *Curaui*, inquit, *o Scopeliane, Eretrios tuos, cum adhuc iuuenis essem, illisque, quoad potui, prodesse studui, mortuis aeque ac viuis.* Quid autem est quo viuis profuit? Nempe vicini tumulo Barbari, vbi sementem Eretrii fecissent, segetem depraedabantur aestate aduentantes: conflictandumque adeo iis cum fame fuit, qui aliis agros colerent. Cum igitur Apollonius ad regem venisset, vt soli colle vterentur, impetrauit.

Τὰ δὲ ἐν Βαβυλῶνι τῷ ἀνδρὸς τούτῳ, καὶ ὁπόσα Βαβυλῶνος πέρι προσήκει γινώσκειν, τοιάδε εὗρον. Βαβυλὼν[1] τετείχισται μὲν ὀγδοήκοντα καὶ τετρακόσια στάδια[2] κύκλῳ[3]. τεῖχος δὲ αὐτῆς τρία

Gesta autem ab eo Babylone ceteraque Babylonis memorabilia sequentia inueni. Babylonis muri octoginta supra quadringenta stadiorum orbem conficiunt. Sunt autem muri eius iugeri Cap. XXV

---

11 πλὴν τῷ τεμεῖν τι ἢ καθαγίσαι] nempe hoc Pythagoricae philosophiae religione omisit, alias coniunctae cum inferiis χοαὶ & καθαγίσματα. Lucian. de Luctu: Τρέφοντες δ' ἄρα ταῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς καὶ καθαγιζομένοις ἐπὶ τῶν τάφων. Hinc & inf. ad Graecorum prope Ilium sepulcra ἄνωμα καθαγίσαι dicitur Apollonius l. IV. cap. 10. Quod autem τεμεῖν dicit, proprie pertinet ad *inferias*. In iis enim mactandis hostiis, in terram proiectis, caput *amputabatur*, vnde & ἔντομα illa dicta. Schol. ad Apollonii Argonaut. l. I. v. 587. ἔντομα δὲ τὰ σφάγια κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς. οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις. Τοῖς δὲ ἐραννίοις ἄνω ἀναφερόντες τὸν τράχηλον σφάζουσι. Quamuis aliter illud τέμνειν alii explicent apud eundem, ἔντομα esse volentes, quibus genitalia exsecta sunt, quae inferis mactentur ὡς ἄγονα τοῖς ἀγόνοις: vt contra superis Diis ἔνορχα offerantur. vid. eundem Grammaticum.

12 κλήρῳ τύχης] vid. supra ad cap. 22. not. 3.

13 δεκάτῳ μεθ' ὑμᾶς ἔτει] haut dubie respicit ad pugnam nauale prope Artemisium Euboeae oppidum, qua Xerxis classis duce Eurybiade, Lacedaemonio, profligata fuit: Vtut enim ancipiti marte hic pugnatum tradant Herodotus, Diodorus, Aemil. Probus: clade tamen affectos Persas testantur Isocrates in Panegyrico & Aelianus Var. hist. II, 25. qui itaque in clade perierunt Persae, ἄταφοι in mare proiecti sunt. Vt Palinurus ille Virgilianus, cuius vmbram ab Aenea sepulturae honorem tanto ambitu expetere, iuxta notam gentilium superstitionem, cecinit Virgilius. Cetera tempus egregie hic notatum: quamuis tantundem temporis inter pugnam Marathoniam captosque Eretrios, & pugnam Salaminiam, quam exiguo tempore praecessit ista ad Artemisium, intercessisse ex aliis argumentis dudum perspexerint Chronologi.

14 τὸ γὰρ ἐν κοίλῃ Εὐβοίας πάθος] sic & inf. l. III. c. 22. legitur. In Heroic. vero *Palamede*, sub fin. κοίλην ἔυβοιαν vocari obseruet. Κοῖλα Εὐβοίας vocat Ptolomaeus, apud quem vrbem id pessime interpretantur. Strabo quoque τῆς Εὐβοίας κοῖλα vocat Geogr. X. p. 445. quemadmodum & apud Thucyd. l. II. ἐν κοίλῳ λιμένος, h. e. *in cauo recessu*, in *sinu* portus dicitur. Luculenter autem nobis describit κοῖλα Εὐβοίας Strabo: ita vocari dicens, quicquid est loci inter *Aulidem* & *Geraestum*, rationemque addit: κολπῶται γὰρ ἡ παραλία *in sinum ibi flecti* littora. At generalius vocem accepit Philostratus, & omnes *sinus* Euboeae κοῖλα Εὐβοίας vocat. Nam certe ad Artemisium cum Persis pugnatum, extra illud, quod Strabo vocat κοῖλον Εὐβοίας. Nempe sic, vt antea monebamus, Thucydides quoque generalius κοῖλον λιμένος dixit.

15 ἔρετο αὐτοῖς] quomodo id impetrauerit vid. inf. libri huius c. 36.

CAP. XXV. 1 βαβυλὼν] at sua aetate ad solitudinem rediisse Babylonem, vicinitate Seleuciae exhaustam pridem, Plinius ait l. VI. 30. nisi quod Iouis Beli ibi adhuc templum durare dicat. Similiaque habet Pausanias l. VIII. c. 33. Βαβυλῶνος δὲ τῶ μὲν Βήλε ἱερὸν λείπεται. Βαβυλῶνος δὲ τούτης — ἔδει ἴτι ἦν εἰ μὴ τεῖχος. vide plura apud Bochartum in Chanaan l. IV. c. 15. Quid igitur est, quod Babylonem tum Imperii Parthici sedem facit Philostratus? Equidem Ctesiphontem Parthorum regiam ea aetate faciunt Tacitus lib. VI. Annal. Plinius l. c. Herodianus, alii. Sed tamen Virum Doctiss. Io. Harduinum in Chronol. V. T. p. 217. memini Antoninorum aetate Parthiam Babyloniam statuere, ab Adiabenica & Arabica diuersam. Et p. 218. nummos Babylone cusos agnoscere, inscriptos Parthicis characteribus, quales duos in gaza Regia, magni moduli, aereos, se vidisse ait. Quo vero fundamento haec affirmet, non liquet. Neque quid hic de Philostrato & quem sequi se profitetur Damide dicam, scio. Doctiores hunc nodum expediant, vel, si ita videatur, mendacii Philostratum redarguant. Saltem, quae ille de magnifico in ea vrbe Regis palatio habet, vllo modo cum allegatis autoribus conciliari posse vix putem. Si tamen haec stolide adeo conficta sint, vti videntur, mirum Eusebium, quem fugere tam crassus error vix poterat, ex eo contra fidem Philostrati argumentatum haut fuisse. Sit igitur penes magis emunctos nare illius rei arbitrium.

2 ὀγδοήκ. καὶ τετρακόσ. στάδια] sequitur Philostratus noster Herodotum l. I. c. 178. sed de re notissima nil addimus, de vrbis huius amplitudine, situ, opibus prolixus est Salian. in Annal. ad ann. mundi 3516. n. 3.

3 στάδια κύκλῳ] priores edd. στάδια, τοσαύτη κύκλῳ. Voce τοσαύτη nihil opus esse videbatur. Quam & omittit Photius.

vnius

vnius cum dimidio altitudine, latitudine vno iugero minore. Mediam autem diuidit Euphrates sibi vbique similis: sub quo pons mirabilis artis transit, palatia regia in vtraque fluminis ripa posita coniungens ita, vt oculis id animaduerti non possit. Fertur nempe mulier ex Medorum gente, rerum summa ibi olim potita, sub fluuio pontem struxisse, eo modo, quo nunquam antea ponte iunctus sit fluuius. Lapides enim & aes, bitumen item & quicquid repertum hominibus est, materiae sub aqua combinandae vt inseruiret, ad fluminis ripas vbi congessisset, fluenta inde in paludes deriuauit. Tum iam exsiccato fluminis alueo terram egessit ad duarum orgyiarum altitudinem, cauernamque fecit, quae in arces vtraque inripa positas velut e terra hiare videretur. Eam vero confornicauit, fornicibus fluuii fundo aequalibus. Mox fundamenta quidem murique cauernae obfirmati fuerunt. Asphalto quippe aquam postulante, vt lapidesceret & consolidaretur, Euphrates immissus fuit humido fornici, atque ita pons iste substitit. Regiae autem aedes tectum habent ex aere, sicque ab iis fulgor quasi quidam emittitur. Thalami

μὲν τὸ ὕψος ἡμίπλεθρα, πλέθρᾳ δὲ μεῖον τὸ εὖρος[4]. ποταμῷ δὲ Εὐφράτῃ τέμνεται, ξὺν ὁμοιότητι τῷ εἴδει. ὃν ἀπόῤῥητος ὑποσέχει γέφυρα, τὰ βασίλεια, τὰ ἐπὶ ταῖς ὄχθαις, ἀφανῶς ξυνάπτουσα. γυνὴ γὰρ λέγεται Μήδεια[5], τῶν ἐκεῖ[6] ποτε ἄρξασα, τὸν ποταμὸν ὑποζεῦξαι τρόπον, ὃν μή πώ[7] τις ποταμὸς ἐζεύχθη. λίθους γὰρ δὴ, καὶ χαλκὸν, καὶ ἄσφαλτον, καὶ ὁπόσα ἐς ἔφυδρον[8] ξύνδεσιν ἀνθρώποις εὑρηται, παρὰ τὰς ὄχθας τῷ ποταμῷ νήσασα τὸ ῥεῦμα εἰς λίμνας ἔτρεψε. ξηρόν τε ἤδη τὸν ποταμὸν ὤρυξεν, ὀργυιὰς ἐς δύο, σήραγγα ἐργαζομένη κοίλην, ἵν' ἐς τὰ βασίλεια τὰ παρὰ ταῖς ὄχθαις ὥσπερ ἐκ γῆς ἀναφαίνοιτο· καὶ ἤρεψεν αὐτὴν ἴσως τῷ τε ῥεύματος δαπέδῳ. οἱ μὲν δὴ θεμέλιοι ἐβεβήκεσαν, καὶ οἱ τοῖχοι τῆς σήραγγος. ἅτε δὴ[9] τῆς ἀσφάλτου δεομένης τοῦ ὕδατος ἐς τὸ λιθῶσθαί τε καὶ πήγνυσθαι, ὁ Εὐφράτης ἐπαφείθη ὑγρῷ τῷ ὀρόφῳ, καὶ ᾧδε ἔσχε τὸ ζεῦγμα. τὰ δὲ βασίλεια χαλκῷ μὲν ἤρεπται, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀστράπτει. θάλαμοι

4 τεῖχε μὲν τὸ ὕψος ἡμίπλεθρα, πλέθρου δὲ μεῖον τὸ εὖρος] Muros Babyloniae diuersimode metiuntur diuersi. Age experiamur, an post viros doctos qui tumultuarie illud argumentum tractarunt, lucis aliquid ei affundere valeamus. Tribuit igitur eorum altitudini

Herodotus I, 178:	*cubitos regios*	200
Plinius VI, 29 & eum secuti Solinus & Martianus:	*pedes*	200
Ctesias ap. Diodor. l. II. p. 96:	ὀργυιὰς	50
Apud Diodorum Siculum l. c. quidam, quos sequitur Strabo lib. VI. p. 738 & Curtius:	*cubitos*	50. Philo de VII orbis mirac. πλέον ἢ πεντήκοντα πηχέων.
Philostratus:	plethra	1½.

Vt discrimen rectius pateat, ad *pedis Graeci* & *Romani* mensuram eorum calculos reuocabimus, quorum vnus continet digitos XVI. *Cubitus* igitur *ordinarius sesquipedem tendit. Cubitus regius*, teste Herodoto, *ordinarium* tribus digitis superat, adeoque continet *pedem vnum* cum digitis XI. *Orgyiam* absoluunt IV *cubiti ordinarii* h. e. *pedes VI. Plethrum* mensura est C *pedum*. Est itaque altitudo Murorum Babylon. iuxta

Herodotum	pedum	337	digitor. 8
Plinium	-- -- --	200	-- --
Ctesiam	-- -- -	300	-- --
Diodor. Strab. Curt.	--	75	-- --
Philostratum		150	-- --

Videntur autem omnes istae diuersae sententiae ex Herodoti ortae esse traditione, nec difficile eas ad illum reuocare fontem, & modum, quomodo ex eo ortae sint, ostendere. Plinium enim patrem Historiarum ob oculos habuisse, manifestum facit idem vtrobique numerus 200: Ex Herodoti vero *cubitis* Plinius *pedes* fecit, quod librariis tribui malim, qui *signa*, quibus *pedes* & *cubiti* olim notabantur, non satis adcurate discernentes, confusionis huius fuere autores. Rem ita esse hoc firmat, quod *pedes* illos, quibus mensuram hanc describit, singulos, *tribus digitis* Romanum pedem superare dicat, quod de *cubitis regiis* affirmauerat Herodotus, nec vspiam *pedis* mensuram inuenies, totis digitis tribus *pedem Romanum*, qui idem cum *Graeco* est, superantem. Ctesias porro manifeste secutus Herodotum est: 50 enim *Orgyiae*, conficiunt pedes 300, h. e. *cubitos ordinarios* 200. Hoc tantum non attendit Ctesias, quod Herodotus de *cubitis regiis* loquatur, quorum quisque 3 digitis superat *cubitum ordinarium*. Vt 200 cubiti *regii* totidem *ordinarios* superent *digitis* 600 h. e. pedibus 37 & 8 digitis, quod est discrimen, quo Herodotus & Ctesias inuicem distant. Diodorus Siculus porro, atque Strabo & qui eos sequuntur, ex Ctesiae ὀργυιαῖς, quod fidem tanta moles superare videretur, πήχεις fecisse videntur: numero enim conueniunt, mensurae genere dissentiunt, nec ipse id obscure innuit Diodorus. Quod autem ὁ πάνυ Salmasius ad Solinum p. 62. autores, qui 50 cubitos tribuunt altitudini murorum Babylon. cum Plinio componere conatur, id frustra plane est. Nam vt concedam ipsi cubitos *duorum pedum*, quales nunquam tamen in vsu fuere, vel sic tamen conficies, non quod ipse putat 200, sed 100 tantum pedes. Philostratus deniq; vel ipse Ctesiae calculum ad dimidium reduxit, vel Criticus quidam apud Philostratum ἡμίπλεθρα pro πλέθροις substituit, quod fidem ei superare Ctesianus calculus videretur: πλέθρα enim tria exacte 300 *pedes* conficiunt. Iam latitudinem murorum Babyloniae quod attinet, eam definiunt

Herodotus	*cubitis regiis* 50	h. e. *pedibus* 78 digit. 2.
Philostratus	*plethro non toto*	h. e. pedibus 78 --

nam plethrum C est pedum.

Ctesias: *spatio sex curribus sufficiente:* alii apud Diodorum spatio quod *duobus curribus sufficiat:* Strabo: spatio quo quadrigae sibi occurrentes facile se transmittant: Philo de VII miraculis τὰ δὲ πλάτη τῶν παραδρομίδων ἅρματα τέτρωμα τίσαρα κατὰ τὸν καιρὸν διιππεύει.

5 γυνὴ Μήδεια] Semiramidem intelligit, cuius pontem, vel potius cuniculos sub Euphrate actos, luculenter describit Diodorus Siculus lib. II. p. 98. sq. Qui hic conferendus. Non confundendum autem hoc opus cum Nitocris *ponte*, qui communibus vsibus ciuium in media vrbe Euphrati impositus fuit, de quo Herodot. l. I. c. 186. Imo & Diodorus memorat pontem Semiramidis ordinarium flumini superstratum p. 96.

6 τῶν ἐκεῖ] Photius habet ἐκείνη.

7 μήπω] Photius habet μήπω: sed & μήπε bene se habet.

8 ἔφυδρον] malim ὕφυδρον, sub aqua enim ista perdurare debebant: vt paulo antea fluuius ὑποζευχθῆναι dicebatur.

9 ἅτε δὴ] sic Photius recte, pro ἅτε δὲ, quod erat in editionibus prioribus. Firmat Photianam lectionem cod. Vratisl.

δὲ, καὶ ἀνδρῶνες, καὶ στοαί, τὰ μὲν ἀργύρῳ, τὰ δὲ χρυσοῖς ὑφάσμασι, τὰ δὲ χρυσῷ αὐτῷ καθάπερ γραφαῖς ἠγλάϊσαι[10]. τὰ δὲ ποικίλματα τῶν πέπλων ἐκ τῶν Ελληνικῶν σφίσιν ἥκει λόγων, Ανδρομέδαι, καὶ Αμυμώναι, καὶ Ορφεὺς πολλαχῆ. χαίρουσι γὰρ δὴ τῷ Ορφεῖ, τιάραν[11] ἴσως, καὶ ἀναξυρίδα[12] τιμῶντες· ἐ γὰρ μουσικήν γε, οὐδὲ ᾠδάς, αἷς ἔθελγεν. ἐνύφανταί πε καὶ ὁ Δάτις τὴν Νάξον ἐκ τῆς θαλάττης ἀναστῶν[13], καὶ Αρταφέρνης περιεσκὼς τὴν Ερετρίαν[14], καὶ τῶν ἀμφὶ Ξέρξην, ἃ νικῶν ἔφασκον. Αθῆναι γὰρ δὴ ἐχόμεναί[15] εἰσι, καὶ Θερμόπυλαι[16], καὶ τὰ Μηδικώτερα[17] ἔτι, ποταμοὶ ἐξαιρέμενοι τῆς γῆς[18], καὶ θαλάττης ζεῦγμα[19], καὶ ὁ Αθως ὡς ἐτμήθη[20]. φασὶ δὲ καὶ ἀνδρῶνι ἐντυχεῖν, ἔ τὸν ὄροφον ἐς θόλε ἀνῆχθαι σχῆμα οὐρανῷ τινι εἰκασμένον, σαπφαρίνῃ δὲ αὐτὸν κατηρέφθαι λίθῳ· κυανωτάτη δὲ ἡ λίθος, καὶ ὠρανία ἰδεῖν. θεῶν τε ἀγάλματα, ὃς νομίζουσιν, ἵδρυται ἄνω ἐ χρυσᾶ φαίνεται, καθάπερ ἐξ αἰθέρος. δικάζει μὲν δὴ ὁ βασιλεὺς ἐνταῦθα. χρυσαῖ δὲ ἴυγες[21] ἀποκρέμανται τῶ ὀρόφω τέτταρες, τὴν Αδραστείαν αὐτῷ παρεγγυῶσαι, καὶ τὸ μὴ ὑπὲρ τὲς ἀνθρώπες[22] αἴρεσθαι. ταύτας οἱ μάγοι αὐτοί

autem & conclauia virorum, atque porticus partim argento, partim aureis textis, partim ſolido auro velut picturis ornata ſunt. Stragulorum autem pigmenta Graecorum fabulae ipſis ſuppeditarunt: Andromedae, Amymonae & paſſim Orpheus. Orpheo delectantur enim, tiarae forſitan & feminalium reuerentia: non muſicae certe artis & carminum, quibus animos deliniebat. Textorio quoque opere Datis repraeſentabatur Naxum inſulam ex mari euellens, & Artaphernes Eretriam obſidens, & Xerxis regis victoriae. Athenae enim occupatae, & Thermopylae hic habentur, & quae Medorum ingenio magis adhuc conueniunt, flumina e terra ſublata, & mare ponte iunctum, perfoſſuſque Athos. Dicunt, & in conclaue ſe veniſſe, cuius tectum tholi forma fuerit elaboratum coelo cuidam ſimile, idque Sapphiro opertum fuiſſe: lapis vero ille coeruleus maxime eſt, coelique colorem refert. Deorum autem, quos ipſi habent, imagines in parte ſuperiore ſunt poſitae, aureaeque, ex aethere quaſi, coruſcant. Atque hic quidem ius dicere Rex ſolet. Ex teſtudine vero aureae iynges quatuor pendebant, Adraſteam ipſi denunciantes, admonenteſque, ne ſupra hominem ſe efferret. Has ipſos ſe confeciſſe Magi aiunt,

10 καθάπερ γραφαῖς ἠγλάϊσαι] ſimile opus deſcribitur inf. l. II. cap. 20.

11 τιάραν] de Tiaris Perſarum fuſe Briſſon. de regno Perſ. p. 145. & Salmaſ. ad Solin. qui de figura earum, & diſcrimine a *mitris*. De *Orphei ſtatua* Calliſtratus ἐκόσμει δὲ αὐτὸν τιάρα Περσικὴ χρυσῷ ἀνάκτορος ἀπὸ κορυφῆς ἐς ὕψος ἀνέχουσα. & Philoſtr. Iunior in imaginib. τιάραν χρυσανγῆ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς Orpheo pingit. Ea conſpicuus quoque eſt in duobus nummis, quos ex Roma ſubterranea exhibet clariſſ. Gronouius in Theſ. Antiquit. Graec.

12 ἀναξυρίδα] Heſ. & Suid. ἀναξυρίδας interpretantur φημιστάλια καὶ βρακία. Eas ad genua pertingentes περισκελῆ vocari Graecis dicit Hieron. Ep. ad Fabiol. De illo habitu, Perſis proprio, plura habet Briſſon. de Regn. Perſ. p. 41. Gallorum quoque *braccas* veteres nominant ἀναξυρίδας. v. Diodorus l. V. p. 307. & Plutarch. in Othone Ἀναξυρίδας autem a *ſubligaculo* eo differre, quod hoc pudenda tantum, illae femora etiam contexerint. Ἀναξυρίδας haſce Perſicas videre eſt in Phraate militaria ſigna exhibente, qui conſpicitur in nummo quodam Auguſti, & in variis gemmis antiquis, quas iunctim exhibet Th. Hyde Hiſt. Rel. Perſ. p. 113. Cum ἀναξυρίσι *feminalibus* pictum Orpheum nuſpiam memini. Niſi Philoſtratum erediſſe velimus, ἀναξυρίδας idem eſſe quod τιάραι, cum qua voce paſſim iungitur. Sic Polluci viſum lib. VII. c. 58. 59. ſi editionibus eius fides: Περσῶν μὲν ἰδία κάνδυς καὶ ἀναξυρὶς, ἣν καὶ κυρβασίαν καὶ κίδαριν καὶ πῖλον καλοῦσι. qui multos locus ex recentioribus viros doctos ſeduxit. Sed recte Briſſonius imo & Henricus Stephanus apud Pollucem poſt ἀναξυρὶς excidiſſe viderunt voces καὶ τίαρα, quas planiſſime in ſuo Pollucis codice ſe reperiſſe teſtatur Iungermannus noſter.

13 ἐκ τῆς θαλάττης ἀναστῶν] Herodot. l. VI. 96 ita nempe igne ferroque in Naxum furebant, ac ſi eam extinguere & ex mari euellere cuperent.

14 καὶ Αρταφ. περιες. τὴν ἐρετρ.] Herod. l. VI. cap. 101.

15 Αθῆναι γὰρ δὴ ἑχομ.] Herod. l. VIII. c. 51.

16 Θερμόπυλαι] id l. VII. c. 228.

17 Μηδικώτερα] Perſico faſtu magis digna. Medorum autem & Perſarum promiſcue vſurpata eſſe nomina, obſeruatum ſupra ad c. XXI. n. 3.

18 ποταμοὶ ἐξαιρέμενοι τ. γῆς] quos ſcilicet tam vaſti exercitus potando abſumerent. Herod. l. VII. c. 185. 186. 187. Iuuenal. Sat X.

19 θαλάττης ζεῦγμα] Helleſpontus ponte iunctus. id. l. VII. 33-36.

20 ὁ Αθως ὡς ἐτμήθη] Herod. l. VII. 22. 23. 24.

21 χρυσαῖ ἴυγγες] Μάγων ἴυγγες & Θεσσαλαὶ, quibus patrant res miras notae. Spectant eo quaedam Apollonii inf. l. VIII. c. 7. Sic & de Proclo Marinus in vita eius, eum imbres coelo deduxiſſe ἴυγγά τινα προσφόρως κινήσαντα. Illas magorum ἴυγγας Syneſius de inſomn. p. 134. συμπαθείας interpretatur rerum, quas nempe Magus cognoſcens, ἕλκει ἄλλο δ' ἄλλε, vt ibi Nicephorus in ſchol. obſeruat p. 360. Idem Nicephorus de *vocibus* magicis ſ. *incantationibus*, quas *Iyngas* appellent, ex Chaldaicis παραγγελίαις agit. Sed illa non multum huc faciunt, vti nec ea, quae de *iynge*, ad amatorias illecebras adhibita, habent Graeci Grammatici ad Pindarum maxime & Theocritum. Ex oraculis Chaldaeorum praeſentem locum optime explicari poſſe putem, vbi v. 115 de Iyngibus, quae νοήματα πατρὸς dicuntur, καὶ ναῦσαι αὐτῷ, ſuntque adeo claſſis Spirituum, de qua plura Stanleius Philoſ. Or. l. I. ſ. II. c. 5. de illis Oracula addunt:

Βελαῖς ἀφθέγκτοισι κινήσειας ὥσε νοῆσαι.

h. e. *ineffabilibus eas conſiliis excitare notiones*. Earum ergo figurae & ſymbola quaedam hic ſuſpenſa, quibus numine ſuo praeſentes ἀδραστείας & modeſtiae νοήσεις apud Regem excitent. Haec vero Symbola ipſius forte auis, quae ἴυγξ Graecis dicitur, *motacilla* Romanis, formam habuere. Similem ob cauſam *Iynges* ſuſpenſae quoque in Delphici Apollonis μαντείῳ, vt inf. l. VI. c. 11. narrat Apollonius: nempe ibi inprimis excitandae ἴυγγος, quas qui excitat, ei πειθὼ conuenit, h. e. perſuadendi vis; quae cauſa, vt *Iyngis* ſiue motacillae Symbolum ei rei adhiberetur, quae ob linguae, vt puto, longitudinem apud Graecos quoque eloquentiae pellacis eſt Symbolum.

22 ὑπὲρ τὲς ἀνθρώπες] Photius habet ὑπὲρ τὰς ἐρανίς.

qui

qui regiam frequentant: vocantque ipsas deorum linguas.

Cap. XXVI. De Magis autem Apollonius, quantum satis est, dixit: se nempe versatum esse cum eis, atque mutuo institutione accepta dataue ab iis recessisse. Damis vero, quae loquutus ille cum Magis fuerit, ignorat: prohibuisse enim Apollonium, quo minus se comitaretur ad eos euntem. Narrat tamen eum Magos frequentasse meridiano tempore nocteque media: seque aliquando interrogante, qualesnam Magi essent? respondisse illum, sapientes sunt quidem, non tamen in omnibus. Sed de his paulo post agemus.

c. XXVII. Babylonem autem vbi ingressus esset, Satrapa qui magnae portae praeerat, vbi visendae ciuitatis gratia ipsum venire audiuisset, regis statuam auream illi obtulit, cui qui non adorasset, ei ciuitatem intrare nefas erat. Iis tamen qui ab Imperatore Romanorum legati aduenissent, talis nulla incumbebat necessitas. At si aBarbaris aduenire, vel regionis perlustrandae causa aliquis; ille, nisi prius simulacro habuisset honorem, infamia notabatur, si deprehensus esset. Adeoque stolidis rebus Satrapae etiam apud Barbaros praeficiuntur. Vbi itaque statuam ille vidit, qui iste? dixit: cumque regem esse audiuisset: Hic, dixit, quem vos adoratis, si laudem a me tanquam vir bonus & probus fuerit consecutus, magnum satis honorem indipiscetur: atque haec dicens per ciuitatis portam transiit. Id vero miratus Satrapa statim est subsecutus, & manu apprehendens Apollonium per interpretem interrogauit nomen eius, & patriam, & studia, cuiusque rei gratia veniisset? Haecque in tabulas referens, pariter ac habitum eius & faciem, eum quidem expectare iussit.

c. XXVIII. Ipse vero ad homines, qui regis aures appellantur, confestim abiens, Apollonium delineauit, quodque Regis statuam adorare nolit, aliis item hominibus nulla parte sit similis, exposuit: qui cum, vt honorifice adduceret atque nulla re

φασὶν ἁρμόττεσθαι, φοιτῶντες ἐς τὰ βασίλεια. καλοῦσι δὲ αὐτὰς θεῶν γλώσσας [23].

Περὶ δὲ τῶν μάγων, Ἀπολλώνιος μὲν τὸ ἀποχρῶν εἴρηκε· συγγενέσθαι γὰρ αὐτοῖς, καὶ τὰ μὲν μαθεῖν, τὰ δὲ ἀπελθεῖν διδάξας. Δάμις δὲ τὰς μὲν λόγους, οἳ ἐγένοντο τῷ ἀνδρὶ πρὸς τοὺς μάγους, οὐκ οἶδεν· ἀπαγορεῦσαι γὰρ αὐτῷ μὴ συμφοιτᾶν παρ' αὐτοὺς ἰόντι. λέγει δ' ὧν φοιτᾶν αὐτὸν τοῖς μάγοις μεσημβρίας τε καὶ ἀμφὶ μέσας νύκτας· καὶ ἔρεσθαί ποτε, τί οἱ μάγοι; τὸν δὲ, ἀποκρίνασθαι [1], σοφοὶ μὲν, ἀλλ' οὐ πάντα. ταῦτα μὲν ὕστερον.

Ἀφικομένῳ δὲ αὐτῷ ἐς Βαβυλῶνα, ὁ σατράπης ὁ ἐπὶ τῶν μεγάλων πυλῶν, μαθὼν ὅτι ὑπὲρ ἰσορίας ἥκοι, ὀρέγει χρυσῆν εἰκόνα τοῦ βασιλέως [1], ἣν εἰ μὴ προσεκύνησέ τις, οὐ θεμιτὸν ἦν ἐσφοιτᾶν ἔτι. πρεσβεύοντι μὲν οὖν παρὰ τοῦ Ῥωμαίων ἄρχοντος οὐδεμία ἀνάγκη τοῦτο. παρὰ βαρβάρων [2] δὲ ἥκοντι, ἢ ἐφιστορῆσαι τὴν χώραν, εἰ μὴ τὴν εἰκόνα προθεραπεύσειεν, ἄτιμον διελήφθαι. καὶ σατραπεύεται [3] παρὰ τοῖς βαρβάροις τὰ ἄτως εὐήθη. ἐπεὶ τοίνυν τὴν εἰκόνα εἶδε, τίς, ἔφη, ὅτος; ἀκούσας δὲ ὅτι ὁ βασιλεὺς· ὅτος, εἶπεν, ὃν ὑμεῖς προσκυνεῖτε, εἰ ἐπαινεθείη ὑπ' ἐμοῦ καλὸς κἀγαθὸς δόξας, μεγάλων τεύξεται· καὶ εἰπὼν ταῦτα διὰ πυλῶν ἦει. θαυμάσας δὲ ὁ σατράπης αὐτὸν ἐπηκολούθησέ τε, καὶ κατασχὼν τὴν χεῖρα τοῦ Ἀπολλωνίου διὰ ἑρμηνέως ἤρετο ὄνομά τε αὐτοῦ, καὶ οἶκον, καὶ ὅ, τι ἐπιτηδεύων, καὶ ἐφ' ὅ, τι φοιτῶν; καὶ ἀπογραψάμενος ταῦτα ἐς γραμματεῖον, στολήν τε αὐτοῦ [4], καὶ εἶδος, ἐκεῖνον μὲν περιμεῖναι [5] κελεύει.

Δραμὼν δὲ αὐτὸς παρὰ τοὺς ἄνδρας, οἳ δὴ νομίζονται βασιλέως ὦτα [1], ἀνατυποῖ τὸν Ἀπολλώνιον, προειπὼν, ὅτι μήτε προσκυνεῖν βέλεται, μήτε τι [2] ἀνθρώπῳ ἔοικεν· οἳ διάγειν κελεύσασι τιμῶντά τε καὶ

---

23 Θεῶν γλῶσσας] quoniam scilicet *excitant notiones*, vt Orac. Chald. docent, id quod est *linguae* inter homines. Salmas. emendauerat Θεῶν γλῶσσαι, cuius emendationis rationem non assequor.

CAP. XXVI. 1 ἀποκρίνασθαι] sic MSS. nostri, melius puto quam editi, in quibus est ἀποκρίνεσθαι.

CAP. XXVII. 1 χρυσῆν εἰκόνα τοῦ βασιλ.] de hoc more frustra alios consulueris, nisi quod ex Daniele Propheta constet de aurea Nabuchodonosoris statua ab omnibus adoranda, vnde exemplum tractum esse, est verosimile.

2 παρὰ βαρβάρων] ita ex coniectura in margine rescripserat Morell. quod in textum recipere non dubitaui, praeeuntibus codicib. nostris & sensu postulante: in prioribus editionibus erat παρὰ βαρβάρῳ. Ceterum Reges Persarum adorari voluisse notum, Graecosque illam adorationem tanquam δουλοπρεπῆ auersatos esse, patet ex narratis Cornelio Nepote de Cononе c. III, Aeliano de Ismenio Var. hist. I, 17. & Callisthenis oratione contra eam apud Alexandrum M. vid. Arrianus de rebus Alexandr. p. 264.

3 σατραπεύεται] scholium Acciaioli satis bene: ὑπὸ τοῦ Σατράπου διοικεῖται ταῦτα τῷ βασιλεῖ. Nempe irridet Philostratus Persas, quod Satrapam, quae prima Imperii Persici post Regem dignitas, tam ignobili muneri praeficiant.

4 στολὴν] non peculiare vestimenti genus, sed habitum in genere notat, a verbo στέλλεσθαι, quod simpliciter *vestiri* notat, & nostro & aliis autoribus frequens. Sic ἔθος τῆς συνηθείας περὶ τὸ σῶμα στολὴ *insuetus habitus* dicitur Aeliano Var. XII, 1.

5 περιμεῖναι] ita ex Vatic. poster. restitui pro παραμεῖναι.

CAP. XXVIII. 1 βασιλ. ὦτα] vid. supra ad cap. 20. σωματοφύλακα alterum eorum vocat noster paulo post. & pag. sq. Regi ἀναγγέλλει ille dicitur. Vocat autem τοὺς τὰς ἀγγελίας εἰσκομίζοντας χιλίαρχον Aelian. I, 21, qua voce nomen Satrapae exprimere voluisse videtur.

2 μήτε τι] sic cod. Vrbinas: quod magis placet, quam μήτε τινι, quod est priorum editionum.

μηδὲν ὕβρει πράττοντα. ἐπεὶ δὲ ἦλθεν[3], ἤρετο αὐτὸν ὁ πρεσβύτατος ὅ, τι παθὼν[4] καταφρονήσειε τῦ βασιλέως; ὁ δὲ, ἔπω, ἔφη, κατεφρόνησα. καταφρονήσειας δ' ἄν; πάλιν ἐρομένυ[5]. νὴ Δί' εἶπεν, ἴνγε ξυγγένομενος μὴ καλόν τε καὶ ἀγαθὸν ἔυρω αὐτόν. ἀπάγεις δὲ δή τινα αὐτῷ δῶρα[6]; τῦ δὲ αὐτήν τε ἀνδρείαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ τὰ τοιαῦτα φήσαντος· πότερον, ἔφη, ὡς ἀκ ἔχοντι; μὰ Δί' εἶπεν, ἀλλ' ὡς μαθησομένῳ χρῆσθαι, ἂν ἔχῃ αὐτάς. καὶ μὴν χρώμενος τούτοις, ἔφη, τήν τε βασιλείαν ἣν ὁρᾷς, ἀπολωλυῖαν αὐτῷ, ἀνέλαβε[7], τόν τε οἶκον[8] ἐπανήγαγε τῦτον ἀκ ἀπόνως, ἀδὲ ῥαθύμως· ποσὸν δὲ δὴ τῦτο ἔτος τῇ ἀνακτηθείσῃ ἀρχῇ; τρίτυ, ἔφη, ἀπ]όμεθα, δύο ἤδη πυ μῆνες. ἀνασῄσας ἄν, ὥσπερ εἰώθει, τὴν γνώμην, ὦ σωματοφύλαξ, εἶπεν, ἢ ὅ, τι σε προσήκει καλεῖν· Δαρεῖος ὁ Κύρυ καὶ Ἀρταξέρξυ πατὴρ, τὰ βασίλεια ταῦτα κατασχών, ἑξήκοντα, οἶμαι, ἔτη[9], λέγεται τελευτὴν ὑποπ]εύσας τῦ βίυ, τῇ δικαιοσύνῃ θύσας, καὶ, ὦ δέσποινα, εἰπεῖν, ἥ τις ποτε εἶ ὥσπερ ἐπιθυμήσας μὲν πάλαι τῆς δικαιοσύνης, ἔπω δὲ αὐτὴν γινώσκων, ἀδὲ δοκῶν κεκτῆσθαι. τὼ παῖδέ τε ἴτως ἀμαθῶς ἐπαίδευσεν, ὡς ὅπλα ἐπ' ἀλλήλυς ἄρασθαι· καὶ ὁ μὲν, τρωθῆναι, ὁ δὲ, ἀποθανεῖν ὑπὸ τῦ ἑτέρυ. σὺ δ' ἤδη τῦτον[10], ἴσως ἀδ' ἐν τῷ βασιλείῳ θρόνῳ καθῆσθαι εἰδότα, ξυνειληφέναι ὁμῦ τὰς ἀρετὰς βάλει, καὶ ἐπαίρεις αὐτόν, σοὶ φέρων[11], ἀκ ἐμοὶ, κέρδος, εἰ βελτίων γένοιτο. βλέψας ἂν ὁ βάρβαρος ἐς τὸν πλησίον, ἔρμαιον, ἔφη, θεῶν τις ἄγει τῦτονὶ τὸν ἄνδρα ἐν-

ei moleſtus eſſet, iuſſerunt. Accedentem itaque Apollonium, natu maximus eorum interrogauit, quo animo Regem contemnere auderet? Ille vero, nequaquam adhuc contemſi, reſpondit. Igitur ne deinceps contemnes? iterum illo interrogante; Ita per Iouem, reſpondit, ſi ipſum allocutus bonum minus atque probum eſſe deprehendero. [Tum ille]: an vero & dona aliqua illi affers? hocque, affero, inquiente, ipſam fortitudinem, & iuſtitiam, reliquaſque huiuſmodi virtutes: an igitur, regeſſit alter, tanquam non habenti eas affers? Per Iouem, inquit Apollonius, ſaltem affero vt edocendo, quomodo vti debeat ipſis, ſi habeat. At certe, reſpondit alter, etiam vſus iſtis, hoc ipſum, quod vides imperium, amiſſum antea, recepit, iſtudque palatium ſtrenue gnauiterque reſtituit. Quotus autem a recepto regno hic agitur annus? [Apollonio interrogante:] tertium, ille reſpondit, ante duos hos menſes agere coepimus. Confirmaturus igitur, vt ſolebat, ſententiam ſuam, o regii corporis cuſtos, aiebat, vel quocunque te appellari nomine fas ſit, Darius Cyri & Artaxerxis pater, qui iſtud palatium tenuit, ſexaginta, vt puto, annos natus, cum finem vitae iam adeſſe ſuſpicaretur, Iuſtitiae dicitur ſacrificaſſe, & *o domina*, dixiſſe, *quaecunque ſis*; vt, qui iam pridem iuſtitiae fuerit appetens, nondum tamen eam cognoſceret, neque adeo eam ſeſe tenere arbitraretur. Filios autem ita educauit ſtolide, vt ſibi inuicem arma inferrent, eorumque alter vulneratus, alter occiſus a fratre fuerit. Tu autem iſtum, forte non ſatis gnarum, vt in regio ſolio ſedere deceat, omnes iam animo complexum virtutes defendis, eumque plus, quam par ſit, extollis: quamuis non ego, ſed tu lucrum inde ſis habiturus, ſi ad meliorem frugem redierit. His dictis Barbarus in eum, qui proximus aſſidebat, reſpiciens, bonum, inquiebat, inexpectatum Deorum aliquis virum

3 ἐπεὶ δὲ ἦλθεν] ſic omnes codd. noſtri, priores editiones διῆλθεν, quod natum ex praecedente coniunctione δέ.

4 παθὼν] μαθὼν habent omnes MSS. vocemque hanc verſione etiam expreſſere Morell. & Rhinuccin. nempe ſaepe haec verba inuicem permutantur.

5 καταφρονήσειας δ' ἄν, πάλιν ἐρ.] nempe reſponderat Apollonius, ἔπω κατεφρόνησα, *hucuſque non contemſi quidem*, quod cum eum ſenſum habere poſſe videretur, quaſi animo id ageret, vt deinceps contemnat; Interrogat Satrapa, an deinceps igitur contemnere paras? Tum Apollonius negat ſe contemturum, niſi dignum contemtu inuenerit.

6 δῶρα] nempe nemini coram Rege Perſarum ſine dono, cuiuſcunque etiam pretii illud eſſet, comparere licebat. Cum itaque Apollonius meminiſſet τῦ ξυγγίνεσθαι τῷ βασιλεῖ, dona vbi ſint interrogat ille Regis amicus. v. Aelian. V. H. l. I, 31. 32.

7 βασιλείαν ἣν ὁρᾷς, ἀπολωλυῖαν αὐτῷ, ἀνέλαβε] in prioribus editionibus ita legebatur & diſtinguebatur: ἣν ὁρᾷς ἀπολωλυῖαν, αὐτὸς ἀνέλαβε. Certe deſtructum non videt, ſed iam refloreſcens, & flore ſuo Bardanis ſapientiam commendans regnum Apollonius. Praeterea ἀπολωλυῖαν αὐτῷ, quam lectionem debemus codici Vaticano poſteriori, melius quam αὐτὸς, aptiuſque ei reſpondet verbum ἀνέλαβε. Ceterum vide quae de erepto a Bardane Gotarzae imperio ad c. 21. n. 4 monuimus.

8 οἶκον] vt de *palatio* non de *familia* accipiam me mouet, quod mox iterum οἶκυ huius βασιλείων nomine mentio fieri videatur.

9 ἑξήκοντα, οἶμαι, ἔτη] ad praecedentia haec retulere Interpretes priores, vt ſenſus ſit, Darium LX annis regno praefuiſſe. At diſerte XIX tantum annos ei tribuit Diodor. Sicul. omniſque hiſtoria LX annis reclamat. Vel in numeris igitur per litteras deſignatis peccatum: vel, quod veriſſimum videtur, ἑξήκοντα ἔτη ad aetatem pertinent Darii, & ad ſequentia ſunt referenda, vt vel exciderit vel ſubintelligendum ſit γεγονώς. Sic alias quoque in temporum notatione verba vel praepoſitiones omittuntur. inf. cap. 34. ἐσπέρας ἤδη ſubint. γενομένης, quod exprimitur l. III. cap. 4. νυκτὸς γενομένης.

10 σὺ δ' ἤδη τῦτον,] hic pono ὑποσιγμὴν, quam male priores editiones poſt ἴσως poſuerant. Senſus enim eſt: tu vero iam Regem ita forſan omnium rerum ignarum, vt neſciat, quomodo decenter & ex dignitate ſua in throno conſidere debeat, cui ſc. exiguo regni tempore nondum ſatis aſſueuerit, tanquam omnem ſapientiam animo complexum depraedicas.

11 σοὶ φέρων] ſic codd. noſtri omnes. φέρω editiones priores. ſenſus perſpicuus.

hunc

hunc ad nos duxit: bonus enim cum bono conuersatus, multo meliorem Regem nobis dabit, constantioremque multo, & iucundiorem: hae enim ex facie viri refulgent virtutes. Confestim igitur in palatium se recipientes, omnibus nunciauerunt, stare ante fores regias virum Graecum sapientem, consultorem optimum.

c. XXIX. Cum Regi vero haec nunciaret, sacrificabat, Magis quoque praesentibus, illi enim sacris praesunt. Vno itaque eorum aduocato: euenit, inquiebat, somnium, quod hodie tibi narraui, cum me salutatum ad lectum venisses. Somnium autem tale Regi obuenerat: Artaxerxes filius Xerxis sibi esse videbatur ipse, inque eius formam plane mutatus. Timuerat igitur Rex, ne qua rerum mutatio immineret, eo enim formae commutationem trahebat. Postquam vero audiuit, Graecum ac sapientem esse eum, qui aduenerat, venit in mentem ipsi Athenienſis Themistocles, qui ex Graecia olim aduenies cum Artaxerxe versatus est, atque, vt & ille vir egregius euaderet effecit, & talem seipsum praestitit. Dextera igitur extensa, voca, inquiebat, hominem: a pulcerrima enim re conuersationis cum eo fiat initium, sacris nempe eo precibusque adhibito.

Cap. XXX. Intrauit itaque Apollonius stipatus comitibus: hoc ipso enim etiam Regi gratificari volebant, quod animaduertissent, ipsum eius aduentu laetari. Ingressus autem regiam, ne quidem oculos conuertit in eorum quidquam, quae mirari homines sueuerunt, sed tanquam viator illa praeteribat. Damidemque appellans, nuper, inquiebat, me interrogabas, quod nomen fuerit Pamphyliae illi mulieri? quae Sappho familiaris fuisse, & hymnos, qui in Pergaeam Dianam cani solent, composuisse dicitur, Aeolio Pamphylioque modo. Interrogaui, aiebat, [Damis,] tu vero nomen

ταῦθα. ἀγαθὸς γὰρ ξυγγενόμενος ἀγαθῷ πολλῷ βελτίω τὸν βασιλέα ἡμῖν ἀποφανεῖ[12], καὶ σωφρονέστερόν τε καὶ ἡδίω· ταυτὶ γὰρ διαφαίνεται τὰ ἀνδρός. εἰσέθεον ἂν εὐαγγελιζόμενοι πᾶσιν, ὅτι ἀνὴρ ἐπὶ ταῖς βασιλέως θύραις ἑστήκοι, σοφός τε καὶ Ελλην, καὶ ξύμβολος ἀγαθός.

Ἐπεὶ δὲ τῷ βασιλεῖ ἀνήγγειλε ταῦτα, ἔτυχε μὲν θύων παρόντων αὐτῷ τῶν μάγων, τὰ γὰρ ἱερὰ ὑπ' ἐκείνοις δρᾶται. καλέσας δὲ αὐτῶν ἕνα, ἥκει, ἔφη, τὸ ἐνύπνιον, ὃ διηγήμην σοι τήμερον, ἐπισκοπεμένῳ μοι ἐν τῇ εὐνῇ. ὅναρ δὲ ἄρα τῷ βασιλεῖ τοιοῦτον ἀφῖκτο· ἐδόκει Αρταξέρξης εἶναι ὁ τοῦ Ξέρξου, καὶ μεθεστηκέναι εἰς ἐκεῖνον τὸ εἶδος. περιδεὴς τε εἶχε μὴ ἐς μεταβολὴν ἤδη τὰ πράγματα αὐτῷ ἥκῃ[1], ἐς τοῦτο ἐξηγημένῳ τὴν μεταβολὴν τοῦ εἴδους. ἐπεὶ δὲ ἥκουσεν Ελληνά τε καὶ σοφὸν εἶναι τὸν ἥκοντα, εἰσῆλθεν αὐτῷ Θεμιστοκλῆς[2] ὁ Αθηναῖος, ὃς ἀπὸ Ελλήνων ποτὲ ἥκων, συνεγένετο τῷ Αρταξέρξῃ, καὶ πολλὰ ἄξιον ἐκείνου τε ἐποίησεν, ἑαυτόν τε παρέσχετο. καὶ προτείνας τὴν δεξιὰν, κάλει ἔφη. καὶ γὰρ ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ καλλίστου ἄρξαιτο, ξυνθύσας τε καὶ ξυνευξάμενος.

Εἰσῄει μὲν δὴ παραπεμπόμενος ὑπὸ πλειόνων· τοιοῦτοι γὰρ ὤοντο καὶ τῷ βασιλεῖ χαρίζεσθαι, μαθόντες ὡς χαίροι ἀφιγμένῳ. διιὼν δὲ ἐς τὰ βασίλεια, οὐδὲ διέβλεψεν ἐς οὐδὲν τῶν θαυμαζομένων, ἀλλ' ὥσπερ ἐδοιπορῶν διῄει αὐτά. καὶ καλέσας τὸν Δάμιν, ἤρε με, ἔφη, πρώην, ὅ, τι ὄνομα ἦν τῇ Παμφύλῳ[1] γυναικὶ; ἣ δὴ Σαπφοῖ τε ὁμιλήσαι[2] λέγεται, καὶ τὰς ὕμνους, ἃς εἰς τὴν Αρτεμιν τὴν Περγαίαν[3] ᾄδουσι, ξυνθεῖναι τὸν Αιολέων τε καὶ Παμφύλων τρόπον[4]. ἠρόμην, ἔφη, τὸ δὲ ὄνομα

12 ἡμῖν ἀποφανεῖ] ἡμῖν habent omnes MSS. nostri, omiserant illud editiones priores.

CAP. XXIX. 1 μὴ ἐς μεταβολὴν ἤδη τὰ πράγμ. αὐτῷ ἥκῃ] ἤδη deerat in edit. prior. reuocaui ex MSS. nostris, quae habent omnia. Vatican. tamen poster. & Vratisl. ἥκῃ ponunt, vbi reliqui ἥδῃ, & ἤδῃ, vbi illi ἥκῃ. Ceterum mutationum status istiusmodi somniis notari, obseruat Artemidor. Onirocrit. I, 52. περὶ ἀλλοιώσεως.

2 Θεμιστοκλῆς] vid. Cornel. Nep. in Vita eius. Philostr. Imagin. prior. l. II. &c.

CAP. XXX. 1 Παμφύλῳ] male editi παμφύλᾳ, quod ita accepere interpretes, quasi vxor Pamphyli cuiusdam fuerit. Sed veriorem esse lectionem, quem ex MSS. proferimus, sequentia probant, vbi modi eius Pamphylii dicti, & Pamphylius proprii fuisse dicuntur.

2 Σαπφοῖ τε ὁμιλήσαι] de Damophila illa Pamphylia, Sapphus ὁμιλητρίᾳ non facile legeris.

3 Αρτεμιν τὴν Περγαίαν] absolute quoque Diana Περγαία dicitur, a cultu eius in ea vrbe plane singulari. v. inf. de vitis Sophist. l. II. *Varo I.* Huc spectat & Callimach. Hymn. in Dian. v. 178. ad quem vid. illustr. Spanhem.

4 Αιολέων τε καὶ Παμφ. τρόπον] quae hic latent artis Musicae Mysteria, opportune doctissimus nobisque amicissimus, D. D. ita explicabat. *Aeolii* & *Antispastici* carminis autorem Sappho esse, vulgo notum. In *Aeolio* tamen canendi modo defectus quosdam animaduertisse ὁμιλήτριαν eius Damophylam Apollonius hic indicat. Nam τὰ Αιολέων, vt paullo post ait, ἐς τὸ ἀκρότατον κοὴ τὸ ἴδιον Παμφύλων μετήλλαξε. H. e. *Aeolio* modo valere iusso, carmina sua transposuit, modumque inuenit, qui ab ipsa, e *Pamphylia* oriunda, imo & propterea, quod in *Pamphylia* primum cum maxime inualuisset, *Pamphylius* dictus est. Huius modi *Pamphylii* frustra alibi quaeras mentionem: causa forte est, quod soli *Pamphylii* a patria sua eum denominare gestirent, ciui suae Damophylae inuenti huius honorem vindicantes. Esse vero eum hunc ipsum, quem *Mixolydium* ceteri appellant Musici, facile ex ipso Apollonii sermone colligitur, qui eum per τὸ ἀκρότατον definit. Est vero *Mixolydius* tonorum ἀκρότατος, id quod ex Ptolemaei discimus Harmonicis, modos naturales hoc ordine exhibentis:

F Mixolydius
E Lydius
D Phrygius

ἐκ εἶπας. ἐκ, ὦ χρηστὲ, εἶπεν, ἀλλ' ἐξηγούμην σοι τὰς νόμους τῶν ὕμνων[5], καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ ὅπη τὰ Αἰολέων ἐς τὸ ἀκρότατόν τε καὶ τὸ ἴδιον Παμφύλων παρήλλαξε[6]. πρὸς ἄλλῳ μετὰ ταῦτα ἐγενόμεθα,

non edidisti. Non edidi, inquiebat ille, Amice, verum exposui tibi modos hymnorum & modorum nomina, & quomodo ea, quae ad modum Aeolium composita erant, ad modum, qui altissimus est, & quem proprium sibi Pamphylii vindicant, reuocauerit. Inde ad alias res animum appulimus,

C Dorius
B Hypolydius
A Hypophrygius
Γ Hypodorius.

Mixolydius ille dicitur, vel μεσο *Lydius* potius, quod semitonio a *Lydio* tono distet, aut medio fere eius interualli a Lydio tono discedat, quod integer tonus postulat. *Pamphylius* vero a Damophyla Pamphylia femina, vt paulo ante ostensum. Quae cum ἐμιλήτρια Sapphus extitisset, factum inde, vt ipsi Sappho *Mixolydii* inuentionem nonnulli tribuerent, vt Aristoxenus eumque secutus Plutarchus l. de Mus.

Satis de *Pamphylio* modo, qui septem tonorum naturalium ἀκρότατον tenet. Inter eos plane locum non habet Modus *Aeolius*, vnde apud Ptolemaeum, qui solorum *Naturalium* tonorum principia Musica, missis *artificialibus*, tradidit, frustra eum quaeras. *Aristoxenus* itaque, ἄμουσος vt Ptolemaeus ostendit Musicus, & qui eius placita referunt, Euclides in Harmonicis, Bryennius, aliique hic opem ferant. Operae pretium autem fuerit decantatos Aristoxeni tonos XIII vna serie exhibere, vt ex collatione huius διαπασῶν συστήματος, cum paulo ante exposito Systemate *naturali* Ptolemaei, interpolatio tonorum *artificialium* clare appareat. Cumque hi XIII toni sint ex meris interuallis semitonicis formati, sed iis inaequalibus ita, vt eorum nullum eandem cum quouis alio siue ascendendo siue descendendo, formam referat, addemus interuallorum rationes Geometricas in Monochordo, aut binis sibi inuicem omnino aequalibus chordis facile deprehendendas.

Ad primã se habet vox	Octaua	Quinta	Quarta							Tertia			Secunda		Semitonium		Limma	Diesis
Claues / *Nom. ex Aristox.*										*Maior*	*Chromatica*	*Minor*	*Maior*	*Minor*				
G — *Hypermixolyd.*	vt 1	vt 2 —	vt 3	—	—	—	—	—	—	—	—	vt 5	vt 8	— —	vt 15	—	—	—
Fis — *Mixolyd. alter*	—	— —	—	3	—	—	—	—	—	—	—	—	—	— —	ad 16	—	vt 128	—
F — *Mixolyd. prior*	—	— —	—	—	3	—	—	—	—	—	vt 27	—	ad 9	— —	—	15	ad 135	—
E dur. *Lydius*	—	— —	—	—	—	3	—	—	—	vt 4	—	ad 6	—	vt 9 —	—	16	—	vt 24
E moll *Aeolius*	—	— —	—	—	—	—	3	—	—	—	—	vt 5	—	— —	vt 15	—	—	ad 25
D — *Phrygius*	—	— 2	ad 4	—	—	—	—	3	—	—	ad 32	—	vt 8	ad 10 —	ad 16	15	—	—
Cis — *Tartius*	—	— —	—	4	—	—	—	—	3	—	—	—	—	— —	—	16	vt 128	—
C — *Dorius*	—	ad 3 —	—	—	4	—	—	—	—	3	ad 5	vt 27	ad 6	ad 9	vt 9 —	vt 15	—	ad 135	—
B dur. *Hypolydius*	—	—	—	—	—	4	—	—	—	—	vt 4	—	—	—	— 9	ad 16	—	—	vt 24
B moll *Hypoaeolius*	—	— —	—	—	—	—	4	—	—	—	—	vt 5	—	ad 10 —	—	15	—	ad 25
A — *Hypophrygio*	—	— —	—	—	—	—	—	4	—	—	ad 32	—	vt 8	—	10	vt 15	16	—	—
Gis — *Hypotartius*	—	— —	—	—	—	—	—	—	4	—	—	—	—	— —	—	ad 16	—	—	—
Γάμμα *Hypodorius*	ad 2	— 3	—	—	—	—	—	—	—	4	ad 5	—	ad 6	ad 9	— —	—	—	—	—

Ex hac tabula, in qua Synopsin habes genuinorum Musices principiorum, primo intuitu patet, quid sit tonus *Aeolius*, id nempe, quod hodie *E molle* vocamus, & quo, quod parum concinnus sit atque harmonicus, raro vtimur. Hic tonus, vt in tabula vides, *semitonio* seu interuallo primo ἀκρότερος *altior* est, quam tonus *Phrygius*, & voce tertia minore altior, quam *Dorius*: &, sicut omnes reliqui toni, quarto interuallo sub se habet *Hypoaeolium* suum, quem hodie *B molle* vocamus. Contra vero *Mixolydius* verus, quem supra ostendimus *Pamphylium* a nostro vocari, est clauis *F*: tonus non *artificialis*, vt *E molle*, nec *Cardinalis* tamen vt G & C, sed naturalis tamen, ita, vt in superiore διαπασῶν interuallo tuba exprimi possit, licet in inferiore aeque ac claues *D* & *A* sit ineffabilis. Verum in superiore ille iam nobis venit considerandus. Estque omnino hic tonus *naturalis* dicendus, eiusque tam frequens est vsus, vt eo in cantu carere plane nequeamus. Semitonio tonus iste altior est quam *Lydius*, & voce tertia chromatica altior quam *Phrygius*, & quarta altior quam *Dorius*. Communicat itaque cum tribus tonis praecipuis: *Dorio*, *Phrygio* & *Lydio*, iisque, vt praecipuorum quartus, iure annumeratur.

Tenemus iam, quid *Aeolius*, quid *Pamphylius* item sit modus: iam facile patet, quid sint cantus modo *Aeolio* & *Pamphylio* formati, quales *Damophylae* Apollonius tribuit. Nempe cum semitonium, quod in cuiusuis cantus interuallo διατεσσάρων vnoquoque requiritur, infra tonum *Aeolium* est, seu inter *D* & *E molle*; tum modus est *Aeolius*. Si autem semitonium istud est infra tonum *Mixolydium*, seu inter *E durum* & *F*; modus est *Pamphylius*. Vtroque modo & olim & hodie cani sueuit, sed modus *Pamphylius Aeolio* praestat, & naturae Musices melius congruit. *Aeolius* autem naturae aliquantum aduersus est, propter luxatum semitonium, & e loco suo naturali distractum, vnde alia τῆ διαπασῶν Systematis forma efficitur ab ea, quam pro sua ipsa Natura agnoscit. Equidem id fieret minus, si semitoniorum quantitas per omnia duodena τῆ διαπασῶν συστήματος interualla aequalis esset: cum vero ea tripliciter, vt in tabula vides, variet, nascitur inde ista, de qua egimus, modorum artificialium a naturalibus discrepantia.

5 νόμους τ. ὕμνων] h. e. quod *modos* Romani dicunt, consistitque hoc quidem loco *modus* vel νόμος in eo, quod superioris διατεσσάρων interualli semitonium sit inter D & E, qui est νόμος *Aeolius*: vel quod sit inter *E* & *F*, qui est νόμος *Pamphylius*. Vtque clauis *E* in hoc quidem eum, quem a natura habet, sonum retineat, in *Aeolio* autem modo per *diesin* (sic enim vocant interuallum, cuius ratio vt 25 ad 24) a sono suo naturali recedat, inferior euadat & mollescat. Vnde cantus vel mollis vel durus inscribitur.

6 τὰ Αιολ. ἐς τὸ ἀκρότατον — παρήλλαξε] παραλλάξεις τῶν τρόπων i. e. *transpositiones modorum Musicalium*, res hodiernis Musicis notissima, qua artis suae excellentiam maxime niti existimant. Laudandi, si Damophylae exemplo, eos, qui transpositionibus suis a systematis naturalis lege discesserint, in ordines redegerint. At pauci hoc attendunt, pauci τὰς τῶν τρόπων νόμους callent. Tenendum illis erat, solum Dorium modum naturam exacte sequi, ceterorum quemuis, quo longius ab eo recesserit, tanto habendum esse illo inferiorem. Sane dum omnibus modis aequalem tribuunt dignitatem, transpositiones suas sine lumine, sine iudicio instituunt: quo fit, vt eo magis aegre auribus fiat, quo maiore arte concentus plurium vocum conficitur. Quod euitari malum nequit, nisi *Dorio* modo cantus componatur. Nam in ceteris omnibus διαφωνίας committi necesse est, hoc plures, quo longius a *Dorio* recesserint. Multo minus autem a Dorio modo recedit *Mixolydius*, quem eundem cum *Pamphylio* esse ostendimus, quam *Aeolius*. Imo, si clauis finalis sit supra inferioris tetrachordi semitonium, ipsa transpositio toni *Aeolii* in *Pamphylium* ex *Hypoaeolio* facit *Dorium*, tumque cantus emergit purissimus & a διαφωνίας vitio plane liber.

nec

nec amplius de eius nomine me interrogauisti. Est vero sapientis huius mulieris nomen Damophyla: diciturque pariter ac Sappho discipulas virgines habuisse, & poëmata composuisse, partim amatoria, partim Deorum laudes complexa. Et in Dianam quidem hymnus tum Sapphicis modis, tum diuersis ab eis canitur. Quantum itaque abfuerit, vt obstupesceret ad Regem eiusque fastum, eo ostendit, quod ne aspectu quidem digna ista iudicaret, sed de rebus aliis sermones institueret, illaque quasi oculis praesentia intueretur.

καὶ ἐκ ἔτ' ἤρκ με περὶ τῦ ὀνόματος. καλεῖται τοίνυν ἡ σοφὴ αὕτη[7] Δαμοφύλη· καὶ λέγεται τὸν Σαπφῦς τρόπον παρθένυς τε[8] ὁμιλητρίας κτήσασθαι, ποιήματά τε ξυνθεῖναι, τὰ μὲν ἐρωτικὰ, τὰ δὲ ὕμνυς[9]. τά τοι ἐς τὴν Ἀρτεμιν καὶ παρῴδηται αὐτῇ, καὶ ἀπὸ τῶν Σαπφῦς ἧσαι[10]. ὅσον μὲν δὴ ἀπεῖχε τῦ ἐκπεπλῆχθαι βασιλέα καὶ ὄγκον, ἐδήλε τῷ μηδὲ ὀφθαλμῶν ἄξια ἡγεῖσθαι τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ ἑτέρων πέρι διαλέγεσθαι, κἀκεῖνα δήπε ἡγεῖσθαι ὁρᾶν.

c. XXXI. Rex autem venientem e longinquo prospiciens, insignem enim templi atrium amplitudinem habebat, quaedam ad eos, qui proximi ei stabant, locutus est, quibus agnoscere se hominem ostendebat. Inde cum propius accessisset, magna voce exclamans: hic, inquiebat, Apollonius est, quem Megabates frater meus Antiochiae se vidisse retulit, summo honore & cultu habitum bonis omnibus: & ipse quidem talem eum, qualis nunc accedit, mihi delineauit. Accedentem igitur & salutantem Rex Graeco sermone compellauit, vtque secum vna sacris operaretur mandauit. Erat autem candidum equum Soli mactaturus ex Nisaeis optimis, phaleris ornatum, tanquam ad pompam. Respondens autem Apollonius, tu quidem, o Rex, inquiebat, tuo more sacrificato, mihi autem meo ritu sacrificare permittito. Thuraque manu capiens: *O sol*, dixit, *quousque terrarum visum fuerit mihi & tibi, me mittito: & vt in bonorum virorum*

Προιδὼν δὲ ὁ βασιλεὺς προσιόντα, καὶ γάρ τε καὶ μῆκος ἡ τῦ ἱερῦ αὐλὴ εἶχε, διελάλησέ τι[1] πρὸς τὺς ἐγγύς, οἷον ἀναγινώσκων τὸν ἄνδρα· πλησίον τε ἤδη γιγνομένυ, μέγα ἀναβοήσας ἔτος, ἔφη, Ἀπολλώνιος, ὃν Μεγαβάτης ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς ἰδεῖν ἐν Ἀντιοχείᾳ φησὶ θαυμαζόμενόν τε καὶ προσκυνύμενον ὑπὸ τῶν σπεδαίων· καὶ ἀπεζωγράφησέ μοι τότε τοιῦτον αὐτὸν ὁποῖος ἥκει. προσελθόντα δὲ καὶ ἀσπασάμενον προσεῖπέ τε ὁ βασιλεὺς φωνῇ Ἑλλάδι, καὶ ἐκέλευσε θύειν μετ' αὐτῦ. λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον τῶν σφόδρα Νισαίων[2] καταθύειν ἔμελλε τῷ ἡλίῳ[3], φαλάροις κοσμήσας, ὥσπερ ἐς πομπήν. ὁδ' ὑπολαβὼν, σὺ μὲν, ὦ βασιλεῦ, θύε, ἔφη, τὸν σαυτῦ τρόπον, ἐμοὶ δὲ τὸν ἐμαυτῦ συγχώρησον θῦσαι· καὶ δραξάμενος τῦ λιβανωτῦ[4], ἥλιε, ἔφη, πέμπε με ἐφ' ὅσον τῆς γῆς ἐμοί τε καὶ σοι δοκεῖ[5]· καὶ γινώσκοιμι

Atque hic scopus est, quem sapientissima Damophyla sua *transpositione* intendit.

7 σοφὴ αὕτη] sic inter σοφὰς γυναῖκας, cuius Damophyla ὁμιλήτρια fuit, Sappho refert Plato in Phaedro p. 235. idque ex eo repetit Aelian. Var. histor. XII, 19. qui eam σοφὴν cognominari memorat. Nempe σοφοὶ dicti antiquissimis temporibus Poetae. Anacr. odar. in Rosam

ῥοδόχρως τε κ' Ἀφροδίτα
παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.

h. e. ποιητῶν. ad quem locum Sch. σοφιστὰς δὲ καὶ σοφὸς ἔλεγον τὺς ποιητάς. Ceterum pro σοφὴ αὕτη priores editiones habebant σοφία αὕτη, quod mendosum esse iam suboluerat Morello. Equidem σοφίας quosdam cognomen habuisse constat, vt Democritum, quod videre est apud Diogen. IX, 50. verum id ab huius loci structura alienum.

8 παρθένυς τε] editiones priores addebant γάρ, quod omisimus meliorum codicum secuti autoritatem.

9 τὰ δὲ ὕμνυς, τά τοι ἐς τὴν Ἀρτ.] σιγμὴν post ὕμνυς posuimus, pro commate, quod in editis erat. Nempe quae in Dianam scripta sunt, non tanquam aliquid ab hymnis diuersum possunt commemorari. Sustuli etiam distinctionem post Ἀρτεμιν: nempe huius ipsius in Dianam hymni indolem cupit indicare.

10 παρῴδ. αὐτῇ καὶ ἀπὸ τῶν Σαπφῦς ἧσαι] opponitur τὸ ἀπὸ τῶν Σαπφῦς ᾄδεσθαι. i. e. ἀπᾴδεσθαι τοῖς Σαπφώοις priori illi, nempe τῷ παρᾳδεῖσθαι τῇ Σάπφῳ, sensusque est, quem in versione expressimus: nempe hymnum eum vtroque modo cani solitum esse, tum qui Sappho esset vsu receptus, tum nouo illo *Pamphylio*, qui erat Damophylae, indicatur. Ceterum cod. Vatic. posterior pro τῶν Σαπφῦς legit τῶν Σαπφώων. Vtrumque ferri posse puto.

CAP. XXXI. 1 διελάλησέ τι] τι ex Vatic. poster. & Vratislau. reposuimus, lectionem hanc interpretati quoque sunt Morell. & Rhinuccin. τε igitur in priores editiones typographorum errore irrepsisse puto.

2 λευκὸν ἵππον τῶν σφόδρα Νισαίων] nempe falsum, quod habent Grammatici ap. Suidam, eosque sequutus Phauorinus, Νισαίυς equos omnes esse ξανθύς. Puto omnium colorum fuisse. Nam Νισαίαι ἵπποι μέλαιναι in imaginibus quoque Philostratus memorat l. I. *Rhodogune*. Cetera de *Nisaeis* equis multa Brisson. de Regno Persar. l. III. p. 301. & Bochart. Hieroz. P. I. lib. II. c. 9. scilicet pasti illi in campis Nisaeis, vbi multum illius herbae, quam *Medicam* hodie vocamus, equis inprimis acceptae.

3 καταθύειν ἔμελλε τῷ ἡλίῳ] Soli equis sacra fecisse Persas notum. Loca veterum multa congessit Bochart. Hieroz. P. I. l. II. c. 11. init. Ait autem Lactantius l. I. c. 21. equum immolatum ab iis soli esse, quod celeritatem motus eius referret. Βαθυσίας tamen etiam exemplum in ara Solis apud Persas habemus in Agathyrsidis Samii fragm. de rebus Persicis ap. Stob. Serm. VII. Quemadmodum vicissim Graecos quoque album equum soli immolasse legimus in Philostrati Heroicis *Palamede*.

4 τῦ λιβανωτῦ] thus scilicet purissimum omnium sacrificiorum ait in Apol. ad Domitian. l. VIII. c. 7. f. 12. secutus Pythagoram, de quo vide supra l. I. c. 1. & mox n. 6.

5 ἐμοί τε καὶ σοι δοκεῖ] nempe suam voluntatem iam obsequio obnoxiam diuino innuens, haec ita coniungit, vt in isto Stoicorum coniunguntur: *Deus me volentem*.

ἄνδρας ἀγαθὸς· φαύλως δὲ, μή τε ἐγὼ μάθοιμι, μή τε ἐμὲ φαῦλοι. καὶ εἰπὼν ταῦτα, τὸν λιβανωτὸν ἐς τὸ πῦρ ἧκεν. ἐπισκεψάμενος δὲ αὐτὸ ὅπῃ διανίσαται[6], καὶ ὅπῃ θολᾶται[7], καὶ ὁπόσας κορυφὰς ἄγει[8], καὶ ὅπῃ[9]· καὶ ἐφαπλόμενος τῷ πυρὸς[10], ὅπῃ εὐσημόν τε καὶ καθαρὸν φαίνοιτο, θύε, ἔφη, λοιπὸν, ὦ βασιλεῦ, κατὰ τὰ σαυτῷ πάτρια[11], τὰ γὰρ πάτρια τάμὰ τοιαῦτα. καὶ ἀνεχώρησε τῆς θυσίας, ὡς μὴ κοινωνοίη τὰ αἵματος.

notitiam veniam, facito: improbos vero neque noscere velim ego, neque nosci ab iis. Haecque dicens igni thura immisit: intuens vero in eum qua parte ascendat, qua obfuscatus appareat, & quot apicibus emicet, & quo loco: probansque ignem, qua bonum omen edere purusque esse videbatur, *tu*, dixit, *o Rex, iam perge patriis moribus sacra peragere, ita enim qui mihi sunt patrii mores ferebant.* Indeque a sacrificio discessit, ne in sanguinis communionem veniret.

Μετὰ δὲ τὴν θυσίαν προσῆλθε, καὶ, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, τὴν φωνὴν τὴν Ελλάδα πᾶσαν γινώσκεις, ἢ σμικρὰ αὐτῆς ὑπὲρ τῶ εὐξυμβόλω[1] ἴσως, καὶ τῷ μὴ ἀηδὴς δοκεῖν εἴτις ἀφίκοιτο Ελλην; πᾶσαν, εἶπεν, ἴσα τῇ ἐγχωρίῳ ταύτῃ· καὶ λέγε ὅ, τι βέλει, διὰ τοῦτο γάρ σε ἐρωτᾷς; διὰ τοῦτο, ἔφη· καὶ ἄκουε. ἡ μὲν ὁρμή μοι τῆς ἀποδημίας Ινδοί εἰσι· παρελθεῖν δὲ ἀδ' ὑμᾶς ἐβουλήθην, σέ τε ἀκούων ἄνδρα, οἷον ἐξ ὄνυχος[2] ἤδη ὁρῶ σοφίαν τε, ἥπερ ὑμῖν ἐστιν ἐπιχώριος, μελετωμένη μάγοις ἀνδράσι, κατιδεῖν δεόμενος, εἰ τὰ θεῖα, ὡς λέγονται, σοφοί εἰσι. σοφία δὲ ἐμοὶ Πυθαγόρου, Σαμίου ἀνδρὸς, ὃς θεοὺς θεραπεύειν[3] ὧδέ με ἐδίδαξε, καὶ ξυνιέναι σφῶν ὁρωμένων τε καὶ οὐχ ὁρωμένων[4], φοιτᾶν τε ἐς διάλεξιν θεῶν[5], καὶ γηΐνῳ τούτῳ εἴδει ἐσάλθαι[6]. ἀγαπροσάτε

Peractis sacris accessit, &, o Rex, dixit, an penitus Graecam linguam cognitam habes, an exiguam eius partem, vt conuersationi inseruiat, neque videare, si Graecorum ad te accesserit aliquis, parum iucundus? Penitus, respondebat ille, noui, perinde vt vernaculam hancce, dic modo quicquid volueris, eius enim rei gratia te haec interrogare intelligo. Imo eius rei gratia Apollonius regerebat: audi igitur. Peregrinationis mihi causa Indi sunt: attamen nec vos praeterire volui, maxime cum virum te esse audiuerim, qualem ex vngue iam cognosco: atque explorare cupiam, quae patria vobis est, Magorum studiis exculta, sapientiam, an nempe in rebus diuinis ita, vt fama est, sapiant. Ego enim quidem Pythagorae Samii sapientiam amplector, qui me Deos hoc modo colere, eosque, siue videndos se praebeant siue minus, mente complecti, commercia item frequentare cum iis, lanaque ista ex terra nata amiciri docuit. Nempe non ouibus detonsa

C. XXXII.

---

6 ὅπῃ διανίσαται] nempe istos motus in flamma & fumo ex thure accenso adscendente obseruabat, quod antiquum genus est diuinationis, illudque amplexi θυοσκόποι vocantur Homero Iliad. Ω'. v 221. & Odyss. χ'. v. 318. 321. quod Eustathius ἐμπυροσκόπους καὶ λιβανομάντεις interpretatur. Eo vsus & Pythagoras, vid. Laertius VIII, 201. quo iure tamen primum vsum dicat Porphyrius in vita eius p. 185. ipse viderit. Similiter autem vt hic laetum omen flammae, recta in altum surgentis, h. e. διανισαμένης, apud Senecam Oed. Act. II. sc. 2. v. 307.

Vtrumne clarus ignis & nitidus stetit,
Rectusque purum verticem coelo tulit,
Et summam in auras fusus explicuit comam.

Add. Ouid. de Pont. l. IV. El. IX. v. 53. & Sueton. Augusto c. 94. Tiberio c. 14.

7 ὅπῃ θολᾶται] *infuscatus* ignis, *claro* & *nitido* apud Senecam l. c. oppositus, minus prosperum indicium.

8 ὁπόσας κορυφὰς ἄγει] Vratisl. cod. legit ὁπόσας κορυφὰς ἄγει, quae lectio orta haut dubie inde, quod vis vocis ἄπτει non satis intelligeretur. Eam nos docet insignis locus Aeliani de Atalanta: XII, 1. διάπυρσα δ' ἐξέλαμψεν ἀστραπῆς δίκην, *promicans effulgebat tanquam fulgor.* voce vtitur noster l. II. c. 5. de anima per meditationem ad sidera emicante. Ceterum omnino in fumo & flamma obseruabatur, an vno an pluribus apicibus emicet: vnus in faustis. Ouidius l. c.

Detque bonum voto lucidus omen apex.

plures apices mali ominis. Lucan. l. I. Pharsal. v. 307.

— *ostendens confectas flamma Latinas*
Scinditur in partes, geminoque cacumine surgit.
Thebanos imitata rogos.

9 καὶ ὅπῃ] nempe id quoque obseruabant, an apex flammae sursum recta adscenderet, an turbido motu hinc inde ferat, Seneca l. c. *An latera circa serpit incertus vias,*
Et fluctuante turbidus fumo labat?

10 ἐφαπλόμενος τῷ πυρὸς] refero eo, quod more veterum OMEN ACCEPERIT, qui contra infausta omina AVERSABANTVR. Hinc ἴφαπλος κεχαρισμένος est Hesychio.

11 κατὰ τὰ σαυτῷ πάτρια] sic Epictet. Enchir. c. 38. σπένδειν δὲ καὶ θύειν καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια ἑκάστοις πρόσηκει. Similiaque Socrates passim inculcat apud Platon. vt in Phoedone &c.

CAP. XXXII. 1 εὐξυμβόλω] sic omnes cod. nostri pro εὐξυμβέλῳ, quod in editis. Vox Xenophonti quoque vsurpata, de iis, cum quibus facile commercia possint haberi. Idem δυσξύμβολον dicit hominem auarum & propriis commodis studentem.

2 ἐξ ὄνυχος] alludit ad notiss. Prouerb. ἐξ ὄνυχος λέοντα.

3 Θεοὺς θεραπ.] Eusebius adu. Hierocl. c. XI. legit Θεούς τε θεραπ. quod non probo, rationem ad eum allegaui. Malim autem ὡς ξυνιέναι cum Eusebio pro illo, quod mox sequitur καὶ ξυνιέναι, prius enim melius respondet ὧδε praecedenti.

4 ξυνιέναι σφῶν ὁρωμένων τε καὶ οὐχ ὁρωμένων] vt nempe discernere posset, quis *Deus*, quis *Heros*, & quae aliae sunt τῶ νοητῶ κόσμω, ex mente Pythagoraeorum, classes: idque siue in corpore appareret Deus vel Daemon; siue minus. Sic inf. lib. VI. cap. II. Philosophiam Pythagoraeam sibi pollicitam dicit, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὕτω δὴ ἐμπλήσειν ἀκτῖνος, ὡς διαγιγνώσκειν μὲν θεὸν, γιγνώσκειν δὲ ἥρωα, σκιερῶν δ' ἐλέγχειν φαντάσματα, ὅτε ψεύδοιντο ἐδὴ ἀνθρώπων. Eo pertinent complura Iamblicho in libro de mysteriis Aegypt tradita, vbi tum alias eorum differentias persequitur, tum Sect. II. c. 3. discrimen in apparitionibus.

5 διάλεξιν θεῶν] scilicet familiaritatem hanc & commercia cum Diis praecipue ambiebant illi Philosophi. De quibus fuse Iamblich. Sect. IV tota. De iis conciliandis vero idem Sect. V. VI.

6 γηΐνῳ εἴδει ἐσάλθαι] vid. ad l. I. cap. I. not. 4.

illa

illa est, sed pura ex puris nascitur; quippe aquae terraeque donum linea est vestis. Hoc ipsum quoque quod comam promittam ex Pythagorae facio disciplina: quodque ab animalibus vescendis purum me contineam, ex eiusdem doctrina mihi venit. Compotatorem igitur desidiaeque aut deliciarum socium nec tibi, nec alii cuiquam me praebuero. A curis autem grauibus ac difficilibus liberationem polliceor: quae facienda sint enim non solum noui, sed antea etiam noui. Atque ista quidem virum disseruisse Damis ait, ipse vero Apollonius in epistolam ea redegit: quin & alia multa ab se dicta in epistolas retulit.

ἐπέχθη[7], ἀλλ' ἀκήρατος ἀκηράτων φύεται, ὕδατός τε καὶ γῆς δῶρα[8] ὀθόνη. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ἄνετον τῆς κόμης[9] ἐκ Πυθαγόρᾳ ἐπῃσκησα, καὶ τὸ καθαρεύειν ζώᾳ βορᾶς ἐκ τῆς ἐκείνᾳ μοι σοφίας ἧκει. ξυμπότης μὲν δὴ καὶ κοινωνὸς ῥᾳστώνης, ἢ τρυφῆς[10], ὅτ' ἄν σοι γενοίμην, ὅτ' ἂν ἑτέρῳ ᾠδενί. Φροντίδων δὲ ἀπόρων τε καὶ δυσευρέτων δοίην ἂν λύσεις· ἃ γὰρ γιγνώσκω τὰ πρακτέα μόνον, ἀλλὰ καὶ προγιγνώσκω[11]. ταῦτα ὁ Δάμις μὲν διαλεχθῆναί, φησι, τὸν ἄνδρα, Ἀπολλώνιος δὲ ἐπιστολὴν αὐτὰ πεποίηται· πολλὰ δὲ ἄλλα τῶν ἑαυτῷ εἰς διάλεξιν εἰρημένων, ἐς ἐπιστολὰς ἀνετοπώσατο.

c. XXXIII. Cum vero laetari se Rex aduentu eius gauderetque magis fateretur, quam si Persarum, aut Indorum opes suis adiecisset, seque illum sibi hospitem esse velle, & tecti regii participem diceret; tum ille, si te ego, inquit, o Rex, in patriam meam Tyana venientem, rogarem, vt in domo mea maneres, num mansurus esses? Minime profecto, respondit ille, nisi domum ita amplam nactus fuero, vt & satellites, & corporis mei custodes, & me ipsum pro dignitate accipere possit. Eadem igitur, ille inquiebat, mea nunc quoque ratio est: si enim domum conditionem meam superantem habitauero, male degam. Excessus enim maiorem affert molestiam sapientibus, quam vobis defectus. Me igitur priuatus hospitio excipiat, cuius fortuna par sit meae: ego autem, quoties volueris, tecum conuersabor. Annuit igitur Rex, ne qua re illum praeter expectationem offenderet.

Ἐπεὶ δὲ χαίρειν ὁ βασιλεὺς, ἔφη, καὶ ἀγάλλεσθαι ἥκοντι μᾶλλον, ἢ εἰ τὰ Περσῶν καὶ Ἰνδῶν πρὸς τοῖς ἑαυτῷ ἐκτήσατο, ξένον τε πεποιῆσθαι[1] καὶ κοινωνὸν τῆς βασιλείας στέγης· εἰ ἐγώ σε, ὦ βασιλεῦ, εἶπεν, ἐς πατρίδα τὴν ἐμὴν, Τύανα, ἥκοντα ἠξίουν οἰκεῖν ἃ ἐγὼ, ὤκησας ἂρα; ἃ μὰ Δί',[2] εἶπεν, εἰ μὴ τοσαύτην γε οἰκίαν οἰκήσειν ἔμελλον, ὁπόσην δορυφόρους τε καὶ σωματοφύλακας ἐμοὺς, αὐτόν τε ἐμὲ λαμπρῶς δέξασθαι. ὁ αὐτὸς ἂν, ἔφη, καὶ παρ' ἐμοῦ λόγος. εἰ γὰρ ὑπὲρ ἐμαυτὸν οἰκήσω, πονηρῶς διαιτήσομαι. τὸ γὰρ ὑπερβάλλον λυπεῖ τὰς σοφὰς μᾶλλον, ἢ ὑμᾶς τὸ ἐλλεῖπον. ξενιζέτω με ἂν[3] ἰδιώτης, ἔχων ὁπόσα ἐγώ. σοὶ δὲ ἐγὼ ξυνέσομαι, ὁπόσα βέλει. ξυνεχώρει ὁ βασιλεὺς, ὡς μὴ ἀηδές τι αὐτῷ λάθοι πράξας.

c. XXXIV. Diuersatus est ergo apud Babylonium, bonum virum, & alias generosum. Iam vero coenanti Eunuchus a rege missus superuenit, ex numero eorum qui Regis mandata perferre solent, virumque affatus, Rex, dixit, decem tibi munera donat, potestatemque facit, vt ipse ea definias; rogat tamen vt ne exigua petere velis: magnificentiam enim suam & tibi & nobis testatam esse cupit. Collaudatis igitur mandatis istis, quando itaque rogandum erit? interrogauit: crastina, respondebat ille, die, simulque discessit ad omnes Regis [pergens]

Καὶ ὤκησε παρ' ἀνδρὶ Βαβυλωνίῳ, χρηστῷ τε, καὶ ἄλλως γενναίῳ. δειπνοῦντι δὲ ἤδη εὐνοῦχος ἐφίσταται, τῶν τὰς ἀγγελίας διαφερόντων, καὶ προσειπὼν τὸν ἄνδρα, βασιλεὺς, ἔφη, δωρεῖταί σε δέκα δωρεαῖς, καὶ ποιεῖται κύριον τὸ ἐπαγγεῖλαι αὐτὰς[1], δεῖται δέ σε μὴ μικρὰ αἰτῆσαι· μεγαλοφροσύνην γὰρ ἐνδείξασθαί σοί τε καὶ ἡμῖν βέλεται. ἐπαινέσας δὲ τὴν ἐπαγγελίαν, πότε ἂν χρὴ αἰτεῖν; ἤρετο. ὁ δὲ, ἄυριον ἔφη. καὶ ἅμα ἐφοίτα

---

7 ἃ γὰρ προσῆλθε ἐπίχθη] sic inf. l. VI. c. 11. ἀδ' ἔριον ὃ ἀπ' ἰμψύχων ἐπίχθη. Et lib. VIII. c. 7. §. 5. ἔριον ὃ μὴ ἀπ' ἰμψύχων ἐδρέφθη.

8 ὕδατος καὶ γῆς δῶρα ὀθόνη] sic Plut. de Is. & Osir. de *lino* τὸ γὰρ φύεται ἐξ ἀθανάτων τῆς γῆς. ὀθόνη vero hic *linteam* vestem simpliciter notat. v. ad l. II. c. 40.

9 τὸ ἄνετον τῆς κόμης] vid. notat. ad cap. 3. not. 7.

10 τρυφῆς] nempe Περσικὴ τρυφὴ Graecis & Romanis in prouerbium fere abiit. v. Max. Tyr. Diss. XI. Horat. lib. V. Od. vlt. *Persicos odi puer apparatus.*

11 ἃ γὰρ γιγνώσκω τὰ πρακτέα μόνον, ἀλλὰ καὶ προγιγνώσκω.] codic. Vrbin. Vatic. alter & Vratisl. habent ἃ γιγνώσκων τὰ πρακτέα μόνον, ἀλλὰ καὶ προγιγνώσκων, quod eodem redit.

CAP. XXXIII. 1 ξένον τε πεποιῆσθαι] ita alios quoque Persarum Reges hospitii iura cum Graecis contraxisse legimus. Sic Xerxes ad Pythium Lydum ap. Herod. l. VII ξεῖνον τέ σε ποιεύμεθα ἡμέων: & ad Agesilaum, in lib. de laudibus eius, litteras a Rege Persarum περὶ ξενίας καὶ φιλίας allatas dicit Xenophon.

2 ἃ μὰ Δί'] sic emendauerant in marg. Gruterus & Salmas. sensusque hoc postulat. In prioribus edd. omissum ἃ.

3 ξενιζέτω με ἂν] sic Vrbin. quod praeferendum nobis visum lectioni editorum μὲν ἂν.

CAP. XXXIV. 1 ποιεῖται κύριον τὸ ἐπαγγεῖλαι αὐτάς] non nouum, Reges Persarum potestatem facere eis, quibus gratificare volebant, postulandi quaecunque liberet. Exempla plura collegit Brisson. de Regno Persar. l. I. p. 104. quod & alii orientis Reges imitabantur, vt ex sacra historia constat.

παρὰ πάντας τὰς βασιλέως φίλας τε καὶ ξυγγενεῖς, παρεῖναι κελεύων αἰτοῦντι καὶ τιμωμένῳ τῷ ἀνδρί. φησὶ δὲ ὁ Δάμις ξυνιέναι μὲν ὅτι μηδὲν αἰτήσοι, τόν τε τρόπον αὐτοῦ καθεωρακὼς, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸν εὐχόμενον τοῖς θεοῖς εὐχὴν τοιαύτην· ὦ θεοὶ, δοίητέ μοι μικρὰ ἔχειν, καὶ δεῖσθαι μηδενός. ἐφεστηκότα[2] μέν τοι ὁρῶν, καὶ ἐνθυμούμενόν ὅμοιον, οἴεσθαι ὡς αἰτήσοι μὲν, βασανίζει δὲ ὅ, τι[3] μέλλοι αἰτήσειν. ἑσπέρας δὲ, ἤδη, ὦ Δάμι, ἔφη, θεωρῶ πρὸς ἐμαυτὸν ἐξ ὅτου ποτὲ οἱ βάρβαροι τοὺς εὐνούχους σώφρονάς τε ἡγοῦνται, καὶ ἐς τὰς γυναικωνίτιδας ἐσάγουσι; ἀλλὰ τοῦτο, ἔφη, ὦ Ἀπολλώνιε, καὶ παιδὶ δῆλον. ἐπειδὴ γὰρ ἡ τομὴ τὸ ἀφροδισιάζειν ἀφαιρεῖται σφᾶς, ἀνεῖνται σφισιν αἱ γυναικωνῖτιδες, κἂν ξυγκαθεύδειν ταῖς γυναιξὶ θέλουσι. τὸ δὲ ἐρᾶν, εἶπεν, ἢ τὸ ξυγγίνεσθαι γυναιξὶν ἐκλετμῆσθαι αὐτοὺς οἴει; ἄμφω, ἔφη· εἰ γὰρ σβεσθείη τὸ μόριον ὑφ' οὗ διοιστρεῖται τὸ σῶμα, οὐδ' ἂν τὸ ἐρᾶν ἐπέλθοι οὐδένα. ὁ δὲ βραχὺ ἐπισχὼν, ἄριον, ἔφη, ὦ Δάμι, μάθοις ἂν[4] ὅτι καὶ εὐνοῦχοι ἐρῶσι, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὅπερ ἐσάγουσι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν[5], οὐκ ἀπομαραίνεται σφῶν, ἀλλὰ μένει θερμόν τε καὶ ζώπυρον[6]. δεῖ γάρ τι περιπεσεῖν, ὃ τὸν σὸν ἐλέγξει λόγον. εἰ δὲ καὶ τέχνη τις ἦν ἀνθρωπεία, τύραννός τε καὶ δυνατὴ τὰ τοιαῦτα ἐξωθεῖν τῆς γνώμης, οὐκ ἄν μοι δοκῶ τοὺς εὐνούχους ποτὲ εἰς τὰ τῶν σωφρονούντων ἤθη προσγράψαι, κατηναγκασμένους τὴν σωφροσύνην, καὶ βιαίῳ τέχνῃ ἐς τὸ μὴ ἐρᾶν ἠμμένους. σωφροσύνη γὰρ, τὸ ὀρεγόμενόν τε καὶ ὁρμῶντα μὴ ἠτιᾶσθαι ἀφροδισίων, ἀλλ' ἀπέχεσθαι, καὶ κρείττω φαίνεσθαι τῆς λύττης[7] ταύτης. ὑπολαβὼν ἂν ὁ Δάμις, ταῦτα μὲν καὶ αὖθις ἐπισκεψόμεθα, ἔφη, Ἀπολλώνιε. ἃ δὲ χρὴ ἀποκρίνασθαι ἄριον πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἐπαγγελίαν, λαμπρὰν οὖσαν, διεσκέφθαι προσήκει. αἰτήσεις μὲν γὰρ ἴσως οὐδέν· τὸ δ' ὅπως ἄν; μὴ ἄλλοις τύφῳ παραιτεῖσθαι δοκοίης, ἅπερ ἂν ὁ βασιλεὺς διδῷ[8]. τοῦτο ὅρα, καὶ φυ-

amicos atque cognatos, vt praesto essent edicens ad preces atque honores viro praestandos. Scribit autem Damis, se statim sensisse nihil eum petiturum esse, quod tum ex moribus eius collegerit, tum ex eo, quod nosset tales ad Deos eum preces fudisse: *O dii permittite mihi, vt pauca habeam, & nulla re indigeam.* Sed tamen, cum ipsum animum intendere vidisset, & aliquid mente agitanti esse similem, existimasse se petiturum illum, & quid petiturus esset animo iam perpendere. Ille autem sub vesperam, considero, dixit, o Dami, penes me ipsum, quid rei sit, quod eunuchos Barbari castos credant, & in gynecaea eos admittant? At hoc, respondit ille, o Apolloni, etiam puero manifestum est. Postquam enim sectio Veneris vsum illis abstulit, gynecaea eis permittuntur, etsi vel dormire cum mulieribus voluerint. An vero, aiebat ille, amorem quoque & consuescendi cum mulieribus facultatem illis exscissam arbitraris? vtrumque, Damis aiebat: si enim vis extincta partis fuerit, a qua corpus oestro libidinis agitur, amor neminem certe incesserit. Tum ille vocem vbi aliquantum continuisset, cras, dixit, disces, o Dami, eunuchos quoque amare, quodque libido, quae per oculos eorum intrat, in illis minime marcescat, sed calida vigeat atque ignea. Futurum enim est vt eueniat aliquid quod tuam confutabit ratiocinationem. Pone vero, etiam artem esse hominibus ita dominantem atque eo valentem, vt talia animo vi quadam eiicere posset; nolim tamen eunuchos temperantium partibus adscribere, quia necessitate quadam ad castimoniam compelluntur, atque arte violenta ad omittendum amorem adiguntur. Temperantia enim haec est, si quis concupiscens & stimulos sentiens, venereis tamen rebus obnoxius non fiat, illoque furore superior existat. Tum respondens Damis, haec, inquit, alias considerabimus o Apolloni. Vt vero crastina luce regio mandato, magnifico certe, respondere par sit nunc quidem considerare fas est. Petes enim fortasse nihil; sed quomodo id facies? vt ne prae superbia oblata a Rege dona repudiare aliis videaris. Hoc considera, hoc caue videns vbi

2 ἐφεστηκότα] non infrequens vsus huius verbi eo, quo hoc loco, sensu: quo etiam interpretandum putem apud Aelianum Variarum lib. IX, c. 29. vbi de Socrate nihil perterrito a iuuenibus spectra & furias simulantibus: ὁ δὲ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐπισὰς ἠρώτα οἷα καὶ τοὺς ἄλλους ἢ ἐν Λυκείῳ ἢ ἐν Ἀκαδημίᾳ. Verterem: *Nihil commotior animo factus est, sed meditationi suae intentus interrogauit eos, quae alios in Lyceo & Academia solebat.* Idem sensus l. II. c. 11. vbi de Timotheo Platonem cum discipulis differentem audiente ἐπισάντα εἰπεῖν. ὦ τῆς βίᾳ καὶ τῆς ὄντως εὐδαιμονίας, h. e. *animum in ista intendentem dixisse: o vitam & veram felicitatem.* Quod miror doctissimis Interpretibus obseruatum non esse.

3 βασανίζει δὲ ὅ, τι] sic legendum & distinguendum. Editi βασανίζει δὲ, ὅτι.

4 ἄριον μάθοις ἄν] vid. inf. huius libri c. 37.

5 ὅπερ εἰσάγουσι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν] Ecclesiastic. III, 20 Βλέπων ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ στενάζων, ὥσπερ εὐνοῦχος περιλαμβάνων παρθένον.

6 θερμόν τε καὶ ζώπυρον] sic in vitis Sophist. l. I. de Phavorino, quem Hermaphroditum Philostratus dicit, Eunuchum Lucianus, θερμὸς δὲ ἔτω τις ἦν τὰ ἐρωτικὰ ὡς καὶ μειχθῆναι αἰτίαν. rescripsi autem τε, pro τι quod erat in editis.

7 λύττης] de ista amoris λύτῃ v. supra cap. XIII. not. 2. male hic codices quidam λύπης habent.

8 τὸ δ' ὅπως ἄν; μὴ ἄλλοις τύφῳ παραιτεῖσθαι δοκοίης, ἅπερ ἂν ὁ βασιλεὺς διδῷ] sic vt legeremus & distingueremus sensus iubebat. Forte tamen sine interrogatione per ellipsin ora-

terra-

terrarum sis, & quod in Rege omnis sit nostra securitas. Praeterea calumnia euitanda quasi contemnas eum, pariterque considerandum, quod nunc viaticum quidem suppetat, quod ad Indos vsque sufficiat: illinc autem redituris neque sufficere istud, neque aliud esse expectandum. Atque tali quidem arte blande inducere ipsum conabatur, ne accipere dedignaretur quicquid Rex obtulisset.

λάτ]ιε αὐτὸ, ὁρῶν οἵ τῆς γῆς εἶ[9], καὶ ὅτι ἐπ' αὐτῷ κείμεθα[10]. δεῖ δὲ καὶ φυλάττεσθαι διαβολὰς, ὡς ὑπεροψίᾳ χρώμενον, γινώσκειν τε ὡς νῦν μὲν ἐφόδιά ἐστιν ἡμῖν ὁπόσα ἐς Ινδοὺς πέμψαι· ἐπανιοῦσι δὲ ἐκεῖθεν ἴσως ἂν ἀποχρῆσαι ταῦτα, γένοιτο δὲ οὐκ ἂν ἕτερα. Καὶ τοιᾶδε ὑπέθαλπεν αὐτὸν τέχνῃ, μὴ ἀπαξιῶσαι λαβεῖν ὅ, τι διδῷη[11].

c. XXXV. Apollonius autem quasi auxilium ipsi ratiocinanti laturus, exemplane vero, inquiebat, o Dami, omittes? quale est quod Aeschines, Lysaniae filius, in Siciliam ad Dionysium pecuniae causa nauigauerit. Plato vero ter emetitus esse dicitur Charybdim opum studio. Aristippus porro Cyrenaeus & Cyzicenus Helicon, Phyton item Rhegio profugus ita Dionysii thesauris se immersere, vt vix inde auelli possent. Certe Gnidium etiam Eudoxum, aiunt, in Aegyptum olim profectum, pecuniae studio se venire fassum esse, eaque de re cum Rege sermones miscuisse. Et ne plures accusem, Speusippum Athenienſem vsque adeo pecunias amasse tradunt, vt ad Cassandri nuptias in Macedoniam vsque, quasi comum agens, profectus sit, & poemata composuerit frigida, eaque publice mercede accepta recitauerit. Ego autem, o Dami, sapientem virum maioribus obnoxium esse periculis arbitror, quam vel mari se committentes vel armis certantes. Inuidia namque ipsum e vestigio sequitur, siue loquentem, siue tacentem, siue neruos intendentem, siue re-

Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ὥσπερ ξυλλαμβάνων αὐτῷ τὸ λόγῳ, παραδειγμάτων δὲ, εἶπεν, ὦ Δάμι, ἀμελήσεις; ἐν οἷς ἐστιν, ὡς Αἰσχίνης[1] μὲν ὁ τῆ Λυσανίᾳ παρὰ Διονύσιον ἐς Σικελίαν ὑπὲρ χρημάτων[2] ᾤχετο. Πλάτων δὲ τρὶς[3] ἀναμετρῆσαι λέγεται τὴν χάρυβδιν ὑπὲρ πλούτου Σικελικοῦ. Ἀρίστιππος δὲ ὁ Κυρηναῖος[4], καὶ Ἑλίκων ὁ ἐκ Κυζίκου[5], καὶ Φύτων[6], ὅτ' ἔφευγε Ῥήγιον, ὕστω τι ἐς τὰς Διονυσίου[7] κατέδυσαν θησαυρὰς, ὡς μόγις ἀνασχεῖν ἐκεῖθεν. καὶ μὴν καὶ τὸν Κνίδιόν, φασιν, Εὔδοξον[8], εἰς Αἴγυπτόν ποτε ἀφικόμενον, ὑπὲρ χρημάτων τε ὁμολογεῖν ἥκειν, καὶ διαλέγεσθαι τῷ βασιλεῖ ὑπὲρ τούτου. καὶ ἵνα μὴ πλείους διαβάλλω, Σπεύσιππον[9] τὸν Ἀθηναῖον ὕστω τι ἐρασιχρήματον γενέσθαι φασὶν, ὡς ἐπὶ τὸν Κασσάνδρου γάμον ἐς Μακεδονίαν κωμάσαι, ποιήματα ψυχρὰ ξυνθέντα, καὶ δημοσίᾳ[10] ταῦθ' ὑπὲρ χρημάτων ᾄσαι. ἐγὼ δὲ, ὦ Δάμι, τὸν ἄνδρα ἡγοῦμαι τὸν σοφὸν πλέω κινδυνεύειν, ἢ οἱ πλέοντές τε καὶ ξὺν ὅπλοις μαχόμενοι. φθόνος γὰρ ἑπ' αὐτὸν ἕρπει, καὶ σιωπῶντα, καὶ φθεγγόμενον, καὶ ξυντείνοντα, καὶ ἀνι-

tio explicari hoc modo possit: κατὰ τόδ' ὅπως ἄν &c. *Hoc autem si feceris*, vel: *iuxta ista si te gesseris, quomodo suspicionem apud alios effugies, prae fastu regia munera a te contemni?* Ceterum ἄλλοις omnino sensus postulabat, pro ἄλλως quod in editis erat. Sic enim illi: τὸ δ' ὅπως ἂν μὴ ἄλλως, φασὶ, τύφῳ παρειτῆσθαι δοκ. ἀπ. ἂν ὁ β. δ. Omittendum etiam omnino φασὶ. In relationibus enim incertis eo vtuntur cum infinitiuo, & si referatur sermo aliorum cum subiunctiuo, quorum neutrum hic locum habet.

9 τοῦτο ὄρα καὶ φυλάττῃ αὐτὸ ὁρῶν οἵ τῆς γῆς εἶ] Vaticanus alter legit τοῦτο ἄρα καὶ φυλάττῃ, non male: sic enim eiusdem verbi ὁρᾷν etiam euitabitur repetitio, minus Sophista nostro digna. Quae lectio si obtineat, ita erit distinguendum: τοῦτο ἄρα καὶ φυλάττῃ, αὐτὸ ὁρῶν οἵ τῆς γῆς εἶ. Nempe αὐτὸ ponitur pro αὐτὸ τοῦτο. Sensus facilis: *Hoc igitur etiam obserua*, quomodo scilicet recuses dona regia, si recusasse decreueris, *hoc ipsum considerans, vbi terrarum degas.*

10 ἐπ' αὐτῷ κείμεθα] frequentius est in hac constructione compositum ἀνακείμεθα.

11 ὅ, τι διδῷη] sic MSS. priores editiones male ὅ, τι τι δῷη.

CAP. XXXV. 1 Αἰσχίνης] meminit huius rei etiam Diogenes l. II. c. 61. Lucian. in Parasito, & Suidas in Αἰσχιν. qui ad verbum sua transscripsit ex Philostrato, quod fugit doctiss. Menagium, Suidae verba ad Diogenem allegantem.

2 ὑπὲρ χρημάτων] modestius Diogenes Laert. δι' ἀπορίαν.

3 Πλάτων δὲ τρὶς] sic & Diogen. III, 18. quod reprehensum a plerisque Themistius or. IV. obseruat, adde & Athenaeum l. XI. c. vlt. & Aelian. IX, 33. idque excusantem Apulcium, *qui malos quosdam id carpere* ait, de dogm. Platonis p. 36.

4 Ἀρίστιππος δὲ ὁ Κυρηναῖος] de Aristippi ad Dionysium excursione Diogenes Laert. l. II. c. 77. sq. adde Suidam. Nec praetereundus Athenaei locus l. XI. c. vlt. vbi de Platone, Ἀρίστιππον πρὸς Διονύσιον ἀποδημήσαντα ἐσκῶπτεν, αὐτὸς τρὶς εἰς Σικελίαν ἐκπλεύσας.

5 Ἑλίκων ὁ ἐκ Κυζίκου] articulum ὁ omittit Suid. & Vaticanus alter. Hunc *Heliconem* vero ad Dionysium Plato misit, cui eum commendat multis in ep. XIII. vbi Eudoxi discipulum, doctumque & comem, affabilem & candidum dicit.

6 Φύτων] Φοίτων legit Suidas in Αἰσχιν. similique modo editi. Aldina & Morelliana inf. l. VII. cap. 2. Φοίτων legunt, non Φύτων, quod posterius tamen ibi MSS. quidam codd. praeferunt. Φύτων etiam legit Diodor. Sic. l. XIII. p. 320. vbi plura de hoc Phytone, vt & apud nostrum inf. l. VII. c. 2. Non confundendus est cum *Pythone*, de quo alibi.

7 ἐς τὰς Διονυσίου] cod. Vaticanus alter & Vratisl. legunt ἐς τοῦ Διονυσίου. Quod etiam sequitur Suidas.

8 τὸν Κνίδιόν φασιν Εὔδοξον] de eo Diogen. l. VIII. c. 86. sqq. vbi eum cum Chrysippo in Aegyptum profectum fuisse ait. Quamuis Strabo l. XIII cum ipso Platone isthac eum abiisse dicat. Pecuniae tamen emendicandae causa iter hoc susceptum fuisse nemo veterum praeter Philostratum dicit. Meminit eius quoque Plato ep. XIII, quod praetermissum doctis Diogenis commentatoribus. De Scriptis eius diligenter egit Meursius ad Apollon. Dyscol. p. 112.

9 Σπεύσιππον] de eo vid. Diogen. l. IV. c. 1. sqq. De auaritia eius v. Athenaeum l. VII, 5. qui a Dionysio Tyranno in epistolis exprobratum ei, ait, quod a multis pecuniam corraserit.

10 ποιήματα ψυχρὰ ξυνθέντα, καὶ δημοσίᾳ &c.] Suidas legit καὶ ποιήματα ψυχρὰ ξυνθέντα δημοσίᾳ &c.

ἐνται, κἂν παρέλθῃ τι, κἂν προσέλθῃ τῳ, κἂν προσείπῃ, κἂν μὴ προσείπῃ. δεῖ δὲ πεφράχθαι τὸν ἄνδρα, γινώσκειν τε ὡς ἀργίας μὲν ἡττηθεὶς ὁ σοφὸς, ἢ χολῆς, ἢ ἔρωτος, ἢ φιλοποσίας, ἢ ἑτοιμότερόν τι τῷ καιρῷ πράξας, ἴσως ἂν καὶ ξυγγνώμην φέροιτο. χρήμασι δὲ ὑποθεὶς ἑαυτὸν, ὅτ' ἂν ξυγγινώσκοιτο, καὶ μισεῖτ' ἂν, ὡς ὁμοῦ πάσας κακίας συνειληφώς. μὴ γὰρ ἂν ἡττηθῆναι χρημάτων αὐτὸν, εἰ μὴ γαστρὸς ἥττητο, καὶ ἀμπεχόνης, καὶ οἴνου, καὶ τῶν ἐς ἑταίρας φέρεσθαι. σὺ δ' ἴσως ἠγῇ τὸ ἐν Βαβυλῶνι ἁμαρτεῖν ἧττον εἶναι τῶν Ἀθήνησιν[11], ἢ Ὀλυμπιάσιν, ἢ Πυθοῖ[12]· καὶ ὃν ἐνθυμῇ ὅτι σοφῷ ἀνδρὶ Ἑλλὰς πάντα, καὶ οὐδὲν ἔρημον ἢ βάρβαρον χωρίον ἅτε ἡγήσεται ὁ σοφὸς ἅτε νομιεῖ, ζῶνγε ὑπὸ τοῖς τῆς ἀρετῆς ὀφθαλμοῖς· ἢ βλέπει μὲν[13] ὀλίγους τῶν ἀνθρώπων, μυρίοις δ' ὄμμασιν αὐτοὺς ὁρᾷ. εἰ δὲ καὶ ἀθλητῇ ξυνῆσθα, ὦ Δάμι, τούτων τινὶ, οἳ παλαίειν τε καὶ παγκρατιάζειν ἀσκοῦσιν, ἆρα ἂν ἠξίους αὐτὸν, εἰ μὲν Ὀλύμπια[14] ἀγωνίζοιτο, καὶ ἐς Ἀρκαδίην ἴοι, γενναῖόν τε καὶ ἀγαθὸν εἶναι· καὶ νὴ Δί' εἰ Πύθια ἄγοιτο, ἢ Νέμεα, ἐπιμελεῖσθαι τοῦ σώματος[15], ἐπειδὴ φανεροὶ οἱ ἀγῶνες, καὶ τὰ στάδια ἐν σπουδαίῳ τῆς Ἑλλάδος[16]· εἰ δὲ θύοι Φίλιππος Ὀλύμπια, πόλεις ἠρηκὼς, ἢ ὁ τούτου παῖς Ἀλέξανδρος ἐπὶ ταῖς ἑαυτοῦ νίκαις ἀγῶνα ἄγοι, χεῖρον ἤδη παρασκευάζειν τὸ σῶμα, καὶ μὴ φιλονείκως ἔχειν, ἐπειδὴ ἐν Ὀλύνθῳ ἀγωνιεῖται, ἢ Μακεδονίᾳ, ἢ Αἰγύπτῳ ὁ ἀθλητὴς, ἀλλὰ μὴ ἐν Ἕλλησι, καὶ σταδίοις τοῖς ἐκεῖ; ὑπὸ μὲν δὴ τῶν λόγων τούτων ὁ Δάμις οὕτω διατεθεῖναί, φησιν, ὡς ξυγκαλύψασθαί[17] τε ἐφ' οἷς αὐτὸς εἰρηκὼς ἔτυχε, παραιτεῖσθαί τε τὸν Ἀπολλώνιον ξυγγνώμην αὐτῷ ἔχειν, εἰ μήπω κατανενοηκὼς αὐτὸν, ἐς ξυμβελίαν τε καὶ πειθὼ τοιαύτην ὥρμησεν. ὁ δὲ, ἀναλαμβάνων αὐτὸν, θάρρει, ἔφη. οὐ γὰρ ἐπίπληξιν ποιούμενος, ἀλλὰ τρόπον ὑπογράφων σοι, ταῦτα εἶπον.

mittentem, siue aliquid agendum omittat, siue ad agendum quid accedat, siue alloquatur, siue non alloquatur. Bonum virum igitur munitum esse oportet, atque nosse, quod desidiae quidem obnoxius sapiens, vel irae, vel amori, vel crapulæ, vel inconsiderate magis quam tempus ferat agens, veniam fortasse sit consecuturus. Si pecuniis vero sese obnoxium fecerit, & veniam merituram nullam & odium contracturum, vt qui vna omnia vitia complectatur. Pecuniis enim non putabitur esse obnoxius, nisi ventri deditus & vestium luxui, & vino, & affectui in meretrices. Sed forte Babylone facere contra rationem tolerabilius tu esse putas, quam Athenis, aut Olympiis, aut Delphis: neque consideras sapienti viro vbique esse Graeciam, nec vllam desertam aut barbaram regionem sapiens siue opinabitur esse, siue statuet: in conspectu virtutis vitam qui agat, quae paucos respicit quidem mortalium, hos tamen centenis oculis obseruat. Quod si athletae, o Dami, occurras, eorum nempe alicui qui luctam aut pancratium exercent, an existimares, eum si in Olympiis quidem decertet, atque in Arcadiam abeat, fortem & bonum futurum: eundemque, per Iouem, si Pythia obeat vel Nemea, corpus curaturum, quoniam illustres sunt illi agones, & stadia apud Graecos habentur in pretio: si vero vrbibus expugnatis Olympia celebret Philippus, vel filius eius Alexander propter victorias suas agonem instituat, minore diligentia corpus praeparaturum, nec victoriae fore appetentem, eo quod in Olyntho, aut in Macedonia, siue Aegypto certandum sit athletae, non inter Graecos, & in eorum stadiis. Hac se oratione Damis ita animo affectum ait, vt puduerit ipsum eorum quae dixerat, oraueritque Apollonium, vt veniam sibi daret, nondum satis illius ingenio perspecto talia qui consulere atque suadere ausus esset. Verum Apollonius venia facta: bono animo, inquit, esto, neque enim tui obiurgandi causa, sed vt ingenium meum tibi explicarem haec dixi.

11 τῷ Ἀθήνησιν] recte coniecerat Morell. in margine, legendum esse τῷ Ἀθήνησιν pro τὸ Ἀθήνησι quod ipse ediderat, prius enim & Aldina habet editio & omnes MSS. nostri.

12 ἢ Ὀλυμπιάσιν ἢ Πυθοῖ] in totius nempe Graeciae conspectu, quae ad Olympios & Pythios ludos concurrebat.

13 ἢ βλέπει μὲν] ἢ pro καὶ rescripsi: vt referam haec ad virtutem, quae paucos quidem homines respicere dignetur, hos tamen quos respicit, Argi oculis, vt in prouerbio dicitur, obseruare soleat. Nisi tamen βλέπεται legere malis & paulo post ὀλίγοις. Vt sensus sit, *virtutem* quidem a paucis videri, sed eam Argi oculis omnes obseruare.

14 εἰ μὲν Ὀλύμπια] edit. Morell. εἰ μὴ, qui tamen in margine ex coniectura posuerat εἰ μὲν, quod & Aldina editio & omnes MSS. probant, & sensus poscit.

15 ἐπιμελεῖσθαι τοῦ σώματος] de cura corporis eorum qui in talibus agonibus essent decertaturi nota omnia. Eo Paulus respicit 1 Cor. IX, 27.

16 τὰ στάδια ἐν σπουδαίῳ τῆς Ἑλλάδος] h. e. stadia quae tanquam res seria, grauis & valde ardua in pretio essent apud Graecos. ἐν σπουδαίῳ idem ac si dixisset ἐν σπουδαίοις, *sunt inter res graues & serias.* Sic τὸ σπουδαῖον vsurpat Aelian. VII, 2. vbi de Stratonis & Nicoclis certamine, quod fuisse dicit ὑπὲρ σπουδαίων. Vrbin. pro ἐν σπουδαίῳ habet ἐν σπουδῇ, quod ego praeferrem, si per me staret, lectioni receptae. Vsitata phrasis nostro, sic I. II. c. 3. ὡς ἀτιμοῦν τι καὶ μὴ ἐν σπουδῇ τοῖς ἀνθρώποις. item I. III. c. 4. fin. ῥιπτοῦντες ὡς ἄτιμόν τι καὶ μὴ ἐν σπουδῇ τοῖς ἀνθρώποις.

17 ξυγκαλύψασθαι] non rarum pro *pudore afficiri*: frequentius tamen ἐγκαλύπτεσθαι, quod faciem sc. tegere soleant ita animo affecti. Hinc nouae nuptae ἐγκεκαλυμμέναι, & ἀναπαλυπτήρια in nuptiarum solennibus.

Cum

c. XXXVI. Cum aduenisset autem Eunuchus, & ad Regem illum inuitasset, veniam, dixit, vbi sacra mihi rite fuerint peracta. Inde igitur sacrificiis precibusque peractis [ad Regem] perrexit omnium oculos in se conuertens, gestuque & habitu venerabilis. Ingresso autem, do tibi, Rex aiebat, dona ego decem, qui virum te esse existimem qualis ex Graecia nunquam antea in has partes delatus est. Ille vero respondens, non omnia, inquiebat, repudiabo, o Rex. Sed vnum quod multarum decadum mihi sit loco lubente animo postulabo: statimque Eretriorum causam tractare coepit, ab ipso Datide inde exorsus. Rogo, itaque, dixit, ne miseros finibus suis atque colle expelli sinas, verum habitare terrae portionem permittas, quam eis Darius concessit. Graue est enim, si patria expulsis ne ea quidem quae pro illa accepere, permittantur. Annuens itaque Rex: Eretrii, dixit, vsque ad hesternam diem hostes mei maiorumque meorum infensissimi extitere: nos enim armis inuasere olim, quamobrem nulla eorum cura habita fuit, eo fine vt gens funditus perderetur. Posthac vero inter amicos adscribentur, daboque illis Satrapam, virum bonum, qui res eorum in ordinem redigat. Tu vero, addebat, nouem reliqua dona cur non accipis? quoniam, inquit, amicos nondum isthac mihi comparaui. Illo subiicente autem: Tu ipse vero nullane re indiges? imo, respondit, incruentis cibis & pane, quae me suauiter splendideque pascunt.

c. XXXVII. Dum ipsi inuicem ita colloquerentur ingens clamor ex palatio auditus est, eunuchorum iuxta & mulierum. Fuerat nempe deprehensus eunuchus cum regia pellice, concumbens cum ea, & quae moechi solent, patrans. Eum ergo circa gynecaeum coma apprehensum trahebant, quo duci solent modo regii serui. Senior itaque inter eunuchos iampridem feminae eum duci amore sibi suboluisse, eique se iam praecepisse olim, ne cum ea sermones misceret, neue collum aut manum tangeret, vtque ab ea sola omnium quae intus erant comenda abstineret, nunc vero cum ea etiam concumbentem inuenisse virique partes apud ipsam obeuntem, dum referret; Apollonius quidem ad Damidem respexit, vt qui demonstratam iam teneret doctrinam, quae discussa

Ἀφικομένῳ δὲ τῷ εὐνούχῳ, καὶ καλοῦντος αὐτὸν παρὰ τὸν βασιλέα, ἀφίξομαι, εἶπεν, ἐπειδὴ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς εὖ μοι ἔχῃ. θύσας οὖν καὶ εὐξάμενος ἀπῆλθε, περιβλεπόμενός τε καὶ θαυμαζόμενος τῷ σχήματος. ὡς δὲ ἔσω παρῆλθε, δίδωμί σοι, ἔφη ὁ βασιλεύς, δέκα δωρεάς, ἄνδρα σε ἡγούμενος οἷος ἄπωτις ἀπὸ Ἑλλήνων ἦλθεν. ὁ δὲ ὑπολαβών, ἀπάσας, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, παραιτήσομαι. μίαν δὲ, ἣν ἀντὶ πολλῶν [1] δεκάδων αἱρῆμαι, προθύμως αἰτήσω· καὶ ἅμα τὸν περὶ τῶν Ἐρετριέων διῆλθε λόγον, ἀναλαβὼν ἀπὸ τοῦ Δάτιδος [2]. αἰτῶ οὖν, ἔφη, μὴ περικόπτεσθαι τοὺς ἀθλίους τούτους τῶν ὁρίων τε καὶ τοῦ λόφου [3], ἀλλὰ νέμεσθαι σφᾶς μέτρον τῆς γῆς, ὃ Δαρεῖος ἐνόμισε [4]. δεινὸν γὰρ, εἰ τῆς αὐτῶν ἐκπεσόντες, μήδ' ἂν, ἃ ἀντ' ἐκείνης [5] ἔχουσιν, ἔχοιεν. ξυντιθέμενος οὖν ὁ βασιλεὺς, Ἐρετριεῖς, εἶπεν, εἰς μὲν τὴν χθὲς ἡμέραν ἐμοῦ τε πολέμιοι καὶ πατέρων ἐμῶν ἦσαν, ἐπειδὴ ὅπλων ποτὲ ἐφ' ἡμᾶς ἦρξαν [6]· καὶ παρεωρῶντο ὡς τὸ γένος αὐτῶν ἀφανισθείη. λοιπὸν δὲ φίλοι τε ἀναγεγράψονται, καὶ σατραπεύσει αὐτῶν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ὃς δικαιώσει τὴν χώραν. τὰς δὲ ἐννέα δωρεὰς, ἔφη, διατί οὐ λήψῃ; ὅτι, ὦ βασιλεῦ, εἶπεν, ἅπω φίλους ἐνταῦθα ἐκτησάμην. αὐτὸς δὲ οὐδενὸς δεῖ; φήσαντος· τῶν γε τραγημάτων, ἔφη, καὶ τῶν ἄρτων, ἃ μοι ἡδέως τε καὶ λαμπρῶς ἐσιᾷ.

Τοιαῦτα διαλαλούντων πρὸς ἀλλήλους κραυγὴ τῶν βασιλείων ἐξεφοίτησεν, εὐνούχων καὶ γυναικῶν ἅμα. εἵλητο δὲ ἄρα εὐνοῦχός τις ἐπὶ μιᾷ τῶν τοῦ βασιλέως [1] παλλακῶν, ξυγκατακείμενός τε καὶ, ὁπόσα οἱ μοιχοὶ, πράττων. καὶ ἤγον αὐτὸν ἀμφὶ τὴν γυναικωνίτιν, ἐπισπῶντες τῆς κόμης, ὃν δὴ ἄγοντα τρόπον οἱ τοῦ βασιλέως δοῦλοι. ἐπεὶ δὲ ὁ πρεσβύτατος τῶν εὐνούχων ἐρῶντα μὲν αὐτὸν τῆς γυναικὸς πάλαι ᾐσθῆσθαι, ἔφη, καὶ προειρηκέναι οἱ, μὴ διαλέγεσθαι [2] αὐτῇ, μὴ δὲ ἅπτεσθαι δέρης, ἢ χειρὸς, μηδὲ κοσμεῖν ταύτην μόνην τῶν ἔνδον, νῦν δὲ καὶ ξυγκατακείμενον εὑρηκέναι, καὶ ἀνδριζόμενον ἐπὶ τὴν γυναῖκα. ὁ μὲν Ἀπολλώνιος ἐς τὸν Δάμιν εἶδεν, ὡς δὴ τοῦ λόγου ἀποδεδειγμένου, ὃς ἐφιλοσοφεῖτο

CAP. XXXVI. 1 ἢν ἀντὶ πολλῶν] ἣν excidérat ex editione Morelli, habet Aldina & omnes MSS. nostri.

2 ἀπὸ τοῦ Δάτιδος] cui iuxta cum Artapherne expeditio contra Eretrienses olim fuerat demandata, Herod. l. VI, 94. a quo etiam captiui Eretrienses Susa adducti teste eodem fuere VI, 19: quamuis Ctesia autore in Marathonio praelio ceciderit Datis.

3 μὴ περικόπτεσθαι τ. ὁρ. καὶ τοῦ λόφου] vide supra c. 24. init. & fin.

4 ὃ Δαρεῖος ἐνόμισε] Herodot. l. VI. c. 119.

5 μήδ' ἂν ἃ ἀντ' ἐκείνης] omnes MSS. nostri habent μήδ' ἢν ἀντ' ἐκείνης.

6 ὅπλων ποτὲ ἐφ' ἡμ. ἦρξαν] Herodot. l. V. c. 99.

CAP. XXXVII. 1 τῶν τοῦ Βασιλέως] excidérat τοῦ ex editis, habent MSS.

2 διαλέγεσθαι] omnes MSS. nostri legunt προσδιαλέγεσθαι.

αὐτοῖς[3] περὶ τῦ καὶ εὐνύχων τὸ ἐρᾶν εἶναι. ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τὰς παρόντας, ἀλλὰ αἰσχρόν γε[4], εἶπεν, ὦ ἄνδρες, παρόντος ἡμῖν Ἀπολλωνίε, περὶ σωφροσύνης ἡμᾶς, ἀλλὰ μὴ τῦτον, ἀποφαίνεσθαι. τί ἂν κελεύεις, Ἀπολλώνιε, παθεῖν αὐτόν; τί δὲ ἄλλο, ἢ ζῆν; εἶπε, παρὰ τὴν πάντων ἀποκρινάμενος δόξαν. ἀνερυθριάσας ἂν ὁ βασιλεὺς, εἶτα ὀ πολλῶν, ἔφη, θανάτων ἄξιος, ὑφέρπων ἕτος τὴν εὐνὴν τὴν ἐμήν; ἀλλ' ὐχ ὑπὲρ ξυγγνώμης, ἔφη, βασιλεῦ, ταῦτα εἶπον, ἀλλ' ὑπὲρ τιμωρίας, ἢ ἀποκναίσει αὐτόν. εἰ γὰρ ζήσεται νοσῶν, καὶ ἀδυνάτων ἁπτόμενος[5], καὶ μήτε σῖτα μήτε ποτὰ ἥσει αὐτὸν, μήτε θεάματα, ἃ σέ τε καὶ τὰς σοι ξυνόντας[6] εὐφρανεῖ. πηδήσεταί τε ἡ καρδία[7] θαμὰ ἐκθρώσκοντος τῦ ὕπνε, ὃ δὴ μάλιστα περὶ τὰς ἐρῶντας, φασὶ, γενέσθαι· καί τίς μὲν ὕτω φθόη τήξει αὐτόν[8]; τὶς δὲ ὕτω λοιμὸς ἐπιθρύψει[9] τὰ σπλάγχνα; εἰ δὲ μὴ τῶν φιλοψύχων ἔη τις, αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, δεήσεταί σέ ποτε καὶ ἀποκτεῖναι αὐτὸν, ἢ ἑαυτόν γε ἀποκτενεῖ, πολλὰ ὀλοφυρόμενος τὴν παρῦσαν[10], ἐν ᾗ μὴ εὐθὺς ἀπέθανε. τῦτο μὲν δὴ τοιῦτον τῦ Ἀπολλωνίε, καὶ ὕτω σοφόν τε καὶ ἥμερον, ἐφ' ᾧ ὁ βασιλεὺς ἀνῆκε τὸν θάνατον τῷ εὐνύχῳ.

inter eos fuerat, de eo, quod Eunuchi amore etiam inficiantur. Rex autem ad eos, qui apparebant ipsi, minime vero, dicebat, decorum foret, o viri, praesente apud nos Apollonio de castitate ipsos, non vero eum potius, sententiam ferre. Quod igitur illi supplicium statuis Apolloni? Quod nam aliud vero, inquiebat ille, statuam nisi hoc ipsum, vt viuat? quam quidem sententiam contra omnium pronunciabat opinionem. Erubescens igitur Rex, nonne vero, dixit, haut vna morte dignus sit ille, qui meum ita lectum subrepsit? At ego, Apollonius regerebat, non veniam daturus ita statui, o Rex, sed supplicium vt inferam quod aegre illi faciat. Si enim in vita permanserit aeger, & quae perficere non possit molitus, nec cibus nec potus gratus ipsi erit, nec spectacula, quae te tuosque delectant familiares. Imo palpitabit pectus identidem e somno exilientis, quod maxime dicunt amantibus euenire. Quae vero perinde eum tabes conficiet? quae pestis ita viscera franget? quod si ex iis non sit qui nimium vitae sunt amantes, ipse te postremo, o Rex, orabit, vt mori iubeas: aut sibi ipse mortem consciscet, praesentem diem multis deplorans, quod ea non statim mori sibi licuerit. Tale itaque fuit Apollonii responsum, tam prudens, tam mite, quod secutus Rex mortis eunucho remisit supplicium.

Μέλλων δέ ποτε πρὸς θήραν γίγνεσθαι τῶν ἐν τοῖς παραδείσοις[1] χωρίων, ἐς ὃς λέοντές τε ἀπόκεινται τοῖς βαρβάροις, καὶ ἄρκτοι, καὶ παρδάλεις, ἠξίε τὸν Ἀπολλώνιον παρατυχεῖν οἱ θηρῶντι. ὁ δὲ, ἐκλέλησαι, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, ὅτι μηδὲ θύοντί σοι παρατυγχάνω[2]; καὶ ἄλλως, ὐχ ἡδὺ θηρίοις βεβασανισμένοις, καὶ παρὰ τὴν φύσιν τὴν ἑαυτῶν δεδουλωμένοις ἐπιτίθεσθαι. ἐρομένε δὲ αὐτὸν τῦ βασιλέως, πῶς ἂν βεβαίως καὶ ἀσφαλῶς ἄρχοι; πολλοὺς, ἔφη, τιμῶν, πιστεύων δὲ ὀλίγοις. πρεσβευομένε δέ ποτε τῦ τῆς Συρίας ἄρχοντος[3] περὶ κωμῶν, οἶμαι, δύο προσοίκων τῷ Ζεύγματι[4], καὶ φάσκοντος ὑπακηκοέναι μὲν αὐτὰς Ἀντιόχῳ τε Σελεύκῳ πάλαι, νῦν δὲ ὑπ' αὐτῷ εἶναι Ῥωμαίοις προσηκόσας.

Cum porro Rex venationi aliquando incumbere vellet, qualis instituit solet in regionibus quae Paradisos absoluunt, in quibus leones barbaris asseruantur, & vrsi ac pantherae, rogauit Apollonium, vt praesto sibi esse velit venanti. Ille vero oblitusne es, aiebat, o Rex, quod ne sacrificanti quidem tibi praesto esse soleam? At alias quoque parum iucundum est feris misere afflictis, & praeter naturam suam in seruitutem redactis insidiari. Interroganti item Regi quonam pacto stabile & firmum habere regnum queat? respondit Apollonius, si multis honorem, fidem paucis habueris. Cumque Syriae aliquando Praeses oratores ad eum misisset, de duobus, opinor, vicis prope vrbem Zeugmatis: diceretque illos Antiocho & Seleuco olim paruisse, nunc ipsi esse obnoxias, cum Romanis tamen debeantur:

c.XXXIIX

3 ὃς ἐφιλοσοφεῖτο αὐτοῖς] supra c. 34.

4 αἰσχρόν γε] γε addidimus ex cod. Vrbinat.

5 ἀδυνάτων ἁπτόμενος] venerem scilicet molitus, quam perficere non possit, qui Eunuchus sit.

6 τὰς σοι ξυνόντας] omisimus praepositionem σὺν ante σοὶ, quam habebant editiones priores, codicum nostrorum autoritate docti pariter ac ratione.

7 πηδήσεταί τε ἡ καρδία] sic Sappho in notissimo illo suo de affectu amoris τό μοι τὰν καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασε.

8 τήξει αὐτὸν] hoc quoque eleganter vt cetera expressit modo laudata poetria λεπτὸν δ' αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμακεν.

9 ἐπιθρύψει] lectionem hanc reuocaui ex editione Aldina & MS. Vratisl. *frangere* enim & *eneruare* viscera fames recte dicitur.

10 τὴν παρῦσαν] omnes codices nostri addunt ταύτην ἡμέραν: quo tamen assumento nihil opus erat.

CAP. XXXVIII. 1 παραδείσοις] de Persarum Paradisis s. hortis, & feris in illis animantibus vid. Brisson lib. I. de regn. Pers. p. 52. sq.

2 παρατυγχάνω] ita MSS. nostri, sicque etiam paulo ante scriptum. priores editiones: περιτυγχάνω.

3 Συρίας ἄρχοντος] Praeses Syriae intelligitur. Prouincia enim Romana hoc tempore Syria, & quidem praetoria: male priores interpretes: *Syriae quidam Princeps.*

4 Ζεύγματι] vid. notata s. ad c. 20. not. 2.

Et

& Arabes quidem atque Armenios vicis nullas moleſtias inferre: ipſum autem tanto ſpatio limites ſuos ſupergreſſum, exhaurire eos, quaſi ſuae potius eſſent quam Romanae ditionis. Rex quidem ſecedere iuſſis oratoribus, hos pagos, dixit, Apolloni, Reges, quos nominarunt, maioribus meis conceſſere pro feris educandis, quae a nobis captae trans Euphratem ad eos mittuntur. Iſti vero, tanquam horum obliti, res nouas & plane iniquas moliuntur. Tibi igitur quid iſta ſibi velle legatio videtur? Moderatam, dixit, o Rex, cenſeo, & iuſtam, cum quae te inuito etiam tenere poterant, vt quae ſint in eorum ditione poſita, bona tua voluntate acquirere malint. Atque hoc etiam addidit: non oportere vicorum cauſa, quibus maiores priuati forte etiam poſſidere ſolcant, contentionem cum Romanis ſubire, nec bella etiam pro maioribus ſuſcipienda eſſe. Aegrotanti item Regi aſſidens tam multa, tam diuina, de anima apud eum diſſeruit, vt reſpirare coeperit Rex atque aſtantibus dixerit, Apollonium, vt non modo regnum, ſed ipſam etiam mortem parum iam curet, effeciſſe.

καὶ τὰς μὲν Ἀραβίους τε καὶ Ἀρμενίους μὴ ἐνοχλεῖν τὰς κώμας, αὐτὸν δὲ ὑπερβαίνοντα τοσαύτην γῆν, καρπᾶσθαι σφᾶς, ὡς αὐτῶ μᾶλλον ἢ Ῥωμαίων ὄντας· μεταστησάμενος ὁ βασιλεὺς τοὺς πρέσβεις, τὰς μὲν κώμας ταύτας, Ἀπολλώνιε, ἔφη, ξυνεχώρησαν τοῖς ἐμοῖς προγόνοις οἱ βασιλεῖς, ὡς εἶπον, τροφῆς ἕνεκα τῶν θηρίων, ἃ παρ' ἡμῶν ἁλισκόμενα φοιτῶσιν ἐς τὴν ἐκείνων διὰ τὸν Εὐφράτην. οἶδ', ὥσπερ ἐκλαθόμενοι τούτου, κἀμοῦ τε καὶ ἀδίκων ἅπτονται. τίς ἂν φαίνεταί σοι τῆς πρεσβείας ὁ νοῦς; μέτριος, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, καὶ ἐπιεικής, εἰ ἃ δύνανται καὶ ἄκοντος ἔχειν, ἐν τῇ αὐτῶν ὄντα[5], βάλονται παρ' ἑκόντος εὑρίσκεσθαι μᾶλλον. προστίθεται δὲ καὶ τὸ μὴ δεῖν ὑπὲρ κωμῶν, ὧν μείζους κέκτηνται τάχα καὶ ἰδίωται, διαφέρεσθαι πρὸς Ῥωμαίους, καὶ πόλεμον δὲ ὑπὲρ μεγάλων αἱρεῖσθαι. νοσοῦντι δὲ τῷ βασιλεῖ παρὼν, τοσαῦτά τε καὶ οὕτω θεῖα περὶ ψυχῆς διεξῆλθεν, ὡς τὸν βασιλέα ἀναπνεῦσαι, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπεῖν, ὅτι Ἀπολλώνιος οὐχ ὑπὲρ τῆς βασιλείας μόνης ἀφροντιστεῖν ἐργάσαί με, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ θανάτου.

c. XXXIX. Cuniculum vero ſub Euphrate actum ipſi aliquando Rege monſtrante, atque quid tibi de mirando iſto videtur opere? dicente: verborum faſtum reprimens Apollonius, id vero, aiebat, mirandum, o Rex, foret magis, ſi per ipſum fluuium adeo profundum, adeo vadorum expertem pedibus incederetis. Inde cum muros Ecbatanorum eidem oſtenderet, diceretque Deorum hanc eſſe habitationem; Deorum, ille inquiebat, habitatio certe non eſt, vtrum virorum ſit vero, neſcio: nam Lacedaemoniorum, o Rex, ciuitas murorum expers condita eſt. Rurſus cum Rex vicis iura diceret, iactaretque apud Apollonium, quod in vna audienda cauſa biduum conſumpſiſſet; tarde, reſpondit ille, quod iuſtum eſt, inueniſti. Alia vice cum pecuniae ex prouincia venirent copioſe, theſauris apertis viro pecunias Rex oſtendit, ad opes appetendas eum ſollicitans: ipſe autem nihil eorum quae videbat admira-

Τὴν δὲ σήραγγα, τὴν ὑπὸ τῷ Εὐφράτῃ[1], δεικνύντος ποτὲ αὐτῷ τοῦ βασιλέως, καί, τί σοι φαίνεται τὸ θαῦμα; εἰπόντος· καταβαλὼν τὴν τερατεργίαν ὁ Ἀπολλώνιος, θαῦμα ἂν ἦν, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, εἰ δι' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ, βαθέες ὄντω καὶ ἀπόρω ὄντος, πέζῃ ἐβαδίζετε. δείξαντος δὲ καὶ τὰ ἐν Ἐκβατάνοις τείχη[2], καὶ θεῶν φάσκοντος εἶναι ταῦτα οἴκησιν[3], θεῶν μὲν οὐκ εἰσὶν ὅλως οἴκησις, εἶπεν, εἰ δὲ ἀνδρῶν, οὐκ οἶδα· ἡ γὰρ Λακεδαιμονίων, ὦ βασιλεῦ, πόλις ἀτείχιστος ᾤκισται[4]. καὶ μὴν καὶ δίκην τινὰ δικάσαντος αὐτῷ κώμαις, καὶ μεγαλοφρονουμένου πρὸς τὸν Ἀπολλώνιον, ὡς δυοῖν ἡμέραιν ἠκροαμένος ἔφη τῆς δίκης, βεβαίως γε, ἔφη, τὸ δίκαιον εὗρες. χρημάτων δὲ ἐκ τῆς ὑπηκόου φοιτησάντων ποτὲ ἀθρόων, ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς[5], ἐδείκνυ τῷ ἀνδρὶ τὰ χρήματα, ὑπαγόμενος αὐτὸν ἐς ἐπιθυμίαν πλούτου· ὁ δὲ, ἰδὼν ὧν εἶδε θαυμά-

---

5 ὡ τῇ αὐτῶν ὄντα] ſubint. γῇ, quod frequens noſtro elliptis genus.

CAP. XXXIX. 1 τὴν δὲ σήραγγα τ. ὑ. τ. Ε.] vid. ſ. c. 25.

2 τὰ ἐν Ἐκβατ. τείχη] Muros Ecbatanorum longitudinis & latitudinis eximiae, deſcribit autor Libri Iudith c. I. quamuis tamen vrbs ipſa ἀτείχιστος fuerit, ſi fides Polybio. Mirabilem arcis murorum ſtructuram deſcribit Herod. l. I. cap. 98. Nimirum ſeptemplicem eorum, coloribus apte diſtinctorum, & gradibus quaſi creſcentium, vt vltra quemuis proximus ſemper emineret, ambitum fuiſſe ait, eorumque ſextum ordinem argento, ſeptimum auro fulſiſſe. Atque haec eſſe τείχη quae Philoſtratus reſpicit, nolim dubitare.

3 θεῶν φάσκοντος εἶναι ταῦτα οἴκησιν] puto Regem locutum more orientalium, quemadmodum apud Ionam III, 2, Niniue dicitur עיר גדולה לאלהים vrbs magna deorum.

4 ἀτείχιστος ᾤκισται] ſenſus eſt, Lacedaemoniorum vrbem, quae viris fortibus incolatur, moeniis carere, neſcire itaque Apollonium, an Ecbatana, vrbs moenibus tam probe munita, incolas habeat viros fortes: quales ſcilicet ſi habeat, moenibus non magis quam Lacedaemon indigeat.

5 ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς] manifeſte eadem phraſis quae Matthaei c. II. ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν. Nempe θησαυρὸς ipſa arca vel theca, vbi res pretioſae aſſeruantur.

σας, σοὶ ταῦτα, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, χρήματα, ἐμοὶ δὲ ἄχυρα· τί ἂν ὄν, ἔφη, πράττων, καλῶς αὐτοῖς χρησαίμην; χρώμενος, ἔφη, βασιλεὺς γὰρ εἶ.

tus, istas tibi, aiebat, o Rex, opes habeto, mihi paleae [ista videntur.] Quid autem agens pecunias recte collocare possim? cum interrogaret; si vsus illis fueris, respondit, Rex enim es.

Πολλὰ τοιαῦτα πρὸς τὸν βασιλέα εἰπὼν, καὶ τυχὼν αὐτῷ προθύμως πράττειν ἃ ξυνεβάλευσεν, ἔτι καὶ τῆς πρὸς τοὺς μάγους ξυνουσίας ἱκανῶς ἔχων, ἄγε ὦ Δάμι, ἔφη, ἐς Ινδοὺς ἴωμεν. οἱ μὲν γὰρ τοῖς Λωτοφάγοις προσπλεύσαντες[1], ἀπήγοντο τῶν οἰκείων ἡθῶν ὑπὸ τοῦ βρώματος. ἡμεῖς δὲ, ὀδὲ γευόμενοί τινος τῶν ἐνταῦθα, καθήμεθα πλέω χρόνον τοῦ εἰκότος τε καὶ ξυμμέτρου. καμοὶ, ἔφη ὁ Δάμις, ὑπερδοκεῖ ταῦτα. ἐπεὶ δὲ ἐνεθυμήμην τὸν χρόνον[2] ὃν ἐν τῇ λεαίνῃ διεσκέψω[3], περιέμενον ἀνυσθῆναί αὐτόν· ὅπως μὲν ὄν ἐξήκει πᾶς, ἐνιαυτὸς γὰρ ἡμῖν ἤδη[4], καὶ τέτταρες· εἰ δὲ ἤδη κομιζοίμεθα, εὖ ἂν ἔχοι[5]; ὀδὲ ἀνήσει ἡμᾶς, ἔφη, ὦ Δάμι, ὁ βασιλεὺς πρότερον, ἢ τὸν ὄγδοον τελέσαι μῆνα. χρηστὸν γάρ πω ὁρᾷς αὐτὸν, καὶ κρεῖττω ἢ βαρβάρων ἄρχειν.

Multa huiusmodi cum Rege locutus, eumque libenter obsequentem consiliis suis nactus, satis etiam cum Magis versatus, age iam, dixit, o Dami, ad Indos pergamus. Qui enim apud Lotophagos naui appulerant, cibo illo patriae extinctum desiderium sensere. Nos vero, quanquam nihil rerum quae hic habentur gustauerimus, diutius iam desidemus, quam fas & par esse putemus. Mihi quoque modum id excedere videtur, respondebat Damis. Postquam vero in animum reuocaui tempus, quod in leaena dispiciebas, donec illud consumeretur, expectaui: nondum enim elapsum est omne, annus namque nobis hic exactus & [menses] quatuor: an bene vero nobis successerit, si iam abeamus? Neque, respondebat ille, ante nos, o Dami, Rex dimittet, quam octauum impleuerimus mensem: benignum enim eum esse vides, & alio quam in Barbaros imperio dignum.

Cap. XL.

Ἐπεὶ δὲ ἀπαλλάττεσθαι λοιπὸν ἐδόκει, καὶ ξυνεχώρησέ ποτε ὁ βασιλεὺς ἀπιέναι, ἀνεμνήσθη τῶν δωρεῶν ὁ Απολλώνιος, ἃς ἀνεβάλλετο[1], ἕς τ' ἂν φίλοι αὐτῷ γένωνται. καὶ, ὦ βέλτιστε, ἔφη, βασιλεῦ, τὸν ξένον ὀδὲν εὖ πεποίηκα, καὶ μισθὸν ὀφείλω τοῖς μάγοις. σὺ ὄν ἐπιμελήθητι αὐτῶν, καὶ τἀμὸν προθυμήθητι περὶ ἄνδρας σοφούς τε καὶ σοὶ σφόδρα εὐνους. ὑπερησθεὶς ὄν ὁ βασιλεὺς, τούτους μὲν ἄριστον ζηλωτὰς, ἔφη, καὶ μεγάλων ἠξιωμένους ἀποδείξω σοι. σὺ δ' ἐπεὶ μηδενὸς δέῃ τῶν ἐμῶν, ἀλλὰ τούτοις γε συγχώρησον χρήματα παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, καὶ ὅ, τι βέλονται, τοὺς ἀμφὶ τὸν Δάμιν[2] δείξας. ἀποσκαφέντων ὄν καὶ κείνων τὸν λόγον τοῦτον, ὁρᾷς, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὰς ἐμὰς χεῖρας, ὡς πολλαί τέ εἰσι καὶ ἀλλήλαις ὅμοιαι; σὺ δὲ ἄλλα ἡγεμόνα ἄγε, ὁ βασιλεὺς ἔφη, καὶ καμήλους, ἐφ' ὧν ὀχήσεσθε. τὸ γὰρ μῆκος τῆς ὁδοῦ κρεῖττον ἢ βαδίσαι πᾶσαν. γιγνέσθω, ἔφη, ὦ βασι-

Vbi autem vt discederent demum esset constitutum, & Rex, vt iter persequeretur concessisset, recordatus donorum Apollonius est, quae petere distulerat, donec amicos sibi comparasset. Hinc, o optime Regum, dixit, hospitem meum beneficio affeci nullo, Magis item debeo mercedem. Tu igitur curam eorum habeto, meique vice benignum te geras aduersus viros sapientes, tibique summa fide addictos. Qua re vehementer gauisus Rex, cras, dixit, istos ad inuidiam vsque ornatos, maximisque praemiis affectos tibi dabo. Tu autem, quoniam mearum rerum penitus non indiges, patere saltem vt isti a me pecunias, & quicquid voluerint, accipiant: Damidem designans cum sociis. Cumque illi quoque orationi huic minime annuerent; vides (aiebat Apollonius) o Rex, manus meas, vt multae sint pariter, & tamen omnes inter se similes? Saltem, Rex, inquiebat itineris ducem accipe, & camelos quibus vehamini: iter enim longinquum est magis, quam vt pedibus totum valeatis conficere. Hoc quidem respondebat, o Rex, quo minus

Cap. XLI.

CAP. XL. 1 τοῖς Λωτοφάγοις προσπλεύσαντες] cod. Vrbin. προσπελάσαντες habet. Ceterum respicit hic locum Homeri odyss. IX. vbi Vlyssis socii gustata apud Lotophagos loto redire ad nauim nolunt, verberibus vt redirent adacti.

2 ἐνεθυμήμην τὸν χρόνον] verba τὸν χρόνον excidérant in editionibus prioribus, habent autem omnes codices nostri.

3 ὃν σὺ τῇ λεαίνῃ διεσκέψω] vid. supra c. XXII.

4 ἐνιαυτὸς γὰρ ἡμῖν ἤδη] sic codex Vaticanus posterior & Vrbinas. Melius certe quam editi, qui habent ἐνιαυτὸς γὰρ ἐν ἡμῖν ἤδη. Nauci enim est illud ἐν. Vratisl. etiam omittit ἡμῖν.

5 εἰ δὲ ἤδη κομιζοίμεθα, εὖ ἂν ἔχοι;] non intellexere haec priores interpretes, quod signum interrogandi post ἔχοι ponendum esse non animaduerterent: quo posito omnia plana sunt. Nempe cum Deorum voluntas, leaenae visceribus s. c. XXII manifestata, annum & menses VIII apud Bardanem ipsos degere iusserit; interrogat Damis, an ea nequicquam obstante, ante illud tempus discedere salui possint?

CAP. XLI. 1 ἃς ἀνεβάλλετο] vide supra c. 36. fin.

2 τοὺς ἀμφὶ τὸν Δάμιν] *Damidem cum sociis* interpretatus sum: nam praeter Damidem seruulos quosdam huius itineris socios ex familia paterna sibi iunxerat Apollonius. vide supra cap. XIIX, non ignarus alias ipsum Damin eiusmodi phrasi notari posse.

fiat

fiat, prohibere nolim: ferunt enim iter difficile esse ei, qui ita non vehatur. Praeterea facilis huic animali est pastus, nec difficile illud alere, etiam vbi pabuli est raritas. Aquam insuper in commeatu parandam puto, atque vtribus, non secus ac vinum, deferri oportere. Tridui, inquit Rex, itinere aquis destituta regio patet; postea vero magna fluuiorum ac fontium copia occurrit, & per Caucasiam regionem patet iter: necessariarumque rerum ibi copia est, & hospitalis illa est terra. Interroganti autem regi, qualenam munus inde ipsi sit allaturus? donum respondit, o Rex, oppido gratum. Si virorum enim illorum conuersatio sapientiorem me effecerit, redibo ad te melior, quam nunc sum. Talia dicentem complexus Rex fuit: atque ito, dixit, munus enim istud amplissimum fuerit.

λεῦ, τῆτο· φασὶ γὰρ τὴν ὁδὸν ἄπορον εἶναι μὴ ἅτως ὀχεμένῳ. καὶ ἄλλως τὸ ζῶον ἔυσιτόν τε καὶ ῥᾴδιον βόσκειν, ὅπᾳ μὴ χιλὸς εἴη. καὶ ὕδωρ δὲ, οἶμαι, χρὴ ἐπισιτίσασθαι, καὶ ἀπάγειν αὐτὸ ἐν ἄσκοις, ὥσπερ τὸν οἶνον. τελῶν ἡμερῶν, ἔφη ὁ βασιλεὺς, ἄνυδρος ἡ χώρα, μεταταῦτα δὲ πολλὴ ἀφθονία ποταμῶν τε καὶ πηγῶν, βαδίζειν δὲ τὴν ἐπὶ Καυκάσῳ· τὰ γὰρ ἐπιτήδεια ἄφθονα, καὶ φίλη ἡ χώρα. ἐρομένῳ δὲ αὐτὸν τῷ βασιλέως ὅ, τι αὐτῷ ἀπάξει ἐκεῖθεν; χαρίεν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, δῶρον. ἢν γὰρ ἡ συνεσία τῶν ἀνδρῶν σοφώτερόν με ἀποφήνῃ, βελτίων ἀφίξομαί σοι, ἢ νῦν εἰμι. περιέβαλεν ὁ βασιλεὺς ταῦτα εἰπόντα, καὶ ἀφίκοις, εἶπε, τὸ γὰρ δῶρον μέγα.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Β΄.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANENSIS

LIBER SECVNDVS.

Cap. I. INde igitur iter ingrediuntur circa aestatem, vecti camelis tum ipsi tum itineris dux. Eratque illis Camelorum rector, necessariisque omnibus, quibus modo opus haberent, abundabant, vt quae Rex suppeditasset. Regio autem per quam iter faciebant felicissima erat, vicique eos omni cultus & reuerentiae genere excipiebant. Qui enim agmen praecedebat camelus auream laminam in fronte gestabat, vt inde cognoscerent obuii, ex amicis suis aliquem Regem deduci cùrare.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνεσι περὶ τὸ θέρος αὐτοί τε ὀχέμενοι[1] καὶ ὁ ἡγεμών. ἱπποκόμος δὲ ἦν τῶν καμήλων, καὶ τὰ ἐπιτήδεια, ὁπόσων ἐδέοντο, ἦν ἄφθονα, βασιλέως ἐνδόντος. ἥ τε χώρα, δι' ἧς ἐπορέυοντο, εὖ ἔπραττεν, ἐδέχοντο δὲ αὐτὲς αἱ κώμαι θεραπέυσσαι. χρυσῆν γὰρ φέλιον[2] ἡ πρώτη καμήλος ἐπὶ τῷ μετώπῳ ἔφερε, γινώσκειν τοῖς ἐντυγχάνεσιν, ὡς πέμποι τινὰ ὁ βασιλεὺς τῶν ἑαυτῷ φίλων[3].

Cap. II. CUmque ad Caucasum propius iam accessissent, terram iucundum spargentem odorem sese sensisse aiunt. Hunc autem montem principium statuimus Tauri: qui per Armeniam &

Προσιόντες δὲ τῷ Καυκάσῳ, φασὶν εὐωδεστέρας τῆς γῆς αἰσθέσθαι. τὸ δὲ ὄρος τῆτο ἀρχὴν ποιέμεθα Ταύρε[2], τῆ δὲ Αρμενίας τε καὶ

LIB. II.

CAP. I. 1 *αὐτοί τε ὀχέμενοι*] restitui *τε* ex codicibus nostris.

2 *χρυσῆν γὰρ φέλιον*] aureum torquem gestare permissu Regis, & *χρυσοχαλίνοις* vti equis, summus apud Persas honor. v. Brisson. de Regn. Pers. p. 97. ex eo genere itaque etiam est camelus quo vehitur Regis amicus, aureo torque ornatus.

3 *τῶν ἑαυτῷ φίλων*] *φίλους ministros* hic notat vel *Satrapas*. Sic enim vox *amici* & *φίλοι* vsurpata istis temporibus. Sueton. de Tiberio c. 55. *super veteres amicos ac familiares, viginti sibi e numero principum ciuitatis depoposcerat.* Sic Iustinus I, 9 de Cambyse, qui in Persis imperauit, Smerdin interemturo: *ad hoc tam crudele ministerium magum quendam ex amicis delegit.* Hinc & explico illud Iudaeorum ad Pilatum Ioan. XIX, 12. *si hunc dimittis, οὐκ εἶ φίλος Καίσαρος.*

CAP. II. 1 *ποιέμεθα*] sic Photius. Editiones priores *ποιώμεθα*.

2 *Ταύρε*] eadem Strabonis sententia, qui *Taurum* per totam Asiam, a continente tamen, quae Rhodo opposita est, (qua quidem in re a Philostrato dissentit, qui *Μυκάλῃ* & littus Samo oppositum hac parte terminum Tauri facit) vsque ad extremitates Scythiae & Indiae orientales porrigi dicit, CAVCASVMQVE adeo *Ταυρικὰ ὄρεα* partem constituit. In varias partes autem diuisam hanc montium seriem varia nomina sortiri. ait v. l. XI. init. p. 490. Consentit his omnibus Arrian. de Exp. Alex. l. III. p. 230. & Indic. p. 510. adde & Curtium VII, 3. Nec certe de eiusdem partis nomine semper conuenit. Docet Diodorus, partem versus Indiam,

Κιλίκων, ἐπὶ Παμφύλους καὶ Μυκάλην ϛείχοντος, ἢ τελευτῶσα ἐς θάλατταν, ἣν Κᾶρες οἰκοῦσι, τέρμα τοῦ Καυκάσου νομίζοιτ' ἂν, ἀλλ' οὐχ, ὡς ἔνιοί φασιν, ἀρχή[3]. τό τε γὰρ τῆς Μυκάλης ὕψος οὔπω μέγα, καὶ αἱ ὑπερβολαὶ τοῦ Καυκάσου τοσοῦτον ἀνισοῦσιν, ὡς σχίζεσθαι περὶ αὐτὰς τὸν ἥλιον[4]. περιβάλλει[5] δὲ Ταύρῳ ἑτέρῳ καὶ τὴν ὁμορον τῇ Ινδικῇ Σκυθίαν πᾶσαν, κατὰ Μαιῶτίν τε καὶ ἀριστερὸν Πόντον, σταδίων μάλιστα δισμυρίων μῆκος. τοσοῦτον γὰρ ἐπέχει μέτρον τῆς γῆς ὁ ἀγκὼν τοῦ Καυκάσου. τὸ δὲ περὶ τοῦ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ Ταύρου λεγόμενον, ὡς ὑπὲρ τὴν Αρμενίων[6] πορεύοιτο, χρόνῳ ἀπιστηθὲν, πιστοῦνται λοιπὸν αἱ παρδάλεις, ἃς οἶδα ἁλισκομένας ἐν τῇ Παμφύλων[7] ἀρωματοφόρῳ. χαίρουσι γὰρ τοῖς ἀρώμασι, καὶ πολλοῦ τὰς ὀσμὰς ἕλκουσαι, φοιτῶσιν ἐξ Αρμενίας διὰ τῶν ὀρῶν πρὸς τὸ δάκρυον τοῦ Στύρακος[8], ἐπειδὰν οἵ τε ἄνεμοι ἀπ' αὐτοῦ πνέυσωσι, καὶ τὰ δένδρα ὀπώδη γένηται. καὶ ἁλῶναί ποτέ φασιν[9] ἐν τῇ Παμφυλίᾳ παρδάλιν, ϛρεπ]τῷ ἅμα ὂν περὶ τῇ δορᾷ ἔφερε. χρυσοῦς δὲ ἦν, καὶ ἐπεγέγραπ]το Αρμενίοις γράμμασι· ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΣΑΚΗΣ

Cilices ad Pamphylios atque Mycalem pergit, quam in mare desinentem, quod Cares accolunt, finem Caucasi merito statuas, non, vt proditum nonnullis, principium. Mycales enim altitudo nondum adeo magna est, Caucasi autem summitates in tantum exurgunt, vt sol circa ipsas scindatur. Complectitur vero alio Tauri ramo conterminam quoque Indiae Scythiam omnem, iuxta Maeotidem, & sinistrum ponti latus, duorum millium stadiorum longitudine. Tantam enim terrae mensuram complectitur Caucasi brachium. Atqui, quod de eo, qui apud nos appellatur, Tauro dictum est, vltra Armeniam eum protendi (hoc aliquamdiu in dubium vocatum) iam demum pantherae firmant, quas in Pamphyliae parte, quae aromata profert, captas esse noui. Aromatibus enim gaudent, & ex longinquo odorem trahentes, egressae Armenia, per montes styracis lachrymas sectantur, quando venti ab ea parte spirant arboresque succo abundant. Et captam quidem in Pamphylia aliquando pantheram perhibent, cum torque, quem circa collum gestabat. Aureus autem erat ille, Armeniisque inscriptus litteris, hoc sensu: REX ARSACES

---

quae *Caucasi* nomen obtinuit, ab aliis *Paropamisum* dici lib. XVII, p. 552. Strabo XV, p. 689 & Arrian. Indic. p. 51. aiunt, montes quos incolae figillatim *Paropamisi*, *Emodi*, *Imai* & aliis nominibus afficiunt, Macedones *Caucasum* vocare. adde & Strab. l XIV. p. c. Ptolemaeo distincta sunt *Paropamisi* & *Caucasi* montana. Nempe, vt bene *Arrianus*, κατὰ τὰ ἔθνη nomine ista variant.

3 ἀλλ', οὐχ ὡς ἔνιοί φασιν, ἀρχή] montes Chelidoniis insulis imminentes plerosque initium Tauri facere, Strabo autor est l. XIV. p. 651 & 666. *Massycytus* montana illa dici videntur Ptolemaeo p. 121. ipse tamen Strabo a continente Rhodo opposita Taurum reuera initium ducere ait, quod & libri XI initio affirmauerat, ratione inductus ea, quod inde reuera continui sint montes vsque ad Pisidiam. Philostratus ab vtrisque dissentit, terminum Tauri in *Mycale* hac parte constituens. An vero Mycale initium an finis Tauri dici debeat disputat, & finem esse ex eo colligit, quod depressiora sint montana Mycales quam Caucasi, quem initium proinde montium Tauricorum dicit. Nempe ita veteres initia & fines montium altitudine metiebantur, cum finis merito dicatur, vbi mons sensim sensimque subsidens disparet denique ac desinit. Hoc ipso fundamento nixi videntur apud Strabonem, qui oppositos Chelidoniis insulis montes initium Tauri faciebant: διὰ τοῦτο ἄκραν ὑψηλὴν ἔσαν κομ καθήκουσαν ἀπὸ τῶν Πισιδικῶν ὀρῶν. Nempe, qui ita iudicabant, Caucasum vel sublimiorem montibus illis esse ignorabant, vel, quod malim credere, ad Taurum pertinere, & cum eo cohaerere non credebant, id enim plerisque ignoratum esse ex sqq. Philostrati patet.

4 ὡς σχίζεσθαι περὶ αὐτὰς τὸν ἥλιον] pro περὶ αὐτὰς quod Photius habet & omnes codd. nostri, priores editiones habebant παρ' αὐτάς. Sensus est, solem, in regionibus ab altera parte Caucasi sitis iam ortum, tamen radiis suis superare ob altitudinem Caucasios montes statim non posse, vt adeo illi ab occidentalibus partibus excluſi, noctem illis relinquant, quod dicitur σχίζεσθαι τὸν ἥλιον. Similis phrasis Apollonii Argonaut. l. II. v. 362 de *Carambi* monte τῆς κεν ὕπερ βορέαο περισχίζοντα ἄελλαι: *arceri a monte ob altitudinem boream, quo minus ab altera eius parte spirare queat.* Ceterum miror, Caucasum, qui inter Hyrcanum mare & Pontum Euxinum est, a viro docto cum Caucaso apud Indos confundi, hunc que ipsum Philostrati locum ita accipi, ac si ad alterum istum pertineret, quem in immediate sequentibus Ταῦρον ἕτερον vocat Philostratus, qua de re vid. not. sq. Non dissimilia tamen hic de Indico relatis de Caucaso Pontico habet Aristot. Meteorol. I, 13.

5 περιβάλλει] sensus est: scribere vel Apollonium vel Damin, ambiri alio *Tauro* Scythiam &c. Quis vero ἕτερος Ταῦρος? montes intelliguntur inter Paludem Maeotidem & Caspium mare interpositi, quos *Caucasum* Strabo vocat l. XI. p. 497. Dionys. Perieg. v. 690. Arrianus in Periplo ponti Euxin. p. m. 12. Et autor libri de fluuiis, vbi de Phaside. *Caspium* ab accolis dictum *Caucasum* illum *alterum* autor est Strabo l. c. *Taurum* appellat noster, vel potius Damis, tum quod promiscua quibusdam sint *Tauri* & *Caucasi* nomina, (vt vel ex Curtio patet, qui *Caucasum montem Asiam perpetuo iugo diuidere ait* VII, 3. Vt Strabo contra, Ταῦρος inquit μίαν πως διίζουσι [Ασίαν]) tum quod Taurus ipsi sit quicquid montium ab Indiae Caucaso per Asiam ducitur. *Alium* autem *Taurum* vocat, quod alium montium a Caucaso Indiae deriuatorum ramum esse putet Caspios istos montes, (quos ἀγκῶνα Καυκάσου diserte dicit) ab eo, qui per Ciliciam, Pamphyliam, Armeniam, vsque ad Caucasum in India pertingit. Ἕτερον igitur Ταῦρον *illum* appellat, cum nempe *hic* quoque *Tauri* nomine appelletur. Ceterum ipse Philostratus in sqq. innuit, montes illos apud Maeotidem & Caspium mare *Taurum* appellatos non esse *vulgo*, nempe ait, τὸ δὲ περὶ τοῦ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ Ταύρου λεγόμενον, quod respondet verbis illis περιβάλλει δὲ Ταύρῳ ἑτέρῳ. Non itaque ἐν τῇ ἡμεδαπῇ ille Strabonis *Caspius* siue *Caucasus*, dictus *Taurus* fuit, sed a Damide ita vocatur.

6 Αρμενίων] Αρμενίαν legit Vrbin. codex & Photius; sed bene habet lectio vulgata: subintelligendum enim γῆν frequenti nostro ellipsi.

7 Παμφύλων] ita Photius & omnes codd. nostri. male priores editiones Παμφύλῳ.

8 δάκρυον τοῦ Στύρακος] Plin. quoque H.N. XII, 57. *Lacrymae Styracis* meminit. Ibid. *Styracem* Pamphyliae *acriorem* & *minus succosum* dicit.

9 ἁλῶναί ποτέ φασιν] φασιν ex Photio addidi.

DEO

DEO NYSAEO. Regnabat nempe temporibus illis in Armenia Arsaces. Cumque ipse, vt puto, pantheram vidisset, in Bacchi honorem liberam dimisit, magnitudine bestiae motus. Nysius enim Bacchus dicitur a Nysa Indiae oppido, tum Indis, tum omnibus in oriente gentibus. Fera autem illa ab hominibus cicurata fuerat, manus patiens eam attrectantis atque demulcentis. Vbi autem libidinis oestro eam ver concitauit, quo certe Veneri etiam pantherae succumbunt, maris desiderio in montes prosiliit cum isto ornatu suo, captaque fuit in inferiore Tauri parte, aromatum odore excita. Caucasus autem Indiam terminat Mediamque, atque altero cubito ad mare rubrum descendit.

ΘΕΩΙ ΝΥΣΙΩΙ[10]. βασιλεὺς μὲν δὴ Ἀρμενίας τότε ἦν Ἀρσάκης. καὶ αὐτὸς, οἶμαι, ἰδὼν τὴν πάρδαλιν ἀνῆκε τῷ Διονυσίῳ, διὰ μέγεθος τὸ θηρίου. Νύσιος γὰρ ὁ Διόνυσος, ἀπὸ τῆς ἐν Ἰνδοῖς Νύσης[11], Ἰνδοῖς τε ὀνομάζεται, καὶ πᾶσι τοῖς πρὸς ἀκτῖνα ἔθνεσιν. ἡ δὲ χρόνον μέν τινα ὑπεζεύχθη ἀνθρώπῳ, καὶ χεῖρα ἠνέσχετο ἐπαφωμένην τε καὶ καταψῶσαν. ἐπεὶ δὲ ἀνεσείρησεν αὐτὴν ἔαρ, ὅτε δὴ ἀφροδισίων ἤττως καὶ παρδάλεις[12], ἀνέθορεν ἐς τὰ ὄρη πόθῳ ἀρσένων, ὡς εἶχε τοῦ κόσμου, καὶ ἦλω περὶ τὸν κάτω Ταῦρον ὑπὸ τοῦ ἀρώματος ἐλχθεῖσα. ὁ δὲ Καύκασος ὁρίζει μὲν τὴν Ἰνδικήν τε καὶ τὴν Μηδικήν, καθήκει δὲ ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν ἑτέρῳ ἀγκῶνι[13].

Cap. III. Fabulas autem de eo monte Barbari geminas illis, quae Graecis de eo sunt decantatae, tradunt. Vt Prometheus scilicet ob generis humani amorem in eo monte fuerit ligatus: Hercules vero alius quidam (nam Thebanum id fecisse nolunt) id minime tulerit, verum telis confecerit alitem, quam suis visceribus pascebat Prometheus. Ligatum autem eum fuisse alii quidem in antro dicunt, quod in attollentibus sese montis locis ostenditur, dicitque, vincula, Damis, ex petris suspensa supersse, quarum difficile sit materiam coniectura assequi: alii in summo montis vertice. Est autem ille biceps: dicuntque manibus ab vtroque vertice religatum eum fuisse, licet stadii spatio non minus inuicem distent: tanta enim eum statura fuisse. Alitem vero, aquilam, Cauca-

Μυθολογεῖται δὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων τὸ ὄρος, ἃ καὶ Ἕλληνες ἐπ' αὐτῷ ᾄδουσιν[1]· ὡς Προμηθεὺς μὲν ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ δεθείη ἐκεῖ· Ἡρακλῆς δὲ ἕτερος[2], ἐ γὰρ τὸν Θηβαῖόν γε βούλονται, μὴ ἀνάσχοιτο τοῦτο, ἀλλὰ τοξεύσειε τὸν ὄρνιν, ὃν ἔβοσκεν ὁ Προμηθεὺς τοῖς σπλάγχνοις. δεθῆναι δ' αὐτὸν, οἱ μὲν, ἐν ἄντρῳ[3], φασὶν, οἱ δὲ ἐν πρόποδι τοῦ ὄρους[4] δείκνυται, καὶ δεσμὰ, ὁ Δάμις, ἀνῆφθαι τῶν πετρῶν, λέγει, ἐ ῥᾴδια ξυμβάλλειν τὴν ὕλην· οἷδ', ἐν κορυφῇ τοῦ ὄρους. δικόρυμβος δέ ἡ κορυφὴ, καὶ φασὶν ὡς τὰς χεῖρας ἀπ' αὐτῶν ἐδέθη διαλειπουσῶν ἐ μεῖον ἢ σταδίου· τοσοῦτον γὰρ εἶναι. τὸν δὲ ὄρνιν, τὸν ἀετὸν[5], οἱ τῷ Καυκά-

10 ΝΥΣΙΩΙ] vitio aperto laborabat ΝΙΣΑΙΩΙ, quod Morellus ediderat. Νυσίῳ legitur in Vratisl. Nempe & Νύσιος & Νυσαῖος recte. Nam licet Steph. a Νύσα κτητικὸν esse dicat Νυσαῖος vel Νυσήϊος, quorum vtrumque passim etiam apud veteres inuenimus; Νύσια tamen etiam ἐρχήματα inuenimus ap. Sophocl. Aiac. p. 42. Est autem, vt obiter id notemus, vsu receptum & Νύσα & Νύσα, posterius sequitur Arrian. l. V. de Exp. Alex. p. 314. & in Indicis vbique, item ad Dionys. v. 626 Eustathius. Denique & Sch. ad Aristoph. Ranas act. I. sc. 5. p. 211. Νύσιος δὲ ὁ Διόνυσος τοῖς Ἰνδοῖς ὀνομάζεται ἀπὸ τῆς ἐν Ἰνδοῖς Νύσης.

11 Ἀπὸ τῆς ἐν Ἰνδοῖς Νύσης] sic & inf. huius libri c. 7. 8. 9. ab India Nysa Bacchum dictum testatur. Consentit modo citatus Grammaticus ad Aristophanem, adde & Arrianum de exped. Alex. l. V. p. 314. sq. & Curtium VIII, 10. Fuit autem *Nysae* nomine & *mons* & in eius radicibus *vrbs*, imo & regio *Nysaea* dicta. v. Arrian. Indic. p. 509. alii a *Nysa* Cythaeronis dictum aiunt. alii ab Arabiae *Nysa* Plures enim *Nysas* Steph. de vrbib. & Eustath. ad Dionys. v. 626 numerat. Ex instituto vero Indis Bacchum iuit ereptum Strabo l. XV. p. 687.

12 ὅτε δὴ ἀφροδισίων ἤττως καὶ παρδάλεις] lacunam, quae hic erat in editis, suppleuimus ex codicibus nostris, qui omnes lectionem, quam repraesentauimus, habebant. Acciaiolus quoque ita in margine restituerat, omisit totam ῥῆσιν illam Photius, non, vt puto, quod non legerit, sed vt passim solet breuitatis studio.

13 καθήκει δὲ ἐπὶ τ. ἐρυθρὰν θαλ. ἑτ. ἀγκῶνι] sic inf. l. III. c. 2. ex quo loco constat, montes inter Hyphasin & Gangem versus mare Indicum procurrentes, intelligere Philostratum.

CAP. III. 1 ἃ καὶ Ἕλληνες ἐπ' αὐτῷ ᾄδουσι] ast Graeci fere Promethei fabulam non in Caucaso Indiae, sed eo, qui Isthmum inter Maeotidem paludem & Caspium mare occupat, contigisse narrant. Sic Plutarch de fluuiis, vbi de Phaside. Et Arrian. Peripl. Ponti Euxin. p. 12. Apollonius item in Argonaut. l. II. v. 1253. Diodorus Siculus tamen ea Indos sibi vendicare meminit l. XVII. p. 552. & ipse Strabo l. XV. p. 688: sed addit hic: Indos ea μετοινομάσαι ἐκ τοῦ πόθεν δεῦρο ἀπὸ μικρᾶς προφάσεως, quam πρόφασιν exponentem vide ipsum. Gemina a Strabone allatis habet Arrian. Indicis p. 519.

2 Ἡρακλῆς δὲ ἕτερος] sic & Arrian. Indic. p. 519, qui vel Tyrium, vel Aegyptium, vel alium ex vicinia Indiae Herculem illum esse putat: ipsos Indos γηγενῆ credere dicit p. 513.

3 ἐν ἄντρῳ] antrum hoc monstrari & Diodorus & Strabo l. c. testantur, vbi & de δεσμοῖς, de quibus paulo post etiam Diodorus.

4 ἐν πρόποδι τοῦ ὄρους] Vrbinas πρόποσι, quod malim. Hesych. πρόποδες ὄρους, τῶν ὀρῶν τὰ πρόχωτα. Sic περιάσσα πρόποδες Heliodor. l. V. init. p. 203. Quid hic πρόποδες sint, Diodorus Siculus explicat, qui non in radicibus montis, quas πρόποδας esse quidam volunt, sed ἐν μέσῳ τῷ ὄρει hoc antrum, & quidem in monte inter ceteros eminente, statuit: κατὰ δὲ μέσον τὸν Καύκασόν ἐστι πέτρα δέκα σταδίων ἔχουσα τὴν περίμετρον, τετταράκοντα δὲ σταδίων τὸ ὕψος, ἐν ᾗ καὶ τὸ Προμηθέως σπήλαιον.

5 τὸν ἀετὸν] sic & Apollonius Rhodius & Diodor. ll. cc. Alii tamen vulturem substituunt mythographi. vid. Bochart. P. II. Hieroz. l. II. p. 314. Priores rectius, si verum & historicum fabulae sensum spectes, qui hic est, quod a fluuio,

σῳ προσοικοῦντες ἐχθρὸν ἡγοῦνται, καὶ καλιὰς γε, ὁπόσας ἐν τοῖς πάγοις οἱ ἀετοὶ ποιοῦνται καταπιμπρᾶσιν, ἰέντες βέλη πυρφόρα. θήρατρά τε ἐπ' αὐτοὺς ἴσανται, τιμωρεῖν τῷ Προμηθεῖ φάσκοντες· ὧδε γὰρ τὸ μύθῳ ἥττηνται.

si incolae inimicissimam habent, & nidos, quotquot in rupibus aquilae fecerint, incendunt igniferas sagittas immittentes. Laqueos quoque eis tendunt, ob Prometheum se vindictam repetere dictitantes: adeo nimirum fabula ista animo afficiuntur.

Παραμείψαντες δὲ τὸν Καύκασον τετραπήχεις ἀνθρώπους[1] ἰδεῖν φασιν, ὃς ἤδη μελαίνεσθαι καὶ πενταπήχεις ἑτέρους, ὑπὲρ τὸν Ινδὸν ποταμὸν ἐλθόντες. ἐν δὲ τῇ μέχρι τοῦ ποταμοῦ τούτου ὁδοιπορίᾳ, τά δε ἔυρον ἀφηγήσεως ἄξια. ἐπορεύοντο μὲν γὰρ ἐν σελήνῃ λαμπρᾷ, φάσμα δὲ αὐτοῖς Εμπούσης[2] ἐνέπεσε, τὸ δεῖνα γινομένη[3], καὶ τὸ δεῖνα αὖ, καὶ ὐδὲν εἶναι· ὁ δὲ Απολλώνιος ξυνῆκεν ὅ, τι εἴη, καὶ αὐτός τε ἐλοιδορεῖτο τῇ Εμπούσῃ, τοῖς τε ἀμφ' αὐτὸν προσέταξε ταὐτὸ πράττειν· τοῦτο γὰρ ἄκος εἶναι τῆς προσβολῆς τούτης. καὶ τὸ φάσμα φυγῇ ᾤχετο τετρυγὸς[4] ὥσπερ τὰ εἴδωλα[5].

Transeuntes autem Caucasum quatricubitos homines se vidisse aiunt, atro iam tinctos colore: alioque cubitorum quinque, vbi Indum fluuium superassent. Medio autem ad flumen istud itinere memoratu digna sequentia inuenerunt. Iter dum facerent clara luna, Empusae ipsis occurrit spectrum, modo hanc induens faciem, modo aliam rursus, modo plane euanescens. Apollonius autem, quidnam id esset persensit, atque Empusam conuitiis & ipse lacessiuit, comitesque vt idem facerent est hortatus: id enim contra eiusmodi insultum aiebat remedium esse. Spectrum itaque fugatum est stridens, vt solent laruae.

Κορυφὴν δ' ὑπερβάλλοντες τῶν ὀρῶν, καὶ βαδίζοντες αὐτὴν, ἐπειδὴ ἀποτόμως εἶχεν, ἤρετο ἑτέρωσι τὸν Δάμιν· εἰπέ μοι, ἔφη, πῇ χθὲς ἦμεν; ὁ δὲ, ἐν τῷ πεδίῳ, ἔφη. τήμερον δὲ, ὦ Δάμι, πῇ; ἐν τῷ Καυκάσῳ, εἶπεν, εἰ μὴ ἐμαυτῷ ἐκλέλησμαι. πότε ἦν κάτω μᾶλλον ἦσθα; πάλιν ἤρετο. ὁ δὲ, τοῦτο μὲν, ἔφη, ὐδὲ ἐπερωτᾶν ἄξιον· χθὲς μὲν γὰρ διὰ κοίλης τῆς γῆς[1] ἐπορευόμεθα, τήμερον δὲ πρὸς τῷ ὐρανῷ ἐσμέν. οἴει ὦν, ἔφη, ὦ Δάμι, τὴν μὲν χθὲς ὁδοιπορίαν κάτω εἶναι, τὴν δὲ τήμερον ἄνω; νὴ Δί', εἶπεν, εἰ μὴ μαίνομαί γε. τί ὦν ἠγῇ, ἔφη, παραλλάττειν τὰς ὁδοὺς ἀλλήλων, ἢ τι τήμερον πλέον εἶναί σοι τῶν χθές; ὅτι χθές, ἔφη, ἐβάδιζον ὅπερ πολλοί, σήμερον δὲ, ὅπερ

Dum montis autem conscenderent verticem, & pedestri itinere eo incederent ob praecipitia, his verbis Damidem interrogauit: dic quaeso mihi, aiebat, vbinam heri fuerimus? Tum ille, in planicie, respondit. Hodie vero, vbinam sumus? In Caucaso, respondit Damis, nisi mei ipsius parum mihi sim conscius. Quando igitur, interrogando pergebat, loco fuisti inferiore? Tum Damis, at hoc ne interrogatione quidem dignum est: nam heri per conualles incedebamus, hodie autem ipsi coelo appropinquauimus. Putas ne igitur, o Dami, hesternum iter per inferiora, hodiernum vero per superiora tendere? Ita, per Iouem, respondit, nisi insaniam plane. Quanam igitur, aiebat, re differre inuicem vias istas, vel quid amplius hodie te habere, putas, quam heri? Hoc ipsum, respondebat, quod heri itinere perrexi, quo alii multi, hodie vero eo, quo pauci

Cap. IV.

Cap. V.

---

qui ἀιετὸς dictus, vastatum sit Promethei regnum, vt habent Agroetas & Herodorus, allegati Scholiastae ad Apollon. Argonaut. l. c.

CAP. IV. 1 τετραπήχεις ἀνθρ.] nempe maiora omnia terrestria animantia ob soli praestantiam ferre Indiam, obseruat Strabo l. XV. p. 695. & Aelian. hist. animal. XVI, 11. XVII, 26. adde Plin. H. N. VII, sect. 2. Hic etiam de hominibus in India: *multos ibi quina cubita constat longitudine excedere:* de talibus noster mox, trans Indum eos frequentes esse aiens. Sic & Eustathius ad Dionys. Perieg. p. m. 284. ἐνιοι γέθεις τοὺς ἐν Ινδίᾳ ἄνδρας, καὶ πενταπήχεις τοὺς πολλοὺς ἢ ὀλίγον ἀποδέοντας ait. Adde & Arrian. de exp. Alex. M. l. V. p. 320. qui & Porum πενταπηχυν fuisse dicit p. 348 conf. Philostr. inf cap. 21. Δεκάπηχυν Gangem, Indiae Regem, habes l. III c. XX.

2 Εμπούσης] v. de Empusa Erasm. in Adag. p. 342. adde Suidam & doctissimum quem nuper nactus est, restauratorem. Praetermissus Viris doctis Demosthenis locus, qui eleganter Aeschinis matrem ἴμπουσαν vocat Orat. de Corona, quod omnibus formis apta esset, vel vt ipse ait ὑπὸ τῶν πάντα ποιῶν καὶ πάσχειν. Nempe τελέσια erat ac meretrix, adeoque in omnes formas vt Empusa mutabilis: de Empusa etiam l. IV. c. 4.

3 τὸ δεῖνα γινομένη] sic ex codice Vaticano, Vrbinate & Vratisl. rescripsi pro τὸ δὲ γιγνομένη quod erat in editis.

4 τετρυγὸς] MSS. nostri habebant τετριγὸς, sed cognati verbi τρίζω & τρύζω significatus: vtque τὸ τρύζειν vsurpatur de stridore vel murmure, quod spectra & manes edunt, tum h. l. tum Imaginum l. I. *Menoeceo* n. 20; ita verbo τρίζειν de eadem re vtitur Homerus: sic de vmbris μινυώριαι Odyss. Ω'. v. 5. - - τοὶ δὲ τρίζουσαι ἵποντο

Ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μύχῳ ἄντρου θεσπεσίοιο
Τρίζουσαι ποτέονται.

ad quem locum vid. Eustathium.

5 εἴδωλα] *Vmbras* vertimus. εἴδωλον enim φαντασία σώματος, σκιῶδες ὁμοίωμα, σκιά τις αἰθεροειδὴς vt est apud Suidam, qui ex Bacchylide citat μελαμβαφὲς εἴδωλον ἀνδρὸς, Ιθακησίου, i. e. *nigricans vmbra vel spectrum viri Ithacensis.*

CAP. V. 1 διὰ κοίλης τῆς γῆς] sic φάραγγα κοίλην dicit Aelianus V. Hist. XIII, 1. & Scholiast. ad Apollon. l. II. v. 356 φάραγγα vocat ὀρεινὴν κοιλάδα.

ince-

incedunt. Quid vero, inquiebat Apollonius, nonne & in vrbe a maioribus viis diuertens, qua pauci ambulant, incedere potes? Non hoc ego dico, excipiebat Damis: sed quod heri per vicos & homines inceſſerimus: hodie vero in regionem aſcenderimus hominibus parum tritam, ac pene diuinam. Audis enim ex duce noſtro, barbaros haec loca deorum domum facere: quibus dictis ad ſummum verticem montis oculos erexit. Apollonius autem eum reducens ad ea, quae initio interrogare intenderat, poteſne, [dixit,] o Dami, affirmare, qua re diuinam naturam intelligas rectius, dum propiore coelo loco incedis? Nulla vero, reſpondit. At certe, ille aiebat, fas tamen erat, tanta & tam diuina machina nixum, & de coelo luculentas magis proferre doctrinas, & de ſole, de luna item, quae baculo forſan te iam attingere poſſe putes, tam prope coelo huic admotus. Quae ego, regerebat ille, heri de rebus diuinis noueram, eadem hodie quoque noui, neque de ipſis adhuc noua mihi ſententia incidit. Infra igitur, ille aiebat, adhuc es o Dami, neque ex tanta altitudine quicquam nactus es, coeloque tantundem diſtas atque heri. Nec abſona fuit, quam tibi initio propoſui, quaeſtio, ridiculum enim eſſe putabas quod a me quaerebatur. Certe, dixit Damis, doctum magis me deſcenſurum, Apolloni, arbitrabar, qui audiuiſſem Clazomenium Anaxagoram e Mimante Ioniae monte res coeleſtes ſpeculatum eſſe: Mileſiumque Thaletem ex non longe diſtante a Mileto Mycala idem feciſſe. Ferunt etiam nonnullos Pangaeo vti, quaſi ſchola, alios Atho montibus. Ego autem altitudine conſcenſa his omnibus maiore, nihilo ſapientior factus mox deſcendam. Sed neque illi,

ὀλίγοι. τί γὰρ, ἔφη, ὦ Δάμι, ὃ καὶ τὰς ἐν ἄστει λεωφόρους ἐκτρεπομένῳ [2] βαδίζειν ἐστὶν ἐν ὀλίγοις τῶν ἀνθρώπων; ὃ τοῦτο, ἔφη, εἶπον, ἀλλ' ὅτι χθὲς [3] μὲν διὰ κωμῶν ἐκομιζόμεθα, καὶ ἀνθρώπων· σήμερον δὲ ἀστιβές τι [4] ἀναβαίνομεν χωρίον καὶ θεῖον [5]. ἀκήκοας γὰρ τὸν ἡγεμόνος, ὅτι οἱ βάρβαροι θεῶν αὐτὸ ποιοῦνται οἶκον· καὶ ἅμα ἀνέβλεπεν [6] ἐς τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους. ὁ δὲ, ἐμβιβάζων αὐτὸν ἐς ὃ ἐξ ἀρχῆς ἠρώτα· ἔχεις δ', ὦ Δάμι, εἰπεῖν ὅ, τι ξυνῆκας τοῦ θείου, βαδίζων ἀγχοῦ τοῦ οὐρανοῦ; οὐδὲν, ἔφη· καὶ μὴν ἐχρῆν γε, εἶπεν, ἐπὶ μηχανῆς τηλικαύτης καὶ θείας ἄνω ἑστηκότα περί τε τοῦ οὐρανοῦ σαφεστέρας ἤδη ἐκφέρειν δόξας, περί τε τοῦ ἡλίου, καὶ τῆς σελήνης, ὧν γε καὶ ῥᾴδιόν ἴσως ἡγῇ ψαύσειν [7], προσεστηκὼς τῷ οὐρανῷ τούτῳ. ἀ χθὲς, ἔφη, περὶ τοῦ θείου ἐγίγνωσκον, γιγνώσκω καὶ τήμερον, καὶ ὅπως μοι ἑτέρα περὶ αὐτοῦ προσέπεσε δόξα. ἄκου', ἔφη, ὦ Δάμι, κάτω τυγχάνεις ὢν ἔτι [8], καὶ οὐδὲν παρὰ τοῦ ὕψους [9] εἴληφας, ἀπέχεις τε τοῦ οὐρανοῦ ὁπόσον χθές. καὶ εἰκότως σε ἠρόμην, ἀ ἐν ἀρχῇ· σὺ γὰρ ὡς γελοίως ἐρωτᾶσθαι [10]. καὶ μὴν σοφώτερος, ἔφη, καταβήσεσθαι ὤμην ἀκούων, Ἀπολλώνιε, τὸν μὲν Κλαζομένιον Ἀναξαγόραν ἀπὸ τοῦ κατὰ Ἰωνίαν Μίμαντος ἐπεσκέφθαι τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ· Θαλῆν δὲ τὸν Μιλήσιον ἀπὸ τῆς προσοίκου [11] Μυκάλης. λέγονται δὲ καὶ τῷ Παγγαίῳ [12] ἔνιοι χρήσασθαι φροντιστηρίῳ, καὶ ἕτεροι τῷ Ἄθῳ. ἐγὼ δὲ μέγιστον τούτων ἀνελθὼν ὕψος [13] οὐδὲν σοφώτερος ἑαυτοῦ καταβήσομαι. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι,

---

2 ὃ καὶ τ. οὐ ἀς. λεωφ. ἐκτρ. &c.] omnino ſimul alludit ad notiſſimum Pythagorae ſymbolum τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν, ſenſuſque eſt, eum qui tenax ſit *Pythagoraeae* ſapientiae in *medio* etiam *foro*, poſſe *ſolum* eſſe, nec turbam ſequi, ſed ſibi ſapere.

3 ἀλλ' ὅτι χθὲς] ὅτι pro ὅποι, quod in priorib. editionib. erat, reſtituimus, fide omnium MSS noſtrorum.

4 ἀστιβές τι] ſic legit cod. Vatic. poſter. & Vratisl. quod hoc loco melius eſſe videtur quam τὶ editionum priorum.

5 καὶ θεῖον] nempe montes Diis conſecrauit veterum ſuperſtitio & Graecorum, & quod ex Philoſtrato hic diſcimus Barbarorum. Sic Lucian. de ſacrif. p. 365 καὶ ἔρη ἀνίδρυσαι: & ἱερὸς Τμῶλος Aeſchylo Perſ. v. 49. & Euripidi in Bacch. v. 64 *Taygetus* item Dianae ſacer Callim. Hymn. in Dian. v. 188. paſſimque in antiquis monimentis, libris aeque ac nummis, memoria templorum in montium verticibus, Iouiſque Ἀκραίου. *Montium Deos* Palaeſtini quoque memorant, 1 Reg. XX, 23. Et ipſe Dauides ſe ſuſpicere montes ait, a quibus auxilium ſibi veniat: Sionis verticem vt puto intelligens. Imo & idololatriae paſſim vacaſſe populus Iſraeliticus legitur בבמות in *Excelſis*.

6 ἀνέβλεπεν] [ſic cod. Vrbinas. Editi ἐνέβλεπεν.

7 ὧν γε καὶ ῥᾴδιόν ἴσως ἡγῇ ψαύσειν] hanc lectionem omnes codices noſtri habent. male editiones priores: ὧν γε καὶ ῥᾴδδῳ ἡγῇ ψαύσῃ.

8 ἔτι] non MSS tantum omnes ſed & Aldina agnoſcit. ὅτι habebat Morell. qui tamen verſione ἔτι expreſſerat.

9 παρὰ τοῦ ὕψους] παρὰ ex Vatic. & Vratisl. codicibus ſubſtituimus pro περὶ, quod in editis.

10 σὺ γὰρ ὡς γελοίως ἐρωτᾶσθαι] nempe eum interrogauerat Apollonius pag. praeced. an elapſa die, an hac ipſa qua ſuperauerunt verticem Caucaſi, in *inferioribus* verſatus ſit Damis? quod ipſe interrogatione indignum putauerat, & tanquam γελοίαν quaeſtionem reiecerat. Iam igitur Apollonius, ex eo quod nihil amplius quam heri rerum coeleſtium cognoſcat euincit, eum ἀπέχειν τοῦ οὐρανοῦ ὁπόσον χθές, minimeque adeo ſtolidam quaeſtionem fuiſſe. Ceterum pro σὺ legunt ὃ Vaticanus alter & Vratisl. quod ſi admittendum, interrogatiue haec proferenda: *nonne enim putabas ridiculam tibi quaeſtionem proponi?*

11 προσοίκου] ita pro πρόσικου, voce nihili, quae eſt in prioribus editionibus, reſcribere non dubitaui. In cod. Vratisl. προσήκου fuit, ſed mutatum alia manu in προσοίκου.

12 Παγγαίῳ] peſſimo exemplo in ὑπογαίῳ mutatum voluit Morell. cui iam praeiuerat Rhinuccinus, qui verterat *ſubterranea loca*. Notiſſimus ille Thraciae mons, vt pigeat loca veterum adſcribere.

13 μέγιστον τούτων ἀνελθὼν ὕψος] nempe montium omnium maximos eſſe Imaum & hunc ipſum Caucaſum Agathemeres quoque putat Geogr. l. II. p. 47.

ἔφη. αἱ γὰρ τοιαί δε περιωπαὶ γλαυκότερον μέν τοι τὸν οὐρανὸν ἀναφαίνουσι, καὶ μείζους τὰς ἀστέρας, καὶ τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα ἐκ νυκτὸς, ἃ καὶ ποιμέσιν ἤδη καὶ αἰπόλοις ἐστὶ δῆλα. ὅπῃ δὲ τὸ θεῖον ἐπιμελεῖται τῶν ἀνθρωπείων γένους, καὶ ὅπῃ χαίρει ὑπ' αὐτῶν θεραπευόμενον, ὅ, τί τε ἀρετὴ, καὶ ὅ, τι δικαιοσύνη τε καὶ σωφροσύνη, ἔστε ὁ Ἄθως ἐνδείξει τοῖς ἀνελθοῦσιν, ἔστε ὁ θαυμαζόμενος ὑπὸ τῶν ποιητῶν Ολυμπος, εἰ μὴ διορᾷ αὐτὰ ἡ ψυχή· ἦν, εἰ καθαρὰ καὶ ἀκήρατος αὐτῶν ἅπτοιτο, πολλῷ μεῖζον ἔγωγ' ἂν φαίην ἆτλειν τοῦτο τὸ Καυκάσου.

dixit Apollonius, [ſapientiores deſcenderunt.] Tales enim ſpeculae coelum fortaſſe glaucum magis oſtendunt, & aſtra paulo maiora, & ſolem ex nocte emergentem, qualia paſtoribus etiam ac caprariis nota iam ſunt. Verum quo pactoDeus genus humanum curet, & quomodo ab eo coli geſtiat, quid virtus ſit item, quid iuſtitia, & temperantia, nec Athos vnquam aſcendentibus monſtrabit, nec poëtis tantopere celebratus Olympus, niſi animus in illa penetrauerit: quem ego, ſi purus & intemeratus ad ea acceſſerit, longe altius dixerim, quam iſte ſit Caucaſus, ſubſilire.

Ὑπερβάντες δὲ τὸ ὄρος ἐντυγχάνουσιν ἐπ' ἐλεφάντων ἤδη ὀχουμένοις ἀνδράσιν· εἰσὶ δ' ἔτοι μέσοι Καυκάσου καὶ ποταμοῦ Κωφῆνος[1], ἄβιοί τε καὶ ἱππόται τῆς ἀγέλης ταύτης. καὶ κάμηλοι δὲ ἐνίοις ἦγον, αἷς χρῶνται Ινδοὶ ἐς τὰ δρομικά[2]. πορεύονται δὲ χίλια στάδια τῆς ἡμέρας[3], γόνυ κάμψασαι[4]. προσελάσας δ' ἂν τῶν Ινδῶν εἷς ἐπὶ κάμηλον τοιαύτης, ἠρώτα τὸν ἡγεμόνα ἃ εἴχοιεν; ἐπεὶ δὲ τὸν νοῦν τῆς ἀποδημίας ἔσχεν, ἀπήγγειλε τοῖς νομάσιν. οἱ δὲ ἀνεβόησαν ὥσπερ ἡσθέντες, ἐκέλευόν τε πλησίον ἥκειν· καὶ ἀφικομένοις οἶνόν τε ὤρεγον, ὃν ἀπὸ τῶν φοινίκων[5] σοφίζονται, καὶ μέλι ἀπὸ ταὐτοῦ φυτοῦ[6], καὶ τεμάχη λεόντων καὶ παρδάλεων, ὧν καὶ τὰ δέρματα νεόδαρτα ἦν. δεξάμενοι δὲ, πλὴν τῶν κρεῶν, πάντα διήλασαν τὰς Ινδὰς, καὶ ἐχώρουν πρὸς ἕω.

Monte ſuperato in viros inciderunt, qui elephantis iam vehebantur: hi autem medii ſunt Caucaſum inter & fluuium Cophenem: homines plane inculti, gregumque elephantorum curatores. Eorum aliqui camelis etiam vehebantur, quibus ad curſum vtuntur Indi. Mille autem ſtadia die quauis abſoluunt, ſine requie vlla. Vnus igitur Indorum tali camelo aduectus, itineris ducem, quonam pergerent? interrogauit. Cumque itineris cauſam audiuiſſet, ceteris Nomadibus nunciauit. Illi autem clamorem ſuſtulere, vt ſolent gaudentes, & propius accedere iuſſerunt: accedentibus autem vinum praebuere, quod ex palmis exprimere norunt, mella item ex eadem arbore, nec non leonum ac pantherarum fruſta, quarum pelles modo carnibus fuerant direptae. Quae illi, carnibus exceptis, accipientes omnia per medios Indos tranſierunt, verſus orientem pergentes. Cap. VI.

Ἀριστοποιουμένων δὲ αὐτῶν πρὸς πηγῇ ὕδατος, ἐσχέας ὁ Δάμις τοῦ παρὰ τῶν Ινδῶν οἴνου, Διὸς, ἔφη, σωτῆρος ἥδε σοι[1] Ἀπολλώνιε, διὰ πολλοῦ

Cum apud fontem vero quendam prandérent, acceptum ab Indis paſtoribus vinum infundens Damis, Iouis ſeruatoris, dixit, hoc tibi [poculum propino,] Apollonii, ex longo inter- Cap. VII.

CAP. VI. 1 Κωφῆνος] ſic fluuii huius nomen Arrianus quoque flectit l. IV. de exp. Alex. p. 290. & in Indicis. Strabo vero l. XV. p. 697 in recto Κώφης in ſexto caſu Κώφην facit. Eum ſequitur Dionyſ. in periegeſ. v. 1140, vbi vid. Euſtathium. Plinius porro H N. l. VI, 22. 23. *Cophetem* dicit. *Cophes* in recto eſt ap. Feſtum Auienum v. 1314

2 εἰς τὰ δρομικὰ] vnde & δρομάδες dicuntur. Minoris ſunt ſtaturae quam ceteri, ſed velociores. vid. multa de iis ex antiquioribus pariter ac modernis ap. Bochartum Hierozoic. P. I. l. II. p. 88. *Bacambal* eos Indis hodie dici obſeruat Vincentius le Blanc hiſt. peregrin. P. II. c. 22.

3 τῆς ἡμέρας] Photius habet διὰ τῆς ἡμέρας. Praepoſitione tamen non eſt opus. Ceterum conſentiunt de itinere diei ſpatio ab huiuſmodi Camelis confici ſolito allegati apud Bochart Autores l. c.

4 γόνυ κάμψασαι] quod faciendum iis vbi procumbere atque quieſcere voluerint: vt adeo nil aliud ſibi velit quam ſpatium iſtud ſine requie vno curſu eos conficere Obſeruandum autem in genere phraſin γόνυ κάμψαι pro *requieſcere* vſurpari. Sic Aeſchylus in Prometheo vincto coniungit iſta v. 32. ὀρθοστάδην ἄϋπνος ἐ κάμψων γόνυ. adde ibid. v. 395. ſic & Apollon. Rhodius vtitur Argon. I. v. 1174. Philoſtratus vitis Sophiſtarum l. II. in *Herode* ἐνταῦθα γόνυ κάμψωμεν. Alterque Philoſtratus in Imaginum l. II. in *Antaeo* de Hercule: ἐδὲ γόνυ κάμψας ἀποδύεται πρὸς τὸν Ανταῖον.

5 ἀπὸ τῶν φοινίκων] ſcilicet vina in oriente maximam partem ex dactylis palmarum exprimi, obſeruatum ſ. ad l. I. cap. 21, n. 13. Idem Arabum Nomadibus tribuit Plin. H N. l. VI, 32. Indos imitantibus, vt idem addit.

6 μέλι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φυτοῦ] hinc Theophraſtus χυλὸς μελιτώδεις, vuis, ficis, palmis tribuit, ex quibus etiam omnibus *mel* confici poteſt. Plin. H. N. l. XV, 32. vertit *ſuccos dulces*, quod, cur melius eſſe, quam Theophraſti μελιτώδεις exiſtimet I. Harduinus, non capio.

CAP. VII. 1 Διὸς ἔφη σωτῆρος ἥδε σοι] ad verbum *Iouis Seruatoris hocce* (ſubint. poculum) *tibi* (nempe propino.) Gemina plane propinandi formula, Herculis praefatus nomen, Alcidamus Cynicus vtitur, ap. Lucian. in Sympoſ. p. 854. προπίνω σοὶ Κλεανδὶ Ἡρακλέους ἀρχηγέτου.

uallo

uallo denique bibenti. Neque enim hoc vinum (vt puto) aſpernaberis, ſicut illud, quod ex vitibus eſt. Simul autem libauit, vt qui Iouis mentionem feciſſet. Subridens igitur Apollonius: Nonne, dixit, pecuniis etiam abſtinemus o Dami? Imo, reſpondit ille, per Iouem: vt ſaepius editis monſtraſti ſpeciminibus. Aureone igitur, pergebat, argenteoque quidem abſtinebimus nummo, neque tali vinci nos patiemur aere, videntes licet aperto ore inhiare illi non ſolum priuatos homines, verum etiam Reges? ſi ferreum vero nummum pro argenteo, aut deauratum adulteratumque nobis obtulerit aliquis, eum accipiemus, quoniam talis non eſt, quali vulgus delinitur? Sane Indis etiam nummi ſunt ex aurichalco & nigro aere, quibus omnia emere oportet eos, qui in Indorum regionem aduenerint. Quid igitur, ſi pecuniam boni illi nobis obtuliſſent Nomades, tunc, o Dami, me recuſantem illam videns reprehenſurus fuiſſes, doſturuſque, pecunias illas eſſe quidem, quas Romani ſignant Medorumue Rex, at hanc materiam plane aliam eſſe, ab Indis ingenio ſuo compoſitam? His vero ſi perſuaderi me paterer, quae tua de me foret opinio? annon parum videri tibi debebam ingenuus & philoſophiam abieciſſe magis, quam milites ignaui clypeos? Atqui clypeo abiecto fieri poſſit, *vt alius* abiicienti *obtingat nihilo priore deterior*, vt Archilocho videbatur: Philoſophiam autem quo pacto recuperare poterit, qui

γε πίνοντι[2]· ἐγὰρ, οἶμαι, παραυτίκα καὶ τῶτον, ὥσπερ τὸν ἀπὸ τῶν ἀμπέλων. καὶ ἅμα ἔσπεισεν, ἐπειδὴ τῦ Διὸς ἐπεμνήσθη. γελάσας ὖν ὁ Απολλώνιος, ἐ καὶ χρημάτων, ἔφη, ἀπεχόμεθα, ὦ Δάμι; νὴ Δί', εἶπεν, ὡς πολλαχῦ ἐπεδείξω. ἆρ' ὖν, ἔφη, χρυσῆς μὲν δραχμῆς καὶ ἀργυρᾶς ἀφεξόμεθα, καὶ ἐχ ἡτ]ησόμεθα τοιῦτο νομίσματος, καί τοι κεχηνότας ἐς αὐτὸ ὁρῶντες ἐκ ἰδιώτας μόνον, ἀλλὰ καὶ βασιλέας; εἰ δὲ χαλκῦν τις, ὡς ἀργυρῦν, ἢ ὑπόχρυσόν τε καὶ κεκιβδηλευμένον ὑμῖν διδοίη, ληψόμεθα τῦτο, ἐπεὶ μὴ ἐκεῖνό ἐσιν, ἕ οἱ πολλοὶ γλίχονται; καὶ μὴν καὶ νομίσματά ἐσιν Ινδοῖς ὀρειχάλκε[3] τε καὶ χαλκῦ μέλανος[4], ὧν δεῖ δήπε πάντα ὠνεῖσθαι πάντας, ἥκοντας ἐς τὰ Ινδῶν ἤθη. τί ὖν; εἰ χρήματα ἡμῖν ὤρεγον οἱ χρηςοὶ νομάδες, ἆρ' ἂν ὦ Δάμι, παραυτόμενόν με ὁρῶν ἐνθέτεις τε καὶ ἐδίδασκες, ὅτι χρήματα μὲν ἐκεῖνά ἐσιν, ἃ Ρωμαῖοι χαράττσιν, ἢ ὁ Μήδων βασιλεύς[5], ταυτὶ δὲ ὕλη τὶς ἑτέρα, κεκομψευμένη τοῖς Ινδοῖς; καὶ ταῦτα πείσας, τίνα ἂν ἡγήσω με; ἆρ' ἐ κίβδηλόν τε καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἀποβεβληκότα μᾶλλον, ἢ οἱ πονηροὶ ςρατιῶται τὰς ἀσπίδας; καί τοι ἀσπίδος μὲν ἀποβληθείσης, ἑτέρα γένοιτ' ἂν τῷ ἀποβαλόντι κακίων ἑδὲν τῆς προτέρας, ὡς Αρχιλόχῳ δοκεῖ[6]· φιλοσοφία δὲ πῶς ἀνακτητέα

Ipſum morem, quo *Iouis Seruatoris* praefantes nomen biberunt, attingit Athenaeus Dipnoſ. l. II. cap. 2. p. 38. Vbi ait Amphictyonem, qui vini miſcendi rationem primus inuenerat, hanc legem bibendi ſanciuiſſe: vt primum in menſa, *vinum* apponeretur deguſtandi tantum cauſa, quo τῦ ἀγαθῦ θεῦ, Bacchum intelligo, vis in vino puro cognoſceretur. Inde κράματος h. e. *aquae temperati ſimi* apponi ſanciuit quantum quiſque voluerit, προσεπιλέγειν δὲ τῦτο τὸ τῦ Διὸς σωτῆρος ὄνομα διὰ οἰωνῦ, κὴ μνήμης ἕνεκα τῶν πιόντων, prout reſtituit Caſaubonus: h. e. *boni ominis cauſa, & vt meminiſſet, hoc modo ſe ſeruatum iri.* Et primum quidem poculum Διὸς Σωτῆρος, alterum ἀγαθῦ δαίμονος, tertium Ἑρμῆ fuiſſe, Scholiaſtes Apollonii ait, quorum trium quoque poculorum in fragmento Myſtidis mentio apud Athenaeum l. X p. 441. quamuis aliter de Diis, quibus tria haec pocula ſacra, eorumque ordine, alii. vide Panyaſin ap. Athenaeum l. II. p. 36. adde Eraſm. adag. *Seruatori tertium.* Coel. Rhodigin. l. 28. c. 6. Ioſeph. Laurentium de prand. & coena veter. c. 19.

2 διὰ πολλῦ γε πίνοντι] ſubintellige χρόνε. Nempe & de loci & de temporis interuallo ita Graecos loqui triuiale eſt. Senſus eſt: propino tibi, Apolloni, vinum, quod tandem, poſt diu intermiſſum Pythagoricarum legum religione vini vſum, bibas: cum ex vite ſcilicet natum non ſit, neque adeo proprie loquendo vinum. Male Morellus verterat: *quippe qui iamdiu non bibiſti:* peius Rhinuccinus qui omnia hic peruertit.

3 ὀρειχάλκε] de Aurichalco affatim docti Feſti interpretes Ioſ Scaliger & Andr. Dacerius, praetermiſſus eis Straboni locus l. XIII. p. 610. vbi modum prope Andira obſeruatum illud conficiendi docet: nempe ex miſcela aeris cum pſeudargyro, quod ex lapide eliciunt quodam, qui vſtus primo in ferrum abiit, atque ſic cum certa terra quadam coquitur.

4 χαλκῦ μέλανος] *nigrum atque fragile aes, exurente coctura*, in Galliis memorat Plinius Hiſt. Nat. l XXXIV. ſect. 20. Id, de quo hic agitur, ex variorum metallorum miſcela Indos conficere puto, hinc κεκομψευμένη paulo poſt ὕλη pariter ac aurichalcum vocat. *Argentum* vero vulgi vſu χαλκὸν dici, Pollux IX, 10 obſeruat. Ad argenti naturam igitur proxime acceſſiſſe χαλκὸν μέλαινα puto, paulo magis nigricantem tantum eius fuiſſe colorem. A quo, vt diſtingueretur, χαλκὸς μέλας vocatus videtur. Argentum enim candicantis eſt ſplendoris. Rurſum noſter de ſpecie eadem infra cap. XX. XXV. & l. III. cap. XVI & XXIIX.

5 ὁ Μήδων βασιλεύς] vid. ad lib. I. c. 20. not. 3.

6 ὡς Αρχιλόχῳ δοκεῖ] verſus, quibus hanc mentem ſuam prodidit Archilochus, iſti ſunt, ſeruati nobis ab Ariſtoph. Εἰρήν. p. 749. Strabone l. XII. p. 549. Plutarcho in Laconicis inſtitutis p. 239.

Ασπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται ἣν παρὰ θάμνῳ,
Ἐντὸς ἀμώμητον καλλίποντ' ἐκ ἐθέλων.
Ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγών· ἀλλ' ἀσπὶς ἐκείνη
Ἐρρέτω· ΕΞΑΥΘΙΣ ΚΤΗΣΟΜΑΙ ΟΥ ΚΑΚΙΩ.

Priores tantum duos verſus exhibet Strabo, tertium praeterea, exceptis vltimis tribus vocibus, debemus Ariſtophani, eſſeque illa Archilochea iam obſeruauerat Florens Chriſtianus. Cuius obſeruationem inſigniter firmat Plutarchus, cui vltimas duas voces verſus tertii vna cum quarto debemus integro. Supplenda tantum fuit particula ἀλλ' in verſu tertio, vt integrum haberemus epigramma. Scutum autem abiecerat in pugna contra Sacos Archilochus, atque iſtis verſibus hanc ignominiam ſuam fuerat ſolatus. Meminit eius rei & Aelianus Var. H. X, 14. Exilio tamen ob turpe factum, dicto etiam defenſum, a Lacedaemoniis mulctatus fuit, vt l. c. Plutarchus teſtatur. Nempe infamis ma-

τῷγε

τῷγε ἀτιμάσαντι αὐτὴν, καὶ ῥίψαντι; καὶ νῦν μὲν ἂν ξυγγινώσκοι ὁ Διόνυσος ἡδονὴς οἴνῳ ἡττημένῳ· τὸν δὲ ἀπὸ τῶν φοινίκων εἰ πρὸ τῆς ἀμπελίνης αἱροίμην, ἀχθέσεται, ἴσθι, καὶ περιυβρίσθαι φήσει τὸ ἑαυτῆς δῶρον. ἐσμὲν δὲ ἀπόρρω τοῦ θεοῦ, καὶ γὰρ τοῦ ἡγεμόνος ἀκούεις, ὡς πλησίον ἡ Νύσα τὸ ὄρος, ἐφ' ᾧ ὁ Διόνυσος [7] πολλὰ, οἶμαι, καὶ θαυμαστὰ πράττει. καὶ μὴν καὶ τὸ μεθύειν, ὦ Δάμι, οὐκ ἐκ βοτρύων μόνον ἐσφοιτᾷ τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν φοινίκων παραπλησίως [8] ἐκβακχεύει. πολλοῖς γοῦν ἤδη τῶν Ινδῶν ἐνετύχομεν κατεσχημένοις τῷ οἴνῳ τούτῳ. καὶ οἱ μὲν ὀρχοῦνται πίπτοντες, οἱ δὲ ᾄδουσιν ὑπονυστάζοντες, ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν, ἐκ πότου, νύκτωρ τε καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ ἀναλύοντες. ὅτι δὲ οἶνον ἡγῇ καὶ τοῦτο τὸ πόμα, δηλοῖς τῷ σπένδειν τε ἀπ' αὐτοῦ τῷ Διΐ, καὶ ὁπόσα ἐῶ οἴνῳ εὔχεσθαι. καὶ εἴρηταί μοι, ὦ Δάμι, πρός σε ὑπὲρ ἐμοῦ ταῦτα. οὔτε γάρ σε τοῦ πίνειν ἀπάγοιμ' ἄν, οὔτε τοὺς ὀπαδοὺς τούτους. ξυγχωροίην δ' ἂν ὑμῖν καὶ κρεῶν [9] σιτεῖσθαι, τὸ γὰρ ἀπέχεσθαι τούτων ὑμῖν μὲν ἐς ᾠδὴν ὁρῶ προβαῖνον [10], ἐμαυτῷ δὲ, ἐς ἃ ὠμολόγηταί μοι πρὸς φιλοσοφίαν ἐκ παιδός. ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦτον οἱ περὶ τὸν Δάμιν καὶ ἠσπάσαντο εὐωχεῖσθαι, ῥᾷον ἡγούμενοι πορεύεσθαι, ἢν ἀφθονώτερον διαιτῶνται.

Διαβάντες δὲ τὸν Κωφῆνα [1] ποταμὸν, αὐτοὶ μὲν ἐπὶ νεῶν, αἱ καμήλοι δὲ πεζῇ τὸ ὕδωρ, ὁ γὰρ ποταμὸς ἔτι μέγας, ἐγένοντο ἐν τῇ βασιλευομένῃ ἠπείρῳ [2], ἐν ᾗ ἀνατεῖνον πεφύτευται Νῦσα ὄρος [3] ἐς κορυφὴν ἄκραν, ὥσπερ ὁ ἐν Λυδίᾳ Τμῶλος [4]. ἀναβαίνειν δ' αὐτὸ ἔξεσιν, ὡδοποιῆται γὰρ ὑπὸ τῆς γεωργεῖσθαι. ἀνελθόντες δ' ἂν, ἱερῷ Διονύσου [5] ἐντυχεῖν φασιν, ὃ δὴ Διόνυσον ἑαυ-

semel illam contempserit, atque proiecerit? Praeterea iam quidem Bacchus mihi ignouerit, dum vino penitus nullo capior. Si palmis vero expressum, eo qui vite nascitur postposito, eligam, id aegre feret, scio, suumque donum dicet contemni. Non longe autem absumus a Deo: audis enim ex duce, prope esse montem Nysam, vbi Bacchus multa, vt puto, atque miranda patrat. Denique ebrietas certe, o Dami, non ab vuis tantum homines incessit, verum etiam palmarum succo simili ratione in furorem adigit. In haut paucos enim Indorum iam incidimus, tali vino correptos. Atque alii quidem saltant subinde cadentes, alii cantant somno ipsis iam ob repente, sicut apud nos faciunt ex compotatione, noctu, nec tempestiue discedentes. Quod autem ipse potionem hanc vinum esse credas, eo prodis, quod Ioui eo libas, precesque, quae vino adhiberi solent, fundis. Haec vero tibi, o Dami, mei tantum defendendi animo dixi. Neque te enim, neque comites hosce nostros quo minus bibatis prohibere velim: quinetiam carnibus vesci permisero. Harum enim rerum abstinentiam nihil vobis animaduerto prodesse: mihi vero prosunt ad votum praestandum, quod a pueris philosophiae feci. Hos sermones Damis & socii lubenter audiebant, liberaliusque genio indulgere gestiebant: facilius itineris laborem se toleraturos rati, si bene pasti fuissent.

Postquam Cophenem fluuium traiecissent, nauibus quidem ipsi, cameli autem pedibus aquam transmittentes, (nondum enim magnus ibi fluuius est) in continentem venerunt Regi obnoxiam, vbi se extendens Nysa mons radicibus suis haeret, in sublimem abiens verticem, veluti in Lydia Tmolus. In eum autem via patet agrorum patefacta cultura. Cum ascendissent igitur, in Bacchi templum incidisse aiunt, quod sibi ipsi Bacchum instruxisse Cap. VIII.

---

xime scuti abiectio, vt notum, & multis ad citatum Aeliani locum a Scheffero Kuhnioque ostensum

7 ἐφ' ᾧ ὁ Διόνυσος] conf. ad lib. II. c. 2. not. 11.

8 παραπλησίως] ita ex cod. Vratisl. & editione Aldina rescripsimus. Morellus παραπλήσιος edidit. Ceterum vinum ex palma inter ea quae inebriant Hieronymus quoque ponit Epist. II. *Sicera Hebraeo sermone omnis potio nuncupata quae inebriare potest; siue illa quae frumento conficitur, siue pomorum succo, aut quum faui decoquuntur in dulcem & potionem, aut* PALMARVM FRVCTVS *exprimuntur* in liquorem. Sic & Chrysost. ad cap V Esaiae: Σίκερα δὲ ἐνταῦθά φησι τῶν φοινίκων τὸν ὀπὸν, ὃν ἐπιτήδευον, συτρίβοντες δὲ καιρὸν καθαθῶντες ἐς οἶνα μετεσχημάτισαν φύσιν. Καρωτικὸν δέ ἐστι τὸ τοιοῦτο καὶ μέθης ἐργαστικόν.

9 καὶ κρεῶν] exciderat coniunctio ex ed. Morelli, quam consentientibus cum Aldina edit MSS omnibus reuocaui.

10 ἐς ᾠδὴν ὁρῶ προβαῖνον] editi habebant: ὡς ᾠδὴν ὁρῶ προσβαῖνον. Vaticanus alter & Vratislau. codex ὡς ᾠδὴν ὁρῶ προβαίνων. Vrbin. ἐς ᾠδὴν ὁρῶ προβαίνων. Vnde non difficile erat veram lectionem, quam exhibuimus, inuenire, quam etiam firmat Euseb. adu. Hierocl. cap. XIII.

CAP. VIII. 1 Κωφῆνα] vocem hanc Philostrato restituimus ex editione Aldina & omnibus MSS. nostris. Exciderat in editione Morell.

2 ἐν τῇ βασιλευομένῃ ἠπείρῳ] nempe quam huc vsque peragrauerant regionem vsque ad fluuium, ea Regis Indorum autoritatem non agnoscebat. Vt enim s. c. 6. dictum ἄκοιτις erant & νομάδες qui eam incolebant.

3 Νῦσα ὄρος] nempe vrbs etiam ita appellata ad montis radices. v. Arrian. Indic. p. 509.

4 Τμῶλος] post hanc vocem ponit cod. Vrbin. verbum ἀνατεῖνον, quod reliqui codices omnes eo, quo nos exhibuimus, loco ponunt, & certe illa constructio elegantior videtur magisque Sophista nostro digna.

5 ἱερῷ Διονύσου] huius templi frustra alibi descriptionem quaeras.

plantatis

plantatis in orbem lauris perhibent, tantum soli complexa, quantum mediocri templo sit satis. Hederas item viteſque lauros amplexas eum seuisse [aiunt], intus autem statuam suam erexisse, gnarum fore, vt tempore coalescerent arbores, tectumque aliquod ramis suis suppeditarent: quod ita contextum iam est, vt neque pluuiae ad templum, neque vento, aditus pateat. Falces autem, & cophini, atque torcularia, & vtensilia ad torcular pertinentia, Baccho sacra ibi asseruantur, vindemianti quasi, ex auro & argento confecta. Statua eius Ephebum refert Indum, sculptaque ex marmore est albo. Bacchantem autem & Nysam concutientem ciuitates audiunt in radicibus montis positae, ipsaeque simul concitantur.

Cap. IX. Est autem de Baccho hocce inter Indos & Graecos, imo ipsos etiam Indos, controuersia. Nos enim Thebanum Bacchum ad Indos profectum dicimus, belligerantem pariter atque bacchantem, argumentis cum aliis vsi, tum Pythio donario, quod eius templi reconditum seruant thesauri. Est autem ex Indico argento discus, tali inscriptione notatus: BACCHVS SEMELES ET IOVIS FILIVS AB INDIS APOLLINI DELPHICO. Indorum autem ii, qui ad Caucasum & Cophenem fluuium habitant, eum, Assyrium aduenam in ea loca delatum perhibent, rerum Thebani Bacchi conscium. Qui vero inter Indum & Hydraotam positam regionem colunt, parteſque vlteriores, quae in Gangem fluuium desinunt, Bacchum Indi, fluuii, filium fuisse perhibent, cuius discipulus quod esset Thebanus ille, & thyrsum tractauerit, orgiisque fuerit deditus: Ioue se esse genitum dicens, & in patris femore vixisse, vt ad partum in eo matureſceret. Montem autem ab eo μηρὸν h. e. *femur* [appellatum] inueniri, quem Nysa mons contingat. Nysamque in honorem Bacchi vitibus eos conseuisse, qui

τῷ φυτεῦσαι, δάφναις περιεχηκυίαις κύκλῳ, τοσοῦτον περιέχεσθαι[6] τῆς γῆς, ὅσον ἀπόχρη ναῷ ξυμμέτρῳ. κιττὸν[7] τε περιβαλεῖν αὐτὸν καὶ ἀμπέλους ταῖς δάφναις, ἄγαλμά τε ἑαυτοῦ ἔνδον στήσασθαι, γιγνώσκοντα ὡς ξυμφύσει τὰ δένδρα ὁ χρόνος, καὶ δώσει τινὰ ἀπ' αὐτῶν ὄροφον. ὃς δὴ τότε ξυμβεβληται νῦν, ὡς μήτε ὕεσθαι τὸ ἱερὸν, μήτ' ἀνέμων εἰσπνεῖσθαι. δρέπανα δὲ, καὶ ἄρριχοι, καὶ ληνοὶ, καὶ τὰ ἀμφὶ ληνοὺς, ἀνακειται τῷ Διονύσῳ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καθάπερ τρυγῶντι. τὸ δὲ ἄγαλμα εἴκασαι μὲν ἐφήβῳ Ἰνδῷ, λίθου δὲ ἔξεσται λευκοῦ. ὀργιάζοντος δὲ αὐτοῦ, καὶ σείοντος τὴν Νύσαν[8], ἀκούσιν αἱ πόλεις αἱ ὑπὸ τῷ ὄρει, καὶ ξυνεξαίρονται.

Διαφέρονται δὲ περὶ τοῦ Διονύσου τούτου καὶ Ἕλληνες Ἰνδοῖς, καὶ Ἰνδοὶ ἀλλήλοις. ἡμεῖς μὲν γὰρ τὸν Θηβαῖον ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλάσαι φαμὲν, στρατεύοντά τε καὶ βακχεύοντα, τεκμηρίοις χρώμενοι τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τῷ Πυθοῖ ἀναθήματι, ὃ δὴ ἀπόθετον οἱ ἐκεῖ θησαυροὶ ἴσχουσιν. ἔστι δὲ ἀργύρου Ἰνδικοῦ δίσκος, ᾧ ἐπιγέγραπται· ΔΙΟΝΥΣΟΣ Ο ΣΕΜΕΛΗΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ ΑΠΟ ΙΝΔΩΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΔΕΛΦΩΙ. Ἰνδῶν δὲ οἱ περὶ Καύκασον καὶ Κωφῆνα ποταμὸν ἐπηλύτην[1] αὐτὸν Ἀσσύριον φασιν ἐλθεῖν, τὰ τοῦ Θηβαίου εἰδότα. οἱ δὲ τὴν Ἰνδοῦ τε καὶ Ὑδραώτου μέσην νεμόμενοι, καὶ τὴν μεταξὺ ταύτα ἤπειρον, ἣ δὴ ἐς ποταμὸν Γάγγην τελευτᾷ, Διόνυσον γενέσθαι ποταμοῦ παῖδα Ἰνδοῦ λέγουσιν, ᾧ φοιτήσαντα τὸν ἐκ Θηβῶν ἐκεῖνον, θύρσου τε ἅψασθαι, καὶ δῶναι ὀργίοις[2], εἰπόντα ὡς εἴη Διὸς, καὶ τοῦ πατρὸς ἐμβιώη μηροῦ, τόκου ἕνεκα. μηρόν τε εὑρέσθαι παρ' αὐτοῖς ὄρος[3], ᾧ προσβεβηκέναι τὴν Νύσαν. καὶ τὴν Νύσαν τῷ Διονύσῳ ἐκφυτεῦσαι, ἀπαγόντας[4] ἐκ

---

6 περιεχέσθαις] sic legendum pro περιεχέσθης, quod erat in Vulgatis, ratio suadebat, referturque enim ad δάφναις.

7 κιττὸν] hederas in hoc monte crescentes inter vestigia Bacchi quoque refert Arrianus Indic. p. 518. & Strabo l. XV. p. 687. qui hederis vites iungit: quod & Curtius facit VIII, 10.

8 σείοντος τὴν Νύσαν] propria haec vox in Bacchi sacris, qui & inf. l. III. c. 15. & Βάκχας & τὴν γῆν σείσαι dicitur. Quod autem tum quoque istum σεισμὸν Bacchicum in montibus Indiae perceptum ait, Graecae est superstitionis, quae subinde inter homines versari, idque motu Bacchantum, ipsiusque terrae prodere, credebat. v. Diodor. Sic. l. IV. p. 211.

CAP. IX. 1 ἐπηλύτην Ἀσσύριον] horum traditionem sequi videtur Diodor. Sicul. l. II. Bibliothec. p. 123, qui dicit ex Indorum relatione παραγενέσθαι τὸν Διόνυσον ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν τόπων, est enim Assyria Indiae occidentalis.

2 θύρσου ἅψασθαι καὶ δῶναι ὀργίοις] verbum ἅπτεσθαι vsurpatur in rebus quae artis alicuius sunt & studii, vt ἅπτεσθαι φιλοσοφίας. Vocemque adeo retinet, quod φοιτήσαντα discipulum Bacchi Indi dixisset antea; thyrsi autem in Bacchi orgiis res notissima. Quantum ad phrasin ὀργίοις δοῦναι, ea nil aliud sibi vult, quam orgiis, h. e. bacchicis sacris, operam dare, eius exempla alia vid. s. ad lib. I. cap. 7. not. 5.

3 μηρὸν τε εὑρέσθαι παρ' αὐτοῖς ὄρος] Gruterus putabat deesse ὄνομα, eademque Salmasii sententia est. At illud tamen sine codicum autoritate inferciri non audeo, nec ea res opus. Quid frequentius enim illo loquendi genere? sic Νύσα ὄρος cap. praec. dictum, non addita voce ὄνομα. Ceterum de monte in illis partibus, qui μηρὸς appellatus fuit, & quidem ob illam de Baccho in Iouis femore gestato fabulam, vide plura apud Diodor. Sic. l. II. p. 123. Strabon l. XV. p. 647. Arrianum de Exped. Alex. l. V. p. 316. & in Indicis p. 509, 519. Pomp. Melam. l. III. c. 7. Plinium H. N. l. VI. Sect. 23, p. 691. Solinum c. 52. Martianum lib. VI. p. 224.

4 ἀπάγοντας] malim ἀπάγοντα, vt ad Bacchum Thebanum referatur.

Θηβῶν τὸ γόνυ[5] τῆς ἀμπέλου· ἔ καὶ Αλέξανδρον ὀργιάσαι[6]. οἱ δὲ τὴν Νύσαν οἰκοῦντες ἔ φασι τὸν Αλέξανδραν ἀνελθεῖν ἐς τὸ ὄρος· ἀλλ' ὁρμῆσαι μὲν, ἐπειδὴ φιλότιμός τε ἦν, καὶ ἀρχαιολογίας ἥττων, δείσαντα δὲ μὴ εἰς ἀμπέλους παρελθόντες οἱ Μακεδόνες, ἃς χρόνῳ ἤδη οὐχ ἑωράκεσαν, ἐς πόθον τῶν οἴκοι ἀπενεχθῶσιν, ἢ ἐπιθυμίαν τινὰ οἴνου ἀναλάβωσιν, εἰθισμένοι ἤδη τῷ ὕδατι, παρελάσαι τὴν Νύσαν, εὐξάμενον τῷ Διονύσῳ, καὶ θύσαντα ἐν τῇ ὑπωρείᾳ. καὶ γιγνώσκω μὲν οὐκ ἐς χάριν ταῦτα ἐνίοις γράφων, ἐπειδὴ οἱ ξὺν Αλεξάνδρῳ στρατεύσαντες οὐδὲ ταῦτα ἐς τὸ ἀληθὲς ἀνέγραψαν[7]. δεῖ δὲ ἀληθείας ἐμοὶ γοῦν, ἢν εἰ κἀκεῖνοι ἐπήνεσαν, οὐκ ἂν ἀφείλοντο καὶ τοῦδε τοῦ ἐγκωμίου[8] τὸν Αλέξανδρον. τῷ γὰρ ἀνελθεῖν ἐς τὸ ὄρος, καὶ βακχεῦσαι αὐτὸν οἱ ἐκεῖνοι λέγουσι, μεῖζον, εἶμαι, τὸ ὑπὲρ καρτερίας τοῦ στρατοῦ μηδὲ ἀναβῆναι.

Thebis secum palmites attulerant: ibique & Alexandrum Bacchi sacra obiisse. Nysam tamen habitantes Alexandrum montem conscendisse negant: conatum enim eum id esse quidem, vt qui honoris esset cupidissimus, & antiquitatum studiosus, prae metu tamen, ne forte ad vites delati Macedones (quas longo iam tempore non viderant) patriae desiderio accenderentur, vel vini cupiditate iam demum iterum incesserentur, qui aquae hucusque assuefacti fuissent, Nysam eum praeteruexisse, votis Baccho in radicibus montis susceptis, sacrisque peractis. Non autem sum nescius, ista scribentem gratiam me apud multos exiguam initurum, quandoquidem, qui cum Alexandro militarunt, ista quoque veritati minus consentanee prodiderunt. At veritatem mihi iam sectari fas est, quam si & ipsi amplexi essent, hac quoque laude non fraudassent Alexandrum. Eo enim, quod montem conscenderit, ibidemque bacchatus, vt illi aiunt, fuerit, maius, vt puto, est, quod continentiae in exercitu tuendae causa, eum ne conscendere quidem maluerit.

Τὴν δὲ Αορνον πέτραν[1], ἣ πολὺ ἀπέχουσαν τῆς Νύσης, ἰδεῖν μὲν οὐ φησὶν ὁ Δάμις· ἐν ἐκβολῇ γὰρ κεῖσθαι τῆς ὁδοῦ, καὶ δεδιέναι τὸν ἡγεμόνα ἐκτρέπεσθαί ποι παρὰ τὸ εὐθύ. ἀκοῦσαι δὲ ὡς ἁλωτὸς μὲν Αλεξάνδρῳ γένοιτο[2], Αορνος δὲ ὀνομάζοιτο, οὐκ ἐπειδὴ σταδία πεντεκαίδεκα[3] ἀνέσηκε· πέτονται γὰρ καὶ ὑπὲρ τοῦτο οἱ ἱεροὶ ὄρνιθες[4]. ἀλλ' ἐν κορυφῇ τῆς πέτρας ῥῆγμα εἶναί φασι[5], τοὺς ὑπερπετομένους[6] τῶν ὀρνίθων ἐπισπώμενον,

Ceterum petram Auernam Nysa non longe distantem non vidisse se quidem, Damis ait: in deuiis enim positam esse: veritum autem ducem fuisse parte vlla a recto itinere digredi. Audiuisse tamen, quod ab Alexandro fuerit expugnata, *Auernus* autem appelletur [h. e. *auium expers*] non eo, quod quindecim surgat stadiis, illam enim etiam sacras alites altitudinem volatu superare: sed in petrae cacumine cauernam esse dicunt, quae superuolantes aues ad se trahat, Cap. X.

---

5 γόνυ] perperam hanc lectionem solicitauit Morellus, qui γόιον vel γίνος malebat substitui. γόνυ certe dicitur *arundinis internodium*: autor Pollux l. II. c. 4. p. 114 λέγεταί τι καὶ καλάμου γόνυ, & Herodot. in Thalia καλάμου δ' ἓν γόνυ. Hinc & Plin. H. N. l. XVI, Sect. 64. 65 *geniculatam arundinem* dicit, & Sect. 66. *genicula*, quae alias dicuntur *internodia*. Noster vitibus applicauit, quibus etiam *nodi*, & γόνυ vocat *palmitem*: eodem sensu voce vsus est autor *Heroicorum*.

6 ἔ καὶ Αλέξ. ὀργιάσαι] vid. de ea re Arrian. de exp. Al. M. p. 317, vbi & Eratosthenis de illis Alexandri orgiis iudicium. Decem integris diebus haec orgia continuata memorat Curtius. VIII, 10.

7 οὐδὲ ταῦτα ἐς τὸ ἀλ. ἀνέγραψαν] qui nempe tradiderunt, vino & crapulae Alexandrum sese cum exercitu, in monte Nysae, orgia celebrantem, permisisse: vt patet ex Arriani & Curtii ll. cc.

8 τοῦ δὲ τοῦ ἐγκωμίου] quod nempe occasionem vitauerit corrumpendi crapula exercitus, vt ex sequentibus patet.

CAP. X. 1 Αορνον πέτραν] & ἄορνον & ἄορνιν recte dici Eustath. monet ad Dionys. Perieg. v. 1143 & Scholiast. Lycophronis v. 704. Diligenter describunt hanc petram Diodor. Sic. l. XVII. p. 556. Arrian. de exped. Al. l. IV. p. 306. adde Curtium l. VIII. c. 11. Ea non confundenda cum alia, vel *Aorni* vel *Aornо* Indiae, versus Austrum prope Oceanum & Κωλίδα insulam, de qua Dionys. Perieg. v. 1141. ad quem vid. Eustath.

2 ἁλωτὸς Αλεξάνδρῳ γένοιτο] adde autoribus modo allegatis Strabonem Geogr. XV. p. 688. Plutarch. de fortuna Alex. l. I. c. 2. 11. in Apophtegmatibus p. 181, ex quo loco ad oculum patet, *Aornum* esse, quam *Sisimithri petram* vocat in vita *Alexandri*, ab homine timido, qui tunc *Aorno* praeerat, tracta appellatione. Adde porro Lucianum in Dial. mortuor. sub fin. p. m. 259. item in Hermotimo p. 533. & in Rhetorum praec. p. 443. Arrian. in Indicis p. 519. Trogi Epitomatorem l. XII. c. 7.

3 σταδία πεντεκαίδεκα] ὕψος ἐκκαίδεκα σταδίων ei tribuit Diodorus: Arrianus σταδίων ἐκκαίδεκα, sed qua humillimus mons est.

4 οἱ ἱεροὶ ὄρνιθες] sacras aues vocat propter auspicia, & quod Deorum sint nuntii. Ceterum istam rationem nominis illius *petrae* attingit Lucian. de Rhetor. praeceptis p. 443 τὸ πρᾶγμα ὅμοιόν σοι εἶναι δοκεῖ, εἰκὸς ἦ Αορνος ἐφάνη τοῖς Μακεδόσι, ἀπόξυρον αὐτὴν ἀπανταχόθεν ἰδοῦσιν, ἀτεχνῶς οὐδὲ ὀρνέοις ὑπερπτῆναι ῥᾴδιαν. adde Dionys. Perieg. v. 1143 & ibi Eustathium: ap. Plutarch. quoque de fort. Alex. Latinus interpres vertit: *Altitudines saxorum ad quae aues euolare nequeant.* Sed in Graecis nil est praeter ἄορνα ὕψη, quod rectius vertisset, *cacumina Aorni.*

5 ῥῆγμα εἶναί φασι] fontem puto intelligit in vertice Aorni, de quo Arrian. de exp. Alex. l. IV. p. 206, εἶναι δὲ καὶ ὕδωρ ἐν ἄκρᾳ τῇ πέτρᾳ πολὺ καὶ καθαρὸν πηγὴν αἰσχεσθαι. Sed *pura* illa *aqua* funesta auibus esse non potuit, nec quisquam id praeter Philostratum dixit, qui certissime ista imitatione aliorum eius generis nominisque ῥηγμάτων confinxit.

6 ὑπερπετομένους] sic fide omnium Codicum nostrorum rescripsimus pro ὑποπτομένους, quod erat in editis.

qualem

qualem Athenis videre eſt in veſtibulo Parthenonis, in Phrygiae item Lydiaeque locis haut paucis, eaque propter petram illam *Auernum* [h. e. *auibus deſtitutam*] & dici & eſſe.

Cap. XI. Ad Indum vero fluuium dum pergerent, in puerum inciderunt annorum circiter tredecim, vectum elephanto, feramque ſtimulis vrgentem. Cumque id videntes mirarentur, quodnam, Apollonius aiebat, o Dami, boni equitis munus eſt? Tum ille: quodnam eſſe aliud poſſit, quam vt equo recte inſidens regat eum, & freno flectat coerceatque ferocientem, atque proſpiciat, ne in foueam, aut voraginem, aut hiatum equus impetu feratur, dum per paludem coenumue ipſi eſt tranſeundum? Nihilne vero aliud, inquiebat, o Dami, a bono equite exigemus? Imo vero, reſpondit, per Iouem, nempe vt accliuem locum conſcendenti equo frena laxet: per decliuia vero lato non indulgeat ea, ſed adductis frenis eum retineat. Aures quoque & iubam manu demulcere, nec ſemper flagris vti, boni mihi eſſe equitis videtur: eumque ita equo vectum probauero. In bellatore vero, [aiebat *Apollonius*,] & ad pugnam inſtructo quid laudares? Eadem omnia, reſpondit, inſuper vero feriendi & praecauendi ſcientiam: hoc item, vt irruere norit, & recedere, hoſtibuſque ſe explicare, neque turbari ſinat equum, vbi vel clypeus reſonuerit,

ὡς Ἀθήνησί τε ἰδεῖν ἔστιν ἐν προδόμῳ τῷ παρθενῶνος[7], καὶ πολλαχῇ τῆς Φρυγῶν καὶ Λυδῶν γῆς[8], ὑφ' ἃ τὴν πέτραν Ὄρνον κεκλῆσθαί τε καὶ εἶναι.

Ἐλαύνοντες δὲ ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν, παιδὶ ἐντυγχάνουσι τρισκαίδεκά πῃ ἔτη γεγονότι, ἐπ' ἐλέφαντος ὀχουμένῳ, καὶ παίοντι τὸ θηρίον. ἐπεὶ δὲ ἐθαύμασαν ἰδόντες, τί ἔργον, ἔφη, ὦ Δάμι, ἀγαθῷ ἱππέως; τί δ' ἄλλο γε, εἶπεν, ἢ ἱζήσαντα ἐπὶ τῷ ἵππῳ, ἄρχειν τε αὐτῷ, καὶ τῷ χαλινῷ τρέφειν[1] καὶ κολάζειν ἀτακτοῦντα, καὶ προορᾶν ὡς μὴ ἐς βόθρον, ἢ τάφρον, ἢ χάσμα κατενεχθείη ὁ ἵππος, ὅτε γε δὴ ἕλους ἢ πηλῷ χωροίη; ἄλλο δὲ ἀδὲν, ὦ Δαμι, ἀπαιτήσομεν, ἔφη, τὸν ἀγαθὸν ἱππέα; νὴ Δί', εἶπε, τό τε ἀναπηδῶντι μὲν τῷ ἵππῳ πρὸς τὸ σιμὸν ἐφεῖναι τὸν χαλινόν· κατὰ πρανοῦς δὲ ἰόντι οἱ μὴ ξυγχωρεῖν, ἀλλ' ἀνθέλκειν. καὶ τὸ καταψῆσαι δὲ τὰ ὦτα, ἢ τὴν χαίτην· καὶ μὴ ἀεὶ ἡ μάστιξ σοφῷ[2] ἐμοί γε δοκεῖ ἱππέως· καὶ ἐπαινοίην ἂν αὐτὸν ὧδε ὀχούμενον. τῷ δὲ δὴ μαχίμῳ τε καὶ πολεμιστηρίῳ τίνων δή[3]; τῶν γε αὐτῶν, ἔφη, ὦ Ἀπολλώνιε· καὶ πρός γε τούτοις, τῷ βάλλειν τε καὶ φυλάττεσθαι· καὶ τὸ ἐπελάσαι τε καὶ τὸ ἀπελάσαι[4], καὶ τὸ ἀνειλῆσαι πολεμίους, καὶ μὴ ἐᾶν ἐκπλήττεσθαι τὸν ἵππον, ὅτε δεπήσειεν ἀσπὶς[5],

---

7 ἐν προδόμῳ τῷ παρθενῶνος] de Parthenone v. Henr. Stephanum in appendicula Lucubrationum ad Dicaearchum ſub init. & Meurſium in Cecropia c. XIV. quorum vtrumque fugit iſte Philoſtrati de Parthenone locus. Res, de qua hoc loco, tradita etiam a Lucretio, cuius en tibi locum ex l. VI. v. 749

Eſt & Athenaeis in moenibus arcis in ipſo
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almae,
Quo nunquam pennis appellunt corpora raucae
Cornices, non cum fumant altaria donis.
Vſque adeo fugitant non iras Pallados acreis,
Peruigili cauſa, Graii vt cecinere poetae,
Sed natura loci hoc opus efficit ipſa ſua vi.

8 πολλαχῇ τῶν Φρυγῶν καὶ Λυδῶν γῆς] talia loca *Auerna*, ἄορνα, dicta omnia, docet Lucretius l. VI. v. 740, vbi & nomen & naturam eorum explicat. In Phrygia *Auernum* innuere videtur apud Hierapolin, de quo Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. v. 1143, vbi & de *Auerno* Adiabenes. *Auernorum* huiuſmodi in Syria ipſe Lucretius meminit l. c. 756. Cumani in Italia idem v. 747. & Virgil. Aen. VI, v. 237. itemque Lycophron Caſſandr. v. 704. Theſprotii in Epiro Pauſan. Boeotic. p. 304. fin. & Plinius H. N. l. IV. ſect. I. atque hunc ἄορνον reſpicit fortaſſis Stephanus, de vrbibus p. 142.

CAP. XI. 1 τῷ χαλινῷ τρέφειν] ſic omnes codices noſtri, editi τὸν χαλινὸν τρέφειν, commate hic conſtituto.

2 καὶ μὴ ἀεὶ ἡ μάστιξ σοφῷ &c.] editiones priores ita legebant & diſtinguebant, καὶ μὴ ἀεὶ, ἡ μάστιξι, σοφῷ &c. Lectionem, quam nos repraeſentauimus, non omnes tantum codices noſtri exhibebant, verum & Scholiaſtes Acciaioli, qui ita eam explicabat, vt & *ellipſin* hic eſſe & *caſuum permutationem* diceret. *Ellipſin* verbi ἐπιφέρειν, caſuum permutationem, nam ἡ μάστιξ pro μάστιγας poni. En ipſa verba: ἐλλειπτικῶς εἴρηται καὶ ἀντιπτωτικῶς, ἐλλειπτικῶς μὲν τῷ ἐπιφέρειν, ἀντιπτωτικῶς δὲ, αἰτὶ γὰρ τῷ εἰπεῖν κατὰ τὴν αἰτιατικὴν, καὶ τὸ μὴ ἀεὶ τὴν μάστιγα, εἶπεν κατ' εὐθεῖαν. Verum quid opus illis ambagibus? notus vſus verbi ſubſtantiui, hic ſupplendi, apud Graecos & Latinos, quo *officium* notat, & id *quod decet*. Sicut *boni paſtoris eſſe tondere pecus non deglubere* dicimus, & φιλοκάλῳ εἶναι ἀνδρὸς h. e. *virum elegantiae ſtudioſum decere* ait Aelian. l. III. c. 24. Verbum autem ſubſtantiuum per ellipſin frequentiſſime ſupprimitur.

3 τίνων δή] Morellum & Rhinuccinum δὴ mutaſſe in δεῖ manifeſtum eſt, vertunt enim, *quibuſnam artibus diceres indigere*: ſed plane contra indolem Atticae eloquentiae ita Philoſtratum locutum fingunt. Subintelligitur frequentiſſima Atticis ellipſi proxime praecedens verbum ἐπαινεῖν, vt integra oratio haec ſit: τίνων δὴ ἐπαινοίης ἄν. Verbum ἐπαινεῖν cum genitiuo materiae ſine praepoſitione frequens. Iulianus in epiſtol. Δαίδαλον τῆς τέχνης ἐπαινῶ. Quod ſi κατ' ἀναλογίαν explices, ſubintelligitur praepos. ἕνεκα. Nec quenquam turbabit, quod Datiuus perſonae apud Philoſtratum praecedat, cum enim ἐπαινῶ quandoque habet. Sic Homerus bis Il. Σ'. v. 312. 313

Ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπήνησαν κακὰ μητιόωντι
Πηλυδάμαντι δ' ἄρ' ἄτις, ὃς ἐσθλὰ φρεζέτο βυλῇ.

Eſtque adeo h. l. τῷ δὲ δὴ μαχίμῳ τε καὶ πολεμιστηρίῳ τίνων δή; idem ac ſi dixiſſet: τὸν δὴ μάχιμον τε καὶ πολεμιστήριον τίνων δὴ ἕνεκα ἐπαινοίης ἄν.

4 καὶ τὸ ἐπελάσαι τε καὶ τὸ ἀπελάσαι] verba καὶ τὸ ἐπελάσαι τε in editis non comparebant, & poſt ἀπελάσαι ponebatur δέ. Repraeſentaui lectionem cod. Vratislau. Vaticanus habebat τὸ μὲν ἐπελάσαι δὲ καὶ τὸ ἀπελάσαι. Vrbinas τὸ μὲν ἐπελάσαι καὶ τὸ ἀπελάσαι. Manifeſtum eſt μὲν iſtud locum habere non poſſe, ſi tamen eo in μὲν mutato legere velis: καὶ τὸ μὲν ἐπελάσαι τε καὶ τὸ ἀπελάσαι, non multum repugnauero.

5 μὴ ἐᾶν ἐκπλήττεσθαι τὸν ἵππον ὅτι δεπήσειεν ἀσπὶς] geminus adeo iſti locus eſt Aeliani Hiſt. anim l. XVI. c. 25. vt eum prae oculis noſter habuiſſe videatur: οἱ Πέρσαι ἵνα μὴ ἡ ἀσπὶς ἀ-

ἢ ἀσπίδων αἱ κόρυθες, καὶ παιανιζόντων τε καὶ ἀλαλαζόντων ξυνηγείρῃ σοφία, οἶμαι, ἱππικῇ πρόσκειται. τοῦτον ἂν, ἔφη, τὸν ἐπὶ τῷ ἐλέφαντι ἱππέα τί φήσεις; πολλῷ[6], ἔφη, θαυμασιώτερον, Ἀπολλώνιε. τὸ γὰρ θηρίῳ τηλικούτῳ ἐπιτετάχθαι τηλίκου τε ὄντα, καὶ εὐθύνειν αὐλὸν καλαύροπι[7], ἣν ὁρᾷς αὐτὸν ἐμβαλόντα τῷ ἐλέφαντι ὥσπερ ἄγκυραν· καὶ μήτε τὴν ὄψιν τοῦ θηρίου δεδιέναι, μήτε τὸ ὕψος, μήτε τὴν ῥώμην, τοσαύτην οὖσαν, δαιμόνιον ἐμοί γε δοκεῖ, καὶ οὐδ' ἂν ἐπίστευσα, μὰ τὴν Ἀθηνᾶν[8], εἰ ἑτέρου ἤκουσα. τί οὖν, ἔφη, εἰ ἀποδόσθαι τις ἡμῖν τὸν παῖδα βέλτιστο, ὠνήσῃ αὐτόν, ὦ Δάμι; νὴ Δί', εἶπε, τῶν γε ἐμαυτοῦ πάντων· τὸ γὰρ ὥσπερ ἀκρόπολιν κατειληφότα δεσπόζειν θηρίου, μεγίστου ὧν ἡ γῆ βόσκει, ἐλευθέρας ἐμοί γε δοκεῖ φύσεως καὶ λαμπρᾶς εἶναι. τί δ' ἂν χρήσει τῷ παιδί, ἔφη, εἰ μὴ καὶ τὸν ἐλέφαντα ὠνήσῃ; τῇ τε οἰκίᾳ, ἔφη, ἐπιστήσω τῇ ἐμαυτοῦ καὶ τοῖς οἰκέταις, καὶ πολλῷ βέλτιον τούτων ἢ ἐγὼ ἄρξει. σὺ δὲ οὐχ ἱκανὸς, ἔφη, τῶν σεαυτοῦ ἄρχειν; ἴσως γε, εἶπε, καὶ σὺ τρόπον, ὦ Ἀπολλώνιε· καταλιπὼν γὰρ τἀμὰ περίειμι ὥσπερ σὺ, φιλομαθῶν καὶ περιφρονῶν τὰ ἐν τῇ ξένῃ. εἰ δὲ δὴ πρίαιο τὸν παῖδα, καὶ ἵππω σοι γενοίσθην, ὁ μὲν ἀμιλλητήριος, ὁ δὲ πολεμικὸς, ἀναθήσῃ, ὦ Δάμι, αὐτὸν ἐπὶ τοὺς ἵππους; ἐπὶ μὲν τὸν ἀμιλλητήριον, εἶπεν, ἴσως ἄν, ἐπειδὴ καὶ ἑτέρους ὁρῶ· τὸν δὲ μάχιμόν τε καὶ ὁπλιτεύοντα, πῶς ἂν ἀναβαίνει ἔτος; ἔτε γὰρ ἀσπίδα δύναιτ' ἂν φέρειν, ἧς δεῖ τοῖς ἱππεύσιν, ἔτ' ἂν θώρακα ἢ κράνος· αἰχμὴν δὲ πῶς ἔτος, ὃς οὐδὲ ἄτρακτον βέλους, ἢ τοξεύματος, κραδαίνοι ἄν, ψελλιζόμενος ὡς τὸ εἰκὸς ἔτι; ἕτερον ἄν τι, ἔφη, ὦ Δάμι, ἐσίν, ὃ τὸν ἐλέφαντα τοῦτον ἡνιοχεῖ, καὶ πέμπει, καὶ οὐχ ὁ ἡνίοχος ἔτος, ὃν σὺ μονονουχὶ προσκυνεῖς ὑπὸ θαύματος. τοῦ δὲ εἰπόντος, τί ἂν εἴη τοῦτο, Ἀπολλώνιε; ὁρῶ γὰρ ἐπὶ τῷ θηρίῳ πλὴν τοῦ παιδὸς οὐδὲν ἕτερον. τὸ θηρίον, ἔφη, τοῦτο εὐπαίδευτόν τε παρὰ πάντα ἐστὶ κἀπειδὰν ἅπαξ ἀναγκασθῇ ὑπὸ ἀνθρώπου ζῆν,

aut galeae refulserint, laetantiumue & classicum cientium sublatus fuerit clamor, ad peritiam, puto, spectat equestrem. De hoc igitur, aiebat Apollonius, elephanto qui vehitur, equite quid dices? Multo, ille respondebat, magis mirandum esse, o Apolloni. Beluae enim tam vastae imperare tantillum, illamque dirigere stimulo, quem in elephanto vides velut ancoram aliquam eum defigere: non item siue aspectu beluae terreri, siue altitudine trepidare, sique robore, magnum licet adeo sit, diuinum mihi esse videtur, neque, ita me Pallas amet, credidissem, si ab alio relatum haberem. Quid igitur, Apollonius aiebat, si nobis puerum vendere quis vellet, tune emeres illum, o Dami? Emerem per Iouem, respondebat, omnium facultatum mearum pretio. Nam, quasi arce quadam occupata, dominium exercere in beluam, omnium quas terra nutriat maximam, liberalis mihi videtur & egregiae indolis esse. Ad quid vero, pergebat ille, puero vtereris, nisi elephantum quoque emeres? Domui, respondebat, meae seruisque praeficerem; his enim melius ille, quam ego, praesse poterit. Tu vero, inquit Apollonius: nonne ipse familiae tuae regendae par es? Perinde, respondebat, ac tute, o Apolloni: re enim familiari relicta pariter ac tu oberro, studiis addictus & rerum exterarum curiosus. Quodsi vero [pergebat Apollonius] emeris puerum, duosque habueris equos, vnum quidem cursui aptum, alterum vero bello: num vtrique ipsum esses impositurus? Tum ille: cursori imponerem forte, quoniam alios id quoque facere video. Bellatorem autem equum & armis assuetum quonam pacto conscenderet iste? neque enim clypeum gestare posset, quo equites opus habent, neque thoracem, aut galeam. Hastam quomodo item ille gestaret, qui ne telum quidem minus, aut missilem sagittam tenere possit, adhuc, vt verosimile est, balbutiens? Est igitur aliud quid, regessit Apollonius, o Dami, quod hunc elephantum regit, & agit, non vero eques iste, quem solum tu prae admiratione adoras. Damide igitur, quid vero illud, o Apolloni, esse possit? inquiente, ego enim elephanto inequitare praeter puerum nihil video aliud: haecce, respondit, belua maxime omnium docilis est, atque vbi semel, vt homini obnoxia viuat, est adacta,

---

ὦσιν αὐτοῖς οἱ ἵπποι καταπλῆγες, ψοφοις αὐτὰς κὴν ἤχοις χαλκοῖς προσεδίζοι κὴν κωδωνοι. ὡς μήποτε ἐν τῷ πολέμῳ δείσωσι τὰς τῶν παιοπλιῶν ἀφάβας, κὴν τῶν ξιφῶν τὸν πρὸς τὰς ἀσπίδας δόπον Gemina habet autor Heroicorum, vbi de *Aiace*, βαίνων σοβαρὸν μετὰ τὰς αἰχμὰς πρὸς τὴν ἀσπίδα ἐδόκησε, ταραχῆς ἕνεκα τῶν ἵππων.

6 πολλῷ] sic rectius legi in MSS. nostris omnibus putaui quam in editis πολλῶν.

7 καλαύροπι] vox *pedum* notat itemque *stimulum*, quo boues excitantur. Proprium vero vocabulum rei, quae designatur, est ἄρπη. Hesychius ἄρπη, σίδηρος ᾧ τὸν ἐλέφαντα τύπτουσι. Aelianus ἄρπην dicit H. Anim. l. XIII. c. 22. nisi ibi ἄρπη potius legendum.

8 μὰ τὴν Ἀθηνᾶν] vide de hac iurandi formula obseruata ad l. VIII. c. 5. rursus ea recurrit Heroicorum prooem. n. 30. & passim.

ab ho-

ab homine omnia perfert, & ad mores eius se componit, gestitque e manu eius non secus ac catuli capere cibum: venienti item proboscide blanditur: caputque intra fauces immittere hominem patitur, rictu, quamdiu homini libitum fuerit, adaperto, quemadmodum apud Nomades vidimus. Noctu autem fertur suam deplorare seruitutem, non stridore, per Iouem, vt alias solet, edito: sed lugubriter miserabiliterque lacrymis fusis. Quod si ita ingemiscenti homo superuenerit, querelam sistit elephas, quasi verecundia ductus. Itaque se, o Dami, regit ipse, ingeniumque tractabile eum dirigit potius, quam qui inequitat & moderatur.

ἀνέχεται τὰ ἐκ τῶν ἀνθρώπων πάντα, καὶ ὁμοήθειαν ἐπιτηδεύει τὴν πρὸς αὐτόν. χαίρει τε σιτούμενον ἀπὸ τῆς χειρὸς, ὥσπερ οἱ μικροὶ τῶν κυνῶν· προσιόντα τε τῇ τροφῇ αἰκάλλει, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐς τὴν φάρυγγα ἐσωθοῦντα ἀνέχεται, καὶ κέχηνεν ἐφ' ὅσον τῷ ἀνθρώπῳ δοκεῖ, καθάπερ ἐν τοῖς νομάσιν [9] ἑωρῶμεν. νύκτωρ δὲ λέγεται τὴν ἀθλείαν ὀλοφύρεσθαι [10], μὰ Δί' ἀ τέτρυγος [11], ὁποῖον ἔωθεν, ἀλλ' οἰκτρόν τε καὶ ἐλεεινὸν ἀνακλαύσαντα. εἰ δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐπισαίη ὀδυρομένῳ ταῦτα, ἴσχει τὸν θρῆνον ὁ ἐλέφας, ὥσπερ αἰδούμενος [12]. αὐτὸς δὴ ἑαυτῷ, ὦ Δάμι, ἄρχει, καὶ ἡ πειθὼ αὐτὸν τῆς φύσεως ἄγει [13] μᾶλλον, ἢ ὁ ἐπικείμενός τε καὶ ἀπευθύνων.

Cap. XII. Ad Indum autem fluuium vbi peruenissent, gregem elephantorum se vidisse aiunt, fluuium transnatantium, atque ista ab indigenis de beluis istis audiuisse: esse nempe eorum alias palustres, montanas alias, tertium item genus esse campestrium, capi autem ad bellicos vsus. Nempe pugnant turribus instructae decem aut quindecim simul Indorum capacibus, ex quibus sagittas mittere telaque vibrare Indi sueuerunt, vt solent, qui tela ex portis iaculantur. Animal vero ipsum proboscidem manus loco habet, atque ea tela mittit. Quanto autem equo Nisaeo maior est Libycus elephas, tanto

Ἐπὶ δὲ τὸν Ἰνδὸν ἐλθόντες, ἀγέλην ἐλεφάντων ἰδεῖν φασὶ, περαιουμένους τὸν ποταμὸν [1], καὶ τάδε ἀκοῦσαι περὶ τῶν θηρίων. ὡς οἱ μὲν αὐτῶν ἕλειοι [2], οἱ δ' ἂν ὄρειοι, καὶ τρίτον ἤδη γένος πεδινοί εἰσιν, ἁλίσκονταί τε ἐς τὴν τῶν πολεμικῶν χρείαν [3]. μάχονται γὰρ δὴ ἐπεσκευασμένοι πύργοις, οἷς κατὰ δέκα καὶ πεντεκαίδεκα ὁμοῦ τῶν Ἰνδῶν δέξασθαι [4], ἀφ' ὧν τοξεύουσί τε καὶ ἀκοντίζουσιν οἱ Ἰνδοὶ, καθάπερ ἐκ πυλῶν [5] βάλλοντες. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ θηρίον χεῖρα τὴν προνομαίαν [6] ἡγεῖται, καὶ χρῆται αὐτῇ ἐς τὸ ἀκοντίζειν. ὅσον δὲ ἵππου Νισαίου [7] μείζων ὁ Λιβυκὸς ἐλέφας, τοσοῦτον τῶν

9 ἐν τ. νομάσιν] vid. cap. VI huius libri.

10 νύκτωρ δὲ λέγ. τὴν ἀθλείαν ὀλοφύρ.] recens captum elephantem, amissam libertatem diu lugere, ciboque propterea abstinere, vt Musicis instrumentis deliniendus sit exhilaranduque, autor & Arrian. Indic. p. 536.

11 ἀ τετρυγός] Glossae veteres τρίζει, ἐλέφας βοᾷ. Et *stridor*, elephantorum vox passim apud veteres, Liuium, Hirtium, Plinium, Ammianum. Cognati autem significatus voces τρίζειν & τρύζειν esse, iam supra monitum ad cap. IV. h. l. n. 4.

12 ὥσπερ αἰδούμενος] *mirus* namque *elephanti pudor est*, vt habet Plin. H. N. lib. VIII. sect 5: cuius argumentum etiam, quod victus vocem victoris fugiat, & nonnisi in abdito coëat. vide eund. Plin. & ad eum ab Harduino observata.

13 ἡ πειθὼ αὐτὸν τῆς φύσεως ἄγει] plane gemina sunt illa Strabonis l. XV. p. 704. φύσει γὰρ διάκεινται πρᾴως καὶ ἡμέρως.

CAP. XII. 1 περαιουμένους τὸν ποταμὸν] nempe πεζαποτάμιον ζῷον elephantus, vt Aristoteles vocat Hist. Animal. IX, 46. & vt addit ille, ποιεῖται διὰ τὸ ὕδατος τὴν πορείαν. Qua vero solertia in transmittendis fluuiis vtantur elephantorum greges vid. inf. cap. 15. idque respiciens hic Damis, dixit, se huiusmodi traiectum tanquam rem notatu dignam obseruasse.

2 οἱ μὲν αὐτῶν ἕλειοι] at de elephanto vniuersim Aristot. l. c. dicit πεζαποτάμιον animal esse, sicque Aelianus etiam Hist. anim. IV. 24. ἀσπάζεται ὁ ἐλέφας τὰ ὑδρόεσσα χωρία καὶ μαλακὰ, καὶ ἐν τοῖσδε τοῖς ἤθεσι διατᾶσθαι ἐθέλει, καὶ ὡς ἂν ἄποικοι ἕλειός ἐστι. Noster tamen speciem tantum quandam elephantorum ἑλείων agnoscit. vide eum etiam inf. c. 13. vbi victos elephantos in montes concessisse ait.

3 ἐς τ. τῶν πολεμικ. χρείαν] de elephantorum autem in bellis vsu vid. ex instituto agentem Bochartum Hieroz. P. I. l. II. c. 24. p. 254. sq.

4 πύργοις, οἷς κατὰ δέκα καὶ πεντεκαίδεκα ὁμοῦ τ. Ἰνδῶν δέξασθαι] de turribus res nouissima. vid. obseruata Bocharto l. c. cap. 27. p. 268. in numero bellatorum nimius forte noster est. Heliodorus l. IX. *sex* tantum, Aelian. Hist. anim. XIII, 1. *tres* admittit. In Maccabaicis *triginta duo* in vna turri pugnare dicuntur, qui locus merito suspectus fuit Grentmesnilano & Bocharto l. c.

5 καθάπερ ἐκ πυλῶν] Morellus mutatum volebat in πυργῶν. Verum πυλῶν MSS. constanter habent omnes. Et sane ineptam emendationem declarat Morelliana ipse sensus. Quae enim illa balbuties? *Elephanti* turres *gestant decem quindecimue hominum capaces, ex quibus iaculis & sagittis tanquam ex* turribus *pugnant Indi* Omnino retinendum πυλῶν. Nempe *portis* tutandis *turres* impositae, quod in ipsis castris etiam factum notat Hirtius, de Bello Gallic. l. VIII. *Portis fores altioresque* turres *imposuit*. Ex elephantis igitur tanquam ex portis turritis pugnauerunt.

6 χεῖρα τὴν προνομαίαν] Aristot. Hist. anim. II, 1. ἔχει δὲ μυκτῆρα τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον, ὥς ἀντὶ χειρῶν ἔχειν αὐτόν. Aelian. Hist. anim. IV, 31. μυκτῆρα κέκτηται χειρὸς εὐχρηστότερον. Plin. VIII, 11. *spirant & bibunt odorantque haut improprie appellata manu*. Nempe Romanis *manus* dicta proboscis. vid. Cicer. l. II. de Nat. Deor. c. 47. & *anguimanus* Lucretio II, v. 536 a figura.

7 ἵππου Νισαίου] vide notata s. ad lib. I. c. 31. n. 2.

ἐκ Λιβύης οἱ Ινδοὶ μείζους[8]. περὶ δὲ ἡλικίας τῶν ζώων, καὶ ὡς μακροβιώτατον, εἴρηται μὲν καὶ ἑτέροις[9]. ἐντυχεῖν δὲ καὶ οὗτοι φασὶν, ἐλέφαντι περὶ Ταξίλλαν, μεγίστην τῶν ἐν Ινδοῖς πόλιν[10], ὃν μυρίζειν[11] τε οἱ ἐπιχώριοι, καὶ ταινιοῦν[12]. εἶναι γὰρ δὴ τῶν πρὸς Αλέξανδρον ὑπὲρ Πώρου[13] μεμαχημένων εἷς ἔτος· ὃν, ἐπειδὴ προθύμως ἐμεμάχητο, ἀνῆκεν ὁ Αλέξανδρος τῷ ἡλίῳ. εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ χρυσοῦς ἕλικας περὶ τοῖς ἐπ' ὀδοῦσιν, εἴτε κέρασι[14], καὶ γράμματα ἐπ' αὐτῶν Ελληνικὰ, λέγοντα, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Ο ΔΙΟΣ, ΤΟΝ ΑΙΑΝΤΑ ΤΩΙ ΗΛΙΩΙ. ὄνομα γὰρ τοῦτο τῷ ἐλέφαντι ἔθετο[15], μεγάλως ἀξιώσας μέγαν. ξυνεβάλοντο δὲ οἱ ἐπιχώριοι πεντήκοντα εἶναι καὶ τριακόσια ἔτη[16] μετὰ τὴν μάχην, ἅπω λέγοντες καὶ ὁπόσα γεγονὼς ἐμάχετο.

Ἰόβας[1] δὲ ὁ ἦρξέ ποτε τῶν Λιβυκῶν ἐθνῶν, φησὶ μὲν ξυμπεσεῖν ἀλλήλοις ἐπ' ἐλεφάντων πάλαι Λιβυκὰς ἱππέας, εἶναι δὲ τοῖς μὲν πύργον ἐς τοὺς ὀδόντας κεχαραγμένον, τοῖς δὲ οὐδέν. νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης τὴν μάχην, ἡττηθῆναι μὲν τοὺς ἐπισήμους φησὶ, φυγεῖν δὲ ἐς τὸν Ατλαντα τὸ ὄρος, αὐτὸς δὲ ἑλεῖν τετρακοσίων μήκει ἐτῶν ὕστερον τῶν διαφυγόντων ἕνα, καὶ τὸ σῆμον εἶναι αὐτῷ κοῖλον, καὶ ἅπω παρατετρημμένον[2] ὑπὸ τοῦ χρόνου. ἅτος ὁ Ιόβας τοὺς ὀδόντας κέρατα ἡγεῖται[3], τῷ φύεσθαι μὲν αὐτοὺς ὅθεν περ οἱ κρόταφοι[4], παραθίγεσθαι δὲ μηδενὶ ἑτέρῳ· μένειν δ' ὡς ἔφυσαν,

Libycis elephantis maiores sunt Indici. De aetate animalis & quod longaeuum sit maxime, aliis quoque dictum est pluribus. Isti autem in elephantem quoque se incidisse circa Taxillam aiunt, vrbem Indicarum maximam, quem vnguentis perfunderent vittisque ornarent indigenae: erat enim vnus ex illis, qui pro Poro aduersus Alexandrum dimicauerant, & qui propterea, quod gnauiter pugnasset, soli ab Alexandro fuit dedicatus. Esse autem illi aureos quoque torques siue dentibus, siue cornibus circumdatos, inque iis literas Graecas illius tenoris: ALEXANDER IOVIS FILIVS AIACEM SOLI. Hoc enim nomen ipse elephanto imposuerat, magnum magno nomine honorans. Computabant autem indigenae annos quinquaginta elapsos esse supra trecentos ab ea pugna, annos quos natus pugnam istam ingressus fuerit elephas non computantes.

Iuba vero, Libyae quondam Rex, retulit equites Libycos, elephantis insidentes, olim inter se pugnasse, habuisseque alteram elephantorum partem turrim dentibus insculptam, alteram vero nihil: cumque nox pugnam diremisset, signo notatos succubuisse ait & in Atlantem montem confugisse: se vero post spatium annorum quadringentorum ex iis vnum cepisse, qui aufugerant: illique insculptum insigne necdum extritum fuisse a tempore. Iuba ille dentes cornua esse putat, eo quod nascantur inde, vnde tempora initium ducunt, quodque nullum alium dentem contiguum habeant: maneant item vt nati sunt semel, Cap. XIII.

8 Τοσοῦτον τῶν ἐκ λιβύης οἱ Ινδοὶ μείζους] Aelian. Indis elephantis ad nouem cubitos altitudinis, & quinque latitudinis, tribuit. vid. plura apud Bochart. Hieroz. P. I. l. II. c. 17. p. 271.

9 εἴρηται καὶ ἑτέροις] Aristoteli Hist. anim. VIII, 12. IX, 72. Aeliano IV, 31. Plinio VIII, 10. qui ducenis trecenisue annis aetatem elephanti metiuntur. adde nostrum p. sq.

10 ἐλέφ. π. Ταξίλλαν μεγίστην τῶν ἐν Ινδοῖς πόλιν] de elephanto hic conspecto rursum inf. c. XXIV. quantum ad vrbem vero, eam similiter Arrian. de exp. Alex. p. 329 μεγίστην τῶν μεταξὺ Ινδῶν ποταμῶν καὶ Υδάσπου dicit. vid. & Strabon. l. XV. p. 698. Ceterum τὰ Ταξίλα neutro genere dicitur Arriano, littera λ etiam non geminata, quo modo apud nostrum quoque scriptum inf. c. 20. & Dionys. περιηγ. v. 1141. iuxta Eustath. ad illum locum. Oppidum *Taxila* Plinius habet VI, 21. gentem *Taxillas* idem Sect. 23. Τάξιλα non nulli dici Eustathius obseruat ad Dionys. l. c.

11 μυρίζειν] nempe elephas, vt Aelian. de Anim. I, 38. ἀγαπᾷ ἐνωδίας πάσης, καὶ μύρων, καὶ ἀνθέων, κηλούμενος τῇ ὀσμῇ.

12 ταινιοῦν] coronis nempe ex floribus, quo honoris genere a femina, quam adamabat, se affici mirum gestiebat elephas ap. Aelian. VII, 43.

13 ὑπὲρ Πώρου] sic omnes codd. nostri. pro ὑπὸ Πώρου, quod erat in editis.

14 εἴτ' ὀδοῦσιν εἴτε κέρασι] nempe quos dentes nonnulli, elephanti cornua dicunt alii, vide cap. sq.

15 ὄνομα γὰρ τοῦτο τῷ ἐλέφ. ἔθετο] idem *Aiacis* nomen haesit alteri cuidam elephanto R. Antiochi, vid. Plin. Hist. Nat. VIII, 5. vbi & aliorum quorundam eiusdem Regis elephantorum, nominibus celebrium, mentio.

16 πεντήκοντα εἶναι καὶ τριακόσια ἔτη] bellum cum Poro confectum est teste Arriano l. V. p. 350. Archonte Athenis Hegemone, mense Munychione. Vnde in Annum V. C. 426. hanc victoriam incidere colligunt Caluisius, Heluicus, Vsserius, cui numero si addas 350, peruenies ad annum V. C. 776, qui est Imperii Tiberiani X. Hocque adeo tempore Apollonium annorum fuisse oportet fere XXVII, iuxta superius dicta, ad lib. I. cap. 12. not. 11.

CAP. XIII. 1 Ιόβας] de eo & scriptis ab eo libris vid. Harduin. in Indice Auctorum, quem Plinio praemisit, p. 117. id tantum addo ex Suida: scripsisse contra hunc Regem multa Didymum Chalcenterum. Quae hic vero a Philostrato allegantur, ex *Libycis* eius videntur esse decerpta.

2 παρατετρημμ.] sic rescripsi pro περιτετρημμ. quod erat in editis.

3 τοὺς ὀδόντας κέρατα ἡγεῖται] eadem ex Iuba Plinius VIII, 4 habet. Sed de isto argumento vid. Bochart. Hieroz. P. I. l. II. c. XXIV. fin.

4 ὅθεν περ οἱ κρόταφοι] adeoque e cranio, quod cornuum proprium est. Vir summus Sam. Bochartus Hieroz. l. c. *fatendum est*, inquit, *haec elephantum ossa e cranio oriri, & ad instar cornuum ex venis cephalicis alimentum suum trahere. Proinde iis, qui eboris materiam dentes vocant, ita accedo, vt illos dentes agnoscam aliquid cum cornibus commune.* At sic omnium animantium dentes omnes aliquid cum cornibus commune habebunt, omnes nempe ex venis cephalicis alimentum trahunt.

neque,

neque, quod fieri dentibus solet, excidant, ac rursus nascantur. Ego autem minime istam probo sententiam: cornua enim etsi non omnia, ceruorum saltem, decidunt ac renascuntur. Quantum autem ad dentes, humani quidem amittuntur & restituuntur omnes. Aliorum autem animalium nulli dens exertus vel caninus sponte sua exciderit, neque redierit, vbi semel eum excidere contingat: armorum enim loco vt sint, natura maxillis eos inseruit. Praeterea cornua quoque lineam orbe quasi contornant circa infimas partes singulis annis, vt in capris patet ouibusque & bobus. Dens autem ille laeuis plane est ea ipsa parte, qua excrescit, & nisi quid mutilet eum, talis permanet semper: lapideae enim materiae naturaeque est particeps. Praeterea certe solis bifidae vngulae animalibus competit vt cornua ferant: animal vero hoc quinque est vnguium, multumque basin pedis habet diuisam, quae eo, quod constrictis membrana vngulis continuetur, in molli quasi loco consistit. Quin & natura in cornutis animalibus omnibus perforata [interius] ossa supponens, [ossibus] illis exterius corneam materiam circumfundit: at Elephantorum [ebur] plenum, & omni parte sibi simile [eadem] format: si tamen aliquis penitius rimetur, in medio tenuem canaliculum eam, perinde ac in dentibus fit, perrepere inueniet. Sunt autem palustrium elephantorum dentes liuidi, rari, neque tractari artificum industria possunt. Passim enim sub illis cauitates quaedam latent, passim & tubercula prominent, quae arti minime obtemperant. Montanorum vero minores quidem quam isti, candidissimi sunt tamen, nec quicquam in iis artem impedit. Optimi

καὶ μὴ, ὅπερ οἱ ὀδόντες, ἐκπίπτειν, εἶτα φύεσθαι. ἐγὼ δ' ὃ προσδέχομαι τὸν λόγον· κέρατά τε γὰρ εἰ μὴ πάντα, τά γε τῶν ἐλάφων[5] ἐκπίπτει, καὶ ἀναφύεται. ὀδόντες δὲ, οἱ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐκπεσόντα, καὶ ἀναφύσονται πάντες. ζώων δ' ἂν ὑδενὶ ἑτέρῳ χαυλιόδους ἂν ἢ κυνόδους[6] αὐτομάτως ἐκπέσοι, ὐδ' ἂν ἐπαγέλθοι ἐκπεσών· ὅπλα γὰρ ἕνεκα ἡ φύσις ἐμβιβάζει αὐτὰς ἐς τὰς γένυς. καὶ ἄλλως τὰ κέρατα γραμμὴν ἀποτορνεύει κύκλῳ πρὸς τῇ ῥίζῃ κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, ὡς αἶγές τε δηλοῦσι, καὶ πρόβατα, καὶ βόες. ὀδὰς δὲ λεῖος ἐκφύεται, καὶ ἢν μὴ πηρώσῃ τι αὐτὸν, τοιόσδε ἀεὶ μένει· μετέχει γὰρ τῆς λιθώδους ὕλης τε καὶ ὐσίας. καὶ μὴν καὶ τὸ κερασφορεῖν περὶ τὰ δίχηλα τῶν ζώων μόνα ἔσχηκε· τὸ δὲ ζῶον τοῦτο πεντώνυχον[7] καὶ πολυσχιδὲς[8] τὴν βάσιν, ἢ διὰ τὸ ἐσφίχθαι χηλαῖς, ὥσπερ ἐν ὑγρῷ[9] ἔσχηκε. καὶ τοῖς μὲν κερασφόροις ἅπασιν ὑποβάλλουσα ἡ φύσις ὀστᾶ σηραγγώδη[10], περιφύει τὸ κέρας ἔξωθεν· τὸ δὲ τῶν ἐλεφάντων πλῆρες ἀποφαίνει καὶ ὅμοιον· ἀναπλύξαντι δὲ σύριγξ αὐτὸ λεπτὴ διέρπει μέσον, ὥσπερ τοὺς ὀδόντας. εἰσὶ δὲ οἱ μὲν τῶν ἐλείων ὀδόντες πελιδνοὶ καὶ μανοὶ, μεταχειρίσασθαί τε[11] ἄτοποι. πολλαχῇ μὲν γὰρ αὐτῶν ὑποδεδύκασι σήραγγες, πολλαχῇ δὲ ἀνεστᾶσι χάλαζαι, μὴ ξυσχωρῆσαι τῇ τέχνῃ. οἱ δὲ τῶν ὀρείων, μείους μὲν ἢ ἔστι, λευκοὶ γ' ἱκανῶς, καὶ δύσεργον περὶ αὐτοὺς ὐδέν. ἄριστοι δὲ οἱ

5 ἐλάφων] ita pro ἐλεφάντων rescribi sensus postulabat, suffragabantur omnes codd. nostri. Sensus autem iste: falsum esse praesuppositum, quo nitatur argumentum Iubae; quasi dentes excidant, non cornua. Nam & cornua quaedam animantia, ceruos nempe, quod omnibus notissimum, amittere, & dentes omnes animalibus non excidere: vt adeo siue excidant elephantini dentes siue minus, ex eo concludi non possit, an sint cornua an non sint.

6 χαυλ. καὶ κυνόδους] χαυλιόδους est dens, qui extra os prominet vt in apris & elephantis. vid. Suidas pro κυνόδους pessime priores editiones συνόδους habebant, quod significat dentes vno osse coniunctos habentem, & ab hoc loco plane est alienum. Κυνόδους MSS. omnes. Quid vero sit κυνόδους, luculenter Pollux p.m.91 explicat: οἱ δὲ ἑκατέρωθεν ἑκατέρᾳ τῇ σιαγόνι δύο, κυνόδοντες, διὰ τὴν ὀξύτητα, ὡς τοῖς τῶν κυνῶν προσεοικότες. Plinius quoque *a canibus cognominatos* dicit, eos geminos in dextera parte *fortunae blandimenta polliceri* addens. H. N. l. VII, 15. quod ex eodem repetit Solin. Polyh. c. I. p. 7. Male autem doctiss. Bochartus l. c. p. 254 reprehendit Philostratum, quasi dixerit *homini soli dentes decidere, eum idem equo, mulo & asino contingere affirmet Aristoteles* Hist. anim. II, 1. Certe non hoc, quod vult vir doctus, Philostratus dixit, verum: In SOLO *homine OMNES qui excidant* dentes, redire, *ceterorum autem animantium nulli illos qui prominent*, sicut in apris, *vel etiam caninos*, excussos restitui. Fefellit virum doctum festinantem, quod particulam OMNES omiserint interpretes, neque sequentia ipse consuluerit.

7 πεντώνυχον] πενταδάκτυλον planius Aristot. Hist. anim. II, 1, qui l. III, 9 de elephante differte: ἔστος δὲ καὶ δακτύλους ἀσχίσας &c. καὶ ὄνυχας ὅλως οὐκ ἔχει. Similiterque Plin. l. XI. sect. 101 elephanti digitos vngulis haut *vnguibus similes* ait. δακτύλους quoque non ὄνυχας *quinque* elephanto tribuit Aelian. IV, 31. nec nostro alia sententia: ὄνυχες nempe ipsi *digitos* significant. Mox χηλὰς appellat.

8 πολυσχιδὲς] hoc quoque minus recte dictum poterat videri, habet enim elephas quinque *digitos* quidem, sed vt Aristot. III, 9 dicit, ἀσχίσας καὶ ῥέπια διηρθρωμένης, quod Plinius l. c. vertit: *indiuisos ac leuiter discretos*. Facile tamen cum Aristotele Philostratus conciliatur, nempe ζῶον πολυσχιδὲς τὴν βάσιν hic elephantum dicit, quod digiti distincte appareant; ἀσχίσας Aristoteles δακτύλους vocat, quod, vtut a se distincti sint nec vnam massam indiscretam constituant, pelle tamen quadam cohaereant & coniungantur, id quod & noster in sqq. docet.

9 ὲν ὑγρῷ ἔσχηκε] ὑγρὸν non tantum ξηρῷ opponi *humidumque* notare, verum & *molle* significare, notum. Sensus autem hic est: Elephantos pedum digitos habere coniunctos, cute infra eos enata, hocque est, quod Aelianus dicit, de anim IV, 31; habere elephantos δακτύλους ὑποφαλιοντας ἐφύσεις; huic vero cuti dum inhaerent digiti, adeoque pedes ipsi eorum, ἐν ὑγρῷ ἰσχνέσθαι videntur.

10 σηραγγώδη] editi συραγγώδη. Emendationem nostram sequentia firmant.

11 μεταχειρίσασθαί τε] sic MSS. nostri, melius quam edi, qui habent μεταχειρίζεσθαι δέ.

δὲ οἱ

δὲ οἱ τῶν πεδινῶν ὀδόντες, μέγιστοί τε γὰρ καὶ λευκότατοι, καὶ ἀναπ]ύξαι ῥᾴδιοι, καὶ γίγνονται πᾶν ὅ, τι ἐθέλῃ ἡ χάρ. εἰ δὲ καὶ ἤθη ἐλεφάντων χρὴ ἀναγράφειν, τὸς μὲν ἐκ τῶν ἑλῶν ἁλισκομένους ἀνοήτους ἡγῆνται καὶ κύφους Ινδοί. τὸς δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν κακοήθεις τε καὶ ἐπιβουλευτὰς, καὶ, ἢν μὴ δέωνταί τινος, ἀβεβαίους τοῖς ἀνθρώποις. οἱ πεδινοὶ δὲ χρηστοί τε εἶναι λέγονται καὶ εὐάγωγοι[12], καὶ μιμήσεως ἐρασταί· γράφουσι γῆν[13], καὶ ὀρχοῦνται, καὶ παρενσαλεύουσι πρὸς αὐλὸν[14], καὶ πηδῶσιν ἀπὸ τῆς γῆς ἐκεῖνοι[15].

vero campestrium habentur dentes, maximi enim sunt, & candoris summi, facileque detornantur, atque omnes quas manus voluerit formas assumunt. Si porro ingenia etiam elephantorum istorum describere necesse sit, stupido esse atque leui eos qui in paludibus capiuntur, Indi putant. Montanos vero peruerso & insidioso, & nisi alicuius rei indigeant, minime hominibus fido. Campestres bonae frugis esse perhibent, & tractabiles, disciplinaeque capaces. Scribunt igitur, saltantque, & ad fistulae sonitum motus edunt atque e terra subsiliunt.

Ἰδὼν δὲ τὸς ἐλέφαντας ὁ Απολλώνιος τὸν Ινδὸν περαιωμένους, ἦσαν δέ, οἶμαι, τριάκοντα, καὶ χρωμένους ἡγεμόνι τῷ μικροτάτῳ σφῶν[1], καὶ τὸς μείζους αὐτῶν ἀνειληφότας τὸς αὐτῶν πώλους[2] ἐπὶ τὰς τῶν ὀδόντων προβολὰς, τάς τε προνομαίας ἐπεζευχότας δεσμῷ ἑνεκα· ταῦτα μέν, ἔφη, ὦ Δάμι, ἀδὲ ἐπιτάττοντος ἀδενὸς αὐτοῖς, ἀφ' αὐτῶν ἴστοι διὰ ξύνεσίν τε καὶ σοφίαν πράττουσι. καὶ ὁρᾷς ὡς παραπλησίως τοῖς σκευαγωγοῦσιν ἀνειλήφασι τὸς πώλους, καὶ καταδησάμενοι αὐτὸς ἄγουσιν; ὁρῶ, ἔφη, ὦ Απολλώνιε, ὡς σοφῶς τε αὐτὸ καὶ ξυνετῶς πράττουσι· τί ἂν βούλεται τὸ εὐηθες ἐκεῖνο φρόντισμα τοῖς ἐρεσχελοῦσι, φυσικὴν, ἢ μὴ, τὴν πρὸς τέκνα εὔνοιαν εἶναι; τυτὶ γὰρ καὶ ἐλέφαντες ἤδη βοῶσιν, ὡς παρὰ τῆς φύσεως αὐτοῖς ἥκει. ἃ γὰρ δὴ παρὰ ἀνθρώπων[3] γε μεμαθήκασιν αὐτὰ, ὥσπερ τὰ ἄλλα, οἵ γε μηδὲ ξυμβεβιώκασί πω ἀνθρώποις· ἀλλὰ φύσει κεκτημένοι τὸ φιλεῖν ἃ ἔτεκον, προκήδονταί τε αὐτῶν καὶ παιδοτροφοῦσι. καὶ μή τὸς ἐλέφαντας εἴπῃς, ὦ Δαμι· τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον δεύτερον ἀνθρώπου[4] τάττω κατὰ ξύνεσίν τε καὶ βελάς· ἀλλὰ τὰς τε ἄρκτους ἐνθυμοῦμαι μᾶλλον, ὡς, ἀγελώταται θηρίων[5] ὄσαι, πάνθ' ὑπὲρ τῶν σκύμνων πράττουσι· τὸς τε λύκους, ὡς, ἀεὶ προσκείμενοι τῷ ἁρπάζειν, ἡ μὲν θήλεια φυλάττει ἃ ἔτεκεν, ὁ δὲ ἄρρην ὑπὲρ σω-

Videns porro Apollonius elephantos Indum fluuium transire, erant autem vt puto numero triginta, duceque vti eo, qui minimus esset ipsorum: maiores item super dentibus prominentibus vitulos gestare, proboscide tanquam vinculo ipsos constringentes; haec, dixit, o Dami, nemine iubente, ipsi sponte, pro sua prudentia atque sapientia, faciunt. Videsque vt sarcinarum vectores imitati, suos susciplant vitulos, eosque vinculis constrictos gerant? Video, o Apolloni, respondit Damis, quam prudenter & docte id praestent. Quid igitur sibi vult insana disceptatio illa cauillatorum quorundum, naturalisne sit, an non, erga filios beneuolentia? Certe enim elephanti etiam clamant a natura eam ipsis obtigisse. Sane enim ab hominibus ista sicut alia quaedam non didicere illi, qui nunquam inter homines vixerunt: sed a natura edocti vt ament foetus, propterea illis prospiciunt, eosque nutriunt. Nec elephantos [Apollonius inquit] duntaxat alleges, o Dami, huic enim animali secundum ab homine locum tribuo, prudentiae atque consulendi facultatis habita ratione. Magis enim animum meum vrsae obuersantur, quae, cum feritate ceteras beluas superent omnes, pro catulis tamen nihil non faciunt. Lupi itidem, vt, rapinis semper intenti cum sint, femina quidem partus custodiat, mas autem pro catulorum sa-

12 εὐαγωγοι] sic Aelian. II, 11 πρᾴοτατον animal ait καὶ εὐάγωγον. Et paulo post ἄγεται ῥᾳδίως εἰς ἅ τις θέλει.

13 γράφουσι] litteras *Graecas*, Muciano autore, Elephantum pinxisse narrat Plin. H. N. l. VIII, 3. *latine* scribentem se ipsum vidisse dicit Aelian. II, 11. fin.

14 ὀρχοῦνται καὶ παρενσαλεύ. πρ. αὐλὸν] Aelian. l. c. βαίνειν πρὸς ῥυθμὸν, καὶ αὐλκμίσεις ἀκούειν. Imo & pedum motu harmonicos inter saltandum sonos edere, & alia multa eius generis dicit. adde Plin. VIII, 2.

15 πηδῶσιν ἀπὸ τ. γῆς] *lasciuiente pyrriche colludere* Plin. l. c.

CAP. XIV. 1 τῷ μικροτάτῳ σφῶν] *ne scilicet maiorum ingressu atterente alueum, crescat gurgitis altitudo.* Plin. H. N. l. VIII, 5. adde Plutarch. de Solert. anim. p. 968. Aelian. VII, 15. & nostrum inf. c. 15. vbi & de contrario, quem alias in itinere obseruant, ordine.

2 ἀνειληφ. τὸς αὐτῶν πώλους] Plin. H. N. l. VIII, 1 *vitulorum fatigatos prae se ferentes.* adde Aelian. VII, 15.

3 παρὰ ἀνθρώπων] sic MSS. nostri omnes, male editi περὶ ἀνθρώπων.

4 δεύτερον ἀνθρώπου] cod. Vatic. alter & Vrbinas habent δεύτερον παρ' ἀνθρώπου.

5 τὰς τε ἄρκτους ἐνθ. μᾶλλον, ὡς ἀγριώταται θηρίων] *Vrsas* nominat, non ὕρσους. Sic & Plutarch. περὶ Φιλοστοργ. ἡ δὲ ἄρκτος ἀγριώτατον καὶ σκυθρωπότατον τῶν θηρίων. Nempe in Vrsorum genere femina ferocior. v. Aristot. Hist. anim. IX, 1. Plinum II, 49. & plura ap. Bochart. Hieroz. P. I. l. III. c. IX. p. 814. vbi de cura earum circa catulos.

lute

lute cibos ad ipsam deferat. Pantherae porro, quae propter caliditatem matres fieri impense gestiunt, atque tunc in mares quoque imperium exercere, & principatum in familia gerere incipiunt velle: hi vero, quicquid faciant illae, ferunt patienter, propter catulorum amorem. De leaenis item fertur sermone, ipsas in sui amorem pardos trahere, eosque in leonum cubilibus admittere in locis campestribus. Partus vero tempore appropinquante, ad montes confugiunt, & pardorum more maculosos pariunt catulos, vnde in arbustis varia diuerticula habentibus eos occultant & lactant, simulantes venationis causa a maribus se abesse. Leones enim si hoc animaduerterint, lacerant catulos, istamque, tanquam adulteram, dilaniant sobolem. Incidisti haut dubie in Homericorum quoque leonum aliquem, vt pro suis catulis toruum tueatur, & vires ad praelium colligat. Tigrim quoque, quae saeuissimum est animal, aiunt in hac regione circa rubrum mare ad naues procedere, catulos repetentem, illisque receptis cum gaudio abire: si soluta naue discesserint autem, eam in littore vlulare, quandoque etiam mori. Auium vero quis ignorat mores? vt aquilae nempe & ciconiae nidos extruere haut soleant, nisi lapidibus prius iisdem impactis, aetite ab ista, ab illa vero lychnite, ouorum excludendorum causa, & ne serpentes

τηρίας τῶν σκυλάκων ἀπάγει αὐτῇ σῖτον. τὰς τε παρδάλεις ὡσαύτως· αἱ διὰ θερμότητα χαίρουσι τῷ γίγνεσθαι μητέρες· δεσπόζειν γὰρ δὴ τότε βάλονται τῶν ἀρρένων[6], καὶ τὸ οἴκου ἄρχειν· οἱ δὲ ἀνέχονται τὸ ἐξ αὐτῶν πᾶν, ἡττώμενοι τῷ τόκῳ. λέγεται δέ τις καὶ περὶ τῶν λεαίνων λόγος, ὡς ἐρασθεὶς μὲν ποιῶνται τὰς παρδάλεις[7], καὶ δέχονται αὐτὰς ἐπὶ τὰς εὐνὰς τῶν λεόντων, ἐς τὰ πεδία. τῆς δὲ γαστρὸς ὥραν ἀγούσης ἀναφεύγουσιν ἐς τὰ ὄρη, καὶ τὰ τῶν παρδάλεων ἤθη ἕκτα τίκτουσιν[8], ὅθεν κρύπτουσιν αὐτά, καὶ θηλάζουσιν ἐν σκολιαῖς λοχμαῖς, πλασάμεναι ἀφημερεύειν πρὸς θήραν. εἰ γὰρ φωράσειαν τυτὶ οἱ λέοντες[9], διασπῶνται τὰς σκύμνας, καὶ ξαίνουσι τὴν σποράν, ὡς νόθον. ἐνέτυχες δήπου καὶ τῶν Ομηρείων λεόντων[10] ἑνί, ὡς ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ σκύμνων δεινὸν βλέπει, καὶ ῥώννυσιν ἑαυτὸν μάχης ἅπτεσθαι. καὶ τίγριν τε, χαλεπωτάτην θῆραν[11], φασὶν ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ καὶ περὶ τὴν θάλατταν τὴν ἐρυθρὰν ἐπὶ τὰς ναῦς ἴεσθαι[12], τὰς σκύμνας ἀπαιτοῦσαν, καὶ ἀπολαβοῦσαν μὲν ἀπιέναι χαίρουσαν· εἰ δὲ ἀποπλεύσειεν, ὠρύεσθαι αὐτὴν πρὸς τῇ θαλάττῃ, καὶ ἀποθνήσκειν ἐνίοτε. τὰ δὲ τῶν ὀρνίθων τίς ἂν οἶδεν; ὡς ἀετοὶ μὲν καὶ πελαργοὶ καλιὰς ἂν ἂν πήξαιντο, μὴ πρότερον αὐταῖς ἐναρμόσαντες; ὁ μὲν τὸν ἀετίτην λίθον[13], ὁ δὲ τὸν λυχνίτην[14]; ὑπὲρ τῆς ὠογονίας[15]; καὶ τοῦ μὴ πελάζειν σφίσι

---

6 δεσπόζειν γὰρ δὴ τότε βάλονται τῶν ἀρρένων] nempe alias quoque maribus fortiores: Plin. l. XI. sect. 3, *Mares in omni genere fortiores praeterquam in pantheris & vrsis.* Sic & Aristot. de animal. IX, 1. Aelianus IV, 48.

7 ἐρασθεὶς ποιῶνται τὰς παρδάλεις] adde Plin. VIII, 17. Claudianum Panegyri in Manlii Theodori Consulatum v. 302. sqq.

8 ἕκτα τίκτουσι] Claudian. l. c.

Hi maculis patres referunt & robore matres.

Tales autem foetus *pardos* antiqui, recentiores *Leopardos* vocant.

9 εἰ γὰρ φωράσειαν τυτὶ οἱ λέοντες] impatiens nempe huius iniuriae leo: Plin. VIII, 17. de leaenis: *magna iis libido coitus & ob hoc maribus irae:* & de adultero hoc speciatim concubitu: *Odore pardi coitum sentit in adultera leo, totaque vi consurgit in poenam.*

10 τῶν Ομηρείων λεόντων] qualis describitur Il. P'. v. 133. sqq.

11 χαλεπωτάτην θῆραν] de Indiae tigribus, equi magnitudine, leone & elephanto virtute superioribus, vid. ex Megasthene Strabonem l. XV. p. 703, & ex Nearcho Arrianum Indic. p. 537. Ceterum hic paulo aliter distinguendum duximus quam in prioribus editionibus, qui neglecta post θῆραν ὑποστιγμῇ post χώρᾳ eam ponebant.

12 ἐπὶ τὰς ναῦς ἴεσθαι] non illum esse puto sensum quem priores interpretes exhibebant, quod natando superato mari ipsas naues persequantur & conscendant, sed quod accedant quousque licet, raptorem ad nauem properantem persequentes: vid. Mela III, 5, & magis ad rem faciens Plinius VIII, 25. *Raptor appropinquante fremitu abiicit vnum e catulis. Tollit illa morsu, & pondere etiam ocyor facta remeat, iterumque consequitur, ac subinde, donec in nauim regresso irrita feritas, saeuit in littore.* Adde Solin. c. 17. p. 27.

13 ἀετίτης] vid. Bochart. Hieroz. P. II. l. II. c. 27. p. 312. qui Lapidem illum in Euphrate gigni obseruauit ex Chrysermo apud Stobaeum: addere potuerat Plutarchum in lib de fluuiis; vbi de *Euphrate*, ibi enim pro ἀσιγὴς ἀετίτης legendum, vt obseruatum Mauffaco. In ventre aquilarum hunc lapidem etiam inueniri dicit Sextus: non natum ibi atque inde in nido depositum, sed vt recte Horus l. II. c. 46. e terra sublatum vel *mari*, quod vltimum tamen vt fieri possit non capio.

14 λυχνίτης] de hoc quoque lapide fuse Bochart. P. II. l. V. c. 8. p. 710. & l. II. c. 29. p. 328. Hoc obseruandum erat, candidum marmor ex Paro quoque λυχνίτην dici apud Plin. H. N. l. XXXVI, 4. & λίθον λυχνία ap. Athenaeum l. V. p. 205. *quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur.* Sed de quo hic agitur *lychnites* ex genere est ardentium gemmarum, praestantissimusque in Indis est; quibusdam *remissior carbunculus* vocatus. vid. Plin. H. N. XXXVII, 29. *Lychnitem* in Hydaspe fluuio inueniri, Plutarch. obseruat de fluuiis; ad quem locum videndus Mauffacus, vbi *lychnitem* a *selenita* diuersum esse contra Eustathium docet, & quo differat ostendit. Ibidem & distinctos esse cupit *lychnitem* & *Lychnin.* Sed falli videtur, vt idem enim σίριτις & συρῖτης, κοχλὶς & κοχλίτης, lapides, ita & λυχνὶς & λυχνίτης. Λυχνεὺς idem vocatur & λυχνιαῖος, & λυχνῖτις & λύχνης. vid. Salmas. ad Sol. p. 777. Cum *Asterio* perperam confundi ostendit idem Salmas. ad Solin. p. 531, qui de *lychnitae* natura fuse disputauit p. 777. Sed & differt *lychnites*, prout vulgo describitur, ab eo, quem l. c. Plutarchus in Hydaspe inueniri dicit; hunc enim ἐλαιώδη τῇ χρόᾳ dicit & ζεσὸν, cum vulgo *lychnites* inter ardentes gemmas referatur, purpuramque & coccum referre colore dicatur Λευκόπυρσον tamen colore memorat Pisidas de mundi opificio.

15 ὑπὲρ τῆς ὠογονίας] hoc ad aetitem pertinet. Certe inde esse videtur, quod partus promouendi causa parturien-

τὰς ὄφεις[16]. κἂν τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ σκοπῶμεν, τὰς μὲν[17] δελφῖνας οὐκ ἂν θαυμάσαιμεν, εἰ, χρησοὶ ὄντες, φιλοξενοῦσι· φαλλαίνας[18] δὲ, καὶ φώκας, καὶ τὰ ζωοκόνα ἔθνη[19], πῶς οὐ θαυμασόμεθα; εἰ φώκη μέν, ἣν εἶδον ἐγὼ ἐν Αἰγαῖς καθειργμένην ἐς κυνήγια[20], ἔτως ἐπένθησεν ἀποθανόντα τὸν σκύμνον, ὃν ἐν τῷ οἰκίσκῳ ἀπεκύησεν, ὡς μὴ προσδέξασθαι τροφὴν ἡμερῶν σῖτον, καί τοι βορωτάτη θηρίων ὅσα. φάλλαινα δὲ ἐς τὰς κοιλίας τῆς φάρυγγος ἀναλαμβάνει τὰς σκύμνας, ἐπειδὴ φεύγῃ τι ἑαυτῆς μεῖζον. καὶ ἔχιδνα ὤφθη ποτὲ τὰς ὄφεις, ἃς ἀπέτεκε, λιχμωμένη, καὶ θεραπεύουσα ἐκείνας τῇ γλώττῃ. μὴ γὰρ δεχώμεθα, ὦ Δάμι, τὸν εὐήθη λόγον[21], ὡς ἀμήτορες οἱ τῶν ἐχιδνῶν τίκτονται. τετὶ γὰρ οὐδὲ ἡ φύσις ξυγκεχώρηκεν, ἔτε ἡ πεῖρα. ὑπολαβὼν οὖν ὁ Δάμις, ξυγχωρεῖς οὖν, ἔφη, τὸν Εὐριπίδην ἐπαινεῖν ἐπὶ τῷ Ἰαμβείῳ τούτῳ, ὃ πεποίηται[22] αὐτῷ ἡ Ἀνδρομάχη λέγουσα[23],

— πᾶσι δ' ἀνθρώποις ἄρ' ἦν
ψυχὴ τέκν'. — —

ξυγχωρῶ, ἔφη, σοφῶς γὰρ καὶ δαιμονίως εἴρηται· πολλῷ δ' ἂν σοφώτερόν τε καὶ ἀληθέστερον εἶχεν, εἰ περὶ πάντων ζώων ὑμνοῖτο. ἔοικας, ἔφη, Ἀπολλώνιε, μεταγράφειν τὸ ἰαμβεῖον, ἵν' ἔτως ᾄδοιμεν,

— πᾶσι δὲ ζώοις ἄρ' ἦν
ψυχὴ τέκν'. — —

καὶ ἕπομαί σοι, βέλτιον γάρ.

ipsis appropinquent. Quod si maritimas etiam beluas consideremus, delphinos quidem non multum mirabimur, quod, cum alias quoque benignissimae sint indolis, foetuum suorum sint amantissimi: balaenas vero & phocas, & infestae indolis genera, quomodo non mirabimur? si phoca, quam in Aegis vidi asseruatam ad venatum, mortuum catulum, quem in cauea pepererat, ita luxit, vt triduo a cibis abstinuerit, quamuis omnium beluarum sit voracissima. Balaena autem faucium latebris catulos abscondit, si quando fugiat quid, contra quod tueri illos nequeat. Vipera etiam visa est serpentes, quos pepererat, lambere, linguaque eisdem cultum procurare. Absit enim, o Dami, vt assentiamus absurdae fabulae, quasi matribus orbi viperarum pulli nascantur. Neque enim ei rei natura, neque experientia suffragatur. Tum Damis respondens, pateris igitur, inquit, laudari Euripidem ob Iambicum istud, quod fingitur ei ab Andromacha prolatum:

— *hominibus nempe omnibus*
In liberis vita est.

Patior, respondebat Apollonius, scite enim sapienterque dictum est: verum sapientius veriusque dixisset, si de omnibus animalibus ita cecinisset. Videris igitur, inquiebat Damis, iambicum illud immutatum cupere, vt ita canamus:

— *omnibus viuentibus*
In liberis vita est.

in quo ego tibi assentior, melius est enim.

---

tibus hic lapis fuerit in vsu, & etiamnum quibusdam pro sua superstitione sit. vid. Bochart. l. c.

16 τὸ μὴ πελάζειν σφίσι τὰς ὄφεις] hoc ad *lychnitem* atque ciconias pertinet, quorum aliud σοφὸν ἕυρημα contra vespertiliones, huic non dissimile, narrat Aelianus de Animal. I, 37.

17 τὰς μὲν δελφ.] sic rescripsi sensu postulante, nec tamen sine MSS. fide. editi habent τὰς δέ. Ceterum de delphinorum *in partum charitate* Plin. H. N. IX, 7. Aelian. I, 18. & Arist. IX, 48. plura Bochart. P. I. l. I. de anim. c. VII. p. 46. sq.

18 φαλλαίνας] magnus Bochartus l. c. hic & paulo inferius φωκαίνας legi volebat. Obstat ei quod manifeste de distinctarum specierum femellis agatur, & vbi τῆς φώκης luctum exposuisset, addat φάλλαινα δὲ, aduersante particula luculenter indicans de alio animali sibi sermonem esse. At inquit vir magnus, *si de balaena hic res est, quomodo catulos suos in faucibus abscondere dicitur, maioris beluae metu?* Nodus facillime soluendus. Nempe cum dicitur φίνγειν τι ἑαυτῆς μεῖζον, non intelligitur necessario bestia mole maior, sed vel animal vel συμφορὰ, contra quam tueri catulos non possit. MSS. nostri constanter habent φαλλαίνας. Ceterum de φιλοσοφίαις horum quoque animantium plura l. c. Bochartus collegit.

19 ζωοκόνα ἔθνη] vox ἔθνη de animalibus passim vsurpatur, canibus inprimis. vide notata inf. l. III. c. 2. n. 4. & vit. Sophist. *Polemone*. Editi male ζωοτόκα, quod ab h. l. alienum. Nempe ζωοκτόνα hic opponuntur χρησοῖς, vt solide me coniecisse confidam.

20 καθειργμένην εἰς κυνήγια] ad venatum cum canibus quomodo? nempe phoca animal est, quod in terra quoque viuere mouerique solet. Aristot. Hist. anim. VI, 11 καθεύδει καὶ τίκτει ἐν τῇ γῇ, πρὸς τοῖς αἰγιαλοῖς δὲ, ὡς ἕσα τῶν πεζῶν. Imo & Homer. Odyss. Δ'. v. 403 eos somnum capere dicit ὑπὸ σπέεσι γλαφυροῖσι. Et Callimach. Hymn. in Delum v. 243 ἐπὶ σπιλάδεσσιν ἐρήμοις, in desertis specubus parere eas ait. Inque eis tredecim dies cum recens natis liberis morari dicit Oppian. Αλιευτ. l. I. v. 690. sq.

21 τὸν εὐήθη λόγον] Herodoto lib. III. p. 205. fabula deberi videtur, quasi viperarum pulli matrem in partu enecent. Saltem eum pro autore habuisse eiusdem videtur Aelianus de Animal. XV, 16. post eum auide ceteri arripuere, Arist. l. V. Hist. anim. c. 29. Plin. H. N. X, 82. &c. Aelianus quoque narrauit I, 24. sed tamen XV, 16. nihil eius rei se credere ait, vbi & paulo aliter hanc fabulam exponentem Theophrastum fistit. Eandem ex recentioribus explosuere Aldrouandus p. 125. & nuperrime inter Gallos celebris Charasius in iis, quae de viperis commentatus est. p. 125.

22 ὃ πεποίηται] priores editiones ὦ. Variant MSS. Praetulimus ὅ. Nempe non fingitur *in iambo* illo Andromache aliquid dixisse: lectioque editorum tum demum locum habere posset, si iste iambi sensus esset: *Andromache ista vel alia verba protulit.* Sed *iambum* dixisse fingitur, illeque tanquam oratio eius profertur.

23 ἡ Ἀνδρομάχη λέγουσα] locus extat in Andromach. v. 418.

At il-

Cap. XV. At illud quaeso doce: nonne orationis initio diximus, sapientiam esse in elephantis, prudentiamque in iis quae faciunt? Atque ita quidem, respondit, merito statuimus: nisi enim prudentia hoc animal gubernaret, neque ipsum posset subsistere, neque gentes in quibus versatur. Cur igitur, aiebat Damis, tam imprudenter, neque vllo emolumento suo fluuii traiectum instituunt? Praecedit enim, vt vides, omnium minimus, ipsum vero sequitur paulo maior, postea alius isto maior, ita vt eorum maximi in postremis sint omnes. At contrario potius ordine erat incedendum, fasque erat, vt maiores veluti muros quosdam & propugnacula sibi constituerent. Verum, o Dami, regerebat ille, primum quidem videntur insequentes fugere homines, qui forte nobis occurrent, illorum vestigiis inhaerentes. Oportebat igitur contra insequentes hostes a tergo muniri maxime, sicut in bellis, hancque adeo beluam aciei seruantissimam esse putabis. Traiectus praeterea, si maximi flumen transmisissent priores, argumentum haut praebuisset, an omnes aquam possint superare. Illis enim facilis atque expeditus fuisset transitus, cum sint altitudinis maioris: his vero difficilis atque impossibilis, supra aquam non eminentibus. Sed minimus, vbi transierit, nihil difficultatis esse ceteris quoque, indicio est Praeterea, maiores si ante ceteros flumen ingrediantur, alueum magis depressum redderent minoribus. Necesse enim est subsidere limum, ita vt voragines formentur, propter beluae pondus pariter & pedum crassitiem. Minores vero maiorum traiectui nihil offecerint, vt qui magnas adeo voragines non efficiant.

Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν εἰπὲ, ὅκ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων ἔφαμεν σοφίαν εἶναι περὶ τὰς ἐλέφαντας, καὶ νῶν περὶ ἃ πράττυσι; καὶ εἰκότως εἶπεν, ὦ Δάμι, ἔφαμεν· εἰ γὰρ μὴ νῶς ἐκυβέρνα τόδε τὸ θηρίον, ὅτ' ἂν αὐτὸ διεγίγνετο, ὅτ' ἂν τὰ ἔθνη ἐν οἷς γίγνεται[1]. τί ἄν, ἔφη, ὅτως ἀμαθῶς, καὶ ὃ πρὸς τὸ χρήσιμον ἑαυτοῖς τὴν διάβασιν ποιῆνται; ἡγεῖται μὲν γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ὁ μικρότατος, ἕπεται δὲ αὐτῶν τις ὀλίγον μείζων, εἶτα ὑπὲρ τοῦτον[2] ἕτερος, καὶ οἱ μέγιστοι κατόπιν πάντες. ἔδει δέ πᾳ τὸν ἐναντίον τρόπον αὐτοὺς πορεύεσθαι, καὶ τοὺς μεγίστους τείχη καὶ προβλήματα ἑαυτῶν ποιεῖσθαι. ἀλλ', ὦ Δάμι, ἔφη, πρῶτον μὲν ὑποφεύγειν ἐοίκασι δίωξιν ἀνθρώπων, οἷς πᾳ καὶ ἐντευξόμεθα, ἑπομένοις τῷ ἴχνει. πρὸς δὲ τοὺς ἐπικειμένους ἔδει τὰ κατὰ νῶτα πεφράχθαι μᾶλλον, ὥσπερ ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ τοῦτο τακτικώτατον ἡγοῦ τῶν θηρίων. ἔπειτα ἡ διάβασις, εἰ μὲν προδιέβαινον οἱ μέγιστοι σφῶν, ὅπῳ τεκμαίρεσθαι παρεῖχεν ἂν[3] τοῦ ὕδατος εἰ διαβήσονται πάντες. τοῖς μὲν γὰρ εὔπορός τε καὶ ῥᾴδια ἡ περαίωσις, ὑψηλοτάτοις ὄσι· τοῖς δὲ χαλεπή τε καὶ ἄπορος, μὴ ὑπεραίρουσι τοῦ ῥεύματος. διελθὼν δὲ ὁ σμικρότατος, τὸ ἄλυπον ἤδη καὶ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνεύει. καὶ ἄλλως[4], οἱ μὲν μείζους προσμβαίνοντες, κοιλότερον ἂν τὸν ποταμὸν ἀποφαίνοιεν τοῖς σμικροῖς. ἀνάγκη γὰρ συνιζάνειν τὴν ἰλὺν ἐς βόθρους, διά τε βαρύτητα τοῦ θηρίου, διά τε παχύτητα τῶν ποδῶν[5]. οἱ δ' ἐλάττους ὀδὲν ἂν βλάπτοιεν τὴν τῶν μειζόνων διαπορείαν, ἧττον ἐμβοθρεύοντες.

Cap. XVI. Ego autem in Iubae scriptis inueni, vt in venationibus quoque sibi mutuo ferant auxilium, atque pro illo, qui defecerit, pugnent, & postquam tela extraxerint,

Ἐγὼ δὲ εὗρον ἐν τοῖς Ἰόβα λόγοις[1], ὡς καὶ ξυλλαμβάνουσιν ἀλλήλοις[2] ἐν τῇ θήρᾳ, καὶ προΐσανται τοῦ ἀπειπόντος[3], κἂν ἐξέλωνται αὐτὸν[4], τὸ

CAP. XV. 1 ὅτ' ἂν τὰ ἔθνη &c.] nempe cum tanta animalis vis sit atque robur, crudelitate saeuiens omnia euastaturum erat & perditurum, vt adeo gentes in quibus est subsistere non possent.

2 ὑπὲρ τοῦτον] sic MSS. omnes. Morellus & Aldus scripsere ὑπὸ τούτων. quod nullum commodum sensum fundit.

3 ὅπῳ τεκμαίρεσθαι παρεῖχεν] pro παρεῖχεν rescribendum esse παρεῖχεν iam viderat Morell. τεκμαίρεσθαι παρεῖχεν idem est, quod παρεῖχε τεκμήριον. Post παρεῖχεν ἄν aurem comma posui, quod omissum in prioribus, itidem aliquantum perturbationis afferebat. Cetera huc facit Plutarchi locus de solert. animal. p. 968, quem ex phraseologiae similitudine ob oculos habuisse Philostratum puto. προδιαβαίνει inquit, ἐπιδὰς ἑαυτὸν ὁ νεώτατος, καὶ μικρώτατος. οἱ δὲ ἰσῶτες ἀποθαμβοῦσιν, ὡς ἀνίκητος ὑπεραίρει τῷ μεγέθει τὸ ῥεῦμα, πολλὴν τοῖς μείζοσι περισκίαν πρὸς τὸ θαρρεῖν τῆς ἀσφαλείας οὖσαν. Vbi, vt obiter id dicam, corruptum mihi videtur οὖσαν & in παρεχόσης mutandum, vt sensus sit, ἀσφάλειαν transitus minorum, animos maioribus ad transeundum facere.

4 καὶ ἄλλως] vltimam hanc rationem alii quoque veterum reddidere. vide supra ad cap. 14. not. 1.

5 παχύτητα τῶν ποδῶν] vide s. ad cap. 13. not. 7 & 8.

CAP. XVI. 1 ἐν τ Ἰοβα λόγοις] vide s. ad c XIII.

2 ξυλλαμβάνουσιν ἀλλήλοις] Aelian. Hist. anim. VI, 56. VII, 36. vbi diligentius aciem eorum describit.

3 προΐσανται τοῦ ἀπειπόντος] ὑπὲρ αὐτοῦ μάχονται, καὶ τιτρωσκόμενοι παρόντες, φυγῇ δυσάμενοι. Aelian. VII, 14. adde VI, 56.

4 κἂν ἐξέλωνται αὐτὸν] elliptica locutio est, subintelligitur τὰ ἀκόντια vel βέλη vel tale quid. Integra phrasis habetur in hoc ipso negotio apud Aelianum VII, 45. Ἐλέφαντας ἀκὼν τῶν τετρωμένων τὰς ἀτρώτους πεφυκυίας ΕΞΑΙΡΕΙΝ καὶ ξυσὰ καὶ ἀκόντια ὡσπερεῖ χειρουργίας ἐπισήμους. Similia habes apud Plutarch. de solert. animal. p. 974. verum de aloe & medicina vulneri parata illi quidem nihil.

δάκρυον τῆς ἀλόης ἐπαλείφουσι τοῖς τραύμασι, περιεσῶτες ὥσπερ ἰατροί. πολλὰ τοιαῦτα ἐφιλοσοφεῖτο αὐτοῖς ἀφορμὰς ποιουμένοις τὰ λόγου ἄξια.

aloës lacrymas vulneribus illinant, medicorum instar circa eum consistentes. Alia eius generis multa inter se philosophabantur, occasionem arripientes ex oblatis sibi memorabilibus.

Τὰ δὲ Νεάρχῳ τε καὶ Πύθωνι[1] περὶ τοῦ Ακεσίνου[2] ποταμοῦ εἰρημένα, ὡς εἰσβάλλει[3] μὲν ἐς τὸν Ινδὸν ἔτος, τρέφει δὲ ὄφεις ἑβδομήκοντα πηχῶν μῆκος[4], τοιαῦτα εἶναί φασιν, οἷα εἴρηται. καὶ ἀνακείσθω μοι ὁ λόγος ἐς τοὺς δράκοντας[5], ὧν ὁ Δάμις ἀφηγεῖται τὴν θήραν. ἀφικόμενοι δὲ ἐπὶ τὸν Ινδὸν, καὶ πρὸς διαβάσει τοῦ ποταμοῦ ὄντες, ἤροντο τὸν Βαβυλώνιον, εἴτι τοῦ ποταμοῦ εἴδοι διαβάσεως πέρι ἐρωτῶντες. ὁ δὲ, ὅπω, ἔφη, πεπλευκέναι αὐτὸν, οὐδὲ γινώσκειν ὁπόθεν πλεῖται. τί οὖν, ἔφασαν, οὐκ ἐμισθώσω ἡγεμόνα; ὅτι ἔστιν, ἔφη, ὁ ἡγησόμενος. καὶ ἅμα ἐδείκνυ τινὰ ἐπιστολήν, ὡς τοῦτο πράξουσαν. ὅτε δὴ καὶ τὸν Ουαρδάνην τῆς τε φιλανθρωπίας καὶ τῆς ἐπιμελείας ὑπεραγασθῆναί φασι[6]. πρὸς γὰρ τὸν ἐπὶ τοῦ Ινδοῦ σατράπην ἔπεμψε τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, καί τοι μὴ ὑποκείμενον τῇ αὐτοῦ[7] ἀρχῇ, εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκων αὐτὸν, καὶ χάριν μὲν οὐκ ἂν ἐπ' ἐκείνῃ ἀπαιτῆσαι φάσκων· οὐ γὰρ εἶναι πρὸς τοῦ ἑαυτοῦ τρόπου τὸ ἀνταπαιτεῖν· Απολλώνιον δὲ ὑποδεξαμένῳ, καὶ πέμψαντι οἷ βούλεται, χάριν ἂν γνῶναι. χρυσίον δὲ τῷ ἡγεμόνι ἔδωκεν, ἵν' εἰ δεηθέντα τὸν Απολλώνιον αἴσθοιτο, δοίη τοῦτο, καὶ μὴ ἐς ἄλλου χεῖρα βλέψειεν[8]. ἐπεὶ δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Ινδὸς ἔλαβε, μεγάλων τε ἀξιοῦσθαι ἔφη, καὶ φιλοτιμήσεσθαι περὶ τὸν ἄνδρα μεῖον ᾠδέν, ἢ εἰ ὁ βασιλεὺς τῶν Ινδῶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἔγραφε. καὶ τήν τε ναῦν τὴν σατραπίδα ἔδωκεν αὐτῷ ἐμβῆναι,

Quae Nearcho vero & Pythoni de Acesino flumine dicta sunt, vt Indo ille se infundat, serpentesque alat septuaginta cubitorum longitudine, ita affirmant esse, vt ab illis est proditum. Mihi autem tractationem ea de re differre liceat, vsque dum ad dracones peruenero, quorum venationem Damis exponit. Cum Indo autem iam appropinquarent, & in eo essent vt fluuium transirent, ex Babylonio quaesierunt, an exploratum de eo aliquid haberet, de traiectu scisciantes. Ille vero, se quidem antea in eo nauigasse, negauit, nec scire [dixit] qua parte sit nauigabilis. Tunc illi, cur igitur, aiebant, ducem non conduxisti? quoniam iam praesto est, inquiebat, qui viam sit monstraturus. Atque simul epistolam quandam produxit, vt quae istud negotium sit confectura. Nempe Bardanem benignitatis & officii ad excessum vsque studiosum dicunt extitisse. Nam ad Satrapam, qui Indo fluuio praeerat, tametsi ipsius imperio subditus non esset, epistolam hanc scripserat, beneficentiam suam in memoriam ei reuocans, neque se gratiam pro ea vllam repetere inquiens: esse enim a moribus suis alienum vt gratiam reposcat: Apollonium tamen si susciperat, &, qua voluerit ille, proficisci vt possit efficiat, obstrictissimum se ei fore. Aurum etiam duci dederat, vt, si indigere forte eo Apollonium sentiat, id ei dare possit, nec alterius manus ille respicere teneatur. Postquam epistolam vero Indus accepit, magnum sibi obtigisse dixit honorem, neque in minore sibi honore virum esse futurum, quam si esset ab Indorum rege commendatus. Itaque nauim, qua Satrapae vehi solent, ei conscendendam dedit,

Cap. XVII.

CAP. XVII. 1 Νεάρχῳ τε καὶ Πύθωνι] habent vulgati Πυθαγόρᾳ omnes. Vbi vero Pythagoras de Indicis rebus aliquid vel scripsisse vel dixisse perhibetur? Ex eo igitur, quod *Nearcho Pythagoram* subiungit, veram lectionem erui, & pro Πυθαγόρᾳ legendum esse Πύθωνι firmiter concluси. Nempe *Python Antigenis* F. serpentem huiusmodi Indicum, qualis in sqq. describitur, cepit, ex eiusque relatione Nearchus habuit quae de eo memoriae mandauit. Vide Arrianum Indic. p. 538.

2 Ακεσίνου] priores editiones omnes Αρκεσίνου habent, vt & omnes codices nostri. Sed Ακεσίνου omnino restituendum ex Arriano, Plinio, Strabone. Ακεσίνης nempe receptis aliis quibusdam fluuiis maioribus ὃν Μαλλοῖς ξυμβάλλειν τῷ Ινδῷ Arrianus dicit in Indicis p. 516. adde Plin. VI, 23. Strabo passim eius meminit lib. XV. pag. 692. 694. 698. Ceterum errat doctiss. Harduinus, quando ex Arriano de exp. Alex. M. p. 386 colligit, Acesinem in Hydaspen influere, Hydaspen in Indum. Diserte ille contrarium tradit in Indicis, vbi Hydaspen Sinaro recepto effundi dicit in *Acesinem*, huncque ἐπικλύσαι νικήσαντα αὐτὸν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἐσβάλλειν ἐς τὸν Ινδόν. *Appellatione vincentem, ipsum suo nomine in Indum effundi.*

3 ἐσβάλλει] non minus elegans est ξυμβάλλει, quod Vaticanus codex habet & Vratislauiensis, Morellusque in suis etiam inuenerat.

4 ἑβδομήκοντα πηχῶν μῆκος] valde vereor, ne in numeris hic sit aberratum. Serpentem Indicum ἑκκαίδεκα πηχέων ex Nearcho commemorat Arrianus in Indicis p. 538. Eundemque numerum ex Clitarcho retinet Aelian. de animal. XVII, 2. Augusto Imperatori inter alia dona ab Indorum Rege missum *serpentem* πηχῶν δέκα ex Nicolao Damascena refert Strabo l. XV. p. 719.

5 ἀνακ. μοι ὁ λόγος ἐς τ. δρακ.] inf. l. III. c. 6.

6 φασι] Damis nempe & ceteri, qui hoc Apollonii iter descripsere, ab iis enim tradita refert noster. Passim sic illud φασι nullo nominato subiecto in hac Historia de illis autoribus accipiendum.

7 αὐτοῦ] sic codices nostri optime. Priores edd. ἑαυτοῦ.

8 ἐς ἄλλου χεῖρα βλέψειεν] phrasis, qua Germani quoque vtimur, de eo qui alterius pecunia adiuuari opus habeat.

aliasque

aliasque naues, quibus cameli veherentur, ducem item, qui eos per omnem regionem illam, cuius Hydraotes est terminus, deduceret. Ad Regem quoque suum epistolam scripsit, ne deterius quam Bardanes se gerat aduersus virum, Graecum gente, eumque diuinum.

πλοῖά τε ἕτερα, ἐφ' ὧν αἱ κάμηλοι ἐκομίζοντο, ἡγεμόνα τε τῆς γῆς πάσης, ἣν ὁ Τδραώτης ὁρίζοι, πρός τε τὸν βασιλέα τὸν ἑαυτῦ ἔγραφε, μὴ χείρω αὐτὸν Ουαρδάνε γενέσθαι περὶ ἄνδρα, Ελληνά τε καὶ θεῖον [9].

Cap. XIIX. Hoc itaque pacto Indum transmisere, stadiorum omnino XL itinere: illa enim eius latitudo qua nauigabilis est. De hoc flumine sequentia referunt. Indum ex Caucaso oriri, maioremque ibi esse statim quam sunt Asiae fluuii omnes. Processu autem multos nauigabiles fluuios alueo suo recipere. Niloque gemina facientem Indiam inundare, terraeque terram aggerere, & Indis copiam facere eodem modo, quo [ille] Aegyptiis, faciendi sementem. Niuibus autem in Aethiopia, & in Catadupis montibus, non audeo contradicere quidem, propter eorum, qui de iis referunt, autoritatem: sed tamen etiam assensum non praebeo, mecum ipse considerans, Indum idem praestare quidem quod Nilus, licet in imminentem ei regionem niues decidant minime. Tum alias quoque noui Deum totius terrae quasi duo cornua, Indiam atque Aethiopiam, formasse, infuscantem illius quidem incolas ad solem orientem, huius vero ad occidentem. Id vero quomodo contingere posset hominibus, nisi hyemali etiam tempore aestiuos sentirent calores? Quod si per totum autem annum sol terram calefacit; quo pacto credere quis possit niues decidere? quomodo item, niues alimenta suppeditare illarum partium fluminibus, vt modum suum excedant? Vtut vero etiam descendere niues in regiones solis calori ita expositas [concedamus;] quomodo tamen eas in tantum pela-

Τὸν μὲν δὴ Ινδὸν ὧδε ἐπεραιώθησαν, σταδίους μάλιστα τεσσαράκοντα [1]· τὸ γὰρ πλώϊμον αὐτῦ τοσῦτον [2]. περὶ δὲ τῦ ποταμῦ τούτε τάδε γράφσι. τὸν Ινδὸν ἄρχεσθαι μὲν ἐκ τῦ Καυκάσε [3], μείζω αὐτόθεν, ἢ οἱ κατὰ τὴν Ασίαν ποταμοὶ πάντες [4]. προχωρεῖν δὲ, πολλὰς τῶν ναυσιπόρων ἑαυτῦ ποιούμενον [5]. ἀδελφὰ δὲ τῷ Νείλῳ πράττοντα [6], τῇ τε Ινδικῇ ἐπιχεῖσθαι, γῆν τε ἐπάγειν τῇ γῇ, καὶ παρέχειν Ινδοῖς τὸν Αιγυπτίων τρόπον σπείρειν. χίονι δ' Αἰθιόπων τε καὶ Καταδούπων [7] ἐρῶν ἀντιλέγειν μὲν οὐκ ἀξιῶ, διὰ τὰς εἰπόντας· ὑ μὴν ξυντίθεμαί γε, λογιζόμενος τὸν Ινδὸν, ὡς ταυτὸν τῷ Νείλῳ ἐργάζεται, μὴ νιφομένης τῆς ὑπὲρ αὐτὸν χώρας [8]. καὶ ἄλλως τὸν θεὸν οἶδα κέρατα τῆς γῆς ξυμπάσης [9] Αιθιοπάς τε καὶ Ινδοὺς ἀποφαίνοντα, μελαίνοντά τε τοὺς μὲν ἀρχομένου ἡλίου, τοὺς δὲ λήγοντος. ὃ, πῶς ἂν ξυνέβαινε περὶ τοὺς ἀνθρώπους, εἰ μὴ καὶ τὸν χειμῶνα ἐφέροντο; ἢν δὲ ἀνὰ πᾶν ἔτος θάλπει γῆν ἥλιος, πῶς ἄν τις ἡγοῖτο νίφεσθαι; πῶς δ' ἂν τὴν χιόνα χορηγὸν τοῖς ἐκείνῃ ποταμοῖς γίνεσθαι, τῷ ὑπεραίρειν τὰ σφῶν αὐτῶν μέτρα; εἰ δὲ καὶ φοιτᾷν χιόνα ἐς τὰ ὕτω πρόσεισα [10], πῶς ἂν αὐτὴν ἐς τοσόνδε ἀναχυθῆναι

9 θεῖον] vid. s. lib. I. c. 2. not. 15.

CAP. XIIX. 1 τεσσαράκ.] eam Ctesias quoque huius fluminis latitudinem prodidit; imo vbi latissimus est, centum stadiis littora vtrinque distare inuicem ait. v. Arrian. de exp. Alex. M. p. 319. imo apud Photium cod. 73. p. 144 τὸ πλατύτερον huius fluuii CC stadiorum Ctesias facere dicitur. Vel apud Arrianum igitur vel apud Photium in numero error. Strabo l. XV. p. 702 minimam latitudinem XXX stadiorum quosdam dicere, ait, quem calculum sequitur Arrian. Indic. p. 514. Megasthenem vbi mediocris est C stadiorum amplitudinem Indo tribuere, Strabo ait. Plinius H. N. l. VI, 23 *quadam aquarum modestia nusquam latiorem L stadiis* esse dicit.

2 τὸ γὰρ πλώϊμον αὐτῦ τοσῦτο] nempe non omnibus locis nauigari potest, vt ex praec. cap patet. Ea itaque parte, qua nauigari poterat, XL stadiis patebat latitudo eius, hoc est paulo plus, quam dimidio milliari Germanico: nam 32 stadia vnam leucam Hispanicam conficiunt, quam horae spatio pediti emetiri liceat.

3 ἐκ τῦ Καυκάσε] Arrian. l. V. p. 319. Plin. VI, 23.

4 πάντες] excipiunt tamen Gangem Strabo XV, p. 702. Arrian. V. p. 319. & Indic. p. 514.

5 πολλὰς τῶν ναυσιπ. ἑαυτῦ ποιούμενον] Plin. VI, 23. *Vndeuiginti recipit amnes. Sed clarissimos Hydaspen, quatuor alios asserentem: Cantabram tres: per se vero nauigabiles Acesinen & Hyparin.* Prolixior hac in re Arrian. in Indicis p. 515.

6 ἀδελφὰ δὲ τῷ Νείλῳ πράττοντα &c.] hoc ipsum de Indo, quod nempe Nili instar exundet, narrat & Ctesias apud Photium p. 144. Strabo l. XV. p. 696.

7 χιόνι δ' Αιθιόπ. τε καὶ Καταδούπων] nempe peruulgata tum sententia, Nilum ex niuibus in Aethiopia & Catadupis cadentibus crescere, vid. Plin. H. N. lib. V, 10. & pluribus Vossium. Eam noster sententiam Indi exemplo conuellit.

8 τῆς ὑπὲρ αὐτὸν χώρας] *montanam* nempe Paropamisi intelligit regionem, vel Caucasi, vnde oritur. Haec est enim ὑπὲρ τὸν ποταμόν.

9 κέρατα τῆς γῆς ξυμπάσης] κέρας & *cornu*, quicquid prominet, atque adeo terrae etiam prominentiae atque extrema. Frequens id ap. Plinium: sic. III, 7. Italiam quadam parte sui *duo cornua emittere* dicit. India itaque & Aethiopia duo κέρατα esse terrae, ait Philostratus, quod illa *versus orientem*, haec versus *occidentem* maxime promineret: Aethiopiam nempe vocat quicquid ab Aegypto ad Mauritaniae vsque Tingitanae promontorium a nigri coloris hominibus habitatur, quam ἑσπέριον κέρας terrae occupare; vt India τὸ πρὸς ἕω, dicit etiam inf. VI, 1. vbi vide obseruata.

10 εἰ δὲ φοιτᾷν χιόνα ἐς τὰ ὕτω πρόσεισα] haec vsque ad verba βυθίζοντι Αιγυπτοι incl. non vertit Morellus. Absur-

πέλαγος; πῶς δ' ἂν ἀποχρῆσαι ποταμῷ βυθίζοντι Αἰγυπτον;

gus exundare dicemus? quomodo sufficere fluuio totam Aegyptum inundanti?

Κομιζόμενοι δὲ διὰ τοῦ Ινδοῦ, πολλοῖς μὲν ποταμίοις ἵπποις ἐντυχεῖν φασι, πολλοῖς δὲ κροκοδείλοις[1], ὥσπερ οἱ τὸν Νεῖλον πλέοντες. λέγουσι δὲ καὶ ἄνθη τῷ Ινδῷ εἶναι[2], οἷα τοῦ Νείλου ἀναφύεται. καὶ τὰς ὥρας, αἱ περὶ τὴν Ινδικήν εἰσι, χειμῶνος μὲν ἀλεεινὰς εἶναι, θέρους δὲ πνιγηράς. πρὸς δὲ τοῦτο, ἄρισα μεμηχανῆσθαι τῷ δαίμονι· τὴν γὰρ χώραν αὐτοῖς θαμὰ ὕεσθαι. φασὶ δὲ καὶ ἀκοῦσαι τῶν Ινδῶν, ὡς ἀφικνοῖτο μὲν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν ποταμὸν τοῦτον, ὅτε ἀναβιβάζοιεν αὐτὸν αἱ ὧραι[3], θύοι δὲ αὐτῷ ταύρους τε καὶ ἵππους μέλανας. τὸ γὰρ λευκὸν ἀτιμότερον Ινδοὶ τίθενται τοῦ μέλανος, τιμιώτερον δὲ, οἶμαι[4], τὸ ἑαυτῶν χρῶμα. θύσαντα δὲ καταποντῶν φασὶ τῷ ποταμῷ χρυσοῦν μέτρον, εἰκασμένον τῷ ἀπομετροῦντι τὸν σῖτον. καὶ ἐφ' ὅτῳ μὲν τοῦτο πράττει ὁ βασιλεὺς, ἐ ξυμβάλλεσθαι τοὺς Ινδούς· αὐτοὶ δὲ τεκμαίρεσθαι τὸ μέτρον καταποντοῦσθαι τοῦτο, ἢ ὑπὲρ ἀφθονίας καρπῶν, ὃς γεωργοὶ ἀπομετροῦσιν, ἢ ὑπὲρ ξυμμετρίας τοῦ ῥεύματος, ὡς μὴ κατακλύσειε τὴν γῆν, πολὺς ἀφικόμενος.

Per Indum autem vecti in multos quidem se incidisse aiunt hippopotamos, multos crocodilos item, quales & Nilum nauigantibus occurrant. Flores etiam in Indo esse aiunt, quales in Nilo pullulant. Anni tempestatem autem in India ferunt hyeme calidam esse, aestate vero tam feruidam, vt spiritum praecludat. Aduersus ista tamen optime prouidisse Deum: crebras enim pluuias apud eos in terram decidere. Audiuisse etiam se ab Indis tradunt, Regem ad fluuium istum accedere, quando eum tempestas extollit, illique tauros immolare equosque nigros. Candidi nempe coloris apud Indos minus quam nigri est pretium, maioris enim, vt puto, faciunt proprium sibi colorem. Peractis autem sacris dicunt ipsum in flumine demergere aureum modium, illi similem, quo frumenta metiuntur. Cur vero id Rex faciat, minime assequi Indos: seipsos tamen coniecisse, mensuram illam demergi, aut propter fructuum abundantiam, quos agricolae modiis metiuntur: aut propter modum aquis adhibendum, ne terras inundent, fluuio maiore cum impetu ingruente. Cap. XIX.

Πορευθέντας δὲ αὐτοὺς ὑπὲρ τὸν ποταμὸν ἦγεν ὁ παρὰ τοῦ σατράπου ἡγεμὼν εὐθὺ Ταξίλων[1], ἔστι τὰ βασίλεια ἦν τῷ Ινδῷ[2]. στολὴν δὲ εἶναι τοῖς μετὰ τὸν Ινδὸν λίνου φασὶν ἐγχωρίου[3], καὶ ὑποδήματα βύβλου[4], καὶ κυνῆν ὁπότε ὕοι· καὶ βύσσῳ δὲ τοὺς φανερωτέρους αὐτῶν φασιν

Fluuio superato dux a Satrapa eis datus recta versus Taxila, vrbem, eos deduxit, vbi regia erat Indorum Regis. Vestes autem trans Indum habitantibus esse narrant ex lino confectas, cuius illa ferax est regio, & calceamenta ex arborum corticibus, galerum item pluuio tempore: maxime vero illustres eorum byssо Cap. XX.

---

de plane vertit nullam curam verborum Philostrati habens, sed ex ingenio quicquid in mentem venerit balbutiens Rhinuccinus, ita enim ille: *& quod magis mirandum est, quomodo non liquefacta in tam longinquum mare effunderentur.* Eis hoc inprimis impedimento puto fuisse, quod vocem πρόσηλα non intellexerint satis. Eadem Gruterum turbauerat quoque & Salmasium, qui πρόσηλα vel προσήλια emendabant: & ita etiam in cod. Vrbinate est, & Vratisl. Nec ignota fateor illa vox, aut loco praesenti inconueniens. Sic προσήλιος οἶκος Aeschylus dicit in Prometheo v. 450, vbi Scholiast. interpretatur πρὸς ἥλιον ὁρῶντας, *soli expositos.* Similemque locum Eupolidis, qui αὐλὴν πρόσηλον dixit, adducit. Ferri tamen potest πρόσηλα. Nam ἵλη & ἴλη (vt est ap. Eustath. ad Odyss. p. 276) *calor* & *splendor* est, qui a sole venit: vnde verbum εἰλεῖν, quod est ἡλίῳ ξηραίνειν, aliaque eius generis, inter quae & πρόσειλον, quod Eustathius reddit πρὸς μεσημβρίαν τετραμμένον, *meridiano soli expositum*, quod optime quadrat in Aethiopas & Indos, quibus verticalis sol est circa meridiem.

CAP. XIX. 1 Κροκοδείλοις] de Crocodilis Indi Arrianus l. VI. p. 378.

2 ἄνθη τῷ Ινδῷ εἶναι] sic & fabas, quales in Aegypto prope Nilum nascuntur, in littoribus Indi & Acesinae progerminare Arrian ait l. c.

3 ἀναβιβάζοιεν αὐτ. αἱ ὧραι] ὧραι, quae fluuios ἀναβιβάζουσι vt exundent, aequinoctia sunt, adeoque mense Martio & Septembre semper illa solennia peracta putem.

4 τιμιώτερον δὲ οἶμαι] omnes nostri codices habent δ', οἶμαι, quod & Morellus inuenerat: vtrumque ferri potest. Ceterum genuinam causam ob quam Indi nigra animalia obtulere fluuio, minime assequitur Philostratus. Quam istam esse puto, quod Diis καταχθονίοις, quorum mentio etiam inf. c. XXXIX. nigrum colorem tribuerint, *album* ἐπιχθονίοις. Sic certe in Symbolis Pythagorae, qui Indorum profecit disciplina, est: μελανόχρω ἀπίχου, χθονίων γάρ ἐστι θεῶν. Hinc *soli* Bardanes album immolabat equum, sup. l. I. c. 31.

CAP. XX. 1 ἐυθὺ Ταξίλων] vid. notata s. ad c. 12. n. 9.

2 τῷ Ινδῷ] i. e. Indiarum Regi. Sic s. l. I. c. 20. n. 3. ὁ Μῆδος.

3 λίνου ἐγχωρίου] vid. s. ad l. I. c. 1. n. 4. & inf. l. III. c. 15. n. 17. Formam vestimentorum huiusmodi diligentius describentem vid. Arrian. Indic. p. 519. conf. & not. sq. 6. Intelligitur autem λίνου, quod arboribus crescit, ἔριον aliis dictum, de hoc *lino lanaue* pluribus, veteribus praeeuntibus, egit Salmas. ad Solin. p. 701.

4 ὑποδήματα βύβλου] Arrianus λευκοῦ δέρματος ὑποδήματα eos gestare dicit: *calceos ex albo corio* l. c. p. 540. Aegyptiis sacerdotibus ὑποδήματα βύβλινα tribuit Herodotus II, 37. talia & Pythagorica Philosophia laudat. vid. l. VI. c. 20.

indui.

indui. Byſſum autem ex arbore naſci ferunt, quae inferioribus partibus populo ſit ſimilis, foliis autem ſalici aequiparetur. Gauiſumque ſe byſſo ait Apollonius, quod fuſco amictui, [quem geſtabat] non diſſimilis eſſet. Byſſus autem ab Indis in Aegyptum transfertur, multis ſacris vſibus adhibita. Taxila vrbem magnitudine ab antiqua Nino non multum differre, muris autem munitam eſſe mediocriter, vt Graecae fere ſolent ciuitates. Regiam praebere viro, regnum id obtinenti, quod olim tenuit Porus. Ante moenia templum ſe vidiſſe, aiunt, non multo centum pedibus anguſtius, conchyliato lapide. In ipſo autem ſacellum conſtructum fuiſſe, minus quidem quam templi ferret amplitudo, quippe quod valde eſſet ſpatioſum columniſque circumdatum: ſed & ipſum tamen admiratione dignum. Tabulae enim aeneae in quouis pariete erant defixae, picturas exhibentes. Pori nempe & Alexandri geſta delineata erant orichalco, argentoque & auro, atque aere nigro, elephanti, equi, milites, galeae & clypei, haſtae & tela, gladiique, ex ferro omnia. Et quae egregiae picturae eſt indoles: verbi gratia, ſi a Zeuxide vel Polygnoto, aut Euphranore aliquid ſit profectum, qui in vmbris rite exprimendis, & animandis quali picturis, reductis item & eminentibus repraeſentandis

ἐσάλθαι. τὴν δὲ βύσσον φύεσθαι δένδρε[5] φασὶν, ὁμοίᾳ μὲν τῇ λεύκῃ τὴν βάσιν, παραπλησίᾳ δὲ τῇ ἰτέᾳ τὰ πέταλα. καὶ ἡσθῆναι τῇ βύσσῳ φησὶν ὁ Απολλώνιος, ἐπειδὴ ἔοικε φαιῷ τρίβωνι[6]. καὶ ἐς Αἴγυπτον δὲ ἐξ Ινδῶν ἐς πολλὰ τῶν ἱερῶν[7] φοιτᾷ ἡ βύσσος. τὰ δὲ Τάξιλα μέγεθος[8] μὲν εἶναι κατὰ τὴν Νῖνον, τετειχίσθαι δὲ ξυμμέτρως, ὥσπερ αἱ Ελλάδες. βασίλεια δὲ εἶναι ἀνδρὸς[9], τὴν Πώρᾳ ποτὲ ἀρχὴν ἄρχοντος[10]. νεὼν δὲ πρὸ τῶ τείχους ἰδεῖν φασιν, ἀπὸ παρὰ πολὺ τῶν ἑκατὸν ποδῶν, λίθῳ κογχυλιάτῃ[11]. καὶ κατεσκευάσθαί τι ἱερὸν ἐν αὐτῷ, ἦτλον μὲν ἢ κατὰ τὸν νεὼν[12], τοσοῦτόν γε ὄντα καὶ περικίονα, θαυμάσαι δὲ ἄξιον. χαλκοῖ γὰρ[13] πίνακες ἐγκεκρότηνται τοίχῳ ἑκάστῳ γεγραμμένοι. τὰ δὲ Πώρᾳ τε καὶ Αλεξάνδρᾳ ἔργα γεγράφαται ὀρειχάλκῳ, καὶ ἀργύρῳ, καὶ χρυσῷ, καὶ χαλκῷ μέλανι[14], ἐλέφαντες, ἵπποι, στρατιῶται, κράνη καὶ ἀσπίδες, λόγχαι δὲ καὶ βέλη, καὶ ξίφη, σιδήρᾳ πάντα. καὶ ὥσπερ λόγος ἐνδοκίμᾳ γραφῆς, οἷον εἰ Ζεύξιδος εἴη τὶ, ἢ Πολυγνώτᾳ, ἢ Ευφράνορος, οἱ τὸ ἔυσκιον[15] ἠσπάσαντο, καὶ τὸ ἔυπνευν[16], καὶ τὸ εἰσέχον τε

---

5 *τὴν δὲ βύσσον φύεσθαι δένδρε*] est autem *βύσσος λίνου εἶδος σαρ' Ινδοῖς*. vid. Pollux VII, 17. Plinius quoque H.N. l. XIX, 4. *byſſinum linum* dixit. Non obſtat, quod arboribus creſcant iſtae ſpecies, cum ordinarie *linum* ex culmo naſcatur. Aegyptium quoque *linum* frutice creſcit goſſypio. vid. Plin. XIX, 2. Quod *linumne* an *lanam* dicere debeat, dubius haeret Pollux l. c. *Byſſus* itaque nobilior *lini*, eius etiam quod arboribus creſcit, (nam id quoque varium) ſpecies. Praeſtantiſſima autem *byſſus* eſt Hebraeorum. v. Pauſan. l. I. vbi cum ea Eleam comparat, & flauedine differre dicit, quae maior ſit in Hebraea. conf. Braunium de Veſtit Sacerd. l. I. c. 6. p. 126. ſq. *ἐκ φλοιῶν ξαινομένης βύσσου ex cortice byſſi carminatae* ſerica in India etiam fieri obſeruat Euſtath. ad Dionyſ. perieg. v. 1107. qui id habet ex Strabone l. XV p. 693. id eſſe putem quod *Bombaſt* eſt noſtris.

6 *φαιῷ τρίβωνι*] nempe *byſſo* color *ſubflauus*: Pauſan. l. I. de Elea byſſo: *ἐκ ἀποδῦ τῆς Ἐβραίων, ἐπὶ δὲ ἀχρόμοίας ξανθῆ.*

7 *ἐς πολλὰ τῶν ἱερῶν*] Aegyptios in ſacris *linteis* veſtibus vſos notiſſimum. vid. notata Braunio l. c. p. 134.

8 *τὰ δὲ Τάξιλα μέγεθος*] de vrbis amplitudine & opibus vid. Arrian de exp. Alex. M. p. 328. Strabo l. XV. p. 691. 692.

9 *ἀνδρὸς*] ſic omnes MSS. noſtri, habetque hoc optimum ſenſum, vt dicantur Taxila Regiam tum praebuiſſe *egregio viro* Pori regnum tunc obtinenti. Sic paſſim *ἀνὴρ* abſolute poſitum pro *viro egregio*, qualis Phraotes, iſtis partibus principatum tum tenens, vſurpabatur. Priores tamen Edd. *Μανδρὸς* habent, quod nomen proprium viſum Interpp. At nihili iſta vox eſſe videtur. Si nomen proprium admittendum, forte *Σανδρακόττης* hic extitiſſe dicerem, quod Indicum eſt, Regiſque Palimbothrae fuit aetate Megaſthenis. vid. Arrian. in Indic. p. 517. Strabon. l. XV. p. 702. idem nomen apud Arrianum p. 518 effertur *Ανδροκόττης*: vt adeo vel *Ανδροκόττης* vel *Σανδροκόττης* ſcriptum eſſe potuerit in diuerſis codicibus, vnde natum *ἀνδρὸς* & *Μανδρὸς*.

10 *ἄρχοντος*] Photius legit *ἴσχοντος*, quod itidem ferri poſſet.

11 *λίθῳ κογχυλιάτῃ*] *κογχυλίας λίθος* apud Ariſtophanem *in Daedalo*, *κογχυλιάτης* apud Xenophontem eſſe dicitur Polluci l. VII. c. 23 p. 349. *κογχυλίας* lapis Heſychio eſt *λίθος σκληρὸς ἔχων ἐν ἑαυτῷ κογχολίθες τύπες figuras conchae*, quales hodie lapides paſſim obuii. Sed illi ſtructurae templi parum idonei. *Λίθον* igitur *κογχυλιάτον* apud noſtrum ipſiſſimum puto eſſe marmor *Porphyreticum*. Nempe *κογχύλιαι ὄφεως* ſunt *καὶ πορφύρας* vt Heſych. ait, quod notiſſimum. Marmor autem Porphyreticum in ornamentis veterum frequentiſſimum. Notum eſt templum Solis ex hoc marmore apud Palmyrenos, cuius magnifica rudera inuenere & delineauere Angli. Porphyreticis ſaxis plateas in palatio ſtrauit Elagabalus. vid. Lamprid. c. 25. forte idem quoque notant *πυρραὶ λίθοι* inf. c. 24.

12 *ἦτλον μὲν ἢ κατὰ τὸν νεὼν, τοσοῦτόν γε ὄντα καὶ περικίονα, θαυμάσαι δὲ ἄξιον*] ſic plana omnia, quae praua diſtinctione perturbata erant in prioribus editionibus; *τε* praeterea mutaui in *γε*. Ita vero editum prius: *ἦτλον μὲν, ἢ κατὰ τὸν νεὼν τοσοῦτόν τε ὄντα, καὶ περικίονα, θαυμάσαι τε ἄξιον.*

13 *χαλκοῖ γὰρ*] *γὰρ* melius huic loco conuenire putaui quam *δὲ* pr. edit. indeque autoritate codicum noſtrorum reuocaui.

14 *γεγράφαται — χαλκῷ μέλανι*] ſimile opus deſcribebatur ſupra l. I. c. 25. de *orichalco* vero & *aere nigro*, Indis in vſu frequente, vid. ſ. cap. VII. & ibi notata.

15 *τὸ ἔυσκιον*] *σκιάσαι ἐς δίνον* dicit Lucian. in Zeuxide, quod *ἐκ χρωμάτων ἀκριβῶς κράσεως, καὶ ἐυκαιρίᾳ τῆς ἐπιβολῆς* eſſe dicit. vid. plura apud Iunium de pictur. Vet. lib. III. cap. 3.

16 *τὸ ἔυπνευν*] ſic Iſidorus Peluſiota eleganter l. V. ep. 198 equum pictum deſcribens: *ἄριστος ζωγράφος ἵππον γαῦρον καὶ ὑψαύχενα γράφων μετεωρίζει ἵππιον αὐτὸν ποιῶν φιλοτιμούμενος, καὶ πρὸς τὴν φύσιν ἀμιλλώμενος· μεβάλλει μὲν αὐτῷ μετὰ χαλινῶν φρόνημα, ἴσχει δὲ αὐτὸν σὺν αὐτῷ τῷ θυμῷ ἰσάζει.* Alias dicunt *τὸ ζωτικὸν*, quo ſcilicet perſona vel animal pictum viuere videatur & ſpirare. Sic Calliſtratus noſter in deſcriptione ſtatuae Bacchae, *αἱ Πραξιτέλους χεῖρες ζωτικὰ διόλου κατεσκευάζουσι τὰ τεχνήματα*: & rurſus in ſtatua Bacchi, *ὁ λίθος τῇ ζωτικῇ ἕξει γεγυμνωμένος τὸ ζωτικὸν ἔχει.* In ſtatua denique Orphei coniungens *τὸ ζωτικὸν* & *τὸ ἔμπνευν*: *Κόμη καὶ ἐξέ-*

καὶ ἐξέχον[17]. ἅτω φασὶ καὶ ἐνταῦθα διαφαίνεται. καὶ ξυντετήκασιν αἱ ὕλαι καθάπερ χρώματα[18]. ἠθὺ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἦθος τῆς γραφῆς[19]. ἀγαθεὶς γὰρ ταῦτα μετὰ τὴν τοῦ Μακεδόνος τελευτὴν ὁ Πῶρος· νικᾷ δὲ ἐν αὐτοῖς ὁ Μακεδὼν[20], καὶ τὸν Πῶρον ἀναπτᾶται τετρωμένον, καὶ δωρεῖται τὴν Ινδικήν, ἑαυτοῦ λοιπὸν ὄσαν[21]. λέγεται δὲ καὶ πευθῆσαι τὸν Αλέξανδρον ἀποθανόντα ὁ Πῶρος, ὀλοφύρασθαί τε ὡς γενναῖον καὶ χρηστὸν βασιλέα. ζῶντός τε Αλεξάνδρου, μετὰ τὴν ἐκ τῆς Ινδικῆς ἀναχώρησιν, μή τε εἰπεῖν τι ὡς βασιλεὺς, μαί τοι ξυγχωρῶντος, μή τε προσάξαι τοῖς Ινδοῖς, ἀλλ' ὥσπερ σατράπης σωφροσύνης μεστὸς εἶναι, καὶ πράττειν ἐς χάριν τὴν ἐκείνου πάντα.

operam posuere; eam hic quoque apparere inquiunt. Materiae autem varia genera colliquescendo coaluere perinde atque colores. Suauissimi vero etiam mores, pictura expressi, sunt. Has enim tabulas Porus post mortem Macedonis demum suspendit. Victor tamen in eis Macedo est, Porumque vulneratum in potestatem redigit, & Indiam illi, quam suam iam fecerat, donat. Traditur autem Porum Alexandri morti illachrymasse, grauiterque eum luxisse, tanquam strenuum Regem atque benignum. Viuo praeterea Alexandro, post eius ex India discessum, neque aliquid eum regia autoritate dixisse, quanquam id ei permisisset [Alexander], neque praecepisse Indis, sed vt Satrapam moderate se gessisse, omniaque ex emolumento Alexandri peregisse.

Οὐ ξυγχωρεῖ μοι ὁ λόγος παρελθεῖν, ἃ περὶ τοῦ Πώρου τούτου ἀναγράφεσι. πρὸς διαβάσει γὰρ τοῦ Μακεδόνος ὄντος, καὶ ξυμβουλευόντων αὐτῷ ἐνίων, τοὺς ὑπὲρ τὸν Υφασίν[1] τε καὶ τὸν Γάγγην ποταμὸν ποιεῖσθαι ξυμμάχους, ἐ γὰρ ἂν πρὸς τὴν Ινδικὴν πᾶσαν ξυμφρονοῦσαν παρατάξεσθαί ποτε αὐτόν· εἰ τοιοῦτόν ἐσί μοι, ἔφη, τὸ ὑπήκοον, ὡς μὴ σώζεσθαι ἄνευ ξυμμάχων[2], ἐμοὶ βέλτιον τὸ μὴ ἄρχειν. ἀπαγγείλαντος δὲ αὐτῷ τινος ὅτι Δαρεῖον ἥρηκε[3] βασιλέα, ἔφη, ἄνδρα δὲ ἄ[4]. τὸν δὲ ἐλέφαντα ἐφ' ᾧ μάχεσθαι ἔμελλε,

Non permittit mihi argumenti, quod tracto, indoles, vt, quae de Poro isto produnt, praetermittam. Nempe cum in eo esset Macedo, vt fluuium traiiceret, suaderentque Poro nonnulli, vt cum eis, qui trans Hyphasin & Gangem fluuium habitant, societatem iniret, nunquam enim si India tota conspirauerit, illum in aciem prodire valiturum; si ea est, respondit, subditorum meorum indoles, vt sine sociis saluus esse non possim, melius profecto mihi esset Regem non esse. Referenti autem cuidam quod Darium vicerit [Alexander], Regem, respondit Porus, non virum. Elephantum item, quo in pugna vti debebat, Cap. XXI

ἅτως ἦν ἐναθὴς, καὶ ζωτικὸν ἐπισημαίνεσα καὶ ἔμπνουν, ὡς ἀπατᾶν τὴν αἴσθησιν. Sic Petronius, fragmento Traguriano: *Protogenis rudimenta cum ipsius naturae veritate certantia, non sine quodam horrore tractaui. Imò vero Apellis, quam Graeci monochromaton appellant, etiam adoraui. Tanta enim subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem praecisae, vt crederes etiam esse ANIMORVM picturam.*

17 καὶ τὸ εἰσέχον καὶ τὸ ἐξέχον] similiter Sextus Hypotyp. p. 1. αἱ γραφαὶ τῇ μὲν ὄψει δοκοῦσιν εἰσοχὰς καὶ ἐξοχὰς ἔχειν. Quintilianus XI, 3. *eminentiora & reducliora* dixit. & II, 17 *quaedam eminere in opere, quaedam recessisse* videri ait. Haec qualia sint, eleganter Philostratus Imag. l. II in pictura Veneris eburneae delineat. ἃ βάλεται, inquit, γεγράφθαι δοκεῖν ἡ θεὸς, ἔκκειται οἷα λαβέσθαι, *eminet vt manu comprehendi posse videatur.* Quo pertinet elegantissimum Epigramma Anthol. IV, 7, quod ita expressit Grotius:

Tangenti natura manet natura; videnti
Omne hoc, naturae quod fuit, ars rapuit.

Nempe plana est imago, in qua tamen prominens aliquid oculus sibi deprehendere videtur: si tangas igitur, manet natura, *planum* enim sentis: videnti apparet artis fraude quod non est, *eminens* nempe, cum *plana* tamen sint omnia. Hinc loco supra citato Sextus ἐξοχὰς illas καὶ εἰσοχὰς ὄψει non ἁφῇ apparere dixit. Exempla picturarum veterum in quibus egregie id obseruatum vid. ap. Iunium de Pictur. lib. III. c. 3.

18 ξυντετήκασιν αἱ ὕλαι καθάπερ χρώματα] nempe ex miscela colorum, vt supra ex Luciano audiuimus, & recta applicatione, *lux* & *vmbra* in picturis existunt, cui debetur τὸ ἐξέχον καὶ εἰσέχον. Vnde monet metalla illa colorum instar inuicem mista fuisse.

19 τὸ ἦθος τῆς γραφῆς] equidem τὸ ἦθος τῆς γραφῆς non ignoro ipsos mores notare personarum, in imagine expressos, vt Hector v. g. alacris, iratus, terribilis appareat, quam ἠθῶν ἱστορίαν Callistratus in descriptione statuae Narcissi dicit, indeque ἠθοποίητον τέχνην vocat in descr. statuae Aesculapii: qua de re plura Iunius de Pictur. Vet. lib. III. c. 4. Hoc tamen loco non videtur aeque mores personarum, prout in tabula repraesentantur, notare, quam mores eius qui tabulam pingi voluit, quatenus eorum, sinceritatis in primis & bonae fidei, argumentum est haec tabula: in qua victum scilicet se repraesentari voluerit Porus, etiam post fata Alexandri. Sane nexus orationis, & quod nulla deinceps ἠθῶν, quae in ipsa tabula ars expresserit, mentio extet, ita suadent.

20 νικᾷ δὲ ὁ Μακεδὼν] de Alexandri adu. Porum bello vid. Diodor. Sic. l. XVII. p. 557. sq. Arrianus l. V. Plutarchus in Alexandro. Curtius VIII, 12. sq.

21 ἑαυτοῦ λοιπὸν ὄσαν] similis constructio inf. c. 39. ἀξιοῖ πεπρᾶσθαι ἃ ὁ τῇ λοιπὸν ἑαυτοῦ γῇ. Est autem Elliptica locutio: integra esset λοιπὸν χρόνον vel potius κατὰ λοιπὸν χρόνον.

CAP. XXI. 1 Υφασίν] vide notata inf. ad c. XXX. n. 1.

2 ὡς μὴ σώζεσθαι ἄνευ ξυμμάχων] sed tamen *Embisaram* ex vicinis Regibus σύμμαχον eum habuisse narrat Diodor. Sic. l. c. p. 558. ille est quem *Abissarem* vocat vel *Abisarin* Arrian. l. V. p. 352 & 376: eundem *Abissarem* dicit Curtius VIII, 13. & deditionem fecisse ait ante pugnam cum Poro. Cui tamen contradicit Diodorus. l. c. imo & Arrianus.

3 ἥρηκε] priores editiones habent εἵρηκε, vnde Interpretes: *Darium Regem appellatum esse*, quod absonum. Lectionem veram ex codice Vratisl. reuocauimus. Sic etiam emendauerat Gruterus. Et Salmas. qui εἵρηκε scribi volebat.

4 ἄνδρα δὲ ἄ] nempe primus Darius in acie fugerat, cum

cum instruxisset aliquando rector, dixissetque: isto, o Rex, ducendus es: imo vero, respondit Porus, istum ego ducam, si vir mihi similis fuero. Suadenti autem vt flumini sacrificaret, ne Macedonum rates susciperet, neque transitum Alexandro praeberet facilem: non est, respondit, arma tenentium imprecari. Post pugnam vero, quo tempore ipsi etiam Alexandro diuinus plane & humana indole maior iudicatus est, cognatorum cuidam dicenti: si transeuntem Alexandrum supplex veneratus fuisses, nec praelio esses victus, nec tanta Indorum periisset multitudo, neque ipse vulnus accepisses: ego, respondit, Alexandrum gloriae studiosum cum audiuissem, facile intelligebam, me, si supplex ad ipsum accessissem, ipsi seruum esse visum iri, si pugnauissem, Regem, & admiratione potius, quam misericordia dignum. Neque me fefellit opinio: talem namque me praestans, qualem vidit Alexander, vna die omnia & amisi, & seruaui. Atque talem quidem hunc Indum nobis sistunt. Indorum autem pulcherrimum aiunt extitisse: proceritate ea, qua nemo fuerit inde post Troianos heroas: fuisse item admodum adolescentem, quando cum Alexandro bellum gessit.

κοσμήσαντός ποτε τῷ ὀρεωκόμῳ, καὶ εἰπόντος, ἧττόν σε, ὦ βασιλεῦ, οἴσει, ἐγὼ μὲν ἄν, ἔφη, τοῦτον[5], ἢν γε ἀνὴρ ἐμαυτῷ ὅμοιος γίγνωμαι· γνώμην δὲ ποιεμένῳ, θῦσαι αὐτὸν τῷ ποταμῷ, ὡς μὴ δέξαιτο τὰς Μακεδόνων σχεδίας, μὴ δὲ ἔυπορος τῷ Ἀλεξάνδρῳ γένοιτο· ἀκ ἔστιν, ἔφη, τῶν ὅπλα ἐχόντων τὸ καταρᾶσθαι. μετὰ δὲ τὴν μάχην, ὅτε καὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ θεῖός τε καὶ ὑπὲρ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπείαν ἔδοξεν, εἰπόντος τῶν ξυγγενῶν τινος· εἰ δὲ προσεκύνησας διαβάντα, ὦ Πῶρε, ἆρ' ἂν ἠτιήθης μαχόμενος, ἆρ' ἂν τοσῶτοι Ινδῶν ἀπώλοντο, ἆρ' ἂν αὐτὸς ἐτέτρωσο· ἐγὼ τὸν Ἀλέξανδρον, εἶπε, φιλοτιμότατον ἀκῶν, ξυνῆκα, ὅτι προσκυνήσαντα μὲν δῶλόν με ἡγήσεται, πολεμήσαντα δὲ, βασιλέα, καὶ θαυμάζεσθαι μᾶλλον ἄξιον ἢ ἐλεεῖσθαι. καὶ ἀκ ἐψευσθην. παρασχὼν γὰρ ἐμαυτὸν φίον Ἀλέξανδρος εἶδε, πάντα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ ἀπώλεσα, καὶ ἐκτησάμην[6]. τοιῶτον μὲν τὸν Ινδὸν τοῦτον ἐξιστοροῦσι. γενέσθαι δέ φασιν αὐτὸν κάλλιστον Ινδῶν, καὶ μῆκος[7], ὅσον ὅπω τινὰ ἀνθρώπων τῶν μετὰ τοὺς Τρωικοὺς ἄνδρας[8]. εἶναι δὲ κομιδῇ νέον, ὅτε τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐπολέμει.

Cap. XXII. Tempore autem, quo in templo commoratus est, vt Regi hospites adesse nunciaretur, non exiguo certe, o Dami, dixit Apollonius, censesne aliquid esse picturam? Est certe, inquiebat ille: si quid sit ipsa veritas. Quid autem efficit ars ista? Colores, respondit, miscet: verbi causa coeruleos viridibus,

Ον δὲ διετρίβον ἐν τῷ ἱερῷ χρόνον, πολὺς δὲ ἔτος ἐγένετο, ἔστ' ἂν ἀγγελθῇ τῷ βασιλεῖ ξένους ἥκειν, ὦ Δάμι, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, ἔστι τι γραφικὴ; εἴ γε, εἶπε, καὶ ἀλήθεια. πράττει δὲ τί ἡ τέχνη αὕτη; τὰ χρώματα, ἔφη, ξυγκεράννυσιν, ὁπόσα ἐστὶ τὰ κυανᾶ τοῖς βατραχείοις[1],

---

qua ex parte Poro cum dissimillimum fuisse etiam Arrianus obseruat l. V. exped. Al. p. 346. Regem itaque victum in Dario non virum fortem, ait, se nempe non regia tantum dignitate, sed fortitudine cum maxime niti innuens.

5 ἐγὼ μὲν ἄν, ἔφη, τοῦτον] responsio nititur aequiuocatione verbi φέρειν, quod & *portare* & *ducere* notat, sicut ὁδὸς φέρουσα, i. e. *ducere* dicitur.

6 καὶ ἀπώλεσα καὶ ἐκτησάμην] nempe Poro *victo*, atque adeo ἀπωλίσαντι πάντα, regnum restituit Alexander. vid. fin. cap. praeced. & omnes qui Alexandri res memoriae tradiderunt ll. cc.

7 κάλλιστον Ινδῶν, καὶ μῆκος] formam egregiam Pori commendant omnes autores allegati. Corporis molem ὑπὲρ πέντε πήχεις dicit Arrian. l. V. p. 348. & Eustath. ad Dionys. perieg. ad v. 1107. p. 284. Diodorus Sic. l. XVII. p. 552. numero rotundo vsus, *quinque cubitos ei tribuit*, forte quod palmum vel semipalmum, quo excederet quinque cubitorum longitudinem, non attendendum existimaret. Sane quinque cubitorum ordinaria fuit in Indis proceritas, quam excessisse oportet, cuius a veteribus tanquam notabilis prae ceteris statura describitur. Plutarchus in Alexandr. quatuor cubitos tantum ei tribuit cum spithama, vbi pro τεσσάρων πέντε nonnulli substituunt, alii cubitos duorum pedum eum intellexisse putant. Ceterum fatetur Plutarchus, eum elephanto insedisse ἱππότου συμμετρίᾳ, h. e. non aliam fuisse eius & elephanti proportionem quam equi & equitis. Crassitudinem eius quoque haut mediocrem describit Diodor. l. c. Thoracem enim ipsi διπλάσιον τῶν ἄλλων τῶν ἰνδικὰ διαφερόντων fuisse ait. Nempe & alias Indos Θεσπίσιον λιπόωντας dicit Dionys. Perieg. v. 1112.

8 Τρωικοὺς ἄνδρας] nempe Heroum insignis proceritas: *decem cubitos* antiquissimis tributos legimus, ap. Philostrat. in Heroic. Prooem. quo libro passim, maxime tamen in Prooemio, de vasta illa heroum mole agitur. Orta fabula ex illis, quae de נְפִילִים legimus Genes. VI: defecisse tamen sensim ea ex parte Heroicum genus videtur. Herculem τετραπηχυαῖον facit Apollodorus l. II. c. 4 & 19. Achilli, Graeco Heroi, infra Apollonius tribuit quinque cubitos, πεντάπηχυν πανίαν vocans l. IV. c. 15. quae fere Pori mensura. Ex eo, quod illa Heroum crederetur proceritas, factum, vt *cothurnis* in tragoedia vterentur, quibus eorum exaequarent staturam. vid. obseruata Scaligero de Comoed & Tragoed. c. 9. & ipsum Apollon. inf. l. VI. c. 9. Aeschylum ait ὀκριβάντας τοὺς ὑποκριτὰς ἀναβιβάσαι, ὡς ἴσα ἐκείνοις βαίνοιεν.

CAP. XXII. 1 βατραχείοις] Schol ad Aristoph. Equit. nota vltima βατραχίδα describit, quod sit ἰδέᾳ ἀνθινὸν ὅμοιον τῷ ὀνόματι ἔχουσα τὸ χρῶμα. Quid vero nomen βατράχου notat? vel *ranam* animal, vel *ranunculum* plantam, cuius succo tingi has vestes dicit Hesychius. Vtrumque ferri potest: nam genus ranarum quoque est *viridi* colore. ἀνθινὸν autem esse debere βατραχίου colorem patet ex l. c. Grammatici Aristoph. βατράχιον χρῶμα ergo color *viridis*. Nec multis opus, autor disertus Dio lib LIX. p. 650, qui glaucum τὸ

καὶ τὰ λευκὰ τοῖς μέλασι, καὶ τὰ πυρσὰ τοῖς ὠχροῖς. ταυτὶ δὲ, ἦδ' ὃς, ὑπὲρ τίνος μίγνυσιν; ἃ γὰρ ὑπὲρ μόνης τῆς ἄνθης, ὥσπερ αἱ κορῖναι[2]. ὑπὲρ μιμήσεως, ἔφη, καὶ τῆ κύνα τε ἐξεικάσαι, καὶ ἵππον, καὶ ἄνθρωπον, καὶ ναῦν, καὶ ὁπόσα ὁρᾷ ὁ ἥλιος. ἤδη δὲ καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸν ἐξεικάζει, ποτὲ μὲν ἐπὶ τεττάρων ἵππων, οἷος ἐνταῦθα λέγεται φαίνεσθαι[3]· ποτὲ δ' αὖ καὶ διαπυρσαίνοντα τῆ ἁρμάτη, ἐπειδὰν αἰθέρα ὑπογράφῃ, καὶ θεῶν οἶκον[4]. μίμησις ἄρ' ἡ γραφικὴ, ὦ Δάμι; τί δὲ ἄλλο; εἶπεν· εἰ γὰρ μὴ τῆτο πράττοι, γελοῖα δόξει, χρώματα ποιῆσα εὐήθως. τὰ δ' ἐν τῷ ἁρανῷ, ἔφη, βλεπόμενα, ἐπειδὴ αἱ νεφέλαι διασπασθῶσιν ἀπ' ἀλλήλων, τὰς κενταύρας, καὶ τραγελάφας· καὶ νὴ Δί' οἱ λύκοι τε καὶ ἵπποι, τί φήσεις, ἆρ' ἀμιμητικῆς εἶναι ἔργα; ἔοικεν, ἔφη. ζωγράφος ἄρ' ὁ Θεὸς, ὦ Δάμι, καταλιπὼν τὸ πῆνον ἅρμα[5], ἐφ' ᾧ πορεύεται διακοσμῶν τὰ θεῖά τε καὶ τὰ ἀνθρώπεια, κάθηται τότε ἀθύρων τε[6] καὶ γράφων ταῦτα, ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν τῇ ψάμμῳ; ἠρυθρίασεν ὁ Δάμις, ἐς ὅτως ἄτοπον ἐκπεσεῖν δόξαντος τῆ λόγῳ. ἐχ ὑπερεμδὼν ἂν αὐτὸν ὁ Ἀπολλώνιος, οὐδὲ γὰρ πικρὸς πρὸς τὰς ἐλέγξεις ἦν, ἀλλὰ μὴ τῆτο, ἔφη, βάλει λέγειν, ὦ Δάμι· τοσαῦτα μὲν ἄσημά τε καὶ ὡς ἔτυχε διὰ τῆ ἁρανῆ φέρεσθαι, τόγε ἐπὶ τῷ θεῷ· ἡμᾶς δὲ φύσει τὸ μιμητικὸν ἔχοντας, ἀναῤῥυθμίζειν τε αὐτὰ καὶ ποιεῖν[7]. μᾶλλον, ἔφη, τῆτο ἡγώμεθα, ὦ Ἀπολλώνιε· πιθανώτερον γὰρ, καὶ πολλῷ βέλτιον. διτὴ ἄρα ἡ μιμητικὴ, ὦ Δάμι· καὶ τὴν μὲν ἡγώμεθα οἵαν τῇ χειρὶ ἀπομιμεῖσθαι καὶ τῷ νῷ, γραφικὴν δὲ εἶναι τάυτην· τὴν δ' αὖ, μόνῳ τῷ νῷ εἰκάζειν. ἃ διτὴν, ἔφη, ὁ Δάμις· ἀλλὰ τὴν μὲν, τελεωτέραν ἡγεῖσθαι προσήκει,

& albos nigris, rubroſque pallidis. Hos vero, inquiebat Apollonius, cuius nam rei cauſa permiſcet? neque enim nitoris duntaxat gratia id faciunt, ſicut puellae. Imitationis, reſpondebat, id faciunt ſtudio: vt canem repraeſentent, aut equum, aut hominem, aut nauem, aut aliud quoduis eorum, quae ſub ſole ſunt. Quin etiam ſolis ipſius ſimilitudinem referunt, & quidem quadrigis vecti quandoque, qualis iſthac repraeſentatus eſſe perhibetur: rurſus quandoque, facis ad inſtar coelum illuſtrantis, quando aetherem pingit, & Deorum domos. Imitatio igitur quaedam, o Dami, pictura eſt? [inquiente Apollonio] quid aliud vero ſit? Damis regerebat: niſi enim hoc efficiat, riſum mereri videbitur, colores temere componens. [Tunc Apollonius:] Illa autem, quae in coelo conſpiciuntur, diſtractis ab inuicem nubibus: centauri, tragelaphi, lupique, per Iouem, & equi, quid dicis, an non illa etiam artis imitatricis opera? Eſſe videntur, reſpondebat Damis. Pictor ne igitur Iupiter, o Dami, volatili curru, quo humana diuinaque gubernans incedit, relicto, huiuſmodi luſibus intentus ſedet, pingitque iſta, vt pueri in arena? Tum Damis erubuit. Pudebat enim eum, quod in abſurdam adeo prolapſus videretur ſententiam. At Apollonius ipſum in ea perturbatione non deſtituens [neque enim in redarguendo acerbus erat] at non hoc, aiebat, vt puto, dicere volebas, o Dami: ſed eiuſmodi nubes nihil ſignificantes, caſu, quantum ad Deum attinet, per coelum deferri: nos vero, qui natura ad imitationem ferimur, earum figuras ordinare & fingere nobis. Hoc potius ſtatuamus, o Apollonie, dicebat: veroſimilius namque eſt, & longe melius. Duplex igitur eſt, o Dami, ars imitatrix: & vnam quidem manu dicamus, & mente poſſe imitari, atque hanc pingendi artem eſſe: alteram vero mente duntaxat ſimilitudines fingere. Minime vero, inquit Damis, duplicem admittam: ſed perfectiorem eſſe alteram dicendum,

---

diatorum familiae, quae *praſina* a viridi colore dicta, βατραχίδα tribuit. Sic igitur hic quoque βατράχεια χρώματα *ſtridi* colores, quos *coeruleis* miſceri notum.

2 κορῖναι ὑπὲρ] Gruterus & Salmaſ. emendabant κόρας καὶ ὑπὲρ &c. nihil tamen muto. Certe a κόρη vt κορίνη, ſic & κορύνη eſſe poteſt. Notique κορινάδοι, qui iidem & παρθένιοι.

3 οἷος ἐνταῦθα λέγεται φαίνεσθαι] iſta Parentheſis Philoſtrati eſt, non Damidis. Scilicet cum Damis dicat pictores nonnunquam τέθριππον ſolem repraeſentare, addit Philoſtratus, *qualis in eo ipſo templo eſſe perhibetur*. Ceterum de ſole τεθρίππῳ vide obſeruata illuſtri Spanhemio ad Callimachum Hymn. in Delum, v. 169. Nempe in *ortu* τέθριππον ſolem fingebat, quod orientis celeriorem quam occidentis motum eſſe crederent veteres. Hinc puto in templo gentium, orientem ſolem propius conſpicientium, ſolem τέθριππον pictum hic dici. Sic inf. III, 48. ΤΕΘΡΙΠΠΑ γρυπῶν ὑποζευγνῦναι dicuntur τοῖς ἀγάλμασι οἱ τὸν ἥλιον ἐν Ἰνδοῖς γράφοντες.

4 θεῶν οἶκον] Deorum ſedem coelum vocari notum, nec exemplis opus, quorum meſſis vbique ſatis larga. θεοὶ ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες paſſim dicuntur Homero. Has ſedes Deorum ſol pingit, variis coloribus coelum & nubes imbuens, pro varia lucis ſolaris refractione & reflexione, vt Phyſici loqui amant.

5 τὸ πῆνον ἅρμα] *Aquilam* intelligo, Iouis alitem, cui ille inequitans fingitur, cum ceteri fere Dii Deaeque *curribus* inſidentes repraeſententur. Eius igitur currus *aquilae* quaſi, & ille quidem *alatus*.

6 ἀθύρων τε] priores edd. ὡς ἐ ἀθύρων τε: omiſi particulam ὡς & articulum tanquam ſuperflua, autoritate inſuper nixus omnium codicum, quorum vſus mihi fuit.

7 ἀναῤῥυθμίζειν τε καὶ ποιεῖν] nempe hoc ſibi vult: imaginatione noſtra nos varie coniungere nubes, atque ex illis varias animantium hominumque figuras imagineſque effingere.

quae

quae ars pictoria est, vt quae & mente & manu similitudines rerum possit exprimere: alteram vero particulam huius esse, quando animo concipit quidem menteque imitatur. Neque enim, pictor qui sit, manu vti ad ista delineanda noluerit. Quid igitur, aiebat, o Dami, manu mutilus vulnere aut morbo? per Iouem, respondit, [pictor non erit] eo quod stylum vllum non attingat, neque instrumentum pictorium vllum coloremue: sed ad pingendum ineptus sit. Ambo igitur, dixit Apollonius, o Dami, consentimus in eo, quod imitandi facultas a natura hominibus aduenial, facultas pingendi vero ab arte. Idem igitur de fingendi quoque arte dicendum. Picturam enim non eam solam mihi videris putare, quae coloribus absoluitur: nempe vnus etiam color veteribus illis pictoribus satis erat: incrementa vero capiens ars quatuor adhibuit, inde plures etiam; at & linearum picturam, & quod coloribus destituitur, quod ex vmbra & luce compositum est, picturam fas est appellare. In talibus enim etiam similitudo cernitur, figura item, & mens, & pudor, & audacia. Atqui coloribus destituuntur istae, neque sanguinem aut comae aut barbae nitorem repraesentant: sed simplici colore pictae fuscum tamen hominem referunt candidumue. Sique Indorum istorum aliquem albis

γραφικήν γε ὄσαν, ἢ δύναιτο καὶ τῷ νῷ, καὶ τῇ χειρὶ ἐξεικάσαι· τὴν δ' ἑτέραν ἐκείνης μόριον, ἐπειδὴ ξυνίησι μέν, καὶ μιμεῖται τῷ νῷ· καὶ μὴ γραφικός τις ὢν, τῇ χειρὶ δὲ ἂν ἂν εἰς τὸ γράφειν αὐτὰ χρήσαιτο. ἆρα, ἔφη, ὦ Δάμι, πεπηρωμένος τὴν χεῖρα ὑπὸ πληγῆς τινος ἢ νόσου[8]; μὰ Δί' εἶπεν. ἀλλ' ὑπὸ τοῦ μή τε γραφίδος τινὸς ἥφθαι, μηδὲ ὀργάνου τινὸς ἢ χρώματος, ἀλλ' ἀμαθῶς ἔχειν τοῦ γράφειν; ἀκεῖν, ἔφη, ὦ Δάμι ἄμφω ὁμολογοῦμεν, μιμητικὴν μὲν ἐκ φύσεως τοῖς ἀνθρώποις ἥκειν, τὴν γραφικὴν δὲ ἐκ τέχνης. τετὶ δ' ἂν καὶ περὶ τὴν πλαστικὴν φαίνοιτο. τὴν δὲ δὴ ζωγραφίαν αὐτὴν, ἅ μοι δοκεῖς μόνον τὴν διὰ τῶν χρωμάτων ἡγεῖσθαι· καὶ γὰρ ἓν χρῶμα εἰς αὐτὴν ἤρκεσε[9] τοῖς γε ἀρχαιοτέροις τῶν γραφέων· καὶ προῖσα, τετ[τ]άρων[10], εἶτα πλειόνων[11] ἥψατο· ἀλλὰ καὶ γραμμὴν καὶ τὸ ἄνευ χρώματος[12], ὃ δὴ σκιᾶς τε ξύγκειται καὶ φωτὸς[13], ζωγραφίαν προσήκει καλεῖν. καὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁμοιότης τε ὁρᾶται, εἶδός τε καὶ νοῦς[14], καὶ αἰδὼς, καὶ θρασύτης. καί τοι χρὴ εὖ χρωμάτων ταῦτα, καὶ ὅτε αἷμα ἐνσημαίνει, ὅτε κόμης τινὸς ἢ ὑπήνης ἄνθος[15]· ἀλλὰ μονοτρόπως ξυντιθέμενα, τῷ τε ξανθῷ ἀνθρώπῳ ἔοικε καὶ τῷ λευκῷ[16]. κἂν τούτων τινὰ τῶν Ινδῶν λευκὴ τῇ

8 ὑπὸ πληγῆς τινος ἢ νόσου] sensus hic est: quid igitur faciemus ei, qui manu mutilus vel vulneratus est, an negabimus eum γραφικὸν esse quod manu vti nequeat ad delineandum pingendumque? nam omnem γραφικὸν h. e. *artis pingendi peritum*, pingere dixerat Damis. Respondet Damis huic quaestioni: talem non esse pictorem, non quidem quod mente & animo imitandi destituatur facultate, id enim solum artem pictoriam non absoluere; verum quatenus instrumenta pictoria non tractet, nec imagines arte elaborare possit. Tam in quaestione quam in responsione igitur aliquid supplendum ex praecedentibus: ἆρα, ἔφη, ὦ Δάμι, πεπηρωμένος τὴν χεῖρα ὑπὸ πληγῆς τινος ἢ νόσου γραφικὸς ἂν εἴη; μὰ Δί', εἶπεν, ἂν εἴη· ἀλλ' ὑπὸ &c.

9 ἓν χρῶμα εἰς αὐτὴν ἤρκεσε] nempe pictura primum vmbra, *lineis* circumducta, facta est, quae σκιαγραφία, *pictura* item *linearis* & *monogrammum*, quod vna linea constaret, dicitur: idque a Saurio primum inuentum, vt est ap. Athenagoram legat. pro Christ. p. 16. quamuis Plinius Philoclem Aegyptium vel Cleanthem Corinthium linearis picturae primum autorem faciat, quam Ardicem Corinthium & Telephanem Sicyonium *lineis intus sparsis* magis perfeciisse ait. Inde color additus autore Cleophanto Corinthio, sed vnicus: μονοχρώματα tales imagines dicebantur, & *simplicis coloris*, vt est ap. Quintilian lib. XII. c. 10. Sic Apellis μονόχρωματον memorat Petronius; vel *singulorum colorum*, vt est apud eundem XI, 3. vide de his Plinium H. N. XXXV, 5.

10 πρσῖσα τετ[τ]άρων] quatuor illos colores nominat Plinius ex *albis Melinum*, ex *filaceis Atticum*, ex *rubris Sinopidem Ponticam*, ex *nigris atramentum* lib. XXXV, 33. vbi hisce coloribus immortalia sua opera pinxisse ait Apellem, Echionem, Nicomachum, Melanthium. At in his *perfectiora iam omnia* dicit Cic. in Bruto n. 70. postquam Zeuxin, Polygnotum, Timantem nominasset inter eos, qui quatuor coloribus sunt vsi.

11 εἶτα πλειόνων] adde Plin. H. N. XXXV, 32.

12 γραμμὴν καὶ τὸ ἄνευ χρώματος] non puto μονόγραμμον intelligi: in eo enim luci & vmbrae non est locus, quales in hoc picturae genere admittit paulo post Apollonius; sed lineis intus sparsis absolutam imaginem, imo forte μονόχρωμα τὸν, quod suadent inferius dicta: τούτων τινὰ τῶν Ινδῶν λευκῇ τῇ γραμμῇ γράψωμεν. Nec immerito ἄνευ χρώματος esse dixeris imaginem, quae tota nigredine vel albedine constet.

13 σκιᾶς τε ξύγκειται καὶ φωτὸς] quorum vtrumque scilicet existit ex lineis *intus sparsis* v. not. 9. 12. Hinc Quintilianus l. XI. c. 3. *Qui singulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora alia reductiora fecerunt*: SINE QVO NE MEMBRIS QVIDEM SVAS LINEAS DEDISSENT.

14 εἶδός καὶ νοῦς] εἶδος ipsa *figura* est, νοῦς indoles & vt ita dicam *spiritus* picturae: *ritum oris* diceret Quintilianus Declam. X. sic νοῦν ὀφθαλμῶν dicit noster inf. l. VI. cap. IV. & l. II. de vita Sophist. *in Panthia*. Pertinet hic νοῦς vna cum ceteris, quae sequuntur, ad εἰδῶν ἱστορίαν de qua supra.

15 κόμης τινὸς ἢ ὑπήνης ἄνθος] malim κόμης τι ἢ ὑπ. Ceterum passim ἄνθος & ἀνθεῖν de coma & barba Homer. Prooem. Epithalamii ap. Photium ἐπανθεῖ τῇ κεφαλῇ καλὸς ὁ βόστρυχος sic Hom. Odyss. Z'. v. 229.

ἄλσος ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας

Sic πλόκαμοι ἀνθηροὶ Callistrato in statua Cupidinis. Simili modo Romani: *vernantes comas* Petronius, *floros crines* Pacuuius & Attius dixere. Occurrunt similia exempla passim in imaginibus Philostratorum.

16 τῷ τε ξανθῷ ἀνθρώπῳ ἔοικε καὶ τῷ λευκῷ] *simplicis coloris* picturae siue monochromata vel cinnabari vel minio vel creta picta videntur, vel rubrica & sinopide Plin. XXXIII, 7. *Cinnabari veteres, quae etiam nunc vocant μονοχρώματα, pingebant. Pinxerunt & Ephesio minio, quod derelictum est, quia curatio magni operis erat, praeterea vtrumque nimis acre existimatur, ideo transiere ad rubricam & Sinopidem.* Zeuxis *monochromata* ex *albo* pinxisse dicitur eidem l. XXXV, 36. quod λευκογραφῆσαι esse apud Aristo-

γραμμῇ γράψωμεν, μέλας δήπε δόξει. τὸ γὰρ ὑπόσιμον τῆς ῥινὸς, καὶ οἱ ὀρθοὶ βόστρυχοι [17], καὶ ἡ περιτὴ γένυς, καὶ ἡ περὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς οἷον ἔκπληξις [18], μελαίνει τὰ ὁρώμενα, καὶ Ινδὸν ὑπογράφει τοῖς γε μὴ ἀνοήτως ὁρῶσιν. ὅθεν εἶποιμ' ἂν καὶ τοὺς ὁρῶντας τὰ τῆς γραφικῆς ἔργα, μιμητικῆς δεῖσθαι [19]. ὁ γὰρ ἂν ἐπαινέσειέ τις τὸν γεγραμμένον ἵππον, ἢ ταῦρον, μὴ τὸ ζῶον ἐνθυμηθεὶς [20], ᾧ εἴκασαι. ὃν δ' ἂν τὸν Αιαντ]άτις ἢ Τιμομάχε [21] ἀγασθείη, ὃς δὴ ἀναγέγραπται αὐτῷ μεμηνώς, εἰ μὴ ἀναλάβοιτι ἐς τὸν νοῦν Αιαντος εἴδωλον, καὶ ὡς εἰκὸς αὐτὸν, ἀπεκτονότα τὰ ἐν τῇ Τροίᾳ βουκόλια, καθῆσθαι ἀπειρηκότα, ἐξαλὴν ποιούμενον καὶ ἑαυτὸν κτείναι. ταῦτα δὲ, ὦ Δάμι, τὰ τοῦ Πώρε δαίδαλα, μήτε χαλκευτικῆς μόνον ἀποφαινώμεθα, γεγραμμένοις γὰρ εἴκασαι· μήτε γραφικῆς, ἐπειδὴ ἐχαλκεύθη. ἀλλ' ἡγώμεθα σοφίσασθαι αὐτὰ γραφικόν τε καὶ χαλκευτικὸν ἕνα ἄνδρα, οἷον δή τι παρ' Ομήρῳ [22] τὸ τοῦ Ηφαίςε περὶ τὴν τοῦ Αχιλλέως ἀσπίδα ἀναφαίνεται. μεσὰ γὰρ καὶ ταῦτα ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων, καὶ τὴν γῆν ῥαίνεσθαι φήσεις, χαλκῆν οὖσαν.

lineamentis pinxerimus, tamen niger videbitur. Nasi enim similitas, & erecti capillorum cinni, tum genae protuberantes & micans quidpiam quasi in oculis efficiunt vt nigra appareant, quae oculis subiiciuntur, atque Indum repraesentant spectantibus, quorum est aliquod in videndis istis iudicium. Quapropter dixerim ego, & eos, qui pictoriae artis opera aspiciunt, imitatrice opus habere facultate. Nemo enim laudauerit pictum equum, aut taurum, qui animal illud mente non intueatur, cuius similitudinem refert. Neque vero Timomachi Aiacem quisquam miretur, qui furens ab illo pictus extat, nisi aliquam mente Aiacis speciem complexus fuerit, vtque eum verosimile sit, interemtis ad Troiam armentis consedisse fessum, idque animo agitantem, vt se ipsum quoque interimat. Ista autem, o Dami, Pori iussu artificiose elaborata opera, non aerariae artis solum esse dicemus, nam pictorum instar habent; neque picta duntaxat, quoniam arte aeraria sunt concinnata. Verum industrie ea concinnasse statuamus vnum virum, artis pictoriae iuxta & aerariae peritum, quale apud Homerum Vulcani opus in Achillis clypeo repraesentatur. Plena enim & ista interficientium atque interfectorum, terramque madere sanguine diceres, quamuis aere sit elaborata.

Τοιαῦτα σπεδάζοντι τῷ ἀνδρὶ, ἐφίσανται παρὰ τοῦ βασιλέως ἄγγελοι, καὶ ἑρμηνεὺς, ὡς ποιοῖτο αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ξένον ἐς τρεῖς ἡμέρας· μὴ γὰρ πλείονων νενομίσθαι τοὺς ξένους ἐνομιλεῖν τῇ πόλει. καὶ ἠγοῦντο αὐτῷ ἐς τὰ βασίλεια. ἡ πόλις δ' ὡς μὲν ἔχοι τοῦ τείχους, εἴρηκα [2]. φασὶ δ' ὡς εὐτάκτως [3] τε καὶ Αττικῶς τοὺς στενωπούς

Talia philosophanti viro nuntii a Rege superuenere & interpres, nunciantes Regem in triduum hospitem sibi eum esse velle: pluribus enim leges haut permittere peregrinis in vrbe morari. Sicque ipsum deducebant in regiam. Ciuitas autem vt se habeat, quantum ad muros, antea diximus. Referunt porro ipsam decore, atque Attico more angiportis esse Cap. XXIII.

---

telem putat Scheffer. de arte pingendi p. 77. Spectat huc quoque *bos*, quem Pausias totum *atro colore* pinxit. apud eundem l. XXXV, 40. in quo tamen simplici colore, Apollonius hic ait, distingui posse, candidus ne sit, an fuscus, an niger homo, qui eo repraesentetur: eam artis esse solertiam.

17 οἱ ὀρθοὶ βόστρυχοι] nempe alias *nigri*, quales sunt Indi, capillos habent *crispatos*. Aliter tamen in Indis res habet: Strabo XV. p. 690. de Indis τοῖς Αιθίοψιν εἰσιν ὅμοιοι κατὰ τὴν χροιὰν, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν καὶ τὴν τρίχωσιν τοῖς ἄλλοις, ὀλοτριχοῦσι διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ ἀέρος. Hinc πιοτάτην ἰθείρας ipsis tribuit Dionys. Perieg. v. 1113. vbi conf. Eustath.

18 ἡ περὶ τοῖς ὀφθ. ἔκπληξις] puto intelligi τὸ φλέγον τοῦ βλέμματος, vt vocat Heliodor. Aethiop. l. III. fin. oculos *acres & micantes*, qui sunt ἐκπληκτικοὶ h. e. *rapiunt* quodammodo & terrent intuentes. Tales autem esse solent Aethiopibus, quorum forma Indis similis.

19 καὶ τοὺς ὁρῶντας τὰ τῆς γραφικῆς ἔργα μιμητικῆς δεῖσθαι] tales Luciano in Zeuxide γραφικοὶ dicuntur καὶ μετὰ τέχνης ἑκάστα ὁρῶντες. Huc v. pertinet Epicteticum illud apud Arrian. lib. II. c. 24. τὸ τὸν ἀνδριάντα ὡς δεῖ κατασκευάσαι τίνος σοι φαίνεται; ἐνδριαντοποιοῦ. τὸ δ' ἰδεῖν ἐμπείρως ἀδοιμάς σοι προσδοκᾶν φαίνεται τέχνης; προσδοκᾶν καὶ τοῦτο. Adde Plin. lib. I. ep. 10. *De pictore, sculptore, fictore, nisi artifex iudicare non potest.*

20 μὴ τὸ ζῶον ἐνθυμηθεὶς] hoc enim est *animo pingere*. Sic inf. noster. de Apollonio defixe Menippum intuente: ἀνδριαντοποιοῦ δίκην ἐς τὸν Μένιππον βλέπων ἐζωγράφει τὸν ἀνδριάντα καὶ ἐθεώρει. Theodorit. Therap. V. τὸν δὲ παρόντα ζωγραφοῦμεν τῇ διανοίᾳ. Similis locus est ap. Philostr. alterum Imagin. l. II. in *Insulis* n. 24. Noster paulo post ἀναλαμβάνειν ἐς τὸν νοῦν τὸ εἴδωλον.

21 Αιαντά τις τὸν τιμομάχε] Plin. XXXV, 11. *Timomachus Byzantius Caesaris dictatoris aetate Aiacem & Medeam pinxit, ab eo in Veneris genetricis aede positas octoginta talentis denunciatas.* Extat in illam imaginem Epigramma Anthol. IV, 6. Ceterum, plura de eo eiusque operibus Iunius *de pictoribus & statuariis* p. 216.

22 παρ' Ομήρῳ] Iliad. Σ. v. 482. sq.

CAP. XXIII. 1 παρὰ τοῦ βασιλέως] qui Phraotes tum erat: vid. paulo post cap. 26.

2 εἴρηκα] nempe dixit id supra cap. XX.

3 εὐτάκτως] ἀτάκτως habebant omnes MSS. nostri. Verior tamen videtur lectio, quam repraesentauimus.

distin-

distinctam. Domibus autem instructa est, si quis extrinsecus aspiciat, vnum tantum tabulatum habentibus, si ingressus vero quis fuerit, subterraneis habitaculis instructis, atque tantundem sub terra exhibentibus, quantum supra eam eminet.

τέτμηται. κατεσκεύασαί τε οἰκίαις, εἰ μὲν ἔξωθεν ἐρῴη τις αὐτὰς, ἕνα ἐχόσαις ὄροφον, εἰ δ' εἴσω παρέλθοι τις, ὑπογείοις [4] ἤδη, καὶ παρεχομέναις ἴσα τοῖς ἄνω τὰ ὑπὸ τῇ γῇ.

Cap. XXIV. Templum item Solis vidisse se aiunt, cui sacer alebatur elephantus, Aiax qui dicebatur: & Alexandri aureas statuas, alias item Pori: atque hae quidem ex aere nigro conflatae erant. Parietes vero templi ex marmore rubro, in quo aurum refulgebat, splendore micans radii instar habente. Ipsum vero simulacrum compositum est ex margaritis, symbolico modo, quo barbari omnes in rebus sacris vtuntur.

Ἱερὸν δὲ ἰδεῖν Ἡλίῳ φασὶν, ᾧ ἀνεῖτο Αἴας ἐλέφας [1], καὶ ἀγάλματα Ἀλεξάνδρῳ χρυσᾶ, καὶ Πώρῳ ἕτερα, χαλκᾶ δ' ἦν ταῦτα μέλανος [2]. οἱ δὲ τῷ ἱερῷ τοῖχοι [3], πυρσαῖς λίθοις [4] ὑπαστράπτει χρυσὸς, αὐγὴν ἐκδιδὰς ἐοικυῖαν ἀκτῖνι. τὸ δὲ εἶδος αὐτὸ μαργαρίτιδος ξύγκειται, ξυμβολικὸν τρόπον [5], ᾧ βάρβαροι πάντες ἐς τὰ ἱερὰ χρῶνται.

Cap. XXV. In regia autem neque fastum se deprehendisse aiunt in structura, neque hastatos, neque satellites, sed, velut in illustrium ciuium domibus paucos quosdam seruulos, &, qui Regem adire cuperent, tres, aut quatuor, vt puto, homines: delectatosque se esse hoc quidem apparatu magis, quam praetumido Babyloniae fastu. Idque magis multo etiam vbi intro admissi fuissent: namque & in conclauibus, & in porticibus, & in tota aula, summam aiunt modestiam regnasse.

Περὶ δὲ τὰ βασίλεια ἅτε ὄγκον ἰδεῖν φασιν οἰκοδομημάτων, ἅτε δορυφόρους, ἢ φύλακας, ἀλλ' οἷα περὶ τὰς τῶν λαμπρῶν οἰκίας, ὀλίγους οἰκέτας, καὶ διαλεχθῆναι τῷ βασιλεῖ δεομένους τρεῖς, οἶμαι, ἢ τέτταρας· καὶ τὸν κόσμον τοῦτον ἀγασθῆναι, ἢ τὰ ἐν Βαβυλῶνι φλεγμαίνοντα. καὶ πολλῷ πλέον εἴσω παρελθόντες· καὶ γὰρ τοὺς ἀνδρῶνας, καὶ τὰς στοὰς, καὶ τὴν αὐλὴν πᾶσαν, κεκολάσθαι φασίν.

Cap. XXVI. Apollonio igitur Indus philosophus visus est esse: adhibitoque interprete, gaudeo, dixit, o Rex, qui te philosophiae operari videam. Ego vero, inquit Rex, multo magis gaudeo, quod ita de me sentias. Tunc Apollonius: an vero ita legibus apud vos est sancitum, an tu ad istam moderationem principatum reuocasti? Ego, respondebat ille

Ἔδοξεν ἔν τῷ Ἀπολλωνίῳ φιλοσοφεῖν ὁ Ἰνδὸς· καὶ παρασησάμενος τὸν ἑρμηνέα [1], χαίρω, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, φιλοσοφοῦντά σε ὁρῶν. ἐγὼ δὲ ὑπερχαίρω, ἔφη, ἐπειδὴ οὕτω περὶ ἐμοῦ οἴει. τοῦτο δὲ νενόμισται παρ' ὑμῖν, εἶπεν, ἢ σὺ πρὸς τὸ ἐπιεικὲς τοῦτο τὴν ἀρχὴν κατεστήσω; σωφρόνως, ἔφη, νενομισμένῳ σωφρονέστερον χρῶμαι. καὶ πλεῖστα

---

4 ὑπογείοις] haec vera lectio, quam Vratisl. etiam sequitur: in editis ὑπογείως.

CAP. XXIV. 1 ᾧ ἀνεῖτο Αἴας ἐλέφας] turpissimus priorum interpretum error est, qui vertunt *in quo suspensus erat Aiax eburneus.* Intelligitur hic *elephantus* soli sacer, cui *Aiacis* nomen, quem Apollonium περὶ Τάξιλαν vidisse, magnum vero Alexandrum soli ἀνειμένον supra narratum cap. XII. vbi Porus elephanto illi insedisse dicitur in pugna contra Alexandrum, quo cultus item genere eum Indi prosequantur, & alia quaedam de eo narrantur. Idem animaduertisse quoque Salmasium video, sic enim ille in margine libri sui: *imo Aiax elephantus, cuius supra meminit.* ἀνεῖσθαι vero dicuntur sacra Deis animalia, quae in lucis & περιχώροις templorum libere vagantur.

2 χαλκᾶ δ' ἦν ταῦτα μέλανος] vide supra cap. 7. not. 4.

3 οἱ δὲ ἱερῷ τοῖχοι] non rara constructio: sic inf. l. III. c. 15. noster: ἡ δὲ ὕλη τῆς ἰσθῆτος, ἧριον αὐτοφυὲς ἡ γῇ φύει. Schol. Rom. obseruat Homerum esse huius constructionis autorem, cuius allegat istud ex Odyss. M'. v. 73.

οἱ δὲ δύο σκοπελοὶ ὁ μὲν οὐρανὸν ὐθὺς ἱκάνει.

4 πυρσαῖς λίθοις] Porphyreticum marmor, de quo s. ad cap. 20. not. 11. hic intelligi existimauerim.

5 ξυμβολικὸν τρόπον] priores interpretes: *pauimentum mistis cemento margaritis stratum erat*, vt sensus sit ἔδος illud *tessellatitio exornatum fuisse opere*; nec melius multo magnus Bochartus Hieroz. P. II. l. VIII. c. 8. p. 716. *Ipsum templi pauimentum margaritis est stratum symbolica ratione.* Et magni Salmasii eadem fuisse sententia videtur, margini enim codicis sui adscripserat *tessellatitio opere.* A tantis tamen nominibus vt discedere audeam, facit inprimis quod legitur inf. l. III. c. 58. vbi de *Veneris* in *Papho* simulacro τὸ τῆς Ἀφροδίτης εἶδος ξυμβολικῶς ἰδρυμένον vertunt iidem interpretes nostri, parum sibi constantes: *Veneris templum, quod ex collatitiis pecuniis extructum fuerit.* Pessime certe rursus. Nempe in Papho Venus non *forma humana*, sed *pyramidis albae*, vel vt alii voluerunt, *umbilici* culta, quae *aenigmatica* fuit & *symbolica.* Optime itaque εἶδος hoc posteriore loco *simulacrum* vertas, non templum, qui triuialis eius significatus: vertendumque erat: *Veneris simulacrum dedicatum aenigmatice*, quod ibi iam viderat doctiss. Meursius in Cypri descriptione l. I. c. 16. Simili iam modo praesentem locum, in quo eadem phrasis, interpretamur. Certe, vt reliqua iam praeteream, mirum, cum alia huius templi curiose adeo describantur, simulacri *solis*, in eo culti, mentionem extare plane nullam. Firmat nostram interpretationem & hoc, quod addit *symbolico illo modo* omnes Barbaros vti: certe enim symbolicis Deorum repraesentationibus vsi Aegyptii, Persae, Aethiopes: tessellatitio vero pauimento, in sacris eos vti vbique, nescio quam commode dici queat.

CAP. XXVI. 1 τὸν ἑρμηνέα] at supra l. I. c. 19. omnes linguas se dixerat intelligere Apollonius. Ex his igitur, vt ibi notatum, Eusebius Philostratum inter alia redarguit. Verum videndum, annon Apollonius illa alio sensu dixerit, hoc nempe: hominum, quamcunque linguam loquantur, ingenium & animi sensa a se intelligi.

μὲν ἔχω ἀνθρώπων, δέομαι δὲ ὀλίγων· τὰ γὰρ πολλὰ τῶν φίλων τῶν ἐμαυτοῦ ἡγοῦμαι. μακάριε τοῦ θησαυροῦ, εἶπεν, εἰ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου ἀντερύῃ[2] τοὺς φίλους, ἐξ ὧν ἀναφύεταί σοι πολλά τε καὶ ἀγαθά. καὶ μὲν καὶ τοῖς ἐχθροῖς[3], ἔφη, κοινωνῶ τοῦ πλείστου. τοὺς γὰρ ἀεί ποτε διαφόρους τῇ χώρᾳ ταύτῃ βαρβάρους προσοικοῦντας, καταδρομαῖς χρωμένους ἐς τὰ ἐμὰ ὅρια, ὑποπωλοῦμαι τούτοισι τοῖς χρήμασι, καὶ δορυφορεῖταί μοι ὑπ' αὐτῶν ἡ χώρα· καὶ ὅτε αὐτοὶ ἐπὶ τὰ ἐμὰ φοιτῶσι, τούς τε ὁμόρους αὐτοῖς βαρβάρους ἀνείργουσι, χαλεπὸς ὄντας. ἐρομένου δὲ αὐτὸν τοῦ Ἀπολλωνίου, εἰ καὶ Πῶρος αὐτοῖς ἐτέλει χρήματα; Πῶρος, εἶπε, πολέμου ἤρα· ἐγὼ δὲ εἰρήνης. πάνυ τοῖς λόγοις τούτοις ἐχειροῦτο τὸν Ἀπολλώνιον· καὶ ὅτως αὐτοῦ ἠτιήθη[4], ὡς Εὐφράτῃ ποτὲ ἐπιπλήττων μὴ φιλοσοφοῦντι[5], ἡμεῖς δὲ ἀλλὰ τὸν Ἰνδὸν Φραώτην αἰδώμεθα, φάναι· ὄνομα γὰρ τῷ Ἰνδῷ τοῦτο ἦν· σατράπου δὲ, ἐπεὶ μεγάλων παρ' αὐτοῦ ἠξίωτο, βουληθέντος αὐτὸν ἀναδῆσαι μίτρᾳ[6] χρυσῇ κεκοσμημένῃ λίθοις ποικίλοις, ἐγὼ, ἔφη, εἰ καὶ τῶν ζηλούντων τὰ τοιαῦτα ἦν, παρῃτησάμην αὐτὰ νῦν, καὶ ἀπέῤῥιψα τῆς κεφαλῆς, Ἀπολλωνίῳ ἐντυχών. οἷς δὲ μήπω πρότερον ἀναδεῖσθαι ἠξίωσα, πῶς ἂν νῦν κοσμοίμην, τὸν μὲν ξένον ἀγνοήσας[7], ἐμαυτοῦ δὲ ἐκλαθόμενος; ἤρετο αὐτὸν[8] καὶ περὶ διαίτης ὁ Ἀπολλώνιος. ὁ δὲ, οἴνου, ἔφη, πίνω τοσοῦτον, ὅσον τῷ ἡλίῳ σπένδω· ἃ δ' ἂν ἐν θήρᾳ λάβω, ταῦτα σιτοῦνται ἕτεροι, ἐμοὶ δ' ἀπόχρη τὸ γεγυμνάσθαι. τὰ δὲ ἐμὰ σιτία λάχανα, καὶ φοινίκων ἐγκέφαλοι[9], καὶ ὁ καρπὸς τῶν φοινίκων, καὶ ὁπόσα μοι ὁ ποταμὸς κηπεύει. πολλὰ δέ μοι καὶ ἀπὸ δένδρων φύεται, ὧν γεωργοὶ αἵδε αἱ χεῖρες.

moderate ſancitis maiore moderatione vtor, & mortalium quidem maxime opibus valeo, paucis tamen mihi eſt opus; & quae mihi ſunt ſuperflua, ea amicorum eſſe cenſeo. Macte theſauro, ille reſpondit, ſiquidem magis quam aurum atque argentum amicos cuſtodis, a quibus multa tibi bona proueniunt. Certe etiam inimicis, regeſſit ille, diuitias meas impertio. Infeſtos enim quondam, qui regionem hanc contingunt, Barbaros, incurſionibus fines meos vexantes, opibus iſtis ſubigo, atque eis quaſi praeſidio prouincia defenditur, fineſque meos neque ipſi inuadunt, neque a finitimis Barbaris infeſtari patiuntur, nobis alias moleſtiſſimis. Interrogante autem eum Apollonio, an Porus etiam ſtipendium illis olim penderit? Porus, aiebat, Rex, bellum amabat: ego autem pacem. Quibus verbis penitus captus Apollonius, adeoque illi factus eſt obnoxius, vt aliquando Euphratem, vt Philoſophum decet ſe non gerentem, increpans, *at Phraotem Indum* (hoc enim Regi nomen fuit) *reuereamur*, dixerit. Cum Satrapa autem, propter magna beneficia a Rege accepta, mitra caput eius redimire vellet aurea, variis ornata gemmis; ego, Rex inquit, ſi ex illis eſſem vel maxime, qui huiuſmodi rebus delectantur, nunc tamen eas repudiarem, atque a capite proiicerem, vbi in Apollonium incidi. At eis, quibus ne antea quidem redimiri ſolebam, quo pacto nunc ornatum quaeram, hoſpitiſque ignarus, meique pariter oblitus? Interrogauit eum Apollonius de victus quoque ratione. Ille autem vini, inquit, bibo tantundem, quantum ſoli libo: quae in venationibus vero capio, iis ceteri veſcuntur: mihi enim corpus exercuiſſe ſatis eſt. Epulae meae olera ſunt, & palmae cerebrum, & fructus palmarum & quaecunque hortus, flumine irrigatus, ſubminiſtrat. Multa quoque mihi praebent arbores, quas ego his manibus colo.

---

2 ἀντερύῃ] omnes codd. noſtri habebant ἀνταῤῥύῃ. Sed retinendum omnino ἀντερύῃ. Certe ἐρύεσθαι de *theſauris cuſtodiendis* vſurpatur ab Apollonio Argon. 2. v. 1212. vbi de Dracone aurei velleris cuſtode ὅφις περὶ τ' ἄμφι τ' ἔρυται. Alluſum autem ad ſententiam Theognidis v. 77. quam Morellus iam obſeruauerat.

Πισὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
Ἄξιος

Theognidis interpres verterat *rependi*, minus commode: Morell. *poſponi*, non ſatis preſſe & accurate.

3 τοῖς ἐχθροῖς] in Morell. ed. erat φυτοῖς ἐχθροῖς, qui error operarum typographicarum extitit ſyllabam φυ in verbo ἀναφύεται ex praeced. linea repetentium. Aldus & omnes MSS habent quod edidimus.

4 ὅτως αὐτοῦ ἠτιήθη] αὐτοῦ, quod in editis non comparebat, omnium codicum noſtrorum autoritate reuocavimus.

5 Εὐφράτῃ ποτὲ ἐπιπλ. μὴ φιλοσοφοῦντι] factum id haut dubie in epiſtolis ad Euphratem expoſtulatoriis, de quibus l. V. c. 35.

6 μίτρᾳ] nempe *mitram* Indicum ornamentum eſſe, Strabo quoque obſeruat, qui inter argumenta Bacchici in India imperii τὸ μιτρηφορεῖσθαι refert lib. XV. p. 712. v. plura inf. l. III. cap. 15.

7 ἀγνοήσας] ſic in ſq. c. 27. ſimili phraſi μὴ γινώσκων ἐμαυτόν.

8 ἤρετο αὐτὸν] ita Porum interrogatum ab Apollonio eſſe, cui cum Phraote hic tamen eſſe negotium liquet, abſurde plane exiſtimauit Suidas, v. φοινίκ. ἐγκεφ. & πῶρος.

9 φοινίκων ἐγκέφαλοι] *cerebrum palmae* Plin. vocat H. N. XIII, 8. quod τὸ ἀνώτατον μύριον φοίνικος eſſe ait Galenus l. IV. de fac. ſimpl. medic. c. 15. τὴν κορυφὴν τοῦ φοίνικος vocat Theophraſt. l. II. hiſt. plant. c. 8. ἐγκάρδιον Dioſcorid. l. I. c. 150. non tamen tota κορυφὴ ἐγκέφαλος eſt, ſed medulla, quam ea continet. vid. etiam Athenaeus l. II. fin. ridicule ἐγκέφαλον φοίνικος interpres Plutarchi lib. de tuenda valetud. vertit *phoenicis cerebrum*. Plura veterum loca de eo habes ap. Muretum Var. Lect. XIII, 12. Bochartum Hieroz. P. II. l. VI. c. 5. p. 821.

Haec

Haec audiens, valde delectatus est Apollonius, atque in Damidem identidem respexit.

C. XXVII. Postquam autem ad satietatem inuicem collocuti sunt, de eo, quod ad Brachmanas ducit, itinere; ducem qui a Babylonio Rege [datus Apollonio fuerat] hospitio excipi iussit, vt moris erat excipere Babylone aduentantes: a Satrapa vero [additum ducem] commeatu accepto abire. Ipse vero [Rex] manu apprehenso Apollonio, & interprete discedere iusso, annon itaque conuiuam me tibi esse voles? Graeca voce eum interrogauit. Obstupente autem Apollonio, & cur non statim ab initio ita locutus es? interrogante; timebam, respondit, ne audacior viderer, parumque mei ipsius mihi conscius, nec memor, quod barbarum me fortuna esse voluerit. Tui tamen amore, quandoquidem video me tibi quoque ingratum non esse, me quidem celare non potui: quamque sim Graeci plenus sermonis plurimis ostendam. Quid est vero aiebat Apollonius, quod me ad conuiuium non inuitaueris, sed vt te ego inuitem iubeas? quia te, aiebat, me duxi esse praestantiorem: Regium enim maxime sapientia est. Hisque dictis ad locum eum deduxit, vbi lauari consueuerat. Erat autem balneum paradisus, stadii longitudine, in cuius medio piscina erat effossa, fontes aquae dulcis frigidaeque excipiens. Vtrinque vero curricula erant, in quibus iaculo & disco Rex, Graeco more, se exercebat. Corpore enim valebat, tum quod in flore esset aetatis, (annos enim natus erat septem supra viginti,) tum quod eiusmodi vacaret exercitiis. Vbi vero se satis exercuisset, in aquam desiliebat, ibique aliquantum natando se exercere solebat. Loti autem ad conuiuium coronati processere. Hoc enim in more est apud Indos, quotiens in Regis conuiuantur triclinio.

C. XXVIII. Par autem esse puto, ne conuiuandi quidem formam praetermittere, luculenter a Damide descriptam. Nempe in lecto Rex accumbit, iuxtaque ipsum ex agnatis eius ad summum quinque, ceteri autem sedentes epulantur. Mensa vero instar arae, altitudine vsque ad hominis

ταῦτα ἀκούων ὁ Ἀπολλώνιος, ὑπερηδέτό τε καὶ ἐς τὸν Δάμιν θαμὰ ἐώρα.

Ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς διελέχθησαν περὶ τῆς ὁδοῦ τῆς παρὰ τοὺς Βραχμᾶνας, τὸν μὲν παρὰ τοῦ Βαβυλωνίου[1] ἡγεμόνα ἐκέλευσε ξενίζειν, ὥσπερ εἰώθει τοὺς ἐκ Βαβυλῶνος ἥκοντας, τὸν δὲ παρὰ τοῦ σατράπου[2] ἀπιέναι, λαβόντα ἐφόδια. αὐτὸς δὲ λαβόμενος τῆς τοῦ Ἀπολλωνίου χειρὸς, καὶ κελεύσας ἀπελθεῖν τὸν ἑρμηνέα, ἆρ' ἂν ποιήσαιό[3] με συμπότην; ἤρετο αὐτὸν, φωνῇ Ἑλλάδι. ἐκπλαγέντος δὲ τοῦ Ἀπολλωνίου, καὶ τοῦ χάριν οὐκ ἐξ ἀρχῆς οὕτω διελέγου; Φήσαντος· ἔδεισα, ἔφη, θρασὺς δόξαι, μὴ γινώσκων ἐμαυτὸν[4], μηδ' ὅτι βάρβαρον εἶναί με δοκεῖ τῇ τύχῃ. σοῦ δὲ ἡττηθεὶς, ἐπειδὴ καί σε ὁρῶ ἐμοὶ χαίροντα, οὐκ ἠδυνήθην ἐμαυτὸν κρύπτειν· ὡς δὲ μεσός εἰμι τῆς Ἑλλήνων φωνῆς, ἐν πολλοῖς δηλώσω. τί οὖν, εἶπεν, οὐκ αὐτὸς ἐπήγγειλας ἐμοὶ τὸ συμπόσιον, ἀλλ' ἐμέ σοι κελεύεις ἐπαγγέλλειν; ὅτι σε, ἔφη, βελτίω ἐμαυτοῦ ἡγοῦμαι· τὸ γὰρ βασιλικώτερον σοφίαν ἔχει[5]. καὶ ἅμα ἦγεν αὐτὸν, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἔ περ εἰώθει λοῦσθαι. τὸ δὲ βαλανεῖον παράδεισος ἦν, σταδίου μῆκος, ᾧ μέση κολυμβήθρα ἐνωρώρυκτο, πηγὰς ἐκδεχομένη ποτίμου τε καὶ ψυχροῦ ὕδατος. τὰ δὲ ἑφ' ἑκάτερα δρόμοι ἦσαν, ἐν οἷς ἀκοντίῳ, καὶ δίσκῳ, τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον, ἑαυτὸν ἐξήσκει. καὶ γὰρ τὸ σῶμα ἔῤῥωτο ὑπό τε ἡλικίας, ἑπτὰ γὰρ καὶ εἴκοσι γεγονὼς ἔτη ἦν, ὑπό[6] τε τοῦ ὧδε γυμνάζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἔχοι, ἐπήδα ἐς τὸ ὕδωρ, καὶ ἐγύμναζεν ἑαυτὸν τῷ νεῖν. ὡς δὲ ἐλούσαντο, ἐβάδιζον ἐς τὸ συσσίτιον ἐστεφανωμένοι. τοῦτο δὲ νενόμισται Ἰνδοῖς, ἐπειδὴ ἐς τοῦ βασιλέως[7] πίνουσιν.

Ἄξιον δὲ μηδὲ τὸ σχῆμα παραλιπεῖν τοῦ πότου, σαφῶς γε ἀναγεγραμμένον ὑπὸ τοῦ Δάμιδος. εὐωχεῖται μὲν γὰρ ἐπὶ στιβάδος ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν ξυγγενῶν μέχρι πέντε οἱ ἐγγύς, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, ἐν θάκοις συσσιτοῦσι. τράπεζα δὲ, ὥσπερ βωμὸς[1], ὕψος ἐς γόνυ ἀνδρὸς ἐξωκο-

---

CAP. XXVII. 1 παρὰ τοῦ Βαβυλωνίου] nempe a Rege Babylonio, quemadmodum τὸν Μήδου Regem Medorum, & Ἰνδοῦ Regem Indiae dici nostro, similiaque apud alios peruulgata alibi obseruauimus. Hinc non satis accurate vertebant priores: *qui ex Babylonia venerat.*

2 τὸν δὲ παρὰ τοῦ Σατράπου] vid. s. cap. XVI. fin. vbi a Satrapa Indo dux Apollonio datus memoratur. Plane haec non intellecta interpretibus prioribus, qui absurdissimum sensum finxere.

3 ἆρ' ἂν ποιήσαιο] omisi ἔφη ante ποιήσαιο, quod parum opportune in editis hic infertum. Nempe excluditur hoc verbum ab eo quod sequitur ἤρετο.

4 μὴ γινώσκων ἐμ.] vid. cap. praec. n. 6.

5 τὸ γὰρ βασιλικώτερον σοφίαν ἔχει] notum in Stoicis Paradoxis: *Solus sapiens Rex.*

6 ὑπό] Gruterus & Salmas. malebant ἀπό, sed ferri potest ὑπό.

7 ἐς τοῦ βασιλέως] subint. οἶκον *in regia*, sic inf. lib. III. c. 16 & 27. ἐς Θεοῦ *in templum* & in vitis Sophist. ἐς διδασκάλ.

CAP. XXVIII. 1 ὥσπερ βωμὸς] nempe ea *aras* altitudine

δόμη-

δόμηται, μέση, κύκλον[2] ἐπέχουσα χορῆ, ξυμβεβλημένα ἀνδρῶν τριάκοντα, ἐφ' ἧς[3] δάφναι τε διασπαρηνύεται, καὶ κλῶνες ἕτεροι, παραπλήσιοι μὲν τῇ μυρρίνῃ, φέρουσι δὲ Ινδοῖς μύρον[4]. ἐνταῦθα διάκεινται ἰχθῦς μέν, καὶ ὄρνιθες· διάκεινται δὲ λέοντές τε ὅλοι, καὶ δορκάδες[5], καὶ σύες[6], καὶ τίγρεων ὀσφύες· τὰ γὰρ λοιπὰ τῶν θηρίων παραιτοῦνται ἐσθίειν, ἐπειδὴ τὸ ζῷον τοῦτό φασιν, ὅταν πρῶτον γένηται, τὰς ἐμπροσθίους τῶν ποδῶν ἀνίσχοντι ἄρειν τῷ ἡλίῳ. καὶ ἀνισάμενος ὁ δαιτυμών, φοιτᾷ πρὸς τὴν τράπεζαν, καὶ τὰ μὲν ἀνελόμενος τούτων, τὰ δὲ ἀποτεμών, ἀπελθὼν ἐς τὸν ἑαυτοῦ θάκον, ἐμπίπλαται, θαμινὰ ἐπεσθίων τοῦ ἄρτου. ἐπειδὴ δὲ ἱκανῶς ἔχωσιν, ἐσφέρονται κρατῆρες ἀργυροῖ τε καὶ χρυσοῖ, δέκα συμπόταις ἀποχρῶν[7] εἷς· ἀφ' ὧν πίνουσι κύψαντες, ὥσπερ ποτιζόμενοι[8]. μεταξὺ δὲ πίνοντες[9], ἐπεισάγονται ἀγερωχίας ἐπικινδύνους, καὶ οὐκ ἔξω τοῦ σπουδάζειν. παῖς γάρ τις ὥσπερ τῶν ὀρχηστρίδων[10], ἀνερρίπτειτο κύφως, συναφιεμένου βέλους[11] ἐς τὸ ἄνω[12], καὶ ἐπειδὴ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς γένοιτο, ἐκυβίσα ὁ παῖς[13], ὑπεραίρων ἑαυτὸν τοῦ βέλους· καὶ ἁμαρ-

genu pertingente, conſtructa, inque medio poſita, circulo cingebatur chori, compoſiti ex triginta hominibus, inque ea laurus diſperſae iacebant, aliaeque frondes, ſimiles myrto, Indiſque vnguentum praebentes. Heic vero piſces aueſque apponebantur: apponebantur integri etiam leones, & caprae, & tigrium clunes: ceteris enim animalis huius partibus abſtinent, quoniam natum primo hoc animal pedes anteriores verſus orientem ſolem attollere dicunt. Surgens autem conuiuarum quiſque ad menſam accedit, hõrumque ciborum alios aufferens, ab aliis partem ſcindens ad ſedem reuertitur ſuam, atque cibis impletur, pane identidem vna comedens. Vbi vero exſatiati fuerint, aurei argenteique crateres afferuntur, quorum ſinguli conuiuis decem ſufficere poſſint; ex quibus capite inclinato bibunt, ſicut quae potantur animalia. Inter potandum vero admittunt varia exercitia, audaciae plena, neque periculo carentia, & in quibus multa ſit induſtria. Puer nempe quidam eis, quos mimae alunt, non abſimilis, ſumma celeritate ſurſum exiliebat & vna telum emittebat, cumque iam longius a terra puer receſſiſſet, rotatu ſe ſupra telum ſuſtinebat: ita vt ſi in rotatione

---

dine paſſim in veteribus monimentis, nummis inprimis, repraeſentantur, quae ad genua adſtantium figurarum pertingat.

2 κύκλον] vid. Vitas Soph. l. I. *Polemone* not. 26.

3 ἐφ' ἧς] editi οἷς habent. Verum magis conſentaneum eſt ad *menſam*, quam ad *conuiuas* iſta referre.

4 παραπλήσιοι μὲν τῇ μυρρίνῃ, φέρουσι δὲ τ. Ινδ. μύρον] nomen Indicum arboris Κάρπιον eſſe, Graecum μυροδόδα dicit Cteſias in Indicis. ap. Photium p. 155. vbi fuſius & arborem, & ſtillans ex eo vnguentum deſcribit. v. & infra l. III. c. 1.

5 δορκάδες] de capris Indicis vid. Aelian. IV, 31. quarum & alias in deliciis carnes, ἐκ ἄκρας κρέας τῶν δορκάδων Palamedes Eleata dicit, apud Athen. l. 9.

6 καὶ σύες] at Indi ſues deteſtantur, & ab iis perinde atque ab humanis carnibus abſtinent, neque naſcuntur in India ſues, ſi fides Cteſiae. Aelian. de animalib. XVI, 37. ὗν δὲ οὐ Ινδοῖς ἔ φασι γίνεσθαι, ἔστε ἤμερον ἔστε ἄγριον. μυσάττονται δὲ καὶ ἰσθίειν τοῦτο τοῦ ζῴου οἱ Ινδοὶ, καὶ ἐκ ἂν γεύσαιντό ποτε ὑείων, ὥσπερ οὐδὲ ἀνθρωπείων οἱ αὐτοὶ. adde eundem III, 3. Idem ex Cteſia Ariſtoteles refert Hiſt. animal. IX, 28. ſed fidem eum hauitquaquam dicit mereri.

7 ἀποχρῶν εἷς] priores editiones habent ἀποχρῶντες εἷς, adſcripſitque in margine Morell. εἷς *quod ſequitur redundat.* Noſtri tamen codices omnes habent ἀποχρῶν εἷς. Hocque profecto ipſe ſenſus poſtulat: certe craterum inſignem amplitudinem fuiſſe patet ex eo, quod ſequitur, non hauſtim, ſed inclinatos corpore conuiuas bibiſſe. Conſtructio turbaſſe Morellum videtur, ſed ea pure Graeca eſt, modo verba: δέκα συμπόταις ἀποχρῶν εἷς parentheſi includenda memineris.

8 κύψαντες ὥσπερ οἱ ποτιζόμενοι] ποτίζεσθαι dicuntur animantia, & a Latinis *potari*, quae cernua aquas appoſitas ex ſubiecto flumine vel vaſe educant. Sic inf. lib. III. cap. 32. Iarchas bibit ἐς τὴν φιάλην κύπελλον. Similiterque de Tantalo Homerus Odyſſ. Λ'. v. 584

ὀσσάκι γὰρ κύψει ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων.

9 μεταξὺ δὲ πίνοντες] oblitus hic Philoſtratus, vel potius Damis, menſarum ſecundarum apud Regem Indiae, quae ſunt *vermis* quidam, planta natus, toſtus, ſuauiſſimi ſaporis, olorum item, ſtruthiocamelorum & anſerum ova: vid. Aelian. Hiſt. animal. XIV, 13.

10 τῶν ὀρχηστρίδων] ὀρχηστρίδες paſſim veteribus commemorantur in conuiuiis. Plutarch. Erotic. p. 853 αὐλητρίδες δὲ Σάμια καὶ ὀρχηστρίδες. Illae in conuiuiis varias praeſtigias ad hoſpites oblectandos patrabant. v. Xenophon Sympos vbi in conuiuio ὀρχηστρίδα inducit, τῶν θαύματα ποιουμένων. Eas frequentes in Stratonis Sidonii conuiuiis fuiſſe Aelianus memorat Var. Hiſt. XII, 2. Idem & apud Romanos in more poſitum. vid. Petronius in conuiuio Trimalcionis: p. m. 88. *Petauriſtarii venerunt, Baro inſulſiſſimus cum ſcalis conſtitit, puerumque iuſſit per gradus, & in ſumma parte odaria ſaltare, circulos deinde ardentes tranſire, & dentibus amphoram ſuſtinere.*

11 συναφιεμένου βέλους] αὐτῷ interſerit ante βέλους cod. Vrbinas, quo nihil tamen hic opus.

12 ἐς τὸ ἄνω] male me iudice Interpretes priores, haec verba referebant ad συναφιεμ. βέλους: quomodo enim puer, telum *ſurſum* arcu emiſſum, ſaltu ſuperare potuiſſet? Malim verba ἐς τὸ ἄνω referre ad ἀνερρίπτειτο κύφως. Vt ſenſus ſit: dum telum recta emitteretur, vna ſubſiliiſſe puerum, cui ſaltus ita rotatione quadam moderandus erat, vt ne prius decideret, quam infra telum praeteruolaſſet, eum alias feriturum.

13 ἐκυβίσα ὁ παῖς] κυβισᾶν eſt in ipſo ſaltu caput deorſum, ſurſum pedes proiicere, ita tamen, vt priuſquam in terram deuenias, ſuo loco & caput & pedes conſiſtant: quod *vertiginem* vel *rotationem* non incommode dixeris. Germani vocamus **überſchlagen**: quod facere & noſtros videmus agyrtas & petauriſtarios, vbi ſtrictos gladios ſaltu ſuperant. Vulgo Lexicographi *in caput deiicere*, nimis generaliter. Senſus vocis ex Xenophontis Sympoſio p. 76 perſpicuus: κύκλος ἐστηρίχθη περίμεσος ξιφῶν ὀρθῶν, εἰς μὲν δὴ τοῦτα ἡ ὀρχησὶς ἐκυβίσα τε καὶ ἐξεκυβίσα. Tales in Carani conuiuio nuptiali θαυματοποιοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβισῶσαι h. e. *gladios* eo, quem deſcripſimus *ſaltu rotationis ſuperantes* apud Athenaeum l. IV. p. 129. Nempe agyrtae, qui hic de-

illa de-

illa defeciſſet, expectandum ipſi, vt feriretur, eſſet. Ille enim qui telum emittebat, priuſquam emitteret, conuiuantes circuibat ſagittae cuſpidem oſtentans, & experiendae aciei eius copiam faciens. Praeterea etiam funda iaculari atque capillum ferire, & filium aſſeri applicatum telis, veluti linea, circumſcribere, conuiuale eſt exercitium, quo optime etiam ebrii defunguntur.

XXIX. Et Damis quidem ad ea ſtupebat, tanquam valde viſu digna, & ſagittae emittendae accuratiſſimam rationem admirabatur. Verum Apollonius, (cum Rege enim ipſe comedebat, qui eodem, quo & ipſe, victu vtebatur,) iſtis quidem animum non multum aduertebat. Ad Regem vero, vnde, dic quaeſo, o Rex, inquiebat, Graecam linguam ita perdidiciſti? Nempe magiſtris te eam debere haut puto, neque enim eſſe in India veroſimile eſt eius rei magiſtros. Subridens igitur Rex, veteres, dixit, cunctos nauibus vectos interrogabant, piratae an eſſent? Adeo iſtud, magnum licet, commune tamen crimen arbitrabantur. Vos autem eos, qui ad vos accedunt, interrogare mihi videmini, philoſophi an ſint? adeo hoc ipſum, licet omnium, quae homines habent, maxime diuinum ſit, cuiuis e vulgo competere arbitramini. Quod vero apud vos [philoſophiae profeſſio] latrocinio ſit ſimilis cuidam, noui quidem: tibi namque ſimilem inueniri aiunt neminem, plurimos autem philoſophiae habitu, ceu depraedatores rei alienae inepte ſeſe induere, veſteque efferri quam trahant aliena. Et ſane ſicut praedones, vtut iuſtitiam vindicem ſibi incumbere nouerint, in deliciis degunt tamen; ita & illos aiunt Veneri ac ventri indulgere, & veſtibus effeminatis. Cauſa vero haec:

τόντι τῷ κυβιστᾶν, ἕτοιμα ἦν βεβλῆσθαι. ὁ γὰρ τοξότης, πρὶν ἀφιέναι, περιῄει τὰς ξυμπότας ἐπιδεικνὺς τὴν ἀκίδα, καὶ διδοὺς ἔλεγχον τῶν βέλεων. καὶ τὸ σφενδόνης δὲ τοξεῦσαι, καὶ τὸ ἐς τρίχα ἰέναι[14], καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ σκιαγραφῆσαι[15] βέλεσιν, ἀνεσῶτα πρὸς σανίδα, σπουδάζουσιν ἐν τοῖς πότοις, καὶ κατορθοῦσιν αὐτὰ μεθύοντες.

Οἱ μὲν περὶ τὸν Δάμιν ἐξεπλήττοντο αὐτὰ ὡς εὐσκοπα, καὶ τὴν ξυμμετρίαν τῆς τοξείας ἐθαύμαζον. ὁ δὲ Απολλώνιος, ξυνεσίτει γὰρ τῷ βασιλεῖ, ὁμοδιαίτῳ ὄντι, τούτοις μὲν ἧττον προσεῖχε. πρὸς δὲ τὸν βασιλέα, εἰπέ μοι, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, πόθεν ἔτως ἔχεις φωνῆς Ελλάδος; φιλοσοφία τε ἡ περί σε πόθεν ἐνταῦθα; ἃ γὰρ ἐς διδασκάλους γε οἶμαι[1] ἀναφέρειν, ἐπεὶ μηδὲ εἶναί τινας ἐν Ινδοῖς εἰκὸς διδασκάλους τούτου. γελάσας οὖν ὁ βασιλεὺς, οἱ μὲν παλαιοὶ, ἔφη, τὰς ἐρωτήσεις τῶν καταπλεόντων ἐποιοῦντο, εἰ λῃσταί εἰσιν[2]; ἔτως αὐτὸ, καίτοι χαλεπὸν ὄν, κοινὸν ἡγοῦντο. ὑμεῖς δέ μοι δοκεῖτε τοὺς ἐπιφοιτῶντας ὑμῖν ἐρωτᾶν, μὴ φιλόσοφοί εἰσιν; ἔτως αὐτὸ, καίτοι θειότατον τῶν κατ' ἀνθρώπους ὄν, καὶ τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὑπάρχειν οἴεσθε. καὶ ὅτι μὲν παρ' ὑμῖν ταυτὸν τῷ λῃστεύειν ἐστὶν, οἶδα· ὁμοίως μὲν γάρ σοι ἀνδρὶ ἃ φασιν ἐντυχεῖν, τοὺς δὲ πολλοὺς, ὥσπερ σκυλεύσαντας ἂν τὸ ἑτέρων[3], περιβεβλῆσθαί τε αὐτὸ ἀναρμόστως, καὶ σοβεῖν ἀλλοτρίαν ἐσθῆτα ἐπισύροντας. καὶ νὴ Δι' ὥσπερ οἱ λῃσταὶ τρυφῶσιν, εἰδότες ὅτι ὑπὸ τῇ δίκῃ κεῖνται[4], ἔτω κἀκείνους φασὶ γασρί τε διδόναι[5], καὶ Αφροδισίοις, καὶ ἀμπεχόνῃ λεπτῇ[6]. τὸ δὲ αἴτιον·

---

scribitur, eo motu rotationis opus erat, vt aliquanto longior eius in aëre mora eſſet, quam ille dum traheret, infra telum interea praeteruolaret. Vnde noſter ſatis accurate ἐκυβίστα h. e. ſaltum illum exercebat, ὑπεραίρων ἑαυτὸν τῷ βέλει, ſuper telum ſe ſuſtinens, vt eo interea praeterlabente, ipſe ſine noxa in terram decidere poſſet.

14 ἐς τρίχα ἰέναι] locutionis genus quo Angli quoque & Germani ſummam in iaculando ſolertiam ſignificant.

15 σκιαγραφῆσαι] oppido conueniens huic loco vox: σκιαγραφεῖν enim proprie eſt *lineas vmbram circumducere*, quod primum pictoriae artis initium, taleſque picturae *lineares* & *lineamenta* dictae. Retentaque vox σκιαγραφίας etiam poſtea de primis picturae lineis. vid. ad c. 22. n. 9. Nempe ita Indi illi τοξόται *linea*, quam tela aſſeri immiſſa conſtituerent, *circumducebant corpus* hominis, ad aſſerem applicati, vt tamen eum non laederent, quod ſummae profecto eſt artis? Plane non intellexere vocem mentemque autoris Interpretes priores, vt eos conſulentibus patebit.

CAP. XXIX. 1 ἃ γὰρ ἐς διδασκ. γε οἶμαι] haec apud Euſeb. aduerſ. Hierocl. c. XV ita repraeſentantur: ἀλλὰ γὰρ ἐς διδασκάλους οἶμαί γε ἀναφέρειν, ἐπεὶ μὴ εἶναι Ινδοῖς διδασκάλους τέ[illegible] tamen ibi notata.

2 εἰ λῃσταί εἰσιν] illuſtranda haec ex Thucyd. l. I. p. 4. vbi antiquitus Graecos & Barbaros παραθαλασσίους omnes piraticam exercuiſſe, nec infame id habitum fuiſſe, ait: eiuſque rei argumento addit eſſe τοὺς παλαιοὺς τῶν ποιητῶν, τοὺς πύσεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντας· εἰ λῃσταί εἰσι;

3 ἂν τὸ ἑτέρων] ſic reſcripſi pro αὐτὸ ἑτέρων quod erat in editis.

4 εἰδότες ὅτι ὑπὸ τῇ δίκῃ κεῖνται] hoc ſibi vult Phraotes, praedones, vt poſſint, frui praeſentibus & genio indulgere, gnaros mortis ſe reos eſſe, nemeſinque adeo ſibi imminere; a qua cum nullo momento ſint tuti, praeſentibus vtendum exiſtiment.

5 γασρί τε διδόναι] phraſeos huius exempla alia vid. ſupra ad lib. I. c. 7. not. 5.

6 καὶ ἀμπεχόνῃ λεπτῇ] veſtes *molles* & *delicatas* notari voce λεπτὸς ſupra obſeruatum ad lib. I. c. 7. n. 5. talibus vſi philoſophorum haut pauci. περίεργον ἐσθῆτα vocat Aelian H. Var. III. 19. qualem Ariſtoteli tribuit. Eandem λεπτὴν ἀμπεχόνην dixit Laertius in Ariſtotel. vita. Proprie quidem λεπτὴ ἀμπεχόνη eſt *tenuis veſtitus*, quem *lucidam veſtem* Plinius lib. XXXIX, 35. vocat, puto tamen ad omnem veſtem delicatam magis atque effeminatam transferri.

νόμοι ὑμῖν, οἶμαι, εἰσίν, εἰ μὲν τὸ νόμισμα παραφθείροι τις, ἀποθνήσκειν αὐτὸν[7], καὶ παιδίον εἴ τις παρεγγράψοιτο[8]· ἢ οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἐπὶ τούτῳ. τὸν δὲ τὴν φιλοσοφίαν ὑποβαλλόμενον ἢ παραφθείροντας ἐδεὶς, οἶμαι, νόμος παρ' ὑμῖν ἴσχει, οὐδὲ ἀρχή τις ἐπ' αὐτὸν τέτακται.

leges, puto, vobis sunt, vt, si quis pecuniam adulterauerit, capite plectatur, itemque spurium infantem si quis dolose supposuerit: vel, nescio quam aliam, huic rei dictam, vt subeat poenam. Philosophiam vero qui spuriam supponit, aut eam adulterat, hunc nulla, vt audio, apud vos lex coërcet: nec vllus, qui tali causae praesit, magistratus est constitutus.

Παρ' ἡμῖν δὲ, ὀλίγοι μὲν τῆ φιλοσοφεῖν ἅπτονται· δοκιμάζονται δὲ ὧδε. χρὴ τὸν νέον, ἐπειδὰν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονὼς τύχῃ, τοῦτο δ', οἶμαι, καὶ παρ' ὑμῖν ἐφήβου μέτρον, ὑπὲρ τὸν Υφασιν[1] ποταμὸν ἐλθεῖν παρὰ τοὺς ἄνδρας, οὓς σὺ ὥρμηκας[2], εἰπόντα δημοσίᾳ πρότερον ὅτι φιλοσοφήσει, ἵν' ᾖ, τοῖς βουλομένοις, ἐξείργειν αὐτὸν, εἰ μὴ καθαρὸς φοιτῴη. καθαρὸν δὲ λέγω, πρῶτον μὲν τὸ ἐς πατέρα καὶ μητέρα ἥκον, μὴ περὶ αὐτοὺς ὄνειδός τι ἀναφαίνοιτο· εἶθ' οἱ τούτων γονεῖς, καὶ τρίτον γένος εἰς ἄνω, μὴ ὑβριστής τις, ἢ ἀκρατὴς, ἢ χρηματιστὴς ἄδικος. ὅταν δὲ μηδεμία ὕλη περὶ τούτους ἀναφαίνηται, μηδὲ σίγμα ὅλως μηδὲν, αὐτὸν ἤδη διορᾶν τὸν νέον, καὶ βασανίζειν, πρῶτον μὲν[3], εἰ μνημονικὸς[4]; εἶτα, εἰ κατὰ φύσιν αἰδήμων, ἀλλὰ μὴ πλατ]όμενος τοῦτο; μὴ μεθυσικὸς, μὴ λίχνος, μὴ ἀλαζὼν, μὴ φιλόγελως, μὴ θρασὺς, μὴ φιλολοίδορος; εἰ πατρὸς ὑπήκοος, ἢ μητρὸς, ἢ διδασκάλων; εἰ παιδαγωγῶν; ἐπὶ πᾶσιν, εἰ μὴ[5] κακὸς περὶ τὴν

Apud nos autem pauci admodum philoso- c. XXX.
phiam attingunt: & hi tali ratione probantur. Oportet adolescentem decem & octo annos natum (hoc enim, vt puto, apud vos etiam tempore pubertatem metiuntur) superato Hypasi fluuio ad eos abire viros, ad quos tu etiam contendis: publice ante profitentem, se philosophiae operaturum, vt liceat, si ita statuerint, a tali incoepto eum prohibere, si forte impurior accesserit. Purum autem dico, primum quantum ad patrem matremue, ne aliqua in iis sit turpitudo: deinde quantum ad eorum parentes, tertiumque retro genus, vt ne quis eorum proteruus sit, aut incontinens, aut foenerator iniustus. Vbi autem in ipsis nulla macula reperitur, & nota omnino nulla, tum adolescentis ipsius mores inspicere fas est, atque examinare primo quidem, an memoria valeat? deinde, an sit ingenio modesto, neque id simulet tantum? an item ebriosus non sit, aut gulae deditus, an non iactator, an scurra non sit, an non audax, an non conuitiator? an parentibus aut doctoribus praeceptoribusue sit obtemperans? maxime

---

7 εἰ μὲν τὸ νόμισμ. παραφ. τ. ἀποθνήσκειν αὐτὸν] Demosth. Orat. in Leptinem: τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι, θάνατος παρ' ὑμῖν ἐστιν ἡ ζημία. Eandem legem ἁπάσαις ἃς ἴσμεν πόλεσι esse ait: Graeciae autem vrbes intelligo. Idem extrema contra Timocratem oratione repetitur. conf. Petitus de Legib. Attic. p. 415.

8 παρεγγράψοιτο] sic legit cod. Vrbinas, & in suis quoque ita se inuenisse meminerat Morell. in marg: retinuerat tamen cum Aldo παραγράψοιτο, cuius aegre commodum sensum inuenias. παρεγγράφειν est *falso inserere, supponere*, & παρέγγραφος *supposititius*, vt notum. Lectionem autem istam necessario postulant sequentia, in quibus παρεγγράφοιτι παιδίον manifeste comparatur ὑποβαλλόμενος φιλοσοφίαν, *spuriam philosophiam supponens*, vt διαφθείροντι τὸ νόμισμα *adulteranti pecuniam*, διαφθείραι φιλοσοφίαν.

CAP. XXX. 1 Υφασιν] sic vocant Diodorus & Arrianus. Plinius vero VI, 21 *Hypasin*. vbi codd. nonnulli legunt *Hypanin*, quod & habet Dionys. Perieg. & ipse Strabo XV, p. 697. & passim. Ad hunc vsque fluuium Alexandrum M. processisse idem Plinius ait: quod firmat noster inf. cap. 33. Strabo l. c. & alii.

2 ὃς σὺ ὥρμηκας] cum omnes codices nostri in hanc lectionem consentiant, eamque Morellus quoque in suis se inuenisse testetur, reuocare eam non dubitauimus, nam in prioribus erat οἷς σύ. Verti autem *quorum te desiderium cepit*, ὁρμᾶν enim *desiderio ferri* omnino significat, verum sine praepositione ἐπὶ vel alia simili cum sexto casu construi rarum. Forte noster ab Homero accepit Odyss. Ξ'. v. 376.

εἰ δ' ἄν κεν πόλεμον πόθεν ὁρμήσειε κρονίων.

quamuis transitiue ibi verbum ὁρμήσειε acceperit Eustathius, qui idem esse videtur quod κινήσειε.

3 καὶ βασανίζειν πρῶτον μὲν] similis fuit Pythagorae δοκιμασία, discipulis eius, antequam admitterentur, subeunda. v. Iambl. c. 17. quamuis de *genere* quidem & parentibus non nimis curiose interrogasse videatur.

4 εἰ μνημονικὸς] nempe eadem quae Pythagoraeorum sententia Indis quoque sedisse videtur, quibus visum ἐδὲν μεῖζον πρὸς ἐπιστήμην ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν τῆ δύναθαι μνημονεύειν. vid. Iambl. de vit. Pythag. c. 29. fin. Hinc est, quod s. l. I. c. 14 memoria in Apollonio tantopere laudetur, quodque ob illam Indis eum commendet Phraotes inf. huius libri cap. 41. quod item l. III. c. 16 non tantum in Apollonio multum eam laudent Philosophi Indi, verum a se quoque μνημοσύνην μάλιστα θεῶν coli dicant. Rursus eam in Apollonio celebret Damis lib. eodem c. 43. Intelligitur autem *memoria*, qua anima originis suae recordatur, variorumque statuum, quos in variis corporibus, vt illi Philosophi loquebantur, sustinuit. Manifestum hoc ex Iamblicho vita Pythag. c. 14. vbi de Pythagora dicitur: ἀλλὰ μὴν τῆς τε τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελείας ἀρχὴν ἐποιεῖτο τὴν ἀρίστην, ἵνα περ ἔδει προειληφέναι τοὺς μέλλοντας καὶ περὶ ἄλλων τ' ἀληθῆ μαθήσεσθαι, [τὴν μνημοσύνην] sensus est: *optimum eum institutionis initium, quod ante occupare oporteat eos, qui de aliis rebus veritatem perdiscere cupiant, credidisse* τὴν μνημοσύνην: quas voces in editis extritas, vt adderem, sequentia suadebant. Sic enim pergit: ἐναργέστατα γὰρ καὶ σαφῶς τῶν ἐντυγχανόντων πολλοὺς ἀνεμίμνησκε τὸν πρότερον βίον, ὃν αὐτῶν ἡ ψυχὴ, πρὸ τοῦδε τοῦδε τῷ σώματι ἐνδεδῆναι, πάλαι ποτὲ ἐβίωσε.

5 εἰ παιδαγωγῶν; ἐπὶ πᾶσιν εἰ μὴ &c.] sic distinximus, secuti sensum. Priores editiones εἰ παιδαγωγῶν ἐπὶ πᾶσιν. εἰ μὴ &c. pro παιδαγωγῶν in cod. Vratisl. legebatur παιδευτῶν. Ceterum eadem fere omnia δοκιμασίας Pythagoricae capita sunt apud Iamblich. c. 17.

an for-

an forma improbe vtatur? Et quae ad parentes quidem eius pertinent, eorumque genitores, ex testibus discunt & tabulis, quae publice prostant. Cum enim Indorum quispiam obierit, ad limina eius accedit magistratus, cui lege id demandatum est muneris, vt in tabulas referat, quomodo vitam ille egerit. Quod si fefellerit, vel falsus fuerit magistratus ille, poenam leges decernunt, vt nullo amplius magistratu fungi possit, vt qui vitam hominis aliam finxerit. Quae ad ipsos autem iuuenes spectant, eos inspiciendo cognoscunt. Multa enim de moribus hominum ex oculis discere est, multa in superciliis, genisque posita sunt consideranda atque expendenda, in quibus sapientes & naturae periti homines, sicuti in speculo rerum species, ingenia hominum cognoscunt. Cum enim magni aestimetur heic loci philosophia, pretiumque apud Indos res ista habeat, necesse omnino est explorari eos, qui ad illam accedunt, multisque experimentis obnoxios fieri. Quo modo igitur apud Professores hoc fiat, & quomodo probationem apud nos subeat philosophiae studium, satis ostendi.

ap. XXXI. Quae autem me concernunt, ita se habent. Ego auum quidem Regem habui cognominem: Patrem, hominem priuatam qui vitam egit. Orphanus factus enim puer admodum, tutores duos ex cognatis habuit, vt legibus Indorum praescriptum. Illi igitur eius vice regium munus obierunt, minime, per solem, laudabiliter, & moderate parum: quamobrem odio habiti subditis sunt, maleque audiuit publicae rei administratio. Coniurantes igitur contra illos Optimatum quidam, solemni festo impetum in eos faciunt, & inter sacra, quae Indo offerebant, eos opprimunt, ipsi vero occupato regno publicam rem administrarunt. De patris igitur mei salute soliciti agnati, cum annos nondum impleuisset sedecim, trans Hyphasim eum miserunt ad Regem istarum partium. Latius autem ille quam ego imperat: estque illa regio longe magis quam haec nostra beata. Vbi autem cum in filium sibi adoptare Rex velle coepit, id deprecatus est quidem, nolle se, inquiens, contra fortunam pugnare, quae iam sibi regnum ademisset. Rogauitque eum, vt sibi phi-

ἑαυτῷ ὥραν[6]; τὰ μὲν δὴ τῶν γεναμένων αὐτὸν, καὶ οἱ ἐκείνως γέναντο, ἐκ μαρτύρων ἀναλέγονται καὶ γραμμάτων, ἃ δημοσίᾳ κεῖται. ἐπειδὴ γὰρ τελευτήσῃ ὁ Ινδὸς[7], φοιτᾷ ἐπὶ θύρας αὐτῷ μία ἀρχὴ, τεταγμένη ὑπὸ τῶν νόμων ἀναγράφειν αὐτὸν, ὡς ἐβίω. καὶ ψευσαμένῳ τι, ἢ ψευσθέντι τῷ ἄρχοντι ἐπιτιμῶσιν οἱ νόμοι, μὴ ἄρξαι αὐτὸν ἔτι ἀρχὴν μηδεμίαν, ὡς παραποιήσαντα βίον ἀνθρώπου. τὰ δὲ τῶν ἐφήβων; ἐς αὐτὸς ὁρῶντες; ἀναμανθάνουσι. πολλὰ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἑρμηνεύουσι[8], πολλὰ δ' ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται γνωματεύειν τε καὶ θεωρεῖν, ἀφ' ὧν σοφοί τε καὶ φυσικοὶ ἄνδρες, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ εἴδωλα, τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων διαθεῶνται. μεγάλων γὰρ δὴ ἀξιουμένης φιλοσοφίας ἐνταῦθα[9]; καὶ τιμὴν παρ' Ινδοῖς τοῦτο ἔχοντος, ἀνάγκη πᾶσα ἐκβασανίζεσθαί τε τοὺς ἐπ' αὐτὴν ἰόντας, ἐλέγχοις τε ὑποβεβλῆσθαι μυρίοις. ὡς μὲν δὴ ἐπὶ διδασκάλοις αὐτὸ ποιούμεθα, καὶ ἐς δοκιμασίαν ἡμῖν τὸ φιλοσοφεῖν ἥκει, σαφῶς εἴρηκα.

Τὰ ἐμοὶ δὲ ὧδε ἔχει. ἐγὼ μὲν πάππου βασιλέως ἐγενόμην, ὃς ἦν μοι ὁμώνυμος· πατρὸς δὲ, ἰδιώτου. καταλειφθεὶς γὰρ κομιδῇ νέος, ἐπίτροποι μὲν αὐτῷ ἐγένοντο δύο τῶν ξυγγενῶν, κατὰ τοὺς τῶν Ινδῶν νόμους. ἔπραττον δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τὰ βασιλικὰ, οὐ χρηστῶς μὰ τὸν ἥλιον, οὐδὲ ξυμμέτρως; ὅθεν βαρεῖς τοῖς ὑπηκόοις ἐφαίνοντο, καὶ ἡ ἀρχὴ κακῶς ἤκουε. ξυστάντες οὖν ἐπ' αὐτοὺς τῶν δυνατῶν τινες; ἐπιτίθενται σφίσιν ἐν ἑορτῇ, καὶ κτείνουσι τῷ Ινδῷ θύοντας[1]; αὐτοί τε ἐπεισπηδήσαντες τῷ ἄρχειν, ξυνέσχον τὰ κοινά. δείσαντες δ' οἱ ξυγγενεῖς περὶ τῷ πατρὶ, μήπω ἑνδεκαέτει γεγονότι, πέμπουσιν αὐτὸν ὑπὲρ τὸν Ὑφασιν παρὰ τὸν ἐκεῖ βασιλέα· πλειόνων δὲ ἢ ἐγὼ[2] ἄρχει, καὶ εὐδαίμων ἡ χώρα παρὰ πολὺ τῆς ἐνταῦθα. βουλομένου δ' αὐτὸν τοῦ βασιλέως παῖδα ποιεῖσθαι, τοῦτο μὲν παρῃτήσατο; φήσας μὴ φιλονεικεῖν τῇ τύχῃ ἀφῃρημένῃ αὐτὸν τὸ ἄρχειν. ἐδεήθη δ' αὐτοῦ ξυγχωρῆσαι οἱ φι-

6 κακὸς περὶ τὴν ἑαυτοῦ ὥραν] vid. supra ad l. I. c. 12. n. 2.

7 ὁ Ινδὸς] malim omisso articulo Ινδός.

8 πολλὰ μὲν γὰρ ὀφθ. τ. ἀνθρ. ἤθ. ἑρμ.] sic de Pythagora δοκιμασίαν suam exercente Iamblichus l. c. τοῖς τε τῆς φύσεως γνωρίσμασι φυσιογνωμονῶν αὐτὸς σημεῖα τὰ φανερὰ ἐποιεῖτο τῶν ἀφανῶν ἠθῶν ἐν τῇ ψυχῇ. Quae noster ob oculos habens ornatum iis addidisse videtur.

9 μεγάλ. γὰρ δὴ ἀξιουμ. φιλ. ἐνταῦθα] diligentius vero honorem Philosophis apud Indos habitum exponit Arrian. Indic. p. 530. adde & Strabon. lib. XV p. 703. & Plin. H. N. VI, 22.

CAP. XXXI. 1 τῷ Ινδῷ θύοντας] *Indo* fluuio sacra facere, ait, Indos, vt Aegyptios Nilo. Nempe aliis quoque rebus plerisque similem Indo Nilum nobis sistere gestit. De sacris vero Indo peractis supra etiam agit c. 19.

2 πλειόνων δὲ ἢ ἐγὼ &c.] quod facile patet ex dimensione Plinii l. c. & Strabonis l. XV. p. 689.

λοσοφῆσαι, βαδίσαντι παρὰ τὰς σοφάς· καὶ γὰρ ἂν καὶ ῥᾷον καρτερῆσαι τὰ οἴκοι κακά. βουλομένῳ δὲ τῷ βασιλέως καὶ καταγεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἀρχήν· εἰ γνησίως, ἔφη, φιλοσοφοῦντα αἴσθοιο, κάταγε· εἰ δὲ μή, ἔα με ὅπως ἔχειν. αὐτὸς ἦν ὁ βασιλεὺς ἥκων παρὰ τὰς σοφάς, μεγάλων ἂν, ἔφη, παρ' αὐτῶν τυχεῖν, εἰ τῷ παιδὸς ἐπιμεληθείεν, γενναίᾳ τὴν φύσιν ἤδη ὄντος. οἱ δὲ κατιδόντες τι ἐν αὐτῷ[3], πλέον ἠσπάσαντο προσδοῦναί οἱ τῆς αὐλῶν σοφίας, καὶ προθύμως ἐπαίδευον, προσκείμενον πάνυ τῷ μανθάνειν. ἑβδόμῳ δὲ ἔτει νοσῶν ὁ βασιλεὺς, ὅτε δὴ καὶ ἐτελεύτα, μεταπέμπεται αὐτὸν, καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς ἀποφαίνει τῷ υἱῷ, τὴν δὲ θυγατέρα ὁμολογεῖ, πρὸς ὥραν [4] ἔσαν. ὁ δὲ, ἐπειδὴ τὸν τῷ βασιλέως υἱὸν εἶδε κολάκων, καὶ οἴνου, καὶ τῶν τοιούτων κακῶν ἥττω, μεσόν τε ὑποψιῶν πρὸς αὐτὸν, σὺ μὲν, ἔφη, ταῦτ' ἔχε, καὶ τῆς ἀρχῆς ἅπασης ἐμφορῶ· καὶ γὰρ ἔυηθες μηδὲ τὴν προσήκουσαν ἑαυτῷ βασιλείαν κτήσασθαι δυνηθέντα, θρασέως δοκεῖν ἐπὶ τὴν μὴ προσήκουσαν ἥκειν. ἐμοὶ δὲ τὴν ἀδελφὴν δίδου, τοῦτο γὰρ μόνον ἀπόχρη μοι τῶν σῶν. καὶ λαβὼν τὸν γάμον, ἔζη[5] πλησίον τῶν σοφῶν, ἐν κώμαις ἑπτὰ εὐδαίμοσιν, ἃς ἐπέδωκε τῇ ἀδελφῇ ὁ βασιλεὺς εἰς ζώνην[6]. γίνομαι τοίνυν ἐγὼ τοῦ γάμου τούτου. καί με ὁ πατὴρ, τὰ Ἑλλήνων παιδεύσας, ἄγει παρὰ τὰς σοφάς, πρὸ ἡλικίας ἴσως, δώδεκα γάρ μοι τότε ἦν ἔτη· οἱ δὲ, ἔτρεφον ἴσα καὶ ἑαυτῶν παῖδα. ὃς γὰρ ἂν ὑποδέξωνται τὴν Ἑλλήνων φωνὴν εἰδότας, ἀγαπῶσι μᾶλλον, ὡς ἐς τὸ ὁμόηθες αὐτοῖς ἤδη προσήκοντας.

Ἀποθανόντων δέ μοι τῶν γονέων, ἃ μεταπολὺ ἀλλήλων, αὐτοί με, βαδίσαντες ἐπὶ τὰς κώμας, ἐκέλευσαν ἐπιμεληθῆναι τῶν ἐμαυτοῦ, γεγονότα ἐννεακαίδεκα ἔτη. τὰς μὲν δὴ κώμας ἀφῃρεῖτό με ἤδη ὁ χρηστὸς θεῖος, καὶ δὴ τὰ γήδιά μοι ὑπελίπετο, τὰ κεκτημένα τῷ πατρί, πάντα γὰρ δὴ τῇ ἑαυτοῦ ἀρχῇ προσήκειν αὐτά, ἐμὲ δ' ἂν μεγάλων παρ' αὐτοῦ τυχεῖν, εἰ με ἐῴη ζῆν. ἔρανον δὴ ξυλλεξάμενος παρὰ τῶν τῆς μη-

loſophiae operam nauare permitteret, ſapientes frequentanti: nempe ita melius ſe toleraturum [dicens] domeſtica mala. Cum porro Regi eum ad paternum imperium reducere eſſet conſtitutum, reducito me, dixit, vbi philoſophiae ingenue operam a me poni videris: ſi minus, ſinito me ita viuere. Ipſe igitur Rex ad ſapientes profectus, in magna beneficii parte ſe id habiturum, dixit, ſi curam gererent pueri, ſuo iam ingenio optimi. Illi vero praeclarum quid in illo animaduertentes, hoc magis impertiri ipſi ſapientiam ſuam geſtiebant, libenterque eum inſtituebant, ſtudiis ſemper intentum. Septimo vero inde anno Rex, vbi in aduerſam valetudinem incidiſſet & morti iam eſſet proximus, eum accerſiuit, filioque ſuo regni ſocium dedit, filia etiam deſponſata iam nubili. Ipſe vero poſtquam Regis filium aſſentatoribus, vinoque, & aliis huiuſmodi vitiis obnoxium eſſe vidit, aduerſum ſe ſuſpicionibus item repletum, tu, inquit, haec omnia tibi habeto, regnoque toto fruniſcare: ſtolidum eſt enim eum, qui regnum, quod iure ſuum eſſet, retinere non potuit, audacter in illud velle inuolare, quod ſuum non ſit. Mihi igitur ſororem tuam permitte, hoc enim ſolum tuorum bonorum mihi ſatis eſt. Nuptiiſque impetratis in vicinia ſapientum habitauit, in vicis amoeniſſimis ſeptem, quos ſorori dotis nomine Rex tradiderat. Ex hocce igitur ego natus coniugio ſum. Meque pater Graecis literis inſtitutum ad ſapientes deduxit, citius fortaſſe quam aetas ferret: eram enim tum annos natus duodecim: illi vero me non ſecus ac filium educauere. Quos enim Graecis literis inſtructos accipiunt, multo magis diligunt, tanquam doctrinae ſimilitudine quadam iam ſibi deuinctos.

Mortuis autem parentibus meis, non longo c. XXXII.
inter ſe ſpatio, ipſi me, in vicos deducentes, res meas curare iuſſerunt, annos natum vndeuiginti. Sed iam vicos abſtulerat bonus ille auunculus, & ne agellos quidem mihi reliquerat, quos ipſe comparauerat pater, cuncta enim iſta ad ſuum regnum dictitabat pertinere, mecum vero bene agi, ſi viuere me permittat. Stipem igitur colligens a libertis ma-

3 κατιδόντες τι ἐν αὐτῷ] nempe φυσιογνωμονήσαντες, vid. ſ. cap. 30. & ibi notata n. 8.

4 πρὸς ὥραν] Salmaſ. malebat πρὸς ὥρᾳ.

5 ἔζη] priores editiones habebant ἔπλει, quod nullum ſenſum hic fundit. Cod. Vaticanus & Vrbinas ἔξη habebant: vnde procliue erat ἔζη reſtituere, quod diſerte habet Vratisl.

6 εἰς ζώνην] *dotem* notari phraſi rara ſed elegante manifeſtum. Scilicet in *zona* pecuniae aſſeruabantur, & veſtis eadem conſtringebatur, ſoluebaturque zona nouis nuptis: vnde eleganter *dos* εἰς ζώνην δίδοσθαι dicitur. Forte tamen hic phraſis petita a Perſarum moribus, apud quos Reginis certae vrbes εἰς κάλυπτραν & ceteras partes mundi muliebris erant aſſignatae, vt notum.

ternis

ternis acceptam, quatuor habebam famulos. Legenti autem aliquando tragoediam, quae Heraclidae vocatur, superuenit ex hisce partibus nonnemo, epistolam afferens a quodam parentis mei necessario. Is me iubebat Hydraota amne transmisso se conuenire, de regno mecum acturum: esse enim haut exiguam spem illud recuperandi, modo segnis esse nolim. Tragoediam igitur Deorum aliquis mihi in mentem reuocauit, omenque sequutus sum. Transmisso autem flumine, eorum quidem, qui regnum inuaserant, alterum interiisse audiui; alterum in hac ipsa regia obsideri. Progressus sum igitur maxima contentione, vicinos, qua quidem iter facerem, magno clamore certiores faciens, me filium esse illius, & ad meum recuperandum regnum ire. Illi vero gaudentes & saluere iubentes comitati sunt, auo simillimum esse existimantes. Erantque gladii illis & arcus, numerusque eorum indies crescebat. Ad portas itaque accedentem tam beneuole susceperunt, vt ex ara solis accensis facibus ante portas obuiam procederent, atque huc deducerent, multa in aui patrisque mei laudem canentes. Eum vero, qui fuci ad instar intus latebat, muris concluserе, quamuis ego intercederem, ne tali morte ipsum interimerent.

τρὸς ἀπελευθέρων, ἀκολάθους εἶχον [1] τέτταρας. καί μοι ἀναγιγνώσκοντι τὰς Ἡρακλείδας, τὸ δρᾶμα [2], ἐπέσηπτις ἐντεῦθεν, ἐπιστολὴν φέρων παρὰ ἀνδρὸς ἐπιτηδείου τῷ πατρί. ὃς με ἐκέλευσε διαβάντα τὸν Ὑδραώτην ποταμὸν, ξυγγενέσθαι οἱ περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἐνταῦθα· πολλὰς γὰρ ἐλπίδας εἶναί μοι ἀνακτήσασθαι αὐτὴν, μὴ ἐλινύοντι. τὸ μὲν δὴ δρᾶμα [3] θεῶν τις οἶμαι ἐπὶ νοῦν ἤγαγε, καὶ εἰπόμην τῇ φήμῃ. διαβὰς δὲ τὸν ποταμὸν, τὸν μὲν ἕτερον τῶν βεβιασμένων ἐς τὴν ἀρχὴν τεθνάναι ἤκουσα, τὸν δὲ ἕτερον ἐν τοῖς βασιλείοις πολιορκεῖσθαι τύτοις. ἐχώρουν [4] δὴ ξυντείνας, καὶ βοῶν πρὸς τὰς ἐν ταῖς κώμαις, δι' ὧν ἔσειχον, ὡς ὁ τῦ δεῖνος εἴην υἱὸς, καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμαυτῦ ἴοιμι. οἱ δὲ χαίροντές τε καὶ ἀσπαζόμενοί με πρὸπεμπον, παραπλήσιον ἡγέμενοι τῷ πάππῳ. ἐγχειρίδιά [5] τε ἦν αὐτοῖς, καὶ τόξα [6], καὶ πλείους ἀεὶ ἐγινόμεθα. καὶ προσελθόντα ταῖς πύλαις ἔτω τι ἄσμενοι ἐδέξαντο οἱ ἐνταῦθα, ὡς ἀπὸ τὸ βωμῦ τὸ ἡλίου δᾳδας ἀψάμενοι πρὸ πυλῶν τε ἥκειν, καὶ ἡγεῖσθαι δεῦρο, ἐφυμνοῦντες πολλὰ τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πάππῳ. τὸν δὲ ἔσω κηφῆνα πέρι τὸ τεῖχος εἶρξαν [7], καί τοι ἐμοῦ παραιτυμένου μὴ τοιῷδε τρόπῳ ἀποθανεῖν αὐτόν.

XXXIII. Hisce igitur respondens Apollonius, Heraclidarum, dixit, planissime reditum narrasti. Laudandique sunt Dii ob voluntatem benignam, qua viro bono, in suum regnum redeunti, auxilium in itinere praestitere. Verum hoc de sapientibus mihi velim exponas; an non & ii Alexandro obnoxii fuerint, atque

Ὑπολαβὼν ὖν ὁ Ἀπολλώνιος, Ἡρακλειδῶν, ἔφη, κάθοδον [1] ἀτεχνῶς διελήλυθας. καὶ ἐπαινετέοι οἱ θεοὶ τῆς διανοίας, ὅτι γενναίῳ ἀνδρὶ, ἐπὶ τὰ ἑαυτῦ ἰέχοντι, ξυνήραντο τῆς καθόδυ. ἀλλ' ἐκεῖνό μοι περὶ τῶν σοφῶν εἰπὲ, ἃ καὶ ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ ποτὲ ἐγένοντο ἅτοι [2], καὶ ἀναχθέντες,

---

CAP. XXXII. 1 εἶχον] sic ex Vrbin. rescripsi pro ἔχων, quod in prioribus editionibus.

2 τὰς Ἡρακλείδας τὸ δρᾶμα] Euripidis Tragoedia: qua Herculis liberi repraesentantur, Eurystheo tyranno caeso, cum hucusque apud Athenienses exules fuissent, in patriam denique redeuntes.

3 τὸ μὲν δὴ δρᾶμα] puto inprimis eum respicere v. 874. sqq. quibus Alcestis Heraclidis in patriam redeundi licentiam gratulata, vt ei se parent illos excitat: illius enim verba inprimis ad omen capiendum auspicatum faciunt. En illa:

Ὦ τέκνα, νῦν δὴ, νῦν ἐλίυθεροι πόνων,
Ἐλίυθεροι δὲ τῦ κακῶς ὀλεμίυ
Εὐρυσθέως ἔσεσθε, καὶ πόλιν πατρὸς
Ὄψεσθε, κλήρες δ' ἱμῶν κατύσεσθε χθονός,
Καὶ θεοῖς πατρῴοις θύσεθ', ὧν ἀπεργμένοι
Ἦτον, πλανήτην ἦχετ' ἄθλιον βίον.

4 πολιορκεῖσθαι τύτοις. ἐχώρουν &c.] ita distinguendum. Male priores editiones πολιορκεῖσθαι. τύτοις ἐχώρουν &c. quod non perturbare non poterat lectorem. Vnde tamen vera & hanc distinctionem sequuta Morelli interpretatio? Nempe Rhinuccinum, vt passim fecit, nulla lectionis codicum suorum habita ratione, exscripsit.

5 ἐγχειρίδια] vocem *gladios breuiores* notare triuiale; tales autem Indis pedibus. Arrian. Indic. p. 541. μάχαιραν δὲ πάντες φορέουσι πλατείην δὴ, καὶ τὸ μῆκος ἐ μέζω τριπήχεος.

6 τόξα] quae describit Arrian. l. c. quod sint τοῖς ἔχουσιν ἰσομήκη, trium cubitorum telis paria: quodque, si tendatur, in terra eos constituant Indi, sinistro pede, dum neruum adducunt, contra lignum nitentes.

7 τὸν δὲ ἔσω κηφῆνα πέρι τὸ τεῖχος εἶρξαν] sic lego absque distinctione. Constructio est, περὶ δὲ τὸν ἔσω κηφῆνα τεῖχος εἶρξαν. Nempe praepositiones post casus suos ponī apud Graecos non rarum. Quod cum non obseruassent Interpretes priores περὶ legentes pro πέρι, retracto accentu, & ὑποστιγμὴν praeterea post κηφῆνα ponentes, ita vt ad τὸ τεῖχος praepositionem referrent, ad absurdam plane interpretationem confugere necesse habuerunt. Sensus est: Indos *muris inclusum* tyrannum viuum quasi sepeliisse, vt inedia ei esset moriendum. Germani dicimus vermauren. κηφῆνα autem eleganter dicit, fastu & externa specie regem mentientem, & alienum regnum inuadentem, hoc enim *fucorum*.

CAP. XXXIII. 1 Ἡρακλειδῶν κάθοδον] vid. ad cap. praeced. n. 2. 3.

2 ἃ καὶ ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ ποτὲ ἐγένοντο ἅτοι] nempe audiuerat Apollonius, quae de Alexandri cum Indis Philosophis commerciis, Dandami inprimis & Calano, & Onesi-

αὐτῷ περὶ τᾶ ὐρανᾶ ἐφιλοσόφησαν; Οξυδράκαι[3], ἔφη, ἐκεῖνοι ἦσαν. τὸ δὲ ἔθνος τᾶτο ἐλευθεριάζει τε ἀεὶ καὶ πολεμικῶς ἐξήρτυται[4]. σοφίαν τε μεταχειρίσασθαι, φασίν, ὐδὲν χρηςὸν εἰδότας[5]. οἱ δὲ ἀτεχνῶς σοφοὶ κεῖνται μέντοι τᾶ Υφάσιδος καὶ τᾶ Γάγγα μέσοι. τὴν δὲ χώραν ταύτην ὐδὲ ἐπῆλθεν ὁ Αλέξανδρος[6], ὅτι πᾶ τὰ ἐν αὐτῇ δείσας, ἀλλ', οἶμαι, τὰ ἱερὰ ἀπεσήμηνεν αὐτῷ[7]. εἰ δὲ καὶ διέβη τὸν Υφασιν, καὶ τὴν περὶ αὐτὸς γῆν ἠδυνήθη ἐλεῖν, ἀλλὰ τήν γε τύρσιν[8], ἣν ἐκεῖνοι κατοικᾶσιν, ὐδ' ἂν μυρίας μὲν Αχιλλέας, τριςμυρίας δὲ Αιαντας ἄγων ποτὲ ἐχειρώσατο. ὐ γὰρ μάχονται τοῖς προσελθᾶσιν, ἀλλὰ διοσημείαις τε καὶ σκηπτοῖς βάλλοντες ἀποκρύκονται σφᾶς, ἱεροὶ καὶ θεοφιλεῖς ὄντες. τὸν γᾶν Ηρακλέα τὸν Αιγύπτιον, καὶ τὸν Διόνυσον, ξὺν ὅπλοις διαδραμόντας τὸ Ινδῶν ἔθνος, φασὶ μέν ποτε ἐλάσαι ἐπ' αὐτὸς ἅμα[9], μηχαναίς τε παλαμήσασθαι, καὶ τᾶ χωρίᾳ ἀποπειρᾶσθαι. οἱ δὲ ἀντιπράξειν ὐδὲν, ἀλλ' ἀτρεμεῖν, ὡς ἐκείνοις ἐφαίνοντο[10]. ἐπεὶ δ' αὐτοὶ προσήεσαν, πρηςῆρες αὐτὸς ἀπεώσαντο, καὶ βρονταὶ κάτω τρεφόμεναι καὶ ἐμπίπτᾳσαι τοῖς ὅπλοις. τήν τε ἀσπίδα, χρυσῆν ὖσαν, ἀποβαλεῖν ἐκεῖ λέγεται ὁ Ηρακλῆς· καὶ πεποίηνται αὐτὴν ἀνάθημα οἱ σοφοὶ, διά τε τὴν τᾶ Ηρακλέος δόξαν, διά τε τὸ ἐντύπωμα[11] τᾶς ἀσπίδος. αὐτὸς γὰρ πεποίηται ὁ Ηρακλῆς ὁρίζων τὰ Γάδειρα, καὶ τὰ ὄρη σήλας ποιούμενος, τόν τε Ωκεανὸν ἐς τὰ ἔξω ἐπισπώμενος[12]. ὅθεν δῆλᾶται, μὴ τὸν Θηβαῖον Ηρακλέα, τὸν δὲ Αιγύπτιον ἐπὶ τὰ Γάδειρα ἐλθεῖν[13], καὶ ὁρισὴν γενέσθαι τᾶς γᾶς.

ab eo abducti, de rebus coeleſtibus in eius gratiam ſint philoſophati? Oxydracae, reſpondebat, illi fuerunt. Gens autem iſta ſolute viuit ſemper, reique bellicae ſtudet. Inſapientiae autem ſtudia eam inuaſiſſe aiunt, quamuis nihil praeclarum ſciant. Aſt vere ſapientes inter Hyphaſidem & Gangen medii habitant. In hanc autem regionem ne venit quidem vnquam Alexander, non quod metueret quae in illa regione ſunt, ſed, vt ego puto, quod auſpicia non addicerent. Quamuis Hyphaſidem vero ſuperaſſet, & virium ſatis ad occupandam vicinam regionem habiturus fuiſſet; at propugnaculum tamen quod illi habitant, ne quidem, ſi decem mille adduxiſſet Achilles, & triginta mille Aiaces, capere vnquam potuiſſet. Non enim in aciem prodeuntes dimicant cum illis qui inuaſerint eos, ſed prodigiis fulminibuſque eos propulſant, vt ſacroſancti qui ſint Diiſque chariſſimi. Aegyptium nempe Herculem & Bacchum, qui armati Indiam peruagati ſunt, iunctis armis ipſos inuaſiſſe perhibent, operibuſque ſtructis locum expugnare conatos eſſe. Iſti autem nihil contra moliri, ſed quietem agere, vt illis quidem videbatur. At poſtquam hoſtes pugnam exorſi ſunt, ignei turbines ipſos depulere, & tonitrua coelitus delata, inque arma prolapſa. Diciturque ibi clypeum abieciſſe Hercules aureum, quem ſapientes illi in ſacris theſauris repoſuerunt: tum ideo quod magnum eſſet Herculis nomen, tum ob clypei ſculpturam. Ipſe enim in eo Hercules effictus erat, terminos ad Gades collocans, & ex montibus ſtruens columnas, Oceanumque verſus partes exteriores ſubmouens. Vnde manifeſte colligitur non Thebanum Herculem, ſed Agyptium ad Gades veniſſe, terrarumque extitiſſe finitorem.

---

criti ad eos ablegatione paſſim tradidere Graeci, Diodor. Sic. l. XVII. p. 572. Strabo l. XV. p. 714. Arrianus in Indicis p. 443. ſq. & ex recentioribus Palladius de Brachmanibus.

3 Οξυδράκαι] *Oxydracae* dicuntur Ptolemaeo, qui iuxtà montes Sogdios eos collocat p. 160. *Mallos* & *Oxydracas* iungunt Diodor. Sic. l. XVII. p. 565. & Strabo l. XV. p. 701. meminit & Plin. VI, 18.

4 πολεμικῶς ἐξήρτυται] bellicae virtutis gloriam Oxydracis etiam vendicat Diodorus l. c.

5 εἰδότας] ſic reſcribere auſus ſum pro εἰδότες, quod erat in editis.

6 ὐδὲ ἐπῆλθεν Αλέξανδρος] conſentiunt omnes qui de rebus eius ſcripſere. conf. ad cap. 30. not. 1.

7 τὰ ἱερὰ ἀπεσήμηνεν αὐτῷ] ſic & Strabo μαντείοις τισὶ προσέχων. Nulla eius rei facta mentione, militum vnice ſeditioni, quod non proceſſerit vlterius Alexander, adſcribit Diodor. XVII. p. 532. Arrian. l. V. p. 366. Curtius IX, 2. ſqq. Ceterum gemina phraſis inf. cap. 39. not. 1. τὰ γὰρ ἱερὰ ἐ ξυνεχώρει μοι.

8 τὴν γε τύρσιν] ὄχθον τῶν σοφῶν vocat libri III. c. 12. & ὀχυρὸν c. 13. vbi plura de mirabili hoc propugnaculo.

9 ἐλάσαι ἐπ' αὐτὸς ἅμα] conf. infra l. III. c. 12. Videntur autem, quae de oppugnato τῶν σοφῶν ὄχθῳ hic dicit noſter, ad Aornum petram tranſtuliſſe, qui Alexandri M. res geſtas deſcripſere: eam enim ab Hercule & Baccho fruſtra oppugnatam dicunt, fulmine tamen & tonitribus eos depulſos eſſe non memorant. Sed quis exacte veritatem perſpiciat in fabulis iſtis? in quibus quiduis ſibi licere putauerunt veteres.

10 ὡς ἐκείνοις ἐφαίνοντο] Vrbin. ἐφαίνετο, vtrumque ferri poteſt.

11 ἐντύπωμα] omnes noſtri habent ἐκτύπωμα h. e. *quod expreſſum eſt* in ſcuto; ἐντύπωμα intelligo *caelaturam*.

12 ἐς τὰ ἔξω ἐπισπώμενος] τὰ ἔξω vocat plagam vltra columnas Herculis, quo ſubmouendum mare fuit, vt columnae illae in fundo maris conſtitui poſſent. Ceterum fabula nota, eaque omnes mythographi libros impleuere.

13 τὸν δὲ Αιγύπτιον ἐπὶ Γάδειρα ἐλθεῖν] nempe praeſupponit Philoſtratus tanquam certum, Aegyptium Herculem Indos impugnaſſe, in cuius ſcuto cum quae circa Gades geſta Herculiſque columnas appareant, inde concludit Ae-

Eiuſmodi

C. XXXIV. Eiusmodi dum inuicem miscerent sermones, cantus cum tibiis superuenere. Interrogante autem Regem ipso Apollonio, quid comus hic sibi vellet? Indi, respondit, Regi, cubitum eunti, cantilenas occinunt bonis monitis refertas, vt bonis vtatur somniis, bonusque ex somno surgat, subditisque consulens bene. Quomodo vero, inquiebat Apollonius, Tu o Rex, aduersus ista animatus es, ad te enim ille tibiarum cantus pertinet? Non derideo, aiebat ille: talia enim admittere in gratiam legum, cetera admonitione non indigere oportet. Quaecunque enim Rex moderate ager & recte, eis sibi magis quam subditis proderit. Hisque dictis ad quietem se composuerunt.

C. XXXV. Postquam vero dies illucescere coepit, Rex ad cubiculum ipse venit, vbi Apollonius sociique eius dormiebant, manuque lectulum tenens virum est allocutus, & quid meditaretur? interrogauit: neque enim dormis, aiebat, aquam qui bibas, vini contemtor. At enimuero dormirene haut posse putas, Apollonius aiebat, aquam qui bibunt? Dormire quidem puto, Rex dicebat, sed leui somno; quemque extremis oculis insidere vulgo dicimus, menti quietem nullam afferre. Imo vero, regerebat Apollonius, vtrisque, & magis forte etiam menti. Nisi enim quieta mens fuerit, nec oculi somnum suscipere possint. Propterea furiosi dormire nequeunt, mentis agitatione prohibiti. Sed animo ad alia ex aliis diuertente, toruum magis tuentur & impudens, sicut dracones peruigiles. Quoniam igitur, aiebat, o Rex, de somno ipso luculenter constat, iisque, quae hominibus indicare solet, quanam re inferior sit in dormiendo eo, qui inebriatur, is, qui aquam bibit, perquiramus. Noli, Rex aiebat, callide statum causae peruertere. Si de ebrio enim agere volueris, ebrietatem quidem somnum non inducere fatebor. Bacchico enim furore concitatus animus talem agitabit, & perturbatione implebit. Nempe omnes, qui post crapulam dormitare nituntur, modo ad tectum vsque attolli, modo sub terram detrudi rursus sibi videntur, talique agitari vertigine, qualis Ixioni dicitur contigisse.

Τοιαῦτα διαλεγομένων αὐτῶν, ἐπεισῆλθεν ὁ ὕμνος αὐλῷ ἅμα. ἐρομένῳ δὲ αὐτῷ τῷ Ἀπολλωνίῳ τὸν βασιλέα, ὅ, τι ἐθέλοι ὁ κῶμος; Ινδοὶ, ἔφη, παραινέσεις τῷ βασιλεῖ ἄδουσιν, ἐπειδὴ πρὸς τῷ καθεύδειν γίνηται, ὀνείρασί γε ἀγαθοῖς χρῆσθαι, χρηστόν τε ἀνίστασθαι καὶ ξύμβουλον τοῖς ὑπηκόοις. πῶς ἄν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, διάκεισαι πρὸς ταῦτα; σὲ γάρ πω αὐλῶσιν. ὁ καταγελῶ, ἔφη, δεῖ γὰρ προσίεσθαι αὐτὰ τοῦ νόμου ἕνεκεν, παραινέσεως μέν τοι μηδεμιᾶς δεῖσθαι. ὅσα γὰρ ἂν ὁ βασιλεὺς μετρίως τε καὶ χρηστῶς πράττῃ, ταῦτα ἑαυτῷ χαριεῖται δήπου μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπηκόοις. τοιαῦτα διαλεχθέντες, ἀνεπαύσαντο.

Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ὑπεφαίνετο, αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἀφίκετο ἐς τὸ δωμάτιον, ᾧ ἐκάθευδον[1] οἱ περὶ τὸν Ἀπολλώνιον, καὶ τὸν σκίμποδα ἐπιψηλαφήσας προσᾶπτε τὸν ἄνδρα[2], καὶ ἤρετο αὐτὸν ὅ, τι ἐνθυμεῖτο; ὁ γάρ πω καθεύδεις, εἶπεν, ὕδωρ πίνων, καὶ καταγελῶν τοῦ οἴνου. ὁ γὰρ καθεύδειν ἡγῇ, ἔφη, τοὺς τὸ ὕδωρ πίνοντας; καθεύδειν μέν, ἔφη, λεπτὸν δὲ ὕπνον, ὃν περ ἄκροις αὐτῶν[3] τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐφιζάνειν φῶμεν, ὁ τῷ νῷ. ἀμφοτέροις, εἶπε, καὶ ἴσως τῷ νῷ μᾶλλον. εἰ γὰρ μὴ ἀτρεμήσειεν ὁ νοῦς, οὐδὲ ὑποδέξονται οἱ ὀφθαλμοὶ τὸν ὕπνον. οἱ γοῦν μεμηνότες οὐδὲ καθεύδειν δύνανται, διὰ τὴν τοῦ νοῦ πήδησιν, ἀλλ' εἰς ἄλλα καὶ ἄλλα ἀπιούσης τῆς ἐννοίας, γοργότερον ἀναβλέπουσι καὶ ἀναιδέστερον, ὥσπερ οἱ ἄϋπνοι τῶν δρακόντων[4]. ἐπεὶ τοίνυν, ὦ βασιλεῦ, εἶπε, σαφῶς ἡρμήνευται τὸ τοῦ ὕπνου ἔργον, καὶ ἅτινα δηλοῦται τοῖς ἀνθρώποις, σκεψώμεθα τί μειονεκτήσειε τῷ ὕπνῳ μεθύοντος ὁ τὸ ὕδωρ πίνων. μὴ σοφίζου, ἔφη ὁ βασιλεύς· εἰ γὰρ μεθύοντα ὑποθήσῃ, ὁ καθευδήσει τοῦτο[5]. βακχεύουσα γὰρ ἡ γνώμη σοβήσει τε αὐτὸν, καὶ ταραχῆς ἐμπλήσει. δοκοῦσί τοι πάντες, οἱ ἐκ μέθης καταδαρθεῖν πειρώμενοι, ἀναπέμπεσθαί τε ἐς τὸν ὄροφον, καὶ αὖ ὑπόγειοι εἶναι, καὶ δίνην[6] ἐμπεπωκέναι σφίσιν, οἷα δὴ περὶ τὸν Ἰξίονα λέγεται ξυμβαίνειν.

---

gyptium Herculem hunc ipsum esse qui Gades peruenit: incertum ex incerto.

CAP. XXXIV. 1 ὅσα γὰρ ἄν] partic. ἄν, suasu omnium codd nostrorum inseruimus.

CAP. XXXV. 1 ᾧ ἐκάθευδον] malim ego ὃ ἐκάθευδον.

2 προσᾶπτε τὸν ἄνδρα] particula τὸ post verbum huic loco minus videbatur opportuna, & codices quoque nostri omittebant.

3 αὐτῶν] h. l. ponitur pro ἑαυτῶν vel ἡμῶν, quod non ratum esse apud Atticos, supra quoque monuimus,

4 ἄϋπνοι τῶν δρακόντων] peruigilum draconum passim mentio apud veteres, talis qui Hesperios hortos custodiebat.

5 ὁ καθευδήσει τοῦτο] καθευδήσει transitiue accipiendum, quod saepe contingit verbis actiuis. τοῦτο vero ad rem de qua sermo est refertur, sc ad τὸ μεθύειν. Vt sensus sit: *crapulam somnum non esse effecturam.*

6 καὶ δίνην] copulam, in prioribus editionibus omissam, restituendam esse, viderant quoque Gruterus & Salmasius.

ἔχειν ἀξιῶ τὸν μεθύοντα, ἀλλὰ τὸν πεπωκότα μὲν τοῦ οἴνου, νήφοντα δὲ, θεωρεῖν ὡς καθευδήσει, καὶ ὡς πολλῷ βέλτιον τοῦ ἀοίνου.

Non itaque de ebrio, sed de eo, qui vinum bibit quidem, sobrius tamen est, velim, vt sit dormiturus, quodque dormiturus sit melius longe, quam vino qui abstinet, disputare.

Καλέσας οὖν ὁ Ἀπολλώνιος τὸν Δάμιν, πρὸς δεινὸν ἄνδρα, ἔφη, ὁ λόγος, καὶ σφόδρα γεγυμνασμένον τῷ διαλέγεσθαι. ὁρῶ, ἔφη· καὶ τοῦτ' ἴσως ἦν τὸ Μελαμπύγου τυχεῖν[1]. καὶμὲ δὲ πάνυ αἱρεῖ ὁ λόγος οὗ εἶρηκεν· ὥρα δέ σοι, ἀφυπνίσαντι[2], ἀποτελεῖν αὐτόν. ἀνακυφίσας οὖν τὴν κεφαλὴν ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ μὴν ὅσον, ἔφη, πλεονεκτοῦμεν οἱ τὸ ὕδωρ πίνοντες πρὸς τὸ καθεύδειν ἥδιον, ἐγὼ δηλώσω, τοῦ γέ σου λόγου ἐχόμενος. ὡς μὲν γὰρ τεταράκται ἡ γνώμη τοῖς μεθύουσι, καὶ μανικώτερον διάκεινται, σαφῶς εἴρηκας. ὁρῶμεν γὰρ τοὺς μέθῃ κατεσχημένους διπλᾶς σελήνας δοκοῦντας βλέπειν, διπλοῦς δὲ ἡλίους. τοὺς δὲ ἧττον πεπωκότας, κἂν πάνυ νήφωσιν, ὑδὲν μὲν τούτων ἡγεμένους, μετὰ δὲ εὐφροσύνης καὶ ἡδονῆς, ἣ δὴ προσπίπτει σφίσιν ὑδὲ ἐξ εὐπραγίας πολλάκις. καὶ μελετῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι δίκας, ὑδὲ φθεγξάμενοί πω ἐν δικαστηρίῳ, καὶ πλουτεῖν φάσιν, ὑδὲ δραχμῆς αὐτοῖς ἔνδον ὄσης. ταῦτα δὲ, ὦ βασιλεῦ, μανικὰ πάθη. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ ἥδεσθαι διακινεῖ τὴν γνώμην, καὶ πολλοὺς οἶδα τῶν σφόδρα ἡγεμένων εὖ πράττειν, ὑδὲ καθεύδειν δυναμένους, ἀλλ' ἐκπηδῶντας τοῦ ὕπνου. καὶ τοῦτ' ἂν εἴη, τὸ παρέχειν[3] φροντίδας καὶ τἀγαθά. ἔστι δὲ καὶ φάρμακα ὕπνου μεμηχανημένα τοῖς ἀνθρώποις, ὧν πιόντες τε καὶ ἀλειψάμενοι καθεύδουσιν, ἐκτείναντες αὐτοὺς ὥσπερ ἀποθανόντες. ὅθεν μετά τινος λήθης ἀνίστανται, καὶ ἄλλοσέ που μᾶλλον εἰσιν, ἢ ἅπερ εἶναι δοκοῦσιν. ὅτι μὲν δὴ τὰ πινόμενα, μᾶλλον δὲ τὰ ἐπαντλούμενα τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι, ὑ γνήσιον, ὑδὲ οἰκεῖον εἰσάγεται τὸν ὕπνον, ἀλλ' ἢ βαθὺν καὶ ἠμιθνῆτα, ἢ βραχὺν καὶ διασπώμενον ὑπὸ τῶν ἐντρεχόντων, κἂν χρηστὰ ᾖ[4], ξυνθήσῃ τάχα, εἰ μὴ τὸ δύσερι μᾶλλον, ἢ τὸ ἐριστικὸν σπουδάζεις. οἱ δὲ ἐμοὶ ξυμπόται τὰ μὲν ὄντα ὁρῶσιν ὡς ὄντα,

Damidem igitur compellans Apollonius, cum viro, inquiebat, acri mihi disputandum, valdeque in dialecticis exercitato. Video, aiebat Damis, atque hoc fortasse fuerit *in clunatrum incidere*. Nempe & me plane constringit quem protulit sermo: iam igitur tempus, vt tu, somno excusso, ipsi satisfacias. Paululum ergo sublato capite Apollonius, certe tamen, aiebat, quantis nos superiores simus emolumentis, suauiori somno conducentibus, qui aquam bibimus, iam ego ostendam, tuum presse secutus sermonem. Quod enim multis animus agitetur perturbationibus in ebriis, quodque furori sint propiores, clarissimis fassus es verbis. Nempe videmus crapulae obnoxios geminam cernere lunam, & solem geminum. Eos vero, qui minus biberunt liberaliter, etsi plane sobrii videantur, istorum quidem opinari nihil, laetitia tamen & voluptate quadam perfundi: quae quidem obuenit ipsis, nulla saepe causa laetandi existente. Tales causas dicendas animo agitant, in foro licet ne vocem quidem emiserint vnquam: seque diuites aiunt, cum ne drachmam possideant quidem. Isti vero, o Rex, insanorum sunt affectus. Praeterea ipsa laetitia mentem agitat, pluresque vidi, valde se existimantes beatos, qui somnum capere non possent, sed ex somno subito exsilirent. Atque hoc est (quod vulgo dicimus) *quae fausta quoque sunt curas parere*. Sunt vero & medicamenta quaedam somno procurando excogitata hominibus, quae siue biberint, siue iisdem sese inungant, dormiunt porrecti ita, vt mortui videantur. Hinc fit, vt obliuione aliquanto laborantes surgant, atque alibi potius sint, quam sese vbi esse arbitrantur. Quod autem quae bibuntur quidem, vel potius corpori animaeque infunduntur, minus ingenuum minusque conuenientem somnum inducant, sed vel profundum & qui semimortuis similes faciat, vel breuem & ab ingerentibus sese [rerum imaginibus] interruptum, laetae illae sint licet, concedes forte, nisi contentiones potius quam disputationes ames. Qui autem, vt ego, aquam bibunt, res, vt sunt,

CAP. XXXVI.

CAP. XXXVI. 1 τὸ μελαμπύγου τυχεῖν] notissimum prouerbium quod qui explicatum cupiat Apostolium adibit Cent. XII, 60. Erasm. Chiliad. p. m. 207. vsurpatum de iis quibus potentioris alicuius vis esset metuenda, vt fratribus Perperis, Herculis, qui μελάμπυγος erat, quemque vt cauerent, matris oraculo eis fuerat praedictum.

2 ἀφυπνίσαντι] eleganter voce vtitur praesenti negotio apta, de somno enim disputatio. Hoc autem vult: non *ociosanter*, sed cum studio hanc disputationem Apollonio esse suscipiendam, strenuum adeo nacto aduersarium.

3 καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τὸ παρέχειν &c.] sensus perspicuus est. Eo, quod nimium gaudentes dormire non possint, firmari prouerbium ait, quo *magna bona cum magnis curis coniuncta esse* dicuntur.

4 ὑπὸ τῶν ἐντρεχόντων, κἂν χρηστὰ ᾖ] intelligit rerum imagines, etiam gratas, quae vino incalescens phantasia subinde nobis sistit, iisque efficit, vt expergiscamur: quem-

vident,

vident: quae vero non ſunt, neque pingunt ſibi ipſis, neque fingunt. Neque hominum leuium ſpeciem praebere ſolent, nec torpore aut ſtultitia refertorum, nec plus quam deceat laetantium; ſed ſibi attendunt, tam veſperae propiores, quam circa meridiem. Nunquam enim tales homines nictant, etiam ſi in multam noctem ſtudiis vacauerint. Nempe ſomnus eos vrget, qui, velut dominus, grauiter incumbit ceruici a vino in ſeruitutem redactae, ſed liberos eos videmus atque erectos. Obdormiſcentes autem anima pura ſomnum ſuſcipiunt, neque ſecundis elati, nec aduerſis abiecti. Mens enim ſobria vtrumque fert moderate, nec hoc nec illo affectu inferior. Vnde ſuauiſſime dormit, & iucundiſſime, ex ſomno non experrecta.

c. XXXVII Atque profecto futurorum praeſagia, quae ex ſomniis ſunt, & quae in rebus mortalium maxime videntur diuina, facilius conſpicit anima vino non obfuſcata, intemerata ea accipiens ac contemplata. Quapropter ſomniorum interpretes, quos *Oniropolos* appellant poëtae, de nulla viſione antea iudicant, quam ſciſcitati fuerint tempus, quo oblata ſit illa. Si matutinum enim id extiterit, interpretantur eam: eo quod tunc quidem ſane de futuris anima iudicet, vbi crapulam exhalauerit. Si vero primo ſomno, aut media nocte [viſio obtigerit,] cum adhuc vino ſubmerſus atque infuſcatus [eſt animus], deprecari iudicium ſolent, ſapienter omnino. Vt Deis ipſis vero idem videatur, vimque fatidicam illi ſobriis indere ſoleant animis, paucis oſtendam. Extitit olim apud Graecos, o Rex, Amphiaraus, vir fatidicus. Scio, Rex aiebat: Oeclei enim filium dicis, quem Thebis reducem terra viuum abſorpſit. Is ipſe, aiebat, o Rex, in-

τὰ δὲ ἐκ ὄντα ἅτ' ἀναγράφεσιν αὐτοῖς[5], ἅδ' ὑποτυπῶνται. κᾆφοί τε ἅπω ἔδοξαν, ἀδὲ μεσοὶ βλακείας, ἀδὲ ἐυηθείας, ἢ ἱλαρώτεροι τᾶ προσήκοντος, ἀλλ' ἐφεσηκότες εἰσὶ, καὶ λογισμᾶ πλέῳ[6], παραπλήσιοι δείλης τε καὶ ὁπότε ἀγορὰ πλήθει[7]. ἀ γὰρ νυσάζεσιν ἄτοι, κὰν πόρρω τῶν νυκτῶν σπεδάζεσιν. ἀ γὰρ ἐξωθεῖ αὐτὰς ὁ ὕπνος, ὥσπερ δεσπότης βρίσας ἐς τὸν αὐχένα δεδελωμένον ἀπὸ τᾶ οἴνε, ἀλλ' ἐλεύθεροί τε καὶ ὀρθοὶ φαίνονται. καλαδαρθέντες δὲ καθαρᾷ τᾷ ψυχᾷ δέχονται τὸν ὕπνον, ἅτε ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν ἀνακεφιζόμενοι αὐτοὶ, ἅτε ὑπὸ κακοπραγίας τινὸς ἐκθρώσκοντες. ξύμμετρος γὰρ πρὸς ἄμφω ταῦτα ψυχὴ νήφουσα, καὶ ἀδετέρᾳ τῶν παθῶν ἥτλων. ὅθεν καθεύδει ἥδιστα καὶ ἀλυπότατα, μὴ ἐξισαμένη τᾶ ὕπνε.

Καὶ μὴν καὶ τὸ μαντικὸν[1] τὸ ἐκ τῶν ἐνειράτων, ὃ θειότατον τῶν ἀνθρωπίνων[2] δοκεῖ, ῥᾷον διορᾷ, μὴ ξυντεθολωμένη ὑπὸ τᾶ οἴνε[3], ἀλλ' ἀκήρατος δεχομένη αὐτὸ, καὶ περιαθρέσα. οἱ γᾶν ἐξηγηταὶ τῶν ὄψεων, ἃς ὀνειροπόλας οἱ ποιηταὶ καλᾶσιν, ἀδ' ἂν ὑποκρίνωνται[4] ὄψιν ἀδενὶ ἀδεμίαν, μὴ πρότερον ἐρόμενοι τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ εἶδεν[5]. ἂν μὲν γὰρ ἐῷος ᾖ, καὶ τᾷ περὶ τὸν ὄρθρον ὕπνε, ξυμβάλλονται αὐτὴν, ὡς ὑγιῶς μαντευομένης τᾶς ψυχᾶς, ἐπειδὴ ἀπορρίψηται τὸν οἶνον. εἰδ' ἀμφὶ πρῶτον ὕπνον, ἢ μέσας νύκτας, ἅτε βεβύθισταί τε καὶ ξυντεθόλωται ἔτι ὑπὸ τᾶ οἴνε, παραιτᾶνται τὴν ὑπόκρισιν, σοφοὶ ὄντες. ὡς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς δοκεῖ ταῦτα, καὶ τὸ χρησμᾠδες ἐν ταῖς νηφούσαις ψυχαῖς τίθενται, σαφῶς δηλώσω. ἐγένετο, ὦ βασιλεῦ, παρ' Ελλησιν Αμφιάρεως[6], ἀνὴρ μάντις. οἶδα, εἶπε· λέγεις γάρ πε τὸν τᾶ Οἰκλέος[7], ὃν, ἐκ Θηβᾶν ἐπανιόντα, ἐπεσπάσατο ἡ γᾶ ζῶντα. ἅτος, ὦ βασιλεῦ,

---

admodum paulo ante dixit: *nimio gaudio exultantes dormire non poſſe.* Vinum autem laetos facere, ſimilemque adeo producere effectum, dixit ibidem.

5 αὐτοῖς] hic rurſus pro ἑαυτοῖς, quod frequens.

6 πλέῳ] Atticum eſt pro πλέοι *pleni.* Sed iota ſubſcribendum, quod neglexerat Morell.

7 ὀπ. ἀγορὰ πλήθει] ſic tempus meridiei proximum deſignare Graecos, notum eſt: meridie enim maxime frequens forum. Simili ratione veſperam a bouibus aratro ſoluendis βέλυτοι, & alias diei partes ab opere, eis praeſtando, denominant.

CAP. XXXVII. 1 καὶ μὴν καὶ τὸ μαντικὸν &c.] conf. Artemidor. Onirocrit. l. I. c. 8.

2 θειότατον τῶν ἀνθρωπίνων] non diſſimilia legas ap. Syneſ. libri περὶ ἐνυπν. initio.

3 μὴ ξυντεθολωμένη ὑπὸ τᾶ οἴνε] ſic ſ. l. I. c. 8. οἶνον διαθολοῦντα τὸν ἐν τῇ ψυχῇ αἰθέρα dixit, vbi vid. not. Adde paulo poſt, vbi de anima: ὅτι βεβύθισται καὶ ξυντεθόλωται ὑπὸ τᾶ οἴνε.

4 ὑποκρίναιτο] vox Artemidoro quoque hoc ſignificatu familiaris. Sic. l. I. c. 8. λυσιτελὲς τῷ δ' ἰδόντι τὸν ὄνειρον, καὶ τῷ ὑποκρινομένῳ &c. inde ὑπόκρισις iudicium de ſomnio paulo poſt noſtro.

5 μὴ πρότερον ἐρόμενοι τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ εἶδεν] ea de re libri I capite VIII integro egit Artemidorus, quod inſcribitur περὶ καιρῶν καὶ ὁποῖα δεῖ κρίνειν.

6 Αμφιάρεως] cuius notiſſimae res, vt Thebas perductus proditione vxoris ibi perierit, poſt mortem vero oracula ſomniantibus reddiderit. Videndi Homer Odyſſ. ο'. Diodor. Sic. V, p. 267. Pauſan. in Attic. Statius Theb. VII, & VIII & ad eam Barthius.

7 τὸν τᾶ Οἰκλέος] Ιοκλεος habet Vaticanus, quae lectio apud Pauſaniam quoque eſt in Eliacis II. p. 195. Οἰκλῆος tamen dicitur Homero l. c.

ἔφη, μαντευόμενος ἐν τῇ Ἀτλικῇ[8], νῦν ὀνείρατα ἐπάγει τοῖς χρωμένοις[9]. καὶ λαβόντες οἱ ἱερεῖς τὸν χρησόμενον, σίτου τε εἴργουσι μίαν ἡμέραν, καὶ οἴνου τρεῖς[10], ἵνα διαλαμπόσῃ τῇ ψυχῇ[11] τῶν λόγων[12] σπάσῃ. εἰ δὲ ὁ οἶνος ἀγαθὸν ἦν τῷ ὕπνῳ φάρμακον, ἐκέλευσεν ἂν ὁ σοφὸς Ἀμφιάρεως τοὺς θεωροὺς[13] τὸν ἐναντίον ἐσκευασμένους τρόπον, καὶ οἴνου μεστούς, ὥσπερ ἀμφορέας, ἐς τὸ ἄδυτον αὐτὸ φέρεσθαι. πολλὰ δὲ καὶ μαντεῖα λέγοιμ' ἂν εὐδόκιμα, παρ' Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ἐν οἷς ὁ ἱερεὺς ὕδατος, ἀλλ' οὐκ οἴνου σπάσας, ἀποφθέγγεται τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος. θεοφόρητον δὴ καὶ μὲ ἡγοῦ, καὶ πάντας, ὦ βασιλεῦ, τοὺς τὸ ὕδωρ πίνοντας· νυμφόληπτοι[14] γὰρ ἡμεῖς, καὶ βάκχοι τοῦ νήφειν. ποιήσῃ οὖν, ἔφη, ὦ Ἀπολλώνιε, καὶ μὲ θιασώτην; εἴπερ μὴ φορτικὸς, εἶπε, τοῖς ὑπηκόοις δόξεις. φιλοσοφία γὰρ περὶ βασιλεῖ ἀνδρὶ, ξύμμετρός μεν[15] καὶ ὑπανειμένη, θαυμασὴν ἐργάζεται κρᾶσιν, ὥσπερ ἐν σοὶ διαφαίνεται. ἡ δ' ἀκριβὴς καὶ ὑπερεπιτείνουσα[16], φορτική τε, ὦ βασιλεῦ, καὶ ταπεινοτέρα τῆς ὑμετέρας σκηνῆς[17] φαίνεται· καὶ τύφου δὲ αὐτό τι ἂν ἡγοῦνται βάσκανοι. ταῦτα διαλεχθέντες, καὶ γὰρ ἡμέρα ἤδη ἐτύγχανεν, ἐς τὸ ἔξω προῆλθον[18].

Attica oracula fundens, hodie somnia immittit consultoribus. Sacerdotes igitur acceptum consultorem integro die a cibo arcent, triduoque a vino, vt pellucente anima diuina oracula imbibat. Quod si vinum idoneum somni medicamentum esset, profecto sapiens Amphiaraus consultores contrario modo praeparatos, vinoque plenos, tanquam amphoras, in adytum suum descendere iuberet. Multa alia oracula referre possem, apud Graecos & Barbaros celeberrima, in quibus sacerdos, non vino, sed aqua potatus, ex tripode responsa affert. Deum itaque intus concepisse & me putato, o Rex, & omnes, qui aquam potant: a nymphis enim corripimur & sobrietati bacchamur. Tum Rex: mene igitur, dixit, quoque, o Apolloni, facies sodalem? Facerem, aiebat ille, modo ne subditis tuis odiosum id redderet. Philosophia namque in Rege, modica si sit, pauloque remissior, admirabilem quandam temperiem gignit, quemadmodum tuo exemplo patet. Eadem vero exactior & nimis rigida odiosa, o Rex, atque humilior, quam vestra scena ferat, esse videtur: imo eam fastus aliquid habere inuidi arbitrantur. Haec igitur inter se collocuti, iam enim dies illuxerat, foras egressi sunt.

Καὶ ξυνεὶς ὁ Ἀπολλώνιος ὡς χρηματίζειν δέοι τὸν βασιλέα, πρεσβείας τε καὶ τοῖς τοιούτοις· σὺ μὲν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὰ προσήκοντα τῇ ἀρχῇ πράττε, ἐμὲ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον[1] ἄνες τῷ ἡλίῳ, δεῖ γάρ με τὴν εἰθισμένην εὐχὴν εὔξασθαι. καὶ ἀκούοι γε εὐχομένου, ἔφη, χαριεῖται γὰρ πᾶσιν, ὁπόσοι τῇ σοφίᾳ τῇ σῇ χαίρουσιν.

Animaduertens autem Apollonius Regem legatis, aliisque eiusmodi responsa dare oportere: Tu, inquit, o Rex, facito, quae principatum decent: me vero hoc tempore soli permitte, ei enim consuetas me preces offerre oportet. Audiat ille, respondebat Rex, preces tuas, gratissimam enim rem faciet omnibus, qui sapientiam tuam amant. c.xxxix

---

8 ἐν τῇ Ἀτλικῇ] apud Oropios, vbi templum, ara, statua, & fons eius: Pausan. Attic. p. 33.

9 ὀνείρατα ἐπάγει τοῖς χρωμένοις] vnde Pausan. ipsum quoque, dum in viuis esset, somniorum maxime interpretationi vacasse colligit.

10 καὶ οἴνου τρεῖς] Pausan. quoque l. c. πρῶτον μὲν καθήρασθαι νομίζουσιν, ὅτις ἦλθεν Ἀμφιαράῳ χρησόμενος. In castis autem huiusmodi praecipuum abstinentia a vino, & certis quibusdam cibis.

11 διαλαμπόσῃ τῇ ψυχῇ] opponitur eleganter τεθολαμένῃ ὑπὸ τοῦ οἴνου, de qua paulo ante.

12 λόγων σπάσῃ] malim λογίων. Sed tamen & λόγων ferri potest. Eleganter autem σπάσῃ, ad vinum facta allusione, quod proprie σπᾶται: vino scilicet *inanem*, diuinis effatis melius *impleri* animam indicat.

13 θεωρούς] male θυρωρούς edd. priores. Veram lectionem omnes codices nostri suppeditabant.

14 νυμφόληπτοι] aquis *Nymphae* praesunt. νυμφολήπτους itaque vocat, qui aquam potantes, mentis integritati student, vt Θεόληπτος Pythia dicitur, vbi Deum in tripode concepit, vel etiam *Bacchae furentes*, ad quas praecipue hic & in sequentibus alluditur.

15 ξύμμετρός μεν] egregie. Nam in imperio, vt praeclare Cicero Orat. pro Coelio, *non semper superet vera illa & directa ratio.* Qui & ad Atticum l. II. ep. 1. nocere interdum Reipublicae dicit Catonem, dum *dicat tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli faece sententiam.* In quo profecto Catone egregium eius Philosophiae, quae nimia in viro πολιτικῷ sit, & vt hic Apollonius loquitur, ὑπερεπιτείνουσα καὶ φορτική, habemus exemplum. Sed ea nunc non persequemur: praeclara multa huc spectantia Conringius noster in Propoliticis obseruauit. Nonnulla huc pertinentia inf. quoque l. V. c. 35 profert Apollonius.

16 ὑπερεπιτείνουσα] Metaphorica vox, ab arcu, qui nimis tenditur, facile rumpendo desumta. sic Germani dicimus zu hoch spannen.

17 τῆς ὑμετέρας σκηνῆς] σκηνὴ fastum & apparatum hoc loco regium notat, qui seueram philosophiam non ferat. Simili sensu Sueton. in Caligula c. 15: *Nec minore scena — mausoleo intulit.*

18 ἐς τὸ ἔξω προῆλθον] ita rescripsi pro προῆλθεν: scilicet ex δωματίῳ, in quo dormiueras Apollonius, de quo s. cap. 35. prodiere.

CAP. XXXIX. 1 τὸν καιρὸν τοῦτον] nempe, vt l. I. c. 16. ostensum, matutino tempore ξυνιέναι θεῖς oportere philosophum, statuebat Apollonius.

Ego

Ego vero te redeuntem expectabo. Oportet enim me de controuersiis quibusdam sententiam ferre, cui rei si praesentiam tuam commodare volueris, magno mihi eris adiumento.

ἐγὼ δὲ περιμενῶ σε ἐπανιόντα. καὶ γάρ με καὶ δικάσαι τινὰς χρὴ δίκας, αἷς παρατυχὼν, τὰ μέγιστά με ὀνήσεις.

c. XXXIX. Rediens igitur ad Regem cum dies aliquantum processisset, de iis interrogauit, de quibus ista die sententiam tulisset. Hodie, inquit Rex, nihil omnino iure statui, auspicia enim non addixerunt. Respondens autem Apollonius, auspicatone, inquit, haec quoque facitis, sicut itinera & militares expeditiones? Ita per Iouem, respondit Rex: hic enim periculum quoque est, ne iudex a recto & aequo discedat. Recte ista Regem dicere Apollonio est visum. Rursus vero, quaenam esset illa controuersia? interrogauit, de qua sententiam ferre optet. Video enim te animo intendere, aiebat, & vtram in partem sententiam proferas haerere. Fateor, inquiebat, me haerere ambiguum: quapropter te mihi consiliarium esse velim. Nempe agrum alteri vendidit alter, in quo thesaurus conditus erat, de quo tum quidem non constaret. Aliquanto post autem dehiscens terra capsam plenam auro patefecit, quam sibi terrae venditor deberi dicit, neque enim terram se fuisse venditurum, si sciuisset in ipsa esse, quibus vitam posset sustinere. At emptor se emisse omnia putat, quae in terra, ab eo inde tempore sua, inuenit. Et certe iustus vtriusque videtur praetextus: parum autem mentis acie pollere videar, si partiri inter se aurum ambos iusserim, id enim vel anicula statuere posset. Respondens igitur Apollonius, philosophos quidem non esse, dixit, viros istos, satis ex eo patet, quod pecuniae causa inter se contendant. Tu autem optime iudicaturus mihi videris, si tecum ita animo reputaueris: Deos quidem in primis illorum hominum curam habere, qui vere philosophantur. Secundo autem loco eorum, qui peccatis non sint obnoxii, quique nihil vnquam mali admisisse videantur. Philosophiae autem operantibus concedunt quidem accuratam rerum diuinarum humanarumque cognitionem: his vero, qui alias boni sunt, ea quae vitae huic sufficiant; ne quando necessariorum inopia improbi euadant. Censeo igitur, o Rex, in trutina quasi istos pensandos esse, & vtriusque accurate inspiciendos mores. Neque enim mihi videntur Dii huic agrum etiam fuisse ablaturi, nisi improbus esset: alteri vero sub terra etiam condita permittere,

Ἐπανελθὼν ἂν προεχωρηκύιας ἤδη τῆς ἡμέρας, ἠρώτα περὶ ὧν ἐδίκασεν. ὁ δὲ, τήμερον, ἔφη, οὐκ ἐδίκασα, τὰ γὰρ ἱερὰ οὐ ξυνεχώρει μοι[1]. ὑπολαβὼν ἂν ὁ Ἀπολλώνιος, ἐφ' ἱεροῖς ἂν[2], ἔφη, ποιεῖσθε καὶ ταύτας, ὥσπερ τὰς ἐξόδους τε καὶ τὰς στρατείας; νὴ Δί', εἶπε· καὶ γὰρ ἐνταῦθα κίνδυνος, εἰ ὁ δικάζων ἀπενεχθείη τοῦ εὐθέος. εὖ λέγειν τῷ Ἀπολλωνίῳ ἔδοξε. καὶ ἤρετο αὐτὸν πάλιν τίς εἴη, ἣν δικάσοι δίκην; ὁρῶ γὰρ, εἶπεν, ἐφεσηκότα σε καὶ ἀπορροῦντα ὅπῃ ψηφίσαιο. ὁμολογῶ, ἔφη, ἀπορεῖν· ὅθεν ξύμβουλον ποιοῦμαί σε. ἀπέδοτο μὲν γάρ τις ἑτέρῳ γῆν, ἐν ᾗ θησαυρὸς ἀπέκειτό τις, ὅπω δῆλος. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἡ γῆ, ῥαγεῖσα, χρυσοῦν τινα ἀνέδειξε θήκην, ἣν φησὶ μὲν ἑαυτῷ προσήκειν μᾶλλον ὁ τὴν γῆν ἀποδόμενος, καὶ γὰρ ἂν ἀποδοῦναι τὴν γῆν, εἰ πρόμαθεν ὅτι βίον ἐπ' αὐτῇ ἔχοι. ὁ πριάμενος δὲ ἀξιοῖ αὑτὸς πεπρᾶσθαι, ἃ ἐν τῇ λοιπὸν ἑαυτοῦ γῇ[3] εὗρε. καὶ δίκαιος μὲν ὁ ἀμφοῖν λόγος· εὐήθης δ' ἂν ἐγὼ φαινοίμην, εἰ κελεύσαιμι ἄμφω νείμασθαι τὸ χρυσίον, τυτὶ γὰρ ἂν καὶ γραῦς διαιτῴη. ὑπολαβὼν ἂν ὁ Ἀπολλώνιος, ὡς μὲν ὁ φιλοσόφω, ἔφη, τὼ ἄνδρε, δηλοῖ τὸ περὶ χρυσίου διαφέρεσθαι σφᾶς. ἄριστα δ' ἄν μοι δικάσαι δόξεις ὧδε ἐνθυμηθείς· ὡς οἱ θεοὶ πρῶτον μὲν ἐπιμέλειαν ποιοῦνται τῶν ξὺν ἀρετῇ φιλοσοφούντων. δεύτερον δὲ τῶν ἀναμαρτήτων τε καὶ μηδὲν πώποτε ἀδικεῖν δοξάντων. διδόασι δὲ τοῖς μὲν φιλοσοφοῦσι διαγινώσκειν εὖ τὰ θεῖά τε καὶ τὰ ἀνθρώπεια, τοῖς δ' ἄλλως[4] χρησοῖς βίον ἀποχρῶντα, ὡς μὴ χήτει ποτὲ τῶν ἀναγκαίων ἄδικοι γένωνται. δοκεῖ δέ μοι, βασιλεῦ, καθάπερ ἐπὶ τρυτάνης ἀντικρῖναι τούτους, καὶ τὸν ἀμφοῖν ἀναθεωρῆσαι βίον. ἃ γὰρ ἄν μοι δοκῶσιν οἱ θεοὶ τὸν μὲν ἀφελέσθαι καὶ τὴν γῆν, εἰ μὴ φαῦλος ἦν, τῷ δ' αὖ καὶ τὰ ὑπὸ τῇ γῇ δῶναι,

CAP. XXXIX. 1 τὰ γὰρ ἱερὰ οὐ ξυνεχώρει μοι] similis phrasis supra c. 33. τὰ ἱερὰ ἀπεσήμηνεν αὐτῷ. Romani *addicere auspicia* dicunt. Sic Tacitus Annal. II, 14. *Auditis omine addicentibus auspiciis vocat concionem.*

2 ἐφ ἱεροῖς ἄν] ἄν addidi fide codicum MSS. omnium.

3 ἐν τῇ λοιπὸν ἑαυτοῦ γῇ] similis constructio s. c. 20. δωρεῖται τὴν Ἰνδικὴν ἑαυτοῦ λοιπὸν ὄσαν.

4 τοῖς δ' ἄλλως χρησοῖς] sic fide omnium codd. nostrorum posuimus pro ἄλλοις, quod in pr. edd. & sane haec lectio haut parum ista elegantior.

εἰ μὴ βελτίων ἦν τῶν ἀποδομένων. ἀφίκοντο ἐς τὴν ὑστεραίαν δικασόμενοι ἄμφω· καὶ ὁ μὲν ἀποδόμενος, ὑβριστής τε ἠλέγχετο, καὶ θυσίας ἐκλελοιπὼς, ἃς ἔδει τοῖς ἐν τῇ γῇ θεοῖς [5] θύειν. ὁ δὲ ἐπιεικής τε ἐφαίνετο, καὶ ὁσιώτατα δὲ θεραπεύων τοὺς θεούς. ἐκράτησεν ἂν [6] ἡ τῶν Ἀπολλωνίου γνώμη, καὶ ἀπῆλθεν ὁ χρηστὸς, ὡς παρὰ τῶν θεῶν ταῦτα ἔχων.

Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς δίκης ὧδε ἔσχε προσελθὼν ὁ Ἀπολλώνιος τῷ Ινδῷ, τήμερον, εἶπεν, ἡ τρίτη τῶν ἡμερῶν [1], ἐν αἷς ἐποίησέ με, ὦ βασιλεῦ, ξένον, τῆς δ' ἐπιούσης χρὴ ἐξελαύνειν, ἑπόμενον τῷ νόμῳ. ἀλλ' οὐδὲ ὁ νόμος, εἶπεν, ἤδη διαλέγεταί σοι· καὶ γὰρ τὴν ἄυριον μένειν ἔξεσιν, ἐπειδὴ μετὰ μεσημβρίαν ἀφίκῃ. χαίρω, ἔφη, τῷ ξενίῳ [2]· καὶ γάρ μοι δοκεῖς καὶ σοφίζεσθαι τὸν νόμον [3] δι' ἐμέ. εἰ γὰρ καὶ λῦσαι αὐτὸν ἠδυνάμην, εἶπε, τό γε ὑπὲρ σὲ. ἀλλ' ἐκεῖνό μοι εἰπὲ, Ἀπολλώνιε, οἱ κάμηλοι, ἐφ' ὧν ὀχεῖσθαί σε φασὶν, οὐκ ἐκ Βαβυλῶνος ἄγουσιν ὑμᾶς; ἐκεῖθεν ἔφη, δόντος γε αὐτοῖς Ουαρδάνου. ἔτ' οὖν ὑμᾶς ἀπάγειν δυνήσονται, τοσαῦτα ἤδη στάδια ἐκ Βαβυλῶνος ἥκουσαι; ἐσιώπησε μὲν ὁ Ἀπολλώνιος. ὁ δὲ Δάμις, ὅπως συνίησιν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τῆς ἀποδημίας ὁ ἀνὴρ ὅτος, οὐδὲ τῶν ἐθνῶν ἐν οἷς λοιπόν ἐσμεν. ἀλλ' ὡς παντοχῇ σέ τε καὶ Ουαρδάνην ἔξων, παιδιὰν ἡγεῖται τὸ ἐς Ινδοὺς παρελθεῖν. τό τοι τῶν καμήλων σ' διομολογεῖται πρὸς σὲ, οὐ ἔχει τρόπον. διάκεινται γὰρ ὅτω κακῶς, ὡς αὐταὶ μᾶλλον ὑφ' ἡμῶν φέρεσθαι, καὶ δεῖ ἑτέρων. ἂν γὰρ ἐκλάσωσιν ἐν ἐρήμῳ πῃ τῆς Ινδικῆς, ἡμεῖς μὲν, ἔφη, καθεδούμεθα τὰς γύπας τε καὶ τοὺς λύκους ἀποσοβοῦντες τῶν καμήλων, ἡμῶν δὲ οὐδεὶς ἀποσοβήσει, προσαπολούμεθα γάρ. ὑπολαβὼν οὖν ὁ βασιλεὺς, ἐγὼ, ἔφη, τοῦτο ἰάσομαι, ὑμῖν τε γὰρ ἑτέρας δώσω· τετράρων οἶμαι δεῖσθε. καὶ ὁ σατράπης δὲ, ὁ ἐπὶ τῷ Ινδῷ, πέμψει ἐς Βαβυλῶνα ἑτέρας τέτταρας. ἔστι δέ μοι ἀγέλη καμήλων [4] ἐπὶ τῷ Ινδῷ, λευκαὶ πᾶσαι. ἡγεμόνα δὲ, εἶπεν ὁ Δάμις, οὐκ ἂν, ὦ βασιλεῦ, δοίης; καὶ κάμηλόν γε, ἔφη, τῷ ἡγεμόνι δώσω, καὶ ἐφόδια. ἐπισέλλω δὲ καὶ Ιάρχα τῷ

nisi venditore existeret melior. Postridie ambo causam acturi venere: venditoremque hominem esse proteruum, & contemptorem sacrorum, quae terrestribus Diis facere par esset, patuit. Alterum aequissimum esse constitit, Deorumque cultorem maxime religiosum. Vicit igitur Apollonii sententia, abiitque bonus ille, tanquam qui a Diis ista consecutus esset.

Postquam autem iudicio isto ita constitutum est, ad Regem Apollonius accedens, hodierna, dixit, tertia est dierum, quibus me tibi hospitem, o Rex, fecisti: oportet igitur crastina die abire, legibus obsecutum vestris. At vero lex te nondum vrget, aiebat ille: nam crastino manere licet, cum post meridiem adueneris demum. Gaudeo, aiebat Apollonius, ob hospitalitatem tuam, videris enim mei causa legem quoque callide eludere. Certe, ille respondit, si vel soluere etiam liceret, tui saltem id causa facerem. Verum, hoc mihi dicas velim, o Apolloni, cameli, quibus vectos vos aiunt, nonne Babylone vos aduexere? Imo illinc, dixit Apollonius, Bardane illos nobis suppeditante. An igitur, dicebat Rex, vos porro poterunt gestare, ex Babylone tot stadiorum iter emensi? Tum Apollonius quidem subticuit, Damis vero, nondum, aiebat, o Rex, hic vir intelligit itineris rationem, nec gentes nouit, in quibus deinceps versandum. Sed, quasi vbique te & Bardanem habiturus, lusum arbitratur ad Indos iter. Cum camelis igitur vt res habeat, aperte tibi minime fatetur. Sunt enim tam male dispositi, vt ipsi a nobis potius sint gestandi, aliisque opus habeamus omnino. Nam si in deserto Indiae alicubi defecerint, nos quidem illic considebimus vultures lupoque a camelis abigentes: quos a nobis vice reddita nemo abiget: nobis enim similiter omnino tum pereundum. Respondens igitur Rex, huic malo remedium afferam, inquit, alios dabo enim: quaternis autem, vt puto, vobis est opus. Satrapa porro, qui Indo praeest, alios quatuor Babylonem mittet. Est enim mihi ad Indum camelorum grex, albi omnes. Ducem vero, dixit Damis, nonne dabis? o Rex. Imo & duci camelum dabo, respondit, & commeatum. Ad Iarcham item sapientum

Cap. XL.

5 τοῖς ἐν τῇ γῇ θεοῖς] qui opponuntur ὑπερανίοις. Inaureis Carm. καταχθόνιοι θεοὶ vocari videntur. Licet aliter ibi accipiat Hierocles. Vide tamen obseruata s. c.XIX. n.4.

6 ἐκράτησεν ἄν] ἄν fide codd. nostrorum adiecimus, & sensui quoque id opportunum.

CAP. XL. 1 ἡ τρίτη τῶν ἡμερῶν &c.] vid. sup. c. 23.

2 τῷ ξενίῳ] subint. τρόπῳ, vel τρόπα.

3 σοφίζεσθαι τὸν νόμον] sic σοφίζεσθαι τὸ λόγιον Aelian. II, 41. & σοφίζεσθαι τὸ τῶ τυράννω πρόσταγμα, quod *callide eludere* vertit eruditus Aeliani interpres.

4 ἀγέλη καμήλων] sic omnes codices nostri. Vox ἀγέλη deerat in priorib. edd. Gruterus quoque in margine codicis & Salmas. ad καμήλων notauerat: *forte* ἀγέλη, ipsam vocem καμήλων in ἀγέλην, vti videtur, mutari cupientes.

natu

natu maximum ſcribam, vt Apollonium, tanquam nulla re ſe inferiorem, ſuſcipiat, voſque etiam, tanquam philoſophos, & diuini hominis comites. Illiſque aurum etiam dari iuſſit Indus, & gemmas & linteas veſtes, & alia eius generis complura. Verum Apollonius, auri quidem ſibi affatim eſſe, dixit, quod Bardanes ſe inſcio itineris duci dediſſet. Veſtes autem linteas ſe accipere: nempe pallio ſimiles erant veterum & ingenuorum Atticorum. Gemmarum item vnam manu prenſans, o optima, dixit, quam opportune & non abſque numine te inueni! vim quandam in ea, vt arbitror, perſpiciens ſecretam atque diuinam. Damis vero & ſocii aurum quidem ipſi quoque admittere noluerunt, gemmarum tamen quantum ſatis erat accepere, quas Diis ſacrarent, ſi quando in patriam ſuam redire ipſis daretur.

πρεσβυτάτῳ τῶν σοφῶν, ἵν' Ἀπολλώνιον μὲν, ὡς μηδὲν κακίω [5] ἑαυτῆ [6], δέξηται, ὑμᾶς δὲ, ὡς φιλοσόφους τε καὶ ὀπαδοὺς ἀνδρὸς θείου. καὶ χρυσίον δὲ ἐδίδου ὁ Ἰνδὸς [7], καὶ ψήφους, καὶ ὀθόνας [8], καὶ μυρία τοιαῦτα. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, χρυσίον μὲν, ἔφη, ἱκανὸν ἑαυτῷ εἶναι, δόντος γε Οὐαρδάνου τῷ ἡγεμόνι ἀφανῶς αὐτό. τὰς δὲ ὀθόνας λαμβάνειν, ἐπειδὴ ἔοικασι τρίβωνι τῷ ἀρχαίων τε καὶ πάνυ Ἀττικῶν [9]. μίαν δέ τινα τῶν ψήφων [10] ἀνελόμενος, ὦ βελτίστη, εἶπεν, ὡς ἐς καιρόν σε καὶ ἐκ θεοῦ εὕρηκα, ἰσχύν, οἶμαί, τινα ἐν αὐτῇ καθεωρακὼς ἀπόῤῥητόν τε καὶ θείαν. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Δάμιν χρυσίον μὲν οὐδὲ αὐτοὶ προσίεντο, τῶν ψήφων δὲ ἱκανῶς ἐδράττοντο, ὡς θεοῖς ἀναθήσοντες, ὅτε ἐπανέλθοιεν ἐς τὰ ἑαυτῶν ἤθη.

Cap. XLI. Manentibus autem illic inſecuta etiam die, nam eos abire non permiſit Indus, ad Iarcham epiſtolam dedit, ita conceptam:

Καταμείνασι δὲ αὐτοῖς τὴν καὶ ἐπιοῦσαν, ἐγὰρ μεθίετο σφῶν ὁ Ἰνδὸς, δίδωσι τὴν πρὸς τὸν Ἴαρχην ἐπιστολὴν γεγραμμένην ὧδε·

Rex Phraotes Iarchae, Magiſtro, &, qui apud illum ſunt, Sapientibus ſalutem.

Βασιλεὺς Φραώτης Ἰάρχᾳ διδασκάλῳ, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν σοφοῖς χαίρειν.

Apollonius, vir ſapientiſſimus, ſemetipſo vos eſſe putat ſapientiores, venitque ad vos, vt veſtra inſtitutione proficiat. Dimittite igitur ipſum edoctum ea omnia, quae ipſi edocti eſtis. Siquidem nihil vobis de veſtra perituram eſt eruditione: nam & optime mortalium loquitur, & memoria valet. Thronum etiam videat quaeſo, in quo conſidenti mihi regnum dediſti, Iarcha pater. Inſuper qui eum ſequuntur laude ſunt digni, quod tanto viro obnoxii eſſe voluerint. Vale Valete.

Ἀπολλώνιος ἀνὴρ σοφώτατος, σοφωτέρους ὑμᾶς ἑαυτῆ ἡγεῖται, καὶ μαθησόμενος ἥκει τὰ ὑμέτερα. πέμπετε οὖν αὐτὸν εἰδότα ὁπόσα ἴστε. ὡς ἀπολεῖται οὐδὲν τῶν μαθημάτων ὑμῖν, καὶ γὰρ λέγει ἄριστα ἀνθρώπων, καὶ μέμνηται [1]. ἰδέτω δὲ καὶ τὸν θρόνον [2], ἐφ' ᾧ καθίσαντί μοι τὴν βασιλείαν ἔδωκας, Ἴαρχα πάτερ. καὶ οἱ ἑπόμενοι δὲ αὐτῷ ἄξιοι ἐπαίνου, ὅτι τοιῷδε ἀνδρὸς ἠτήνησαν. εὐτύχει καὶ εὐτυχεῖτε [3].

Cap. XLII. Taxilis autem diſcedentes, biduique progreſſi itinere, ad locum venerunt, vbi Porus cum Alexandro pugnaſſe perhibetur, ibique ſe portas vidiſſe dicunt, quibus nihil quidem includitur, ſed trophaeorum loco exſtructas.

Ἐξελάσαντες δὲ τῶν Ταξίλων [1], καὶ δύ' ἡμερῶν ὁδὸν προελθόντες, ἀφίκοντο ἐς τὸ πεδίον, ἐν ᾧ λέγεται πρὸς Ἀλέξανδρον ἀγωνίσασθαι Πῶρος. καὶ πύλας ἐν αὐτῷ ἰδεῖν φασὶ, ξυγκλειόσας οὐδὲν, ἀλλὰ τροπαίων ἕνεκα οἰκοδομημένας [2].

---

5 *μηδὲν κακίω*] ita iam olim ex coniectura reſtitueram, Firmant omnes codd. noſtri, edd. priores *μηδένα κακίω* habent.

6 *ἑαυτῆ*] codex Vratisl. *ἑαυτῇ* habebat, ſed praeferre lectionem, quam exhibemus, iubet ipſum epiſtolae argumentum: in qua *ſapientiſſimum* dicit Apollonium, qui ſapientiores tamen Indos philoſophos putet, vbi manifeſte Apollonium Iarchae & ſociis aequare videtur.

7 Ἰνδὸς] h. e. Rex Indiae, cum quo iam res ipſis. Sic ſupra *τὸν Ἰνδὸν, τὸν Μῆδον* dici obſeruatum.

8 *ὀθόνας*] equidem in veſtibus delicatioribus habitae *ὀθόναι*: nam *πᾶν τὸ ἰσχνὸν ὀθόνη*, vt ſupra monſtratum ad l. I. c. 7. not. 9. proprie tamen *ὀθόνη* quod ex *λίνῳ* eſſet, Heſych. *ὀθόνια λινᾶ ἱμάτια*, & ſic tum hoc loco venit, tum alias ſaepe apud noſtrum, vt ſupra l. I. c. 32. & l. VIII. c. 7. §. 5.

9 *ἰοίκασι τρίβωνι τῶν ἀρχ. τ. καὶ π. Ἀττικῶν*] nempe antiquiſſimi Athenienſes, vſque ad tempora Thucydidis fere, *lineas* veſtes geſtarunt. Thucyd. l. I. *ἐ πολὺς χρόνος ἐπιὸν χιτῶνας δὲ λινοῦς ἐπύσαντο φορεῖτες.*

10 *τινα τῶν ψήφων*] quaenam illa gemma? Pantarbam dicerem, niſi, ignotam eam fuiſſe Apollonio, donec ad Brachmanas veniret, ex infra dictis conſtare videretur cap. 45. 46.

CAP. XLI. 1 *μέμνηται*] conf. obſeruata ad c. 30. n. 4.

2 *τὸν θρόνον*] vid. l. III. c. XVII.

3 *εὐτύχει καὶ εὐτυχεῖτε*] exciderunt verba *εὐτύχει καὶ εὐτυχεῖτε* quae tamen omnes codices noſtri habebant. In ſuis etiam ſe inueniſſe Morellus teſtatus fuerat. Reuocare itaque ea non dubitauimus: nempe cum *Iarchae & Sapientibus* inſcripta ſit epiſtola, optime vtriſque *Vale* dicit.

CAP. XLII. 1 *Ταξίλων*] de qua vrbe vide ſupra ad cap. XX.

2 *τροπαίων ἕνεκα οἰκοδομημένας*] at Macedonas Reges tropaea nunquam excitaſſe dicit Pauſan. Boeotic. p. 315. de Alexandro addens *μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος, ὃς ἀνα-*

ἀνακεῖσθαι γὰρ ἐπ' αὐτῶν τὸν Ἀλέξανδρον, ἑφεστηκότα τετραῤῥύμοις[3] ἅρμασιν, οἷος ἐπὶ τοῖς Δαρείου σατράπαις [4] ἐν Ισσοῖς ἕστηκε. διαλείπεσθαι δ' ὡς πολὺ ἀλλήλων δύο ἐξωκοδομῆσθαι λέγονται πύλαι, καὶ Φέρειν, ἡ μὲν Πῶρον, ἡ δὲ Ἀλέξανδρον, ξυμβεβηκότας, οἶμαι, μετὰ τὴν μάχην. ὁ μὲν γὰρ ἀσπαζομένῳ ἔοικεν, ὁ δὲ προσκυνοῦντι.

Impositum enim eis Alexandrum esse quatuor temonum currui insistentem, qualis ob profligatos Darii Satrapas apud Issos sistitur. Duae autem exstructae perhibentur portae esse, non longo inter se spatio distantes; earumque vnam Alexandrum, alteram Porum sustinere, post praelium, vt arbitror, conuenientes. Ille enim salutantem, hic adorantem refert.

Ποταμὸν δὲ Ὑδραώτην ὑπερβάντες, καὶ πλέω ἔθνη ἀμείψαντες, ἐγένοντο πρὸς τῷ Ὑφάσιδι. στάδια δὲ ἀπέχοντες τούτων τριάκοντα, βωμοῖς τε ἐνέτυχον[1], οἷς ἐπεγέγραπτο, ΠΑΤΡΙ ΑΜΜΩΝΙ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ ΑΔΕΛΦΩΙ[2] ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙ ΠΡΟΝΟΙΑΙ[3] ΚΑΙ ΔΙΙ ΟΛΥΜΠΙΩΙ ΚΑΙ ΣΑΜΟΘΡΑΞΙ ΚΑΒΕΙΡΟΙΣ ΚΑΙ ΙΝΔΩΙ ΗΛΙΩΙ ΚΑΙ ΑΔΕΛΦΩΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ. φασὶ δὲ καὶ στήλην ἀνακεῖσθαι χαλκῆν, ἣ ἐπιγέγραφθαι, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΕΝΤΑΥΘΑ ΕΣΤΗ[4]. τοὺς μὲν δὴ βωμοὺς Ἀλεξάνδρου ἡγούμεθα, τὸ τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς τέρμα τιμῶντος. τὴν δὲ στήλην, τοὺς μετὰ τὸν Ὑφασιν Ινδοὺς ἀναθεῖναί μοι δοκεῖ, λαμπρυνομένους ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, μὴ προελθεῖν πρόσω.

Hydraota flumine superato, per varias vbi gentes iuissent, ad Hyphasidem fluuium peruenere. A quo stadiorum triginta spatio cum abessent, in aras inciderunt, quibus inscriptum erat, PATRI AMMONI ET HERCVLI FRATRI ET MINERVAE PROVIDENTIAE ET IOVI OLYMPIO ET SAMOTHRACIBVS CABIRIS ET INDICO SOLI ATQVE APOLLINI FRATRI. Aeneam quoque columnam erectam tradunt, his verbis inscriptam: ALEXANDER HIC SVBSTITIT. Et aras quidem Alexandri esse arbitramur, imperii fines [hoc monimento] honorantis. Columnam vero Indos, qui vltra Hyphasidem sunt, erexisse puto, gloriantes ob Alexandrum, quod vltra non fuerit progressus. C. XLIII.

σήσας ὅτε ἐπὶ Δαρείῳ τροπαια, ὅτε ἐπὶ ταῖς Ινδικαῖς νίκαις. Neque autores, qui de Alexandri rebus commentati sunt, horum tropaeorum faciunt mentionem, licet alia eius monimenta in Indiis exhibeant. Non tamen mendacii propterea postulauerim vel Damidem vel Philostratum, ipsi enim Indi haec monimenta potuere extruere. Quidni enim? Tale quid factum legimus supra huius libri cap. 20. & sub finem quoque huius capitis στήλη, cuius inscriptio Ἀλέξανδρος ἐνταῦθα ἔστη, Indis autoribus tribuitur.

3 τετραῤῥύμοις] vide obseruata ad Imagin. l. I. *Pelope* n. 7.

4 ἐπὶ τοῖς Δαρείου σατράπαις] Δαρείου, quod in prioribus editionibus deerat, omnes MSS. nostri habent. Ceterum notum ad *Issum* in Cilicia praelium, quo Darius in fugam actus, familia capta. Monimentum autem eius victoriae, si quod apud *Issum*, non ipsi Alexandro, sed posteris temporibus id deberi videtur.

CAP. XLIII. 1 βωμοῖς τε ἐνέτυχον] quos ex quadrato saxo fuisse ait Curtius IX, 3. altitudine maximarum turrium bellicarum, latitudine, quam quae turrium est, maiore, vt est apud Arrian. V. p. 374. πεντήκοντα πηχέσι altitudinem harum turrium definit Diodorus, p. 563. Arrianus in eis sacra peracta addit, extructasque adeo esse, tum vt gratitudinis aduersus Deos, tum vt victoriarum monimentum essent. Mentio etiam earum apud Plinium H. N. VI, 21. Iustinum XII, 10. & Plutarchum in *Alexandro*, qui in iis suo quoque tempore Prasiorum Reges Graeco ritu sacra fecisse ait. Castrorum quoque memoriae causa conditorum, inque iis cubilium, humanam staturam excedentium, vt Heroum expeditio illa fuisse posteris crederetur, mentio apud Diodorum, Plutarchum, Iustinum.

2 ᾧ Ἡρακλεῖ ἀδελφῷ] nescio an in iis, quae de inscriptionibus horum altarium hic dicuntur, aeque facilis sit Damidis quam in ceteris defensio. Certe τῶν δώδεκα θεῶν βωμοὺς illos fuisse ait Diodorus, quo loquendi genere XII Dii maiores, quos Consentes appellant, denotari solent, in quibus nec Herculi nec Ἰνδῷ ἡλίῳ locus. Firmare haec videntur, quod Plutarchus postea quoque Graeco more in his aris sacra facta dicat, quod argumento est, nullam eorum ad Indicorum Deorum aliquem pertinuisse.

3 Ἀθην. προνοίᾳ] vid. de hoc Mineruae cognomine Phurnutum. Templi προνοίας Ἀθηνᾶς apud Pausan. mentio est in Phocic. c. 8.

4 Ἀλεξ. ἐντ. ἔστη] Georgius Cedrenus quoque p. 125. στήλης meminit ab Alexandro positae in his regionibus, cum Insc. ἐγὼ μέχρις Ἀλέξανδρος βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τότε.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANENSIS

LIBER TERTIVS.

Cap. I. DE Hyphasíde vero & quam late Indicam terram percurrat, eiusque mirabilibus sequentia cognoscere fas est. Aquae fluuii huius ex agro scatent, statim nauigabiles, paululum vero procedentes nauibus sunt imperuiae. Petrae namque superiori parte acutae, alternata serie sub aqua se attollunt, circa quas vortices fluuium agere necesse est, atque adeo minus reddi nauigabilem. Latitudo eadem eius quae Istri est: maximus ille autem esse videtur fluuiorum, qui per Europam voluuntur. Perinde porro ac illius huius in ripis arbores nascuntur, atque liquor quidam destillat arboribus, ex quo nuptiale Indi vnguentum conficiunt. Et nisi tali vnguento perunxerint nouos coniuges illi, qui ad nuptias celebrandas conuenere, imperfectae nuptiae videntur, & Veneris ingratiis coniunctae. Veneri quoque dicatum esse ferunt nemus fluuii ripis adiacens, pisces item pauones, quos solus hic fluuius pascit. Aliti autem cognomines eos esse voluere, quia coerulae ipsis sunt cristae, squamae autem maculis distinctae, & cauda aurea, atque, vbi voluerint, sursum reflexa. Est praeterea in eodem flumine animal vermi simile candido, ex quo liquefacto oleum conficiunt. Ex oleo autem hocce ignis existit, nulloque nisi vitreo vase contineri id potest. Capitur autem pro Rege solo istud animal, quo ille ad moenia expugnanda vtatur. Nam vbi muros pinguedo tetigerit, ignis accenditur, qui extingui nulla possit earum rerum, quas homines aduersus ignifera adinuenerunt.

Περὶ δὲ τοῦ Υφάσιδος, καὶ ὁπόσος τὴν Ινδικὴν διασείχει, καὶ ὅ, τι περὶ αὐτὸν θαῦμα, τάδε χρὴ γινώσκειν. αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου βλύζουσι μὲν ἐκ πεδίου, ναυσιπόροι αὐτόθεν[1], προϊοῦσαι δὲ καὶ ναυσὶν ἤδη ἄποροί εἰσιν. ἀκρωνυχίαι γὰρ πετρῶν παραλλὰξ ὑπανίσχουσι τοῦ ὕδατος, περὶ ἃς ἀνάγκη τὸ ῥεῦμα ἑλίττεσθαι, καὶ ποιεῖν τὸν ποταμὸν ἄπλων[2]. εὖρος δὲ αὐτῷ κατὰ τὸν Ιστρον[3]· ποταμῶν δὲ ὅτος δοκεῖ μέγιστος, ὁπόσοι δι' Ευρώπης ῥέουσι. δένδρα δὲ οἱ προσόμοια[4] φύει περὶ τὰς ὄχθας, καί τι καὶ μῦρον[5] ἐνδίδοται τῶν δένδρων, ὃ ποιοῦνται Ινδοὶ γαμικὸν χρίσμα. καὶ ἀμὴ τῷ μύρῳ τούτῳ ῥάνωσι τὰς νυμφίους οἱ ξυνιόντες ἐς τὸν γάμον, ἀτελὴς δοκεῖ καὶ ἐκ ἐς χάριν τῇ Αφροδίτῃ ξυναρμοσθείς. ἀνεῖσθαι δὲ τῇ θεῷ ταύτῃ λέγουσιν αὐτὸ τὸ περὶ[6] τῷ ποταμῷ νέμος, καὶ τοὺς ἰχθῦς τοὺς ταὼς, ὃς μόνος ὅτος ποταμῶν τρέφει. πεποίηνται δὲ αὐτοὺς ὁμωνύμους τοῦ ὄρνιθος, ἐπεὶ κυάνεοι μὲν αὐτοῖς οἱ λόφοι, στικταὶ δὲ αἱ φολίδες, χρυσᾶ δὲ τὰ ἐρετία, καὶ ὁπότε βάλοιντο, ἀνακλώμενα. ἔστι δέ τι θηρίον ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ[7], σκώληκι ἐικασμένον λευκῷ· τοῦτο δ' οἱ τήκοντες ἔλαιον ποιοῦνται. πῦρ δὲ ἄρα τοῦ ἐλαίου τούτου ἐκδίδοται, καὶ σέβει αὐτὸ πλὴν ὑέλου ἑνός. ἁλίσκεται δὲ τῷ βασιλεῖ μόνῳ[8] τὸ θηρίον τοῦτο, πρὸς τειχῶν ἅλωσιν. ἐπειδὰν γὰρ θίγῃ τῶν ἐπάλξεων ἡ πιμελὴ, πῦρ ἐκκαλεῖται, κρεῖττον σβεστηρίων[9] ὁπόσα ἀνθρώποις πρὸς τὰ πυρφόρα εὑρηται.

LIB. III.

CAP. I. 1 ναυσιπόροι αὐτόθεν] male ista in prioribus editionibus ita distinxerant: ναυσιπόροι· αὐτόθεν προϊοῦσαι δὲ, καὶ ναυσὶν &c.

2 ἄπλων] nempe a scopulis illis est, vt ῥεῦμα huius fluuii sit σφοδρὸν καὶ δυσδιέκβατον ap. Diodor. l. XVII. p. 562. conf. & inf. huius libri c. 51.

3 κατὰ τὸν Ιστρον] VII stadiis latitudinem eius metitur Diodor. Sic. l. c.

4 οἱ προσόμοια] Photius ὕφασις προσόμοια, quod ferri potest, nec tamen est cur receptam lectionem repudiemus.

5 μῦρον] de arbore hoc vnguentum stillante vid. lib. II. cap. 28. & ibi notata.

6 αὐτὸ τὸ περὶ] τὸ excciderat, restituimus ex MSS. nostris.

7 ἔστι δέ τι θηρίον ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ] τούτῳ omittit Photius. Ceterum de hoc animali plura, etiam magis adhuc fabulam sapientia, referuntur in Ctesiae excerptis apud eundem Photium p. 155. ex quo magis prolixe etiam de hoc verme egit Aelian. de Animal. V, 3. In hoc dissentiunt, quod *Indo* fluuio non Hyphasidi *vermem* hunc attribuant, cetera omnia conueniunt exacte cum Philostrato traditis loco isto.

8 ἁλίσκεται δὲ τῷ βασιλεῖ μόνῳ] Photius ἁλίσκεται δὴ μόνῳ τῷ βασιλεῖ. Morellus quoque in suis codd. δὴ pro δὲ inuenit.

9 κρεῖττον σβεστηρίων] *Isto* tamen πολλῷ τε καὶ παχεῖ extingui posse dicit Ctesias ll. cc.

Καὶ

Καὶ τὰς ὄνους δὲ τὰς ἀγρίας[1] ἐν τοῖς ἕλεσι τούτοις ἁλίσκεσθαί φασιν. εἶναι δὲ τοῖς θηρίοις τούτοις ἐπὶ μετώπῳ κέρας, ᾧ ταυρηδόν τε καὶ ἐκ εὐγενῶς μάχονται. καὶ ἀποφαίνειν τὰς Ινδὰς ἔκπωμα τὸ κέρας τοῦτο· ὃ γὰρ ἄτε νοσῆσαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὁ ἀπ' αὐτοῦ πιὼν, ἄτε ἂν τρωθεὶς ἀλγῆσαι, πυρός τε διεξελθεῖν ἂν, καὶ μηδ' ἂν φαρμάκοις ἁλῶναι, ὅσα ἐπὶ κακῷ πίνεται. βασιλέων δὲ τὸ ἔκπωμα εἶναι, καὶ βασιλεῖ μόνῳ ἐνεῖσθαι τὴν θήραν. Απολλώνιος δὲ τὸ μὲν θηρίον ἑωρακέναι φησὶ, καὶ ἄγασθαι αὐτὸ τῆς φύσεως. ἐρομένῳ δὲ αὐτὸν τοῦ Δάμιδος, εἰ τὸν λόγον τὸν περὶ τοῦ ἐκπώματος προσδέχοιτο; προσδέχομαι, εἶπεν, ἢν ἀθάνατον μάθω τὸν βασιλέα τῶν δεῦρο Ινδῶν ὄντα. τὸν γὰρ ἐμοί τε καὶ τῷ δεῖνι ὀρέγοντα πόμα ἄνοσόν τε καὶ ἔτως ὑγιὲς, πῶς ἔχει μᾶλλον εἰκὸς αὐτὸν ἐπεγχεῖν ἑαυτῷ τότε ὁσημέραι, καὶ πίνειν ἀπὸ τοῦ κέρατος τούτου μέχρι κραιπάλης; ὃ γὰρ διαβαλεῖτις, οἶμαι, τούτῳ μεθύειν.

Ενταῦθα καὶ γυναίῳ φασὶν ἐντετυχηκέναι, τὰ μὲν ἐκ κεφαλῆς ἐς μαζοὺς μέλανι, τὰ δὲ ἐκ μαζῶν ἐς πόδας λευκὰ πάντα[1]. καὶ αὐτοὶ μὲν ὡς δεῖμα φυγεῖν, τὸν δὲ Απολλώνιον ξυνάψαι τε τῷ γυναίῳ τὴν χεῖρα, καὶ ξυνεῖναι ὅ, τι εἴη. ἱερᾶται δὲ ἄρα τῇ Αφροδίτῃ Ινδῇ τοιαύτη, καὶ τίκτεται τῇ θεῷ γυνὴ ποικίλη, καθάπερ ὁ Απις Αιγυπτίοις[2].

Ενταῦθεν φασὶν ὑπερβαλεῖν τὸν Καυκάσον τὸ κατατεῖνον ἐς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν[1]· εἶναι δὲ αὐτὸ ξυνηρεφὲς ἰδέαις ἀρωμάτων. τὰς μὲν γὰρ δὴ πρώνας τοῦ ὄρους τὸ κινναμωμον φέρειν, προσεοικέναι δὲ αὐτὸ νέοις κλήμασι. βάσανον δὲ τοῦ ἀρώματος τὴν αἶγα εἶναι. κινναμώμου γὰρ εἴ τις αἰγὶ ὀρέξειε, κνυζήσεται πρὸς τὴν χεῖρα, καθάπερ κύων, ἀπιόντι τε ὁμαρτήσει, τὴν ῥῖνα ἐς αὐτὸ ἐρείσασα· κἂν ὁ αἰπόλος ἀπάγῃ, θρηνήσει καθάπερ λωΐτου ἀποσπωμένη[2]. ἐν δὲ τοῖς κρημνοῖς

Asinos praeterea sylueſtres in paludibus iſtis capi dicunt. Eſſe autem beſtiis illis in fronte cornu, quo taurorum more, neque parum fortiter depugnent. Conficere vero Indos ex illo cornu poculum: qui ex illo biberit enim, eum neque aegrotare ea die, neque, ſi vulneratus fuerit, dolorem ſentire, per ignem etiam incolumem tranſiturum, neque venenis vinci poſſe, quae ſine noxa bibere alias haut liceat. Regium autem id eſſe poculum, & Regi ſoli [eius animalis] permitti venationem. Apollonius itaque feram ſe aſpexiſſe ait, & delectatum ea fuiſſe propter indolem. Damide vero interrogante eum, an fabulam de poculo admittat? admittam, reſpondit, ſi huius partis Indiae Regem non mori intellexero. Eum enim, qui mihi aut alteri cuiuis potum praebere poteſt, ita morbis pellendis idoneum, ita ſalubrem, nonne veroſimilius longe eſt ſibi ipſi quotidie potum eo temperaturum, & ad crapulam vſque ex cornu illo bibiturum? nemo enim, vt puto, vitio vertat merito, ſi eo quis inebriari ſe patiatur. Cap. II.

Hic in mulierculam quoque ſe incidiſſe perhibent, a capite vſque ad mammas nigram, a mammis vero ad pedes vſque albam totam. Atque ſe quidem quaſi ſpectro oblato fugam arripuiſſe, Apollonium vero manum mulierculae porrexiſſe, quae eſſet, gnarum. Talis nempe Indicae Veneri ſacra eſt, naſciturque Diuae varii coloris femina, ſicut Apis apud Aegyptios. Cap. III.

Inde Caucaſi partem ſe ſuperaſſe aiunt, quae rubrum verſus mare porrigitur: eſſe vero eam diuerſis aromatum generibus conſitam. Montis namque vertices ferre cinnamomum, idque nouis ſarmentis ſimile eſſe. Aromatis autem huius documentum eſſe capram. Si quis enim cinnamomum caprae porrexerit, tanquam catulus admurmurabit manui, & abeuntem ſequetur, nares in illud intendens. Et ſi paſtor eam retraxerit, non ſecus quiritabitur, ac ſi a loto fuiſſe diſtracta. In praecipitiis Cap. IV.

CAP. II. 1 καὶ τὰς ὄνους δὲ τὰς ἀγρίας] haec quoque, quae de aſinis ſilueſtribus ſequuntur, prolixius ex Cteſia exponunt Aelianus Hiſt. anim. V, 52. & Photius p. m. 154. ex quibus facile patet, nullos alios eſſe *aſinos Indicos*, quam quos *monocerotas* hodie vocamus, adeo conueniunt omnia. Quae etiam ſententia eſt magni Bocharti Hieroz. P. I. l. III. c. 26. p. 933.

CAP. III. 1 ἐκ μαζῶν ἐς π. λευκὰ πάντα] candicantis coloris Indas Indoſque ſe vidiſſe Cteſias dicit, ſed de monſtro quale hic ſiſtitur, nihil ille, nihil alii: non dubito artis fuiſſe id opus, feminamque illam fuiſſe ex *albis*, quae populi fallendi cauſa ſuperioribus partibus colorem atrum induxerit.

2 καθάπερ ὁ Απις Αιγυπτίοις] nempe *Apin* variis figuris coloribuſque a natura diſtinctum oportebat eſſe. v. Strabo l. XVII. p. 807. Plutarch. de Iſ. & Oſir. Lucian. lib. de Sacrific. Ammian. Marcellin. l. 22. Suid. in Σεραπ.

CAP. IV. 1 τὸ κατατεῖνον ἐς τὴν ἐρυθρ. θαλ.] de hac parte Caucaſi vide ſupra l. II. cap. 2. fin.

2 λωτοῦ ἀποσπωμένη] vid. ad. l. I. cap. 40. not. 1.

vero

vero montis thuriferae arbores ſublimes valde naſcuntur, aliaeque ſpecies quamplurimae: piperis arbores item, quibus ſimiae praebent culturam. Neque [boni illi viri] cuinam arborum maxime illae ſimiles ſint praetermiſere, quod eo, quo ab ipſis proditum eſt modo, iam indicabo. Piperis nempe arbor illi ſimilis eſt quam Graeci *agnon* appellant, tum ceteris omnibus, tum fructuum racemis. Naſcitur autem in locis praeruptis, hominibus inacceſſibilis, vbi ſimiarum perhibetur plebes montis habitare ſpeluncas, & quicquid in eo eſt cauernarum. Eas autem maximi facientes Indi, quoniam piper vindemiant, canibus & armis leones ab ipſis arcent. Inſidiatur enim ſimiae leo: aegrotus vbi fuerit, medicinae cauſa, nam morbus eius vt ceſſet carnes iſtae efficiunt: ſenex vero, cibi etiam cauſa [eaſdem appetit,] nam vbi propter ſenium ceruos, aut capreas venari nequeunt leones, ſimias auide deglutiunt, in his, quod ſupereſt eis virium, conſumentes. Veruntamen non negligunt eos homines, ſed benigna ſibi haec animalia eſſe ſentientes, eorum tuendorum cauſa haſtis aduerſus leones decertant. Nempe quae cum piperis arboribus geruntur ita ſe habent: accedentes Indi ad arbores in parte montis inferiore, fructuſque ab illis decerpentes, paruas quaſdam ſub arboribus areas faciunt, inque eas piper congerunt, quaſi caſu ipſum proiicientes, vt rem nullius pretii, & quam nihili homines faciant. Simii vero ex locis ſuperioribus atque inacceſſis deſpicientes iſta, noctu Indorum opus imitantur, & auulſos arborum ramuſculos proiectant atque in areas conferunt. Indi autem, vbi dies illuxit, aromatis aceruos nullo labore ſuo aufferunt, vt qui otio interea & ſomno vacauerint.

τῷ ὄρει λίβανοί[3] τε ὑψηλαὶ πεφύκασι, καὶ πολλὰ εἴδη ἕτερα, καὶ τὰ δένδρα αἱ πεπερίδες, ὧν γεωργοὶ πίθηκοι. καὶ ὧδε ᾧ εἵκασαν τοῦτο παρεῖται σφίσιν, ὃν δὲ εἴρηται τρόπον ἐγὼ δηλώσω. τὸ δένδρον ἡ πεπερὶς εἴκασαι μὲν τῷ παρ' Ἕλλησιν ἄγνῳ, τά τε ἄλλα, καὶ τὸν κόρυμβον τῷ καρπῷ, φύεται δὲ ἐν τοῖς ἀποτόμοις, ἀν ἐφικτὸς τοῖς ἀνθρώποις, ἃ λέγεται πιθήκων οἰκεῖν δῆμος[4] ἐν μυχοῖς τοῦ ὄρους, καὶ ὅτι αὐτοῦ κοῖλον. ἐς πολλῶ ἀξίως οἱ Ινδοὶ νομίζοντες, ἐπειδὴ τὸ πέπερι ἀποτρυγῶσι, τοὺς λέοντας ἀπ' αὐτῶν ἐρύκουσι κυσί τε καὶ ὅπλοις. ἐπιτίθεται δὲ πιθήκῳ λεόντων[5] νοσῶν μὲν, ὑπὲρ φαρμάκου, τὴν γὰρ νόσον αὐτῷ τὰ κρέα ἴσχει ταῦτα· γεγηρακὼς δὲ ὑπὲρ σίτου, τῆς γὰρ τῶν ἐλάφων καὶ συῶν θήρας ἔξωροι γεγονότες, τοὺς πιθήκους λαφύσσουσιν, ἐς τοῦτο χρώμενοι τῇ λοιπῇ ῥώμῃ. ἃ μὴν οἱ ἄνθρωποι περιορῶσιν, ἀλλ' εὐεργέτας ἡγούμενοι τὰ θηρία ταῦτα, πρὸς τοὺς λέοντας ὑπὲρ αὐτῶν αἰχμὴν αἴρονται. τὰ γὰρ πραττόμενα περὶ τὰς πεπερίδας ὧδε ἔχει[6]· προσελθόντες οἱ Ινδοὶ τοῖς κάτω δένδρεσι[7], καὶ τὸν καρπὸν[8] ἀποθερίσαντες, ἄλως ποιοῦνται μικρὰς περὶ τὰ δένδρα, καὶ τὸ πέπερι περὶ αὐτὰς ξυμφορῶσιν, οἷον ῥιπτοῦντες, ὡς ἀτιμόν τι καὶ μὴ ἐν σπουδῇ τοῖς ἀνθρώποις[9]. οἱ δὲ ἄνωθεν καὶ ἐκ τῶν ἀβάτων ἐφεωρακότες[10] ταῦτα, νυκτὸς γενομένης[11], ὑποκρίνονται τὸ τῶν Ινδῶν ἔργον, καὶ τοὺς βοστρύχους τῶν δένδρων περιεσπῶντες, ῥιπτοῦσι φέροντες ἐς τὰς ἄλως. οἱ Ινδοὶ δὲ ἅμα ἡμέρᾳ σωροὺς ἀναιροῦνται τοῦ ἀρώματος, ὀδὲ πονήσαντες ὀδέν, ἀλλὰ ῥᾳθυμοί τε καὶ καθεύδοντες.

Cap. V. Superato monte planiciem ſibi oblatam aiunt, plurimis foſſis interſectam, aqua plenis. Eſſe autem earum alias obliquas, alias rectas, ex Gange fluuio deriuatas, ſimul

Ὑπεραίραντες τὸ ὄρος πεδίον ἰδεῖν φασι λεῖον, κατατετμημένον ἐς τάφρους[1] πλήρεις ὕδατος. εἶναι δὲ αὐτῶν τὰς μὲν ἐγκαρσίους, τὰς δὲ ὀρθὰς, διηγμένας ἐκ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Γάγγου, τῆς τε

---

3 λίβανοι] ex Lopezio de Indiis l. III. c. 37. Vigenerius obſeruat, circa fluuium *Maragnon* in India multum *thuris* naſci, Arabicum bonitate longe excedentis.

4 πιθήκων οἰκεῖν δῆμος] *ſimiarum plebes* dicitur Solino Polyhiſt. p. 38. Simili modo de aliis animalibus loquuntur paſſim: μυρμήκων ἀγορὰ Luciano dicitur in *Icaro Men.* μύρμηκες ὀ γῆς τρατὸς Anthol. I, 23. ἴθνεα μελισσάων Homero Iliad. β. οἱ χοιρογρύλλιοι ἴθνος ἀκ ἰσχυρὸν Salamoni in Prou. XXX, 26. & locuſtae ἴθνος ἰσχυρὸν Ioel. I, 6. Canum ἴθνη Philoſtrato Vit. Soph. l. I. *Polemone* §. II. n. 13. & ſupra l. II. c. 14. n. 19. ἴθνη ζωοτόκα, imo paſſim.

5 ἐπιτίθεται πιθήκῳ λέων] faſtidii, qui vnicus morbus leonis, ſeniique medelam ſimiam appetere leonem, Phile etiam tradit p. 128. adde & Plin. VIII, 19. qui *in ſenecta hominem quoque ab eo appeti refert, quoniam ad perſequendas feras fires non ſuperſunt.* ib. ſect. 19.

6 ἔχει] ita pro ἔχοι ex Photio reſcripſi.

7 δένδρεσι] ap. Photium legitur μίεσσι: ferri tamen δένδρεσι poteſt. Senſus eſt, eos ad arbores accedere *infra* poſitis in locis, ad quos *acceſſus ſit* facilis.

8 καὶ τὸν καρπὸν] omnino coniunctio καὶ hic neceſſaria erat, quam ex Photio Philoſtrato reſtituimus, exciderat enim in edd. prioribus.

9 καὶ μὴ ἐν σπουδῇ τοῖς ἀνθρώποις] vid. ad l. I. cap. XXXV. not. 15.

10 καὶ ἐκ τῶν ἀβάτων ἐφεωρακότες] καὶ omittit & καθεωρακότες legit Photius.

11 νυκτὸς γενομένης] γενομένης omittit idem.

CAP. V. 1 κατατετμημ. ἐς τάφρους] ſimilia de Aegypto, & foſſis e Nilo deriuatis paſſim Veteres. vid. Diodorum Siculum l. I. p. 52.

χώρας ὅρια ἴσας, τοῖς τε πεδίοις ἐπαγομένας, ὁπότε ἡ γῆ διψῴη. τὴν δὲ γῆν ταύτην ἀρίστην φασὶ τῆς Ινδικῆς εἶναι, καὶ μεγίστην τῶν ἐκεῖ λήξεων. πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ὁδὸς μῆκος ἐπὶ τὸν Γάγγην, ὀκτωκαίδεκα δὲ ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ τῶν πιθήκων ὄρος, ᾧ ξυμπαρατείνει πεδιάς. πᾶσα ἡ χώρα μέλαινά τε καὶ πάντων εὔφορος. ἰδεῖν μὲν γὰρ ἐν αὐτῇ κάχυας, ἀνεστῶτας ὅσον οἱ δόνακες, ἰδεῖν δὲ κυάμους τριπλασίους τῶν Αἰγυπτίων[2] τὸ μέγεθος, σήσαμόν τε καὶ κέγχρον, ὑπερφυᾶ πάντα. ἐνταῦθα καὶ τὰ κάρυα φύεσθαί φασιν, ὧν πολλὰ πρὸς ἱεροῖς ἀνάκειται τοῖς δεῦρο, θαύματος ἕνεκα. τὰς δὲ ἀμπέλους φύεσθαι μὲν μικράς, καθάπερ αἱ Λυδῶν τε καὶ Μαιόνων[3], ποτίμους δὲ εἶναι καὶ ἀνθοσμίας[4] ὁμῶς τῷ ἀποτρυγίᾳ. ἐνταῦθα δὲ καὶ δένδρῳ φασὶν ἐντετυχηκέναι, προσεοικότι τῇ δάφνῃ[5], φύεσθαι δὲ αὐτῷ κάλυκα εἰκασμένην τῇ μεγίστῃ ῥοᾷ, καὶ μῆλον ἐγκεῖσθαι τῇ κάλυκι, κυάνεον[6] μὲν, ὥσπερ τῶν ὑακίνθων αἱ καλαὶ[7], πάντων δὲ ἥδιστον, ὁπόσα ἐξ ὡρῶν[8] ἥκει.

& agris finiendis inseruientes, & agris immitti solitas, si quando sitim patiatur terra. Esse autem illum agrum omnis Indiae praestantissimum, maioremque in ea planiciem haut dari. Quindecim dierum itineris spatium ad Gangem est vsque; decem autem & octo stadia a mari ad montes vsque simiarum, iuxta quos planicies extenditur. Omnis porro ille ager nigricans est, omniumque rerum feracissimus. Vidisse enim se in eo spicas [aiunt] arundinum instar erectas, vidisse & fabas triplo Aegyptiis maiores, sesamum item & milium, eximiae magnitudinis omnia. Hic quoque, vt ipsi aiunt, nuces crescunt, cuiusmodi multae apud nos in templis asseruantur, vt admirationi sint. Vites autem paruas quidem hic nasci, iis similes quae apud Maeones Lydosque inueniuntur, potui tamen opportunas, & in ipsa iamiam vindemia gratum odorem halantes. Hic in arborem quoque se incidisse aiunt laurus instar habentem, calycem eam proferre dicunt, malo punico maximo similem: in calyce autem pomum haerere colore eius nigredinis, cuius pulcherrimae esse solent hyacinthorum, esseque longe suauissimum eorum omnium, quae ab Horis nobis veniunt.

Καταβαίνοντες δὲ τὸ ὄρος δρακόντων θήρᾳ[1] περιτυχεῖν φασι, περὶ ὧν ἀνάγκη λέξαι. καὶ γὰρ σφόδρα εὐηθες ὑπὲρ μὲν τῶν λαγῶ, καὶ ὅπως ἁλίσκεται καὶ ἁλώσεται, πολλὰ εἰρῆσθαι τοῖς ἐς φροντίδα βαλλομένοις ταῦτα· ἡμᾶς δὲ παρελθεῖν λόγον γενναίας τε καὶ δαιμονίᾳ θήρας, μηδὲ τῷ ἀνδρὶ παραλειφθέντα, ἐς ὃν ταῦτα

Descendentes autem e monte draconum venationi se interfuisse aiunt, de quibus iam dicere necesse est. Absurdum quippe fuerit, de lepore & quomodo capiatur capiue possit quamplurima commentari eos, quibus ea curae fuere: nos autem strenuae adeo & plane diuinae venationis historiam praeterire, ne viro quidem neglectam, de quo haec omnia Cap. VI.

---

2 τριπλασίους τῶν Αἰγυπτίων] faba Aegyptia describitur Theophr. l. IV. hist. c. 10. & ex eo ab Athenaeo l. III. p. 72 & Strabone XVII. p. 799. Plinio H. N. XVIII, 30. Tantae magnitudinis est, vt ex ea pocula fiant, quae *ciboria* dicunt. v. Strabo l. c. Hanc fabam in Aegypto solam & Indis inueniri dicit idem Strabo p. 823. Stupendae vero magnitudinis fabas Indicas habes delineatas Horti Malabar. Tab. 32. f.

3 Λυδῶν τε καὶ Μαιόνων] *Maeones* dicti qui superiora Lydiae loca sub Tmolo habitabant, *Lydi* qui inferiora incolebant loca, seu ad mare vergentia. Sed ea de re pluribus egit illustr. Spanhemius observ. ad Callimachi Hymn. in Delum v. 250. Sic in vita *Scopeliani* Philostratus §. V. *Lydos* & *Maeonas* etiam distinguit.

4 ἀνθοσμίας] proprie est *vinum odoratum*. πότιμος καὶ ἀνθοσμίας, vini epitheta. Similiter iunguntur apud Pollucem l. I. c. XII. s. 18. vbi ἀνθοσμίας opponi videtur τῷ ὀξίνῃ *acido*, qualia *recentia* vina plerumque: atque in talibus odor quoque minus gratus. Nempe hoc sibi vult, vinum Indicum, etiam recens minus acescere.

5 προσεοικότι τῇ δάφνῃ] omnes huius descriptionis circumstantiae satis exacte conueniunt cum delineatione fructus Indici, quem *Mangostan* vocant moderni. vid. Garciam ab Orta l. II. Plantar. Hist. c. 12. Bontium Hist. Natural. Indiae orientalis p. 115.

6 κυάνεον μὲν] *nigrum* maluimus, quam *coeruleum*. Illum enim colorem fructus *Mangostan* esse ait Garcias ab Orta. Esseque κυάνεον speciem *nigri* coloris, notum. Hesych. κυάνεον μέλαν. & Dionys. Perieg. v. 111. dicit de Indis ἐπὶ χρόα κυανέοισι: quos non minus ac Aethiopes atros notauimus. Adde obseruata Salmasio ad Solin. p. 93. 95. Sed & ὑακίνθων αἱ καλαὶ μέλανες. Hinc Dionys. Perieg. l. c. *hyacintho* comparat Indorum capillum, qui est nigerrimus:

— — ἰνδομέναις δ' ὑακίνθῳ
πιστότατος φορέουσιν ἐπὶ κράτεσφιν ἰθείας.

Similiterque Festus Auienus:

His coma semper
Effusa, liuentes imitatur crine hyacinthos.

Comae τὸ κυάνεον passim etiam tribuitur a Philostrato in Imaginibus. Sic & δράκοντες κύανοι hoc est *nigri* apud Nicandrum.

7 αἱ καλαὶ] Aldina habet αἱ καλ... in meo exemplari manu suppleuerat nonnemo κάλυκες, quod secutus etiam Morellus est. Verum MSS. nostri omnes habent καλαὶ, quod & Photius, & sensus ipse probat.

8 ἐξ ὡρῶν] veram lectionem & Aldus & Morell. exhibuere. Vertit tamen post Rhinuccinum Morellus, quasi legisset ἐξ ὀρέων, *quae in illo monte nascuntur*: refragantibus omnibus editis & ineditis. Sensus quoque elegantior, si legamus ὡρῶν, & nota phrasis ὅσα φέρουσιν ὧραι *quae Horae*, i. e. *anni tempestates adferunt*. Sic noster inf. cap. XXVI. ὁπόσα τε ἐς νίσσεται αἱ ὧραι δύνουσιν. Nempe *Horae* Deae anno eiusque vicibus praesunt, & ipsae anni tempestates ὧραι dicuntur.

CAP. VI. 1 θήρᾳ] lectionem hanc, quam & MSS. nostri omnes & Photius exhibebant, & sequentia firmabant, & priores interpretes in versionibus suis probauerant, praetulimus alteri in edit. Aldi & Morelli, quae habent θηρίῳ.

commen-

commentari inſtituo. Draconum nempe in immenſum porrectis corporibus omnis quaſi ſuccingitur India, plenaeque eorum paludes, pleni & montes, neque tumulus vllus iis vacuus. Et paluſtres quidem lenti ſunt magis, longitudine cubitorum triginta, nec criſta ipſis in capite ſurgit, ſed dracaenis ſimiles ſunt. Valde autem tergo ſunt nigri, & minus ceteris ſquamoſi, magiſque docte Homerus, quam plerique alii poëtae, de illis locutus eſt: Draconem enim in Aulide, iuxta fontem habitantem, terga rubentem dixit. Alii vero poëtae illi cognatum genere [draconem] in Nemeae luco criſtatum etiam perhibent, quod in paluſtribus non facile inueneris.

Cap. VII. Quantum ad eos vero qui in radicibus montium aut tumulis habitant dracones, illi in planiciem venationis cauſa ſe immittunt, & paluſtribus in omnibus praeſtant. Nam & in maiorem porrecti ſunt longitudinem, & fluminibus rapidiſſimis feruntur velocius, nihilque illos effugere poteſt: atque in his quidem criſta excreſcit, mediocriter prominens in iunioribus, cum illis vero aetate proficientibus vna creſcens, atque multum ſe attollens. Quotquot vero eorum coloris ignei ſunt, & dorſum habent ſerratum, iis etiam barba creſcit, altiuſque ceruicem attollunt, ſquamae etiam inſtar argenti fulgent. Oculorum autem pupillae lapides ſunt, ignei fulgoris. Vimque eorum maximam eſſe

ἔγραψα. δρακόντων μὲν γὰρ δὴ ἀπείρους μήκεσι κατέζωσαι[2] πᾶσα ἡ Ινδικὴ χώρα, καὶ μεσὰ μὲν αὐτῶν ἕλη, μεσὰ δὲ ὄρη, κενὸς δὲ[3] ὐδεὶς λόφος. οἱ μὲν δὴ ἕλειοι νωθροί τε εἰσι, καὶ τριακοντάπηχυ μῆκος[4] ἔχουσι, καὶ κράνος αὐτοῖς οὐκ ἀνέσηκεν[5], ἀλλ' εἰσὶ ταῖς δρακαίναις ὅμοιοι. μέλανες δὲ ἱκανῶς τὸν νῶτον[6], καὶ ἧττον φολιδωτοὶ τῶν ἄλλων, καὶ σοφώτερον ἦπται τὰ λόγα περὶ αὐτῶν Ομηρος[7] ἢ οἱ πολλοὶ ποιηταί· τὸν γὰρ δράκοντα τὸν ἐν Αυλίδι, τὸν πρὸς τῇ πηγῇ οἰκοῦντα[8], περὶ τὰ νῶτα δαφοινὸν[9] εἴρηκεν. οἱ δὲ ἄλλοι ποιηταὶ, τὸν ὁμοίῳ τούτῳ, τὸν ἐν τῷ τῆς Νεμέας ἄλσει, φασὶ καὶ λοφιὰν ἔχειν[10], ὅπερ οὐκ ἂν περὶ τοὺς ἑλείους εὕροιμεν.

Καὶ τοὺς ὑπὸ τὰς ὑπωρείας τε καὶ τοὺς λόφους[1], ἵενται δὲ ἐς τὰ πεδία ἐπὶ θήρᾳ, πλεονεκτοῦσι δὲ τῶν ἑλείων πάντα. καὶ γὰρ ἐς πλέον τοῦ μήκους[2] ἐλαύνουσι, καὶ ταχύτεροι τῶν ὀξυτάτων ποταμῶν[3] φέρονται, καὶ διαφεύγει αὐτοὺς οὐδέν. τούτοις καὶ λοφιὰ φύεται[4], νέοις μὲν ὑπανίσχουσα τὸ μέτριον, τελειωμένοις δὲ συναυξανομένη τε καὶ ἀνισοῦσα[5] ἐς πολύ. οἱ δὲ δὴ πυρσῖται[6] καὶ πριόνωτοι γίνονται, ἔτοι καὶ γενειάσκουσι[7], καὶ τὸν αὐχένα ὑψοῦ αἴρουσι, καὶ τὴν φολίδα σίλβουσι δίκην ἀργύρου. αἱ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν κόραι λίθος ἐσὶ διάπυρος[8]. ἰσχὺν δ' αὐτῶν ἀμήχανον εἶναί

---

2 κατέζωσαι] eleganter voce vtitur, nempe dracones vaſtiſſimorum corporum ingentibus ſpiris ζώνας quaſi repraeſentant.

3 κενὸς δὲ] aduerſatiuam ex Codicibus noſtris addidimus.

4 τριακοντάπηχυ μῆκος] conſentiunt in hanc Indicorum draconum molem Agatharchides & Strabo, imo alibi quoque eius longitudinis inueniri paſſim teſtantur autores, quorum loca diligenter collegit Bochart. Hieroz. P. II. lib. III. cap. 13. p. 430.

5 κράνος αὐτοῖς οὐκ ἀνέσηκε] paluſtres nempe *criſtati* non ſunt, bene tamen alii, vt deinceps audiemus. Deſinat igitur mirari Plin. H. N. VIII, 13. quod *criſtatos* crediderit *dracones Aethiopicos*, *Indicis pares*, Iuba.

6 μέλανες ἱκανῶς τὸν νῶτον] κύανον δράκοντα i. e. *nigrum* deſcribit Nicander, adde Bochart. l. c. p. 436.

7 Ομηρος] locus extat Iliad. B'. v. 308.

8 πρὸς τῇ πηγῇ οἰκοῦντα] quique adeo ſit ex genere *ἑλείων*, criſtas non habentium.

9 δαφοινὸν] ſimiliter πυῤῥὸς dicitur Apoc. XII, 3. verſus Homeri eſt:

Ενθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς

Homericis ſimilia fere praefatus eſt ſacer ſcriptor: καὶ σημεῖον μέγα ὀφθήν. &c.

10 καὶ λοφιὰν ἔχειν] quod falſum, inquit, de *ἑλείοις*, qualis erat Nemeus, quem ὁμοίῳ paulo ante ei, qui in Aulide fuit, dixit Philoſtratus. Ceterum de Nemeo dracone *fontis cuſtode*, qui Archemorum puerum occidit, nota omnia ex Hygino fab. 74. Apollodoro & aliis. Poeta qui λοφιὰν illi tribuat, quales notat hic Philoſtratus, non ſuccurrit.

CAP. VII. 1 καὶ τοὺς ὑπὸ τοὺς ὑπωρ. τε καὶ τοὺς λόφους] ſecunda draconum ſpecies, quos πεδινοὺς paulo poſt vocat, nempe τοῖς ὀρείοις melius opponuntur, qui in ὑπωρείοις degunt.

2 εἰς πλέον τοῦ μήκους] ex eorum itaque genere incredibilis magnitudinis dracones, de quibus l. c. Bochart. p. 431.

3 ταχύτεροι τῶν ὀξυτ. ποταμ.] ex illa celeritate draconum fabula mihi nata videtur, de *alis* eorum, quas conſtanter, Poëtae inprimis, illis tribuunt.

4 λοφιὰ φύεται] mirum, magnum Bochartum, l. c. p. 433. Plinio nimis credulum in dubium vocare draconum criſtas. Certe non adeo facile hic deſerenda erat Iubae autoritas, quem taxat Plin. criſtatos dracones commemorantem l. VIII, 13. Aelianus quoque Hiſt. an. XI, 62. ὁ μὲν δράκων ὁ ἄῤῥην τὸν λόφον ἔχει inquit, quod de genere draconum πεδινῶν accipio. Sed tamen Plinius XI, 37. *Draconum criſtas qui viderit non reperitur*, ait. At vidit Apollonius, vidiſſe ſe nuper ait I. Harduinus ad Plin. VIII, 13.

5 ἀνισοῦσα] ſic Photius & codd. noſtri edd. pr. συναυξοῦσα.

6 πυρσῖται] Lucanus Pharſal. IX. v. 728.

— *aurato nitidos fulgere Dracones*

dicit, quod ad πεδινὰς omnino pertinet. Praeceſſerat enim

— *qui cuntlis innoxia numina terris*
Serpitis.

7 γενειάσκουσι] ſimilia loca ex Nicandro, Aeliano, & Arabibus vid. ap. Bochart. l. c. p. 435.

8 λίθος δ' ἐσὶ διάπυρος] non confundendus oculus draconis, quem *lapidem igneum* hic dicit cum *dracontite*, de quo vid. paulo poſt cap. VIII fin. & ibi notata. *Oculos draconum* inter cetera magica refert Lucan. lib. VI. v. 657. vbi vetus Grammat. obſeruat, illis, melle tritis, inunctos oculos impauidos reddi aduerſus nocturnas imagines.

φασιν ἐς πολλὰ τῶν ἀποθέτων. γίνεται δὲ τοῖς θηρῶσιν ὁ πεδινὸς ἔυρημα, ἐπειδὰν τῶν ἐλεφάντων τινὰ ἐπισπάσηται[9], τυτὶ γὰρ ἀπόλλυσιν ἄμφω τὰ θηρία[10]. καὶ κέρδος τοῖς ἑλοῦσι δράκοντας ὀφθαλμοί τε γίνονται[11], καὶ δορὰ, καὶ ὀδόντες. εἰσὶ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιοι τοῖς τῶν μεγίστων ἰχθύων[12], λεπτότεροι δὲ καὶ διάτροφοι, καὶ τὴν αἰχμὴν ἄτεμπτοι[13], καθάπερ οἱ τῶν μεγάλων ἰχθύων.

aiunt ad multa arcana. Praeda autem fit draco campestris venatoribus, quoties inhaeserit elephanto: hoc enim vtrique istarum bestiarum exitio est. Lucro sunt draconem capientibus oculi, cum pelle, & dentibus. Sunt autem in ceteris piscibus quidem similes maioribus, sed corpore magis sunt gracili; & in quamcunque partem versatiles; dente autem inuincibili perinde ac cete.

Οἱ δὲ ὀρειοι δράκοντες τὴν μὲν φολίδα χρυσοῦ φαίνονται, τὸ δὲ μῆκος ὑπὲρ τοὺς πεδινούς. γένεια δὲ αὐτοῖς βοστρυχώδη[1], χρυσᾶ[2] καὶ ἐκεῖνα, καὶ καταφρύονται μᾶλλον ἢ οἱ πεδινοί. ὄμμα τε ὑποπάθηται τῇ ὀφρύι δεινὸν, καὶ ἀναιδὲς[3] δεδορκός. ὑπόχαλκόν τε ἠχὼ φέρουσιν, ἐπειδὴ τῇ γῇ ὑποκυμαίνουσιν[4]. ἀπὸ δὲ τῶν λόφων, πυρσῶν ὄντων, πῦρ αὐτοῖς ἄπτει λαμπαδίας πλέον. ὅτοι καὶ τοὺς ἐλέφαντας αἱροῦσιν, αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν Ινδῶν ὅτως ἁλίσκονται. κοκκοβαφεῖ πέπλῳ χρυσῷ ἐνείραντες γράμματα τίθενται πρὸ τῆς χειᾶς, ὕπνον ἐγχοητεύσαντες[5] τοῖς γράμμασιν, ὑφ' ᾧ νικῶνται τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ δράκων, ἀτρέπτους ὄντας. καὶ πολλὰ τῆς ἀπορρήτου σοφίας ἐπ' αὐτὸν ᾄδουσιν, οἷς ἄγεταί τε, καὶ τὸν αὐχένα ὑποβαλὼν[6] τῆς χειᾶς, ἐπικαθεύδει τοῖς γράμμασι. προσπεσόντες δὲ οἱ Ινδοὶ κειμένῳ, πελέκεις[7] ἐναράττουσι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντες λιθίζονται[8] τὰς ἐν αὐτῇ λίθους. ἀποκεῖσθαι δέ φασιν ἐν ταῖς τῶν ὀρείων δρακόντων κεφαλαῖς λίθους, τὸ μὲν εἶδος, ἀνθηρὰς[9], καὶ

Montani porro dracones squamas habent plane aureas, & longitudine excedunt campestres. Barba autem illis densa, ipsa quoque aurea, superciliumque magis elatum quam campestribus. Oculus superciliis subest, torum tuens atque immite. Sonitum vero quasi aeris edunt, quando sub terra fluctuant. E cristis, colore rubris, ignis micat, magis quam e facula [micare possit.] Isti autem ipsos elephantos superant, ipsi ab Indis hoc modo superantur. Peplum coccineum aureis litteris intextum ante foueam extendunt, somnum litterarum carmine ei inducentes, quo oculi vincuntur draconis, alias inuincibiles. Multis praeterea magicis eum incantant, quibus demulcetur, cerui-cemque cauerna exerens litteris indormit. Irruentes autem Indi in eum, ita porrectum, secures ei illidunt, abscissoque capite, lapillos in eo extantes depraedantur. Nempe in montanorum draconum capitibus esse aiunt lapillos

Cap. VIII.

---

9 ἐπειδὰν τῶν ἐλεφ. τινὰ ἐπισπάσηται] vide de draconis & elephanti pugna Plin. H. N. VIII, 11. sqq. Aelian. Hist. anim. VI, 21. Strabon. l. XVI. p. 775.

10 ἀπόλλυσιν ἄμφω τὰ θηρία] nam elephantus sanguine exhaustus concidit, draco eo inebriatus opprimitur, moriturque. vid. autores cit.

11 γίνονται] vox haec elegantius omittitur, quod & Photius fecit.

12 ἰχθύων] Priores edd. συῶν. At mirum dracones cum *porcis* comparari. Codex Vrbinas legit ἰχθύων, quod malim. *Dracones* enim, serpentum genus, cum piscibus melius quam *porcis* compares. Sane in veteribus nummis non multum diuersa draconis species a forma Delphini apparet.

13 τὴν αἰχμὴν ἄτρεπτοι] Photius ἄτρεπτοι habet, & in margine ἀσφάλεσι ponitur. Sed neutrum ferri potest. Bene se habet ἄτριπτοι. Per αἰχμὴν autem quid intelligere aliud possit quam *dentes* non video, qui firmissimi & acutissimi draconibus, sicut & piscibus quibusdam maioribus.

CAP. VIII. 1 βοστρυχώδη] ὑπήνην δασεῖαν draconum quibusdam Aelian. XI, 26 tribuit.

2 χρυσᾶ] ad eos igitur referemus illa Nicandri:

ἱερὸς δὲ πώγων
ἴπλεθ' ὑπ' ἀνθερεῶνα χολοίβαφος.

3 ἀναιδὴς] sic Photius, idque melius quam ἀναιδῶς, quod erat in vulgatis.

4 ὑποκυμαίνουσιν] nempe sub finem etiam capitis motum eorum in cauernis subterraneis ita esse ait vehementem, vt mouere montes videantur. Similis vsus verbi ὑποκυμαίνειν inf. imag. l. II. *Cyclope* sub fin. ἀλέαν ὑποκυμαίνουσι. & *Hercule inter Pygmaeos* ὑποκυμαίνει ἡ ψάμμος.

5 ὕπνον ἐγχοητεύσαντες] de draconibus & serpentibus carmine sopitis multa congessit Bochartus Hieroz. P. II. l. III. c. 6. p. 389. Addendus locus Plinii ad praesens negotium maxime spectans l. XXXVII, 57. *Sotacus tradit viso dracone spargere somnifica medicamenta, atque ita praecidere.*

6 ὑποβαλὼν] malim ἐμβαλών.

7 πελέκεις] ita Photius & cod. Vrbin. melius quam editi, qui habent πελέκει.

8 τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντες λιθίζονται &c.] Plin. H. N. XXXVII, 57. *Dracontites siue draconis e cerebro fit draconum: sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmescit, inuidia animalis mori se sentientis, igitur dormientibus amputant.* Adde Solinum cap. 30. Isidorum Orig. XVI, 13. Albertum M. lib. II. de mineral. tract. 2. p. 230. Marsil. Ficinum lib. III. de triplici vita. Ceterum in serpentum quoque quorundam Sinae & Indiae orientalis capitibus inueniri lapides, veneno obsistentes, recentiores tradunt P. Boym in Flora Sin. litt. M. Kircher. Sin. Illustr. p. 10. sq. sed illi diuersissimi sunt a *draconti*.

9 ἀνθηρὰς] Graecis ἀνθηρὸν quandoque est *rubrum*. Dioscorides ἀνθηρὰ κατακορῶς πυῤῥὰ appellari dicit, indeque ἀνθηρικὸν χρῶμα apud eundem de Sandarachino. Sic & Hesych. ἀνθηρὸν σανδαράχην. quae obseruata sunt Salmasio ad Solinum. Hic tamen non tam colorem notat τὸ ἀνθηρόν, nam omnes colores refert draconites, quam nitorem communem niten-

nitentes, omneſque colores reddentes: viribus autem mirabiles, vt annulus erat, quem Gygae fuiſſe dicunt. Saepe autem Indum, vna cum ſecuri & omni arte ſua arreptum, in cauernam ſuam rapiens abit, ipſum tantum non montem concutiens. Eiuſmodi draconesetiam montes habitare dicuntur, qui ad rubrum mare ſunt poſiti, dicuntque horrendos ſe eorum ſibilos audiuiſſe, eoſque in mare etiam deſcendentes longiſſime velificare. De aetate autem huius belluae difficile certi quid cognoſcere, dictuque eſt incredibile. Sunt autem iſta, quae de draconibus quoque dicenda habui.

Cap. IX. Vrbem vero in radicibus montis, ſane maximam, Paraca aiunt vocari, inque eius medio plurima ſuſpenſa eſſe draconum capita, quod eius ciuitatis incolae Indi ab ineunte aetate iſto venationis genere ſe exerceant. Feruntur etiam animalium voces atque conceptus intelligere, hepate draconis ab aliis, ab aliis corde deuorato. Procedentes autem fiſtulae ſonitum ſibi ſe viſos aiunt audire, paſtoris nempe cuiuſdam gregem in ordines cogentis. Ceruas nempe ibi paſci albas, mulgent autem ipſas Indi, nutritioni earum lac oppido inſeruire putantes.

Cap. X. Inde quatuor dierum itinere progreſſi per felicem ac bene cultam regionem, ad ſapientum ſe aduenisſe aiunt caſtellum. Itineris vero ducem camelo in genua ſubſidere iuſſa ab ea deſiliiſſe, metu perculſum multoque ſudore manantem. Apollonium autem ſentientem quo eſſet delatus, atque Indi ridentem formidinem, videtur mihi, dixiſſe, hic homo, ſi in portum delatus ſit, ſpatioſum aliquot pelagus emenſus, terram aegre eſſe laturus, & ſe in portu eſſe reformidaturus. Haecque dicens

πάντα ἀπαυγαζόσας χρώματα· τὴν δὲ ἰσχὺν ἀῤῥήτως[10], κατὰ τὸν δακτύλιον ὃν γενέσθαι φασὶ τῷ Γύγῃ[11]. πολλάκις δὲ καὶ τὸν Ινδὸν, αὐτῷ πελέκει καὶ αὐτῇ τῇ τέχνῃ συλλαβὼν, ἐς τὴν αὐτοῦ χειὰν φέρων ᾤχετο, μονονὺ σείων τὸ ὄρος[12]. ἔτοι καὶ τὰ ὄρη τὰ περὶ τὴν ἐρυθρὰν οἰκεῖν λέγονται, σύριγμα δὲ δεινὸν[13] φασιν ἀκούεσθαι τέτων, καὶ κατιόντας αὐτοὺς ἐπὶ τὴν θάλατταν πλεῖν ἐπὶ πολὺ τοῦ πελάγους[14]. περὶ δὲ ἐτῶν μήκους τοῦ θηρίου τέτου γνῶναί τε ἄπορον, καὶ εἰπεῖν ἄπιστον. τοσαῦτα περὶ δρακόντων οἶδα.

Τὴν δὲ πόλιν τὴν ὑπὸ τῷ ὄρει, μεγίστην οὖσαν, φασὶ μὲν καλεῖσθαι Πάρακα, δρακόντων δὲ ἀνακεῖσθαι κεφαλὰς ἐν μέσῃ πλείστας, γυμναζομένων τῶν ἐν ἐκείνῃ Ινδῶν τὴν θήραν ταύτην ἐκ νέων. λέγονται δὲ καὶ ζώων ξυνιέναι φθεγγομένων τε καὶ βυλομένων[1], σιτέμενοι δράκοντος οἱ μὲν καρδίαν, οἱ δὲ ἧπαρ[2]. προϊόντες δὲ αὐλοῦ μὲν ἀκοῦσαι δόξαι, νομέως δή τινος[3] ἀγέλην τάττοντος. ἐλάφους δὲ ἄρα[4] βυκολεῖσθαι λευκάς[5], ἀμέλγεσι δὲ Ινδοὶ ταύτας, εὐτραφὲς ἡγούμενοι τὸ ἀπ' αὐτῶν γάλα.

Ἐντεῦθεν ἡμερῶν τεττάρων ὁδὸν[1] πορευόμενοι δι' εὐδαίμονος καὶ ἐνεργοῦς τῆς χώρας, προσελθεῖν φασι τῇ τῶν σοφῶν τύρσει. τὸν δὲ ἡγεμόνα κελεύοντα συνοκλάσαι τὴν κάμηλον, ἀποπηδῆσαι αὐτῆς[2], περιδεᾶ καὶ ἱδρῶτος πλέων. τὸν δὲ Ἀπολλώνιον ξυνεῖναι μὲν ὅ ἥκοι, γελάσαντα δὲ ἐπὶ τῷ τοῦ Ινδοῦ δέει, δοκεῖ μοι, φάναι, ἕτος, εἰ μὴ κατέπλευσεν ἐς λιμένα, μακρόν τι ἀναμετρήσας πέλαγος, ἀχθεσθῆναι ἂν τῇ γῇ, καὶ δεῖσαι τὸ ἐν ὁρμῳ εἶναι. καὶ ἅμα εἰπὼν ταῦτα

---

omnibus coloribus. Ficinus *dracontiam* ex India Florentiam allatam dicit maſſae argenteae, ſtellulis quaſi quibuſdam ordine diſtinctae, fuiſſe ſimilem. Quibus conſentanea habet Plinius l. c. & Iſidorus, *eſſe* nempe inquiens *candore translucido*.

10 *τὴν δὲ ἰσχὺν ἀῤῥήτως*] vide quae de eius vi habent autores allegati. Ficinus aceto madefactum recta, deinde obliqua linea, mox in circulo hunc lapidem moueri ait, & participem eſſe virtutis coeleſtis draconis.

11 *τῷ Γύγῃ*] nota hiſtoria ex Herodoto l. I. Platone de Rep. l. II. Cicerone de offic. l. III. c. 8. Suida in Γυγ.

12 *σείων τὸ ὄρος*] ſic paulo ante *ὑπόχαλκον ἦχὼ φέρειν* ait *τῇ γῇ ὑποκυμαίνοντας*.

13 *σύριγμα δὲ δεινὸν*] hoc *συρισμῷ* totum Alexandri M. exercitum praetereuntem perterruiſſe draconem Indum, narrat Aelian. Hiſt. anim. XV, 21. idem XVI, 39 *συριγμῷ* Chios perterruiſſe dicit Pellenaeum draconem.

14 *πλεῖν ἐπὶ πολὺ τοῦ πελαγ.*] ſic *narratur in maritimis Aethiopum quaternos quinoſque dracones, inter ſe cratium modo implexos erectis capitibus velificantes ad meliora pabula, Arabiae vehi fluctibus.* Plin. VIII, 13. Aethiopum autem dracones *Indicis pares* dicit id. ib.

15 *περὶ δὲ ἐτῶν μήκους*] Aelian. II, 21. *ἀμιλλῶνται πρὸς γῆρας τὸ μήκιστον οἱδε οἱ δράκοντες.*

CAP. IX. 1 *φθεγγομένων τε καὶ βυλομένων*] cod. Vrbin. *βυλευομένων* habet. Retinui *βυλομένων*. Nempe non voces tantum, verum & cogitationes animalium Indi illi dicuntur intelligere.

2 *σιτέμ. δράκοντος οἱ μὲν καρδ. οἱ δὲ ἧπαρ*] plane eadem de Arabibus habes ſupra l. I. c. XIX. vbi vide notas.

3 *νομ. δή τινος*] *δέ τινος* vulgati. *δή* ex Photio reuocauimus.

4 *ἐλάφους δὲ ἄρα*] *ἄρα* adiecimus ex codd. Vatic. & Vrb.

5 *λευκάς*] de ceruis albis vide collecta Bocharto Hieroz. P. I. l. III. c. 27. p. 963.

CAP. X. 1 *ὁδὸν*] vocem hanc omittit Photius, poteramuſque ea carere.

2 *αὐτῆς*] ſic legendum eſſe viderant pro *αὐτοῦ*, quod edd. priores exhibebant, Gruterus & Salmaſ. quibus fauet cod. Vratisl.

προσέταξε τῇ καμήλῳ συνιζῆσαι· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐθὰς λοιπὸν ἦν τῶν τοιούτων. περίφοβον δὲ ἄρα ἐποίει τὸν ἡγεμόνα τὸ πλησίον τῶν σοφῶν ἥκειν[3], Ινδοὶ γὰρ δεδίασι τύτες μᾶλλον ἢ τὸν σφῶν αὐτῶν βασιλέα· ὅτι καὶ βασιλεὺς αὐτὸς, ὑφ' ᾧ ἐσιν ἡ χώρα, περὶ πάντων ἀ λεκτέα τε αὐτῷ καὶ πρακτέα, ἐρωτᾷ τύς δε τὺς ἄνδρας, ὥσπερ οἱ ἐς θεὸ[4] πέμποντες. οἱ δὲ σημαίνσι μὲν ὅ, τι λῷον αὐτῷ πράτλειν· ὅ, τι δὲ μὴ λῷον ἀπαγορέυσί τε καὶ ἀποσημαίνσι.

Καταλύσειν δὲ μέλλοντες ἐν τῇ κώμῃ τῇ πλησίον, ἀπέχει δὲ τῦ ὄχθε τῶν σοφῶν ὅπω σάδιον, ἰδεῖν φασι νεανίαν δρόμῳ ἥκοντα, μελάντατον Ινδῶν πάντων, ὑποςίλβειν δὲ αὐτῷ μηνοειδῶς[1] τὸ μεσόφρυον. τύτι δὲ ἀκήκοα χρόνοις ὕσερον καὶ περὶ Μένωνα[2], τὸν Ηρώδε τῦ σοφις ῦ τρόφιμον, ἀπ' Αιθιόπων δὲ ἦν, ἐν μειρακίῳ δόξαι· προϊέντος δὲ ἐς ἄνδρας ἐκλιπεῖν τὴν αὐγὴν τάυτην, καὶ συναφανισθῆναι τῇ ὥρᾳ. τὸν δὲ Ινδὸν χρυσῆν μὲν φέρειν φασὶν ἄγκυραν, ἣν νομίζσιν Ινδοὶ κηρύκειον, ἐπὶ τῷ πάντα ἴσχειν.

Προσδραμέντα δὲ τῷ Απολλωνίῳ φωνῇ τε Ελλάδι προσειπεῖν αὐτὸν, καὶ τῦτο μὲν ὅπω θαυμασὸν δόξαι, διὰ τὸ καὶ τὺς ἐν τῇ κώμῃ πάντας ἀπὸ Ελλήνων φθέγγεσθαι. τὸ δὲ ὁ δεῖνα χαῖρε, τοῖς μὲν ἄλλοις παρασχεῖν ἔκπληξιν, τῷ δὲ ἀνδρὶ θάρσος ὑπὲρ ὧν ἀφῖκτο. βλέψας γὰρ ἐς τὸν Δάμιν, παρὰ ἄνδρας, ἔφη, σοφὺς ἀτεχνῶς ἥκομεν, ἐοίκασι γὰρ προγιγνώσκειν. καὶ ἅμα ἤρετο τὸν Ινδὸν ὅ, τι χρὴ πράτλειν; ποθῶν ἤδη τὴν ξυνσίαν. ὁ δὲ Ινδὸς, τύτς μὲν, ἔφη, καταλύειν χρὴ ἐνταῦθα, σὲ δὲ ἥκειν ὡς ἔχεις, κελεύσι γὰρ ΑΥΤΟΙ. τὸ μὲν δὴ ΑΥΤΟΙ Πυθαγόρειον[1] ἤδη τῷ Απολλωνίῳ ἐφάνη, καὶ ἠκολύθει χαίρων.

Τὸν δὲ ὄχθον, ἐφ' ᾧ οἱ σοφοὶ ἀνωκισμένοι εἰσὶν, ὕψος μὲν εἶναι κατὰ τὴν τῶν Αθηναίων φασὶν ἀκρόπολιν, ἀνίσασθαι δὲ ἐκ πεδίε ἄνω· camelum simul subsidere iussit: erat enim iamiam hisce rebus assuetus. Ducem vero pauidum hoc fecerat, quod propius iam ad sapientes accessisset, hos enim Indi magis, quam ipsum reuerentur Regem: quandoquidem ipse etiam Rex, cui obnoxia prouincia est, de omnibus dicendis sibi atque agendis, eos consulit, perinde ac illi qui [consultores] ad oraculum mittunt. Ipsi vero, quid facere ipsi sit consultissimum, indicant, quod vero consultum minus, dissuadent atque interdicunt.

Cum diuersari autem in proximo vico vellent, non toto enim a sapientum colle distat stadio, adolescentem se conspexisse aiunt, citato cursu ad se venientem, Indorum omnium nigerrimum. In frontis tamen parte superciliis interiecta lunae figuram micasse. Idem que sequiore aeuo audiui in Menone Herodis Sophistae alumno, (erat autem ille ex Aethiopia,) iuuenis dum esset, fuisse obseruatum: ad virilem autem aetatem vbi peruenisset, defecisse istum fulgorem, atque vna cum flore iuuentae euanuisse. Indum autem auream anchoram gestasse narrant, qui Indorum moribus Caduceus est, propterea quod [anchora] omnia firmantur. Cap. XI.

Illum ad Apollonium accurrentem Graeca lingua eum salutasse [aiunt], neque id mirum adhuc visum fuisse, eo quod & vici incolae omnes Graece loquerentur. Quod autem nomine addito *Salue* dixisset, [Apollonio] ceteris quidem admirationem, fiduciam autem Apollonio peperisse de eis, ob quae aduenerat. In Damidem itaque intuitus, ad viros, dixit, citra dubium sapientes peruenimus; videntur enim futurorum scientia pollere: simulque Indum interrogauit, quid fas sit facere? ad conuersationem cum ipsis animo iam accensus. Indus autem istos quidem, dixit, heic loci diuersari oportet, te vero statim venire: sic enim praecipiunt IPSI. Hoc autem quod dixit, IPSI, Pythagoricum esse agnouit Apollonius, laetusque illum fuit secutus. Cap. XII.

Tumulus autem, quem sapientes incolunt, ea esse altitudine aiunt, qua est Athenienſium arx, & ex planicie surgere mera: Cap. XIII.

3 ἥκειν] sic rescribere non dubitaui pro οἰκεῖν, quod erat in vulgatis. Nisi malis forte legere τὸ πλησίον τὺς σοφὺς οἰκεῖν, vt sensus sit, exterritum eum fuisse, *quod sapientes in vicina habitarent*, cui lectioni minime repugnauerim.

4 ἐς θεὸ] subint. οἶκον sic s. l. II. c. 27. n. 5. ἐς βασιλέως *in regias*: & passim similia exempla sunt obuia.

CAP XI 1 ὑπος. δὲ αὐτῷ μηνοειδῶς] notam genitiuam [illegible]ligi manifestum est, colore candicante lunae figuram exhibentem.

2 Μένωνα] Μέμνονα hunc Herodis alumnum vocat Philostr. vit. *Herodis*, quae verior mihi esse videtur lectio. Notum enim Aethiopicum esse *Memnonis* nomen.

CAP. XII. 1 τὸ μὲν δὴ ΑΥΤΟΙ πυθαγόρειον] nempe Pythagorae discipuli similiter, praeceptoris autoritate aliquid firmantes, dicebant ΑΥΤΟΣ ἔφα, item ΕΚΕΙΝΟΣ ἀνὴρ ἔφα. Parcius nempe nomine eius, perinde ac nominibus Deorum, prae reuerentia vsi. vid. Iamblich. Vit. eius p. 91. 139. 213.

amplis-

Ampliſſima autem pariter ſaxa eum munire, orbe eum ambientia, in quibus paſſim ſit obſeruare bifida veſtigia, & barbarum formas, ac vultuum, imo & terga quibuſdam in locis, labentium inſtar habentia. Bacchum nempe quando cum Hercule locum iſtum inuaſit, Panas iuſſiſſe [aiunt] impetum facere in eum, vt quibus ad turbanda omnia virium eſſet affatim, eos tamen ſapientum arte attonitos alium aliter decidiſſe, ſaxiſque formam, qua quiſque fuerat peccans, impreſſiſſe. Circa tumulum vero nubem ſe aiunt vidiſſe, in qua Indi habitent, viſibiles ſimul & inuiſibiles, prout voluerint. Ipſi portas autem Viri quidem illi alias tumulo eſſe hautquaquam [ſe aiunt] vidiſſe. Nempe nubem qua ille cingebatur neque vt patere, neque vt clauſus eſſe videatur, permittere.

εὐφυᾶ δὲ ὁμοίως πέτραν ἐχυρᾶν αὐτὸν κύκλῳ περιήκουσαν, ἧς πολλαχᾶ δίχηλα ἐρᾶσθαι ἴχνη, καὶ γενειάδων τύπους, καὶ προσώπων, καὶ ᾧ καὶ νῶτα ἰδεῖν ἀπωλισθηκόσιν ὅμοια. τὸν γὰρ Διόνυσον, ὅτε ξὺν Ἡρακλεῖ[2] ἀπεπεῖρατο τᾶ χωρίᾳ, προσβαλεῖν μὲν αὐτῷ φασι κελεῦσαι τὺς Πᾶνας[3], ὡς πρὸς τὸν σεισμὸν ἱκανύς, ἐμβροντηθέντας δὲ αὐτὺς ὑπὸ τῶν σοφῶν πεσεῖν ἄλλον ἄλλως, καὶ τὰς πέτρας οἷον ἐντυπωθῆναι τὰ τῆς διαμαρτίας σχήματα. περὶ δὲ τῷ ὄχθῳ νεφέλην ἰδεῖν φασιν, ἐν ᾗ τὺς Ινδὺς οἰκεῖν, φανερύς τε καὶ ἀφανεῖς, καὶ ὅ, τι βέλονται. πύλας δὲ οἱ μὲν[4] καὶ ἄλλας εἶναι τῷ ὄχθῳ οὐκ εἰδέναι. τὸ γὰρ περὶ αὐτὸν νέφος ὅτε ἀνεῳγμένον εἶναι, ὅτ' ἂν ξυγκεκλεισμένῳ φαίνεσθαι.

CAP. XIV. Se quidem, Apollonius, adſcendiſſe ait ea tumuli parte, quae ad auſtrum maxime vergit, Indo praeeunte. Primum autem puteum ſe vidiſſe orgyiarum quatuor, ex quo vapor coerulus plane ad os putei fuerit ſublatus. Vbi autem ſol meridianus ipſi immineat, vaporem illum a radiis ſolaribus ſurſum attolli atque adſcendere, iridis ſpeciem praebentem diligentius intuentibus. Se vero poſtea de hoc puteo didiciſſe, terram ſandaracinam ei ſubeſſe, eiuſque aquam ſacram illis haberi: nec bibere ea aut haurire quempiam, iurantibuſque religioſam eam credi per omnem vicinam Indiam. Iuxta hunc puteum craterem igneum eſſe, ex quo flamma plumbei coloris emittatur, nullum tamen fumum ex eo prodire aut odorem vllum, neque exundare vnquam craterem iſtum, ſed tantundem exacte materiae ſubmitti, vt foueae oram non excedat. Illic Indi luſtrantur ob peccata ab inuitis commiſſa: quapropter ſapientes *puteum* appellant *indicii*, *ignem* autem

Αὐτὸς δὲ ἀναβῆναι μὲν κατὰ τὸ νότιον μάλιστα τᾶ ὄχθᾳ, τῷ Ινδῷ ἑπόμενος. ἰδεῖν τε πρῶτα μὲν φρέαρ ὀργυιῶν τεττάρων, ἓξ τὴν ἀτμὴν[1] ἐπὶ τὸ στόμιον ἀναπέμπεσθαι, κυανωτάτην ἴσαν· καὶ ὁπότε ἡ μεσημβρία τᾶ ἡλίᾳ ταίη περὶ αὐτό, ἀνιμᾶσθαι τὴν ἀτμὴν ἀπὸ τῆς ἀκτῖνος, καὶ χωρεῖν ἄνω, παρεχομένην εἶδος θεωρᾶσιν[2] ἴριδος. μαθεῖν δὲ ὕστερον, περὶ τὸ φρέατος, ὡς σανδρακίνη[3] μὲν εἴη ἡ ὑπ' αὐτῷ γᾶ, ἀπόῤῥητον δὲ τὸ ὕδωρ ἡγοῖντο, καὶ ὅτε πίνει τὶς αὐτό, ὅτε ἀναστρώῃ, ὅρκιον[4] δὲ νομίζοιτο τῇ περιξ Ινδικῇ πάσῃ. πλησίον δὲ τούτου κρατῆρα εἶναι πυρὸς, ἓξ φλόγα ἀναπέμπεσθαι μολυβδώδη, καπνὸν δὲ οὐδένα ἀπ' αὐτῆς ἄτλειν, οὐδὲ ὀσμὴν εὐδεμίαν, οὐδὲ ὑπερχυθῆναί ποτε ὁ κρατὴρ ἔτος, ἀλλ' ἀναδίδοσθαι τοσοῦτον ὡς μὴ ὑπερβλύσαι τᾶ βόθρᾳ. ἐνταῦθα Ινδοὶ καθαίρονται τῶν ἀκουσίων· ὅθεν οἱ σοφοὶ τὸ μὲν φρέαρ, ἐλέγχε[5] καλοῦσι, τὸ δὲ πῦρ,

---

CAP. XIII. 1 δίχηλα ἴχνη] qualia ſcilicet ſint Panum Capripedum, quos, vt mox dicetur, in iſtam arcem Bacchus immiſit.

2 τὸν γὰρ Διόνυσον ὅτε ξὺν Ἡρακλ.] vide ſ. l. II. c. 33.

3 τὺς Πᾶνας] *Panes*, qui & *Fauni* Romanis & *Syluani*, de quibus plura Voſſius ad Melae l. I. c. VIII.

4 οἱ μὲν] ſic reſcripſi pro οὐ μὲν, quod in editis erat, ſenſumque reddebat difficiliorem, qui iam expeditiſſimus eſt. Nempe Apollonius & comites eius, ex quorum diariis iſta Philoſtratus depromſerat, dicunt ſe portas munimenti illius nullas vidiſſe. Quod proinde nec clauſum dici poſſit, cum portas non habeat, nec ἄκλειστον, cum nubes ſit portarum loco: ſic inf. c. 15. ἀτειχίστως τετειχισμένοι dicuntur.

CAP. XIV. 1 ἀτμὴν] Morellus ediderat ἀυγὴν, idem tamen in margine ſcripſerat γᾶν. Aldina itidem habet γᾶν, ſed ſpatio ante vocem relicto, vt ſyllabam deeſſe pateat. Eandem vocem codex Vaticanus fiſtit. Non dubito legendum eſſe ἀτμὴν. Id enim res ipſa loquitur. Senſus eſt, ex fontis illius aquis adſcendere *vaporem*, qui ſole meridiano altius etiam ſubuectus *iridem* repraeſentet: quid planius? Nempe extritis primis illius vocis litteris, ex vltimis ſolis ſuperſtitibus γᾶν nobis finxere librarii indocti, nullo ſenſu. Idem vitium mox repetitur.

2 θεωρᾶσιν] editi habent θερμᾶς, hinc Gruterus & Salmaſ. exſculpſerant θερμᾶς, at nec iſtud opportunum valde, cum non θέρμης ſit ſolius iris. Rhinuccinus vertit *iridis ſpeciem videntibus praebens*, quod & Morellus retinuit. Hinc patet θεωρᾶσιν illum in ſuis codicibus inueniſſe, quod reſtituere non dubitauimus.

3 σανδρακίνη] communiter ſcribitur σανδάραχα, & σανδαράχινος. Sed tamen σανδαράκινη habet Ariſtot. Hiſt. Animal. l. VIII. c. 24.

4 ὅρκιον] de ſimili fonte ὅρκιλον Tyanis vid. l. I. c. 6. & ibi notata n. 1.

5 ἐλέγχε] qui ſcilicet *indicii* arguatque labe aliqua pol-

δὲ πῦρ,

δὲ πῦρ, ξυγγνώμης. καὶ διτλῶ ἐωρακέναι φασὶ πίθω[6] λίθε μέλανος, ὄμβρων τε καὶ ἀνέμων ὄντε. ὁ μὲν δὴ τῶν ὄμβρων, εἰ ἀυχμῷ ἡ Ινδικὴ πιέζοιτο, ἀνοιχθεὶς, νεφέλας ἀναπέμπει, καὶ ὑγραίνει τὴν γῆν πᾶσαν· εἰ δὲ ὄμβροι πλεονεκτοῖεν, ἴσχει αὐτὰς, ξυγκλειόμενος. ὁ δὲ τῶν ἀνέμων πίθος, ταὐτὸν οἶμαι τῷ τῶ Αιόλε ἀσκῷ[7] πράττει. ὡαρανοιγνύντες γὰρ τὸν πίθον, ἕνα τῶν ἀνέμων[8] ἀνιᾶσιν ἐμπνεῖν ὥρα, κἀντεῦθεν ἡ γῆ ἔρρωται. θεῶν δὲ ἀγάλμασιν ἐντυχεῖν φασὶν, εἰ μὲν Ινδοῖς ἢ Αιγυπτίοις[9] θαῦμα ἐδέν· τὰ δέ γε ἀρχαιότατα τῶν παρ' Ελλησι, τό τε τῆς Αθηνᾶς τῆς Πολιάδος[10], καὶ τὸ τῶ Απόλλωνος τῶ Δηλίε[11], καὶ τὸ τῶ Διονύσε, καὶ τὸ τῶ Αμυκλαίε[12], καὶ ὁπόσα ὧδε ἀρχαῖα, ταῦτα ἱδρύεσθαί τε τὲς Ινδὲς τύτες, καὶ νομίζειν Ελληνικοῖς ἤθεσι. Φασὶ δ' οἰκεῖν τὰ μέσα τῆς Ινδικῆς, καὶ τὸν ὄχθον ὀμφαλὸν ποιῆνται τῶ λόφε τύτε[13]. πῦρ τε ἐπ' αὐτῷ[14] ἐργιάζεσιν, ὅ φασιν ἐκ τῶν τῶ ἡλίε ἀκτίνων αὐτοὶ ἕλκειν[15]· τύτῳ καὶ τὸν ὕμνον ἡμέραν ἅπασαν ἐς μεσημβρίαν[16] ᾄδεσιν.

veniae. Gemina quoque illic dolia se vidisse aiunt, ex lapide nigro, imbrium quae sint atque ventorum. Atque id quidem, quod esse imbrium dicitur, vbi nimia siccitate India pressa fuerit, apertum, nubes emittit, atque terram vniuersam humectat: sin pluuiae fuerint nimiae, occlusum, cohibet eosdem. Ventorum autem dolium, idem vt puto, quod vtres Aeoli praestat. Adaperto enim aliquo doliorum ventos dimittunt, vt spirent illa tempestate, indeque salubritas terrae conciliatur. In Deorum quoque simulacra se incidisse aiunt, nihilque mirum si in Indica quidem aut Aegyptia simulacra incidissent: at vero antiquissima eorum quae apud Graecos sunt, Mineruae Poliadis, & Apollinis Delii, Bacchi item, & Amyclaei, & quicquid hic est antiquiorum, ea Indos hosce posuisse, & Graeco more sacra peragere [referunt.] Dicunt autem Indiae medium eos habitare, eiusque vmbilicum statuunt tumulum huius collis maxime eminentem. Ignem autem in eo sacris prosequuntur ritibus, quem ex solis radiis ipsos se aiunt deriuare: & huic etiam quotidie hymnum meridianis horis canere vsu inter eos receptum.

---

lutos. De hac aqua *probationis* apud Indos insignis est Porphyrii locus in fragm. de Styge: ἐνδότερον δὲ αὐτῆ (statuam intelligit, de qua in praecedentibus ei actum) ἐν τῷ σπηλαίῳ, μετὰ πολὺ διάκημα, εἶναι σκότος, ἔνθα μετὰ λαμπάδων εἰσίρχονται οἱ βελόμενοι, καὶ ἐυρίσκουσι θύραν τινὰ, ἐξ ἧς προέρχεται ὕδωρ, καὶ λιμνάζει περὶ τὰ τελευταῖα τῆ σπηλαίυ. καὶ ὡς δοκιμάζοντες ἑαυτὲς εἰσέρχονται διὰ τῆς θύρας ἐκείνης. καὶ ὅσοι εἰσὶ καθαροὶ ἀπὸ τῆς φαυλότητος τῆ βίυ εἰσίρχονται ἀνεμποδίστως, ἐυρυομένης τῆς θύρας, καὶ ἐυρίσκουσι πηγὴν μεγίστην ὕδατος πάνυ διαυγεσάτε καὶ ποτιμωτάτε, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο προέρχεται. οἱ δὲ ἐν καταγώσει ὄντες πολὺ θλίβεσιν εἰσελθεῖν διὰ τῆς θύρας ἐκείνης, καὶ ἐ δύνανται, σενομένης αὐτῆς· οἵτινες βιαζόμενοι ἐξομολογῆνται ἐπὶ τῶν ἑτέρων εἴτι ἥμαρτον, καὶ δέησιν ποιῆνται ἵνα οἱ λοιποὶ ἔυξωνται περὶ αὐτῶν, καὶ ἱκετεύσωσι χρόνον τινὰ ἱκανὸν &c. *Locum vero, quam, quo statua consistit, magis reconditum, in specu ista longo interuallo tenebras occupare, quo qui velint, cum facibus intrent, ibique inueniant ianuam quandam, ex qua profluant aquae, atque in extremis specus stagnent. Probantes item sese eos per ianuam illam intrare; atque ab omni vitae labe immunes, nullo impedimento, patentibus ianuis admitti, maximumque aquae limpidissimae suauissimaeque inuenire fontem, ex quo aqua illa scaturiat. Qui vero criminis rei tenentur, magno conatu per ianuam nituntur transire, nec possunt tamen ea arctata: qui vi quadam adacti scelera aliis fatentur, vtque pro se intercedere velint, orant, ieiunia item tempore, quod satis sit, pro se obeant.* &c.

6 διτλῶ ἐωρακέναι φασὶ πιθῶ] hoc tractum videtur ex Homer. Il. Ω'. vbi Ioui, vt notum, duo dolia tribuuntur, quorum altero bona, altero aduersa mortalibus asseruentur: vel potius ex iis, quae de Aeoli ἀσκῷ idem in Odyss. habet. Iisque, quae de Indorum doliis, tempestatum apothecis, hic Philostratus dicit, gemina sunt, quae de Lapponum *saccis*, vtribusque ventorum potentibus fabulantur. Videri potest Schaefferus in Lapponia. Sed tamen fortassis apud Indos habuere vasa, quae tempestatum ostenderent vices, qualia *thermometra* & *barometra*, quae vocant, nostra, quibus Damis aliique simpliciores, causam cum eo, quod efficitur confundentes, ἀπόῤῥητον vim tempestates excitandi eis tribuerent.

7 τῶ Αιόλε ἀσκῷ] quem Vlyssi dedit. vid. Homer. Odyss. κ'.

8 τὸν πίθον, ἕνα τῶν ἀν.] in Vulgatis male τῶν πίθων ἕνα, τῶν ἀνεμ. &c. Nempe vnicus tantum πίθος ἀνέμων in praecedentibus commemoratur, nihili itaque erat quod dicebatur, ἕις τῶν πίθων, quasi plures extiterint. Neque verbum ἀνίημι cum secundo casu apte iungebatur, recte igitur emendauerat in marg. cod. sui Salmasius, cui verior lectio a nobis exhibita debetur.

9 Αιγυπτίοις] *Aegyptios in India* Deos non mirantur, ob frequentiora Indorum cum illa gente commercia, de quibus constat inferius ex cap. XXX. XXXII. & passim.

10 Αθηνᾶς τῆς Πολιάδος] Πολιεῦχος Αθήνη & Αθήνη Πολιὰς eadem. Huius apud Athenienses cultae mentio ap. Aristoph. in auib. p. 540. vbi vid. Schol. Eadem apud Cretenses culta, vt patet ex foedere *Hierapytnensium* & *Prianssiorum* Cretae populorum. vid. Marm. Oxon. P. I. p. 116. vbi ἱερεῦ τᾶς Αθαναίας τᾶς Πολιάδος mentio. adde ill. Spanhem. ad Callim. p. 590.

11 τῶ Δηλίε] huc referas, quod Callim. Hymno in Delum v. 280 ait:

— — πᾶσαι δὲ χορεὺς ἀνάγεσι πόληες
Αιτε πρὸς Ηελίυ, αἵ θ' ἑσπέριαι — —

12 Αμυκλαίε] Apollinis, a templo in Amyclis ita dicti, de quo Thucyd. l. V. & Polybius l. V. *Amyclaeum* illud templum vocat Strabo l. VI. p. 278. *Amyclaei* quoque mentio apud Athen. l. VI. p. 232.

13 τῶ λόφε τύτε] nimirum sacram illam τύρσιν ambiebat montium circulus, quem πίτραν cap. XII dixit κυκλῳ περιήκασαν, atque ita *murum* quasi τύρσιν praestantem. Illam πίτραν κύκλῳ περιήκασαν hic per λόφον intelligit, in cuius medio sit ipsa τύρσις, siue vt hic appellat ὄχθος h. e. *sacer ille tumulus*, quem vmbilicum Indiae putent.

14 ἐπ' αὐτῆ] sic rescripsi sensu postulante pro ἀπ' αὐτῆ, quod est in vulgatis. Sensus est, *in hoc tumulo* sacris ritibus eos prosequi *ignem* ab ipso sole accensum. *Vestamque* sic adeo siue *ignem sacrum* eos coluisse perpetuum, quod & Persas, & Romanos, & alias gentes fecisse notum. Ceterum de hoc igne plura cap. sq.

15 αὐτοὶ ἕλκειν] sic Vaticanus & Vratisl. priores editiones αὐτὸ ἕλκειν.

16 ἐς μεσημβρίαν] priores interpretes: *vsque ad meridiem.* Estque omnino ille nonnunquam vsus particulae ἐς. Sed hymno canendo tantum temporis impensum fuisse non

Quam

Cap. XV. Quam egregii autem viri illi ſint, & quomodo vitam in tumulo illo agant, ipſemet perſequitur vir iſte. Nam in oratione quadam ad Aegyptios, *vidi*, inquit, *Indos Brachmanas in terra & non in terra habitantes, abſque moenibus munitos, nihilque poſſidentes, & omnia.* Et haec quidem ipſe aenigmatice quodammodo ſcripſit. Damis autem narrat humi quidem eos dormire, herbis tamen humum ſternere, quas ipſi ament. Eos item in aere ſublimes, duobus a terra ſublatos cubitis, ambulare ſe quidem vidiſſe, non excitandae admirationis cauſa, hoc enim ambitionis genus auerſari viros: ſed vt quicquid vna cum ſole a terra magis ſemoti faciunt, magis conuenienter faciant Deo. Ignem porro, quem a ſolis radio auellunt, quanquam corporeus ſit, nec in ara tamen eos accenſum habere, neque focis aſſeruare, ſed perinde ac radios, qui a ſole refranguntur & aqua, ſublimem conſpici illum & in aethere fluctuantem. Solem igitur quidem interdiu precantur pro anni vicibus, quarum ei cura competit, vt tempore debito terrae obtingant, vtque bene ſit Indiae: noctu autem radium adorant, ne propter noctem indignetur, ſed maneat, ita vt eſt ab ipſis ex ſole deductus. Atque hoc quidem eſt quod Apollonius ait *in terra Brachmanas eſſe, & non eſſe in terra.* Quod autem *ſine moenibus munitos* dixit, ad aërem pertinet ſub quo viuunt. Cum enim ſub dio permanere videantur, vmbram tamen ſibi obducunt, & decidente pluuia non madeſcunt, ſubque ſole

Ὁποῖοι μὲν δὴ καὶ οἱ ἄνδρες, καὶ ὅπως οἰκοῦντες τὸν ὄχθον, αὐτὸς ὁ ἀνὴρ δίεισιν. ἐν μιᾷ γὰρ τῶν πρὸς Αἰγυπτίους[1] ὁμιλιῶν, "εἶδον, φησὶν, Ἰν-" δοὺς Βραχμᾶνας οἰκοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς[2], καὶ οὐκ" ἐπ' αὐτῆς, καὶ ἀτειχίστως τετειχισμένους[3], καὶ" οὐδὲν κεκτημένους, καὶ τὰ πάντων[4]." ταυτὶ δὲ" ἐκεῖνος μὲν σοφώτερον[5] ἔγραψεν. ὁ δέ γε Δάμις φησὶ χαμευνίᾳ μὲν αὐτοὺς χρῆσθαι, τῇ δὲ γῇ ὑποστρωννύναι πόας, ἃς ἂν αὐτοὶ αἱρῶνται. καὶ μετεωροπορουμένους[6] δὲ ἰδεῖν ἀπὸ τῆς γῆς ἐς πήχεις δύο, οὐ θαυματοποιίας ἕνεκα, τὸ γὰρ φιλότιμον τοῦτο παραιτεῖσθαι τοὺς ἄνδρας· ἀλλ' ὁπόσα τῷ ἡλίῳ ξυναποβαίνοντες τῆς γῆς δρῶσιν, ὡς πρόσφορα τῷ θεῷ πράττοντες[7]. τὸ τοι πῦρ[8] ὃ ἀπὸ τῆς ἀκτῖνος ἐπισπῶνται, καί τοι σωματοειδὲς ὂν, ὅτε ἐπὶ βωμοῦ καίειν αὐτούς, ὅτε ἐν ἱπνοῖς φυλάττειν, ἀλλ' ὥσπερ τὰς αὐγὰς, αἳ ἐξ ἡλίου τε ἀνακλῶνται[9] καὶ ὕδατος, ἅτε μετέωρόν τε ὁρᾶσθαι αὐτὸ, καὶ σαλεῦον ἐν τῷ αἰθέρι. μεθ' ἡμέραν μὲν ἅν[10] ἥλιον, ὑπὲρ τῶν ὡρῶν ἃς ἐπιτροπεύει αὐτὸς, ἵν' ἐς καιρὸν τῇ γῇ ὦσι, καὶ ἡ Ἰνδικὴ εὖ πράττῃ· νύκτωρ δὲ, λιπαρῆσαι τὴν ἀκτῖνα[11] μὴ ἄχθεσθαι τῇ νυκτὶ, μένειν δὲ ὡς ὑπ' αὐτῶν ἤχθη. τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ Ἀπολλωνίου· "τὸ ἐν τῇ γῇ τε εἶναι τοὺς Βραχμᾶνας, οὐ" οὐκ ἐν τῇ γῇ". τὸ δὲ "ἀτειχίστως τετειχισμένους," δηλοῖ τὸν ἀέρα, ὑφ' ᾧ ζῶσιν. ὑπαίθριοι γὰρ δοκοῦντες αὐλίζεσθαι σκιάν τε ὑπεραίρουσιν αὐτῶν, καὶ ὕοντος οὐ ψεκάζονται, καὶ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ

---

est probabile. Verti ergo *meridianis horis*, ille enim vſus quoque particulae ἐς pro ἐν tritus omnino. Nempe meridiano tempore ſol vim ſuam inprimis oſtendit, & miraculo quoque in *puteo*, paulo ante deſcripto, id tempus conſpicuum reddebat, vnde illud maxime ei celebrando opportunum. Firmat interpretationem meam, quod inf. c. 33. init. dicuntur media nocte τὴν ἀκτῖνα μετέωρον ὑμνῆσαι ὥσπερ ἐν τῇ μεσημβρίᾳ. adde & c. XVI. circa fin.

CAP. XV. 1 πρὸς Αἰγυπτίους] vid. inf. notata ad l. VI. c. 7. not. 2.

2 οἰκοῦντας ἐπὶ τ. γῆς] tota oratio eſt l. VI. c. 11. Quid ſi vero haec, ſublimiorem ſenſum habentia, (Indos nempe in terris corpore, in coelis animo verſari, ſola innocentia ſua tutos) occaſionem abſurdorum de Indis figmentorum Damidi, homini ſimplici dediſſe dicamus? Sane paulo poſt σοφώτερον iſta, h. e. *aenigmatice* perſcripta ab Apollonio eſſe dicit. At aenigmatibus hiſce nemo minus idoneus erat ſoluendis quam Damis, cuius ſimplicitati pleraſque fabulas, quibus referta eſt Apollonii haec vita, deberi non dubito.

3 ἀτειχίς. τετειχισμ.] vid. ad cap. praec. 13. n. 4.

4 καὶ τὰ πάντων] ſic malim quam ἢ τὰ πάντων, quod erat in editis. Similiter paulo antea οἰκοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς καὶ οὐκ ἐπ' αὐτῆς.

5 σοφώτερον] i. e. aenigmatice magis. Veterum enim σοφῶν hoc erat *fabularum* & *aenigmatum* inuoluceris arcanas ſuas doctrinas proponere: quibus quod excelluerit, σοφὸς paſſim dicitur Aeſopus. Sic infra Apollonius l. VI. c. 11. haec ipſa de Indis oretenus Theſpeſioni repetens αἰνιγμάτων ἄπλεθαι ſeſe agnoſcit. Aenigma vero ſoluentem, ſed infeliciter forte Damidem paulo poſt nobis ſiſtet ipſe Philoſtratus.

6 μετεωροπορουμένους] adde & infra c. 17. Similia, ſed falſo, de Iamblicho diſcipulis eius nonnemo perſuaſerat, quae tamen ipſe explodit. vid. Eunap. in vita eius p. 22.

7 ὡς πρόσφορα τῷ Θ. πράττοντες] gemina inf. VI, 11. fin.

8 τὸ τοι πῦρ] ignem illum aeternum intelligit, de quo cap. praeced. fin.

9 αἳ ἐξ ἡλίου τε ἀνακλῶνται] radii ſolis, in aqua refracti, μετέωροι apparent, in *Parheliis* v. g. & *Iride*, vt notum Phyſicorum filiis. Simili itaque ratione αὐγὴν, quam ex ſole deducant Brachmanes, in aethere fluctuare dicit. Quod qua arte effectum, ita vt noctu quoque eum conſeruarent, difficile dictu. Puto tamen *Phoſphori* genus ipſis fuiſſe, globo vitreo in aëre ſuſpenſo aſſeruati, non diſſimilis ei, quem deſcribit Dickinſonus Phyſica Vet. & Ver. cap. XI. §. 48. ſq. & quo Noachum arcam illuſtraſſe putat, c. XX. §. 9.

10 μεθ' ἡμέραν μὲν ἅν] & quidem circa meridiem. vid. fin. cap. praec. & inf. cap. 33. initio.

11 τὴν ἀκτῖνα] intelligit πῦρ iſtud, ex ſole deriuatum, quod μετέωρον in aethere fluctuaſſe paulo ante dixit, noctu quoque ſuperſtes, perpetuum quippe.

"εἰσὶν, ἐπειδὴ αὐτοὶ βάλωνται. "τὸ δὲ μηδὲν "κεκτημένας τὰ πάντων ἔχειν," ὧδε ὁ Δάμις "ἐξηγεῖται. πηγαὶ[12], ὑπόσαι τοῖς βάκχοις πα- "ρὰ τῆς γῆς ἐκθρώσκουσιν, ἐπειδὴ ὁ Διόνυσος αὐ- "τάς τε καὶ τὴν γῆν σείσῃ, φοιτῶσι καὶ τοῖς Ινδοῖς "τούτοις, ἐσιωμένοις τε καὶ ἐσιῶσιν." εἰκότως ἂν ὁ Απολλώνιος τὰς μηδὲν μὲν ἑτοιμασαμένας, αὐτοσχεδίως δὲ ἃ βάλονται πορίζομένας, ἔχειν φησὶν, ἃ μὴ ἔχουσιν. κομᾶν δὲ ἐπιτηδεύουσιν[13], ὥσπερ Λακεδαιμόνιοι[14] πάλαι, καὶ Θούριοι[15], Ταραντῖνοί τε καὶ Μήλιοι, καὶ ὁπόσοις τὰ λακωνικὰ ἦν ἐν λόγῳ. μίτραν[16] τε ἀναδοῦνται λευκὴν, καὶ γυμνὸν αὐτοῖς βάδισμα[17]. καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐσχηματίζοντο παραπλησίως ταῖς ἐξωμίσιν[18]. ἡ δὲ ὕλη τῆς ἐσθῆτος, ἔριον αὐτοφυὲς[19] ἡ γῆ φύει, λευκὸν μὲν ὥσπερ τὸ Παμφύλων[20],

sunt, vt visum ipsis fuerit. Quod porro *nihil possidentes, omnia* ait *habere*, hoc ita interpretatur Damis: *fontes, qui bacchantibus e terra scaturiunt, vbi Bacchus eos pariter atque terram concutit, istis quoque Indis scaturiunt, qui iis potantur, aliosque potant vicissim.* Merito igitur Apollonius eos nihil apparantes, atque ex tempore iis quae cupiunt prospicientes *quae non habent habere* dixit. Comas autem nutriunt, sicut Lacedaemonii quondam, & Thurii, Tarentinique, ac Melii, ceterique penes quos Laconica instituta in pretio erant. Mitra quoque alba caput sunt redimiti, & nudi incedunt: vestibusque ornantur exomidum formam habentibus. Materiam autem vestis linum sponte natum terra profert, quod album quidem, & Pamphylio simile,

12 πηγαὶ ὁπόσαι τοῖς βάκχοις] Boeoti nempe ceterique Graeci & Thraces Trietericis Bacchum inter homines praesentem, & bacchantes, & terrram, vt hic loquitur Damis, σείειν *mouere* credebant, vt est apud Diodor. l.IV. p.211. Tum vero *vino* exundare terram credebant passim, idque hic respicit Damis. Sic Andrii quotannis in Dionysiis, apud se οἶνον αὐτόματον ἐκ τοῦ ἱεροῦ ῥεῖν credebant, autore Pausania Achaicorum fine p. m. 204. Meminit & Plinius H.N. II, 106. XXXI, 13. Eidem Pausaniae si fides, Elei in Θυίων festo Διόνυσόν σφισιν ἐπιφοιτᾶν existimant, clausisque templi foribus, intus tres vacuas amphoras noctu vino impleri eo festo. Simili modo Indis philosophis πηγὰς οἴνου, & cetera necessaria αὐτομάτως venire dicit Damis, quod vt fiat vlterius describitur inf. huius libri cap. 27.

13 κομᾶν δὲ ἐπιτηδεύουσιν] vid. obseruata ad l. I. c. 8. n. 7.

14 ὥσπερ Λακεδαιμόνιοι] vid. Philostr. inf. l. VIII. c.7.§.6. Meurs. Misc. Lacon. l. I. c. 16.

15 Θούριοι] *Thurios* intelligi puto, qui in Laconica fuere. *Thurium* enim inter mediterraneas Laconum vrbes memorat Ptolemaeus, & ex eo Meursius Misc. Lacon. l. IV. c. 12. fin. quos Lacedaemonio more viuentes comam aluisse non mirum. Similis ratio est *Tarentinorum* & *Meliorum*, de quibus mox, quos Laconas esse colonos notum. vid. Meurs. Misc. Lacon. l. I. c. 7. indeque illis, vt mox loquitur noster, τὰ Λακωνικὰ ἦν ἐν λόγῳ.

16 μίτραν δὲ ἀναδοῦνται λευκὴν] conf. s. lib. II. cap. 26. Strabo quoque l. XV. p. 712. μίτρᾳ τῷ Indos tradit, idque inter vestigia praesentiae Bacchi in India refert. Arrianus *comam* & *mitram* coniungit, vt noster κομᾶν Ινδὸς τῷ Θεῷ μιτηφορεῖν δὲ ἀναδέδεται. Est vero mitra fascia, qua caput religatur differtque a tiara. vid. Salmas. ad Solin. p. 392. cuius sententiam firmat Arrian. Indic. p. 539. Indis tribuens εἷμα περὶ τῇσι κεφαλῇσι εἰλυγμένον, quod est ipsissima *mitra*.

17 γυμνὸν αὐτοῖς βάδισμα] Priores interpretes vertebant, *nudis pedibus ambulabant*. Verum βάδισμα idem Graecis quod Latinis *incessus*. Sic Lucianus, cuius locum produxit Budaeus: τὸ σχῆμα ἐυσταλὴς καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα: quod ad totius corporis gestum atque incessum, non pedes tantum pertinere videtur: sic ἀνδρώδης τὸ βάδισμα Luciano dicitur in Rhetorum praec. & κεκλασμένον τὸ βάδισμα Philoni de merc. meretr. non accipi. in sacr. Sic itaque γυμνὸς τὸ βάδισμα est, γυμνῶς βαδίζων, qui *nudus incedit*, nudus nempe toto corpore, aut saltem maxima eius parte. Et certe tales Indi illi Philosophi, vt ex Arriano l. VI. p. 443. & Strabone XV. p. 715, vt & Origene φιλοσοφ. c. 24. colligere est. Nec obstat, quod inde vestium quarundam istorum hominum mentio fiat: quod item inf. c.17. ad fontem accedentes loturi γυμνωθῆναι dicantur. *Exomidi* enim similis vestis, quae eis in vsu, totum corpus texisse haut videtur: nudos autem dici etiam, qui ex parte tantum nudi sunt, pluribus veterum locis confirmat Ill. Cuperus obseruat. Philol. l. I. c. 7. Sic infr. l VI. c. 6. Gymnosophistis, nudis certe, & inde nomen sortitis, σολὴ tamen tribuitur, qualis Athenienses apricantibus. Praeterea alia aliaque exercitia atque sacra obeuntes, modo vestiti, modo nudi eis operari potuere, quod ex Strabonis l. c. non difficile est colligere. Imo & ex nostro, qui diserte addit, istam ἱερὰν fuisse ἐσθῆτα. Vnde Eusebius adu. Hierocl. cap. 23. hunc locum respiciens εἰ μὴ ait καὶ τοῦτο φύσεως αὐτόματον αὐτοῖς παραδόξως δὲ ΙΕΡΕΑΣ εἰς ἐσθῆτα μεταφύεσθαι.

18 παραπλησ. ταῖς ἐξωμίσι] sic Arrianus Indic. p. 539. ceteris quoque Indis tribuit εἷμα περὶ τοῖσιν ὤμοισιν περιβεβλημένον.

19 ἡ δὲ ὕλη τῆς ἐσθῆτος, ἔριον αὐτοφυὲς] de constructione vid. s. l. II. c. 14. ἔρια vero & λίνα vocibus promiscue vti veteres de *lana*, quae est ex vegetabilibus, obseruatum itidem supra fuit ad lib. II. c. 20. Spectantque huc etiam nonnulla eorum, quae obseruauimus ad l. I. c. 1. adde Salmas. ad Solin. p. 708. Non tamen intelligi hic puto arboribus crescentem illam siue *lanam* siue *byssum*, quae vulgo λίνον dicitur, vel ἔριον, vulgaribusque Indorum vestimentis inseruit, vt supra obseruatum. Hic enim diserte dicitur non nisi sacris indumentis inseruire αὐτοφυὲς illud ἔριον, nec arboribus, sed *terrae* illud detrahi, imo non dimittere illud *terram*, si alius quis, quamqui ex Brachmanibus fuerit, illud ἀνασπᾶν tentauerit. Id itaque quod per αὐτοφυὲς ἔριον hoc loco intelligitur, est quod *asbestinum linteum* dicitur Plinio H. N. XIX, 4. *quod nascitur*, vt inquit idem, *in desertis adustisque sole Indiae*; adeoque ἡ γῆ ἀυλὸ φύει. Inuenitur porro, *vbi non cadunt imbres*, quod respiciens Philostratus αὐτοφυὲς illud dicit, cum ceterae fere plantae hoc respectu minime sint αὐτοφυεῖς. Ne vero dubio superesse locus possit, diserte Eusebius adu. Hierocl. de Brachmanibus dicit ἐσθῆτι λινῇ τῇ ἐκ πετρῶν eos vestiri, *asbestion* certissime intelligens. *Petrosa* nempe terra, quae *asbestinum* reddit, ipseque lapis, ex quo illud linteum, *asbestus*, dicitur, quod notum in vulgus: nec alium lapidem, qui *linum* reddat vel *lanam* inuenias. Pene praeteriissem insignem locum Hieroclis, non eius aduersus quem Eusebius scripsit, sed alterius in φιλίσορι, Stephano allegatum in Βραχμᾶνες, qui rem omnem sine ambitu exponit: diserte enim de Brachmanibus ait: χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ τῇ ἐκ ΠΕΤΡΩΝ, λίθων γάρ μυρίωματα μαλακὰ καὶ δερματώδη συνυφαίνουσι, ἐξ ὧν ὑφάσματα γίνεται μήτε πυρὶ καιόμενα μήτε ὕδατι καθαιρόμενα, ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπᾳ καὶ κηλίδος ἐμπλησθῇ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται. Exhibui autem locum prout emendauit doctiss. Pearson. Prolegom. ad Hierocl. Cui & obseruatus Plutarchi locus libro de orac. def. simili modo de *asbesto* loquentis: τῆς δ' ἐν καρύῳ πίτυρας, χρόνος ὁ πολὺς ἀφ' ὧν πίπαυται ΜΗΡΥΜΑΤΑ ΛΙΘΩΝ ΜΑΛΑΚΑ ῥηματώδη συνεκφέρεσθαι.

20 ὥσπερ τ. Παμφύλων] candidissima ergo in Pamphylia lana. Plinius tamen Circumpadanas lanas candore molle

molle tamen gignit magis, eſtque pinguedo in eo, quae vel oleum reddere poſſit. Hoc lino ad ſacras veſtes vtuntur, ac ſi quis alius quam iſti Indi illud euellat, non dimittit terra linum. Annuli autem atque baculi vim, quorum vtrumque eos geſtare aiunt, nulli non rei efficiendae parem eſſe, in arcanis tamen ambo haberi.

Cap. XVI. Accedentem ad ſe Apollonium ceteri quidem ſapientes excepere, manibus eum amplexi. Iarchas autem in throno ſedebat ſublimiore: is ex aere erat nigro, aureiſque ſimulacris varie erat ornatus. Ceterorum ſedes & ipſae aeneae, ſed nulla in eis ſigna, minuſque ſublimes, magis quam Iarchas enim ſedebant humiles. Is, vbi conſpexit Apollonium, Graeca lingua ſalutauit, litteraſque ab eo Regis Indorum popoſcit. Mirante autem Apollonio id eum iam noſſe; litteram etiam vnam dixit deeſſe epiſtolae, *Delta* ſignificans; ſcribentem enim hoc illum fugerat: idque ita ſe habere compertum eſt. Inde perlecta epiſtola quomodo, inquit, o Apolloni, de nobis ſtatuitis? Quo alio reſpondit modo, quam eo, quem prodit hoc ipſum, quod veſtri cauſa iter abſoluerim, quantum antea mortalium nemo eius, ex qua ipſe ortus ſum, patriae? Quid vero, ille [aiebat], nos amplius ſcire quam teipſum arbitraris? Ego, reſpondit, veſtra omnia ſapientia magis conſpicua magiſque diuina eſſe cenſeo. Niſi enim praeter ea, quae ſcio, noui aliquid apud vos didicero, hoc ſaltem diſcam, non habere vos quod me doceatis. Reſpondens igitur Indus, ceteri quidem, dixit, conſueuerunt ad ſe venientes interrogare, quales nam, & cuius rei gratia veniant? apud nos autem ſapientiae primum eſt argumentum haut

μαλακώτερον δὲ τίκτει· ἡ πιμελὴ, οἷα ἔλαιον ἀπ' αὐτῦ λείβεσθαι[21]. τῦτο ἱερὰν ἐσθῆτα[22] ποιῦνται, καὶ εἴ τις ἕτερος παρὰ τὺς Ινδὺς τύτυς ἀνασπᾷη αὐτὸ, ἃ μεθίεται ἡ γῆ τῦ ἐρίυ[23]. τὴν δὲ ἰσχὺν τῦ δακτυλίυ καὶ τῆς ῥάβδυ[24], ἃ φορεῖν αὐτὺς ἄμφω, δύνασθαι μὲν πάντα, δύω δὲ ἀῤῥήτω τετιμῆσθαι.

Προσιόντα δὲ τὸν Απολλώνιον οἱ μὲν ἄλλοι σοφοὶ προσήγοντο, ἀσπαζόμενοι ταῖς χερσίν[1]· ὁ δὲ Ιάρχας, ἐκάθητο μὲν ἐπὶ δίφρυ ὑψηλῦ, χαλκῦ δὲ μέλανος[2] ἦν, καὶ πεποίκιλτο χρυσοῖς ἀγάλμασιν. οἱ δὲ τῶν ἄλλων δίφροι χαλκοῖ μὲν, ἄσημοι δὲ ἦσαν, ὑψηλοὶ δὲ ἧττον, ὑπεκάθηντο γὰρ τῷ Ιάρχᾳ. τὸν δὲ Απολλώνιον ἰδὼν, φωνῇ τε ἠσπάσατο[3] Ελλάδι, καὶ τὰ τῦ Ινδῦ γράμματα ἀπήτει. θαυμάσαντος δὲ τῦ Απολλωνίυ τὴν πρόγνωσιν, καὶ γράμμα γε ἓν ἔφη λείπειν τῇ ἐπιστολῇ, δέλτα εἰπὼν, παρῆλθε γὰρ αὐτὸν γράφοντα· καὶ ἐφάνη τῦτο ὧδε ἔχον. ἀναγνὺς δὲ τὴν ἐπιστολὴν, πῶς, ἔφη, ὦ Απολλώνιε, περὶ ἡμῶν φρονεῖτε; πῶς εἶπεν, ἢ ὡς δηλοῖ τὸ ὑμῶν ἕνεκα ἥκειν με ὁδὸν, ἣν μήπω τις τῶν ὅθεν περ ἐγὼ ἀνθρώπων; τί δὲ ἡμᾶς πλέον οἴει σαυτῦ γιγνώσκειν; ἐγὼ μὲν, εἶπε, σοφώτερά τε ἡγοῦμαι τὰ ὑμέτερα, καὶ πολλῷ θειότερα. εἰ δὲ μηδὲν πλέον ὧν οἶδα παρ' ὑμῖν ἕυρεμι, μεμαθηκὼς ἂν εἴην, καὶ τὸ μὴ κατέχειν ὅ, τι μάθοιμι[4]. ὑπολαβὼν ἂν ὁ Ινδὸς, οἱ μὲν ἄλλοι, ἔφη, τὺς ἀφικνυμένυς ἐρωτῶσι, ποταπόι τε ἥκυσι, καὶ ἐφ' ὅ, τι; ἡμῖν δὲ σοφίας ἐπίδειξιν πρώτην ἔχει τὸ μὴ ἀγνοῆσαι

---

maxime excellere dicit VIII, 73. Mirum Pamphyliae lanae tanquam excellentioris alibi non eſſe mentionem.

21 ἡ πιμελὴ, οἷα ἔλαιον ἀπ' αὐτῦ λείβεσθαι] edit. prior. habebant: ἢ ἡ πιμελὴ οἷα ἔλαιον ἀπ' αὐτῦ, λ. Codicis Vratisl. autoritate omiſi ἢ, quod ipſe ſenſus reſpuebat. Idem codex pro ἀπ' αὐτῦ legebat ὑπ' αὐτῦ; malui tamen ἀπ' αὐτῦ. Omnino enim aſſentio Scholiaſtae Romano, qui Philoſtratum imitari obſeruauit illud Odyſſ. Η'. v. 108.

Καίροσίων δ' ὀθονίων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον.

Ceterum quantum ad rem, diſerte Kircherus in Sina: *asbeſtum* externam ait ſuperficiem ſiccam habere quidem, & in filamenta diſcerpi poſſe; in medio tamen humore gaudere viſcido, oleoſo & qui igne vinci non poſſit.

22 ἱερὰν ἐσθῆτα] ſic Aegyptii quoque ſacerdotes non communi lino ſed goſſypio ad veſtes ſacras vtebantur. vid. Plin. XIX, 2.

23 ἃ μεθίεται ἡ γῆ τῦ ἰρίυ] *nempe difficile textu asbeſtinum propter fili breuitatem* Plin. XIX, 4. nec omnibus notum artificium ex lapidibus iſtis fila ducendi, & veſtes conficiendi, quod hodie etiam inter deperdita cenſetur. Brachmanes igitur quod arte praeſtabant vulgo ignorata, & in ſecretis habita, vt terrae petroſae filamenta illa detexerent, in miraculum verterunt.

24 τῦ δακτυλίυ καὶ τῆς ῥάβδυ] annulum haut dubie intelligit in quo *lapis Pantarba*, de cuius mirabili virtute plura paulo poſt cap. 46. Baculi magicam vim mox cap. XVII huius libri deſcribit.

CAP. XVI. 1 ἀσπαζόμενοι ταῖς χερσὶν] ſic Homer. Il. Κ'. v. 542.

Δεξιῇ ἠσπάζοντο ἕπεσθαι δὲ μελιχίοισι.

quod Euſtathius explicat περιπλέκεσθαι καὶ οἷον ἐφ' ἑαυτὸν σπᾶσθαι. adde eundem Euſtath. ad illud Odyſſ. Γ'. v. 35.

χερσὶν τ' ἠσπάζοντο καὶ ἐξερέεσθαι ἄνωγον.

vbi prolixius hunc morem deſcribit, nempe οἱ τῷ ἀλλήλοις συνιστῶν διαπεταννῦντας τὼ χεῖρε, καὶ τάτε σφᾶς πολάζοντας καὶ τὰς χεῖρας ἐπικυρτῦντας, καὶ εἰς κύκλον περιάγοντας, ſalutationem peragere ſalutantes dicit, & ſua aetate apud Iberos aliaſque gentes ita vſu receptum fuiſſe ait, nec a noſtris moribus id alienum.

2 χαλκῦ δὲ μέλανος] vid. & ſ. l. II. c. 7.

3 φωνῇ τε ἠσπάσατο] nempe ἀσπασμὸς vel ſit *voce*, vel *manibus*, vel *oſculo*, vt Euſtathius loco paulo ante cit.

4 μεμαθηκὼς ἂν εἴην καὶ τὸ μὴ κατέχειν ὅ, τι μάθοιμι.] nihil hic viderant priores Interp. Sch. Rom. ad vocem κατέχειν annotat: ἀντὶ τῦ μὴ τῶν λεγομένων πιστεύειν, hanc enim verbum κατέχειν alias quoque ſignificationem habet non raro. Ita igitur iſte, niſi fallor, ex ipſius mente ſenſus emerget: "ſi nihil aliud antea mihi ignoratum apud vos "inuenero, hoc inueniam ſaltem, non eſſe credendum iis, "quae didici de vobis fandoque inaudiui." "Sed illi ſen-"ſui verbum μάθοιμι in optatiuo minus conuenire videtur: Ideoque κατέχειν ad Indos referri malim & vulgari ſignificatu explicari, ſenſu quem inuerſione reddidi.

τὸν ἥκοντα. ἔλεγχε δὲ δὴ πρῶτον τοῦτο· καὶ εἰπὼν ταῦτα, πατρόθεν τε διῆει τὸν Ἀπολλώνιον, καὶ μητρόθεν, καὶ τὰ ἐν Αἰγαῖς πάντα[5], καὶ ὡς προσῆλθεν αὐτῷ ὁ Δάμις, καὶ εἰ δή τι ἐσπεύδασαν ὁδοιπορῦντες, ἢ σπεύδοντος ἑτέρᾳ εἶδον. πάντα ταῦθ', ὥσπερ κοινωνήσας αὐτοῖς τῆς ἀποδημίας, ὁ Ἰνδὸς ἀπηυθύνετε καὶ σαφῶς εἴρηκεν. ἐκπλαγέντος δὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ, καὶ ὁπόθεν ἥδει ἐπερομένῳ; καὶ σὺ μέτοχος, ἔφη, τῆς σοφίας ταύτης ἥκεις[6], ἀλλ' ὅπω πάσης. διδάξῃ ἂν με, ἔφη, τὴν σοφίαν πᾶσαν; καὶ ἀφθόνως γε, εἶπε. τοῦτο γὰρ σοφώτερον τοῦ βασκαίνειν τε καὶ κρύπτειν τὰ σπουδῆς ἄξια. καὶ ἄλλως, Ἀπολλώνιε, μεσόν σε ὁρῶ τῆς μνημοσύνης[7], ἣν ἡμεῖς μάλιστα θεῶν ἀγαπῶμεν. ἦ γὰρ καθεώρακας, εἶπεν, ὅπως πέφυκα; ἡμεῖς, ἔφη, ὦ Ἀπολλώνιε, πάντα ὁρῶμεν τὰ τῆς ψυχῆς εἴδη, ξυμβόλοις[8] αὐτὰ μυρίοις ἐξιχνεύοντες. ἀλλ' ἐπεὶ μεσημβρία πλησίον[9], καὶ τὰ πρόσφορα τοῖς θεοῖς χρὴ παρασκευάσαι, νῦν μὲν ταῦτ' ἐκπονῶμεν, μεταταῦτα δὲ ὁπόσα βούλει διαλεγώμεθα· παρατύγχανε δὲ πᾶσι τοῖς δρωμένοις. νὴ Δί', εἶπεν, ἀδικοίην ἂν τὸν Καύκασον, καὶ τὸν Ἰνδόν, ἃς ὑπερβὰς δι' ὑμᾶς ἥκω, εἰ μὴ πάντων ἐμφορούμην ὧν δρᾶτε. ἐμφορᾶ, ἔφη, καὶ ἴωμεν.

ignorare venientem. Hoc ipsum igitur statim experimentum habeto: hisque dictis paternum Apollonii maternumque genus percensuit, & omnia Aegis gesta, vtque ad eum Damis venisset, & quicquid per totum iter disputassent, aut aliis disputantibus didicisset. Omnia, inquam, ista, non secus ac si comes fuisset itineris, oratione Indus continua narrauit & plana. Mirante autem Apollonio, atque vnde nosset? interrogante, tu quoque, respondit, huius sapientiae particeps aduenis, nondum tamen omnis. Me igitur, ille aiebat, totam eam edocebis? Imo, respondit, abunde: id namque sapientiae magis conueniens, quam inuidere atque celare quae studio digna sunt. Et alias quoque, o Apolloni, memoria te video valere, quam nos inter Deos maxime colimus. Nonne etiam, [Apollonius] aiebat, qua ego indole sim perspectum est tibi? Imo nos, o Apolloni, [Iarchas] respondit, omnes animae videmus species, innumeris eas symbolis inuestigantes. Sed quoniam meridies iam imminet, & quae Diis offerre fas est praeparare oportet, nunc quidem istis operabimur, posthac vero de quocunque volueris argumento colloquemur: licet autem tibi interesse a nobis patrandis omnibus. Per Iouem, dixit ille, iniuriam Caucaso Indoque afferam, quos vestri causa superaui, nisi cunctis, quae a vobis fiunt, exsatiari velim. Exsatiare igitur, inquit Iarchas, iamque eamus.

Ἐλθόντες δὲ ἐπὶ πηγήν τινα ὕδατος, ἣν φησιν ὁ Δάμις, ἰδὼν ὕστερον, ἐοικέναι τῇ ἐν Βοιωτοῖς Δίρκῃ, πρῶτα μὲν ἐγυμνώθησαν. εἶτα ἐχρίσαντο[1] τὰς κεφαλὰς ἠλεκτρώδει φαρμάκῳ. τὸ δὲ ὕτω τι τοὺς Ἰνδοὺς ἔθαλπεν, ὡς ἀτμίζειν τὸ σῶμα, καὶ τὸν ἱδρῶτα χωρεῖν ἀσακτὶ, καθάπερ[2] τῶν πυρὶ λουμένων. εἶτα ἔρριψαν ἑαυτοὺς ἐς τὸ ὕδωρ, καὶ λουσάμενοι ὧδε, πρὸς τὸ ἱερὸν ἐβάδιζον ἐστεφανωμένοι, καὶ μεσοὶ τοῦ ὕμνου. περισάντες δὲ ἐν χορῷ σχήματι, καὶ κορυφαῖον ποιησάμενοι τὸν Ἰάρχαν, ὀρθαῖς ταῖς ῥάβδοις τὴν γῆν ἔπληξαν. ἡ δὲ κυρτωθεῖσα δίκην κύματος, ἀνέπεμψεν

Ad fontem igitur accedentes aquarum, Cap. XVII. quem Damis a se postea visum ait, similem Dircae in Boeotia, primum quidem nudati sunt. Postea capita succineo quodam medicamine perunxerunt. Atque eo ita incaluere Indi, vt fumaret, sudoremque copiose redderet corpus, non secus atque in illis fit, qui calida lauantur. Post in aquam sese proiecerunt, lotique ita ad templum accesserunt coronati, & in hymnos toti intenti. Chori autem figura vndiquaque consistentes, & coryphaeum Iarcham habentes, erectis baculis terram percutiebant. Illaque non alio modo ac maris fluctus sese attollens, duos ferme

5 τὰ ἐν Αἰγαῖς πάντα] de quibus l. I. c. 7. sqq.

6 καὶ σὺ μέτοχος τ. σοφ. τ. ἥκεις] nempe supra l. I. c. 18. omnia se scire dicit Apollonius. προγινώσειν itaque ei hic concedit Iarchas, sed non perfectam omni ex parte.

7 μεσόν σε ὁρ. τῆς μνημοσύνης] vid. s. ad l. II. c. 30.

8 ξυμβόλοις] clarissime hic dicitur *symbolicam* esse illam doctrinam de animae, antequam in cuiusuis corpus deueniret, statu in alio corpore, prout c. XVIII deducitur: qua nempe Euphorbus olim Pythagoras, nauis gubernator Apollonius, Ganges Rex Iarchas fuisse dicitur: simul etiam quo *symbolica* illa doctrina tendat, innuitur. Scilicet ad φύσιν animae delineandam, vt, qui Euphorbus fuisse dicitur, intelligatur ingenio ipsum tanquam exemplar referre, & sic porro: vt vero simile saltem sit, Indos & Apollonium μετεμψύχωσιν in sensu litterali haut tenuisse. Quod fauet sententiae cl. Dacerii, qui idem de Pythagora esse affirmandum, nuper argumentis ostendit in *Vita Pythagorae*. Hoc tamen persuadere non potuit doctissimo Clerico Bibl. Sel. T. X. Sed illam controuersiam nostram hic non facimus.

9 ἐπεὶ μεσημβρία πλησίον] vid. s. c. 14. n. 13.

CAP. XVII. 1 ἐχρίσαντο] priores edit. ἐχρήσαντο habebant, quod vitiosum manifeste: sic tamen apud Eusebium etiam legebatur c. XIX. χρισαμένους ἠλεκτρίνῳ φαρμάκῳ.

2 ἀσακτὶ καθάπερ] priores edd. inferebant καὶ, quod omnium codicum nostrorum auctoritate omisimus.

passus

passus in aërem ipsos extulit. Ipsi cantilenam canebant interea, Sophoclis Paeani similem, quem Athenis in honorem Aesculapii canunt. Vbi vero in terram demissi fuere, aduocauit Iarchas adolescentulum, qui ancoram portabat, cura, inquiens, Apollonii comites. Ipse vero multo citius quam volucres celerrimae profectus reuersusque, curaui, dixit. Postquam igitur multum rebus sacris essent operati, in sedibus quieuere. Iarchas autem adolescenti, affer, dixit, sapientissimo Apollonio Phraotae thronum, vt in eo sedens nobiscum disputet.

ἀυτὰς ἐς δίπηχυ[3] τῆ ἀέρος. οἱ δὲ ἥδον ᾠδὴν, ὁποῖος ὁ Παιὰν ὁ τῆ Σοφοκλέους[4] ὃν Αθήνησι τῷ Ασκληπιῷ ἄδουσιν. ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν γῆν κατῆραν, καλέσας ὁ Ιάρχας τὸ μειράκιον τὸ τὴν ἄγκυραν φέρον[5], ἐπιμελήθητι, ἔφη, τῶν Απολλωνίε ἑταίρων. ὁ δὲ, πολλῷ θᾶττον ἢ οἱ ταχεῖς τῶν ὀρνίθων πορευθείς τε καὶ ἐπανελθὼν, ἐπιμεμέλημαι, ἔφη. θεραπεύσαντες δὲ τὰ πολλὰ τῶν ἱερῶν, ἀνεπαύοντο ἐν τοῖς θάκοις. ὁ δὲ Ιάρχας πρὸς τὸ μειράκιον, ἔνεγκε, εἶπε, τῷ σοφῷ Απολλωνίῳ τὸν φραώτε θρόνον[6], ἵν' ἐπ' ἀυτῆ διαλέγοιτο.

Cap. XIIX. Vbi consedit vero, interroga, dixit, quodcunque volueris: ad viros enim accessisti qui omnia norunt. Interrogauit igitur Apollonius, an & se nossent ipsos, putans eum, perinde ac Graecos, pro ardua re habere sui ipsius cognitionem. Ille vero praeter Apollonii opinionem respondens, nos, inquit, omnia nouimus, quia primos nouimus nos. Nec quisquam enim nostrorum ad hanc philosophiam accesserit, nisi antea se cognouerit ipsum. Recordatus autem Apollonius eorum, quae a Phraote audierat, vtque philosophaturus, postquam seipsum probauerit prius, opus aggrediatur, hanc orationem admisit; ea enim de re iam a seipso erat persuasus. Rursus igitur interrogauit, quales seipsos existimarent? Ille vero, *Deos*, dixit. Apollonioque denuo interrogante: cur vero Deos? quoniam boni viri sumus, respondit. Id autem responsum tanta eruditione plenum visum est Apollonio, vt apud Domitianum postmodum illud in apologia sua repeteret.

Ὡς δὲ ἐκάθισεν, ἐρώτα, ἔφη, ὅ, τι βέλει, παρ' ἄνδρας γὰρ ἥκεις πάντα εἰδότας. ἤρετο ὧν ὁ Απολλώνιος, εἰ καὶ ἀυτὰς ἴσασιν, οἰόμενος ἀυτὸν, ὥσπερ Ελληνες, χαλεπὸν ἡγεῖσθαι τὸ ἑαυτὸν γνῶναι[1]. ὁ δὲ ἐπιστρέψας παρὰ τὴν τῆ Απολλωνίε δόξαν, ἡμεῖς, ἔφη, πάντα γιγνώσκομεν, ἐπειδὴ πρώτας ἀυτὰς γιγνώσκομεν. ἀγαρ προσέλθοι τις ἡμῶν τῇ φιλοσοφίᾳ ταύτῃ, μὴ πρῶτον εἰδὼς ἑαυτόν. ὁ δὲ Απολλώνιος ἀναμνησθεὶς ὧν τῆ φραώτε ἤκουσε[2], καὶ ὅπως ὁ φιλοσοφήσειν μέλλων, ἑαυτὸν βασανίσας ἐπιχειρεῖ, τούτῳ ξυνεχώρησε τῷ λόγῳ· τοῦτο γὰρ καὶ παρ' ἑαυτῆ[3] ἐπέπεισο. πάλιν ὧν ἤρετο τίνας ἀυτὰς ἡγοῖντο; ὁ δὲ, θεὰς[4], εἶπεν. ἐπερομένε δὲ ἀυτῆ διατί; ὅτι, ἔφη, ἀγαθοί ἐσμεν ἄνθρωποι. τῆτο τῷ Απολλωνίῳ τοσαύτης ἔδοξεν εὐπαιδευσίας εἶναι μεστὸν, ὡς εἰπεῖν ἀυτὸ καὶ πρὸς Δομετιανὸν ὕστερον ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑαυτῆ λόγοις[5].

Cap. XIX. Interrogationem vero ille iam ante propositam resumens, de anima quomodo, inquit, sentitis? eodem modo, dixit ille, quo vobis a Pythagora, Aegyptiis vero a nobis est traditum.

Ἀναλαβὼν[1] ὧν τὴν ἐρώτησιν, περὶ ψυχῆς δὲ, εἶπε, πῶς φρονεῖτε; ὡς γε, εἶπε, Πυθαγόρας μὲν ὑμῖν, ἡμεῖς δὲ Αιγυπτίοις[2] παρεδώκαμεν.

---

3 *ἐς δίπηχυ*] vide s. c. 15. huius libri.

4 *ὁ Παιὰν ὁ τῆ Σοφοκλέους*] Paeanas Sophoclis Suidas quoque commemorat in Σοφοκλ.

5 *τὸ τὴν ἄγκυραν φέρον*] vide supra huius libri c. XI. fin.

6 *Φραώτε θρόνον*] quem vt ostenderet Apollonio rogauerat Phraotes in epistola, vid. s. l. II. cap. 41.

CAP. XVIII. 1 *ἑαυτὸν γνῶναι*] Nempe tanquam philosophiae primum principium & vltimam metam Graeci passim circumferebant illud *γνῶθι σεαυτὸν*, de quo videndus ante alios Plato Alcibiad. I. Porphyrius ap. Stob. Serm. 21. adde Menag. ad Diog. Laërt. I, 40. Idque difficillimum ait Thales ap. Laërt. I, 36. aliique Graecorum passim.

2 *ὧν τῆ Φραώτε ἤκουσε*] supra lib. II. c. 30.

3 *παρ' ἑαυτῆ*] hanc lectionem nostram se ipsam tueri confidimus, contra eam, quae in editis est, qui habent *περὶ ἑαυτῆ*.

4 *θεὰς*] vid. notata ad lib. I. c. 2. conf. & inf. cap. 29. it. l. VIII. c. 5. & c. 7. sect. 7.

5 *ὑπὲρ ἑαυτῆ λόγοις*] inf. l. VIII. c. 7. §. 7.

CAP. XIX. 1 *ἀναλαβὼν*] nempe eam quaestionem iam supra cap. XVI, fine, proponere coeperat, sed dilata de ea fuerat disputatio.

2 *ἡμεῖς δὲ Αιγυπτίοις*] nempe gloriam doctrinae huius proprio Marte adinuentae, quam vulgo Pythagorae tribuebant Graeci, vt videre est ap. Diog. Laërt. VIII, 13. relinquere ei videtur: Aegyptiis autem eam eripit, qui nempe ab Aethiopibus, Indorum colonis, illam habeant. Videtur Herodotum petere, qui in Euterpe *πρώτους τὸν δὲ τὸν λόγον Αιγυπτίους εἶναι εἰπόντας* dicit, & recte Pythagoram rodit, qui eam doctrinam vt suam vsurpauerit. Cetera locum hunc, quo *μεταψυχώσεως* dogma Indorum autoritate fulcitur, tangit & refutat Aeneas Gazaeus in Theophrasto p. 23. *ταύτης τῆς ἀλογοτάτης* (quasi scilicet *meminisse* quis possit status animi in priore corpore) *ὕστερον Απολλώνιος ὁ Καππαδόκης ἐρασθὲς γενόμενος, πρὸς τὰς Ελλήνας ἐμυθολόγησε περὶ τῶν ἐν Ινδοῖς σοφῶν, ὡς ἴσασιν οἵτινές ποτε γεγένασι, καὶ ἐς μάρτυρας ἔξω τῆς οἰκουμένης καταφύγων.* Idque confutat eo, quod nec Ctesias, nec Arrianus tale quid de Indis referat, nec ipsi iactent in litteris ad Graecos scriptis.

εἴποις ἂν ἴσως, ἔφη, καθάπερ ὁ Πυθαγόρας Εὔφορβον ἑαυτὸν ἀπέφηνεν, ὅτι καὶ σὺ, πρὶν ἐς τόδε ἥκειν τὸ σῶμα, Τρώων τις ἢ Ἀχαιῶν ἦσθα, ἢ ὁ δεῖνα; ὁ δὲ Ἰνδὸς, Τροία μὲν ἀπώλετο, εἶπεν, ὑπὸ τῶν πλευσάντων Ἀχαιῶν τότε, ὑμᾶς δὲ ἀπολωλέκασιν οἱ ἐπ' αὐτῇ λόγοι. μόνους γὰρ ἄνδρας ἡγούμενοι τοὺς ἐς Τροίαν στρατεύσαντας, ἀμελεῖτε πλειόνων τε καὶ θειοτέρων ἀνδρῶν, οὓς ἥ τε ὑμετέρα γῆ, καὶ ἡ Αἰγυπτίων, καὶ ἡ Ἰνδῶν ἤνεγκεν. ἐπεὶ τοίνυν ἤρξω μου περὶ τοῦ προτέρου σώματος, εἰπέ μοι τίνα θαυμασιώτερον ἡγῇ τῶν ἐπὶ Τροίαν τε καὶ ὑπὲρ Τροίας ἐλθόντων; ἐγὼ, ἔφη, Ἀχιλλέα τὸν Πηλέως τε καὶ Θέτιδος· οὗτος γὰρ δὴ κάλλιστός τε εἶναι τῷ Ὁμήρῳ ὕμνηται, καὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἀχαιοὺς μέγας, ἔργα τε αὐτοῦ μεγάλα ᾄδε[3]. καὶ μεγάλων ἀξιοῖ τοὺς Αἴαντάς τε καὶ Νιρέας, οἳ μετ' ἐκεῖνον καλοί τε αὐτῷ καὶ γενναῖοι ᾄδοιντο. πρὸς τοῦτον, ἔφη, Ἀπολλώνιε, καὶ τὸν πρόγονον [4] θεώρει τὸν ἐμόν, μᾶλλον δὲ τὸ πρόγονον σῶμα· τοῦτο γὰρ καὶ Πυθαγόρας Εὔφορβον ἡγεῖτο.

An igitur, inquit Apollonius, ſicuti Pythagoras Euphorbum ſe fuiſſe oſtendit, tu quoque, antequam in hoc corpus veniſſes, Troianorum aliquem, aut Graecorum, aut aliumquemcunque te extitiſſe ais? Tunc Indus, Troia quidem periit, dixit, Achaeorum, qui tum quidem eo nauigarunt, opera, vos autem, quae de ipſa vulgatae ſunt fabulae, perdidere. Solos enim viros fuiſſe arbitrati eos, qui ad Troiam militauerunt, plures eoſque diuinos magis homines negligitis, quos & veſtra terra, & Aegyptus, & India protulit. Sed quoniam de priore corpore me interrogaſti, dic quaeſo, quem ceteris praeſtare arbitreris inter eos qui contra Troiam proque ea expeditionem ſuſceperunt? Ego, inquit Apollonius, Achillem Pelei & Thetidis filium: is enim tanquam pulcherrimus ab Homero celebratur, omnibuſque Achiuis praeſtantior, ipſiuſque facinora tanquam maxima canit: magni etiam facit Aiaces & Nireos, qui poſt Achillem tanquam pulcherrimi fortiſſimique laudibus merito celebrentur. Cum hoc inquit (Iarchas) o Apolloni, iam compara ante me genitum, vel potius ante me genitum corpus meum: pro tali enim & Pythagoras Euphorbum habuit.

Ἦν τοίνυν, ἔφη, χρόνος, ὅτ' Αἰθίοπες μὲν ᾤκουν ἐνταῦθα, γένος Ἰνδικὸν[1]. Αἰθιοπία δ' ἔπω ἦν[2], ἀλλ' ὑπὲρ Μερόην τε καὶ Καταδούπους ὅρος Αἰγύπτου, αὐτή καὶ τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου παρεχομένη, καὶ ταῖς ἐκβολαῖς ξυναπολήγουσα[3]. ὃν μὲν δὴ χρόνον ᾤκουν ἐνταῦθα οἱ Αἰθίοπες ὑποκείμενοι βασιλεῖ Γάγγῃ [4], ἥ τε γῆ αὐτοὺς

Fuit itaque, inquit, tempus, quando haec loca Aethiopes incoluere, gens Indica: nondumque Aethiopia erat, ſed ſuper Meroëm & Catadupas termini Aegypti procedebant, quae ipſa & fontes Nili praebebat, & cum oſtiis eius deſinebat. Qua quidem aetate haec [quibus degimus] loca Athiopes incoluerunt, Gangi Regi obnoxii, ipſoſque abunde Cap. XX.

---

3 ἔργα τε αὐτοῦ μεγάλα ᾄδε] ᾄδε reſcripſi pro οἶδε. Hoc enim ſenſus ſuadebat, & σιγμὴν hic poſui, vt ſequentia iungantur, ſic enim omnia clara ſunt & expedita. Antea ſic legebatur & diſtinguebatur: ἔργα τε αὐτοῦ μεγάλα οἶδε, καὶ μεγάλων ἀξιοῖ. τοὺς Αἰαντάς τε καὶ Νιρέας, οἳ μετ' ἐκεῖνον καλοί τε αὐτῷ, καὶ γενναῖοι ἄδοιντο. Verbo regente ſic carebant accuſatiui Αἰαντας & Νιρέας, quod totam turbabat orationem. Morellus hoc, quod nos exhibemus, in verſione ſecutus fuiſſe videtur, quod poſtea animaduertimus, Rhinuccinum inconſiderate exſcribens, parumque ſolicitus, an textui, quem edidit, haec verſio conueniens ſit, an vero minus.

4 τὸν πρόγονον] male vulgo *progenitorem* vertunt. Seipſum intelligit, antea aliam *perſonam* qui geſſerit, qua ſe *perſona* ſpectatum πρόγονον αὐτοῦ ſeſe appellat. Sic Pythagorae πρόγονος hoc ſenſu *Euphorbus*, non quod *progenitor* hic fuerit eius, ex cuius poſteris ortus ſit, ſed quod ipſe extiterit *Euphorbus*. Hinc apud Diog. Laert. VIII, 45. in Epigrammate Pythagoras de Euphorbo: ἕτος ἴγὼν ἦν πρόβροτος. Quae vox πρόβροτος idem notat quod h. l. πρόγονος. Atque hoc modo optime quoque intelligitur ſequens correctio: ἢ μᾶλλον πρόγονον σῶμα. Nempe *anima* proprie non πρόγονος, ſed eadem nunc Iarchae quae olim, eadem ſcilicet anima in varia corpora deambulante: corpus vero ſenſu magis proprio πρόγονον, quod *prius* extitit.

CAP. XX. 1 γένος Ἰνδικὸν] de Aethiopum ex India tranſmigratione in partem Aegypti vide Euſeb. Chron. n. CCCCII. & noſtrum inf. l. IV. c. 11. Vir magnus tamen Iobus Ludolphus commentar. ad Hiſtor. Aethiop. p. 62. haec fabuloſa putat, orta ex eo, quod ab Arabibus audiuiſſent Graeci, Aethiopas a Mari Indiae, h. e. *Rubri maris* partibus, Aethiopiae proximis, in ſedes iſtas veniſſe, quod verum ſit de Abyſſinis. Nempe *mare Indiae* cum *flumine Indo* eos confudiſſe eo quod ﻧﻬﺮ & *mare*, & *magnum flumium* notet. Sed Indorum tamen nomen & apud alios retinere, & ipſos agnoſcere illos populos obſeruat idem l.c. p. 65.

2 Αἰθιοπία δὲ ἔπω ἦν] *nondum erat Aethiopia*, h. e. nondum nomen Aethiopiae iſti terrae tractui haerebat, quod poſt demum obtinuit, *Aegypti* antea nomine comprehenſa.

3 ξυναπολήγουσα] Aegypti itaque nomine olim venit omnis illa terra auſtralis ad Nili vſque origines, quam Aethiopiae poſtea nomen occupauit, a nouis colonis tractum. Sic & Euſebius ſenſit in Chronico n. CCCCII. vbi huius migrationis Aethiopum ex India meminit: *iuxta Aegyptum*, inquit, *conſederunt*. In Graecis fuit κατ' Αἴγυπτον, quod eſt: *in Aegypto*, Aegypti igitur nomen ad eam etiam regionem, quam Athiopes occuparunt, pertinuit. Sic & Euſtathius ad Periegetam *Aegyptum* h. e. partem Aegypti κὴν Αἰθιοπίαν dictam fuiſſe ait διὰ τὰς ἐκεῖ Αἰθίοπας. Vt non videam, cur doctiſſ. Ludolphus iſtis, quae hic Philoſtratus habet, nihil abſurdius dici poſſe exiſtimet. adde ad l. VI. c. 7. n. 2.

4 Γάγγῃ] *Gangis* Indi, a quo fluuio nomen, mentio apud Plutarch. de fluu. p. 13. Verum neque Rex ille fuiſſe videtur, & alio quoque modo narratur periiſſe. Praeterterra

terra aluit, Diique illorum curam habuere. Postea vero quam Regem istum interfecerunt, nec ceteris Indis puri sunt habiti, neque terra istis, vt subsisterent, concessit. Sementem enim quam in ipsa faciebant, priusquam vel calyx formaretur, perdidit: mulierumque etiam foetus reddidit imperfectos, gregesque male aluit. Et vbicunque ciuitatis iacerent fundamenta, cessit terra atque subsidere coepit. Gangis praeterea spectrum quocunque euntes eos est insecutum, turbam omnem terrore implens: quod antea non cessauit, quam caedis auctores, quique sanguinem eius effuderant, terrae immolaremus. Erat vero Ganges ille cubitorum decem proceritate, forma quali hucusque mortalium nemo, eratque Gangis fluuii filius. Patrem autem suum, Indiam inundantem, ipse in rubrum mare auertit, Indiaeque eum propitium reddidit. Quapropter terra viuenti illi abunde omnia suppeditauit, mortuumque etiam est vlta. Quoniam autem Homerus Achillem Helenae gratia ad Troiam deducit, narratque illum vrbes maritimas duodecim cepisse, terrestres autem vndecim, ablataque sibi a Rege muliere ira exarsisse, atque agrestem tum & inhumanum visum esse; conferamus cum eo istis omnibus Indum. Ciuitatum igitur sexaginta conditor ille extitit, omnium regionis huius praestantissimarum. Perdere autem vrbes, qui glorioſius esse putet, quam condere, nemo est. Scythas porro, qui Caucasum superauerant exercitu, huic terrae infestos, submouit. Quod itaque ille patria sua liberata virum bonum se praestitit, longe est excellentius, quam seruitute obnoxiam reddere vrbem, idque mulieris causa; quam ne inuitam quidem raptam fuisse est verosimile. Societatem vero cum iniisset cum Principe regionis, in qua Phraotes nunc dominatur, illeque vxorem illi iniustissime foedissimeque abstulisset, foedus tamen soluere noluit, tam sancte se iurasse dicens, vt ne iniuriam quidem passus, ipse quidem nocere velit.

ἱκανῶς ἔφερβε, καὶ οἱ θεοὶ σφῶν ἐπεμελοῦντο. ἐπεὶ δὲ ἀπέκτειναν τὸν βασιλέα τοῦτον, ὅτε τοῖς ἄλλοις Ινδοῖς καθαροὶ ἔδοξαν, ὅτε ἡ γῆ ξυνεχώρει αὐτοῖς ἵστασθαι[5]. τήν τε γὰρ σπορὰν, ἣν ἐς αὐτὴν ἐποιοῦντο, πρὶν ἐς κάλυκα ἥκειν, ἔφθειρε· τάς τε τῶν γυναικῶν τόκους ἀτελεῖς ἐποίει, καὶ τὰς ἀγέλας πονήρως ἔβοσκε. πόλιν δὲ ὅπῃ βάλοιντο, ὑπεδίδου ἡ γῆ, καὶ ὑπεχώρει κάτω. καὶ γάρ τι φάσμα τῷ Γάγγῃ περιὸν αὐτοὺς ἠλαυνεν, ἐνταρατ]όμενον τῷ ὁμίλῳ· ὃ δὲ πρότερον ἀνῆκε, πρίν γε δὴ τοὺς αὐθέντας, καὶ τοὺς τὸ αἷμα χωρὶς πραξάντας, τῇ γῇ καθιερεύσαμεν. ἦν δὲ ἄρα ὁ Γάγ]ης ἕτος δεκάπηχυς[6] μὲν τὸ μῆκος, τὴν δὲ ὥραν, οἷος ἔπω τις ἀνθρώπων, ποταμῷ δὲ Γάγγῃ παῖς. τὸν δὲ πατέρα τὸν ἑαυτοῦ, τὴν Ινδικὴν ἐπικλύζοντα, αὐτὸς ἐς τὴν ἐρυθρὰν ἔτρεψε, καὶ διήλλαξεν αὐτὸν τῇ γῇ. ὅθεν γῆ ζῶντι μὲν ἄφθονα ἔφερεν, ἀποθανόντι δὲ ἐτιμώρει. ἐπεὶ δὲ τὸν Αχιλλέα Ομηρος ἄγει μὲν ὑπὲρ Ελένης ἐς Τροίαν, φησὶ δὲ αὐτὸν δώδεκα μὲν πόλεις ἐκ θαλάτ]ης[7] ἠρηκέναι, πεζῇ δ' ἑνδεκα, γυναῖκα δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀφαιρεθέντα, ἐς μῆνιν ἀπενεχθῆναι, ὅτε δὴ[8] ἀτεράμονα καὶ ὠμὸν δόξαι, σκεψώμεθα τὸν Ινδὸν πρὸς ταῦτα. πόλεων μὲν τοίνυν ἑξήκοντα οἰκιστὴς[9] ἐγένετο, αἵπερ εἰσὶ δοκιμώτατοι τῶνδε. τὸ δὲ πορθεῖν πόλεις, ὅσις εὐκλεέστερον ἡγεῖται τοῦ ἀνοικίζειν πόλιν, οὐκ ἔστι. Σκύθας δὲ, τοὺς ὑπὲρ Καύκασόν ποτε στρατεύσαντας ἐπὶ τήνδε τὴν γῆν, ἀπώσατο. τὸν δὲ, ἐλευθερώσαντα τὴν ἑαυτοῦ γῆν[10], ἄνδρα ἀγαθὸν φαίνεσθαι, πολλῷ βέλτιον τοῦ δηλοῦν ἐπάγειν πόλει, καὶ ταῦθ' ὑπὲρ γυναικὸς, ἣν εἰκὸς μηδὲ ἅκουσαν ἁνηρπάσθαι. ξυμμαχίας δὲ αὐτῷ γενομένης πρὸς τὸν ἄρχοντα τῆς χώρας, ἧς νῦν Φραώτης ἄρχει, καὶ κείνου παρανομώτατά τε καὶ ἀσελγέστατα γυναῖκα ἀφελομένου αὐτὸν, ὃ παρέλυσε τὰς ὅρκους, ἔτω βεβαίως ὁμωμοκέναι φήσας, ὡς μηδὲ ὁπότε ἠδικεῖτο λυπεῖν αὐτόν.

---

ea *Gangis fluuii* filium hunc noſtrum *Gangem* facit Iarchas, cum Plutarchus a ſuo *Gange* nomen fluuium accepiſſe dicat. Pſeudo Beroſo etiam inter Indiae Reges Ganges commemoratur, ſed eum audire vix operae pretium.

5 ὅτε ἡ γῆ ξυνεχ. αὐτ. ἵστασθαι] terra nempe non ferre credebatur ex antiqua religione homines ſumma impietate foedos. vide quae habet noſter l. VII. c. 25. ſic & Apollon. Ep. LVI. ἄδικον γῆν vocat quae Sardianis improbis neceſſaria ſuppeditet. Id forte natum ex ſacris in quibus identidem repetitur iſtud: ἵνα μὴ προσοχθίσῃ ὑμῖν ἡ γῆ ὡς τῷ μιαίνειν ὑμᾶς αὐτὴν &c. Leuit. XIIX, 28.

6 δεκάπηχυς] de vaſtis Indorum corporibus vide notata ſ. ad lib. II. c. 4. not. 1. it. ad l. II, 21. not. 6. Credunt autem hodienum Indi, antiquos homines ſtatura & aetate excelluiſſe. vid. Tachardum. Itin. Siamenſ. p. 395.

7 ὡς θαλάτ]ης] opponitur τῷ πεζῇ. Senſus eſt claſſe eum vrbes illas expugnaſſe: male igitur aſſequuntur vim verborum interpretes, quando vertunt cum *expugnaſſe* vrbes *maritimas*. Sane maritima etiam vrbs αἱρεῖσθαι poteſt πεζῇ κἀμὴ ὡς θαλάτ]ης,

8 ὅτε δὴ] Suid. in Γαγγ. ὅτι δὲ. malebat cl. Kuſterus ὥσε κἀμὲ.

9 οἰκιστὴς] vrbium autem conditores heroici generis eſſe Graecis credebantur, & vt tales in antiquis nummis paſſim ſiſtuntur.

10 τὸν δὲ, ἐλευθερώσαντα τὴν ἑαυτοῦ γῆν &c.] diſtinctione ſenſus euidentiam huic loco nos reſtituiſſe confidimus,

Καὶ

Καὶ πλείω διηγεῖν ἂν τῷ ἀνδρὸς, εἰ μὴ ἐς ἔπαινον ὤκνουν ἐμαυτὸν καθίστασθαι. εἰμὶ γάρ σοι[1] ἐκεῖνος· τετὶ δὲ ἐδήλωσα γεγονὼς ἔτη τέτταρα. ἐπεὶ γάρ ποτε ἀδαμάντινα τοῦ Γάγγου τοῦτο ξίφη ἐς γῆν πήξαντος, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν δεῖμα ἐμπελάζειν τῇ χώρᾳ[2], καὶ τῶν θεῶν θύειν μὲν κελευόντων ἥκοντας ἃ πέπηγε ταῦτα, τὸ δὲ χωρίον ὃν ἐξηγεμένων, ἐν ᾧ ἐπεπήγει, παῖς ἐγὼ κομιδῇ τυγχάνων, ἤγαγον τοὺς ἐξηγητὰς ἐπὶ τάφρον, καὶ ὀρύττειν προσέταξα, ἐκεῖ φήσας κατατεθεῖσθαι αὐτά[3].

Plura perſequerer huius viri geſta, niſi me ipſum laudare vererer. Ego enim ille ipſe ſum: eiuſque rei indicium dedi, cum eſſem annorum quatuor. Cum enim Ganges ille adamantinos gladios ſeptem humi defixiſſet, vt regionem nullus vnquam terror inuaderet, Diique ſacra eo loco fieri iuberent, vbi eos defixerat, locum tamen non monſtrarent, in quo defixi fuerant; ego admodum puer oraculi interpretes ad locum duxi, iuſſique effodere, depoſitos ibi gladios fuiſſe affirmans. Cap. XXI.

Καὶ μήπω θαυμάσῃς τύμον, εἰ ἐξ Ινδοῦ ἐς Ινδὸν διεδόθην. ἔτος γάρ, δείξας τι μειράκιον ἔικοσί πως γεγονὸς ἔτη, πέφυκε μὲν σφόδρα πρὸς φιλοσοφίαν ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, ἔρρωται δὲ ὡς ὁρᾷς, καὶ κατεσκεύασται γενναίως τὸ σῶμα, καρτερεῖ δὲ πῦρ καὶ τομὴν πᾶσαν. καὶ, τοιόσδε ὢν, ἀπεχθάνεται τῇ φιλοσοφίᾳ. τί ἦν, εἶπεν, ὦ Ἰάρχα, τὸ μειρακίου πάθος; δεινὸν γὰρ λέγεις, εἰ, ξυντεταγμένος ἔτως ὑπὸ τῆς φύσεως, μὴ ἀσπάζεται τὴν φιλοσοφίαν, μηδὲ ἐρᾷ τοῦ μανθάνειν, καὶ ταῦτα ὑμῶν ξυνών. ὃ ξύνεσιν, εἶπεν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λέοντες ἄκων ἑάλωται. καὶ καθεῖρκται μὲν, ἀποβλέπει δὲ, ὑμῶν τιθασσευόντων αὐτὸν, καὶ καταψώντων. γέγονε μὲν ἦν τὸ μειράκιον τοῦτο Παλαμήδης ὁ ἐν Τροίᾳ. κέχρηται δὲ ἐναντιωτάτοις Ὀδυσσεῖ καὶ Ὁμήρῳ, τῷ

Noli mirari autem fortunam meam quod ex Indo in Indum translatus fuerim. Hic enim adoleſcentem nempe digito monſtrabat, annos circiter natum viginti magis quam alius quiſquam mortalium ad philoſophiam aptus natus eſt, valetque, vt vides, corpore, eiuſque conſtitutione gaudet praeclara, & ſiue vratur, ſiue ſecetur fortiter ſuſtinet. Attamen, talis licet exiſtat, philoſophiam odit. Quiſnam igitur, Apollonius aiebat, o Iarcha, eſt adoleſcentis morbus? Rem enim moleſtam narras, quod ita a natura comparatus philoſophiam non colat, nec diſciplinae ſit cupidus, maxime cum in veſtro ſit conſortio. Non in conſortio noſtro eſt, aiebat ille, ſed leonum ad inſtar inuitus eſt captus, & cuſtodia quidem detinetur, ſed limis tamen tuetur oculis, nobis ipſum demulcentibus atque palpantibus. Hic igitur adoleſcens Palamedes fuit, qui ad Troiam quondam militauit. Infenſiſſimos autem ſibi Vlyſſem habuit & Homerum, illum Cap. XXII.

---

quem obſcuriorem fecerant priores editiones minus accurate diſtinguendo. Ita nempe conſtruendum τὸν δὲ, ἄνδρα ἀγαθὸν, φαίνεσθαι, ἐλευθερῶντα τὴν ἑαυτοῦ γῆν, πολλῷ βέλτιον τοῦ &c.

CAP. XXI. 1 εἰμὶ γάρ σοι] ſic reſcribendum eſſe pro ἢ μή, quod eſt in prior. edd. ſenſus oſtendit, firmatque cod. Vratisl. Morellus ac ſi ita legiſſet vertit, vel potius ex Rhinuccini verſione, nulla textus ſui habita ratione, exſcripſit. σοὶ, ἐμοὶ, ἡμῖν, ὑμῖν paſſim redundare in huiuſmodi locutionibus, vt Germanis quoque & Gallis, imo & Romanis notum eſt. Sic Socrates apud Platon. in Phaedone ἆρ' οἶσθ' ὅτως ἔχει ἡμῖν. Dum autem Iarchas ſe dicit eſſe Gangem, ξυμβολικῶς id accipiendum, vt ſupra c. XVI monitum. Nempe Ganges eſt in cuius indole appareat τὸ εἶδος τῆς ψυχῆς Iarchae. Omen vero illius rei fuiſſe ait quod in ſequentibus ſe puero euenisse ait.

2 ὑπὲρ τοῦ μηδὲν δεῖμα ἐμπελ. τῇ χώρᾳ] per δεῖμα terrores hoſtiles intelligi puto, poſitoſque adeo hos gladios eſſe hoſtium, irruptionem minantium, auerruncandorum cauſa. Nempe ſunt *hi gladii* ex genere τῶν ἀπὸ τῆς τελεσικῆς ἀγαλμάτων, vt Proclo vocantur ad Tim. Plat. l. II. p. 110. vel ἀγαλμάτων τετελεσμένων vt vocabat Olympiodorus, quae *Teleſmanes* corrupta voce appellantur recentioribus. Tale ἄγαλμα Siculos contra irruptionem Barbarorum defendiſſe, & Alarichum eo traiecturum retinuiſſe, narrat Olympiodorus apud Photium cod. LXXX: vbi addit, eo iuſſu Aſclepii, Imperatoris Conſtantini & Placidiae in Sicilia Legati, deſtructo, totam inſulam Barbarorum vaſtationibus patuiſſe: ibidemque tria alia huiuſmodi τετελεσμένα commemorat. Talia fuiſſe *ancilia* Romanorum puto, & quicquid fuit olim *Palladiorum*. Vt mirer virum magnum Io. Seldenum exiſtimare, artem τελεσικὴν in Graecia Apollonii noſtri tempore notam non fuiſſe, ad Marm. Oxon. p. 51. Sane Apollonium praecipuum inter Graecos eius magiſtrum fuiſſe agnoſcimus & alibi oſtendimus. Ante eum tamen *Debborius* ſaltem agnoſcendus eſt philoſophus, qui Imp. Caii aetate Antiochiae τελεσικὸν huiuſmodi opus poſuit contra terrae motus, quod deſcribitur Malalae in Chronogr. p. 344. Ceterum vide plura de hac arte apud Hottingerum in Hiſt. Oriental. l. I. cap. 8. Pocockium in Specim. Hiſtor. Arab. & in Hoſeam p. 42. Ioannem Gregorium Obſ. S. c. IX. Stanleium Hiſt. Philoſ. P. XIV. Gadreſium in diſcurſu Phyſico de influxu ſiderum: vt Cardanum, Scaligerum, Bodinum, Patinum alioſque nunc taceam.

3 ἐκεῖ φήσας κατατεθεῖσθαι αὐτά] Iarchas omen & argumentum eius rei, quod Gangi indole ſit ſimilis, iuxta ſupra obſeruata cap. 16. not. 8. ponit in τετελεσμένοις illis detectis. Non id agit, vt probet exinde ſuam & Gangis animam vnam eandemque numero ſubſtantiam eſſe. Confictum autem hoc planiſſime eſt ad exemplum eorum, quae de Pythagora feruntur, quem ita loqui Ouid. fingit Metam. XV.

Ipſe ego nam memini, Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram — —
Cognoui clypeum laeuae geſtamina noſtrae
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.

adde Maximum Tyrium Diſſert. XXIIX. Hermotimus quoque, quae itidem Pythagorae fuit perſona poſt Euphorbum,

quidem

quidem quod dolos aduersus se instruxerit, quibus & vt lapidibus obrueretur effectum est; hunc vero quod ne versu quidem vno eum fuerit dignatus. Et quoniam nec sapientia ei quidquam profuit, neque Homerum laudatorem est nactus, a quo multi non adeo praestantes viri famam sunt consecuti, & ab Vlysse victus est, innocens licet, infensus philosophiae est, suamque fortunam luget. Est autem hic Palamedes, vt qui litteras etiam pingere norit, nunquam licet literas edoctus.

ap. XXIII. Haec dum dissererent inuicem, nuntius ad Iarcham accedens, Rex, aiebat, huc veniet circa meridiem, de rebus suis vobiscum acturus. Cui Iarchas, veniat, dixit, namque meliori etiam ipsi abire licebit, inita cum viro Graeco familiaritate: hisque dictis priorem persecutus sermonem est. Apollonium igitur interrogauit, tu etiam, inquiens, iam prius indica corpus & qualis olim extiteris? At ille, quoniam, aiebat, ignobile illud fuit, exigua sunt, quorum de eo recordor. Iarchas igitur respondens adeone exiguum, inquit, censes Aegyptiae nauis gubernatorem fuisse? talem enim te extitisse video. Vera, inquit Apollonius, dicis, o Iarcha, talis enim ipse fui omnino. Id autem puto non solum inglorium esse, verum inuisum etiam; atque tantundem quidem hominibus esse faciendum, quantum gerere magistratum exercitumque ducere, male tamen id audire hominum culpa maritimis rebus addictorum. Sed tamen facinus praeclarissimum eorum, quae mihi patrata sunt, ne laude quidem tum dignatus est quispiam. Quid ergo, Iarchas aiebat, praeclari te ais fecisse? an quod Maleam Suniumue

μὲν ξυνθέντι ἐπ' αὐτὸν τέχνας, ὑφ' ὧν κατελιθώθη[1], τῷ δὲ ὐδὲ ἕπας αὐτὸν ἀξιώσαντι[2]. καὶ ἐπειδὴ μηδὲ ἡ σοφία αὐτόν τι, ἣν εἶχεν, ὤνησε, μή τε Ὁμήρῳ ἐπαινέτῃ ἔτυχεν, ὑφ' ὃ πολλοὶ καὶ τῶν μὴ πάνυ σπουδαίων ἐς ὄνομα ἦλθησαν, Ὀδυσσέως τε ἥττητο, ἀδικῶν ὐδέν, διαβέβληται πρὸς φιλοσοφίαν, καὶ ὀλοφύρεται τὸ ἑαυτῷ πάθος. ἔστι δὲ ἕτος Παλαμήδης, ὃς καὶ γράφει μὴ μαθὼν γράμματα[3].

Τοιαῦτα διαλεγομένων, προσελθὼν τῷ Ἰάρχᾳ ἄγγελος, ὁ βασιλεὺς[1], ἔφη, περὶ δείλην πρώϊαν[2] ἀφίξεται, ξυνεσόμενος ὑμῖν περὶ τῶν ἑαυτῷ πραγμάτων. ὁ δὲ, ἡκέτω, εἶπε, καὶ γὰρ ἂν καὶ βελτίων[3] ἀπέλθοι, γνὺς ἄνδρα Ἕλληνα. καὶ εἰπὼν ταῦτα, πάλιν τὸ προτέρᾳ λόγῳ εἴχετο. ἤρετο ὧν τὸν Ἀπολλώνιον, σύ δ' ἂν εἴποις, ἔφη, τὸ πρῶτον[4] σῶμα, καὶ ὅστις πρὸ τῆς νῦν ἦσθα; ὁ δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ ἄδοξον ἦν μοι ἐκεῖνο, ὀλίγα αὐτῷ μέμνημαι. Ὑπολαβὼν ὧν ὁ Ἰάρχας, εἶτα ἄδοξον, ἔφη, ἡγῇ τὸ γενέσθαι κυβερνήτης Αἰγυπτίας νεώς; τοιοῦτο γάρ σε ὁρῶ γεγονότα. ἀληθῆ μὲν λέγεις, ὦ Ἰάρχα, εἶπε, τοιοῦτο γὰρ ἀτεχνῶς ἐγενόμην. ἡγοῦμαι δ' αὐτὸ οὐκ ἄδοξον μόνον, ἀλλὰ καὶ καταβεβλημένον· καὶ τοσούτῳ μὲν ἄξιον τοῖς ἀνθρώποις, ὅσῳ περ τοῦ ἄρχειν, καὶ τοῦ στρατῷ ἡγεῖσθαι, κακῶς δὲ ἀκοῦν ὑπὸ τῶν καθαπτομένων τῆς θαλάττης[5]. τὸ γοῦν γενναιότατον τῶν ἐμοὶ πραχθέντων, ὐδὲ ἐπαίνου τίς ἠξίωσε τότε. τί δὲ δὴ γενναῖον εἰργάσθαι φήσεις, ἢ τὸ περιβεβληκέναι Μαλέαν τε καὶ Σούνιον[6],

---

apud Branchidas agnito Menelai scuto suae cum Euphorbo cognationis argumentum dedit vid. Diogen. Laert. VIII, 4. 5. & doctos ad eum interpretes.

CAP. XXII. 1 κατελιθώθη] vid. Philostr. in Heroicis *Palamede*. Pausan. in Phocicis p. 347.

2 ὐδὲ ἕπας αὐτ. ἀξιώσαντι] notum est Palamedis nullam mentionem Homerum fecisse. Noster inf. l. IV. c. 15. Achillem, eius rei causam interrogatum ab Apollonio, respondisse narrat, id factum esse ideo, ne Vlyssis opprobria narrare cogeretur Poëta, quem summis laudibus ornare studebat, eius enim dolis Palamedes perierat. Similia habes Heroic. *Protesilao* §. XIX, aliisque locis ib. not. 2. indicatis Suidas inuidia id factum fuisse dicit loco, quem mancum antea ex MSS. nuper restituit Cl. Custerus: τὰ ποιήματα Παλαμήδης ἠφανίσθη ὑπὸ τῶν Ἀγαμέμνονος ἀπογόνων διὰ βασκανίαν. ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν ποιητὴν Ὁμηρον αὐτὸ τοῦτο πεποιθέναι, καὶ μηδεμίαν τῷ ἀνδρὸς μνήμην ποιήσασθαι. Strabo etiam huius silentii Homerici de Palamede meminit lib. VIII. p. 368.

3 γράφει μὴ μαθὼν γράμματα] nempe *Palamedes* γραφικώτατος fuit, & quod notum, aliquot litteras inuenit. Iuuenis igitur ille sine institutione scribere norat, argumento cognationis cum anima *Palamedis*.

CAP. XXIII. 1 βασιλεὺς] an *Neogyndes* ille, ad quem Garmi Babyloniae Regis epistola est inter epistolas Apollonii?

2 δείλην πρώϊαν] vulgati πρώτην, quod interpretes *luce prima* vertunt. Rescripsi πρώϊαν, *meridianum tempus* intelligi non dubitans. Circa illud enim eum aduentasse paulo post narratur cap. 26. Est autem δείλη πρωΐα circa *horam sextam* diei naturalis, teste Eustathio ad Iliad Ξ'. p. 1193. h. e. *circa meridiem*. conf. & inf. l. VIII. c. 9.

3 καὶ γὰρ ἂν καὶ βελτίων] posterius καὶ omittebant codd. nostri. Retinendum putaui, nam sensus est: Regem praeter consilii, quod quaerebat, commodum, aliud quoque reportaturum insuper, ex conuersatione cum Apollonio.

4 πρῶτον] idem quod supra πρόγονον. vid. c. 19. n. 3.

5 κακῶς δὲ ἀκ. ὑπὸ τ. καθαπ. τ. θαλάττης] sensus est: nauticae arti & gubernatoris officio non minus quidem pretium esse, quam arti & officio eius, qui exercitui praesit, aut magistratum quemcunque gerat: sed homines qui nauticam colant, ita vita esse soluta & perdita, vt illud vitae genus omnibus inuisum reddant: (adde c. sq. n. 8.) quae hodienum fere est istius generis hominum indoles. Praepositio ὑπὸ, quod minime rarum, causam notat, propter quam aliquid fit, non effectricem, idque non obseruatum turbauit interpretes.

6 ἢ τὸ περιβ. Μαλ. τ. καὶ Σούνιον] quae difficillima nauigatio ob Euripum, vt vocant, vid. Melam l. II. c. 7. Scripsi autem περιβεβληκέναι pro παραβεβληκέναι, quod vulgati habebant. Itaque legendum esse, iam ante nos obseruatum Scheffero in Indice Aeliani voce παρακάμπτω, vbi & alibi

χαλινώσας ἐκφερομένην τὴν ναῦν; καὶ τὸ κατὰ πρύμναν τε καὶ πρῴραν τῶν ἀνέμων, ὁπόθεν ἐκθορήσονται, σαφῶς διεγνωκέναι; ἑρμάτων τε ὑπεραῖραι τὸ σκάφος ἐν Εὐβοίᾳ κοίλῃ[7], ἅπερ πολλὰ τῶν ἀκρωτηρίων ἀναπέπηγεν;

circumiueris impetu latam nauim cohibens? quod item optime ventos siue a puppi, siue a prora, quando insurrecturi sint, dignoueris? quodque naui scopulosos locos superaueris in caua Euboea, vbi multae saxorum extant prominentiae?

Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ἐπεί με, εἶπεν, ἐς κυβερνητικὴν ἐμβιβάζεις λόγον, ἄκουε ὃ δοκῶ μοι τότε ὑγιῶς πρᾶξαι[1]. τὴν θάλατταν ποτὲ τῶν Φοινίκων λῃσταὶ ὑπεκάθηντο, καὶ ἐφοίτων περὶ τὰς πόλεις ἀναμανθάνοντες τίς τι ἄγοι. κατιδόντες οὖν ἐμπορίαν λαμπρὰν τῆς νεὼς οἱ τῶν λῃστῶν πρόξενοι, διελέγοντό μοι ἀπολαβόντες με, πόσον τί μεθέξοιμι τῆς ναύλου; ἐγὼ δὲ χιλίων, ἔφην, ἐπειδὴ τέτταρες ἐκυβέρνων τὴν ναῦν. οἰκία δὲ ἔφασαν ἔστι σοι; καλύβη πονηρὰ, ἔφην, περὶ τὴν νῆσον τὴν Φάρον, ἣ ποτὲ ὁ Πρωτεὺς ᾤκει. βέλοιο ἂν οὖν, ἤροντό[2] με, γενέσθαι σοι γῆν μὲν ἀντὶ θαλάττης, οἰκίαν δὲ ἀντὶ τῆς καλύβης, τὸ δὲ ναῦλον δεκάκις τοῦτο, κακῶν τε ἐξελθεῖν μυρίων, ἃ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀνοιδέσης ἐγχρίμπτεται τοῖς κυβερνῶσι; βέλεσθαι μὲν, ἔπον, ἃ μὴν ἁρπαγῶν γε ἐμαυτὸν ἀξιῶν, ὁπότε σοφώτερος ἐμαυτῷ γέγονα[3], καὶ σεφάνων ἠξίωμαι παρὰ τῆς τέχνης. προιόντων[4] δ' αὐτῶν, καὶ βαλάντιά μοι δραχμῶν μυρίων δώσειν φασκόντων, εἰ γενοίμην αὐτοῖς ὃ ἐβούλοντο· λέγειν ἤδη παρεσκευασάμην[5] ὡς μηδὲν ἐλλείψων τοῦ πᾶς ἀνὴρ γενέσθαι σοφὸς. λέγουσι δὴ μελεδωνοὶ μὲν εἶναι λῃστῶν, δεῖσθαι δέ με μὴ ἀφελέσθαι αὐτοὺς τὸ τὴν ναῦν ἐλεῖν, μηδὲ ἐς ἄσυ ἐκπλεῦσαι, ὁπόταν ἐκεῖθεν ἄρωμι, ἀλλ' ὑφορμίσασθαι τῷ ἀκρωτηρίῳ, τὰς ναῦς γὰρ τὰς λῃστρικὰς, ἐν περιβολῇ[6] ἑστάναι. καὶ ὀμνύναι μοι ἐβούλοντο, μήτ' αὐτόν με ἀποκτενεῖν, καὶ ἀνήσειν δὲ τὸν θάνατον οἷς ἂν ἐγὼ παραιτῶμαι. ἐγὼ δὲ νυθετεῖν μὲν αὐτοὺς οὐκ ἀσφαλὲς ἐμαυτῷ ἡγούμην, δείσας μὴ ἀπεγνόντες ἐμβάλωσι μετεώρῳ τῇ νηΐ, καὶ ἀπολώμεθά πῃ τῶν πελάγους. ὡς δὲ ὑπῄργησα ἃ ἐβούλοντο, μήτ' αὐτὸν ἀποκτεῖναι ὀμνύναι ἔφην αὐτοὺς

Apollonius igitur, quoniam me, inquit, in ser- C. XXIV
monem de re nautica compellis, audi quid mihi tunc recte fecisse videar. Phoenicium olim mare piratae insederant, & ciuitates obibant, explorantes quid quisque veheret. Onustam igitur esse mercibus egregiis nauem cum resciuissent piratarum emissarii, me quidem compellatum interrogarunt, quantum ego participem, nauli loco. Respondi ego, mille drachmas, nam quatuor erant, qui nauim gubernarent. Tum illi domusne tibi est? inquiebant. Est tuguriolum, inquam, miserum satis in Pharo insula vbi Proteus habitauit olim. Tum illi porro ex me quaesiuere, annon malles igitur pro mari tibi obtingere terram, & pro tugurio domum, naulumque decuplo maius, & liberationem ab infinitis malis, quae mare aestuans gubernatoribus affert? id quidem velle me respondi, nec tamen me dignam putare piraticam, postquam arte excellere coepissem, dignusque coronis ob artem iam habear. Cum vero illi pergerent & marsupium cum drachmarum millibus decem mihi se daturos pollicerentur, si eis me talem praebeam qualem ipsi cuperent: loqui ego ita institui ac si nihil essem intermissurus, quo totum ipsorum me esse constare possit. Tunc illi piratarum procuratores se professi sunt, petere autem a me, ne capiendae nauis facultatem illis adimerem, neue in vrbem regrederer, vbi ex eo loco nauigare coepissem: sed iuxta promontorium nauem in stationem subducerem, piraticas enim naues post promontorium stare. Iuramentum autem mihi offerebant, quod nec me ipsum interfecturi sint, nec ceteris mortem illaturi pro quibus ego fuero deprecatus. Ego vero corripere quidem eos nequaquam tutum mihi putabam, metuens, ne repulsam passi nauem in altum actam inuaderent, nosque in medio mari alicubi periremus. Vbi igitur, quaecunque voluerant, sum pollicitus, iurare eos iussi, quod neque me sint in-

---

passim peccatum in duarum illarum praepositionum permutatione obseruat.

7 ἐν Εὐβοίᾳ κοίλῃ] malim ἐν Εὐβοίας κοίλῃ. vid. notata supra ad lib. I. c. 24. n. 4.

CAP. XXIV. 1 ὃ δοκῶ μοι τ. ὑγιῶς πρᾶξαι] eandem historiam Thespesioni & Aethiopibus Gymnosophistis infra exponit l. VI. c. 31. Ceterum δοκεῖ erat in editis, male.

2 ἤροντο] sic omnes MSS. nostri. editiones pr. ἤρετο.

3 σοφώτερος ἐμαυτῷ γέγονα] similis phrasis latinae illi *seipsum superare*. Dicuntur autem σοφοὶ omnes in arte aliqua excellenter versati, vt adeo σοφώτερον ἑαυτῷ γεγονέναι nil aliud sit quam *seipsum arte superare*, atque ad ἀκμὴν eam perducere.

4 προϊόντων] sic scripsi pro προσιόντων, quod in priorib. editionibus.

5 παρεσκευασάμην] probabilior lectio, quam ex codice Vaticano & Vratisl. reuocauimus. Antea edium fuerat παρεσκευσάμην.

6 ἐν περιβολῇ] περιβολὴ & περίβολος ambitus est. Sic περίβολον λόφου Aelian. XIII, 16.

terfe-

terfecturi, neque fidem datam falsuri. Vbi iurassent, in templo enim mecum colloquebantur, abite, inquam, ad piraticas naues, nos enim noctu soluemus. Maiorem autem fidem mihi habendam putabant, quod de pecuniis etiam mentionem iniicerem, probata mihi vt numeraretur, nec ante tamen, quam nauem cepissent. Illi igitur abierunt quidem: ego autem in altum pelagus nauem deduxi, vela faciens longe vltra promontorium. Haeccine igitur, inquit Iarchas, iustitiae opera esse censes, Apolloni? Imo, aiebat ille, & humanitatis praeterea. Non prodere enim hominum vitam, & mercatorum facultates non dispergere, nec pecuniis esse obnoxium, nauta cum essem, multas mihi virtutes complecti videtur.

C. XXV. Ad haec subridens Indus, videris, inquit, existimare iustitiam hoc esse, si quis iniuriam haut faciat: idemque omnes puto statuere Graecos. Vt ex Aegyptiis enim huc delatis audiui olim, Roma ad vos mittuntur prouinciarum Rectores, expeditam super vos attollentes securim, etsi nondum nouerint, an in malos ipsis imperium obtigerit. Vos autem modo venalia isti iudicia non exercuerint, iustos illos esse praedicatis. Idem seruulorum mangones ibidem facere accepi. Si delati enim ad vos fuerint mancipia vobis aduehentes Carica, ingeniumque eorum exposuerint, in eo seruorum laudem ponunt, quod furaces non sint. Magistratus igitur, quibus subesse vos dicitis, simili genere afficitis honorum: eosque iisdem quibus seruos ornantes laudibus, inuidenda gloria ornatos, vt vobis quidem videtur, dimittitis. Sapientissimi nempe illi poëtae vestri ne, si velletis quidem, iustis esse & bonis permittunt vobis. Minoem namque, cunctos homines crudelitate superantem, & qui classe tum insulanos tum in littoribus habitantes in seruitutem redegit, iustitiae sceptro honorantes, apud inferos collacant, vt iura manibus reddat. Tantalum vicissim, quandoquidem benignus fuit,

δεῖν, ἢ μὴν[7] ἀληθεύσειν ταῦτα. ὁμοσάντων τοίνυν, καὶ γὰρ ἐν ἱερῷ διελέγοντο, χωρεῖτε, ἔφην, ἐπὶ τὰ τῶν λῃστῶν πλοῖα, ἡμεῖς γὰρ νύκτωρ ἀφήσομεν. καὶ πιθανώτερος ἐδόκουν ἔτι, περὶ τῶ νομίσματος διαλεγόμενος, ὡς δόκιμον ἀπαριθμηθείη μοι, καὶ μὴ πρότερον ἢ τὴν ναῦν ἔλωσιν. οἱ μὲν δὴ ἐχώρουν· ἐγὼ δὲ ἧκα ἐς τὸ πέλαγος, ὑπεράρας τῶ ἀκρωτηρίω. ταῦτ' ἦν, εἶπεν ὁ Ἰάρχας, Ἀπολλώνιε, δικαιοσύνης ἡγῇ ἔργα; καὶ πρός γε, ἔφη, φιλανθρωπίας. τὸ γὰρ μὴ ἀποδόσθαι ψυχὰς ἀνθρώπων, μήδ' ἀπεμπολῆσαι τὰ τῶν ἐμπόρων, χρημάτων τε κρείττω γενέσθαι, ναύτην ὄντα[8], πολλὰς ἀρετὰς οἶμαι ξυνειληφέναι.

Γελάσας ἦν ὁ Ινδὸς, ἔοικας, ἔφη, τὸ μὴ ἀδικεῖν, δικαιοσύνην ἡγεῖσθαι· τῦτι δὲ οἶμαι καὶ πάντας Ελληνας. ὡς γὰρ ἐγώ ποτε Αἰγυπτίων δεῦρο ἀφικομένων ἤκουσα, φοιτῶσι μὲν ὑμῖν ἀπὸ τῆς Ρώμης ἡγεμόνες, γυμνὸν ἠρμένοι τὸν πέλεκυν[1] ἐφ' ὑμᾶς, ὅπω γιγνώσκοντες εἰ φαύλων ἄρξουσιν. ὑμεῖς δὲ, εἰ μὴ πωλοῖεν τὰς δίκας ἕτοι, φατὲ αὐτὸς δικαίως εἶναι. τῦτι δὲ καὶ τὸς τῶν ἀνδραποδῶν καπήλως ἀκούω ἐκεῖ πράττειν. εἰ γὰρ ἀφίκοιντο καταγόντες ὑμῖν ἀνδράποδα Καρικὰ, καὶ τὸ ἦθος αὐτῶν ἑρμηνεύοιεν ὑμῖν, ἔπαινον ποιοῦνται τῶν ἀνδραπόδων τὸ μὴ κλέπτειν αὐτά. τὸς μὲν δὴ ἄρχοντας, οἷς ὑπακοῦσθαί φατε, τοιούτων ἀξιῶτε, καὶ λαμπρύνοντες αὐτὸς ἐπαίνοις οἷς περ τὰ ἀνδράποδα, ζηλωτὸς πέμπετε, ὡς οἴεσθε. οἱ δέ γε σοφώτατοι ποιηταὶ[2] ἡμῶν ὧδ', εἰ βέλεσθε δίκαιοί τε καὶ χρηστοὶ εἶναι, ξυγχωροῦσιν[3] ὑμῖν γενέσθαι. τὸν γὰρ Μίνω, τὸν ὠμότητι ὑπερβαλόμενον[4] πάντας, καὶ δελωσάμενον ταῖς ναυσὶ[5] τὸς ἐπὶ θαλάττῃ τε καὶ ἐν θαλάττῃ, δικαιοσύνης σκήπτρω τιμῶντες, ἐν ᾅδᾳ καθίζουσι διαιτᾶν ταῖς ψυχαῖς. τὸν δ' αὖ Τάνταλον, ἐπειδὴ χρηστός τε ἦν,

---

7 ἢ μὴν] plerumque ἦ interrogat, hic affirmat tantum. Eodem affirmandi sensu cum μὴν iungitur apud Aristoph. Pluto: ἦ μὴν ὑμᾶς γ' ἔτι μ' ἐνταυθοῖ μεταπίμψεσθον.

8 ναύτην ὄντα] quod genus hominum alias perditissimum, vt hic innuit pariter ac cap. praec. vid. ad illud n. 5.

CAP. XXV. 1 γυμνὸν ἠρμένοι τὸν πέλεκυν] intelligit *secures* fascibus illigatas, qui magistratibus Romanis, apud quos iure agere liceret in prouinciis, praeferebantur.

2 σοφώτατοι ποιηταὶ ἡμῶν] poetae σοφοὶ dicti & σοφισταὶ vt Schol. Pindari obseruat Isthmior. Od. v. & Anacreon. Odar. in Ros.

ῥοδόχρως δὲ καὶ Ἀφροδίτα
παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.

παρὰ τῶν σοφῶν h. e. ποιητῶν.

3 ἢν εἰ βέλ. δίκαιοί τε καὶ χρ. εἶναι συγχωροῦσι] magno apparatu ab Apologetis Christianis hoc argumentum tractatum est, quod Poetae absurdis de Diis & heroibus figmentis morum disciplinam corrumpant. Hinc Plato Homerum in sua Republica legi nolebat.

4 Μίνω ὠμότ. ὑπερβαλλόμ.] hinc *iniusti Regis* nomine a Catullo appellatur Epithal. Pelei v. 75. plura apud Spanhem. obseru. ad Callim. hymn. in Dian. v. 149.

5 δελωσάμενον ταῖς ναυσὶ] huc ex Callimachi fragmentis iste spectat Hexameter:

καὶ νήσων ἐπίτεινε βαρὺν ζυγὸν ἀνχίνι Μίνως.

καὶ τοῖς φίλοις τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ παρὰ τῶν θεῶν ἀθανασίας μετεδίδου [6]· ποτῶ τε εἴργουσι, καὶ σίτου. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ λίθους αὐτῷ ἐπικρεμάσαντες [7] δεινὰ ἐφυβρίζουσι θείῳ τε καὶ ἀγαθῷ ἀνδρὶ, ὃς ἐβουλόμην ἂν μᾶλλον λίμνην αὐτῷ περιβλύσαι νέκταρος, ἐπειδὴ φιλανθρώπως αὐτοῦ καὶ ἀφθόνως πρᾶπινε. καὶ ἅμα λέγων ταῦτα ἐπεδείκνυ ἄγαλμα ἐν ἀριστερᾷ, ᾧ ἐπεγέγραπτο ΤΑΝΤΑΛΟΣ. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα τετράπηχυ ἦν, ἀνδρὶ δὲ ἐῴκει πεντηκοντούτῃ, καὶ τρόπον Αργολικὸν ἔσαλτο, παρήλλατλε δὲ τὴν χλαμύδα, ὥσπερ οἱ Θετ[αλοί [8]. φιάλην τε πρᾶπινεν ἀποχρῶσαν ἑνὶ διψῶντι, ἐν ᾗ σάλαγμα ἐπάχλαζεν ἀκηράτου πόματος, οὐχ ὑπερβλύζον τῆς φιάλης. ὅ, τι μὲν οὖν ἡγοῦνται αὐτὸ, καὶ ἐφ' ὅτῳ ἀπ' αὐτοῦ πίνουσι, δηλώσω αὐτίκα [9]. πλὴν ἀλλὰ ἡγεῖσθαι χρὴ τὸν Τάνταλον μὴ τῇ γλώττῃ ὑφέντα [10], κοινωνήσαντα δὲ ἀνθρώποις τοῦ νέκταρος [11], ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐλαύνεσθαι, θεοῖς δὲ μὴ διαβεβλῆσθαι αὐτόν. οὐ γὰρ ἂν, εἰ θεοῖς ἀπήχθετο, κρεμᾶσθαί ποτε ὑπὸ τῶν Ινδῶν ἀγαθὸν, θεοφιλεστάτων ὄντων, καὶ μηδὲν ἔξω τοῦ θείου πραττόντων.

suosque amicos immortalitatis, quae apud Deos est, participes fecit, cibo potuque prohibent. Sunt & qui lapides super eum suspensos fingentes insigniter insultant diuino plane viro atque optimo, quos malim ego nectaris lacum ei circumfundere, quandoquidem perhumaniter liberaliterque illud [aliis] propinauit. Hisque dictis statuam ad sinistram ostendit, TANTALI inscriptione notatam. Erat vero statua cubitorum quatuor, virum referens annorum quinquaginta, & Argolico more vestita; chlamyde tamen discrepabat, perinde ac Thessali. Phialam autem propinabat, quae sitienti vni sufficeret, in qua liquor resonabat purissimi potus, qui phiala nunquam exundat. Quid autem de eo liquore statuant [Indi,] & qua occasione eum bibant, paulo post ostendam. Hoc saltem fas est persuasum habere, Tantalum, linguam non continentem & nectar cum hominibus communicantem, a Poëtis quidem repudiari, Diis autem minime esse inuisum. Neque, si Diis exosus esset, ab Indis vnquam pro viro bono fuisse habendum, vt qui Diis sint amicissimi, nihilque absque diuino numine faciant.

Διατρίβοντας δὲ αὐτοὺς περὶ τὸν λόγον τοῦτον, θόρυβος ἐκ τῆς κώμης προσέβαλεν. ἀφῖκτο δὲ ἄρα ὁ βασιλεὺς Μηδικώτερον [1] κατεσκευασμένος, καὶ ὄγκου μεστός. ἀχθεσθεὶς οὖν ὁ Ἰάρχας, εἰ δὲ Φραώτης, ἔφη, καταλύων ἐτύγχανεν, εἶδες ἂν ὥσπερ ἐν μυστηρίοις σιωπῆς μεστὰ [2] πάντα. ἐκ τούτου μὲν δὴ ξυνῆκεν ὁ Απολλώνιος, ὡς βασιλεὺς ἐκεῖνος ἐκ ὀλίγου μέρει, φιλοσοφίᾳ δὲ πάσῃ τοῦ Φραώτου λείποιτο. ῥαθύμως δὲ ἰδὼν τοὺς σοφοὺς, καὶ μηδὲν παρασκευάζοντας, ὧν δεῖ τῷ

Hoc autem sermone occupatis tumultus ex vico superuenit. Aduenerat nempe Rex cum apparatu Medicum luxum aemulante, fastusque plenus. Indignabundus igitur Iarchas, si Phraotes, inquit, huc diuertisset, vbique silentium, sicut in mysteriis, obseruares. Atque ex his intellexit Apollonius, Regem istum non parte exigua, sed tota philosophia Phraote esse inferiorem. Sapientes autem omnes animo animaduertens esse remisso, nihilque eorum apparantes, quibus

C. XXVI.

---

6 παρὰ τ. Θεῶν ἀθανασίας μετεδίδου] nempe Tantali supplicium inde esse, quod Deorum mensae adhibitus, *nectar* amicis quibusdam suis propinasset, ex antiquioribus ait Pindarus Olymp. I. v. 99. sqq. alii vero aliter.

7 λίθους αὐτῷ ἐπικρεμάσαντες] ita finxere Alcaeus & Alcman. v. Sch. Pindari l.c. vbi de iis λίθοι φασὶν ἐπαιωρεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ. Ab iis Cicero habet Tusc. IV. *Poetae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt.*

8 ὥσπερ οἱ Θετ[αλοί] negabat tamen pertinaciter Albertus Rubenius de re vestiar. l. II. c. 7. aliquod inter chlamydem Thessalicam, Macedonicam, Graecam & Romanam discrimen intercedere: cui manifeste aduersatur hic Philostrati locus. Discrimen vero Sch. Romanus quaerit in eo quod *Thessalae πτέρυξιν* sint *προμηκεστέρας* quam *Argolicae*, quod nisi fallor desumtum ex Hesychio, sic enim ille: Θετταλικὰ πλευρὰ· τοῦτο εἴρηται διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν τὰς Θεσσαλικὰς χλαμύδας, qui & addit per πτέρυγας se intelligere angulos ab vtraque parte, quia πλευρὰ similes sint.

9 δηλώσω αὐτίκα] inf. capite 32. vbi rursus haec φιάλη describitur. vide ibi quoque nobis obseruata.

10 μὴ τῇ γλώττῃ ὑφέντα] τῇ γλώττῃ ὑφεὶς est, *qui submissa voce mussitat*, vt illi qui secretiora aliis insusurrant, sic inf. c. 29. κρύφεις τοῦ τόνου, *& remissa magis voce loqueris.* Hinc ὑφειμένη φωνὴ *submissa vox*, quod vulgata lexica etiam habent. Nempe non submissa voce, vt Poetae antiquissimi, qui fabularum inuolucris vtebantur, adeoque sapientiae secreta tantum obscurius mussitabant, Tantalum sapientiae δόγματα proposuisse dicit: sed liberaliter νέκταρ, quod est symbolum sapientiae, propinasse, ideoque a Poetis damnatum esse.

11 τοῦ νέκταρος] huc Pindari iita spectant de Tantalo:

ἀθανάτων ὅτι κλίψας
Αλίκεσσι συμποτὰς
Νέκταρ Αμβροσίαν τε δῶκεν

Hinc prouerb. *de Tantali fonte potare*, i. e. *mysteriorum participem* fieri, quod firmat symbolicam fabulae Tantali explicationem hic allatam.

CAP. XXVI. 1 Μηδικώτερον] nempe in prouerbium abiuit Medorum Persarumue luxus atque iactantia. sic s. l. I. c. 25. τὰ Μηδικώτερα ἔστι. Mirum haec Vigenerio imponere potuisse, vt aduentum Regis *Medorum* hic describi arbitraretur.

2 ὥσπ. οὖν μυστηρίοις σιωπῆς μεστὰ] vid. notata ad lib. I. cap. 15.

Regi

Regi esse opus putaret, circa meridiem aduenienti: vbi, dixit, Rex mansurus est? illi autem, hoc ipso in loco, responderunt. Nempe de iis quorum causa ad nos venit, noctu disseremus, est enim tempus illud ad capienda consilia accommodatum magis. Mensa vero, inquiebat [Apollonius,] annon instruetur ei? Imo per Iouem, respondit, eaque pinguis, instructa rebus omnibus, quarum nobis est copia. Pinguine igitur vtimini victu? dicebat [Apollonius]. Nos quidem, responderunt, tenui: quanquam enim lautior nobis pastus suppetat, paucis tamen contenti sumus. Regi autem pluribus est opus: ita enim ipsi videtur. Animato tamen vescetur nullo, neque enim hoc loco fas est, sed ea tantum, quae mensis secundis apponi solent & herbarum radices, & fruges, quas tempestate ista fert India, quasque deinceps agris nouatis horae pollicentur. Sed eccum.

βασιλεῖ, μετὰ μεσημβρίαν [3] ἥκοντι· ποῖ, ἔφη, ὁ βασιλεὺς διαιτήσεται; ἐνταῦθα ἔφασαν. ὧν γὰρ ἕνεκεν ἥκει, νύκτωρ διαλεγόμεθα, ἐπειδὴ καὶ βελτίων ὁ καιρὸς πρὸς βουλάς. καὶ τράπεζα, ἔφη, παρακείσεται ἥκοντι; νὴ Δί', εἶπε, παχεῖά τε, καὶ πάντα ἔχουσα ὁπόσα ἐνταῦθα. παχέως ἄν, ἔφη, διαιτῶσθε; ἡμεῖς μὲν, ἔφασαν, λεπτῶς, πλείονα γὰρ ἡμῖν ἐξὸν σιτίζεσθαι, μικροῖς χαίρομεν, τῷ δὲ βασιλεῖ πολλῶν δεῖ, βούλεται γάρ. σιτήσεται δὲ ἔμψυχον μὲν οὐδέν, ὁ γὰρ θέμις ἐνταῦθα. τραγήματα δὲ [4], καὶ ῥίζας, καὶ ὠραῖα, ὁπόσα νῦν ἡ Ινδικὴ ἔχει, ὁπόσα τε αἱ ἐς νέωτα ὧραι δώσουσιν. ἀλλ' ἴδε, ἔφη, ἔτος.

XXVII. Veniebat autem vna cum fratre ac filio, gemmis auroque refulgens. Eique assurgentem Apollonium Iarchas in sede retinuit: id enim sibi more patrio non receptum aiebat. Atque istis se quidem non interfuisse scribit Damis, quod ea die in vico diuersaretur, audita tamen ex Apollonio historiae suae inseruit. Dicit igitur consedisse eos, Regemque manu porrecta ad viros quasi supplicem accessisse, capite autem annuisse illos, pollicitos quasi quae peteret se facturos: eum autem laetatum esse promisso perinde ac si ad oraculum venisset. Regis vero fratrem filiumque, pulcerrimum iuuenem, non aliter quam si serui apparitorum regiorum essent eos considerasse. Post haec surrexisse Indum, voceque edita praecepisse, vt cibum caperet [Rex]. Cumque ista quoque iussa libenter ille capesseret; Tripodes, Pythio non absimiles, quatuor sponte sua egressi sunt perinde ac Homerici incedentes. Post hos Pincernae

Προήει δὲ ἅρα ὁ βασιλεὺς ἀδελφῷ τε καὶ υἱῷ ἅμα, χρυσῷ τε ἀστράπτων καὶ ψήφοις. ὑπανισταμένῳ δὲ τῷ Απολλωνίῳ, κατεῖχεν αὐτὸν ὁ Ιάρχας ἐν τῷ θρόνῳ· μηδὲ γὰρ αὐτοῖς πάτριον εἶναι τοῦτο. τούτοις ὁ Δάμις αὐτὸς μὲν οὐ φησι παρατυχεῖν, διὰ τὸ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐν τῇ κώμῃ διαιτᾶσθαι, Απολλωνίῳ δὲ ἀκηκοὼς ἔγραψεν αὐτὰ ἐς τὸν αὐτοῦ λόγον. φησὶ τοίνυν, καθημένοις μὲν αὐτοῖς τὸν βασιλέα, προτείνοντα τὴν χεῖρα, οἷον ἔυχεσθαι τοῖς ἀνδράσι, τοὺς δὲ ἐπινεύειν, ὥσπερ ξυντιθεμένους οἷς ἤτει· τὸν δὲ ὑπερήδεσθαι τῇ ἐπαγγελίᾳ, καθάπερ ἐς θεοὺς ἥκοντα. τὸν δὲ ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως καὶ τὸν υἱὸν, κάλλιστον μειράκιον ὄντα, μηδὲν ὁρᾶσθαι βέλτιον, ἢ εἰ ἀνδράποδα τούτων τῶν ἀκολούθων ἦσαν. μεταταῦτα ἐξαναστῆναι τὸν Ινδὸν, καὶ φωνὴν ἱέντα [2] κελεύειν αὐτὸν σίτου ἅπτεσθαι. προσδεξαμένου δ' αὐτοῦ καὶ τοῦτο μάλιστα ἀσμένως, τρίποδες μὲν ἐξεπορεύθησαν πυθικοὶ τέτταρες αὐτόματοι, καθάπερ οἱ Ομήρου προϊόντες [3]. οἰνοχόοι δ' ἐπ' αὐτοῖς [4]

---

3 μετὰ μεσημβρ.] male priores interpretes *post meridiem*. Sic enim μετ' ἡμέραν non est *post diem*, sed *interdiu*. Nempe *circa meridiem* aduentasse eum, colligas quoque licet ex dictis c. XXIII.

4 τραγήματα δὲ] repete ex praecedentibus ἐνταῦθα σιτήσασθαι θέμις, *fas vero hic est pasci iis, quae mensis secundis apponi solent, & quaecunque fuae iam indulget Indiae tempestas; siue deinceps permittit.*

CAP. XXVII. 1 ἐς θεοὺς] vid. de hac phrasi I. ad II, 27.

2 καὶ φωνὴν ἱέντα] nempe hucusque voce non edita, gestu tantum signa dederat Iarchas Indus.

3 καθάπερ οἱ Ομήρου προϊόντες] locus est Iliad. Σ'. v. 375. vbi Vulcanus tripodas XX. αὐτομάτους confeciisse dicitur rotis inferius suppositis:

χρύσεα δὲ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκεν
ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ' ἀγῶνα &c.

Nolim autem illa vel Homeri vel Damidis tanquam fabulosa contemnere, vel tanquam magica aspernari. Quidni enim machinis ista quibusdam efficere liceat? Quae sententia de istis Thespesionis fuisse videtur, ἐσυκλεῖσθαι illa dicentis, h. e. machinis quibusdam in conspectum produci. vid. notat. ad l. VI. c. 10. circa fin. Maiora certe multo & magis mirabilia Archytae Tarentini antiquitas, Ioannis Regiomontani nostri superior aetas vidit.

4 ἐπ' αὐτοῖς] repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἐξεπορεύθησαν. Editi male ὑπ' αὐτοῖς. Quid enim Pincernae sub tripodibus? At mensis, quae sunt tripodes, prolatis, ministros, qui vinum infunderent, accedere omnino par erat. Et diserte paulo post illi ex tripodibus vinum sumere dicuntur.

χαλκῆ μέλανος[5], οἷοι παρ' Ελλησιν οἱ Γανυμήδεις τε καὶ οἱ Πέλοπες. ἡ γῆ δὲ ὑπεστόρνυ πόας μαλακωτέρας ἢ αἱ ἐυναί[6]. τραγήματα δὲ, καὶ ἄρτοι, καὶ λάχανα, καὶ τρωκτὰ ὡραῖα, πάντα ἐν κόσμῳ ἐφοίτα, διακείμενα ἡδιον, ἢ εἰ ὀψοποιοὶ αὐτὰ παρεσκεύαζον. τῶν δὲ τριπόδων, οἱ μὲν δύο οἴνῳ ἐπέρρεον, τοῖν δυοῖν δ' ὁμὲν ὕδατος θερμῆ κρήνην παρεῖχεν, ὁ δὲ αὖ ψυχρῆ. αἱ δ' ἐξ Ινδῶν φοιτῶσαι λίθοι παρ' Ελλησι μὲν ἐς ὅρμους τε καὶ δακτυλίους ἐμβιβάζονται διὰ σμικρότητα, παρὰ δὲ Ινδοῖς οἰνοχόαι τε καὶ ψυκλῆρες[7] γίγνονται διὰ μέγεθος, καὶ κρατῆρες, ἡλίκοι ἐμπλῆσαι τέτταρας, ὥρᾳ ἔτους διψῶντας. τὰς δὲ οἰνοχόους τὰς χαλκᾶς ἀρύεσθαι μέν φησι ξυμμέτρως[8] τοῦ τε οἴνου, καὶ τοῦ ὕδατος, περιελαύνειν δὲ τὰς κύλικας ὥσπερ ἐν τοῖς πότοις. κατακεῖσθαι δὲ αὐτὰς ὡς ἐν ξυσσιτίῳ μὲν, ἀμὴν πρόκριτόν γε τὸν βασιλέα, τοῦτο δὴ τὸ παρ' Ελλησί τε καὶ Ρωμαίοις πολλοῦ ἄξιον[9], ἀλλ' ὡς ἔτυχέ γε, ἕκαστος ὥρμησεν,

ex aere nigro [acceſſere], quales apud Graecos Ganymedes, & Pelopes. Terra autem herbas ſubſternebat, longe lectis noſtris molliores. Menſae item ſecundae, & panes, & olera, & eſculenta, quae tempeſtas ſuppeditat, ordine omnia incedebant, iucunde magis apparata, quam ſi coqui eorum curam habuiſſent. Tripodum autem duo quidem vino ſcatebant: ceterorum autem duorum alter aquae calidae lympham praebebat, frigidae alter. Gemmaeque, ab Indis nobis venire ſolitae, apud Graecos quidem monilibus annuliſque inſeruntur ob paruitatem, apud Indos autem pocula & crateres ex illis fiunt, tantae ſunt magnitudinis, capacitatis eius vt viris quatuor ſufficere poſſint aeſtiuo tempore ſitientibus. Aeneos autem pincernas debita menſura & vinum & aquam haurire narrat, & cyathos circumferre, ſicut in compotationibus fieri conſueuit. Eos item velut in conuiuio diſcumbere quidem, nec tamen Regi primum dari locum, (id quod apud Graecos Romanoſque maximi exiſtimatur:) ſed vt ſors tulit, & quem ſuo quiuis arbitrio occupaſſet.

Ἐπεὶ δὲ προήει ὁ πότος, προπίνω σοι ὁ Ἰάρχας εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, ἄνδρα Ελληνα[1], τὸν Ἀπολλώνιον ὑποκεκλιμένον αὐτῷ δείξας, καὶ τῇ χειρὶ προσημαίνων ὅτι γενναῖός τε εἴη καὶ θεῖος. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἤκουσα, ἔφη, προσήκειν φαύτῃ τοῦτόν τε καὶ τοὺς ἐν τῇ κώμῃ καταλύοντας. ὀρθῶς, ἔφη, καὶ ἀληθῶς ἤκουσας, ἐκεῖνος γὰρ καὶνταῦθα ξενίζει αὐτόν. τί, ἔφη, ἐπιτηδεύοντα; τί δ' ἄλλο γε, εἶπεν, ἢ ἅπερ ἐκεῖνος. ἀδὲν, ἔφη, ξένον ἤρηκας[2], ἀσπαζόμενον ἐπιτήδευσιν, ἣ μηδὲ ἐκείνῳ ξυνεχώρησε γενναίῳ γενέσθαι. ὁμὲν δὴ Ἰάρχας, σωφρονέστερον, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, περὶ φιλοσοφίας τε καὶ φαύτα γίγνωσκε. τὸν μὲν γὰρ χρόνον, ὃν μειράκιον ἦσθα, ξυνεχώρει σοι ἡ νεότης τὰ τοιαῦτα. ἐπεὶ δὲ ἐς ἄνδρας ἐξαλλάττεις ἤδη, φειδώμεθα τῶν ἀνοήτων τε καὶ ἐυκόλων.

Cum vero iam duraſſet aliquantum conuiuium, propino tibi, Iarchas aiebat, o Rex, virum Graecum, manu Apollonium monſtrans, qui infra regem accumbebat, manuque ſignum edens virum eſſe bonum ac plane diuinum. Ad ea Rex, audiui, inquit, iſtum & ceteros qui in vico diuerſantur Phraotae eſſe neceſſarios. Recte, reſpondit Iarchas, vereque audiſti: is enim hoc ipſo etiam loco illum hoſpitio excipit. Tunc Rex, quibuſnam ſtudiis addictum, inquit? Quibuſnam vero aliis, Iarchas reſpondit, quam quibus ipſe [Phraotes eſt addictus]? Nihili ergo, inquit Rex, eſſe hoſpitem ais, ſtudia amplexum quae nec Phraotae vt vir eſſet permiſerunt. Tum Iarchas, modeſtius, inquit, o Rex, de philoſophia & de Phraote ſtatuito. Quoad enim fuiſti iuuenis talia dicenti veniam adoleſcentia conciliabat: ſed cum ad virilem iam perueneris aetatem, inſanis huiuſmodi ignominioſiſque verbis parcendum eſt.

C. XXVIII.

5 χαλκῆ μέλανος] vid. ſ. notata ad l. II. c. 7. not. 4.

6 μαλακωτέρας ἢ αἱ ἐυναὶ] ſolenne veteribus omnia ſuauia & ad mollitiem compoſita lectorum mollitiei comparare: ſic in epiſtolis noſter ῥόδα dicit μαλακὰ καὶ πάσης ἐρεμνῆς ἁπαλώτερα. Non dubito tamen hic ad lectos reſpici, qui accumbentibus ſubſterni ſolebant.

7 οἰνοχόαι τε καὶ ψυκτῆρες] ſic omnino legendum ex Vratisl. editiones priores οἰνοχόαι τε, ψυκτῆρες τε habebant: paulo poſt ἐμπλῆσαι ſcripſimus pro ἀμπλῆσαι ex cod. Vrbin.

8 ξυμμέτρως] Aldus & Morell. habebant ξυμμέτρους, meliorem lectionem omnes codices noſtri ſuppeditabant. Euſebius habet ἐυμέτρως. Ex quo paulo poſt conſentientibus omnibus MSS. noſtris κύλικας reſtituimus pro κάλυκας, quod in prioribus editionibus erat.

9 πολλοῦ ἄξιον] vtriſque vſu receptum honoratiorem locum habere; quis vero honoratior ſit, aliter Graeci, aliter Romani definiebant. vide, qui de conuiualibus ſcripſere, Bulengerum c. 38 & alios. Elegans vero de πρωτοκλισίᾳ in conuiuiis, & contentione ob eam orta, locus eſt Luciani in Lapithis p m. 848. ſq.

CAP. XXVIII. 1 προπίνω σοι — ἄνδρα Ελληνα] Romani quoque verbo *propinare* in ſenſu improprio vtuntur, vbi aliquem ſiſtunt. vid. Terent. Eunuch. a. 5. ſc. 8. v. 57.

2 ἀδὲν ἔφη ξένον ἤρηκας] ἀδὲν εἶπεν phraſis Atticis frequens, Xenophonti, Platoni item & Ariſtoteli, pro nihil dicere, quod ſit alicuius momenti. Sic Aelian. V. Hiſt. IX, 41. ἀδὲν ἔστι ὁ λόγος αὐτῷ. Hic tamen paulo aliter, vt nempe ad ξένον, non ad εἶπες referatur: ſenſus nempe: *nihili* eſſe dixiſti hoſpitem. ſic inf. c. 32. ἐκεῖνος (de Graecis loquitur) ἀδὲν ὑγιὲς εἶναι φάσκοντες. & c. 30. ἀδεὶς δόξῃ.

Sed

Sed & Apollonius Iarcha interprete quid vero, aiebat, tibi, o Rex, emolumenti hoc attulit quod nunquam fueris philosophatus? Mihi quidem, [Rex aiebat] omnigenae virtutis [causa id extitit,] vtque cum sole sim vnus & idem. Apollonius vero superbiae eius os obturaturus, si philosophiae, aiebat, operam dedisses, minime ita sentires. Tum Rex, tu vero, dixit, bone vir, quoniam philosopharis, quid de te ipso censes? hoc censeo, respondit, vir bonus quod sim quamdiu philosophiae quidem operam nauauero. Rex igitur manu ad coelum protensa, per solem, inquit, Phraotae plenus ades. Apollonius autem, verbum istud in lucri habens parte minus expectati, non frustra, inquit, iter susceptum est mihi, Phraotae si plenus iam sim: at si in istum quoque nunc incidere tibi fuerit datum, mei omnino etiam illum plenum dixeris esse. Quin & de me scribere ad te voluit, sed quia virum bonum te esse dicebat, onus epistolae deprecatus sum, quoniam neque ad ipsum de me scripserat quisquam.

ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ἑρμηνέυοντος τῦ Ἰάρχα, σοὶ δὲ τί, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὸ μὴ φιλοσοφῆσαι δέδωκεν; ἐμοὶ δὲ ἀρετὴν πᾶσαν, καὶ τὸ εἶναί με τὸν αὐτὸν τῷ ἡλίῳ. ὁ δὲ, ἐπισμίζων αὐτῦ τὸν τύφον, εἰ ἐφιλοσόφεις, εἶπεν, οὐκ ἂν ταῦτα ὤῳ. σὺ δὲ ἐπειδὴ φιλοσοφεῖς, ὦ βέλτιστε, ἔφη[3], τί περὶ σαυτῦ οἴει; τό γε ἀνὴρ, ἔφη, ἀγαθὸς δοκεῖν; εἰ φιλοσοφοίην. ἀνατείνας ἂν τὴν χεῖρα ἐς τὸν ἐρανὸν, νὴ τὸν ἥλιον, ἔφη, φραώτε μεσὸς ἥκεις. ὁ δὲ ἑρμαιόν γε ἐποιήσατο τὸν λόγον, καὶ ὑπολαβών, ὃ μάτην ἀποδεδήμηταί μοι, εἶπεν, εἰ φραώτε μεσὸς γέγονα· εἰ δὲ καὶ ἐκείνῳ νῦν ἐντύχοις, πάνυ φήσεις αὐτὸν ἐμῦ μεσὸν εἶναι. καὶ γράφειν δὲ ὑπὲρ ἐμῦ πρός σε ἐβούλετο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἔφασκεν ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναί σε, παρῆτησάμην τὸν ὄχλον τῆς ἐπιστολῆς, ἐπεὶ μηδὲ ἐκείνῳ τὶς ὑπὲρ ἐμῦ ἐπέστειλεν.

c.xxix. Atque hic quidem prima Regis debacchatio desiit. Cum enim audisset se a Phraote laudari, suspicionis oblitus est, & remissa voce, salue, dixit, hospes optime. Tum Apollonius, & tu, inquit, salue o Rex: iam enim demum aduenire videris. [Tum Rex:] quis te, inquit, huc deduxit? Dii isti, Apollonius respondit, viriue sapientes. Mea vero, aiebat, quaenam apud Graecos est fama? Quanta, respondit ille, hoc loco Graecorum est. Atqui nihil, [Rex pergebat,] eorum quae apud Graecos geruntur, mentione dignum duco. Haec, inquiebat Apollonius, ipsis nuntiabo, vt Olympiae te coronent.

Ἡ μὲν δὴ πρώτη παροινία τῦ βασιλέως ἐνταῦθα ἔληξεν. ἀκέσας γὰρ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῦ Φραώτε, τῆς τε ὑποψίας ἐπελάθετο, καὶ ὑφεὶς τὸν τόνε, χαῖρε, ἔφη, ἀγαθὲ ξένε. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, καὶ σὺ βασιλεῦ, εἶπεν, ἔοικας γὰρ νῦν ἥκοντι[1]. τίς σε, ἔφη, πρὸς ἡμᾶς ἦγεν; θεοί; εἶπεν· εἰ θεοί τε[2] καὶ σοφοὶ ἄνδρες. περὶ ἐμῦ δὲ, ἔφη, ὦ ξένε, τίς λόγος τοῖς Ἕλλησιν; ὅσος γε, εἶπε, καὶ περὶ Ἑλλήνων λόγος ἐνταῦθα[3]· οὐδὲν, ἔφη, τῶν παρ' Ἕλλησιν ἐγώγε λόγε ἀξιῶ. ἀπαγγελῶ ταῦτα, εἶπε, καὶ στεφανώσουσί σε ἐν Ὀλυμπίᾳ[4].

c.xxx. Inde vero ad Iarcham conuersus, hunc, inquit, ebrium furere sinamus. Tu vero dicas velim, quamobrem eius comites, fratrem, vt dicitis, ac filium communi non dignemini mensa, nec alio quocunque honore? Quoniam, respondit, regnaturos eos quandoque putamus. Oportet autem eos neglectos moneri, ne alios negligant. Octodecim item esse videns sapientes, iterum Iarcham interrogauit, quid sibi hoc vellet quod eo numero essent? neque enim ex quadratis numerus est ille, nec ex iis, quorum est aliqua dignitas &

Καὶ προσκληθεὶς τῷ Ἰάρχα, τοῦτον μὲν, ἔφη, μεθύειν ἔα. σὺ δέ μοι εἰπὲ τῦ χάριν τῦς περὶ αὐτὸν τούτυς, ἀδελφὸν, ὡς φατὲ, καὶ υἱὸν ὄντας, οὐκ ἀξιῶτε κοινῆς τραπέζης, οὐδὲ ἄλλης τιμῆς οὐδεμιᾶς; ὅτι, ἔφη, βασιλεύσειν ποτὲ ἡγῦνται. δεῖ δὲ αὐτοὺς ὑπερορωμένους, παιδεύεσθαι τὸ μὴ ὑπερορᾶν. ὀκτωκαίδεκα δὲ ὁρῶν τῦς σοφῦς, πάλιν τὸν Ἰάρχαν ἤρετο, τί βέλοιτο αὐτοῖς τὸ εἶναι τοσούτυς; ὅτε γὰρ τῶν τετραγώνων[1] ὁ ἀριθμὸς, ὅτε τῶν εὐδοκιμούντων τε καὶ

3 ὦ βέλτιστε, ἔφη] notam vocatiui & verbum ἔφη, quod excciderat in priorib. editionibus, MSS. fide reuocauimus.

CAP. XXIX. 1 ἔοικας γὰρ νῦν ἥκοντι] quoniam χαῖρε nunc demum dicit, quae salutandi Graecis & Romanis formula. Oblique autem pungere Regem videtur, qui pertes se huc vsque non fuerat, indigna Rege locutus, & nunc denique, postquam ipsi restitutus animus esset, aduenire ipse videbatur.

2 οἱ θεοί τε] sapientes ipsos intelligit, θεὺς enim se esse existimare Brachmanas paulo ante dixit Iarchas c. 18.

3 ὅσος γε ἡμῖ π. Ελλ. λόγος ἐνταῦθα] id est parcus vel nullus.

4 στεφανώσουσί σε ἐν Ολυμπίᾳ] prouerbialis locutio. i. e. magnam laudem assequeris.

CAP. XXX. 1 ὅτε γὰρ τ. τετραγών.] vnusquisque numerus per se ipsum multiplicatus fit τετράγωνος, vt

τιμω-

τιμωμένων, καθάπερ ὁ τῶν δέκα[2], καὶ ὁ τῶν δώδεκα[3], καὶ ὁ ἑκκαίδεκα[4], καὶ ὁπόσοι τοιοί δε. Ἐπολαβὼν ἂν ὁ Ινδὸς, ἄτε ἡμεῖς, ἔφη, ἀριθμῷ δουλεύομεν, ἄτε ἀριθμὸς ἡμῖν, ἀλλ' ἀπὸ σοφίας τε καὶ ἀρετῆς προτιμώμεθα· καὶ ὁτὲ μὲν πλείους τῶν νῦν ὄντων ἐσμὲν, ὁτὲ δὲ ἐλάττους. τόν τοι πάππον τὸν ἐμαυτοῦ ἀκούω καταλεχθῆναι μὲν ἐς ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα σοφοὺς ἄνδρας, νεώτατον αὐτὸν ὄντα. προελθόντα δὲ ἐς τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη, καταλειφθῆναι μόνον ἐνταῦθα, τῷ μήτ' ἐκείνων τινὰ λείπεσθαι ἔτι, μήτε εἶναί ποι ποτὲ τῆς Ινδικῆς ἢ φιλόσοφον,

reuerentia velut denarius, duodenarius item & ſedenarius, & alii eius generis. Reſpondens igitur Indus, neque nos, inquit, numeris ſeruimus, nec nobis numeri, ſed ſapientia ac virtute aeſtimamur: ſumuſque nonnunquam quam modo plures, quandoque etiam pauciores. Accepi namque auum meum, ſeptem ſupra octoginta ſapientibus hoc loco fuiſſe adlectum, ceteris omnibus aetate inferiorem. Cum vero ad annos triginta ſupra centum peruenisſet, ſolum hic fuiſſe relictum eo, quod neque ex iſtis ſuperſtes vllus eſſet, nec vllibi in India eſſet ingenium vel philoſophiae aptum,

---

ex $\frac{2}{2}$ fit quadratus 4, ex $\frac{3}{3}$ fit quadratus 9, & ſic in infinitum. Ceterum alios numeros prae aliis ἐνδοκιμεῖν, ex diſciplina Pythagorica tripliciter demonſtratur, *Geometrice* nempe, *Muſice*, & *Aſtronomice*. Triplicem hanc viam Pythagoraeorum veſtigiis inſiſtens ingreſſus eſt Ioannes Keplerus noſter, in *Harmonice mundi*. Is primam eius libri partem, quae geometricas huius rei demonſtrationes continet, concluſione finiuit, cuius ſenſus huc fere redit: Figuris aequilateris circulo inſcriptis, laterumque, quibus conſtant, proportione ad circuli diametrum examinata, numerum ſenarium, ternarium, & quaternarium praecellere, proximos dignitate denarium eſſe & duodenarium. Tum ſequi ſedenarium, octonarium, quinarium & quindenarium. Vltimo vel potius nullo loco haberi ſeptenarium, nonarium, vndenarium & ceteros omnes. Haec autem ex principiis geometricis ita demonſtrat: latus nempe hexagoni quidem μήκει, trigoni autem & tetragoni latera δυνάμει effabilia ſunt: haecque adeo tria primo ſcientiae gradu cognoſcuntur. Remotiore aliquanto gradu latera decagoni ſciri & dodecagoni: & magis adhuc remoto latus ἑκκαιδεκαγώνου, cui annumeranda ſint octangulum, quinquangulum & quindecim angulorum figura. Reliquas omnes figuras ſciri non poſſe, quarum agmen ducunt ſeptangula, ſequentibus nonangula, vndecim angulorum figura & ceteris innumeris. In ſpecie vero Propoſ. 45 & 47 demonſtrauit, impoſſibile eſſe, vt, quae lateri heptagoni & enneagoni cum circuli Diametro intercedit proportio, inueniatur, numeroue certo & abſolute vero enuncietur. Cum autem ſeptangula figura ſit earum quae ſub ſcientiam non cadunt prima, ideo myſticus eſt & ſacer ſeptenarius, reliquae autem eius generis figurae, ignobiles plane ſunt, & apud Geometras inprimis dignitatis nullius.

binas:	harum 1 ad 2	octauam vocem	ſ. diapaſon	a prima voce interuallum conſtituunt.
ternas:	harum 2 ad 3	quintam	ſ. diapente	
quaternas:	harum 3 ad 4	quartam	ſ. diateſſaron	
quinas:	harum 4 ad 5	tertiam duram	ſ. ditonum maiorem	
ſenas:	harum 5 ad 6	tertiam moll.	ſ. ditonum minorem	
nonas:	harum 8 ad 9	ſecundam mai.	ſ. tonum maiorem	
denas:	harum 9 ad 10	ſecundam min.	ſ. tonum minorem	

Vides, cum denario ventum eſſe ad tonum minorem, i. e. ad ſingulos ſcalae muſicae gradus, & quidem eorum minimos, quare vlterior progreſſio non datur: nec vndenarius aut duodenarius aut vllus ex ſequentibus numeris muſicus eſt: exceptis quindenario & ſedenario, qui ad ſemitonii formationem faciunt. Contra a monade ad denarium vſque omnes numeri muſici ſunt, excepto ſeptenario, qui ſacer hac de cauſa audit. Cumque adeo ſeries numerorum muſicorum continua denario & monade vtrinque terminetur, dignitas inde aliqua denario conciliatur, inferior tamen dignitate numerorum intermediorum.

3 ὁ τῶν δώδεκα] duodenarii numeri in muſicis dignitas plane eſt nulla: in geometricis autem vt ſupra not. 1. vidimus, aliqualis, nam δωδεκάγωνον medio inter figuras nobiles & ignobiles loco conſiſtebat. Sed in ſtereometricis & coſmotheoricis dignitas eius eſt maxima. Corpus enim baſibus aequalibus conſtans duodenis, quod *dodecaedron* vocant, ad quinque regularium corporum ſiue στοιχείων τοῦ κόσμου cenſum pertinet, & orbis magni firmamentum dici poſſet iuxta Pythagoraeorum & Copernicanorum placita. Sic enim Timaeus Locrus: τὸ δὲ δωδεκάεδρον εἰκόνα τοῦ παντὸς ἐφάσατο, ἔγγιστα σφαῖρα ἐόν. Et Ariſtoteles in libro de mundo κόσμῳ *dodecaedron* a Pythagoraeis adtributum refert, cum reliqua quatuor corpora regularia, iis quae vulgo dicimus elementa adtribuant, de quo myſterio paulo plura dicemus inf. ad cap. 36. not. 2. Hic obſeruaſſe ſufficiat adeo ſacrum fuiſſe Pythagoraeis *dodecaedri* myſterium, vt Nemeſin vltam eſſe ſubmerſione crederent Hippaſum, qui profanis illud prodiderat. Sic enim de eo Iamblichus in Vit. Pythag. c. 18 p. 91. διὰ δὲ τὸ ἐξενίγκειν καὶ γράψαντα πρῶτον σφαῖραν τὴν ἐκ δώδεκα πενταγώνων (tale nempe eſt δωδεκάεδρον) ἀπώλετο κατὰ θάλατταν ὡς ἀσεβήσας. & c. 34. p. 206. φθαρῆναι γάρ ἀσεβήσαντα ἐν θαλάσσῃ δηλώσαντα τὴν τῆς εἰκοσαγώνου σύστασιν. τοῦτο δ' ἦν δωδεκάεδρον, ἐν τῶν πέντε λεγομένων στερεῶν σχημάτων εἰς σφαῖραν ἐκτείναντα.

4 ὁ ἑκκαίδ.] huius numeri in aſtronomicis dignitas nulla eſt. In geometricis quid valeat ἑκκαιδεκαγώνου latus docet Keplerus in Harmon. lib. I. prop. 37. In muſicis ſemitonium ab hoc numero formari iam ſupra n. 2 fuit obſeruatum. Nempe ſi qua chorda mixolydium referre ſupponatur, eique aufferatur pars ſexta & decima, reſiduum dabit Lydium E. Numeri itaque huius dignitas a ſemitonio muſico eſt, cuius cum exigua tamen ſit autoritas, nec numeri illius eſſe maxima poteſt. Magnae eſt celebritatis triangulum Pythagoricum ex 3. 4. 5. compoſitum. Hi numeri in muſicis ſunt inter nobiliſſimos: inter minus nobiles eorum quadrati 9. 16. 25. Inter quos tamen ceteros antecedit nouenarius, quia tonum maiorem format: ſequitur ſemitonium formans nouenarius, ſed minimus eſt dignitate penticoſtos, qui tantum inter cantum mollem & durum diſtinguit. Plura ſi velis adi Keplerum Harmonic. mundi l. III.

vel

vel alias clarum. Cumque Aegyptii eum in felicissimis censerent, quod solus huic throno praefuisset annos quatuor, hortatus est vt desinerent Indis sapientum paucitatem exprobrare. Nos vero, Apolloni, qui de Eleorum patrio more ex Aegyptiis audiuimus, deque Hellanodicis quos ludis Olympicis praeficiunt, numero decem, nequaquam probamus legem, quae de viris illis sancita est. Sorti namque electionem permittunt, cuius nulla prudentia est. Sane enim fieri possit, vt pessimus etiam aliquis sorte eligatur. Quod si tamen vel maxime optimorum habita ratione per sortem eligant viros illos, nihilominus tamen simili ratione peccare putem. A denario enim numero cum recedere non liceat, si plures fuerint viri boni, nonnullos eorum priuabit honore isto [fixus iste numerus,] vel si viri boni decem non fuerint, homo nihili honore ornabitur. Rectius igitur facerent Elei, si numero quidem alii essent aliiue, iustitia vero semper iidem.

ἢ γενναίαν φύσιν. Αἰγυπτίων τοίνυν ἐν τοῖς εὐδαιμονεστάτοις γραψάντων αὐτὸν, ἐπειδὴ μόνος ἐτῶν τεττάρων ἐξηγήσατο τάττε τῷ θρόνῳ, παρήνει πάυσασθαι ὀνειδίζοντας Ινδοῖς σοφῶν ὀλιγανδρίαν. ἡμεῖς δὲ, ὦ Απολλώνιε, καὶ τὰ Ηλείων πάτρια Αἰγυπτίων ἀκούοντες, καὶ τὰς Ελλανοδίκας ὡς προῖσανται τῶν Ολυμπίων δέκα ὄντας[5], οὐκ ἐπαινοῦμεν τὸν νόμον τὸν ἐπὶ τοῖς ἀνδράσι κείμενον. κλήρῳ τε γὰρ ξυγχωρεῖσι τὴν αἵρεσιν, ὃς προνοεῖ οὐδέν. καὶ γὰρ ἂν καὶ τῶν φαυλοτέρων τίς αἱρεθείη ὑπὸ τῆ κλήρῳ. εἰ δέ γε ἀριςίνδην τε καὶ κατὰ ψῆφον[6] ἤρῶντο τὰς ἄνδρας, ἡμάρτανον[7] παραπλησίως· ὁ γὰρ τῶν δέκα ἀριθμὸς ἀπαραίτητος ὢν, πλειόνων ὄντων ἀνδρῶν δικαίων, ἀφηρεῖτο ἂν ἑνίας τὸ ἐπὶ τάτῳ τιμᾶσθαι· ἢ οὐκ ὄντων δικαίων δέκα, οὐδεὶς δόξει[8]. ὅθεν πολλῷ σοφώτερον ἐφρόνων ἂν Ηλεῖοι, ἀριθμῷ μὲν ἄλλο τε ἄλλοι ὄντες, δικαιότητι δὲ οἱ αὐτοί.

c. XXXI. Dum talia inter se disquirebant, Rex eos ab illis dimouere conabatur, vt qui quemcunque eorum sermonem interpellaret, aliquid semper stolidum atque indoctum interstrepens. Tunc itaque rursum, quid sit de quo disputent, interrogauit. Cui Apollonius, de magnis rebus disserimus Graecisque in summo pretio habitis. Te autem parui haec pendere putem, Graecorum enim res tibi inuisas esse ostendis. Inuisae omnino sunt, ille respondit, audire tamen cupio: de Athenienſibus enim, Xerxis mancipiis, mihi loqui videmini. Tunc Apollonius, nos de aliis quidem modo disserimus: sed quoniam tamen minus opportune vereque minus Athenienſium meminisſti, hoc mihi dicas velim, sintne tibi mancipia o Rex? Imo millia respondit viginti, neque emtum eorum vllum, sed domi genita omnia. Rursus igitur, Iarcha interprete, quaesiuit, vtrum ipse seruos suos fugiat an serui ipsum? Tunc Apollonio insultans, quaestio haec, inquit, est seruo plane digna: sed tamen ad eam

Ταῦτα σπουδάζοντας αὐτὰς, ὁ βασιλεὺς ἐκκρούειν ἐπειρᾶτο, διείργων αὐτὰς παντὸς λόγου, καὶ ἀεί τι ἔμπληκτον καὶ ἀμαθὲς λέγων. πάλιν ὧν ἤρετο ὑπὲρ τῆ σπουδάζοιεν; ὁ δὲ Απολλώνιος, διαλεγόμεθα μὲν ὑπὲρ μεγάλων, καὶ τῶν παρ' Ελλησιν εὐδοκιμωτάτων. σὺ δ' ἂν μικρὰ ταῦτα ἡγοῖο, φὴς γὰρ διαβεβλῆσθαι πρὸς τὰ Ελλήνων. διαβέβλημαι μὲν ἀληθῶς, εἶπεν, ἀκοῦσαι δ' ὅμως βούλομαι· δοκεῖτε γάρ μοι λέγειν ὑπὲρ Αθηναίων τῶν Ξέρξα δούλων. ὁ δὲ, ὑπὲρ ἄλλων μὲν, ἔφη, διαλεγόμεθα· ἐπεὶ δ' ἀτόπως τε καὶ ψευδῶς Αθηναίων ἐπεμνήσθης, ἐκεῖνό μοι εἰπὲ, εἰσί σοι, βασιλεῦ, δοῦλοι; δισμύριοι, ἔφη, καὶ οὐδὲ ἐώνημαί γε αὐτῶν οὐδένα, ἀλλ' εἰσὶν οἰκογενεῖς πάντες. πάλιν ὧν ἤρετο, ἑρμηνεύοντος τῆ Ιάρχα, πότερ' αὐτὸς ἀποδιδράσκοι τὰς αὐτῆ δούλας, ἢ οἱ δοῦλοι ἐκεῖνον; ὁ δὲ ὑβρίζων αὐτὸν, τὸ μὲν ἐρώτημα, ἔφη, ἀνδραποδώδες[1]· ὅμως δ' ἂν

5 δέκα ὄντας] ille nempe *Hellanodicarum* numerus apud Eleos ab Olympiade inde CVI stabilitus, atque ad tempora vsque Hadriani continuatus, pauciores enim & ante periodum illam fuere & post. vid. ex instituto Meurs. Lect. Att. lib. IV. c. 29.

6 ἀριςίνδην τε καὶ κατὰ ψῆφον] priores edd. ἀριςίνδην ἢ καὶ κατὰ ψῆφον. Mutare non dubitaui partic. ἢ καὶ, in τε καὶ, quas malo consilio, qui mentem Iarchae non recte percepere, atque electionem per ψῆφον, opponi illi quae fit ἀριςίνδην, credidere, corruperunt. Cum non opposita haec sint tamen, sed coniuncta. Nempe mens Iarchae ista: licet vel maxime Elei in Hellanodicis constituendis optimorum faciant primo delectum, atque deinde *sorte* ex illis demum designent huic muneri praeficiendos, ne sic tamen quidem illorum institutum reprehensione carituram, ob rationem quam subiungit.

7 ἡμάρτανον] editio Morelli legebat οὐκ ἂν ἡμάρτανον, quod miror vnde acceperit, cum & sensus respuat, & omnes MSS nostri & Aldus quoque. Orta haec lectio videtur ex eodem errore, ex quo ea, de qua in praec. nota diximus.

8 οὐδεὶς δόξει] dici non potest quam hic perturbauerint omnia interpretes priores. Planum nos fecisse sensum & cohaerentem confidimus. δοκεῖν idem significare, quod *esse in honore* vel *existimatione* triuiale est. οὐδεὶς vero est *homo nihili*; vt οὐδὲν ἔργον *res nihili*. Phrasis eadem, licet paulo diuersa constructio, ante cap. 28 οὐδὲν ξένον ἔφησας, ad quem locum vid. notata.

CAP. XXXI. 1 ἀνδραποδώδες] ludit, vt nos solemus, qui quaestionem vel orationem ab argumento denominare solemus, vt scomma inde in dicentem redeat. Vt si de *scelere* locutum, *scelestum* sermonem protulisse dicas.

ἀποκρίνομαι· τὸν μὲν ἀποδιδράσκοντα δοῦλόν τε εἶναι, καὶ ἄλλως κακόν· δεσπότην δὲ οὐκ ἂν ἀποδράναι τοῦτον, οὗ ἔξεστιν αὐτῷ στρεβλοῦν τε καὶ ξαίνειν. οὐκοῦν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, δοῦλος μὲν Ἀθηναίων Ξέρξης ὑπὸ σοῦ ἀποπέφανται, καὶ ὡς κακὸς δοῦλος ἀποδράναι αὐτούς. ἡττηθεὶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ τὰ στενὰ, καὶ δείσας περὶ ταῖς ἐν Ἑλλησπόντῳ σχεδίαις, ἐν μιᾷ νηὶ ἔφυγε. καὶ μὴν καὶ ἐνέπρησεν, ἔφη, τὰς Ἀθήνας ταῖς ἑαυτοῦ χερσίν. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, τοῦτο μὲν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τοῦ τολμήματος ἔδωκε δίκας, ὡς ἄπω τις ἕτερος. ὃς γὰρ ἀπολωλεκέναι ᾤετο, τούτους ἀποδρᾶς ᾤχετο. ἐγὼ δὲ καὶ Ξέρξῃ θεωρῶν ἐπὶ μὲν τῇ διανοίᾳ καθ' ἣν ἐστρατοπέδευσεν, ἡγοῦμαι αὐτὸν ἂν ἀξίως δοξασθέντα ἐνίοις ὅτι Ζεὺς εἴη[2]· ἐπὶ δὲ τῇ φυγῇ, κακοδαιμονέστατον ἀνθρώπων ὑπείληφα. εἰ γὰρ ἐν χερσὶ τῶν Ἑλλήνων ἀπέθανε, τίς μὲν ἂν λόγων λαμπροτέρων ἠξιώθη; τῷ δ' ἂν μείζω τάφον ἐπεσημήναντο[3] Ἕλληνες; ἀγωνία δ' ἐνόπλιος, καὶ ἀγωνία μουσικὴ τίς οὐκ ἂν ἐπ' αὐτῷ ἐτέθη; εἰ γὰρ Μελικέρται, καὶ Παλαίμονες[4], καὶ Πέλοψ ὁ ἐπηλύτης Λυδὸς, οἱ μὲν ἔτι πρὸς μαζῷ ἀποθανόντες· ὁ δὲ τὴν Ἀρκαδίαν τε καὶ τὴν Ἀργολίδα, καὶ τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ δουλωσάμενος, ἐς θείαν μνήμην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἤρθησαν[5], τί οὐκ ἂν ἐπὶ Ξέρξῃ ἐγένετο ὑπ' ἀνδρῶν ἀσπαζομένων τε ἀρετὰς φύσει, καὶ ἔπαινον αὐτοῖς ἡγουμένων τὸ ἐπαινεῖν ὃς νικῶσι;

reſpondebo: fugitiuum nempe eſſe ſeruum, eumque inſuper peſſimum: dominum vero eum minime fugere, cuius torquendi etiam & cruciandi habeat poteſtatem. Itaque, regerebat ille, a te ipſo, o Rex, Athenienſium ſeruum fuiſſe Xerxem declaratum eſt: imo tanquam malum ſeruum, fugiſſe illos. Nauali namque praelio in faucibus ab eiſdem ſuperatus, nauibuſque quae in Helleſponto erant metuens, vnica naue aufugit. At certe, Rex inquiebat, ſuis manibus Athenas incendit. Cui Apollonius: ſed eius rei poenas dedit, o Rex, quantas alius nemo. Quos enim ad internecionem deleuiſſe opinabatur, eoſdem fugere coactus eſt. Xerxem autem ego conſiderans iſta animi diſpoſitione, qua expeditionem ſuſcepit, merito ipſum a quibuſdam pro Ioue habitum putem: in fuga autem mortalium miſerrimum eum deprehendo. Si Graecorum enim manibus interiiſſet, quis eo maiorem celebritatem poſſit ſortiri? aut cui ſepulchrum nobilius erecturi Graeci fuiſſent? qui in ipſius honorem gymnici, qui muſici ludi non fuiſſent inſtituendi? Si enim Melicertae & Palaemones, & Pelops aduena Lydius, illi quidem dum adhuc lactarentur defuncti, iſte vero Arcadia & Argolide, & omni, quae intra Iſthmum eſt, regione ſubacta, diuina a Graecis memoria ornati ſunt; quid Xerxi non fuiſſent praeſtituri viri ita ex ingenio comparati, vt colant virtutem, & ſibi honori ducentes honore afficere eos quos viciſſent?

Ταῦτα τοῦ Ἀπολλωνίου λέγοντος, ἐς δάκρυα ὑπήχθη[1] ὁ βασιλεύς. καὶ ὦ φίλτατε, εἶπεν, οἵους ἄνδρας ἑρμηνεύεις μοι τοὺς Ἕλληνας εἶναι. πόθεν οὖν, ὦ βασιλεῦ, χαλεπῶς πρὸς αὐτοὺς εἶ-

Haec dicente Apollonio lacrimis victus c. XXXII
Rex, quantos mihi, aiebat, viros, o chariſſime, Graecos commemoras! Qui factum eſt igitur, o Rex [Apollonius aiebat] vt adeo illis eſſes in-

---

2 ἀξίως δοξασθέντα ἐνίοις ὅτι Ζεὺς εἴη.] adeo magno & elato animo gerebat omnia, ipſis montibus, mari & elementis minatus, & quoddam in illos dominium vſurpans.

3 τῷ δ' ἂν μείζω τάφον ἐπεσημήναντο &c.] nempe ſummus honor, qui poſt fata haberetur defunctis, *ſepulcrum publicum & ludi*. Sic Lesbonax in Protreptico de iis qui in bello cecidiſſent: p. 152. ed. Ald. τίνες ἐγκλεέστεροι οἱ ἀποθανόντες ἢ ὅταν τελευτήσαντες; δημοσίᾳ τάφοι ἀξιῶνται, θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται, ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις τίθενται, ἀντὶ ὄντος σώματος ἀθάνατον μνῆμα καταλείπουσι.

4 Μελικέρται καὶ Παλαίμονες] nota Inus fabula filiorumque Learchi & Melicertae ex Ouidio Metam. IV &c. in hoc difficultas, quod Melicertam & Palaemonem duos facere videatur h. l. Philoſtratus: cum Melicertam non alium a Palaemone eſſe velint Mythographi, hocque nomen illum accepiſſe putent, poſtquam a Delphino in Corinthi Iſthmum fuit delatus. vid. Pauſan. Attic. fin. p. 43. Putauerim ego, ſibi ipſis fucum hic feciſſe viros doctos. Μελικέρται καὶ Παλαίμονες hic idem eſt ac Μελικέρται ἢ Παλαίμονες vt ſaepe καὶ ponitur pro ἤ. Voluitque Philoſtratus vtroque nomine, vt fieri ſolet, vnum denotare, non duos.

5 ἐς θείαν μνήμην ὑπὸ τῶν Ἑλλήν. ἤρθησαν] nempe in Melicertae ſiue Palaemonis honorem Iſthmia inſtituta, vt quidam veterum aiunt. Pauſan. Attic. fin. p. m. 43. καὶ τῶν Ἰσθμίων ἐπ' αὐτῷ ἀγῶνα ἄγεσι. qui idem repetit ſub init. Corinthiacorum p. 44. vbi & *aras* Melicertae erectae meminit. Conſentit Muſaeus apud Scholiaſt. Apollon. ad l. III. Μουσαῖος δὲ ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων δύο φησὶ γίνεσθαι ἀγῶνας ἐν τῷ Ἰσθμῷ, καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶνος εἶναι, τὸν δὲ Μελικέρτου. Eodem mihi reſpicere videtur Euſeb. in Chronico *Iſthmia poſt Melicerten*. Et Syncell. p. 161. Ἰσθμια καὶ Πύθια πρῶτον ἤχθη μετὰ Μελικέρτην. In Iſthmiis autem recepti agones tum *gymnici*, quod vel ex Iſthmionicis apud Pindarum conſtat, tum *muſici*, quod docet ipſe Philoſtr. noſter l. IV. c. 8. quemadmodum & alias in ſolennibus Deorum paſſim agones gymnici, equeſtres, muſici peragebantur. vid. Platon. lib. II. de legib. p. 658. T. II. Hucque reſpiciebat paulo antea noſter ἀγωνίας ἐνοπλίου καὶ ἀγωνίας μουσικῆς mentionem faciens. De Pelopis honoribus Pauſan. Eliac. I. p. 160. τοσοῦτον προτετιμημένος ἐστὶν ὁ Πέλοψ ὑπὸ Ἠλείων, ὅσον Ζεὺς θεῶν τῶν ἄλλων. ibidemque plura de templo & ſacris eius.

CAP. XXXII. 1 ὑπήχθη] melior haec lectio, quam ex codd. noſtris reuocauimus. Priores edd. habebant ἐπήχθη. De phraſi vid. ſ. ad l. I, c. 15. not. 3.

fenſus?

fenſus? Calumniantur, inquit, o hoſpes, Graecorum gentem ex Aegypto qui huc ventitant, ſeipſos ſanctos & ſapientes eſſe dictitantes, legumque de ſacrificiis myſteriiſque autores, quotquot Graecorum moribus ſint recepta: Graecos vero parum ſanoeſſe dicentes, ſed proteruos homines ac turbidos, totamque anarchiam: tum vero fabulatores, monſtraque fingentes, mendicos item, & mendicitatem iactantes, non tanquam rem decoram, ſed vt furantes veniam inueniant. Iſtis autem ex te modo auditis, vtque honeſtatis apud eos ſtudium valeat & probitatis, iam inde Graecis placatum me praebeo, illiſque vt a me laudentur largior, hoc item vt petere in eorum gratiam a me liceat quicquid praeſtare poſſim, Aegyptiiſque vt ne fides amplius a me habeatur. Tum Iarchas, & ego, dixit, o Rex, aures tuas ab Aegyptiis iſtis corruptas noueram: nihil tamen de Graecis diſſerui antea, donec talis tibi obtingeret conſiliarius. Sed quoniam a viro ſapiente melius iam es inſtitutus, nunc quidem Tantali poculum beneuolentiae nobis bibendum, inde ſomno indulgebimus, vt poſſimus quae noctu peragenda ſunt perficere. Graecorum vero doctrina (ampliſſima autem ea eſt omnium quae inter mortales habentur) ego te implebo laetum, quotieſcunque huc veneris. Hiſque dictis conuiuis praeiuit primus incumbens phialae, quae largiter cunctos potauit: liberaliter enim latices ſubmittebat perinde ac in fontibus [fit] ſcaturientibus. Bibit autem & Apollonius, amicitiae namque cauſa huiuſmodi compotatio Indis eſt reperta: pincernamque in ea conſtituunt Tantalum, quod omnium mortalium ille fuiſſe videatur amicitiarum colentiſſimus.

C. XXXIII. Potos autem terra excepit lectis, quos ipſa ſubſtrauerat. Mediaque vbi nox aduenisſet, primum ſurgentes radium ſolis ſublimes, ſicuti meridie, hymnis celebrarunt: poſtea Regi

χες; διαβάλλουσιν, εἶπεν, ὦ ξένε, τὸ Ἑλλήνων γένος οἱ ἐξ Αἰγύπτου φοιτῶντες ἐνταῦθα, σφᾶς μὲν αὐτοὺς ἱεράς τε καὶ σοφοὺς ἀποφαίνοντες, καὶ νομοθέτας θυσιῶν τε καὶ τελετῶν, ὁπόσας νομίζουσιν οἱ Ἕλληνες· ἐκείνους δὲ ὀδὲν ὑγιὲς εἶναι, φάσκοντες[2], ἀλλ' ὑβριστάς τε καὶ ξυγκλύδας, καὶ ἀναρχίαν πᾶσαν[3], καὶ μυθολόγους, καὶ τερατολόγους, καὶ πένητας μὲν, ἐνδεικνυμένους δὲ τοῦτο, οὐχ ὡς σεμνὸν, ἀλλ' ὑπὲρ ξυγγνώμης τοῦ κλέπτειν. σοῦ δὲ ἀκούων ταῦτα, καὶ ὅπως φιλότιμοί τε καὶ χρηστοί εἰσι, σπένδομαί τε λοιπὸν τοῖς Ἕλλησι, καὶ δίδωμι αὐτοῖς ἐπαινεῖσθαί τε ὑπ' ἐμοῦ, καὶ εὔχεσθαί με ὑπὲρ Ἑλλήνων ὅ, τι δύναμαι, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους ὑπ' ἐμοῦ ἀπιστεῖσθαι. ὁ δὲ Ἰάρχας, καὶ ἐγὼ, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ἐγίγνωσκον ὅτι σου τὰ ὦτα διέφθορεν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων τούτων· διῆειν δὲ ὑπὲρ Ἑλλήνων ὀδὲν, ἐς ἂν ξυμβόλου τοιούτου τύχω. ἀλλ' ἐπὶ βελτίοσι γέγονας ὑπ' ἀνδρὸς σοφοῦ, νῦν μὲν ἡμῖν ἡ Ταντάλου φιλοτησία[4] πινέσθω, καὶ καθεύδωμεν, δι' ἃ χρὴ νύκτωρ πραδάσαι. λόγων δὲ Ἑλληνικῶν, πλείους δ' ἔτι τῶν κατ' ἀνθρώπους, ἐμπλήσω σε λοιπὸν ἐγὼ χαίροντα, ὁπότε ἀφίκοιο. καὶ ἅμα ἐξῆρχε τοῖς ξυμπόταις, πρῶτος ἐς τὴν φιάλην κύπελλον[5], ἡ δὲ ἐπότιζεν ἱκανῶς πάντας· τὸ γὰρ νᾶμα ἀφθόνως ἐπεδίδου[6], καθάπερ δὴ τοῖς πηγαίοις ἀναδιδομένοις. ἔπιέ τε ὁ Ἀπολλώνιος, ὑπὲρ γὰρ φιλότητος Ἰνδοῖς τὸ ποτὸν τοῦτο εὕρηται· ποιοῦνται δὲ αὐτοῦ οἰνοχόον Τάνταλον, ἐπειδὴ φιλικώτατος ἀνθρώπων ἔδοξε.

Πόντας δὲ αὐτοὺς ἐδέξατο ἡ γῆ εὐναῖς, ἃς αὐτὴ ὑπεστόρνυ[1]. ἐπεὶ δὲ νὺξ μέση ἐγένετο, πρῶτον μὲν ἀναστάντες τὴν ἀκτῖνα μετέωροι ὕμνησαν, ὥσπερ ἐν τῇ μεσημβρίᾳ[2]· εἶτα τῷ βασιλεῖ

---

2 ὀδὲν ὑγιὲς εἶναι φάσκοντες] vid. ad c. 28. n. 2.

3 ἀναρχίαν πᾶσαν] nempe democratica reip. forma in pleriſque Graeciae ciuitatibus obtinebat, quae, inuiſa barbaris, ἀναρχίας opprobrio dehoneſtatur. Hic vero ipſi vocantur Graeci ἀναρχία tota. Ita alibi Philoſtrato Σύβαρις ὅλη iuuenis Sybaritico luxu diffluens. Sic & l. IV. c. 3. eum qui liberalis ſit, ἀσωτίαν καὶ τρυφὴν καὶ τὰ τοιαῦτα ἠγνῶσθαι ait. Et ſic Romani quoque loquuntur. Petronius: *piper, non homo:* item *diſcordia, non homo,* i. e. homo in diſcordiis ſerendis totus: ſic igitur hic Graeci ἀναρχία πᾶσα *ipſiſſima anarchia*, i. e. *homines qui anarchia perpetua laborent.* In eo vero reip. ſtatu quod conuentus populi eſſent frequentes, & quae vocantur *comitia*, ξυγκλύδας paulo ante Graecos vocat, h. e. *conuenticula agentes.* Nempe omnia iſta in odio barbaris, in quibus rara alia ſocietatis ciuilis forma, quam monarchica.

4 Ταντάλου φιλοτησία] vid. ſupra c. 25. n. 11. & rurſum inf. c. 31. & l. VI. c. 14.

5 ἐς τὴν φιάλην κύπελλον] ſic ſ. l. II. c. 28. in conuiuio Phraotae ingentes crateres ἀφ' ὧν πίνουσι κύψαντες. vid. ibi notata. Apud Euſeb. adu Hierocl. c. XXI. eſt τὴν φιάλην ἐπικτυπῶν: at prauam ille ſecutus eſt lectionem.

6 τὸ γὰρ νᾶμα ἀφθ. ἐπεδίδου] ſicque initiatur Tantalio ὕδατι Apollonius, quod ſupra etiam c. 25. fuſius deſcribitur, & per quod iurat Apollonius in aliqua epiſtolarum ad Indos, quae Porphyrio in fragmento de Styge allegatur: vbi ita de Apollonio noſtro: γράφων γὰρ τοῖς Βραχμᾶσι ὅρκον τινὰ ὀμνύει καὶ μὰ τὸ Ταντάλειον ὕδωρ, ᾧ με ἐμύησατε. Quod ad rem plane aliam trahit Porphyrius, nempe ad fontem quendam in antro aliquo Indorum puritati hominum explorandae inſeruientem. Eum, vt puto, intelligens, quem ſupra deſcriptum habemus cap. 14. Imo & iuramentum iſtud a Porphyrio allegatum, mihi videtur deſumtum eſſe ex epiſt. Apollonii, quae inf. c. 51. occurrit, memoriae vitio a Porphyrio aliquantum mutatum.

CAP. XXXIII. 1 ἃς αὐτὴ ὑπεστόρνυ] ſ. c. 27. ἡ γῆ δὲ ὑπεστόρνυ πόας μαλακωτέρας ἢ αἱ ἔναι.

2 ὥσπερ ἐν τῇ μεσημβρίᾳ] vid. not. ſ. ad c. 14.

ξυνεγένοντο, ὁπόσα ἐδεῖτο. παρατυχεῖν μὲν ἂν τὸν Ἀπολλώνιον οἷς ἐσπέδασεν ὁ βασιλεὺς ἃ φησὶν ὁ Δάμις· οἴεσθαι δ' αὐτὸν περὶ τῶν τῆς ἀρχῆς ἀπορρήτων τὴν ξυνουσίαν πεποιῆσθαι. θύσας ἅμα ἡμέρᾳ προσῆλθε τῷ Ἀπολλωνίῳ, καὶ ἐκάλει ἐπὶ ξενίᾳ ἐς τὰ βασίλεια, ζηλωτὸν ἀποπέμψειν φάσκων ἐς Ἕλληνας. ὁ δὲ ἐπῄνει μὲν ταῦτα, ἃ μὴν ἐπιδώσειν γε αὐτὸν ἔφασκεν ἀνδρὶ μηδὲν ὁμοίῳ. καὶ ἄλλως, πλείω χρόνον ἀποδημῶν τῶν εἰκότων, αἰσχύνεσθαι τοὺς οἴκοι φίλους ὑπερορᾶσθαι δοκοῦντας[3]. ἀντιβολεῖν δὲ τοῦ βασιλέως φάσκοντος, καὶ ἀνελευθέρως ἤδη προσκειμένου βασιλεύς, ἔφη, ταπεινότερον αὐτοῦ περὶ ὧν αἰτεῖ διαλεγόμενος, ἐπιβουλεύει. προσελθὼν ἓν ὁ Ἰάρχας, ἀδικεῖς, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ἱερὸν οἶκον[4], ἀπάγων ἐνθένδε ἄνδρα ἄκοντα. καὶ ἄλλως, τῶν προγιγνωσκόντων ἔστιν ὧν, οἶδε τὴν ξυνουσίαν αὐτῷ τὴν πρὸς σὲ μὴ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ ἑαυτοῦ ἐσομένην, ἴσως δὲ οὐδ' αὐτῷ τοι χρηστόν τι ἔξεσαν. ὁ μὲν δὴ κατῄει ἐς τὴν κώμην, ὁ μὲν γὰρ θεσμὸς τῶν σοφῶν ἐ ξυνεχώρει τῷ βασιλεῖ ξυνεῖναι σοφίσιν ὑπὲρ μίαν ἡμέραν.

Ὁ δὲ Ἰάρχας πρὸς τὸν ἄγγελον καὶ Δάμιν, εἶπε, τῶν δεῦρο ἀπορρήτων ἀξιοῦμεν, καὶ ἡκέτω· τῶν δὲ ἄλλων ἐπιμελοῦ ἐν τῇ κώμῃ. ὡς δὲ ἀφίκετο, ξυνιζήσαντες ὥσπερ εἰώθεσαν, ξυνεχώρουν τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐρωτᾶν. ἤρετό τε ἐκ τίνων ξυγκεῖσθαι τὸν κόσμον ἡγοῖντο; οἱ δὲ ἔφασαν, ἐκ στοιχείων. μῶν, ἔφη, τετλάρων[1]; ἃ τετλάρων, ἔφη ὁ Ἰάρχας, ἀλλὰ πέντε. καὶ τί ἂν, ἔφη, πέμπτον γένοιτο παρὰ τὸ ὕδωρ τε καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸ πῦρ; ὁ αἰθὴρ, εἶπεν[2], ὃν

se praebuere in iis, in quibus opus illis habebat. Interfuisse autem Apollonium iis, quae cum sapientibus Rex egit, negat quidem Damis: putare tamen se [ait] de regni arcanis eum cum iis communicasse. Statim autem exorto die peractis sacris, ad Apollonium venit, & vt hospitii secum contraheret iura eum ad regiam inuitauit, ad inuidiam vsque beneficiis ornatum ad Graecos eum dimissum a se iri pollicitus. Apollonius autem ista Regis voluntate commendata, seipsum tamen tradere non posse se dixit viro nulla re sibi simili. Praeterea se, diutius iam quam par esset peregrinatum, vereri, domi relictos amicos contemni sese ab ipso existimaturos. Cumque Rex suppliciter hoc se petere diceret, iamque illiberalius Apollonio instaret; Rex, ille respondit, si humilius quam se deceat de iis, quae postulat, loquatur, insidias struit. Superueniens autem Iarchas, iniquus, aiebat, es, o Rex, in sacram aedem, virum inuitum illinc abducens. Praeterea cum ex iis ille sit vnus, qui futura cognoscunt, iam nouit conuersationem tecum instituendam e re sua non esse futuram, forte nec tibi ipsi aliquid emolumenti allaturam. Ille igitur ad vicum est regressus, sapientum enim leges non sinebant Regem vltra diem vnicam apud eos morari.

Tunc Iarchas ad nuntium, Damin etiam, dixit, qui ad arcana huius loci admittatur dignum censemus, huc igitur accedat: ceterorum vero curam in vico tute habeto. Cumque venissent [Damis,] pro more considentes Apollonio interrogandi copiam fecerunt. Interrogauit igitur, ex quibusnam rebus hunc mundum compositum esse opinarentur? Illi vero ex elementis responderunt. An igitur ex quatuor elementis? inquit ille. Non ex quatuor, respondit Iarchas, sed ex quinque. Quodnam igitur est quintum, Apollonius dixit, praeter aquam, & aërem, terramque & ignem? Aether respondit Iarchas, C.XXXIV.

3 ὑπεροράσθαι δοκοῦντας] huc spectat epistola Apollonii 44. 47.

4 ἀδικεῖς τὸν ἱερὸν οἶκον] Sacra nempe loca iure *asyli* fruebantur, vt neminem inde inuitum abducere liceret.

CAP. XXXIV. 1 μῶν, ἔφη, τετλάρων] non aliena haec a *Pythagoraeo* quaestio. Nempe *Pythagoras* primum quidem rerum principium *numeros* aiebat, ex numeris puncta, lineas, superficies adeoque corpora esse aiebat: & ex his esse ignem, aërem, aquam & terram vid. Sext. Empiric. adu. Mathemat. l. IX. Diog. Laert. l. VIII. s. 25.

2 ὁ αἰθὴρ εἶπεν] Strabo lib. XV. p. 713. inter cetera in quibus Indi Philosophi cum Graecis sentiunt, hoc quoque refert, quod πρὸς τοῖς τέτλαξι στοιχείοις πέμπτην φύσιν admittant, ἐξ ἧς ὁ ἔρανος καὶ τὰ ἄστρα. Sic & Aristoteles πέμπτον τι σῶμα αἰθέριον ἀμεταβλητον agnouit. vid. Diogen. Laert. lib. V. c. 33. & eruditos eius enarratores. Κόσμον vocat Aristoteles in tractatu de mundo; κόσμος autem ipsi coelum est & corpora coelestia, ex illa materia, vt locus Straboni prodit, & paulo post patebit vlterius, concinnata. Timaeo οὐκὸν τὸ παντὸς & τὸ πᾶν vocatur, vt patet ex loco s. ad cap. XXX. n. 4. allegato. Ammonius in vita Aristotelis eum autorem sententiae de πέμπτῃ illa οὐσίᾳ facit: falsus certe in eo. Sane enim non Indi tantum, sed & Pythagoras illam agnouere. Certe ex Timaei Locri περὶ ψυχᾶς κόσμῳ aureo libro, itemque ex libro qui Aristoteli adscribitur de mundo, diserte constat, quinque Pythagoreos elementa statuisse, terram cui cubum seu hexaedron, ignem cui pyramida seu tetraedron, aquam cui icosaedron, aerem cui octaedron, & κόσμον denique h. e. ipsum illum *aetherem*, de quo hic sermo, cui dodecaedron attribuebant. Nempe eius naturae illa, quae vulgo vocant elementa, esse statuebant, quae corporum istorum proprietatibus optime repraesentaretur. Imo forte etiam *minima* vel *atomos* istas, partes mundi absoluentes, eius figurae esse censebant: de quibus mysteriis haut pauca vir vere magnus Ioannes Keplerus in Mysterio suo Cosmographico disputauit. Qui

ex quo

ex quo Deos gigni credere fas est. Quae enim aerem trahunt, mortalia sunt omnia, quae aetherem vero, immortalia atque diuina. Rursus interrogauit, quodnam elementorum primum esset? omnia simul extitere, [respondit] Iarchas: neque animal enim per partes gignitur. Animalne igitur, dixit [Apollonius,] putabo mundum? [putabis,] respondit, si recte sapias: ipse enim animantia cuncta progignit. Feminamne igitur ipsum dicemus, an masculae & femineae simul naturae? vtriusque, respondit Iarchas: ipse enim sibi ipsi mistus patris matrisque vicem in producendis animantibus supplet, amoreque fertur sui ipsius ardentiore, quam quo diuersa se mutuo complectuntur, qui sibi ipsi iungitur & coalescit: neque absurdum, sibi ipsi eum iungi. Atque sicut manibus pedibusque datum negotium est vt animal moueant, mensque illi est intus a qua impellitur; simili modo statuendum, mundi etiam partes, mentis qua

ἡγεῖσθαι χρὴ γένεσιν θεῶν εἶναι[3]. τὰ μὲν γὰρ τὸ ἀέρος ἕλκοντα θνητὰ πάντα, τὰ δὲ τὸ αἰθέρος, ἀθάνατά τε καὶ θεῖα. πάλιν ἤρετο, τί τῶν στοιχείων πρῶτον γένοιτο; ὁ δὲ Ἰάρχας, ὁμοῦ, ἔφη, πάντα[4]. καὶ γὰρ ζῷον κατὰ μέρος οὐ τίκτεται. ζῷον, ἔφη, ἡγῇ τὸν κόσμον[5]; ἦν γε, ἔφη[6], ὑγιῶς γιγνώσκῃς, αὐτὸς γὰρ ζωογονεῖ πάντα. θῆλυν οὖν αὐτὸν καλῶμεν, ἢ τῆς ἄρσενός τε καὶ τῆς ἀντικειμένης φύσεως[7]; ἀμφοῖν, ἔφη· αὐτὸς γὰρ αὐτῷ ξυγγινόμενος, τὰ μητρός τε καὶ πατρὸς ἐς τὴν ζωογονίαν πράττει[8], ἔρωτά τε ἑαυτῷ ἴσχει θερμότερον ἢ ἑτερόν τι ἑτέρᾳ, ὃς ἁρμόττει ἑαυτὸν καὶ ξυνίσησιν· ἀπεικός τε οὐδὲν ἑαυτῷ ξυμφύεσθαι. καὶ ὥσπερ χειρῶν τε καὶ ποδῶν ἔργον πεποίηται ἡ τοῦ ζώου κίνησις, καὶ ἔνδοθεν[9] αὐτῷ νοῦς, ὑφ' ὁρμῇ ὅτῳ ἡγώμεθα καὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου, διὰ τὸν ἐκεί-

---

& inter planetarum corpora tantundem interualli esse obseruat, quantum alicui ex quinque illis corporibus regularibus capiendo satis esset. Nempe spatium inter Saturnum & Iouem capere cubum, inter Iouem & Martem pyramida, inter Martem & Tellurem dodecaedron, inter Tellurem & Venerem Icosaedron, inter Venerem & Mercurium octaedron. Sed vt ad doctrinam de τιμῇ illa ἐσίᾳ redeam, Platonem quoque eam agnouisse, Xenocratis, germani Platonis discipuli, autoritate docet Simplicius ad Physica Aristotelis, vbi Platonem quinque corpora simplicia statuisse ait, *coelum* nempe & quatuor elementa, eaque vt figuris, sic & natura inter se differre. Ita Platonem *dodecaedron* figuram coelo dedisse, diuersam a figuris quatuor elementorum. Sed haec doctiss. Nunnesio in notis ad Ammonii vitam Aristotelis symbolica magis & Pythagorica videntur quam vera Platonis sententia. Eum nempe aperte in Timaeo ait docere, coelos sua natura dissolubiles esse, voluntate tamen diuina contineri. Ceterum oppugnauit quintam illam essentiam Xenarchus, cui tamen accurate, iudice eodem Nunnesio, Alexander Aphrodisiensis respondit.

3 ὃν ἡγεῖσθαι χρὴ γίνεσιν θεῶν εἶναι] per Deos hic intelligi possunt primum *coelum* ipsum & *sidera*, quae antiquis Theologis θεοὶ dicuntur. Rem luculenter prodit, & rationem ex nomine reddit Plato in Cratylo: φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι ἀνθρώπων οἱ περὶ τὴν Ἑλλάδα τιθέντες μόνους ἡγεῖσθαι θεούς, ὥσπερ νῦν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν, ἅτε ἓν αὐτὰ ὁρῶντες ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως, τῆς τοῦ θεῖν, θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι. Locum illum respiciunt Clemens Alexandrin. admonit. ad Graec. p. 16. Theodorit: Therap. II. p. 24. & Eusebius Praeparat. l. I. p. 29. atque hos quidem θεοὺς h. l. Iarcham intelligere, colligas licet ex loco Strabonis l. XV. p. 713. vbi secundum Indos ἐκ τῆς πέμπτης οὐσίας οὐρανὸν καὶ τὰ ἄστρα gigni ait. Accedit quod ista θεοὺς appellauerint Indi, solemque inprimis, ad quem etiam sacros cultus dirigebant, vt toto hoc libro passim docet Philostratus, eoque spectat paulo ante indicatus Clementis locus: ἐθαύμασαν καὶ ἐξεθείασαν θεούς, οὐ τοὺς θεὸν ὀνομάσαντες, τοὺς ἀστέρας, καὶ προσεκύνησαν ἥλιον ὡς Ἰνδοί. Quin & ipse Pythagoras, vt apud Laertium est VIII, 27. ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεοὺς dixit, ex Indorum vt puto disciplina. Hi itaque θεοὶ, quos ex *aethere* siue *quinta* οὐσίᾳ, vt Graeci vocant, genitos hic esse ait Iarchas. Nec soli tamen forte ii. Sane enim animi quoque humani θεοὶ audiunt & δαίμονες tum Pythagoreis, quod tritissimum est, & vel ex Hierocle ad aurea carmina affatim constat, tum Indis, Pythagorae praeceptoribus, qui vel hoc corporis carcere adhuc ineluctum animum θεὸν dicunt, seipsos in hoc libro θεοὺς identidem professi. Certe autem animae humanae *aetherem* tribuunt, hoc copiosum magis quo purior fuerit, impuritas enim animae ex admistis terrestribus quae διαθολᾶτι αὐτὴν, vt supra loquebatur Apollonius. Sic Iarchas igitur inf. c. 42. Apollonii animae πολλὸν αἰθέρα tribuit: & τὸ ἐν τῇ ψυχῇ αἰθέριος mentio lib. I. c. 8. & diserte ἀπόσπασμα αἰθέριος animam statuere dicitur Pythagoras apud Diogen. Laert VIII, 28. & 31. vbi vide a viris doctis obseruata. Nec nobilioris, quam est anima humana, ordinis spiritus hic excluseris, θεῶν & δαιμόνων atque ἡρώων nominibus venientes. Eos enim quoque ψυχῶν nomine appellat, easque cum animis separatis, tanquam eiusdem indolis creaturis, aerem habitare statuit. vid. Laert. l. c. cap. 32. Deum autem quod attinet summum, ille γενέτωρ Pythagoreis, ipse ἀγένητος: spiritus aeternus, nullius materiae particeps & perfectissima μονάς.

4 ὁμοῦ πάντα] sic fere Anaxagoras πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ vid. Diogen. Laert. l. II. segm. 8. & Aristot. Phys. Ακρ. VIII. Sed paulo alio sensu: ei enim *commista* & *perturbata* omnia fuisse, hic tempore tantum coniuncta esse notat.

5 ζῷον ἡγ. τὸν κόσμον] dogma Graecis quoque adamatum, Platoni maxime & Stoicis, vt in triuio notum. Ceterum ista Apollonii iam sunt verba, mirantis quasi, pro *animali* ergo mundum esse habendum.

6 ἦν γε, ἔφη] ἔφη deerat in Ed. Morelli, agnoscunt Aldus & omnes MSS. quare nos quoque hic retinendum putauimus.

7 ἢ τ. κὴ ἀρσ. τ. κ. ἀντικειμένης φύσ.] Graeci vna voce ἀρρενόθηλυν dicerent. Obseruandum autem haec Apollonii rursum esse interrogantis, *cum animal sit mundus, quinam eius sit sexus?* Quod vero sequitur ἀμφοῖν, Iarchae est, mundum ἀρρενόθηλυν esse affirmantis, πρὸς ἔνδειξιν τῆς πάντων γεννητικῆς οὐσίας, vt Orpheum, qui Iouem ἀρρενόθηλυν vocauerat, interpretatur Damascius. Istud epitheton ab Orpheo accepit Pseudo Hermes in Poemandro. Pertinent quoque huc Orphei ista apud Proclum ad Platonis Timaeum p. 95.

Ζεὺς ἄρσην γένετο Ζεὺς ἄμβροτος ἵκλετο νύμφη.

8 τὰ μητρὸς τ. κὴ πατρὸς πρ.] sic μητροπάτορα in Orphicis Iouem vocari ob virtutem παντογενέθλην Clem. Alex. Strom. V. p. 608 dicit, & apud Varronem Valerius Soranus de Ioue:

Progenitor genitrixque Deum Deus vnus & omnis.

9 ἔνδοθεν] sic pro ὄθεν, quod in vulgatis erat, sensus rescribere iubebat. Ceterum quod h. l. ὁ ἔνδοθεν αὐτῷ νοῦς Platoni est ψυχὴ κόσμου.

νε νῶν[10] ἐπιτήδεια παρέχειν αὐτὰ τοῖς τικτομένοις τε καὶ κυομένοις πᾶσι. καὶ γὰρ τὰ πάθη, τὰ ἐξ ἀυχμῶν[11] φοιτῶντα, κατὰ τὸν ἐκείνε φοιτᾶν νῶν, ἐπειδὰν ἐκπεσῆσα ἡ δίκη[12] τῶν ἀνθρώπων ἀτίμως πράττει. ποιμαίνεταί τε χειρὶ μιᾷ τόδε τὸ ζῶον, ἀλλὰ πολλαῖς τε καὶ ἀῤῥήτοις, αἷς χρῆται· ἀχαλίνωτον μὲν διὰ μέγεθος, εὐήνιον δὲ κινεῖται, καὶ εὐάγωγον.

reguntur ope seſe ipſa accommodare rebus gignendis & naſcituris omnibus, ipſaque etiam mala, quae ex nimiis ſolis ſunt ardoribus, anima mundi dirigente euenire, quoties dilapſa ex hominum coetu iuſtitia in nullo pretio habetur. Regitur autem non vna manu hoc animal, ſed multis atque fando non aſſequendis, quibus vtitur: frenoque cum coerceri nullo poſſe propter magnitudinem videatur, facile tamen regitur, & quacunque flectitur.

Καὶ παράδειγμα μὲν ἐκ οἷδ' ὅ,τι ἀρκέσει τῷ λόγῳ, μείζῳ τε ὄντι, καὶ πρόσω ἐννοίας. ἐοικείσθω δὲ ναῦς, οἵαν Αιγύπ[τ]ιοι ξυντιθέντες ἐς τὴν θάλατ[τ]αν τὴν ἡμεδαπὴν ἀφιᾶσιν, ἀγωγίμων Ινδικῶν ἀντιδόντες Αιγύπ[τ]ια[1]. θεσμῷ γὰρ παλαιῷ περὶ τὴν Ερυθρὰν ὄντος, ὃν βασιλεὺς Ερύθρας[2] ἐνόμισεν, ὅτε τῆς θαλάτ[τ]ης ἐκείνης ἦρχε, μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ ἐσπλεῖν[3] ἐς αὐ[τ]ὴν Αιγυπ[τ]ίους, στρογγύλῃ δ' ἂν μιᾷ νηὶ χρῆσθαι, σοφίζονται πλοῖον Αιγύπ[τ]ιοι, πρὸς πολλὰ τῶν παρ' ἑτέροις· καὶ παραπλευρώσαντες[4] αὐτὸ ἁρμονίαις ὁπόσαι ναῦν ξυνιᾶσι, τοίχοις τε ὑπεράραντες καὶ ἰσῷ, καὶ πηξάμενοι πλείας οἰκίας, οἵας ἐπὶ τῶν σελμάτων[5], πολλοὶ μὲν κυβερνῆται τῆς νεὼς ταύτης ὑπὸ τῷ πρεσβυτάτῳ τε καὶ σοφωτάτῳ πλέουσι, πολλοὶ δὲ κατὰ πρῷραν ἄρχοντες[6], ἄριστοί τε καὶ δεξιοὶ ναῦται πρὸς ἱστία πηδῶντες[7]. ἔστι δέ τι τῆς νεὼς ταύτης καὶ ὁπλιτεῦον· πρὸς γὰρ τὰς κολπίτας βαρβάρους, οἳ ἐν δεξιᾷ τῷ εἰσπλῷ κεῖνται, παρατάτ[τ]εσθαι δεῖ τὴν ναῦν.

Imagine autem qua iſtam doctrinam reprae- c. XXXV
ſentem ſatis neſcio, vt quae ſublimis maxime ſit, noſtrique animi ſuperet facultatem. Eſto tamen nobis exempli loco nauis, qualem Aegyptii aedificare ſoliti in noſtrum mare deducunt, mercibus Indicis Aegyptias permutantes. Cum enim antiqua lex extet de rubro mari, quam Erythras Rex tulit, cum eius maris teneret dominium, vt ne longa naui mare ingrederetur Aegyptiorum quiſquam, vtque oneraria naui vnica vterentur; nauigium callide excogitauerunt Aegyptii, quod multorum, quae quidem aliis in vſu ſunt, vicem ſuppleret: lateribuſque eius conſtructis obſeruata proportione quae naui conueniret, vaſtam tamen & lateribus molem tributa, & malo, compluribuſque conſtitutis conclauibus, qualia quidem in tabulatis fieri ſolent, naui iſta plures gubernatores vehuntur, vni tamen parentes, qui ceteros aetate, & nauigandi peritia praecedit, multi item in prora ſunt, qui nauis curſum dirigant, optimique & dexterrimi nautae circa vela diſcurrentes. Eſtque in naui etiam armatorum manus: nam contra Barbaros, ſinus accolas, qui a dextra parte ingreſſus nauium habitant, ad pugnam paratam eſſe nauem opor-

10 διὰ τὸν ἐκείνε νῶν] male editi ἐκείνων. Sic enim paulo poſt etiam dicitur κατὰ τὸν ἐκείνε φοιτᾶν νῶν. Ceterum gemina plane leguntur in oraculis Chaldaicis. v. 35. Edit. Cletici:

Ἔργα νοήσας γὰρ πατρικὸς νῶς αὐτογένεθλος
πᾶσιν ἐνέσπειρεν ἐσμὸν πυριβριθῆ ἕρωτος,
ὄφρα τὰ πάντα μένῃ χρόνον εἰς ἀπείραντον ἐρῶντα.
καὶ πᾶσιν [sic lego pro μὴ πᾶσιν] τὰ πατρὸς νοερῶς
ὑφασμένα φίλυγρ.

Et rurſus:

ὡς ἐν ἕρωτι μένῃ κόσμε ποικίλα, ἕρωτα
νῶς ἐνέδω πατρικὸς πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς.

11 τὰ πάθη τὰ ἐξ ἀυχμῶν] haec commemorat mala praealiis, quod eorum in India, ſolis aeſtibus maxime expoſita, frequentiora exiſterent exempla.

12 ἐκπεσῆσα ἡ δίκη] pertinent huc Heſiodi verſus ἔργ. καὶ ἡμ. 250. ſq.

CAP. XXXV. 1 Αιγύπλια] ita ſcribendum pro Αιγύπλιοι, quod erat in pr. edd. ſenſus ſuadet, omneſque MSS. noſtri firmant. Eandem lectionem Salmaſius quoque in ora codicis ſui annotauerat.

2 Ερύθρας] ita lego pro Ερυθρᾶς, quod in pr. erat edd. & nomen Regis eſſe puto, a quo *Erythraeo* mari nomen, de quo Strabo XVI. p. 779. Arrianus in Indicis p. 579, qui eius ſepulcrum in *Oaracta* inſula commemorat. Egregie firmat hanc emendationem, quod in c. 30. dicit de Erythraeo mari, ὠνομάσθαι δὲ, ΩΣ ΕΙΠΟΝ, ἀπὸ Ερύθρα &c. vbi enim id innuit Philoſtratus, ſi non hoc loco?

3 μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ ἐσπλεῖν] μακραὶ ſ. *longae* naues ſunt *bellicae*, vt oſtendit Scheffer. de Variet. nauium diſſ. init. & Baylius de re nauali ſub init. quibus cur ad littora ſua appellere prohibuerit Erythras, onerariis tantum illa libertate permiſſa, nemo non videt. Ceterum nauis Aegyptiae quae hic deſcribitur rurſus mentio inf. VI, 16.

4 παραπλευρώσαντες] πλεῦραι & τοῖχοι nauis, de quibus paulo poſt, idem ſunt: hinc τοῖχος εὐώνυμος καὶ δεξιὸς apud Suidam. Hoc autem ſibi vult Iarchas: latera nauis multo maiora fuiſſe quam in ordinariis, vt tamen ea quae requiritur in nauibus proportio inter latera & reliquas partes ſeruaretur.

5 σελμάτων] σέλματα Euſtathio autore ad Il. Π'. initium p. m. 1051. τὸ μεταξὺ τῶν τοίχων τῆς ναός, idque & ζυγὸς καὶ σελὶς vocatur. Sed tamen & integra nauis σέλμα vocatur, teſte eodem ad Il. Ο'. p. 1032.

6 πολλοὶ δὲ κατὰ πρῷραν ἄρχοντες] Lucian. in Ioue Tragoedo πρῴρας ἐπιμελητὴ meminit καὶ τοίχων ἄρχοντος. Et vtrique τοίχῳ dextro & ſiniſtro aliquem praefuiſſe ἄρχοντα patet ex eodem.

7 ναῦται πρὸς ἱστία πηδῶντες] priores edd. ναῦται, καὶ πρὸς ἱστία πηδῶντες. Nos quod ſenſus exigebat & cod. Vratisl. firmabat, ſumus ſecuti.

ter,

tet, si eos vela aduersa facientes depraedandi illam libido incesserit. Idem obtinere in mundo isto existimandum est, considerantibus ipsam nauis instar habentem. Primus enim ac perfectissimus locus Deo tribuendus, huius animalis genitori. Ei proximus Deorum est, qui eius partes gubernant. Poëtarum enim probamus doctrinam, quando plurimos in coelo quidem Deos esse dicunt, multos etiam in mari, multos in fluminibus fontibusque, in terra praeterea multos, imo & esse sub terra. Loca vero infera, si quidem sint, quoniam horrenda atque exitialia canunt, a reliquo mundo secernamus.

ὅτε λήΐζοιντο αὐτὴν ἐπιπλέοντες. τοῦτο ἡγώμεθα καὶ περὶ τόνδε τὸν κόσμον εἶναι, θεωρῶντες αὐτὸν πρὸς τὸ τῆς ναυτιλίας σχῆμα. τὴν μὲν γὰρ δὴ πρώτην καὶ τελεωτάτην ἕδραν ἀποδοτέον θεῷ [8] γενέτορι τῷδε τῷ ζώῳ· τὴν δὲ ὑπ' ἐκείνῃ θεοῖς, οἳ τὰ μέρη αὐτῷ κυβερνῶσι. καὶ τῶν τε ποιητῶν ἀποδεχόμεθα, ἐπειδὴ πολλοὺς μὲν φάσκουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ θεοὺς εἶναι, πολλοὺς δὲ ἐν θαλάττῃ, πολλοὺς δὲ ἐν πηγαῖς τε καὶ γάμασι, πολλοὺς δὲ καὶ περὶ γῆν [9], εἶναι δὲ καὶ ὑπὸ γῆν τινας [10]. τὸν δὲ ὑπὸ γῆν τόπον, εἴπερ ἐσὶν [11], ἐπειδὴ φρικώδη αὐτὸν, καὶ φθαρτικὸν ἕδεσιν, ἀποτάττωμεν τῷ κόσμῳ [12].

c.xxxvi. Ista differente Indo mente motum se Damis fatetur prae admiratione, atque vehementer exclamasse: nunquam enim persuadere sibi potuisse, Indum eousque in literis Graecis proficere potuisse: neque, vtut linguam nosset, tanto flumine & elegantia haec edisserere valere. Depraedicat vero ipsius obtutum quoque & risum, quodque doctrinas suas non sine numine proferre sit visus. Apollonium autem, modeste & sine strepitu verba facientem, profecisse [ait] Indi huius vestigia legendo, & quotiescunque sedens dissereret (id autem frequenter faciebat) simillimum Iarchae visum esse.

Ταῦτα τῷ Ινδῷ διελθόντος, ἐκπεσεῖν ὁ Δάμις ἑαυτῷ φησιν ὑπ' ἐκπλήξεως, καὶ ἀναβοῆσαι μέγα· μὴ γὰρ ἄν ποτε νομίσαι ἄνδρα Ινδὸν ἐς τοῦτο ἐλάσαι γλώττης Ελλάδος· μήδ' ἂν, εἴπερ τὴν γλῶτταν ἠπίστατο, τόσῃ δ' εὐροίᾳ καὶ ὥρᾳ διελθεῖν ταῦτα. ἐπαινεῖ δὲ αὐτῷ καὶ βλέμμα, καὶ μειδίαμα, καὶ τὸ μὴ ἀθεεὶ δοκεῖν ἐκφέρειν τὰς δόξας. τόν τε Απολλώνιον εὐσχημόνως τε καὶ ἀψοφητὶ τοῖς λόγοις χρώμενον, ὅμως ἐπιδᾶναι μετὰ τὸν Ινδὸν τοῦτον· καὶ ὅποι καθήμενος διαλέγοιτο, θαμὰ δὲ τοῦτο ἔπραττε, προσεοικέναι τῷ Ιάρχᾳ.

c.xxxvii Ceteris vero etiam, quae dicta fuerant, priore illa lingua approbantibus, rursum Apollonius interrogauit, vtrum maioris molis esse putarent mare, an terram? Tunc Iarchas, si cum mari quidem, inquit, terra contendatur, maior erit, ipsa enim mare continet: si vero cum vniuersa humida substantia comparetur, terram minorem dixerimus, namque ipsam etiam aqua sustinet.

Επαινεσάντων δὲ καὶ τῶν ἄλλων πρώτῃ φωνῇ [1] τὰ εἰρημένα, πάλιν ὁ Απολλώνιος ἤρετο, πότερα τὴν θάλατταν μείζω ἡγοῖντο, ἢ τὴν γῆν; ὁ δὲ Ιάρχας, εἰ μὲν πρὸς τὴν θάλατταν, ἔφη, ἡ γῆ ἐξετάζοιτο, μείζων ἔσαι, τὴν γὰρ θάλατταν αὐτὴ ἔχει. εἰ δὲ πρὸς πᾶσαν τὴν ὑγρὰν οὐσίαν θεωροῖτο, ἤτοι τὴν γῆν ἀποφαινοίμεθα ἄν, καὶ γὰρ ἐκείνην τὸ ὕδωρ φέρει [2].

---

8 πρ. τῷ τελεωτ. ἵδραν ἀποδοτ. θεῷ] eam vero solem esse veterum multi credidere: in quo proinde triplex πῦρ: αἰθητὸν nempe quo corpora fouentur, νοερὸν h. e. ipsos *spiritus beatos* in sole cum Deo habitantes, & νοητὸν h. e. *summum Deum* agnoscebant Chaldaei. A quibus id acceperunt *Eclectici*, Proclus Hymno in solem, Iulianus orat. in Regem solem. &c.

9 περὶ γῆν] vid. Hesiodus ἔργ. καὶ ἡμ. v. 250. sq.

10 ὑπὸ γῆν] dicuntur ὑπόγαια, quae post terrae globum succedunt a sole remotiora. Summus nempe in systemate Indorum & Pythagoraeorum *sol*, sub eo ☿ ♀ & *globus* noster, sub globo nostro vmbra eius, remotiores item Mars & Saturnus, qui proinde dicuntur ὑπο γῆν.

11 εἴπέρ ἐσιν] dubie de *inferis*, vel vt Graeci dicunt περὶ τοῦ ἅδου; loquitur perinde ac Socrates in Phaedone Platonico.

12 ἀποτάττωμεν τῷ κόσμῳ] nempe κόσμῳ nomen *ornatum* notat, vnde *delectatio*, vt adeo diuersi a κοσμικοῖς generis sint τὰ φρικώδη καὶ φθαρτικά. Est autem κόσμος Copernico magnus orbis telluris, quo vsque ad Martis orbem interstitium patet, dodecaedri capax, vt monitum supra ad c. XXXIV. n. 2.

CAP. XXXVII. 1 πρώτῃ φωνῇ] sensum esse puto, ceteros quoque sapientes, Graeca lingua, assensum se praebere dictis Iarchae esse testatos. Nempe πρώτη φωνὴ *lingua, qua antea locutus* dicitur Iarchas, h. e. Graeca.

2 καὶ γὰρ ἐκείνην τὸ ὕδωρ φέρει] sic & Zeno ap. Diog. Laert. VII, 155. ὥστε τὴν γῆν ἐν ὕδατι εἶναι. Et Plinius H. N II, 6. *Quod ita formasse artifex natura credi debet, vt cum terra arida ac sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinente terra, mutuo implexu iungerentur: hac sinus pandente, illa vero permeante totam; intra, extra, supra venis vt vinculis discurrentibus.* Hisce sacra nostra Philosophia consentit, quae terram *formatam dicit super faciem abyssi* Prou. VIII, 27. *fundari super aquas* Ps. CXXXVI, 6. ἐξ ὕδατος καὶ διὰ ὑδάτων συνεστῶσαν 2. Pet. III. 5. Intelligitur autem, vt puto, per aquam siue ὑγρὰν οὐσίαν vniuersus aether, magnum orbem, in quo terra natitat, implens.

Μεταξὺ δὲ τῶν λόγων τούτων ἐφίσταται τοῖς σοφοῖς ὁ ἄγγελος, Ινδοὺς ἄγων σωτηρίας δεομένους. καὶ παρῆγε γύναιον ἱκετεῦον ὑπὲρ παιδός, ὃν ἔφασκε ἑκκαίδεκα ἔτη γεγονέναι, δαιμονᾶν δὲ δύο ἔτη· τὸ δὲ ἦθος τοῦ δαίμονος, εἴρωνα εἶναι καὶ ψευστήν. ἐρομένου δέ τινος τῶν σοφῶν ὁπόθεν λέγοι ταῦτα; τοῦ παιδὸς τοῦτο, ἔφη, τὴν ὄψιν ὑπερπεσόντος ἑτέρων, ὁ δαίμων ἐρᾷ, καὶ οὐ ξυγχωρεῖ αὐτῷ νοῦν ἔχειν, οὐδὲ ἐς διδασκάλου βαδίσαι ἐᾷ, ἢ τοξότου[1], οὐδὲ οἴκοι εἶναι, ἀλλ' ἐς τὰ ἔρημα τῶν χωρίων ἐκτρέπει. καὶ οὐδὲ τὴν φωνὴν ὁ παῖς τὴν ἑαυτοῦ ἔχει, ἀλλὰ βαρὺ φθέγγεται καὶ κοῖλον ὥσπερ οἱ ἄνδρες, βλέπει δὲ ἑτέροις ὀφθαλμοῖς[2] μᾶλλον ἢ τοῖς ἑαυτοῦ. κἀγὼ μὲν ἐπὶ τούτοις κλάω τε καὶ ἐμαυτὴν δρύπτω, καὶ νουθετῶ τὸν υἱὸν ὁπόσα εἰκός· ὁ δὲ οὐκ οἶδέ με. διανοουμένης δέ μου τὴν ἐνταῦθα ὁδὸν, τοτὲ δὲ πέρυσι διενοήθην, ἐξηγόρευσεν ὁ δαίμων ἑαυτὸν, ὑποκριτῇ[3] χρώμενος τῷ παιδί. καὶ δῆτα ἔλεγεν εἶναι μὲν εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, ἀποθανεῖν δὲ ἐρῶν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. ἐπεὶ δὲ ἡ γυνὴ περὶ τὴν εὐνὴν ὕβρισε, τριταίου καμόντος γαμηθεῖσα ἑτέρῳ, μισῆσαι μὲν ἐκ τούτου τὸ γυναικῶν ἐρᾶν, μεταῤῥυῆναι δὲ ἐς τὸν παῖδα τοῦτον. ὑπισχνεῖτο δὲ εἰ μὴ διαβάλλοιμι αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς[4], δώσειν τῷ παιδὶ πολλὰ καλὰ καὶ ἀγαθά. ἐγὼ μὲν δὴ ἔπαθόν τι ὑπὸ ταῦτα, ὁ δὲ διάγει με πολὺν ἤδη χρόνον, καὶ τὸν ἐμὸν οἶκον ἔχει μόνος, οὐδὲν μέτρον οὐδὲ ἀληθὲς φρονῶν. ἤρετο οὖν ὁ σοφὸς πάλιν, εἰ πλησίον εἴη ὁ παῖς; ἡ δὲ, οὐκ, ἔφη, πολλὰ μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ ἀφικέσθαι αὐτὸν πρᾶξαι. οὐδ' ἀπειλεῖ κρημνοὺς, καὶ βάραθρα, καὶ ἀποκτενεῖν[5] με τὸν υἱὸν, εἰ δικαζοίμην αὐτῷ δεῦρο. θάρσει, ἔφη ὁ σοφὸς, οὐ γὰρ ἀποκτενεῖ αὐτὸν ἀναγνοὺς ταῦτα. καί τινα ἐπιστολὴν ἀναπάσας τοῦ κόλπου, ἔδωκε τῇ γυναικί. ἐπέσαλτο δὲ ἄρα ἡ ἐπιστολὴ πρὸς τὸ εἴδωλον ξὺν ἀπειλῇ καὶ ἐκπλήξει.

Inter iſtos ſermones nuntius ad ſapientes venit, Indos aliquot adducens, vt opem ferant, orantes. Adduxit autem mulierculam pro filio intercedentem, quem annos natum aiebat ſedecim, duos vero iam annos a daemone obſideri, quantum autem ad indolem daemonis, cauillatorem illum eſſe & mendacem. Interrogante igitur ſapientum nonnemine, qua ratione nixa affirmare hoc poſſit? Puerum iſtum reſpondit, forma prae ceteris excellentem, amat daemon, nec ſana illum mente patitur eſſe, neque litterarum magiſtri eum neque ſagittarii ſcholas frequentare patitur, neque domi eſſe, ſed in deſerta loca eum expellit. Imo ne vocem quidem ſuam retinet puer, ſed grauem edit ſonum atque obtuſum qualem virili qui ſunt aetate, alienis itidem magis quam ſuis oculis tuetur. Ego igitur hac de cauſa lacrimas fundo, & pectus plango, filiumque, vt par eſt, ad ſanam mentem reducere conor: at ipſe me non agnoſcit. Cumque huc proficiſcendi conſilium caperem, id vero ſuperiore iam egi anno, daemon quiſnam eſſet confeſſus eſt, puero interprete vſus. Nempe aiebat ſe vmbram hominis eſſe in bello olim interfecti, occidiſſe autem ſe vxoris amantiſſimum. Aſt quoniam mulier coniugii iura violauerit, triduo poſt eius mortem alteri nupta, maxime inde mulierum amorem ſibi eſſe inuiſum, amoremque omnem ad hunc ſe puerum tranſtuliſſe. Pollicitus autem eſt, ſi apud vos eum non accuſauero, multa bona filio meo ſe eſſe daturum. Et ego quidem moueri aliquantum iſtis me paſſa fui, ipſe vero longo me iam fruſtratus eſt tempore, domumque meam ſolus habet, nihil honeſti & veri mente agitans. Interrogauit igitur rurſum ſapiens, an prope eſſet puer? Ea vero, minime, dixit. Multa enim [daemonem] ne iſthac ille veniret, eſſe molitum. Ipſeque praecipitia, barathraque & mortem filio meo minatur, ſi huc ſeſe ad iudicium pertraxero. Tunc ſapiens, bono animo, inquit, eſto, non enim interficiet ipſum ſi haec legerit, epiſtolamque e ſinu protractam mulieri dedit. Scripta autem epiſtola erat ad ſpectrum, minas terroremque complexa.

CAP. XXXVIII. 1 ἢ τοξότου] nempe illis gentibus id genus exercitii maxime familiare, vt tritum.

2 ἑτέροις ὀφθ.] i.e. quorum alius plane ſit obtutus quam ipſius ſit alias.

3 ὑποκριτῇ] rarior vox hoc vſu. Somniorum coniectoribus tribuit Artemidorus. Sed inf. tamen etiam l. IV. c. 19. ὑποκρίνεσθαι vſurpatur de eo, qui *daemonis afflatu loquebatur*. Et de Pythia hoc verbum haut raro vſurpatur apud veteres.

4 εἰ μὴ διαβάλλοιμι αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς] idem ſenſus eſt, eius quam paulo poſt habet, phraſeos: εἰ δικαζοίμην αὐτῷ δεῦρο.

5 ἀποκτενεῖν] ſic cod. Vrbin. & Vratisl. quod melius videtur, quam ἀποκτενεῖ, quod antea editum. Sic enim conſtrui poteſt cum ἀπειλεῖ. Non repudiauerim tamen prorſus ἀποκτενεῖ, non aliena enim a Philoſtrati vſu illa orationis permutatio. Mox pro μοῦ Vrbin. legit μοι, quod & in ſuis codicibus ſe reperiſſe teſtatus Morellus fuerat.

C. XXXIX. Claudus praeterea etiam aduentabat, annos iam natus triginta, leonum venator acerrimus. Irruente autem in eum leone apophysin maiorem ossis femoris luxauerat, pedemque inde breuiorem habuit. Verum eius manibus partem illam laesam tractantibus adolescenti recte gradiendi facultas est restituta. Alius porro oculis captus omni luce recuperata discessit. Alius item manu altera laborans recte ea valens discessit. Mulier etiam aliqua, quae septies partum iam fecerat difficilem, marito pro ea deprecante, hoc modo sanata est: iussit virum, vbi in partu constituta esset femina, leporem in sinu occultatum, viuum, deferre ad locum in quo partus edendus mulieri, eamque circumeundo vna cum lepore liberare: fore enim, vt simul cum embryone ipsa vulua prolabatur, nisi lepus repente dimittatur foras.

Καὶ μὴν καὶ χωλεύων τις ἀφίκετο, γεγονὼς μὲν ἤδη τριάκοντα ἔτη, λεόντων δὲ θηρατὴς δεινός. ἐμπεπλωκότος δὲ αὐτῷ λέοντος ὠλισθήκει τὸν γλουτὸν, καὶ τὸ σκέλος ἕτερος εἶχεν. ἀλλ' αἱ χεῖρες αὐτοῦ[1] καταψῶσαι τὸν γλουτὸν, ἐς ὀρθὸν τὸ βαδίσματος ἦγε. καὶ ὀφθαλμῶν δέ τις ἐξερρυηκὼς ἀπῆλθε πᾶν ἔχων τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς. καὶ ἄλλος, τὴν χεῖρα ἀδρανὴς ὤν, ἐγκρατὴς ὤχετο. γυνὴ δέ τις ἑπτὰ ἤδη γαστέρας δυσοκοῦσα, δεομένου ὑπὲρ αὐτῆς τοῦ ἀνδρὸς, ὧδε ἰάθη· τὸν ἄνδρα ἐκέλευσεν, ἐπειδὴ τίκτῃ ἡ γυνὴ, λαγὼν ὑπὸ κόλπου ζῶντα ἐσφέρεσθαι ἕως τίκτει, καὶ περιελθόντα αὐτὴν ἀφεῖναι ὁμοῦ τῷ λαγῷ· συνεκδοθῆναι γὰρ αὐτῷ ἂν τῷ ἐμβρύῳ τὴν μήτραν, εἰ μὴ ὁ λαγὼς αὐτίκα ἐξενεχθεὶς θύραζε.

Cap. XL. Patre porro cuidam conquerenti filios quidem sibi nasci, sed vbi primum bibere vinum occipiant omnes mori, respondens Iarchas dixit: melius ipsis est, quod mortui sint. Maniam enim non euitaturi fuissent ex calidioribus, prout videtur, geniti seminibus. Vino igitur abstinendum est filiis vestris, ita vt ne cupiditate quidem vini vnquam moueantur. Sique adeo posthac filius tibi nascetur (id nempe ab hinc septimo factum est die, vt video,) noctuam obseruare oportet, vbi nidificet, ouaque inde rapientem mediocriter elixata infanti comedenda praebere. Si enim ex illis comederit antequam degustauerit vinum, auersatio vini in eo nascetur, eritque temperantissimus, vt qui solam habeat caloris naturalis temperiem. Hisce autem pleni, virosque ob eximiam in omnibus sapientiam admirati, multa quotidie interrogabant, multa vicissim interrogati.

Πατρὸς δ' αὖ τινος εἰπόντος ὡς γένοιντο μὲν αὐτῷ παῖδες, ἀποθάνοιεν δὲ ὁμοῦ τῷ ἄρξασθαι οἴνου πίνειν, ἐπιλαβὼν εἶπεν ὁ Ἰάρχας, καὶ βελτίους ἀποθανόντες ἐγένοντο. ἃ γὰρ ἂν διέφυγον τὸ μὴ μανῆναι, θερμοτέρων, ὡς φαίνεται, σπερμάτων φύντες. οἴνου μὲν δὴ ἀφεκτέον τοῖς ἐξ ὑμῶν, ὡς μηδὲ[1] ἐς ἐπιθυμίαν ποτὲ οἴνου καταστῆναι. εἰ δή σοι πάλιν παιδίον γένοιτο, γέγονε δὲ ἑβδόμην ἡμέραν, ὡς ὁρῶ, τὴν γλαῦκα ὄρνιν χρὴ ἐπιφυλάττειν, ἣ νεοττεύει, καὶ τὰ ὠὰ[2] σπάσαντα δοῦναι μασᾶσθαι τῷ βρέφει, συμμέτρως ἔψοντα[3]. εἰ γὰρ βρώσεταί τι τούτων πρὶν οἴνου γεύσεται, μῖσος αὐτῷ πρὸς τὸν οἶνον ἐμφύσεται, καὶ σωφρονέστατα διαπείσεται, μόνου ξυγκεκραμένου τοῦ τῇ φύσει θερμοῦ[4]. τούτων δὴ ἐμπιπλάμενοι, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐκπληττόμενοι τῆς ἐς πάντα σοφίας, παμπόλλους ὁσημέραι λόγους ἠρώτων, πολλοὺς δὲ καὶ αὐτοὶ ἠρωτῶντο.

Cap. XLI. Atque dialecticarum quidem disputationum ambo participes fuere. Arcana autem studia, quibus astrologicis rebus & diuinandi peritiae animum aduerterunt, & rerum futu-

Τῆς μὲν δὴ διαλεκτικῆς ξυνουσίας ἄμφω μετεῖχον, τὰς δὲ ἀπορρήτους σπουδὰς[1], αἷς ἀστρικήν τε μαντείαν[2] κατενόουν, καὶ τὴν πρόγνωσιν

CAP. XXXIX. 1 αἱ χεῖρες αὐτοῦ] editi habebant αὐτοῦ. Gruterus Salmasiusue αὐτῷ malebat, quod referret ad aegrum. Sed optimum videtur αὐτοῦ, quod referas ad Indum sapientem, medelam afferentem, cuius in praecedentibus mentio: ἐρομένου δέ τινος τῶν σοφῶν cap. 38. initio, ad quem sequens tota oratio refertur. Ceterum ἀντίπλωσιν, alias quoque non infrequentem, hic obseruauit Scholiastes Romanus namque αἱ χεῖρες καταψῶσαι est pro χειρῶν καταψωσῶν.

CAP. XL. 1 ὡς μηδὲ] sic omnes codd. nostri optime. Priores edd. ὡς δὲ μηδέ. In aliis codd. inuenerat Morell. ἅστε μηδέ.

2 καὶ τὰ ὠά] eadem repetit Philostratus in imaginibus l. II. in *Insulis*. Eiusdem rei Plinius mentionem facit lib. XXX. H. N. Sect. 51. & ex eo Gesnerus l. III. de auibus.

3 ἕψοντα] ita MSS. omnes, editi ἕψοιτας.

4 τοῦ τῇ φύσει θερμοῦ] priores edd. τοῦ ὁ τῇ φύσει. Sed nihil opus particula ὁ, quam & omisere MSS. omnes. Ceterum pro θερμοῦ cod. Vatic. & Vrbin. habebant θερμῶ. Sed retinendum θερμοῦ, respicit enim quod paulo ante dixit, θερμοτέρων σπερμάτων πεφυκέναι hominis illius liberos.

CAP. XLI. 1 σπουδὰς] ita legendum citra dubium, σπουδὰς, αἷς ἀστρικὴν &c. ἐσπούδαζον καὶ κατενόουν plane Graeca phrasis. σπουδὰς autem, (quod vulgatae habent) quibus ἀστρικὴν ἐσπούδαζον, plane non intelligas quid sibi velint.

2 ἀστρικήν τε μαντείαν] male in vulgatis scriptum ἀστρικὴν

ἐσπεύδαζον, θυσιῶν τε ἥπλοντο, καὶ κλήσεων[3] αἷς θεοὶ χαίρουσι, μόνον φησὶν[4] ὁ Δάμις τὸν Ἀπολλώνιον ξυμφιλοσοφεῖν τῷ Ἰάρχᾳ· καὶ ξυγγράψαι μὲν ἐκεῖθεν περὶ μαντείας ἀστέρων βίβλους τέτταρας, ὧν καὶ Μοιραγένης[5] ἐπεμνήσθη. ξυγγράψαι δὲ περὶ θυσιῶν, καὶ ὡς ἄν τις ἑκάστῳ θεῷ[6] προσφόρως τε καὶ κεχαρισμένως θύοι. τὰ μὲν δὴ τῶν ἀστέρων, καὶ τὴν τοιαύτην μαντικὴν πᾶσαν, ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην ἡγοῦμαι φύσιν, οὐδ' εἰ κέκτηταί τις οἶδα. τὸ δὲ περὶ θυσιῶν ἐν πολλοῖς μὲν ἱεροῖς[7] ἔγνων, ἐν πολλαῖς δὲ πόλεσι, πολλοῖς δὲ ἀνδρῶν σοφῶν οἴκοις. καί τοι[8], ἄν τις ἑρμηνεύοι αὐτὸ[9], σεμνῶς[10] ξυντεταγμένον, κ) κατὰ τῆς ἠχοῦ[11] τὸ ἀνδρός. φησὶ δὲ ὁ Δάμις κ) δακτυλίους ἑπτὰ τὸν Ἰάρχαν τῷ Ἀπολλωνίῳ δοῦναι, τῶν ἑπτὰ ἐπωνύμους ἀστέρων[12], ἃς φορεῖν τὸν Ἀπολλώνιον κατὰ ἕνα πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἡμερῶν.

rarum inuestigationem fuere moliti, de sacrificiis item egerunt, & appellationibus, quibus Dii maxime gaudent, solum tractasse cum Iarcha Apollonium Damis refert: atque ex illa disciplina scripsisse de astrologica diuinatione libros quatuor, quorum Moeragenes meminit. Scripsisse etiam de sacrificiis, & quo pacto quis Deorum cuiuis, vt gratum ei sit atque conueniat, sacrificare possit. Astrorum igitur scientiam quidem, atque huiuscemodi diuinandi artem omnem humanae naturae metas excedere puto, neque an quispiam possideat satis scio. De sacrificiis autem opus in plerisque templis inueni, & in ciuitatibus pluribus, multis item sapientum virorum domibus. Et quidem, si quis explicare id nouerit, cum grauitate compositum, atque eo quo vti solebat vir ille sonitu. Scribit praeterea Damis Iarcham septem annulos Apollonio dedisse, stellarum septem nominibus insignitos, quos singulos gestauerit Apollonius, vnum post alium, vt dierum nomina id ferrent.

Περὶ δὲ προγνώσεως λόγε αὐτοῖς ποτε ὄντος, καὶ τῷ Ἀπολλωνίῳ προσκειμένῳ τῇ σοφίᾳ ταύτῃ, καὶ τὰς πλείους τῶν διαλέξεων ἐς τοῦτο ξυτείνοντος, ἐπαινῶν αὐτὸν ὁ Ἰάρχας, οἱ μαντικῇ, ἔφη, χαίροντες, ὦ χρηστὲ Ἀπολλώνιε, θεῖοί τε ὑπ' αὐτῆς γίγνονται, καὶ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπε πράττουσι. τὸ γὰρ, ἃ χρὴ ἐς θεὸν ἀφικόμενον εὑρέσθαι, ταῦτα ἂν, ὦ χρηστὲ, ἀφ' ἑαυτῦ προϊδέσθαι, προειπεῖν τε ἑτέροις ἃ μήπω ἴσασι, παντολείε τινὸς ἡγοῦμαι, καὶ ταυτὸν ἰσχύοντος τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφικῷ. ἐπειδὴ δὲ ἡ τέχνη τὰς ἐς θεὸν[1] φοιτῶντας ἐπὶ τῷ χρήσασθαι καθαρὰς

Cum autem aliquando de scientia futurorum sermones conferrent, Apollonio isti sapientiae tum dedito maxime, tum disputationum pleraque eo in primis dirigente, collaudato eo Iarchas, qui diuinandi peritia gaudent, inquit, optime Apolloni, diuini quidem ob ipsam euadunt, & ad vtilitatem hominum plurimum conferunt. Ea enim, quae ad oraculum accedentem rescisce oportet, optime ipsum praeuidere aliquem, ceterisque ignorantibus praedicere posse, hoc ego beatissimi esse hominis, idemque quod Delphicus Apollo valentis, esse existimo. Cumque ars ista eos, qui ad oraculum accedunt re- Cap. XLII

ἢ μαντείαν. Ceterum vulgarem Astrologiam hic non intelligi patet ex sequentibus, haec enim in humanis artibus censetur in operis *de Sophistarum vitis* prooemio. Hic vero de diuina quadam μαντικῇ esse sermonem patet ex sequentibus.

3 κλήσεων] κλήσεις sunt euocationes Deorum daemonumque & heroum, qualem inf. l. IV. c. 15. iuxta Indicae sapientiae praecepta, Achillem euocans, Apollonius peregisse dicitur.

4 μόνον φησὶν] sic rescribendum pro μόνον φωνὴν, quod in prioribus editum, & sensus monet, & omnes MSS. nostri. Salmas. quoque in ora codicis sui ad hanc vocem notauerat vel φωνεῖ vel aliquid simile esse substituendum.

5 Μοιραγένης] quem res Apollonii descripsisse supra lib. I. c. 3. dictum.

6 ὡς ἄν τις ἑκάστῳ θεῷ] libri huius Apollonii rursus mentio inf. lib. IV. c. 18.

7 ἐν πολλοῖς μὲν ἱεροῖς] addidi μὲν fide MSS. quorum etiam autoritate nixus pariter ac ratione paulo ante post φύσιν omisi καί.

8 καί τοι] male vulg. κῆτί.

9 ἑρμηνεύοι] suspicio fuit haec referenda eo esse, quod peculiari scribendi ratione Apollonius vsus fuerit, exemplo Aegyptiorum, in huiusmodi rebus. Ἑρμηνεία proinde opus, & explicatione harum litterarum. Litteras, quibus vsus est, nescio vnde acceptas exhibet Blasius Vigenerius in Steganographicis, & ex eo Arthus Thomas in commentario ad Gallicam versionem vitae Apollonii p. 703. quas tamen, idonea fide destitutas, indignas quae hoc lococomparerent putaui. Sed & veriorem huius loci interpretationem suppeditat ipse Philostr. inf. lib. IV. cap. 19. vbi dicit in hoc ipso *de sacrificiis libro* τῇ ἑαυτῦ φωνῇ h. e. *Cappadocum* dialecto, (eius enim gentis Tyana, Apollonii patria, fuit) eum vsum fuisse: ἑρμηνεία igitur opus erat eius libri apud Graecos, alii dialecto assuefactos. Eius dialecti patriae mentio etiam supra lib. I. c. 7. vbi commendatur in Apollonio, ὅτι γλῶτται Ἀτλικῶς εἶχεν, οὐδ' ἀπήχθη τὴν φωνὴν ὑπὸ τῦ ἤθους.

10 σεμνῶς ξυντεταγμένον] τὸ σεμνὸν est ἰδέα λόγε de qua Hermogenes videri potest. Adde obseruata nobis ad vit. Sophistar. l. I. *Critia*.

11 ἠχοῦ] vide obseruata ad vitas Soph. l. I. *Dione*.

12 τῶν ἑπτὰ ἐπωνύμους ἀστέρων] erant istae scripturae Talismanicae, quales lapidibus pariter ac metallis, vel auerruncandorum malorum causa, vel procurandorum bonorum incidebant: confer praeter supra laudatos autores de Talismanicis *Planetarum* figuris, peculiariter Gaffarell. in *Nouis inauditis*. In Metallis tales figurae non raro in cimeliarchiis magnorum virorum hinc inde occurrunt, imo & in gemmis ab impostoribus Italis imperitis haut raro obtruduntur.

CAP. XLII. 1 ἐς θεὸν φοιτ.] vide s. l. II. c. 27.

spon-

ſponſorum petendorum cauſa praecipiat puro venire inceſſu, vel dicere illis, *exeſto templo* [iubeat;] exiſtimo ego virum, qui praeſcire futura voluerit, ſanctum ſe eſſe ſeruaturum, neque vllius ſordis macula animam habiturum inquinatam, vel vllas delictorum cicatrices menti impreſſas geſturum: purum autem redditurum vaticinia, quae ipſe intelligat &, quem in pectore geſtat, tripos: ſic enim certa magis magiſque vera oracula reddet. Quapropter mirari nil opus, ſi & tu hanc ſcientiam mente complexus ſis, cum tantum aetheris in anima geras.

C. XLIII. Simul vero aduerſus Damidem liberali ioco vſurus, tu vero, inquit, nihilne praenoſcis Aſſyrie, idque cum tali viro verſatus? Per Iouem, reſpondit Damis, quantum mihi opus eſt [praenoſco.] Cum primum enim in Apollonium huncce incidiſſem, plenuſque ſapientiae ille mihi viſus eſſet, grauitatis item ac temperantiae, vt & continentiae: cum item memoriam in eo deprehendiſſem, doctrinam item ſummam, maximumque diſcendi ſtudium, daemona quendam nactus ſum: huiuſque fruens commercio, cognoui quod indoctus qui ſim & parum ſapiens eruditionis laudem ſim conſecuturus, barbaruſque antea in virum bene inſtitutum euaſurus, quod item illum ſecutus, & cum eo philoſophiae operam nauans Indos viſurus ſim, viſurus ſim etiam vos, inde & cum Graecis ſim conuerſaturus, ipſe factus ab eo Graecus. Veſtra autem quidem [effata,] res maximas ſpectantia, Delphicum aut Dodonaeum, aut aliud, quodcunque volueritis, oraculum ſtatuite: mea vero, quoniam Damis eſt qui iſta praeuidet, & praeuidet tantum quae ad ſeipſum pertinent, praeſtigiatricis ſunto aniculae, de pecudibus & aliis huiuſmodi vaticinantis, quibus dictis in riſum effuſi ſapientes omnes fuere.

C. XLIV. Sedato autem riſu Iarchas de diuinatione ſermonem proſecutus eſt, multorumque bonorum eam hominibus cauſam eſſe dixit, maximum tamen eius donum medicinam eſſe. Neque enim vnquam doctos Aeſculapii filios in eius rei cognitionem peruenturos fuiſſe, niſi Apollinis filius Aeſculapius, iuxta patris effata

κελεύει βαδίζοντας φοιτᾶν, ἢ, ἔξιθι τᾶ νεω[2], πρὸς αὐτὰς ἐρεῖν· δοκεῖ μοι καὶ τὸν προγνωσόμενον ἄνδρα ὑγιῶς ἑαυτᾶ ἔχειν, καὶ μήτε κηλῖδα προσμεμᾶχθαι τᾷ ψυχᾷ μηδεμίαν, μήτε ἀλὰς ἁμαρτημάτων ἐντετυπῶσθαι τᾷ γνώμᾳ· καθαρῶς δὲ αὐτὸν προφητεύειν, ἑαυτᾶ καὶ τᾶ περὶ τᾠ στέρνῳ τρίποδος ξυνιέντος· γεγονότερον γὰρ ἄτω καὶ ἀληθέστερον τὰ λόγια ἐκδώσει. ὅθεν ἃ χρὴ θαυμάζειν, εἰ καὶ σὺ τὴν ἐπιστήμην ξυνείληφας, τοσᾶτον ἐν τᾷ ψυχᾷ φέρων αἰθέρα[3].

Καὶ χαριεντιζόμενος ἅμα πρὸς τὸν Δάμιν, σὺ δ' ἀδὲν, ἔφη, προγιγνώσκεις Ασσύριε[1], καὶ ταῦτα ξυνὼν ἀνδρὶ τοιούτῳ; νὴ Δί', εἶπε, τά γε ἐμαυτῷ ἀναγκαῖα. ἐπειδὴ γὰρ πρώτῳ ἐνέτυχον τῷ Απολλωνίῳ τούτῳ, καὶ σοφίας μοι ἔδοξε πλέως, δεινότητός[2] τε καὶ σωφροσύνης, καὶ τᾶ καρτερεῖν ὀρθῶς· ἐπεὶ δὲ καὶ μνημοσύνην[3] ἐν αὐτῷ εἶδον, πολυμαθέστατόν τε καὶ φιλομαθίας ἥτ]ω, δαιμόνιόν τί μοι ἐγένετο[4]· καὶ ξυγγενόμενος αὐτῷ σοφὸς μὲν ὠήθην δόξειν ἐξ ἰδιώτα τε καὶ ἀσόφα, πεπαιδευμένος δὲ ἐκ βαρβάρα[5], ἑπόμενος δὲ αὐτῷ καὶ ξυσπουδάζων ὄψεσθαι μὲν Ινδὰς, ὄψεσθαι δὲ ὑμᾶς, Ελλησί τε ἐπιμίξειν Ελλην ὑπ' αὐτᾶ γενόμενος. τὰ μὲν δὴ ἡμέτερα, περὶ μεγάλων ὄντα, Δελφὰς ἡγεῖσθε καὶ Δωδώνην, καὶ ὅ, τι βέλεσθε. τάμὰ δὲ, ἐπειδὴ Δάμις μὲν ὁ προγιγνώσκων αὐτὰ, προγιγνώσκει δ' ὑπὲρ αὐτᾶ μόνα, γραὸς ἔγω ἀγυρτρίας, μαντευομένης ὑπὲρ προβατίων, καὶ τῶν τοιούτων. ἐπὶ τούτοις μὲν δὴ ἐγέλασαν οἱ σοφοὶ πάντες.

Καταςάντος δὲ τᾶ γέλωτος, ἐπανήγαγεν ὁ Ιάρχας ἐς τὸν περὶ μαντικῆς λόγον, καὶ πολλὰ μὲν αὐτὴν ἀγαθὰ ἔλεγε τὰς ἀνθρώπως εἰργάσθαι, μέγιστον δὲ τὸ τᾶς ἰατρικᾶς δῶρον. ἃ γὰρ ἄν ποτε τὰς σοφὰς Ασκληπιάδας ἐς ἐπιστήμην τάτα παρελθεῖν, εἰ μὴ παῖς Απόλλωνος Ασκληπιὸς γενόμενος, καὶ κατὰ τὰς ἐκείνα φήμας τε

---

2 ἔξιθι τᾶ νεώ] ſolennis vox, qua impuri dimittebantur. Vnde tot ſemper purgationes prius conſultori ſubeundae, antequam ad conſulendum admitteretur.

3 φέρων αἰθέρα] nempe diuinae & aethereae naturae animus conf. ſ. ad c. 34. quo minus vero aliis rebus permiſtus & obſcuratus eſt animus, vt vino διαθολᾶσθαι dicitur lib. I. c. 3, eo plus aetheris purioris in eo deprehenditur.

CAP. XLIII. 1 Ασσύριε] nempe Ninius Damis erat ex Aſſyria, vide ſ. l. I. c. 3.

2 δεινότητος] nempe δεινὸς ὃς θεὸς σίζει vt apud Aſchylum eſt in ſeptem ad Theb. v. 602.

3 μνημοσύνην] conf. l. II. c. 30. n. 4.

4 δαιμόνιόν τί μοι ἐγίνετο] priores interpretes: *diuinum nescio quid mihi obtigisse putaui.* At alluditur ad Socratis *daemonium*, quo de eis quae ipſi & amicis eius imminebant admonebatur: probant ſqq. κὴ ξυγγενόμενος αὐτῷ nempe δαιμονίῳ.

4 ἐκ βαρβάρα] editi βαρβάρων, ſed numerum vnitatis voci reddere non dubitaui.

καὶ μαντείας ξυνθεὶς, τὰ πρόσφορα ταῖς νόσοις φάρμακα παισί τε ἑαυτῷ παρέδωκε, καὶ τοὺς ξυνόντας ἐδιδάξατο, τίνας μὲν δεῖ προσάγειν πόας ὑγροῖς ἕλκεσι, τίνας δὲ αὐχμηροῖς καὶ ξηροῖς. ξυμμετρίας δὲ[1] ποτίμων φαρμάκων, ἀφ' ὧν ὕδεροι ἀποχετεύονται, καὶ αἷμα ἴσχεται, φθόαι τε παύονται, καὶ τὰ ἔτω κοῖλα[2]· καὶ τὰ τῶν ἰοβόλων ἄκη, καὶ τὸ τοῖς ἰοβόλοις αὐτοῖς ἐς πολλὰ τῶν νοσημάτων χρῆσθαι τίς ἀφαιρήσεται τὴν μαντικήν; ἃ γάρ μοι δοκοῦσιν ἄνευ τῆς προγιγνωσκούσης σοφίας[3] θαρσῆσαί ποτε ἄνθρωποι τὰ πάντων ὀλεθριώτατα φαρμάκων ἐγκαταμίξαι τοῖς σώζουσιν.

& vaticinia, morbis conuenientia remedia compoſuiſſet filiiſque tradidiſſet ſuis, atque diſcipulos edocuiſſet, quas nam oporteret herbas vlceribus applicare humentibus, quas ſiccis item aridiſque. Potionum porro medicarum modum, quibus aqua intercus deducitur, ſanguinis fluxus ſiſtitur, phthiſes curantur, aliaque eius generis ſubtus repentia: venenatorumque remedia, vtque ipſis venenatis aduerſus morbos quam plurimos vti liceat, quis diuinationi deberi negabit? Neque enim mihi videntur ſine ſapientia, rerum futurarum conſcia, auſuri vnquam fuiſſe mortales, vt res omnium maxime noxias proficuis medicamentis admiſcerent.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος ἀναγέγραπται τῷ Δαμιδι, σπεδασθεὶς ἐκεῖ περὶ τῶν ἐν Ινδοῖς μυθολογουμένων θηρίων τε καὶ πηγῶν, καὶ ἀνθρώπων, μήδ' ἐμοὶ παραλειπέσθω. καὶ γὰρ κέρδος εἴη μή τε πιστεύειν, μήτε ἀπιστεῖν πᾶσιν. ἤρετο γὰρ δὴ ὁ Ἀπολλώνιος, ἔστι τι ζῷον ἐνταῦθα Μαρτιχόρας[2]; ὁ δὲ Ἰάρχας, καὶ τίνα, ἔφη, φύσιν τοῦ ζῴου τούτου ἤκουσας; εἰκὸς γὰρ καὶ περὶ εἴδους αὐτοῦ διαλέγεσθαι. λέγεται γάρ, εἶπε, μεγάλα, καὶ ἄπιστα. τετράπουν μὲν γὰρ εἶναι αὐτὸ, τὴν κεφαλὴν δὲ ἀνθρώπῳ εἰκάσθαι, λέοντι δὲ ὁμοιοῦσθαι τὸ μέγεθος, τὴν δὲ οὐρὰν τοῦ θηρίου τούτου πηχυαίας[3] ἐκφέρειν καὶ ἀκανθώδεις τὰς τρίχας, ἃς βάλλειν ὥσπερ τοξεύματα ἐς τοὺς θηρῶντας αὐτό. ἐρομένου δὲ αὐτοῦ καὶ περὶ τοῦ χρυσοῦ ὕδατος[4], ὃ φασιν ἐκ πηγῆς βλύζειν, καὶ περὶ τῆς ψήφου[5] τῆς ἄπερ ἡ μαγνῆτις ποιούσης, ἀνθρώπων τε ὑπὸ γῆν οἰκούντων[6], καὶ πυγμαίων[7] αὖ,

Quoniam autem & ille ſermo a Damide fuit in litteras relatus, qui inſtitutus ibi de iis, quas Graecorum fabulae apud Indos celebrant, beſtiis, fontibuſque fuit, & hominibus; mihi quoque minime eum praetereundum puto. Id enim lucri inde forte quis reportauerit, vt neque fidem adhibeat, neque deroget omnibus. Interrogauit itaque Apollonius, an apud ipſos inueniretur animal Martichora? reſpondit Iarchas: qualem animalis iſtius naturam eſſe audiuiſti? ſane enim oportet vt de forma ipſius aliquid dicas. Nempe, aiebat Apollonius, magna & incredibilia de eo narrantur. Quadrupes enim eſſe ferunt, capite hominem referre, magnitudine eſſe leonis, caudamque beſtiae ſetas cubitales, acanthis ſimiles, promittere, quas in venantes ipſum ſagittarum modo iaculetur. Interrogante praeterea eo de aqua aurea, quam ex fonte manare perhibent, & de gemma, quae magneti paria faciat, hominibus item, qui ſub terra habitent, vt & de pygmaeis,

Cap. XLV.

CAP. XLIV. 1 ἀυχμηροῖς καὶ ξηροῖς. ξυμμετρίας δὲ] ſic & lego & diſtinguo: priores editiones: ἀυχμηροῖς, καὶ ξηροῖς, ξυμμετρίας, τίνα δὲ &c. τίνα & omittunt MSS. & ſenſus reſpucit.

2 καὶ τὰ ἔτω κοῖλα] Schol. Rom. τὰ διὰ βάθους χωροῦντα.

3 προγιγνωσκούσης σοφίας] editi praeter rem interſerebant αὐτοῖς, quod & cod. Vrbin. & Vratisl. reſpuebant.

CAP. XLV. 1 ἴσι τι ζῷον] ita MSS: editi male ἔστι τε ζῷον.

2 Μαρτιχόρας] Μαντιχόρα legitur apud Euſeb. ipſeque Ariſtot. de animal. II, 11. habet Μαντιχώρας & Aeliani codd. MSS. *Mantichoram* in omnibus Plinii MSS. ſe reperiſſe ait I. Harduinus ad H. N. VIII, 30. 46. Μαρτιχώρας in cod. Vratisl. eſt. Μαρτιχώρα cod. Vrbin. cum quo faciunt excerpta Cteſiana apud Photium p. m. 145. Μαρτιχόρας in vulgatis Aeliani quoque legitur, de animal. IV, 21. alios tamen codices μαντιχόρας habere obſeruatum Petro Gillio. Apud Pauſaniam ed. Sylb. p. 297. μαρτιόρα legitur. Interpretatur autem Indicum iſtud animalis nomen Cteſias: ἑλληνιστὶ eſſe inquiens ἀνθρωποφάγον. Pauſanias *Tigrin* eſſe putat, ſed errat.

3 πηχυαίας] vix dubitauerim legendum eſſe ποδιαίας. Sic enim ex Cteſia ex Cteſia & Aelianus refert & Photius loc. cit.

4 περὶ τοῦ χρυσοῦ ὕδ.] plura de hac aqua Cteſias ap. Photium p. 144. qui dicit κρήνην πλησμίον ἀνὰ ἔτος ὑγρὸν χρυσοῦ.

5 περὶ τῆς ψήφου] intelligit παντάρβην de qua in ſequente capite plura: eius vero etiam notitiam Cteſiae debet Apollonius, vt & ſequentium omnium de quibus certior ex Iarchae ore fieri cupit. De *Pantarba* mentio quoque aliquoties apud Heliodorum. vt l. IV. p. 177. & l. VIII. p. 391.

6 ἀνθρώπων δὲ ὑπὸ γῆν οἰκούντων] intelligit, niſi fallor, Cteſiae cynocephalos, quos nullas habere domos, ſed in antris habitare narrat, vid. eum apud Photium p. 153. Meminit cynocephalorum Aethiopiae Agatharchides, Plinius paſſim, Aelianus & alii; quos tamen feras ex genere ſimiarum, non homines eſſe putant. vid. inprimis Plinium VIII, 80. & ita profecto de Indiae quoque cynocephalis vt ſuſpicemur, ipſa facit Cteſiae narratio: conf. inf. ad c. 50. notata. Ημίκυνες alias appellantur, & plerumque cum πυγμαίοις, σκιάποσι & μακροκεφάλοις iunguntur, vid. Steph. in illa voce & in μακροκεφ.

7 πυγμαίων] de iis quoque Cteſias apud Photium l. c. Eos in montanis Praſiorum in India commemorat Plinius VI, 22. In Aethiopia quoque ad Nili fontes feruntur pygmaei ab Ariſtot. Hiſt. animal. l. VIII, c. 12. Mela l. III, c. 8. Plinio H. N. VI, 35. De eorum gente & Regina *Gerane* pugnaque cum gruibus Aelian. H. N. XV, 29.

& Scia-

& sciapodibus: respondens Iarchas, de animalibus, inquit, aut plantis, fontibusue, quos huc veniens ipse vidisti, quid multa tibi dicam? Tuum enim iam est aliis ea referre. Feram vero sagittantem, aut fontes aureis aquis manantes ego in his locis esse nunquam audiui.

καὶ σκιαπόδων[8]. Ἰωνλαβὼν ὁ Ἰάρχας, περὶ μὲν ζώων, ἢ φυτῶν, εἶπεν, ἢ πηγῶν, ὧν αὐτὸς ἐνταῦθα ἥκων εἶδες, τί ἄν σοι λέγοιμι; σὸν γὰρ ἤδη νῦν ἐξηγεῖσθαι αὐτὰ ἑτέροις. θηρίον δὲ τοξεῦον, ἢ χρυσᾶ πηγὰς ὕδατος ἅπω ἐνταῦθα ἤκουσα.

c. XLVI. De gemma autem quae alios lapides ad se trahat, sibique iungat, causa non est cur dubites. Poteris enim & ipsam videre gemmam, & quae in ea sunt cuncta mirari. Est nempe illa ad summum magnitudinis eiusdem cuius est digiti huius vnguis, (pollicem autem monstrabat.) Gignitur vero in concauis terrae, profunditate passum quatuor. Tantumque spiritu abundat, vt eo intumescat terra & rumpatur plerumque dum in ea gemma concipitur. Inuestigare autem ipsam nemini licet, aufugit enim nisi arte extrahatur. Solique nos partim ritibus partim verbis sacris terra educimus Pantarbam, (id enim nomen est gemmae). Noctu igitur ille diem velut flamma aliqua praestat, ignei enim fulgoris est, & radios spargit, sique interdiu aspiciatur, innumeris fulgoribus oculos ferit. Quod autem in ipsa est luminis, spiritus est, potentiae ineffabilis. Quicquid enim propius ad eam accesserit, sibi coniungit: quid autem propius accedentia tantum dico? Licet nempe lapides quotcunque volueris demergere alicubi, siue in mari, siue in fluuiis, nec illos iuxta se inuicem, sed longe lateque & vt fors tulerit, sparsos: haec enim demissa ad eos gemma sui spiritus distributione omnes colligit, subque ea racematim lapides iacebunt, apum examinis ad instar. Hisque dictis ipsam gemmam, & quicquid efficere poterat, monstrauit.

2 παρακελίυεσθαί τι] τι reſcripſi pro τε, quod erat in vulgatis, ita enim ſenſus & orationis indoles poſtulabat.

3 ἐκεῖνον μὲν] recte ſic editiones priores. Annotauerat tamen Morell. ad marg. inueniri etiam ἐκεῖνο, quod & cod. Vrb. habet. At videtur id imperitiae deberi eorum, qui neſciebant apud Graecos & Romanos nomina ſubſtantiua per auxeſin pro adiectiuis poni, vt *ſcelus* pro homine ſceleſto. Sic alibi Apollonio dicitur ὅλη ἡ Σύβαρις homo Sybaritico luxui indulgens, conf. notata ad l. III. c. 32. vbi Graeci ἀναρχία πᾶσα dicuntur.

CAP. IV. 1 ἐπεφθέγγετο] ſic omnes codd. noſtri, quod praeferendum τῷ ἀπεφθέγγετο vulgatorum.

2 ξὺν ἀπειλῇ] videtur hic idem eſſe ἀπειλὴ quod τὸ ἐπιτιμᾶν ſcriptoribus ſacris, vt quando Saluator ἐπιτιμήσας τῇ

& non

& non practeribis iſthac. Verum Epheſii minime attendebant, atque pro ſuperſtitioſis iſta habebant ſermonibus: idque eo magis, quod Deorum omnia templa adiens auerruncare id videretur & deprecari. Quoniam vero parum prudenter in illo ſe gerebant malo, nihil iam amplius illis operae impendendum ratus, reliquas Ioniae partes peragrauit, vbique emendationi operam nauans, ſemperque aliquid quod e re eſſet audientium diſſerens.

καὶ ὰ παρελεύσῃ ἐνταῦθα[3]. οἷδ' ὰ προσεῖχον, καὶ τερατολογίαν τὰ τοιαῦτα ᾤοντο· τοσῷδε μᾶλλον, ὅσῳ καὶ ἐς πάντα τὰ ἱερὰ φοιτῶν ἀποτρέπειν αὐτὸ ἐδόκει καὶ ἀπεύχεσθαι[4]. ἐπεὶ δὲ ἀνοήτως[5] εἶχον τῶ πάθους, ἐκείνοις μὲν ὰδὲν ὤφελο δεῖν ἐπαρκεῖν ἔτι, τὴν δὲ ἄλλην Ιωνίαν περιῄει, διορθούμενος παρ' ἑκάστοις, καὶ διαλογιζόμενος ἀεί τι σωτήριον τοῖς παροῦσιν.

Cap. V. Smyrnam autem pergenti obuiam Iones proceſſere; tum enim panionia ſacra peragebant. Cumque decretum legiſſet Ionum, quo eum vt in ſacri conuentus partes veniret orabant, nomenque in eo inueniſſet minime Ionicum, (Luculli enim cuiuſdam nomen in decreto erat perſcriptum;) ſcripſit ad *commune* eorum epiſtolam, ob eiuſmodi barbari-

Ἀφικνουμένῳ δὲ αὐτῷ ἐς τὴν Σμύρναν, προσαπήντων μὲν οἱ Ἰώνες, καὶ γὰρ ἔτυχον πανιώνια[1] θύοντες. ἀναγνὺς δὲ καὶ ψήφισμα Ιωνικὸν, ἐν ᾧ ἐδέοντο αὐτῶ κοινωνῆσαι σφίσι τῆ ξυλλόγῳ, ᾧ ὀνόματι προστυχὼν ἥκιστα Ιωνικῷ, Ἀχιλλεὺς γάρ τις ἐπεγέγραπτο τῇ γνώμῃ, πέμπει ἐπιστολὴν ἐς τὸ κοινὸν[2] αὐτῶν, ἐπίπληξιν ποιούμενος περὶ τῆ

θαλάσσῃ potenter & ſeuere mari praecepiſſe dicitur. Quamuis tamen ἀπειλῇ, *comminationi*, locus hic etiam eſſe poſſit in ſenſu magis vulgari, cum daemonas quoſdam cauſas huiuſmodi malorum crediderit Apollonius, vid. inf. c. 9: in hos vero dominium quoddam ille exercebat, adeoque hic comminatione interpoſita daemoni, ne hos vel illos peſte corripiat, interdicit, contra vt alios ne praetereat, ſed malum immittat, praecipit.

3 καὶ ὰ παρελεύσῃ ἐνταῦθα] ſimilis phraſis in ſimili negotio apud Moſen Exod. XII, 23. καὶ παρελεύσεται κύριος τὴν θύραν &c.

4 ἀπεύχεσθαι] Vratisl. habebat ἀπομάχεσθαι.

5 ἀνοήτως] Gruterus Salmaſiuſue in marg. codicis ſui emendauerat ἀνοήτως vel ἀνιάτως, ſed ferri poteſt ἀνοήτως.

CAP. V. 1 πανιώνια] vt πανελλήνια, παναθήναια, πανβοιώτια. Feſtum commune VII Ioniae ciuitatum ad Mycalen in loco deſerto, qui πανιώνιον dictum, Neptuno Heliconio inſtitum, cui ſacrificatus *bos* ſi remugiiſſet praeclare res acta credebatur. vid. de origine & ritibus horum ſacrorum Herodot. I, 148. Strabo l. IX. p. 384. & l. XIV. p. 639. Diodor. Sic. XV. p. 482. Euſtath. ad Homer. Il. Y. v. 402. & quotquot ex recentioribus de feſtis Graec. ſcripſere. Non apud *Mycalen* vero tantum, verum in aliis etiam Ioniae ciuitatibus per vices haec ſacra obita fuiſſe, hic ipſe Philoſtrati locus probat, ex quo Smyrnae celebrata *panionia* conſtat: quod & firmat nummus Smyrnaeorum, ab altera parte Iouis caput barbatum cum inſcriptione ΖΕΥC ΑΚΡΑΙΟC exhibens, in auerſa parte Dianam venatricem, vt viſum Viro Illuſtri, qui ex Gaza regia nummi huius meminit: vt mihi videtur, Smyrnam Amazona, nauis roſtro inſiſtentem: quali fere habitu Amazon in nummo Samiorum etiam comparet, cum capite Alexandri Seueri, item alio Furiae Tranquillinae apud Beger Theſ. Brandeb. T. II. p. 716. 729. Nauis cui inſiſtit Herois, in cuius tutela Smyrna, eſt *ſacra triremis*, quae ſacra pompa quotannis Smyrnae per forum deducta fuit. Rem ipſam, eiuſque cauſam habes apud Ariſtidem T. I. orat. p. 402 *in Smyrnam*: ἥρως ὧρα πρώτη Διονυσίοις, τρίηρης ἱερὰ τῶ Διονύσῳ φέρεται κύκλῳ δι' ἀγορᾶς. τὸ δ' ἔστι σύμβολον, ὡς ποτὲ Χῖοι πλέυσαντες ἐπὶ τὴν πόλιν, ὡς ἐρήμην αἱρήσοντες, τῶν ἀνδρῶν ἁπάντων ἐν τῷ ὄρει, κατὰ ἐκ τῶν νεῶν ὀφθέντες, ὑπ' αὐτῶν κατιόντων, ὃ μόνον τῆς πείρας ἁπέτυχον, ἀλλὰ καὶ τὰς ναῦς προσαπώλεσαν, ἐνόπλιον δὴ τότε ἐρχησαμένων τῷ Διονύσῳ, καὶ τὰ Βακχεῖα ἐν τοῖς ἐκείνων σώμασι τελεσαμένων. Senſus eſt: Chios claſſe Smyrnae vrbi inſidias ſtruxiſſe, dum Bacchicis orgiis ciues eius indulgerent, a quibus tamen dum bacchantes monte deſcenderent, detecti ſint, victi, & claſſe exuti. Eiuſdem ſacrae triremis rurſum mentio eſt apud eund. in *Gratul. Smyrnae* p. 473. & apud noſtrum *Vitis Sophiſt. Polemone* §. 1. Hinc & frequens *triremis* ſymbolum in nummis Smyrnaeorum, iudice Io. Harduino. Nec obſcurum iam, quid *ramus* ſibi velit *palmae*, quam dextra tenet, vt puto, Amazon, victoriae partae indicium. Sed eorum omnium vt integrum lectori iudicium ſit, nummum ipſum, nondum editum, ex conſultiſſ. Goetzii, patriae Curiae hodie ornamenti, χειμηλίοις producimus:



2 ἐπιστολὴν ἐς τὸ κοινὸν] eſt ea epiſtola inter eas, quas edimus, n. LXXI, ex qua patet affectaſſe ea aetate homines Graecos nomina Romana, idque Apollonio inprimis diſplicuiſſe. Eo quoque ſpectat epiſtola LII ad fratrem Heſtiaeum. Quantum vero ad κοινὸν ad quod ſcripſit, notum *communia* Graecos paſſim *ſacra* celebraſſe h. e. κοινὰ. Inde κοινὸν tum ipſum *templum* vocabatur, in quo ea peragerentur, tum *ſolennia* dicta κοινὰ, & *ſacrum concilium* κοινὸν, quod ſacris illis praeeſſet, & quae eo ſpectarent definiret. De *templis* res manifeſta: firmat inter alia nummus Tyri antiquus in quo templum cum columnis, addita epigraphe: ΚΟΙΝΟΝ ΦΟΙΝΙΚΗΣ ΑΚΤΗ ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. *Commune Phoeniciae, Actae TYRI Metropoleos.* vid. Illuſtr. Spanhem. epiſtol. I. ad Morell. p. 83. conf. eiuſdem ep. III. p. 183. Eo ſpectare puto inſcriptionem in nummis Epheſiorum ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ ΕΦΕΣΙΩΝ templum Dianae Epheſiae, *Aſiae* κοινὸν *eſſe* innuentem. *Feſtum* ipſum & ſacra certamina κοινὰ dicta ſuadet locus Ariſtidis de Conc. Vrb. T. II. p. 330. θαυμάζω δ' ὅτι σεμνύεσθαι μὲν οὐχ ἥκιστα τοῖς ΝΑΟΙΣ καὶ τοῖς ΑΓΩΣΙΝ ἐς ΚΟΙΝΟΥΣ νομίζετε. De *ſacro concilio* manifeſta res eſt ex eod. Ariſtid. Serm. ſacr. IV. p. 614. vbi συνέδριον τὸ κοινὸν vocat: & ex Antonini Pii reſcripto πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Θρᾳκῶν leg. I. D. *de Appellationibus*: eoque refero inſcriptionem nummorum Philippopolitarum apud Harduin. ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ, aliaſque eius generis. Atque ſic hoc quoque loco accipitur, quo ἐπιστολὴ ἐς τὸ κοινὸν nihil aliud eſt quam *epiſtola ad ſacrum concilium*, cuius erat feſtorum ludorumque Aſiae communium cura.

Bar-

βαρβαρισμῷ τούτῳ· καὶ γὰρ δὴ καὶ Φαβρίκιον, καὶ τοιούτους ἑτέρους ἐν τοῖς ἐψηφισμένοις [3] ἔυρεν. ὡς μὲν οὖν ἐρρωμένως ἐπέπληξε, δηλοῖ ἡ περὶ τούτου ἐπιστολή.

Παρελθὼν δὲ ἐπ' ἄλλης ἡμέρας ἐς τοὺς Ιωνας, τίς, ἔφη, ὁ κρατὴρ ἔστος; οἱ δὲ, ἔφασαν Πανιώνιος [1]. ἀρυσάμενος οὖν καὶ σπείσας, θεοὶ, εἶπεν, Ιώνων ἡγεμόνες, δοίητε τῇ καλῇ ἀποικίᾳ [2] ταύτῃ θαλάττῃ ἀσφαλεῖ χρῆσθαι, καὶ μηδὲν τῇ γῇ κακὸν ἐξ αὐτῆς προσκωμάσαι, μηδ' Αἰγαίωνα [3] σεισίχθονα [4] τινάξαι ποτὲ τὰς πόλεις. τοιαῦτα ἐπεθείαζε προορῶν, οἶμαι, τὰ χρόνοις ὕστερον [5] περί τε Σμύρναν, περί τε Μίλητον, περί τε Χίον, καὶ Σάμον, καὶ πολλὰς τῶν Ιάδων ξυμβάντα.

simum illos redarguens. Nempe Fabricium etiam alioſque eiuſmodi inter eos, quibus honores decreti fuerant, inuenerat. Quamobrem vt vehementer eos reprehenderit, ex ſcripta ea de re epiſtola patet.

Postridie vero ad Iones accedens, quis crater, inquit, iſte? Illi vero Panionius eſt reſponderunt. Tum hauriens atque libans, Dii, dixit, praeſides Ioniae, date pulcrae huic coloniae vt pacato vtatur mari, vtque nihil in terram mali ex eo petulanter irruat, nec vnquam Aegaeon terrae quaſſator ciuitates concutiat. Iſta diuino impetu protulit, proſpiciens ante, vt puto, quae poſteris temporibus Smyrnae, & Mileto, Chio item & Samo, multiſque aliis Ioniae ciuitatibus euenere. Cap. VI.

---

3 ἐν τοῖς ἐψηφισμένοις] nempe ψηφίσματι quibuſdam peculiares honores in talibus ſacris decernebantur, qualis, vt alia taceam, προκαθεδρία ἐν τοῖς ἀγῶσι, quae Mendicaeo Dioclis F. a Deliis in ſuis agonibus decreta ψηφίσματι, quod eſt in append. Marm. Oxon. n. V. Haec itaque certis hominibus, expreſſis Romano more, qui barbarus Graecis, eorum nominibus, decerni aegre fert Apollonius.

CAP. VI. 1 τίς, ἔφη, ὁ κρατὴρ ἔστος; οἱ δ. ἐφ. πανιώνιος] mentio etiam πανιωνίου κρατῆρος apud Philoſtr. vitis Sophiſt. in *Hermocrate* §. V. quem λόγον τῷ πανιωνίῳ κρατῆρι διελθεῖν ἐν φωκαίᾳ dicit. *Crater* autem in huiuſmodi ſacris conuentibus in medio poſitus, e quo Diis, ad quos ſpectarent illa ſolennia, libaretur. Ariſtid. in Iſthmica p. 45. καὶ ἐπὶ ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΑΤΗΡΑ συνιόντων, καὶ σπενδόντων τε ἅμα καὶ θυόντων. Meminit & Pindarus in Nemeis, quae itidem *communia* ſacra, Od. IX. huiuſmodi crateris, victori ἐπινίκια ad craterem decantata dicens:

θαρσαλέα δὲ παρὰ
ΚΡΑΤΗΡΑ φωνὰ γίνεται

Vbi Scholiaſtae: ἐπειδὴ τῇ νίκῃ ἅμα ΚΡΑΤΗΡ τῆς σπονδῆς. In Pythiis ſimile quid obſeruatum non dubito, eoque forte pertinet *aureus Crater* ingentis magnitudinis a Romanis dedicatus, apud Diod. Sic. XIV. p. 445. Sane vbique, vbi ſacra certamina, id obſeruatum eſſe colligas ex loco Philonis de vita comtempl. p. 895. vbi athletas in ſacris iſtis agonibus ἄσπονδα ἐν ΣΠΟΝΔΑΙΣ, ex communi ſcilicet *cratere* peragendis, patrare ait. Sic & Alexander M. victas gentes cum Macedonibus ſuis conciliaturus, *communi febo* ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος σπένδειν omnes iubet, apud Arrian. l. VII. p. 464. vt alia eius generis taceam.

2 ἀποικίᾳ] totam Ioniam intelligit, nam *communia* haec ſacra: ea vero, vt notum, *colonia* Athenienſium, Duce Androclo, Codri filio, deducta, vid. Strabon. l. XIV. initio.

3 Αἰγαίωνα] qui idem cum *Briareo*, hoc enim nomen eius apud Deos, *Aegaeon* appellatur inter homines, vt patet ex Iliados A'. v. 404. Fabula eius nota: nempe cum inter gigantes, *Deos* oppugnantes, fuiſſet, a Ioue & Neptuno *Aegei* maris ſcopulo centum catenis, *centimanus* quippe, fuit affixus. *Aegaeum* autem mare, illam Aſiae partem, vbi panionia celebrata, alluebat, meritoque eius in hiſce ſolennibus mentio, quae ad *Neptunum* ſpectabant, a quo vinculis *Aegaeon* conſtrictus.

4 σεισίχθονα] vinculorum ſcilicet impatiens in omnes partes ſe verſare concipitur, atque ita mare terramque concutere; vt *Enceladum*, alium ex gigantibus, ſub Aetna ſepultum, verſando ſeſe Siciliam quatere finxerunt veteres.

5 προορῶν, οἶμαι, τὰ χρόνοις ὕστερον] hanc coniecturam ſuam dicit Philoſtratus, quae infeliciter ſatis ipſi excidit, ſi quidem reſpexit terrae motum qui Tiberio imperante in illis partibus contigit, vt viſum eſt viris doctis. Sane eum ſi ipſe Apollonius ob oculos habuit, vt praeteritum potius reſpexerit oportet, quam futurum. Sic temporum rationes ſuadent. Nempe terrae motus ille aetate Tiberii, qui duodecim vrbes vaſtauit, & de quo plura Plin. H. N. II, 84. Tacitus annal. II, 47. Strabo l. XII. p. 579. Phlegon de mir. c. 13. 14, contigit anno Imperii Tiberiani IV, qui eſt Vrb. Cond. 770. Iam vero Apollonius diem obiit Nerua imperante A. V. C. 849 vel 850. Qui longiſſime eius aetatem extendunt centum annos natum obiiſſe aiunt, ideoque natalis eius incidet in A. V. C. 749 vel 750. XX annos natus parentem amiſit, vt noſter ait l. I. c. 13: ſic perueniemus ad A. V. C. 769 vel 770, quieſt Imp. Tiberii 3 vel 4 quo terrae motus contigit. Ponamus anni 769 initium, ab eo aliqua mora in patria intercedit, integrumque *ſilentii* quinquennium: vid. ſupra l. I. c. 13. 14. ſqq, itemque mora in Daphnaei Apollinis templo, in quo non exiguo tempore verſatus ſit oportet, cum haut paucos ibi diſcipulos ſibi comparauerit, vid. cap. 16. 17. *Sexennium* tamen tantum, quod minimum eſt, a morte parentis eius, vſque ad tempus quo Antiochiae valedixit effluxiſſe, nobis concedi poſtulabimus. Sic perueniemus ad annum V. C. 775. qui eſt Tiberii IX. Inde iam Babyloniam abit, & apud Bardanem exigit annum vnum, menſes octo vid. lib. II. c. 19. & 40: vt ſi initio anni Imperii Tiberiani IX eum ad Bardanem acceſſiſſe ſupponamus, circa menſem Auguſtum anni V. C. 775. ab eo diſcedere potuerit, 410 ante anni eius Xmi exitum menſe, id eſt verno anni V. C. 776. tempore, quod opportunum maxime itineri. Calculum hunc firmat quod eo tempore, quo in Pori regionem delatus fuit Apollonius, quod ſtatim poſt eius diſceſſum a Bardane factum, Indi a pugna Pori cum Alexandro numerauerint 350 annos, quod tempus incidere in X annum Tiberii ſupra monſtratum ad l. II. cap. 12. Iam inde aliquod tempus in itinere ad Iarcham, & apud eum 4 menſes conſumti, lib. III. c. 50. Succeſſit iter ad mare rubrum cui haut exiguum tempus impenſum eſſe oportet, & inde ab oſtiis Indi vſque ad Euphratem nauigatio, quae itidem littora legendo peracta haut paucorum fuit menſium. Inde Babylonem iter, redituſque Antiochiam, & hinc in Graeciam nauigatio haut parum temporis poſtulant: vt ante XI Imper. Tiberii annum, V. C. 777, *panioniis* interfuiſſe non poſſit Apollonius, qui ſeptimus fuit poſt terrae motum. Imo diſerte in Apologia fatetur Apollonius VII, 3. vſque ad Neronis fere tempora illud iter extractum fuiſſe. Quid igitur? vel erraſſe Philoſtratum dicendum, vel, quod malim, terrae motum ſpectaſſe, qui imperante M. Aurelio Smyrnam euertit, quem alias Ioniae partes etiam afflixiſſe, licet non eadem vehementia, dubitari nequit. De eo videndi Dio lib. LXXI. p. 814. Ariſtides orat. XX. XXI. XXII. XLI. & Euſeb. ad A. C. CLXXI. Terrae motus autem apud Miletum, cuius mentio in Ep. LXIIX. ab vtroque illorum diuerſus ſit oportet, alio tempore ab Apollonio praedictus, & paulo poſt ſubſecutus: niſi plane ſit fallax iſtarum epiſtolarum fides.

Studio-

Cap. VII. Studioſe autem animaduertens Smyrnaeos omnis generis tractare litteras confirmauit eos, eorumque ſtudium auxit: iuſſitque vt in ſeipſis potius, quam vrbis pulcritudine laudis argumentum quaererent. Vtut enim vrbs omnium quae ſub ſole reperiuntur pulcerrima ſit, pelagoque dominetur, & zephyri fontes poſſideat; iucundum tamen eſſe magis viris ornari eam quam porticibus, & picturis, & auri copia, maiore licet quam ſit ea quae ſuppetat. Aedificia nempe eodem in loco ſemper manere, nec alibi conſpicienda ſe praebere quam ea terrae parte in qua extiterint: bonos autem viros vbique conſpicuos eſſe, vbique celebrari, ciuitatemque cuius ſint ciues tantam reddere, quanta eſt terra quam ipſi quidem obire poſſint. Dicebat autem pulcras ita [vt Smyrna ſit] vrbes Iouis Olympii ſimulacro a Phidia elaborato ſimiles eſſe, id enim ita vt artifici placuit immobile conſidere. Viros autem quaſi uis terras peragrantes Homerico Ioui non diſſimiles eſſe, qui ſub variis formis ab Homero fingitur, mirabili magis quam eburneus ille ratione compoſitus. Hunc enim in terra tantum apparere, illum vero omni loco, in coelo, animaduerti.

Σπεδῇ δὲ ὁρῶν τὰς Σμυρναίας καὶ πάντων[1] ἁπλομένας λόγων ἐπερρώννυε, καὶ σπεδαιοτέρας ἐποίει, Φρονεῖν τε ἐκέλευεν ἐφ' ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ τῷ τῆς πόλεως εἴδει. καὶ γὰρ, εἰ καὶ καλλίστη πόλεων[2] ὁπόσαι ὑπὸ ἡλίῳ εἰσὶ, καὶ τὸ πέλαγος οἰκειῶται, ζεφύρῳ τε πηγὰς ἔχει[3], ἀλλ' ἀνδράσιν ἐσεφανῶσθαι αὐτὴν ἥδιον ἢ στοαῖς τε, καὶ γραφαῖς, καὶ χρυσῷ[4] πλείονι τῷ ὄντος. τὰ μὲν γὰρ οἰκοδομήματα ἐπὶ ταὐτῷ μένειν, ἃ δαμῷ ὁράμενα πλὴν ἐκείνῳ τῷ μέρους τῆς γῆς, ἐν ᾧ ἐσιν· ἄνδρας δὲ ἀγαθὸς πανταχῇ μὲν ὁρᾶσθαι, πανταχῇ δὲ φθέγγεσθαι, τὴν δὲ πόλιν, ἧς γεγόνασιν, ἀποφαίνειν τοσαύτην, ὅσην περ αὐτοὶ γῆν ἐπελθεῖν δύνανται[5]. ἔλεγε δὲ τὰς μὲν πόλεις τὰς ἄτω καλὰς ἐοικέναι τῷ τοῦ Διὸς ἀγάλματι, ὃς ἐν Ολυμπίᾳ τῷ Φειδίᾳ[6] ἐκπεποίηται, καθῆσθαι γὰρ αὐτὸ ἔτως ὡς τῷ δημιουργῷ ἔδοξε. τὰς δὲ ἄνδρας ἐπὶ πάντα ἥκοντας μηδὲν ἀπεοικέναι τοῦ Ομηρείου Διὸς, ὃς ἐν πολλαῖς ἰδέαις Ομήρῳ πεποίηται, θαυμασιώτερον ξυγκείμενος τοῦ ἐλεφαντίνου[7]. τὸν μὲν γὰρ ἐν γῇ φαίνεσθαι, τὸν δὲ ἐς πάντα ἐν τῷ οὐρανῷ[8] ξυνοεῖσθαι.

Cap. VIII. Praeterea de modo quo ciuitas tutiſſime agat apud Smyrnaeos philoſophatus eſt, cum illos inter ſe diſſidentes neque ſententiis conſpirantes animaduerteret. Dicebat nempe ciuitati recte habitandae diſcorde opus eſſe concordia. Cumque id parum veroſimiliter affirmari, imo ſibi ipſi repugnare videretur, animaduertens Apollonius hunc ſermonem quam plurimos aſſequi non poſſe: Album, dixit, & nigrum vnum fieri nunquam poſſunt; neque amarum dulci recte quiſquam miſcuerit: concordiae tamen diſcordi eſſe propter

Καὶ μὴν καὶ περὶ τοῦ πῶς ἂν πόλις ἀσφαλῶς οἰκοῖτο ξυνεφιλοσόφει τοῖς Σμυρναίοις, διαφερομένους ὁρῶν ἀλλήλοις καὶ μὴ ξυγκειμένους τὰς γνώμας. ἔλεγε γὰρ δὴ τὴν ὀρθῶς οἰκησομένην πόλιν ὁμονοίας σασιαζούσης δεῖσθαι, τοῦτο δὲ ἀπιθανῶς τε καὶ ἐκ ἐς τὸ ἀκόλουθον εἰρῆσθαι δόξαντος, ξυνεὶς ὁ Απολλώνιος ὅτι μὴ ἔπονται οἱ πολλοὶ τῷ λόγῳ, λευκὸν μὲν, ἔφη, καὶ μέλαν ἐκ ἂν ποτε ταὐτὸν γένοιτο, ἡδὺ δὲ ἂν τὸ γλυκὺ τῷ πικρῷ ὑγιῶς ξυγκραθείη· ὁμόνοια

CAP. VII. 1 *καὶ πάντων*] malim omitti *καὶ*, niſi ſenſus ſit, eum vidiſſe *diligenter Smyrnaeos litteras, & quidem omnis generis litteras tractaſſe.*

2 *εἰ καὶ καλλίστη πόλεων*] ſic *πρώτη τῆς Ασίας καλλει καὶ μεγίθει καὶ λαμπροτάτη καὶ μητρόπολις τῆς Ασίας* Smyrna dicitur in marmore Oxonienſi, quod eſt Smyrnaeorum, ſecundumque locum in Oxonienſibus obtinet. Similia habentur in marm. 78 & 143. it. in append. marm. 15. *Καλλίστην πατῶν* etiam Strabo vocat l. XIV. p. 646. Et Lucian. imaginib. *Ιωνικῶν πόλεων καλλίστην.* Ariſtid. T. I. p. 478. *Ιωνίας σίφανον & Ασίας πρέσχημα* &c. Primas vero Smyrnae in Aſia etiam defert Plin. H. N. V, 31. vbi proximo poſt eum locum Epheſum commemorans, *alterum lumen Aſiae vocat.*

3 *ζεφύρου τε πηγὰς ἔχει*] pertinet ad *ὡρῶν κράσιν*, quam optimam eſſe in illis oris Pauſanias ait Achaic. p. 210. Sic Ariſtides Sophiſta in *μονῳδίᾳ* de Smyrna, terrae motu vaſtata: *ζέφυροι ἐρήμην αὐτὴν καταπνέουσι* vid. Philoſtratum vit. Sophiſt. l. II. *Ariſtide.* Idemque Ariſtides Orat. in Smyrn. T. I. p. 406. *ἄυρας δ' ἡμεῖς τε καὶ θερμαὶ λιγυρώτερα τῶν παρὰ ποιηταῖς ἀηδόνων καὶ τεττίγων, ἄλλαι δ' ἄλλων διαπέμπουσι τόπων, ἅπασαν τὴν πόλιν ἀντὶ ἄλσους καθιᾶσι.*

4 *ἢ στοαῖς τε καὶ γραφαῖς καὶ χρυσῷ*] quibus ornatiſſima Smyrna, vnde *Συρναϊκὰ κάλλη* apud Lucian. in Imaginib.

5 *ὅσην περ αὐτοὶ γῆν ἐπελθ. δύνανται*] ſenſus eſt, quouſque terrarum ipſi proceſſerint eouſque etiam vrbis patriae dignitatem & laudes viros claros extendere: in hunc ſenſum ſcribit & Tyanenſibus Apollonius, Epiſt. 47. quam vide.

6 *τῷ Φειδίᾳ*] Iupiter Olympius praecipuum Phidiae opus: hinc Plin. H. N. VII, 39. *Phidiae Iupiter Olympius teſtimonium perhibet.* adde & XXXIV, 19. XXXVI, 4. de hac Iouis ſtatua plura habes ap. Pauſan. Eliac. p. 156. ſq.

7 *τοῦ ἐλεφαντίνου*] nempe ex *ebore & auro* Iouis Olympii ſtatua erat quam Phidias fecit vid. Plin. H. N. XXXIV, 19.

8 *ἐν τῷ οὐρανῷ*] ſuſpecta mihi haec verba & obelum mereri viſa, inferta a ſciolo quodam qui *terrae* opponendum *coelum* eſſe putaret. Sed contra Apollonii intentionem eſt locum aſſignare Homerico Ioui, quem *omnia loca* potius obeuntem cum viris claris, peregrinationibus qui vacent, contendit. Delere tamen ſuſpectas voces nolui, ſolo ingenio fretus. Ceterum *ἐς πάντα* pro *ἐν πᾶσι* vbique notum.

δέ ϛασιάσοι σωτηρίας ἕνεκα τῶν πόλεων. ὁ δὲ λέγω, τοιῦτον ἡγώμεθα. ϛάσις ἡ μὲν ἐπὶ ξίφη καὶ τὸ καταλιθᾶν ἀλλήλους ἄγουσα ἀπέσω πόλεως, ἢ παιδοτροφίας τε δεῖ, καὶ νόμων, καὶ ἀνδρῶν, ἐφ' οἷς λόγοι καὶ ἔργα. φιλοτιμία δὲ ἡ πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τᾶ κοινᾶ, καὶ πῶς ἂν ὁ μὲν γνώμης εἴποι βελτίω γνώμην, ὁ δ' ἑτέρᾳ ἄμεινον ἀρχῆς προσαίη, ὁ δὲ πρεσβεύσειεν, ὅδ' ἐξοικοδομήσαιτο λαμπρότερον τῆς ἑτέρᾳ ἐπισατείας, ἕλις οἶμαι ἄυτη ἀγαθή, καὶ ϛάσις πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τᾶ κοινᾶ. τὸ δ' ἄλλον ἄλλο ἐπιτηδεύοντα ἐς τὸ τῆς πόλεως [1] ὄφελος ξυμφέρειν Λακεδαιμονίοις μὲν ἔυηθες ἐδόκει πάλαι· τὰ γὰρ πολεμικὰ ἐξεπονᾶντο, καὶ ἐς τᾶτο ἔρρωντο πάντες, καὶ τᾶτα μόνα ἤπίσταντο. ἐμοὶ δ' ἄριϛον δοκεῖ τὸ πράτ]ειν ἕκαϛον ὅ, τι οἶδε, καὶ ᾧ, τι δύναται. εἰ γὰρ ὁ μὲν ἀπὸ δημαγωγίας θαυμασθήσεται, ὁ δὲ ἀπὸ σοφίας, ὁ δὲ ἀπὸ τᾶ ἐς τὸ κοινὸν πλᾶτεῖν, ὁ δὲ ἀπὸ τᾶ χρηϛὸς εἶναι, ὁ δὲ ἀπὸ τᾶ ἐμβριθὴς καὶ μὴ ξυγγνώμων τοῖς ἁμαρτάνουϛιν, ὁ δὲ ἀπὸ τᾶ μὴ διαβεβλῆϑαι τὰς χεῖρας [2], ᾗ κείϛεται ἡ πόλις, μᾶλλον δὲ ἑϛήξει [3].

publicam rem licuerit. Quod autem dico, ita accipiendum. Seditio, quae ad gladios mutuasque plagas ciues inuitat, ciuitate exesto, quae puerorum opus habet educatione & legibus, & viris qui dicendo valeant atque agendo. Aemulatio autem pro communi bono mutua studiumque vt sententiam vincat sententia, aliusque magistratum rectius gerat alio, legationem alius, alius vt magnificentius aedificando curationem superet alterius, bona vt mihi videtur discordia est, mutuaque publici boni causa dissensio. Alium tamen, aliud sequendo studium, ad publicae rei id vtilitatem conferre, stolidum quidem Lacedaemoniis visum est olim. Nempe bellicas artes excolebant omnes, eoque in ceteris praestabant, id omnes solum tractabant. Mihi vero optimum esse videtur, vt quisque quod nouit & potest, agat. Nam si alius quidem verbis ad populum faciendis laudem consequetur, alius vero sapientia, alius magnificentia, alius benignitate, seueritate alius & quod peccantibus non ignoscat, alius integritate, optime arbitror sese ciuitas habebit, firmiterque magis perstare poterit.

Καὶ ἅμα διϊὼν ταῦτα ναῦν εἶδε τῶν τριαρμένων [1] ἐκπλέουϛαν, καὶ τοὺς ναύτας ἄλλον ἄλλως ἐς τὸ ἀναγέϛϑαι αὐτὴν πρᾶτ]οντας. ἐπισρέφων [2] ὧν τοὺς παρόντας, ὁρᾶτε, εἶπε, τὸν τῆς νεὼς δῆμον, ὡς οἱ μὲν τὰς ἐφολκίδας ἐμβεβήκασιν, ἐρετικοὶ ὄντες, οἱδ' ἀγκύρας ἀνιμῶσί τε καὶ ἀναρτῶσιν, οἱ δὲ ὑπέχουϛι τὰ ἱϛία τῷ ἀνέμῳ οἱ δὲ ἐκπρύμνης τε καὶ πρῴρας προορῶσιν. εἰδὲ τᾶτων ἓις ἐλλείψει τι τῶν ἑαυτᾶ ἔργων, ἢ ἀμαθῶς τῆς ναυτικῆς ἅψεται, πονήρως πλευσᾶνται, καὶ ὁ χειμὼν αὐτοὶ δόξουϛιν [3]. εἰ δὲ φιλοτιμήσονται πρὸς ἀυτὰς, καὶ ϛασιάσουϛι μὴ κακίων ἕτερος ἑτέρᾳ δόξαι, καλοὶ μὲν ὅρμοι τῇ νηὶ τάυτῃ, μετὰ δὲ εὐδίας τε καὶ εὐπλοίας πάντα. Ποσειδὼν δὲ Ασφάλιος [4] ἡ περὶ αὐτὰς εὐβελία δόξει. τοιᾶτοις μὲν δὴ λόγοις ξυνεῖχε τὴν Σμύρναν.

Dum autem haec loqueretur, nauem ex illis quae tribus velis instructae sunt ex portu Cap. IX
soluere vidit, nautasque vt eam in altum deducerent alium aliud agentes. Emendationi igitur praesentium studens, videte, inquit, nauis istius familiam, vt alii lembos conscendant, remiges nempe, alii vero ancoras tollant & nauis lateribus suspendant, alii vela vento obvertant, alii ex puppi & prora prospiciant. Quod si quis horum suorum operum quodpiam destituerit, aut imperite nauticam exercuerit, male nauigabunt, ipsique videbuntur esse loco tempestatis sibi. Verum si aemulentur se inuicem atque ne quis ab altero superetur contendant, pulcre nauis procedet, & perinde ac si sereno coelo & vento fauente vtatur: Neptunus nempe Asphalius sua ipsis est prudentia. Atque huiusmodi sermonibus Smyrnam continuit.

CAP. VIII. 1 ἐς τὸ τῆς πόλεως] ita omnes nostri. Mirorque ἐς quod in suis etiam inuenerat Morellus, in textum eum admittere dubitasse.

2 ἀπὸ τᾶ μὴ διαβεβλ. τὰς χεῖρας] καθαρὰς τὰς χεῖρας nota Graecis phrasis: puto idem esse μὴ διαβεβλημένον τὰς χεῖρας.

3 ἓν κείϛεται ἡ πόλις, μᾶλλον δὲ ἑϛήξει] elegantiam hic affectat quam latinis verbis exprimere vix possis, cum non patiatur id linguae Romanae genius: ad verbum esset: *bene IACEBIT illa vrbs, imo potius STABIT.*

CAP. IX. 1 τριαρμένων] sic Gruter. emendauerat & Salmas. cui suffragantur omnes codd. nostri. Editi τριαρμενίων habent, verterantque inepte priores Interpretes *Armeniorum nauem.*

2 ἐπισρέφων] sic Lucian. de scrib. hist. voce vtitur οἶδα μὲν ἐν ᾧ πάνυ πολλὰς αὐτῶν ἐπισρέψων, & Plato in Alcibiad. ἐνίοις δὲ καὶ πάνυ τὸ λεχθὲν ἐπέσρεφεν.

3 ὁ χειμὼν αὐτοὶ δόξουϛιν] sensus est: eandem cladem, quam tempestas, eorum imperitia & negligentia naui inferet. Eadem phrasis paulo post Ποσειδὼν δὲ Ασφάλιος ἡ περὶ αὐτὰς εὐβελία δόξει.

4 Ασφάλιος] cognomen Neptuni, a *securitate* in mari praestanda ductum, quo variis in locis cultus fuit. vid. collecta Gyraldo Historiae Deor. Syntagm. V. p. 163.

Cum

Cap. X. Cum peſtis autem Epheſum interea inuaſiſſet, nec vllum contra eam ſufficiens remedium inueniretur, legatos ad Apollonium miſerunt, medicum mali eum eſſe cupientes. Ipſe vero non differendum eſſe iter eſt arbitratus, verum eamus, inquiens, ſtatim Epheſi fuit, Pythagorae, vt puto, imitatus opus, qui apud Thurios Metapontinoſque ſimul praeſens fuit. Conuocatis itaque Epheſiis, bono animo eſtote, dixit, hodie morbum hunc ſiſtam. Hiſque dictis omnis aetatis homines ad theatrum deduxit, vbi ſtatua auerrunca [nunc] poſita eſt. Hic vero ſenex conſpectus fuit mendicans, qui arte quadem oculis conniuebat, & peram geſtabat, inque ea panis fruſta, lacernis autem amiciebatur, & facie erat ſqualida. Iuſſiſque Epheſiis vt eum vndiquaque circumcingerent, iſtum, inquit, petite Deis inuiſum, lapides quamplurimos congerentes. Admirantibus autem Epheſiis eius dicta, & inhumanum cenſentibus peregrinum occidere, tam miſera conditione qui eſſet, (ſuppliciter orabat enim, multaque ad miſericordiam mouendam proferebat,) inſtitit Apollonius Epheſios hortando vt incumberent, neque eum dimitterent. Cumque iam aliqui eius rei initium facerent, illeque qui prius conniuere etiam oculis videbatur, reſpiceret acriter, & igne plenos oculos monſtraret, Epheſii daemonem eſſe agnouere, tantoque ſtudio ipſum lapidarunt, vt magnum lapidum cumulum ſuper ipſum coaceruarent. Aliqua autem interiecta mora Apollonius auferri lapides iuſſit, & feram, quam interfeciſſent, cognoſcere. Cumque detectus eſſet quem lapidibus ſe petiiſſe putabant, ipſe quidem euanuerat:

Ἐπεὶ δὲ ἡ νόσος τοῖς Ἐφεσίοις ἐνέπεσε, καὶ ἐδόκει ἦν πρὸς αὐτὴν ἄυτάρκες, ἐπρεσβεύοντο παρὰ τὸν Ἀπολλώνιον ἰατρὸν ποιούμενοι αὐτὸν τῆς πάθους. ὁ δὲ οὐκ ᾤετο δεῖν ἀναβάλλεσθαι τὴν ὁδόν· ἀλλ' εἶπεν ἴωμεν, ἦν ἐν Ἐφέσῳ, τῷ Πυθαγόρᾳ, οἶμαι, ἐκεῖνο πράττων, τὸ ἐν Θουρίοις ὁμοῦ καὶ Μεταποντίοις εἶναι[1]. ξυναγαγὼν οὖν τοὺς Ἐφεσίους, θαρσεῖτε, ἔφη, τήμερον παύσω τὴν νόσον. καὶ εἰπὼν ἦγεν ἡλικίαν πᾶσαν ἐπὶ τὸ θέατρον, ἔνθα τὸ τῆς ἀποτροπαίας[2] ἵδρυται. πλωχεύειν δέ τις ἐνταῦθα ἐδόκει γέρων, ἐπιμύων τὰς ὀφθαλμὰς τέχνῃ, καὶ πήραν ἔφερε, καὶ ἄρτους ἐν αὐτῇ τρύφος, ῥάκεσί τε ἠμφίεστο, καὶ αὐχμηρῶς εἶχε τῷ προσώπῳ. περιϊσήσας οὖν τοὺς Ἐφεσίους αὐτῷ, βάλλετε τὸν θεοῖς ἐχθρὸν, εἶπε, ξυλλεξάμενοι τῶν λίθων ὡς πλείστους. θαυμαζόντων δὲ τῶν Ἐφεσίων ὅ, τι λέγοι, καὶ δεινὸν ἡγουμένων εἰ ξένον ἀποκτενοῦσιν ἀδίκως ἅτε πράττοντα· καὶ γὰρ ἱκέτευε, καὶ πολλὰ ἐπὶ ἐλεῷ ἔλεγεν· ἐνέκειτο παρακελευόμενος τοῖς Ἐφεσίοις ἐρείδειν τε καὶ μὴ ἀνιέναι. ὡς δὲ ἀκροβολισμῷ[3] τινες ἐπ' αὐτῷ ἐχρήσαντο, καὶ καταμύειν δοκῶν ἀνέβλεψεν ἀθρόον, πυρός τε μεστὰς τὰς ὀφθαλμὰς ἔδειξε, ξυνῆκαν οἱ Ἐφέσιοι τὸν δαίμονος, καὶ κατελίθωσαν ἅτως αὐτὸν, ὡς κολωνὸν λίθων περὶ αὐτὸν χώσαντες. διαλιπὼν δὲ ὀλίγον ἐκέλευσεν ἀφελεῖν τὰς λίθους, καὶ τὸ θηρίον, ὃ ἀπεκτόνασι, γνῶναι. γυμνωθέντος δὲ τοῦ βεβλῆσθαι δοκοῦντος, ὁ μὲν, ἠφάνιστο.

CAP. X. 1 τὸ ἐν Θουρίοις ὁμοῦ καὶ Μεταποντίοις εἶναι] rem luculenter magis narrat Porphyr. de vita Pythag. p. 192. qui tamen *Thuriis* Italiae oppido ſubſtituit *Tauromenium* in Sicilia μιᾷ τε καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔν τε Μεταποντίῳ τῆς Ἰταλίας καὶ ἐν Ταυρομενίῳ τῆς Σικελίας συγγεγονέναι, καὶ διειλέχθαι κοινῇ τῆς ἑκατέρωθεν ἑταίροις αὐτῷ, διαβεβαιωσαμένους σχεδὸν ἅπαντες, ἑκάδιον ἐν μεταιχμίᾳ πλωτὸν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑπαρχόντων, ἀδ' ἡμέρας ἀνυσίμων πάνυ πολλαῖς, quae verbotenus repetit Iamblichus in vita Pythag. p. 127. Simile autem eſt, quod de Apollonio infra VIII, 12. habetur.

2 ἵδρυται τῷ ἀποτροπαίῳ] ſubintellige ἀγάλμα. Eſt autem ἀποτροπαῖον, de quo hoc loco, τῶν ἀπὸ τῆς τελεστικῆς ἀγαλμάτων, quae *Talismanica* barbaris dicuntur, de quibus vid. l. III. c. 41. n. 1, vt mihi videtur, *peſtis auerruncandae* cauſa, ipſius Apollonii arte ibi poſitum, ingentis *moloſſi* forma, vt ex paulo poſt dicendis patet. Hac nempe forma daemon, peſtis huius autor, ſub lapidum acerno, quo obrui eum iuſſerat Apollonius, conſpiciendum ſe dederat. Vt mirum ſit, ne plane id intactum praeteream, Lilium Gyraldum, Syntagm. XVII. de ſacrific. p. 491. exiſtimauiſſe, verum hominem iuſſu Apollonii lapidibus eſſe obrutum, καθάρματος loco, vt in publicis illis calamitatibus fieri aſſolebat. Ceterum Philoſtrati textum iam, vt conſido, planiſſimum, Cimmeriis tenebris priores interpretes inuoluerant. Huiuſmodi ἀποτροπαῖα vero, ſiue τελεσιτά, plura ab Apollonio confecta ex Domnino memorat Ioannes Antiochenus Chronogr. p. 342. ſq. & Cedren. p. 197. 246. *Byzantii* nempe contra ciconias, Lycum fluuium, & equos ferocientes: *Antiochiae* aduerſus ventum Aquilonarem & ſcorpios, culiceſque, quae latius ll. cc. deſcripta videre potes. Vbi & ab Antiochenis rogatus dicitur, vt contra terrae motus ſimili arte vrbem muniret, non potuiſſe tamen, contraque in tabulis perſcriptum oraculum eis tradidiſſe refertur, quo terrae motum iterum & geminam conflagrationem vrbi praediceret. Eadem fere cum aliis quibuſdam Tzetzes Chil. II. Hiſt. 60. habet. Non diſſimilia quoque his inuenias apud Codinum de Origin. Conſtantinop. p. 30, & Olympiodorum MS. citatum a Leunclauio, itemque apud autorem Chronici Alex. ad A. C. 93. Hinc Pſeudo-Iuſtini eſt inter quaeſtiones ad orthodoxos iſta: εἰ θεὸς ἐστὶ δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῆς κτίσεως, πῶς τὰ Ἀπολλωνίου τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως δύνανται; καὶ γὰρ θαλάττης ὁρμὰς καὶ ἀνίμων φορὰς καὶ νυῶν καὶ θηρίων ἐπιδρομὰς, ὡς ἐρῶσιν, κωλύουσιν. &c. Eoque Iſidorus Peluſiota quoque reſpicit lib. I. Ep. 398. Κατοῖς τινες λόγοις τὰς ἀνθρώπους ἁπάτησαν τὸν ἐκ Τυάνων εἰσαγαγόντες Ἀπολλώνιον, πολλαχόσε πολλὰ ΤΕΛΕΣΑΜΕΝΟΝ, ἐπ' ἀσφαλείᾳ, φασί, τῆς εἰκήσεως. quae parum luculenter explicata doctis interpretibus ita verto: *Mirabilibus hiſtoriis mortales nonnulli circumuenere, Tyanenſem repraeſentantes Apollonium, multa multis in locis* TELESTICA *collocantem, vt tutius habitari, ſic enim aiunt, illa poſſint.*

3 ἀκροβολισμῷ] hanc vocem ἐρεθισμὸν vertit Suidas, cui ἀκροβόλοι, ἀκοντισταὶ h. e. leuis armaturae milites ſiue *velites.*

κύων δὲ, τὸ μὲν εἶδος ὅμοιος τῷ ἐκ Μολοττῶν, μέγεθος δὲ κατὰ τὸν μέγιστον λέοντα, ξυντετριμμένος ὤφθη ὑπὸ τῶν λίθων, καὶ παραπλύων ἀφρὸν, ὥσπερ οἱ λυττῶντες. τὸ μὲν δὴ τῦ ἀποτροπαίου εἶδος[4]· ἔτι δὲ Ηρακλῆς ἵδρυται[5] περὶ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ τὸ φάσμα ἐβλήθη.

canis vero, forma molosso similis, magnitudine autem maximo leoni, lapidibus obtritus apparuit, spumam despuens sicuti rabidi canes. Atque ea quidem forma est statuae auerruncae: praeterea Herculis quoque statua posita est eo loco, vbi spectrum illud lapidibus obrutum fuerat.

Καθάρας δὲ τὰς Ἐφεσίας τῆς νόσου, καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἱκανῶς ἔχων ἐς τὴν Ἑλλάδα ὥρμητο. βαδίσας δ' ἐς τὸ Πέργαμον, καὶ ἡσθεὶς τῷ τῦ Ἀσκληπιῦ ἱερῷ[1], τοῖς τε ἱκετεύουσι τὸν θεὸν ξυνθέμενος ὁπόσα δρῶντες εὐξυμβόλων ὀνειράτων τεύξονται, πολλὰς δὲ καὶ ἰασάμενος ἦλθεν ἐς τὴν Ἰλιάδα, καὶ πάσης τῆς περὶ αὐτῶν ἀρχαιολογίας ἐμφορηθεὶς ἐφοίτησεν ἐπὶ τὰς τῶν Ἀχαιῶν τάφους. καὶ πολλὰ μὲν εἰπὼν ἐπ' αὐτοῖς, πολλὰ δὲ τῶν ἀναίμων καθαγίσας[2] τὰς μὲν ἑταίρας ἐκέλευσεν ἐπὶ ναῦν χωρεῖν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῷ κολωνῷ τῦ Ἀχιλλέως[3] ἐνυχέυσειν ἔφη. δεδιττομένων δ' αὐτῶν τῶν ἑταίρων αὐτὸν, καὶ γὰρ δὴ καὶ οἱ Διοσκορίδαι, καὶ οἱ Φαίδιμοι[4], καὶ ἡ τοιάδε ὁμιλία πᾶσα ξυνῆσαν ἤδη τῷ Ἀπολλωνίῳ, τόν τε Ἀχιλλέα φοβερὸν ἔτι φασκόντων φαίνεσθαι, τυτὶ γὰρ καὶ τὰς ἐν τῷ Ἰλίῳ περὶ αὐτῦ πεπεῖσθαι· καὶ μὴν ἐγὼ, ἔφη, τὸν Ἀχιλλέα σφόδρα οἶδα ταῖς ξυνουσίαις χαίροντα[5]. τόν τε γὰρ Νέστορα τὸν ἐκ τῆς Πύλυ μάλα ἠσπάζετο[6], ἐπειδὴ ἀεἰτι αὐτῷ δίκει χρησὸν· τόν τε Φοίνικα τροφέα, καὶ ἐπαδὸν[7], καὶ τὰ τοιαῦτα ἐνόμιζεν, ἐπειδὴ διῆγεν αὐτὸν ὁ Φοῖνιξ λόγοις. καὶ τὸν Πρίαμον δὲ[8], καὶ τοι πολεμιώ-

Ephesiis autem a peste purgatis cum iam rerum Ionicarum sategisse sibi videretur, in Graeciam contendit. Pergamum itaque postquam venisset, & Aesculapii templo animum oblectasset, supplicibusque illius Dei suppeditasset quid faciendum sit, vt somnia recte consulentia eis obtingant, multisque item sanitatem restituisset; in Iliensem agrum abiit, atque ad Achaeorum accessit sepulcra, omnis antiquitatum ad ea pertinentium generis plenus. Multaque locutus de eis, multis etiam incruentis sacrificiis inferis oblatis, socios ad nauem redire iussit, se vero ad Achillis tumulum dixit pernoctaturum. Cumque illum socii deterrerent, (iam tum enim Apollonium Dioscoridae sequebantur & Phaedimi omnisque illa schola) dicerentque adhuc dum terribilem visu Achillem apparere, itaque etiam Ilienses de eo habere persuasum: at ego, dixit, Achillem conuersatione gaudere noui. Nestorem enim, Pylium, valde amauit, eo quod vtile quid semper ei narraret: Phoenicem item alumnum, & comitem, aliaque id genus appellabat, quoniam varia illum oratione Phoenix oblectabat. Priamum item, quamuis

Cap. XI.

---

4 τὸ μὲν δὴ τῦ ἀποτροπαίου εἶδος] minus recte percepere mentem Philostrati priores Interpp. qui vertunt: *Et is quidem modus fuit, quo Ephesios expiauit.* Intelligit τὸ ἀπὸ τελεστικῆς ἄγαλμα, cuius paulo ante ἀποτροπαίου nomine meminit, idque in theatro ἱδρύσθαι dixit, vt non sit, cur affirmet Io. Gregorius, *obseruat. ad aliqua loca scripturae c 8.* nullam in Philostrato factam esse τελεστικῶν Apollonii mentionem. Quid enim aliud ἄγαλμα istud *molossi* forma effictum? Ceterum, peius quam ista sequentia tractauit Rhinuccinus. At illud stabulum nunc non purgabimus. Quod superest totius huius negotii inf. l. VIII. Apolog. ad Domitianum c. 7. sect. 8. sq. Apollonius rursum meminit.

5 ἔτι δὲ Ηρακλ. ἵδρυται] ab Apollonio ibi positus, quod adiutor ipsi in hoc negotio extitisset. vid. inf. lib. VIII. c. 7. sect. 9.

CAP. XI. 1 τῷ τῦ Ἀσκληπιῦ ἱερῷ] de quo supra ad libri huius cap. 1. not. 5.

2 τῶν ἀναίμων καθαγίσας] sic s. ad lib. I. c. 24. ad Eretrienſium sepulcra ἐπευχεῖν dicitur ὁπόσα νόμιμα πλὴν τῦ τεμεῖν τι ἢ καθαγίσαι. Nempe καθαγίσαι proprie de cruentis sacrificiis dicitur. vid notata ad illum locum not. 1.

3 ἐπὶ τῷ κολωνῷ τῷ Ἀχιλλ.] τῦ μὲν Ἀχιλλέως καὶ ἱερόν ἐστι καὶ μνῆμα πρὸς τῷ Σιγείῳ Strabo XIII. p. 596. adde Ciceron. orat. pro Archia c. 10: imo prope sepulcrum vrbem quoque *Achilleum* memorat Plinius H.N. l. V, 33. & Steph. π. πόλ. Ab isto vero quod hic agit negotio γόητος nomen merito indeptus est Apollonius. Haec enim propriissime γοητεία. Nempe ut Cedrenus habet p. 41. ἔστι μαγεία ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθῦ τινος σύστασιν, ὥσπερ τὰ τῦ Τυανέως Ἀπολλωνίου. γοητεία δὲ καλεῖται ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρηνῶν, τῶν περὶ τὰς τάφους τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύσασι γενομένων.

4 καὶ γὰρ δὴ καὶ οἱ Διοσκορίδαι καὶ οἱ Φαίδιμοι &c.] Morello & Rhinuccino *Dioscoridae* hic imposuere, vt *Dioscuros*, & nescio quos Deos *Phaedimos* sibi fingerent, & quiduis potius quam Philostrati mentem redderent. *Dioscoridae* & *Phaedimi* sunt comites atque discipuli Apollonii, quos iam tum eum secutos esse, atque cum manibus Achillis conuersationem ei dissuasisse Philostratus innuit. *Dioscoridis* nomen non rarum inter homines: sed & *Phaedimi* occurrit, est hoc nomine inter Niobes & Tantali filios vnus apud Apollodor. lib. III. Bibl. cap. 5. n. 6. Et *Phaedimus* vestitor *Augusti* est in inscript. apud Gruterum CIↃ CXI. 3. Forte autem in illa ὁμιλίᾳ, vt loquitur paulo post Philostratus, Θῶνος quoque mentio erat facienda, Aegyptii, quem inter Apollonii discipulos refert Lucian. in Pseudomant. p. 663. Nisi tamen eum ille in Aegypto demum sequi coepit.

5 ξυνουσίαις χαίροντα] in Heroicis quoque Philostratus, ἡδίω Achillem vocat, & δικαιότατον ἡρώων. Et paulo post c. 15. τὸ δεινὸν in eo cum φαιδρῷ iunctum absque ἀλαζονίᾳ laudat.

6 Νέστορα τὸν ἐκ π. μάλα ἠσπάζ.] Homeri locus, quem respicere possit, non succurrit. Contra autem Nestori Achilles ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνίστιος audit Il. Ι'. v. 63.

7 τόν τε Φοίνικα τροφία καὶ ὀπαδὸν] Iliad. IX. v. 427. sq. respicere videtur, vbi Achilles Phoenicem, praeceptorem, ex castris discessurum sequi cupit.

8 καὶ τὸν Πρίαμον] rem narrat Homer Iliad Ω'.

inimi-

inimicissimum sibi, placidissimis tamen aspexit oculis vbi loquentem illum audiuit. Cum Vlysse porro tempore secessionis suae versatus adeo ei moderate se gerere visus est, vt iucundum Vlysses potius quam terribilem putaret. Clypeum enim certe & galeam, grauiter, vt aiunt, minacem, aduersus Troas ipsi esse puto, memori eorum quae ab ipsis passus est, perfide eum inter nuptias fallentibus. Mihi vero neque cum Iliensibus aliquid est commune, suauiusque cum eo confabulor quam quos olim habuit familiares. Et si, vt dicitis, interfecerit me, cum Memnone Cygnoque iacebo, inque caua fortassis fossa, vt Hectorem, me Troia sepeliet. Haec amicis ille partim ioco, partim serio locutus, ad tumulum solus accessit, ipsi vero cum vespera iam esset, nauem conscenderunt.

τατον αὐτῷ ὄντα, πραότατα[9] εἶδεν ἐπειδὴ διαλεγομένῳ ἤκουσε. καὶ Ὀδυσσεῖ δὲ ἐν δίκοτασίᾳ ξυγγενόμενος[10] ἄτω μέτριος ὤφθη, ὡς καλὸς τῷ Ὀδυσσεῖ μᾶλλον ἢ φοβερὸς δόξαι. τὴν μὲν δὴ ἀσπίδα, καὶ τὴν κόρυν, τὴν δεινὸν ὡς φασι νένευσαν, ἐπὶ τοὺς Τρῶας οἶμαι αὐτῷ εἶναι, μεμνημένῳ ἃ ὑπ' αὐτῶν ἔπαθεν, ἀπιστησάντων πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς γάμου[11]. ἐγὼ δὲ οὐδὲ μετέχω τι τῆς Ἰλίου, διαλέξομαί τε αὐτῷ χαριέστερον ἢ οἱ τότε ἑταῖροι. κἂν ἀποκτείνῃ με ὡς φατε, μετὰ Μέμνονος δήπου καὶ Κύκνου[12] κείσομαι, καὶ ἴσως με ἐν καπέτῳ κοίλῃ[13], καθάπερ τὸν Ἕκτορα, ἡ Τροία θάψει. τοιαῦτα πρὸς τοὺς ἑταίρους ἀναμὶξ παίζας τε καὶ σπουδάσας προσέβαινε τῷ κολωνῷ μόνος, οἱ δὲ ἐβάδιζον ἐπὶ τὴν ναῦν ἑσπέρας ἤδη.

Cap. XII. Apollonius autem primo diluculo rediens, vbinam est, inquit, Antisthenes Parius? Is vero septimo iam die in Ilio secutus eum fuerat. Cumque vocanti respondisset Antisthenes; anne, Apollonius inquiebat, cum Troianis quidpiam tibi est cognationis? multum est, respondit: sum enim antiqua origine Troianus. An Priamo genitus? [inquiente Apollonio] Eo ipso sane, respondit, bonumque me ex bonis esse puto. Merito igitur, aiebat Apollonius, Achilles prohibet, ne quidquam tecum mihi sit rei. Cum enim iussisset me Thessalis aliqua nunciare, quae grauiter in illis fert; egoque interrogarem, an aliud praeterea quippiam ei gratum efficere possem? imo, inquit, si adolescentem Parium tuae sapientiae non facias participem. Est enim ex ingenua Priami stirpe, & Hectorem laudare non desinit. Antisthenes igitur inuitus discessit.

Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος περὶ τὸν ὄρθρον ἥκων, ποῦ, ἔφη, Ἀντισθένης ὁ Πάριος; ἑβδόμην δὲ ἔτος ἡμέραν ἐτύγχανεν ἤδη προσπεφοιτηκὼς αὐτῷ ἐν Ἰλίῳ. ὑπακούσαντος δὲ τοῦ Ἀντισθένους, προσήκεις τι, ἔφη, ὦ νεανία τῇ Τροίᾳ; σφόδρα, εἶπεν· εἰμὶ γὰρ δὴ ἄνωθεν Τρώς. ἦ καὶ Πριαμίδης; νὴ Δί', εἶπεν. ἐκ τούτου γὰρ δή, ἀγαθός τε οἶμαι καὶ ξὺν ἀγαθῶν εἶναι. εἰκότως ἄν, ἔφη, ὁ Ἀχιλλεὺς ἀπαγορεύει μοι μὴ ξυνεῖναί σοι. κελεύσαντος γὰρ αὐτοῦ πρεσβεῦσαί με πρὸς τοὺς Θετταλοὺς[1], περὶ ὧν αἰτιῶνται σφᾶς, ὡς ἠρόμην τί ἂν πρὸς τοῦτῳ ἕτερον πρὸς χάριν αὐτῷ πράττοιμι; τὸ μειρακιῶδες, ἔφη, τὸ ἐκ τοῦ Πάριος, μὴ ποιούμενος ξυνέμπορον τῆς σεαυτοῦ σοφίας. Πριαμίδης τε γὰρ ἱκανῶς ἐστι[2], καὶ τὸν Ἕκτορα ὑμνῶν οὐ πάυεται. ὁ μὲν δὴ Ἀντισθένης ἄκων ἀπῆλθεν.

Cap. XIII. Cumque dies illuxisset, & ventus a terra sublatus esset, nauis autem in eo esset vt altum peteret, confluxere ad eam, exiguam licet, complures alii, vna cum Apollonio vela facere cupientes. Erat enim autumni iam

Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς γῆς[1] ἐπεδίδου, περί τε ἀναγωγὴν ἡ ναῦς εἶχεν, ἐπέρρεον αὐτῇ, σμικρᾷ ἔτι, πλέοντες ἕτεροι, βουλόμενοι τῷ Ἀπολλωνίῳ ξυμπλεῖν. καὶ γὰρ με-

9 πραύτατα] sic omnes codd. nostri MSS. quod melius quam πραότατον est, quod habent editi.

10 Ὀδυσσεῖ ἐν δίκοσατ. ξυγγενομ.] puto respici ad δίκοσαν cum Agamemnone, cuius componendae causa cum Achille post Aiacem & Phoenicem agit Vlysses Iliad. I'.

11 ἀπιστησάντων πρὸς αὐτὸν ὑπὲς τῆς γάμου] occisus enim fuit a Paride in templo, quo se contulerat, vt cum Polyxena nuptias celebraret. vid. Dict. Cret. lib. IV. it. Dares Phrygius & Hygin. fab. cx. Varie tamen de eius morte diuersi, vid. Drelincurt. Achill. Homeric. p. 92. sq.

12 μετὰ Μέμνονος δήπου καὶ Κύκνου] vid. de Memnone ab Achille interemto Philostrat. Heroic. lib. I. De Cycno Ouid. Metam. XII. puto autem Apollonium se vt eos κείσεσθαι dicere, quod vterque etiam post fata μετικὸς fuerit. vide loca allegata.

13 ἐν καπέτῳ κοίλῃ] sunt verba Homeri Hectoris sepulturam describentis sub fin. Iliad. Ω'. v. 797.

CAP. XII. 1 πρεσβεῦσαί με πρὸς τοὺς Θετταλοὺς] vid. inf. c. 16. huius libri.

2 Πριαμίδης τε γὰρ ἱκανῶς ἐστι] odii Achillis in Priami posteros specimen in *Heroicis* quoque habes in *Achille* vbi vide §. 18. n. 3. Imo Troianos omnibus irreconciliabili odio se prosequi fatetur paulo post. c. 16.

CAP. XIII. 1 ἐκ τῆς γῆς] vnde spirante vento in altum subuehi posset nauis.

τόπωρον ἤδη ἐτύγχανε, καὶ ἡ θάλαττα ἥλων βεβαία. πάντες ἂν καὶ χειμῶνος, καὶ πυρὸς, καὶ τῶν χαλεπωτάτων κρεῖττω τὸν ἄνδρα ἡγούμενοι, ξυνεμβαίνειν ἤθελον, καὶ ἐδέοντο προσδῦναί σφισι τῆς κοινωνίας τοῦ πλοῦ. ἐπεὶ δὲ τὸ πλήρωμα πολλαπλάσιον ἦν τῆς νεὼς, ναῦν μείζω ἑτέραν ἐπισκεψάμενος, πολλαὶ δὲ περὶ τὸ Αἰάντειον[2] ἦσαν, ἐνταῦθα, ἔφη, ἐμβαίνωμεν· καλὸν γὰρ τὸ μετὰ πλειόνων σώζεσθαι. περιβαλὼν δὲ τὸ Τρωϊκὸν ἀκρωτήριον, ἐκέλευσε τὸν κυβερνήτην κατασχεῖν ἐς τὴν Αιολίαν, ἣ ἀντιπέρας Λέσβου κεῖται, πρὸς Μήθυμναν τε μᾶλλον τετραμμένον πλεῖσθαι τὸν ὅρμον. ἐνταῦθα γάρ που τὸν Παλαμήδην[3] φησὶν ὁ Ἀχιλλεὺς κεῖσθαι, οὗ καὶ ἄγαλμα αὐτοῦ εἶναι πηχυαῖον, ἐν πρεσβυτέρῳ, ἢ ὁ Παλαμήδης, τῷ εἴδει. καὶ ἅμα ἐξιὼν τῆς νεὼς, ἐπιμεληθῶμεν, εἶπεν, ὦ ἄνδρες Ελληνες, ἀγαθοῦ ἀνδρὸς, δι' ὃν σοφία πᾶσα[4]. οὐ γὰρ ἂν καὶ τῶν γε Αχαιῶν βελτίους γενοίμεθα, τιμῶντες δι' ἀρετὴν ὃν ἐκεῖνοι δίκῃ δόλου ἀπέκτειναν[5]. οἱ μὲν δὴ ἐξεπήδων τῆς νεώς. ὁ δὲ ἐνέτυχε τῷ τάφῳ, καὶ τὸ ἄγαλμα κατορωρυγμένον πρὸς αὐτῷ εὗρεν. ὑπογέγραπτο δὲ τῇ βάσει τοῦ ἀγάλματος, ΘΕΙΩΙ ΠΑΛΑΜΗΔΕΙ. καθιδρύσας δὴ αὐτὸ, ὡς κἀγὼ εἶδον, καὶ ἱερὸν περὶ αὐτὸ βαλόμενος ὅσον οἱ τὴν Ενόδιαν τιμῶντες, ἔστι γὰρ καὶ δέκα ξυμπότας ἐν αὐτῷ ἐυωχεῖσθαι, τοιάνδε εὐχὴν ηὔξατο· Παλάμηδες, ἐκλάθου τῆς μήνιδος, ἣν ἐν τοῖς Αχαιοῖς ποτε ἐμήνισας, καὶ δίδου γίγνεσθαι πολλούς τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας. ναὶ Παλάμηδες, δι' ὃν λόγοι[6], δι' ὃν μοῦσαι[7], δι' ὃν ἐγώ.

tempus, & maris parum certa fides. Omnes igitur & tempestati, & igni, & aliis quibuscunque discriminibus inuictum virum esse putantes eandem cum eo nauim volebant conscendere, rogabantque communi secum nauigatione vti eis vt permitteret. Sed cum onus multum excederet nauis [vires], maiorem ille aliam conspicatus (multae enim circa Aiacis tumulum erant) hanc, inquit, ingrediamur, pulcrum enim est seruari cum pluribus. Troicum igitur circumuectus promontorium, ad Aeoliam, quae contra Lesbum posita est, gubernatorem appellere & versus eam maxime partem cursum dirigere, qua Methymna sita est, iussit. Illic enim [inquiebat] Achilles sepultum esse Palamedem ait, ibique statuam quoque eius reperiri cubitalem, forma senili magis, quam ipse Palamedes extiterit. Statimque naui egressus, curam habeamus, dixit, o Graeci, viri egregii, a quo omnis est sapientia. Sane enim Achaeis vt meliores simus curemus, ob virtutem colentes, quem nullo iure illi interfecere. Omnes igitur e naui prosilierunt, ipse vero in sepulcrum incidit, defossamque ad illud statuam inuenit. Erat autem statuae basi inscriptum: DIVO PALAMEDI. Restituens igitur eam, forma qua & ipse illam vidi, sacellum ei circumponens, quantum Hecates cultores [ei struere solent,] decem enim caperet compotatores, talem precatus est precationem: *Obliuiscere, o Palamedes, iracundiae, qua olim aduersus Achaeos excanduisti, atque, vt multos eosque sapientes viros habeat, effice. Ita, o Palamedes, a quo doctrina est, a quo Musae, a quo & ego.*

---

2 περὶ τὸ Αἰάντειον] ita dictus locus, vbi Aiacis sepulcrum cum templo, quod erat in *Rhoeteio*, in tumulo ὀλιγενεῖ vid. Strabo XIII. p. 595. adde & Melam I, 18. Plinium H. N. V, 33. & Solinum c. 40.

3 ἐνταῦθα γάρ που τὸν Παλαμήδην] cuius sepulcri & statuae curam Apollonio demandauerat Achillis vmbra vid. inf. c. 16. Ceterum de Palamedis sepulcro v. Schol. ad Lycophronis Cassandram v. 198. ita: ἐν Λεπετύμνῳ δὲ ὄρει τῆς Μεθύμνης Παλαμήδης τέθαπται. *Palamedium* tamen oppidum in opposita Aeolide commemorat Plinius H. N. V, 32: nisi id non a sepulcro eius, sed forte a *statione* nauium quam ibi habuit in obsidione Troiae, vt alia quaedam, dictum velimus: nostri tamen sententia esse videtur ex opposito Methymnae in Aeolide, vbi nempe Palamedium, eum sepultum fuisse, quod manifeste magis patet inf. fine cap. 15.

4 δι' ὃν σοφία πᾶσα] nempe ei *numerorum* tribuitur inuentio, grauis autor Plato de Republ. lib. VII. T. II. p. 522. & alii passim. In *numeris* autem omnis posita sapientia Pythagorae, quam Apollonius sequitur. Imo & ipse Plato mathematicas artes per *numerum* a Palamede inuentum intelligens, eo πάσας προσχεῖσθαι τέχνας τε καὶ διανοίας καὶ ἐπιστήμας dicit, eumque esse, ὃ καὶ παντὶ ἐν πρώτοις ἀνάγκη μανθάνειν, imo & hoc indeptum Palamedem, vt Agamemmonis vitia atque errores redarguere posset. adde de Palamedis inuentis Philostratum Heroicis, *Palamede*. Sed tamen gloriam numerorum inuentionis vt & τάξεων, πολεμικῶν, γραμμάτων, μέτρων, ταθμῶν, πεττῶν, κύβων, μουσικῆς Palamedi Vlyssis nomine ereptum iuit Alcidamas Rhetor, in declamatione quam Vlyssi affinxit.

5 δίκῃ δόλου ἀπέκτειναν] fraudibus nempe circumuentum Vlyssis, quibus effectum vt proditionis accusatus ab exercitu toto lapidibus obrueretur. Res nota ex Dicty lib. II. Hygino fab. 101 Scholiasta ad Euripid. Oreſt. v. 432. Schol. ad Lycophron. v. 1093. Schol. ad Statii Achill. I. v. 93. Philostrat. Heroic. in *Palamede*. Homerum enim de hac re allegari miror a doctissimo Meursio ad Lycophr. l. c. Cum *Palamedis* nuspiam ille meminerit, quod multos induxit, vt penitus de iis quae de Palamede feruntur dubitarent, vid. Strabonem lib. VIII. p. 368. adde nostrum supra l. III. c. 22. & paulo post. lib. IV. cap. 15. fin.

6 δι' ὃν λόγοι] sic Plato loco paulo ante citato τὸ λογίζεσθαι & τοὺς ἀριθμοὺς coniungit. Sunt autem ἀριθμοὶ Palamedis inuentum.

7 δι' ὃν Μοῦσαι] Philosophus enim & Poeta Palamedes audit Suidae in Παλάμ.

Orphei

Cap. XIV. Orphei quoque adytum adiuit, Lesbum appellens. Ferunt autem Orpheum illic olim oraculum edere amasse, idque ipsi Apollini solicitudinem iniecisse. Cum enim neque Grynеum, neque Clarum, nec eum in locum vbi tripus Phoebi esset, oracula petitum amplius accederent homines, soluisque Orpheus consulentibus responderet postquam caput eius ex Thracia esset aduectum: accedens Apollo, *Desine*, inquit, *quae mea sunt, occupare, iam enim satis te canentem tolerauí.*

Παρῆλθε καὶ ἐς τὸ τῦ Ορφέως ἄδυτον[1] προσορμισάμενος τῇ Λέσβῳ. Φασὶ δὲ ἐνταῦθά ποτε τὸν Ορφέα μαντικῇ χαίρειν, ἧς τὸν Απόλλω ἐπιμεμελῆσθαι αὐτόν[2]· ἐπειδὴ γὰρ μήτε ἐς Γρύνειον[3] ἐφοίτων ἔτι ὑπὲρ χρησμῶν ἄνθρωποι, μήτε ἐς Κλάρον[4], μήτ' ἔνθα ὁ τρίπους ὁ Απόλλωνος[5]; Ορφεὺς δὲ ἔχρα μόνος, ἄρτι ἐκ Θρᾴκης[6] ἡ κεφαλὴ ἥκουσα· ἐφίσταταί οἱ χρησμῳδοῦντι ὁ θεὸς, καὶ πέπαυσο, ἔφη, τῶν ἐμῶν, καὶ γὰρ δὴ ἄδοντά σε ἱκανῶς ἤνεγκα.

Cap. XV. Cum vero post ista, Euboeo mari nauigarent, quod Homero etiam ex difficilioribus esse videtur atque aegre emetiendis, mare quidem complanatum est visum magisque quam anni ferret tempestas placidum. Sermones autem caedebantur de insulis, quandoquidem earum plurimis & celebratissimis occurrebant, de nauium item fabricatione, & gubernatoria arte, quales quidem nauigantibus conuenirent. Damide tamen alios quidem ob prolata increpante, aliorum sermones abrumpente, aliorum interrogationes impediente, animaduertit Apollonius ipsum de rebus aliis cupere disquisitionem institui, atque quid est, inquit, o Dami, quod quaestiones propositas interrumpis? non enim [vt puto] nausea laborans, aut nauigationis taedio male affectus sermones auersaris. Mare enim vt nauigio se submiserit vides, vtque placide id dimittat. Quid ergo aegre tibi facit? Hoc, ille respondit, quod cum magnum argumentum in medio positum sit, de quo interrogare fas erat, potius de rebus obsoletis tamen & antiquis nos quaestionem instituamus. Quodnam vero, Apollonius inquiebat, illud est argumentum, ob quod reliqua omnia superfluanea existimas? Cum Achille, respondit, locutus, o Apolloni, multaque ab eo, vt verosimile est, edoctus nondum cognita nobis, non tamen exponis ea, nec formam Achillis delineas: sed insulas oratione praeternauigas nauesque struis. Modo ne, Apollonius respondit, iactationis incurram speciem, omnia narrabo.

Πλεόντων δὲ αὐτῶν μεταταῦτα τὸ ἐπ' Ευβοίας πέλαγος, ὃ καὶ Ομήρῳ δοκεῖ[1] τῶν χαλεπῶν καὶ δυσμετρήτων[2] εἶναι, ἡ μὲν θάλαττα ὑπτία, καὶ τῆς ὥρας κρείττων ἐφαίνετο. λόγοι τε ἐγίγνοντο περί τε νήσων, ἐπειδὴ πολλαῖς τε καὶ ὀνομαστῶις ἐνετύγχανον, περί τε ναυπηγίας καὶ κυβερνητικῆς, πρόσφοροι τοῖς πλέουσιν. ἐπεὶ ἤ ὁ Δάμις τὰς μὲν διέβαλλε τῶν λόγων, τὰς δὲ ὑπελέμνετο, τὰς δὲ ἀξυνεχώρει ἐρωτᾶν· ξυνῆκεν ὁ Απολλώνιος ὅτι λόγον ἕτερον σπεύδασαι βέλοιτο. καὶ τί παθών, ἔφη, ὦ Δάμι, διατρίβας τὰ ἐρωτώμενα; ἀ γὰρ ναυτιῶν γε, ἢ ὑπὸ τῦ πλῦ πονήρως ἔχων ἀποτρέφῃ τὰς λόγους. ἡ γὰρ θάλαττα, ὁρᾷς, ὡς ὑποτέθεικεν ἑαυτὴν τῇ νηΐ, καὶ πέμπει[3]. τί δὴν δυσχεραίνεις; ὅτι, ἔφη, λόγε μεγάλε ἐν μέσῳ ὄντος, ὃν εἰκὸς ἦν ἐρωτᾶν μᾶλλον, ἡμεῖς δὲ τὰς ἐώλους τε καὶ ἀρχαίους ἐρωτῶμεν. καὶ τίς, εἶπεν, ὁ λόγος ἔστος εἴη ἂν, δι' ὃν τὰς ἄλλας ἡγῇ περιττάς; Αχιλλεῖ, ἔφη, ξυγγενόμενος, ὦ Απολλώνιε, καὶ πολλὰ ἴσως διακηκοὼς μήπω ἡμῖν γιγνωσκόμενα, ἀ δίεις ταῦτα, οὐδὲ τὸ εἶδος ἡμῖν τῦ Αχιλλέως ἀνατυποῖς· περιπλεῖς δὲ τὰς νήσους, καὶ ναυπηγεῖς τῷ λόγῳ. ἀ μὴ ἀλαζονεύεσθαι ἔφη, δόξω, πάντα ἐρήσεται.

CAP. XIV. ἐς τὸ τῦ Ορφέως ἄδυτον] de hoc Orphei oraculo plura habet Philostratus in Heroicis *Philocteta* §. III. *Palamede* §. VII.

2 ἧς τὸν Απόλλω ἐπιμεμελῆσθαι αὐτόν] editiones priores ἐς τὸν Απόλλω legebant; quod plane sensum perturbabat. Meliorem lectionem codici Vratisl. debemus. Idem est ac si dixisset ἧς ἐπιμελὴς ἦν τῷ Απόλλωνι, *cuius cura angebatur Apollo.* Ratio solicitudinis patet ex sequentibus. Ceterum pro αὐτὸν Salmas. substituebat αὐτῶν, cuius mutationis rationem non capio.

3 μήτε ἐς Γρύνειον] & vrbem & templum; vbi oraculum; Strabo describit lib. XIII. *Grynaei* loci mentio ap. Pausan. Attic. prior. & Virgil. Eclog. VI. cui ipse Apollo inde dictus *Grynaeus* Aen. IV.

4 Κλάρον] prope Colophonem, vnde & Colophonium illud oraculum dictum vid. ad libri huius cap. I.

5 ἔνθα ὁ τρίπους τῦ Απολλ.] Delphos intelligi, vbi tripodi insidebat Pythia oracula fundens, manifestum est.

6 ἄρτι ἐκ Θρᾴκης] in *Heroicis* l. c. statim post Orpheum a Thracibus mulieribus discerptum, caput eius in Lesbon insulam mare transnatando peruenisse innuere videtur. Ideoque h. l. sensus est ille: *statim* cum appulisset Lesbum caput *Orphei* oracula id edidisse, suaque celebritate alia oracula obfuscasse, quo sensu non rarum est ἄρτι in illa constructione. Ceterum ἀντίθεσιν hic obserua, est enim *nominativus* prò genitiuo ἄρτι ἐκ Θρᾴκης τῆς κεφαλῆς ἠκούσης.

CAP. XV. 1 Ομήρῳ δοκεῖ] locus extat. Odyss. Γ. v. 174.

2 δυσμετρήτων] Schol. Roman. interpretatur δυσπορίστων.

3 πέμπει] opponitur τῷ φέρειν quod tradere est & rapere, placidumque nauis motum notat.

Dec-

Δεομένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῦ λόγυ τύτυ, καὶ φιλοκάλως ἐχόντων αὐτῦ· ἀλλ' ἐγὼ βόθρον, εἶπεν, Ὀδυσσέως[1] ὀρυξάμενος, ἐδὲ ἀρνῶν αἵματι ψυχαγωγήσας ἐς διάλεξιν τῦ Ἀχιλλέως ἦλθον, ἀλλ' εὐξάμενος ὁπόσα τοῖς ἥρωσιν Ινδοί φασι δεῖν ἔυχεσθαι[2]· "ὦ Ἀχίλλευ, ἔφην, τε-"θνᾶναί σε οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων φασίν. "ἐγὼ δὲ ἐ ξυγχωρῶ τῷ λόγῳ, ἐδὲ Πυθαγόρας, "σοφίας ἐμῆς πρόγονος. εἰ δὴ ἀληθεύομεν, δεῖ-"ξον ἡμῖν τὸ σεαυτῦ εἶδος. καὶ γὰρ ἂν ὄναιο ὦ-"γαν τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν, εἰ μάρτυσιν αὐτοῖς "τῦ εἶναι χρήσαιο". ἐπὶ τύτοις σεισμὸς μὲν περὶ τὸν κολωνὸν βραχὺς ἐγένετο, πεντάπηχυς δὲ νεανίας[3] ἀνεδόθη. Θετταλικὸς τὴν χλαμύδα, τὸ δὲ εἶδος ἐκ ἀλαζών τις ἐφαίνετο[4], ὡς ἐνίοις ὁ Ἀχιλλεὺς δοκεῖ. δεινός τε ὁρώμενος[5] ἐκ ἐξηλλάττετο τῦ φαιδρῦ, τὸ δὲ κάλλος ὅπω μοι δοκεῖ ἐπαινέτε ἀξίως ἐπειλῆφθαι, καί τοι Ὁμήρε πολλὰ ἐπ' αὐτῷ εἰπόντος[6], ἀλλὰ ἄῤῥητον εἶναι, καὶ καταλύεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῦ ὑμνῦντος ἢ παραπλησίως ἑαυτῷ ᾄδεσθαι. ὁρώμενος δὲ ὁπόσον εἶπον, μείζων ἐγίγνετο, καὶ διπλάσιος, καὶ ὑπὲρ τῦτο. δωδεκάπηχυς γῆν ἐφάνη μοι τὸ μέγεθος, ὅτε δὴ τελεώτατος ἑαυτῦ ἐγένετο, καὶ τὸ κάλλος ἀεὶ ξυνεπεδίδε τῷ μήκει. τὴν μὲν δὴ κόμην ἐδὲ κείρασθαί ποτε ἔλεγεν[7], ἀλλὰ ἄζυλον φυλάξαι τῷ Σπερχειῷ, ποταμῶν γὰρ πρώτῳ Σπερχειῷ χρήσασθαι[8], τὰ γένεια δ' αὐτῷ πρώτας ἐκδολὰς εἶχε. προσειπὼν δὲ, ἀσμένως,

Cumque ceteri etiam illam narrationem, precibus flagitarent, libenterque audire eam vellent; At ego, inquit, non vt Vlysses scrobem effodiens, neque agnorum sanguine manes euocans ad Achillis colloquium admissus sum: sed precibus adhibitis, quibus inuocandos heroes esse Indi praecipiunt: *o Achilles*, dixi, *te quidem mortuum esse vulgus hominum existimat. Ego tamen in illam neutiquam concedo sententiam, neque Pythagoras concedit, sapientiae meae parens. Tu igitur, si recte sentimus, monstra nobis speciem tuam. Certe enim multum ex oculis meis emolumenti ceperis, si ipsis testibus tibi vti licuerit, te adhuc viuere.* His dictis tremor exiguus circa collem extitit, iuuenisque prodiit cubitorum quinque, chlamyde Thessala indutus: forma autem minime elatum praeferebat animum, quali Achilles quibusdam fuisse videtur. Grauisque licet esset aspectus, a iucunda tamen comitate non discedebat, & pulcritudinem eius nondum satis dignum laudatorem sortitam esse iudicem, quamuis multa Homerus de ipsa dixerit, sed ineffabilem plane esse, & imminui potius ab iis, qui carmine eam celebrant, quam ex dignitate cani. Apparens autem primo ea quam dixi proceritate, creuit statim, & altero tanto seipsum superauit, magisque etiam quam altero tanto. Cubitorum igitur duodecim magnitudo eius mihi visa est cum extremam perfectionem suam attigisset, crescebatque vna cum magnitudine pulcritudo. Comam vero nunquam totondisse prae se ferebat, sed intactam Sperchio amni conseruasse, quod eius primum fluuii vsus oraculo esset, genae etiam eius prima lanugine florebant. Statimque me allocutus, gratum mihi

CAP. XVI. 1 ἐχὶ βόθρον Ὀδυσσέως &c.] alludit ad Odysseae Λ'. v. 34. Vbi Vlysses de Psychomantia sua:

τὰς δ' ἐπὶ ἰυχωλῇσι λιτῇσι τε ἔθνεα νεκρῶν
Ἐλλισάμην, τὰ δὲ μῆλα κατὰ κρῆθεν ἀπεδειροτόμησα.
ἐς βόθρον ῥέε δ' αἷμα νεκαλίνεφες.

Simili modo *anus* apud Heliodorum Aethiop. VI, 14. manes filii euocatura βόθρον primum ὠρύξατο cui *sanguinem* infunderet. adde notata in Heroicis *Achille* §. 14. n. 37.

2 ὁπ. τ. ἥρ. Ινδοί φασι δεῖν ἔυχεσθαι] vid. supra lib. III. c. 11. VI, 11. fin. it. inf. VIII, 11.

3 πεντάπηχυς δὲ νεανίας] nempe Troicorum Heroum insignis proceritas, supra obseruata nostro lib. II. c. 21. vbi vide notata. Ceterum plura de Achillis proceritate μυθικώτερα collegit Carolus Drelincurtius in Achille Homerico p. 34. & 102. Quod vero in sequentibus ait creuisse Achillis staturam, id proprium Heroibus in apparitionibus, eoque a *Diis*, *archangelis*, & *angelis* inter alia discernuntur. Iamblichus de myster. Sect. II. c. 3. vbi primo de *daemonibus* τὰ τῶν δαιμόνων ἐνδάλλεται ἄλλοτε ἐπ' ἄλλης ὁρώμενα μορφῆς, ΜΕΓΑΛΑ καὶ ΜΙΚΡΑ τὰ αὐτὰ φαινόμενα: statimque addit Heroas in apparitionibus imitari daemonas: τὰ δὲ τῶν ἡρώων προσοικε τοῖς τῶν δαιμόνων.

4 ὐκ ἀλαζών τις ἐφαίν. &c.] conf. cap. X. & ibi obseruata.

5 δεινός τε ὁρώμενος] sic Homer. Iliad. Τ'. v. 17.

Δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων ὥστει σέλας —

ei tribuit. ἐκπληκτικὸν εἶδος vocat in Heroicis Philostr. vbi de *Antilocho*, qui *ferox* est *obtutus* Q. Calabro lib. III. v. 145. Huc *ignei oculi* pertinent Achilli tributi, de quibus plura ex veteribus congessit cl. Drelincurtius Achille Homerico p. 38.

6 Ὁμήρε πολλὰ ἐπ' αὐτὸν εἰπόντος] qui γυναικοπρόσωπον dixit, *vultu eleganti*, *formosissimo*, *Diuis simillima forma*, *diuum formae gratia*, *quem virgines depereant*, loca diligenter digessit modo laudatus vir doctiss. p. 31. sq.

7 ἐδὲ κείρασθαι π. ἔλ.] ἔλεγεν est prae se tulit: scil. coma ipsi talis erat, quae nunquam detonsa videretur, vt alias dicimus *rem ipsam loqui*. Videtur autem confutare velle Homerum: quo etiam spectant nonnulla inf. c. 36. vbi vide notata. Nempe Homerus Il. Ψ'. v. 142. Achillem contra votum *Sperchio* factum in Patrocli honorem comam posuisse ait, quod in patriam remeare, vbi votum reddere Sperchio posset, desperaret. Ceterum de voto Achillis, quo Sperchio promiserat comam, vide & Statium lib. III. Sylu. IV. v. 181. More autem receptum antiquis comam alicui consecrare Deorum. vide nobis obseruata ad Heroica Philostrati *Aiace & Teucro* §. II. n. 5.

8 πρώτῳ Σπερχείῳ χρήσασθαι] vide obseruata Drelincurtio Achill. Homeric.

est, aie-

est, aiebat, quod in te incidam, qui iampridem tali opus habeam viro. Thessali nempe inferias iampridem mihi facere neglexerunt. Sed tamen illis nondum volui irasci. Si irascerer enim, magis certum eorum exitium foret, quam Graecorum, qui quondam in his locis fuerunt. Amice autem illis consilium do, ne sacra profane contemnant, & ne Troianis deteriores se monstrent istis, qui tantis a me priuati viris, publice tamen mihi sacra faciunt, & fructuum primitias offerunt, institutaque supplicatione reconciliationem petunt, quam ego nunquam illis indulgebo. Periurium enim, quo me circumuenere, non sinet Ilium vnquam pristinam formam recuperare, floremque recipere, quem euastatarum vrbium pleraeque olim obtinuere, verum habitabunt Ilium, meliore hautquaquam conditione, quam si heri demum capti essent. Ne igitur Thessalorum res in similem statum adducam, legationem quaeso ad *commune* eorum de illo, de quo dixi, negotio obito. Obibo, dixi, scopus enim legationis erat, ne illi perirent. At & ego, inquam, abs te aliquid, o Achilles, peto. Intelligo, inquiebat: certe enim de rebus Troianis es quaesiturus. Propone ergo quaestiones quinque, quas ipse volueris fataque permiserint. Primum igitur interrogaui, an vt poetis traditum sepultus fuerit? Iaceo, inquiebat, vt mihi iucundissimum est atque Patroclo: oppido enim iuuenes coniuncti viximus, continetque ambos vrna aurea compositos, perinde ac vnum. Quantum ad Musarum vero & Nereidum lamentationem, quam mei causa institutam perhibent, Musae ne quidem huc vnquam venere, Nereides autem etiamnum veniunt. Post haec interrogaui, an eius causa iugulata Polyxena fuerit? Ipse autem factum id quidem esse respondit: iugulatam tamen eam non ab Achiuis fuisse, sed sponte ipsam ad tumulum accedentem, mutuum ipsius suumque amorem maximo honore prosequi voluisse stricto gladio incumbentem. Tertio quaesiui: an Helena, o Achilles, Troiam delata est, an fingere ista visum Homero?

εἶπεν, ἐντετύχηκά σοι, πάλαι δεόμενος ἀνδρὸς τοιοῦδε. Θετταλοὶ γὰρ τὰ ἐναγίσματα[9] χρόνον ἤδη πολὺν ἐκλελοίπασί μοι. καὶ μηνιᾶν μὲν ὅπως ἀξιῶ. μηνίσαντος γὰρ, ἀπολῶνται μᾶλλον ἢ οἱ ἐνταῦθά ποτε Ἕλληνες[10]. ξυμβολίᾳ δὲ ἐπιεικεῖ χρῶμαι, μὴ ὑβρίζειν σφᾶς ἐς τὰ νόμιμα, μηδὲ κακίᾳ ἐλέγχεσθαι τῶν νῦν τῶν Τρώων, οἳ τοσοῦδε ἄνδρας ὑπ' ἐμοῦ ἀφαιρεθέντες δημοσίᾳ τε θύουσί μοι, καὶ ὡραίων ἀπάρχονται, καὶ ἱκετηρίαν τιθέμενοι σπονδὰς αἰτοῦσιν, ἃς ἐγὼ δώσω. τὰ γὰρ ἐπιορκηθέντα τούτοις ἐπ' ἐμὲ[11] οὐκ ἐάσει τὸ Ἰλιὸν ποτε τὸ ἀρχαῖον ἀναλαβεῖν εἶδος, οὐδὲ τυχεῖν ἀκμῆς, ὁποίᾳ περὶ πολλὰς τῶν καθημένων ἐγένετο, ἀλλ' οἰκήσουσιν αὐτὸ βελτίους ἢ εἰ χθὲς ἥλωσαν. ἵν' οὖν μὴ καὶ τὰ τῶν Θετταλῶν ἀποφαίνω ὅμοια, πρέσβευε παρὰ τὸ κοινὸν[12] αὐτῶν ὑπὲρ ὧν εἶπον. πρεσβεύσω, ἔφην, ὁ γὰρ νοῦς τῆς πρεσβείας ἦν μὴ ἀπολέσθαι αὐτούς. ἀλλ' ἐγώ τί σε, Ἀχιλλεῦ, δέομαι. ξυνίημι, ἔφη, δῆλος γὰρ εἰ περὶ τῶν Τρωϊκῶν· ἐρώτα δὲ λόγους πέντε, οὓς αὐτός τε βούλει, καὶ μοῖραι ξυγχωροῦσιν. ἠρόμην οὖν πρῶτον, ἃ κατὰ τὸν τῶν ποιητῶν λόγον ἔτυχε τοῦ τάφου[13]; κεῖμαι μὲν, εἶπεν, ὡς ἔμοιγε ἥδιστον καὶ Πατρόκλῳ ἐγένετο, ξυνέβημεν γὰρ κομιδῇ νέοι[14], ξυνέχει δὲ ἀμφὼ χρυσοῦς ἀμφιφορεὺς κειμένους, ὡς ἕνα. Μουσῶν δὲ θρῆνον καὶ Νηρηίδων, οὓς ἐπ' ἐμοὶ γενέσθαι φασὶ, Μοῦσαι μὲν οὐδ' ἀφίκοντό ποτε ἐντεῦθα[15], Νηρηίδες δὲ ἔτι φοιτῶσι. μεταῦτα δὲ ἠρόμην, εἰ ἡ Πολυξένη ἐπισφαγείη αὐτῷ; ὁ δὲ, ἀληθὲς μὲν ἔφη τοῦτο εἶναι· σφαγῆναι δὲ αὐτὴν οὐχ ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, ἀλλ' ἑκοῦσαν ἐπὶ τὸ σῆμα ἐλθοῦσαν[16], καὶ τὸν ἑαυτῆς τε κἀκείνου ἔρωτα μεγάλων ἀξιῶσαι, πρωσπεσοῦσαν ξίφει ὀρθῷ. τρίτον ἠρόμην· ἡ Ἑλένη, ὦ Ἀχιλλεῦ, ἐς Τροίαν ἦλθεν, ἢ Ὁμήρῳ ἔδοξεν ὑποθέσθαι ταῦτα;

9 Θετταλοὶ γὰρ τὰ ἐναγίσματα] prolixe de istis inferiis Achilli a Thessalis institutis & variis temporibus intermissis in Heroicis Philostrat. *Achille* §. 14. vbi & calamitates exponuntur, quae circa haec tempora Thessalis ob illum neglectum superuenere. Vt vero defunctus fuerit legatione Apollonius inf. c. 21. narratur. adde & Q. Calabrum l. III. v. 773.

10 μηνίσαντος γὰρ, ἀπολῶνται μᾶλλον, ἢ οἱ ἐνταῦθά ποτε Ἕλληνες] alludit ad Iliados initium vbi μῆνιν Ἀχιλλῆος praecipuam causam calamitatis Graecorum Troiam obsidentium facit Poeta.

11 τὰ γὰρ ἐπιορκηθέντα τούτοις ἐπ' ἐμὲ] Paridis enim & Troianorum perfidia periit vid. sup. ad cap. 10.

12 κοινὸν] vide paulo ante notata ad cap. 5. huius libri.

13 εἰ κατὰ τ. τῶν ποι. λόγον ἔτ. τοῦ τάφου] scilicet tradiderunt Poetae, cum vnam iuxta cum Patroclo vrnam capere, vid. Homer. Odyss. Ψ'. v. 91. & Il. Ω'. v. 71. 77. adde Tryphiodor. de Il. Excid. v. 17. Propert. lib. II. v. 32. & Philostr. alterum Heroic. *Achille*. De *Nereidibus* Achillem plorantibus itemque *Musis* poetarum loca diligenter annotauit Drelincurt. Achille Homer. p. 181. quem vide. De hisce vero etiam quaerere Apollonium patet ex responsione Achillis.

14 ξυνέβημεν γὰρ κομιδῇ νέοι] in schola nempe Phoenicis, vide loca veterum eam in rem apud eundem virum doctiss. p. 11.

15 Μοῦσαι μὲν οὐδ' ἀφίκ. ποτε ἐνταῦθα] hoc puto fingi, quod Barbari Graecis essent Ilienses, a quibus Musas remotissimas esse velle existimarent.

16 ἑκοῦσαν ἐπὶ τὸ σῆμα ἐλθοῦσαν] sic & alter Philostr. Heroic. de *Achille*. Dissentiunt tamen alii omnes, vid. Drelincurt. l. c. p. 105. III. 112.

πολὺν, ἔφη, χρόνον[17] ἐξηπατώμεθα, πρεσβευόμενοί τε παρὰ τὰς Τρῶας, καὶ ποιούμενοι τὰς ὑπὲρ αὐτῆς μάχας, ὡς ἐν τῷ Ιλίῳ ὄσης. ἦδ' Αἰγυπτίου τε ᾤκει καὶ τὸν Πρωτέως οἶκον[18], ἁρπασθεῖσα ὑπὸ τῆ Πάριδος. ἐπεὶ δὲ ἐπισεύθη τῆτο, ὑπὲρ αὐτῆς τῆς Τροίας λοιπὸν ἐμαχόμεθα, ὡς μὴ αἰσχρῶς ἀπέλθοιμεν. ἠψάμην καὶ τετάρτης ἐρωτήσεως, καὶ θαυμάζειν ἔφην, εἰτοσάσδε ὁμῶ καὶ τοιάσδε ἄνδρας ἡ Ελλὰς ἤνεγκεν, ὁπόσους Ομηρος ἐπὶ τὴν Τροίαν ξυντάτ]ει. ὁ δὲ Αχιλλεὺς, ἀδὲ οἱ βάρβαροι, ἔφη, πολὺ ἡμῶν ἐλείπο]ο· ἅτως ἡ γῆ πᾶσα ἀρετῆς ἤνθησε. πέμπ]ον ἠρόμην τί παθὼν Ομηρος τὸν Παλαμήδην ἀκ οἶδεν[19]; ἢ οἶδε μὲν, ἐξαίρει δὲ τῆ περὶ ὑμῶν λόγυ; εἰ Παλαμήδης, εἶπεν, ἐς Τροίαν ἀκ ἦλθεν, ἀδὲ Τροία ἐγένετο[20]· ἐπεὶ δὲ ἀνὴρ σοφώτατός[21] τε καὶ μαχιμώτατος ἀπέθανεν, ὡς Οδυσσεῖ ἔδοξεν[22], ἀκ ἐσάγεται αὐτὸν ἐς τὰ ποιήματα Ομηρος, ὡς μὴ τὰ ὀνείδη τῆ Οδυσσέως ᾄδοι. καὶ ἐπολοφυρόμενος αὐτῷ ὁ Αχιλλεὺς, ὡς μεγίσῳ τε καὶ καλλίσῳ, νεωτάτῳ τε καὶ πολεμικωτάτῳ, σωφροσύνῃ δὲ ὑπερβαλομένῳ πάντας[23], καὶ πολλὰ ξυμβαλομένῳ ταῖς Μέσαις[24], ἀλλὰ σὺ, ἔφη, Απολλώνιε, σοφοῖς γὰρ πρὸς σοφὰς ἐπιτήδεια, τῆ τε τάφῳ ἐπιμελήθητι[25], καὶ τὸ ἄγαλμα τῆ Παλαμήδυς ἀνάλαβε, φάυλως ἐρριμένον. κεῖται δὲ ἐν τῇ Αιολίδι[26], κατὰ Μέθυμναν τὴν ἐν Λέσβῳ. ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ περὶ νεανίαν τὸν ἐκ Πάρυ[27], ἀπῆλθε ξὺν ἀστραπῇ μετρίᾳ[28], καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀλεκτρυόνες ἤδη ᾠδῆς ἥπ]οντο[29]. τοιαῦτα μὲν τὰ ἐπὶ τῆς νεώς.

Diu, respondit falsi fuimus, legatos Troiam mittentes, praeliaque eius causa instruentes, dum Troiae esse eam crederemus. Ipsa tamen in Aegypto degebat in Protei domo, a Paride rapta. Postquam vero eius rei facti sumus certiores, bellum [ea omissa] de ipsa Troia continuauimus, ne cum ignominia inde discederemus. Quartam etiam quaestionem attigi, meque mirari dixi, quod tot & tantos viros vna aetate Graecia tulerit, quot contra Troiam in aciem producit Homerus. Ad haec Achilles, nec barbari, inquit, multo nobis erant inferiores: adeo omnis terra virtute florebat. Quintam proposui quaestionem: quamobrem Homerus Palamedem ignorat, aut si cognitum habuerit, in poemate de vobis omisit? Si Palamedes, respondit, ad Troiam non venit, nec ipsa Troia vnquam fuisse censenda est. Quoniam tamen vir sapientissimus, belloque maximus, vt Vlyssi placuit est interfectus, non inducit ipsum in poemate Homerus, ne Vlyssis opprobria canere cogatur. Eumque lamentatus Achilles, vt maximum & pulcerrimum, iuuentute item & bellica arte maxime conspicuum, moderatione animi omnibus superiorem, plurimumque cum Musis versatum; tu vero, dixit, o Apolloni, (est enim sapientibus viris cum sapientibus quaedam necessitudo,) & sepulcrum cura, & statuam restitue Palamedis foede deiectam. Iacet autem in Aeolide ex aduerso Methymnae, Lesbii oppidi. Haec cum dixisset atque postremo quae ad adolescentem Parium spectant subiecisset, mediocri fulgure emisso, discessit, iam enim galli cantum exordiebantur. Et haec quidem acta in naui.

---

17 πολὺν, ἔφη, χρόνον] ἔφη omnium codicum nostrorum fide hic restituimus.

18 Αἰγυπτίου τε ᾤκει, καὶ τὸν Πρωτέως οἶκον] similia habet Herodotus lib. II. adde Heroic. in *Protesilao* §. 20.

19 τὸν Παλαμήδην ἀκ οἶδεν] vide obseruata s. ad lib. III. c. 22. not. 2.

20 εἰ Παλαμήδης εἶπεν, ἐς Τροίαν ἀκ ἦλθεν, ἀδὲ Τροία ἐγίνετο] nempe eo, quod Palamedis nulla mentio apud Homerum, in eam sententiam Graecorum nonnulli deuenere, non fuisse inter Troiam obsidentes Graecos Palamedem: quibus contradicens ista profert Achilles, hoc sibi volens: adeo certum esse quod Palamedes in exercitu Graecorum ad Troiam fuerit, vt ne ipsam quidem Troiam extitisse sit magis certum.

21 ἀνὴρ σοφώτατος] vide s. c. 12. de eo, δι' ἣν σοφία πᾶσα. adde Heroica in *Palamede*.

22 ὡς Οδυσσεῖ ἔδοξεν] vid. s. ad c. 12. & lib. III. c. 22. adde Heroica in *Palamede*.

23 σωφροσύνῃ δὲ ὑπερβαλομένῳ πάντας] vid. Platon. de Republ. lib. VII. T. II. p. 522.

24 ξυμβαλομένῳ ταῖς Μέσαις] sic s. cap. 12. δι' ὧν Μέσαι vbi vid. notata.

25 τῆ τε τάφῳ ἐπιμελήθητι] quod vt praestitum sit ab Apollonio, narratur s. c. 13.

26 κεῖται δὲ ἐν τῇ Αιολίδι] manifeste itaque contradicit eis, qui in Lesbo insula sepultum volunt. vid. ad lib. III. c. 22. not. 2.

27 τὰ περὶ νεανίαν τὸν ἐκ Πάρυ] de quibus supra c. 11.

28 ξὺν ἀστραπῇ μετρίᾳ] sic Iamblich. de mysteriis Aegypt. sect. II. c. 4. Heroibus in apparitionibus tribuit πῦρ ὀξύροπον.

29 ἀλεκτρυόνες ἤδη ᾠδῆς ἥπ]οντο] quo tempore, quod dies ingruat, disparere spectra solent. Aeneas Gazaeus Theophr. p. 23. ἅμα γὰρ ἀνέσχει ἥλιος καὶ τὸ φάσμα διαλύεται. Sic vmbrae apud Propert. lib. IV. el. 7.

Nocte vagae ferimur. Nox clausas liberat vmbras,
Errat & abiecta Cerberus ipse sera.
Luce iubent leges Lethaea ad flagna reuerti:
Nos vehimur: bellum nauta recenset onus.

Sic Claudianus de vmbra Theodosii.

Dixit & afflatus vicino sole refugit.

plura Martinus Delrio ad Senecae Hercul. fur. collegit.

Inde

Cap. XVII. Inde Piraeeum ingressus mysteriorum tempore, quo Athenae in tota Graecia hominibus maxime sunt frequentes, cum contentione quadam a naui in asty adscendit. Cumque processisset aliquantum, eorum qui philosophiae operam nauarent complures obuios habuit, & quidem ad Piraeeum descendentes, quorum aliqui nudatis corporibus solis aestui se exponebant, (est enim autumni apud Athenienses sidus flagrantissimum,) alii autem legendis libris incumbebant, alii orando sese exercebant, alii denique disputabant. Nemo autem ipsum praeteribat, verum omnes Apollonium agnoscentes cum eo reuertebantur, laetique eum salutabant. Adolescentes quoque decem simul ei oblati, per Mineruam, inquiebant, istam, ad arcem manus tendentes, nos modo ad Piraeeum contendebamus, ad te in Ioniam nauigaturi. Hos ipse humanissime suscepit, seque vehementer iis de philosophiae studiis gratulari dixit.

Ἐς δὲ τὸν Πειραιᾶ ἐσπλεύσας περὶ μυστηρίων[1] ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωπότατα Ἑλλήνων πράττουσιν, ἀνήει ξυντείνας ἀπὸ τῆς νεὼς ἐς τὸ ἄστυ[2]· προϊὼν δὲ πολλοῖς τῶν φιλοσοφούντων ἐνετύγχανε· Πειραιᾶ[3] δὲ κατιοῦσιν, ὧν οἱ μὲν γυμνοὶ ἐθέροντο[4], καὶ γὰρ τὸ μετόπωρον ἐνήλιον τοῖς Ἀθηναίοις[5]· οἱ δὲ ἐκ βιβλίων ἐσπέδαζον, οἱ δ' ἀπὸ σώματος ἤσκηντο, οἱ δὲ ἤριζον. παρῆει δὲ οὐδεὶς αὐτὸν, ἀλλὰ τεκμηράμενοι πάντες ὡς εἴη Ἀπολλώνιος ξυνανεστρέφοντό τε καὶ ἠσπάζοντο χαίροντες. νεανίσκοι δὲ ὁμοῦ δέκα περιτυχόντες αὐτῷ, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν ἐκείνην[6] ἔφασαν, ἀνατείναντες τὰς χεῖρας ἐς τὴν ἀκρόπολιν, ἡμεῖς ἄρτι ἐς Πειραιᾶ ἐβαδίζομεν, πλευσόμενοι ἐς Ἰωνίαν παρὰ σέ. ὁ δὲ ἀπεδέχετο αὐτῶν, καὶ ξυνεχαίρειν ἔφη φιλοσοφοῦσιν.

Cap. XIIX. Iamque Epidauriorum incidebat dies: Epidauriis autem Athenienſibus ad noſtra vſque tempora more receptum, vt poſt acclamationem & ſacrificia, praeuio altero ſacrificio, initiationem inſtituant. Idque in Aeſculapii gratiam inſtitutum, nam illum initiarunt ex Epidauro venientem, iam peractis myſteriis. Complures autem neglectis initiis Apollonio adhaeſerunt, hocque ipſis maiori curae fuit

Ἦν μὲν δὴ Ἐπιδαυρίων ἡ ἡμέρα[1]· τὰ δὲ Ἐπιδάυρια[2], μετὰ πρόσρησίν τε καὶ ἱερεῖα[3] δεῦρο[4] μυεῖν Ἀθηναίοις πάτριον ἐπὶ θυσίᾳ δευτέρᾳ. τότε δὲ ἐνόμισαν Ἀσκληπιῷ ἕνεκα, ὅτι δὴ ἐμύησαν αὐτὸν, ἥκοντα Ἐπιδαυρόθεν, ὀψὲ μυστηρίων. ἀμελήσαντες δὲ ἡ πολλοὶ τῷ μυεῖσθαι, περὶ τὸν Ἀπολλώνιον εἶχον, καὶ τότ' ἐσπέδαζον

CAP. XVII. 1 *μυστηρίων*] mysteria hic intelligi minora iam obseruatum Io. Meurſio de Sacr. Eleuſin. cap. 6. nempe ad autumni tempora haec ſpectare paulo poſt dicitur; autumno vero menſe Antheſterione, quem reſpondere volunt Romanorum Nouembri, *μικρὰ μυστήρια* ſunt celebrata, cum maiora in Boedromionem inciderent, qui Auguſto vel Septembri noſtro reſpondet.

2 *εἰς τὸ ἄστυ*] ipſas Athenas intelligit, nempe peculiare oppidum *Piraeeus* ſuis muris cinctus abſoluebat, non *προσμιγνύον τῇ πόλει*, cum *πόλις* potius eſſet *ἐξημμένη τὸ Πειραιῶς*, vt habet Plutarch. vita Pericl.

3 *Πειραιᾶ δὲ*] vulgati habent *Φάληρα δὲ*: corrupta tamen mihi illa lectio viſa. Quomodo enim ex *Piraeeo* ad vrbem contendens, *Phalerum* euntibus occurrere potuit, quibus auerſa inde & contraria via erat iter. Praeterea paulo poſt inter eos, qui obuii facti Apollonio, iuuenum mentio, qui iurant ad *Piraeeum* ſibi eſſe iter. Pro *Φάληρα* itaque hic *Πειραιᾶ* ſubſtituendum putaui: niſi malis legere *Φαληρόθεν*.

4 *γυμνοὶ ἐθέροντο*] qualia exercitia tolerantiae Cynicis inprimis familiaria. Sic de Diogene Cynico Laertius Diogen. VI, 23. *θέρει μὲν ἐπὶ ψάμμῳ ζέσῃ ἐκυλινδεῖτο*. Sic & de Gymnoſophiſtis Plinius VII, 2. eos *feruentibus arenis alternis pedibus inſiſtere*.

5 *ἐνήλιον τοῖς Ἀθηναίοις*] neſcio cur iſta vir doctiſſ. Io. Meurſius producat, ad probandum, in Attica ſplendente ſole auctumnum amoenum fuiſſe, Fortun. Attic. c. 3. fin. cum non amoenitatem, ſed aeſtus feruorem hic ſpectet Philoſtratus, minime amoenum, & qui tolerantiae exercendae materiem praeberet Philoſophis. Sic nempe auctumnale in ea regione tempus deſcribit Gellius quoque I, 2. vt *aeſtum anni*, & *ſidus auctumni flagrantiſſimum*, & *caloris incommoda* memoret.

6 *ἐκείνην*] cuius nempe in acropoli Athenienſium templum. Ceterum mares per numen femineum iurare inſolitum non eſt, vide notata inf. VII, 12. & ad Heroica *Protesilao*. Similia exempla habes inf. lib. V. c. 29. n. 3. lib. VI. c. 9. n. 2. lib. VIII. c. 26. n. 4.

CAP. XVIII. 1 *Ἐπιδαυρίων ἡ ἡμέρα*] ſic dictus octauus myſteriorum dies, qui incidebat in XXII menſis. Rationem & nominis & feſti ipſe in ſequentibus reddit Philoſtratus & Pauſan. Corinthiac. p. 69. vnde quae apud Philoſtratum ſequuntur ſubobſcura optime explices.

2 *τὰ δὲ Ἐπιδάυρια*] ellipſis praepoſitionis *κατὰ*, vel *ἀντίπλωσις* pro *τοῖς ἐπιδαυρίοις*, vt ſenſus ſit hoc feſto eſſe facta, quae ſequuntur. Quod quamuis vulgare ſit & vix obſeruatione dignum, priores tamen turbauit interpretes. Vel etiam ita explicari poteſt: *τὰ δὲ Ἐπιδάυρια ταῦτα*· vt colon hic ponatur, cum ſequentia deſcriptionem ipſam habeant.

3 *μετὰ πρόσρησίν τε καὶ ἱερεῖα*] per *πρόσρησιν* intelligit ſolennem acclamationem qua initiatio peragebatur. *ἐπιφώνημα* vocabatur Heſychio, qui etiam verba *προσρήσεως* ſeruauit: *κόγξ ὄμπαξ*, inquit, *ἐπιφώνημα τῶν τετελεσμένων*. Haec *πρόσρησις* totaque initiatio peragebatur die prima myſteriorum. v. Meurſ. Eleuſin. c. XI. Ad eam vero ſacrificia quoque ſpectabant varia, maxime praeluſtratione, vid. idem c. 7. hincque noſter *ἱερεῖα* addit.

4 *δεῦρο*] *δεύτερον* legendum eſſe olim monuerat Meurſius Eleuſin. cap. 29. Sed omnes codices conſentiunt in *δεῦρο*, nec opus eſt *δεύτερον* legi, alias enim bis idem dicetur. Nempe *δεῦρο* ita abſolute poni pro *εἰς δεῦρο* notum, ſenſuſque Philoſtrati iſte: *δεῦρο*, h. e. vſque ad aetatem Philoſtrati, morem fuiſſe Athenienſibus, poſt initiationem, quae *ἱερείοις* & *προσρήσει* hic ſignificatur, die prima peractam, ſecundis ſacrificiis initiationem die octaua ſ. Epidauriis denuo inſtituere, hoc eſt *μυεῖν ἐπὶ θυσίᾳ δευτέρᾳ primaeuis ſacrificiis repetitis, ſine ſecundis, initiare.*

μᾶλλον, ἢ τὸ ἀπελθεῖν τετελεσμένοι. ὁ δὲ ξυνέσεσθαι μὲν αὐτοῖς αὖθις ἔλεγεν, ἐκέλευσε δὲ πρὸς τοῖς ἱεροῖς τότε γίγνεσθαι, καὶ γὰρ αὐτὸς μυεῖσθαι. ὁ δὲ ἱεροφάντης[5] οὐκ ἐβούλετο παρέχειν τὰ ἱερά, μὴ γὰρ ἄν ποτε μυῆσαι γόητα[6], μὴ δὲ τὴν Ελευσῖνα ἀνοῖξαι ἀνθρώπῳ μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια[7]. ὁ δὲ Απολλώνιος ἐδέη ὑπὸ τούτων ἧττον αὐτῷ γενόμενος, ἔπω, ἔφη, τὸ μέγιστον, ὧν ἐγὼ ἐγκληθείην ἄν, εἴρηκας, ὅτι περὶ τῆς τελετῆς πλείω ἢ σὺ γιγνώσκω· ἐγὼ δὲ ὡς παρὰ σοφώτερον ἐμαυτὸν μυησόμενος ἦλθον. ἐπαινεσάντων δὲ τῶν παρόντων ὡς ἐῤῥωμένως καὶ παραπλησίως αὐτῷ ἀπεκρίνατο, ὁ μὲν Ιεροφάντης, ἐπειδὴ ἐξείργων αὐτὸν ὁ φίλα τοῖς πολλοῖς ἐδόκει πράττειν, μετέβαλε τὸν τόνον, καὶ μυᾶ, ἔφη, σοφὸς γάρ τις ἥκειν ἔοικας· ὁ δὲ Απολλώνιος, μυήσομαι, ἔφη, αὖθις, μυήσει δέ με ὁ δεῖνα· προγνώσει χρώμενος ἐς τὸν μετ' ἐκεῖνον Ιεροφάντην, ὃς μετὰ τέτταρα ἔτη τῷ ἱερῷ πρέσῃ.

quam vt initiati discederent. Ipse autem se cum illis alio tempore rursus collocuturum dixit, tum vero sacris operam dare iussit, se enim ipsum quoque velle initiari. At noluit sacrorum antistes eum ad sacra admittere, fas enim sibi haut esse incantatorem initiare, neque Eleusinem patefacere ei qui purus in rebus diuinis non esset. Apollonius vero nihil propterea animo magis deiectus, maximum, inquit, eorum, quorum accusari possim ego, nondum dixisti, nempe quod plura de initiis ego quam tu ipse cognoscam: & ad te tamen tanquam me sapientiorem initiandus accedam. Collaudantibus autem eum praesentibus, quod fortiter & prout se deceret cum maxime, respondisset; sacrorum antistes, eo quod sacris eum arcens parum probatum plerisque opus patrasse videretur, subito vocem mutauit, initiare igitur, inquiens, vir enim sapiens esse videris. Tunc Apollonius, initiabor certe, dixit, deinceps, initiabit autem me *Caius*: ante designans successurum ei sacrorum antistitem, qui post quatuor inde annos templo praefuit.

Τὰς δὲ Αθήνησι διατριβὰς πλείστας μὲν ὁ Δάμις γενέσθαι φησὶ τῷ ἀνδρί, γράψαι δὲ ὀλίγας, ἀλλὰ τὰς ἀναγκαίας τε καὶ περὶ μεγάλων σπουδασθείσας. τὴν μὲν δὴ πρώτην διάλεξιν, ἐπειδὴ φιλοθύτας τοὺς Αθηναίους[1] εἶδεν, ὑπὲρ ἱερῶν διελέξατο, καὶ ὡς ἄν τις ἑς τῶ ἑκάστῳ τῶν θεῶν οἰκεῖον, καὶ πηνίκα τῆς ἡμέρας[2] τε καὶ νυκτὸς, ἢ θύοι, ἢ σπένδοι, ἢ ἔυχοιτο. καὶ βιβλίῳ Απολλωνίῳ[3] προσυχεῖν ἔσιν, ἐν ᾧ ταῦτα τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ[4] ἐκδιδάσκει. διῆλθε δὲ ταῦτα Αθήνησι, πρῶτον μὲν ὑπὲρ σοφίας αὐτοῦ τε κἀκείνων· εἶτ' ἐλέγχων τὸν ἱεροφάντην, δι' ἃ βλασφήμως τε καὶ ἀμαθῶς εἶπε. τίς γὰρ ἔτι ὠήθη τὰ δαιμόνια[5] μὴ καθαρὸν εἶναι τὸν φιλοσοφοῦντα ὅπως οἱ θεοὶ θεραπευτέοι;

Quantum ad disputationes autem, Athenis habitas plurimas fuisse Damis ait, sibi tamen omnes in litteras minime relatas, sed maxime necessarias & de rebus grauioribus habitas tantum. Et prima quidem dissertatione, quoniam Athenienses religiosos esse nouerat, de sacrificiis egit, quo modo cuiuis Deo conuenienter, quoue diei aut noctis tempore, vel sacrificari, vel libari, vel supplicationes offerri fas esset. Prostatque libellus Apollonii, in quo vernacula dialecto haec edocuit. Disseruit autem de talibus rebus apud Athenas, primum quidem quod sua ipsarumque sapientia id dignum putaret: tum vt sacrorum Eleusiniorum antistitem redargueret ob ea, quae per calumniam & opprobrium summamque insciti-am sibi obiecerat. Quis enim adhuc crederet, parum sanum esse in rebus diuinis, qui, vt Dei religiose colendi sint, erudite pstenderet? Cap. XIX.

5 ὁ δὲ ἱεροφάντης] ita dictus qui initiabat vid. de eo ex instituto Meurs. Sacr. Eleusin. cap. 13.

6 μὴ γὰρ ἄν ποτε μυῆσαι γόητα] barbari, homicidae, magi, praestigiatores, impii ab his sacris excluſi: idem Meurs. c. 20.

7 μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια] i. e. qui non sit *orthodoxus*. δαιμόνια hic *res diuinae* non *daemones*. Sic & ξενὰ δαιμόνια accipio Act. XVII, 18. vt sensus sit *cultum* & *sacra*, verbo *religionem* peregrinam, annunciare Paulum: non *daemones* vel *deos* quod in dicta ab Apostolo minus quadrat. Hinc & paulo post καινὴν διδαχὴν vocant, & τὰ ξενίζοντα, vt διδαχὰς ξενὰς quoque habes Hebr. XIII, & verbum ξενίζεσθαι 1 Petri cap IV. Recurrit phrasis eodem sensu paulo post cap. 14. not. 5. Similique modo Socrates καινὰ τὰ δαιμόνια dicitur inf. lib. VIII. c. 7. sect. 1. Hinc puto apud veteres Socrati καινὰ δαιμόνια tribuentes, non *daemones nouos*, sed *nouam theologiam*, vel religionem intelligi. Saltem diserte hoc probat locus Platonis in Apol. p. 17. Vbi ita Socrates: ἴσθ' ὅτι ἐγὼ δαιμόνια μὲν νομίζω πράγματα εἶναι, δαίμονας δ' ἃ νομίζει; οὐκ ἔστιν ἃ ἐγὼ δαιμόνια μὲν φῄς με ἢ νομίζειν ἢ διδάσκειν, εἴτ' ἐν καινὰ, εἴτε παλαιὰ, ἀλλ' ἐν δαιμόνια γε νομίζω κατὰ τὸν σὸν λόγον —— εἰ δὲ καὶ δαιμόνια νομίζω, καὶ δαίμονας δήπου πολλὴ ἀνάγκη νομίζειν με ἔστιν. Nempe ἄθεον Socratem esse aduersarius calumniabatur, qui ex hoc ipso, quod δαιμόνια πράγματα admittere dicatur, eaque καινὰ inuehere, se δαίμονας h. e. deos credere euincit.

CAP. XIX. 1 φιλοθύτας τοὺς Αθηναίους] δεισιδαιμονεστέρους vocat sacer scriptor & κατειδώλου πόλιν.

2 πηνίκα τῆς ἡμέρας] discrimen hic Pythagoras quoque obseruauit, diis *semper*, heroibus *circa meridiem* sacra decernens vid. Diogen. Laert. VIII, 33. adde supra dicta lib. I. cap. 16.

3 βιβλίῳ Απολλωνίῳ] eiusdem mentio s. lib. III. c. 41.

4 τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ] h. e. lingua Cappadocum, Tyanensis enim ex Cappodacia Apollonius fuit, adde notata s. ad lib. III. c. 41.

5 τὰ δαιμόνια] vid. ad cap. praec. notata.

Cumque

Cap. XX. Cumque de libationibus faciendis disputaret, adolescens disputationi intererat mollis plane, atque ita vulgo habitus luxuriosus, vt in conuiuiis dum lances cum mazis apponebantur caneretur quandoque. Erat autem patria ei Corcyra, genus ad Alcinoum referebat, Vlyssis hospitem, Phaeacem. Et de libatione quidem Apollonius disputabat, praecipiebatque vt ne ex poculo illo, quo libatum esset, biberetur, sed integrum illud & illibatum Diis seruaretur. Cumque dixisset ansas quoque poculo illi affingendas, atque ea ex parte qua ansa esset libandum, vt qua rarissime homines poculum ori admoueant, adolescens orationem cachinno effuso atque intemperante interpellauit. Tunc in eum intuitus ille non tu, inquit, hac me contumelia afficis, sed daemon, qui te inscium agit. Nempe daemoniacum se esse adolescens nesciebat; ridebat enim, ob quae nemo alius rideret, subitoque in ploratum risum vertebat, cum nulla subesset causa: interdum secum ipse loquebatur, aut cantabat. Putabantque plerique ad ista eum iuuentute lasciua impelli: at ille a daemone agebatur, sicque ea patrare obseruabatur, quae tum quoque proterue committebat. Cum vero in eum intueretur Apollonius, meticulosas simul ac iracundas voces emittebat daemon, vt solent qui plorant atque torquentur, iurabatque se adolescentem dimissurum, nec in vllum alium inuasurum mortalium. Apollonio autem vt seruum versutum, callidumque & impudentem, aliisque eius generis vitiis insignem dominus solet, cum stomacho cum alloquente & vt signo aliquo edito discederet praecipiente; statuam, dixit, istam deiiciam, manu de-

Διαλεγομένῳ δὲ αὐτῷ περὶ τῆς σπένδειν παρέτυχε μὲν τῷ λόγῳ μειράκιον τῶν ἁβρῶν, ἔτως ἀσελγὲς νομιζόμενον, ὡς γενέσθαι ποτὲ καὶ μαζονόμων ἄσματι. πατρὶς δὲ αὐτῷ Κέρκυρα ἦν, καὶ ἐς Αλκίνοον ἀνέφερε, τὸν ξένον τῆς Ὀδυσσέως[2], τὸν Φαίακα. καὶ διῆει μὲν δὴ ὁ Απολλώνιος περὶ τῆς σπένδειν, ἐκέλευε δὲ μηδὲ πίνειν τῆς ποτηρίας τύτης, φυλάττειν δὲ αὐτὸ τοῖς θεοῖς ἄχραντόν τε καὶ ἄποτον. ἐπεὶ δὲ καὶ ὦτα ἐκέλευσε τῷ ποτηρίῳ ποιεῖσθαι, καὶ σπένδειν κατὰ τὸ ἓς[3], ἀφ' ἧς μέρης ἥκιστα πίνυσιν ἄνθρωποι, τὸ μειράκιον κατεσκέδασε τῷ λόγῳ πλατύν τε καὶ ἀσελγῆ γέλωτα. ὁ δὲ, ἀναβλέψας ἐς αὐτὸ, ἃ σὺ, ἔφη, ταῦτα ὑβρίζεις, ἀλλ' ὁ δαίμων, ὃς ἐλαύνει σε ἐκ εἰδότα. ἐλελήθει δὲ ἄρα δαιμονῶν τὸ μειράκιον· ἐγέλα τε γὰρ ἐφ' οἷς ἐδεὶς ἕτερος, καὶ μετέβαλλεν ἐς τὸ κλάειν, αἰτίαν ἐκ ἔχον· διελέγετό τε πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ᾄδε. καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τὴν νεότητα σκιρτῶσαν ᾤοντο ἐκφέρειν αὐτὸ ἐς ταῦτα· ὅδ' ὑπεκρίνετο ἄρα τῷ δαίμονι[4], καὶ ἐδόκει παροινεῖν, ἃ ἐπαρῴνει τότε. ὁρῶντος τε ἐς αὐτὸ τῆς Απολλωνίκης, δεδοικότως τε καὶ ὀργίλως φωνὰς ἠφίει τὸ εἴδωλον, ὁπόσαι κλαιομένων τε καὶ τρεβλεμένων εἰσίν, ἀφέξεσθαί τε τῆς μειρακίκ ὤμνυ, καὶ μηδενὶ ἀνθρώπῳ ἐμπεσεῖσθαι. τῆς δὲ, οἷον δεσπότης πρὸς ἀνδράποδον ποικίλον[5], πανοῦργόν τε, καὶ ἀναιδὲς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ξὺν ὀργῇ λέγοντος, καὶ κελεύοντος αὐτῷ ξὺν τεκμηρίῳ ἀπαλλάττεσθαι, τὸν δεῖνα, ἔφη, καταβαλὼν

CAP. XX. 1 μαζονόμων ἄσμα] vulgo omnes Αμαζόνων habent, & ita allegat ex Philostrato nostro Erasmus Chiliad. p. 461. quid sibi velit nondum satis compertum sibi esse fassus. μαζονόμων tamen ἄσμα forte legendum dicit. Esse enim μαζόνομα praegrandes lances, quibus tibicine praecedente dapes lautiores inferebantur, vt notum. Eidem merito frigidum Coelii Rhodigini videtur commentum, qui per ἀμαζόνας feminas in genere intelligit. Erasmo assentio, eritque μαζονόμων ὕμνος qui a seruis succinctis, dum μαζονόμα apponebant, canebatur, quemadmodum eos inter cantandum pleraque coenae officia, obiisse discimus ex delineatione conuiuii Trimalchionis, apud Petronium. Talibus vero canticis gulae & luxuriae deditos celebrare conuenientissimum, quemadmodum Pittaci memoriam, quod & ipse olim molam egisset, celebrabant in ἐπιμυλίῳ ᾠδῇ. vid. Plutarch. Sympos. p. 157. ἄλει μύλα ἄλει καὶ γὰρ Πιττακὸς ἄλει μεγάλας Μιτυλήνας βασιλεύς: & similia obtinuisse in aliis huiusmodi canticis messorum, pistorum, nautarum, de quibus Pollux lib. VII, cap. 33. §. 8. Athenaeus lib. XIV. p. 618. Eustath. ad Odyss. γ'. minime dubitem.

2 τῆς ξένου τῆς Οδυσσέως] mentio eius Odysseae Homer. H'. & Θ'. passim.

3 καὶ σπένδειν κατὰ τὸ ἓς] *autem* intelligit, h. e. *ansam* ποτηρίᾳ, quod cum aliter acciperent priores interpretes, mirae id confusioni occasionem dedit. Est autem hoc ex Pythagorae etiam praeceptis symbolicis. In iis enim in vita eius Porphyrius p. 200. censet, σπονδὰς ποιεῖσθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ ἓς τῶν ἐκπωμάτων, quo hoc sibi voluisse Pythagoram Porphyrius putat, *quod libamina cum musica Diis sint offerenda & concentu auribus grato.* Ea verba eius: ἐντεῦθεν γὰρ ἡγίστετο τιμᾶν τὸν θεὸν, καὶ ὑμνεῖν τῇ μουσικῇ. Ineptae vt puto. Refero ego ad reuerentiam Diis habendam, cultusque puritatem. Nempe cum libando Diis quasi offeratur bibenda pars potionis, ea parte, qua ansa est, libare praecipit; quoniam ei homines os admouere non solent, neque fas enim est vt eorundem Diis hominibusque permittatur vsus: quam rationem Pythagoraei reddunt praecepti, de piscibus sacris non gustandis. μὴ γὰρ δεῖν τὰ αὐτὰ τετάχθαι θεοῖς καὶ ἀνθρώποις apud Laertium lib. VIII. §. 35. Ineptam tamen Porphyrii explicationem adoptauit nuper A. Dacerius, licet locus eum Porphyrii fugisse videatur, ipsum enim symbolum tantum ex Philostrato nostro allegauit.

4 ὑπεκρίνετο ἄρα τῷ δαίμονι] gestus edebat & loquebatur, ad quae a daemone impellebatur. Hoc supra sensu occurrebat substantiuum ὑποκριτὴς lib. III. c. 38.

5 ποικίλον] significat *versutum* & in bonam partem etiam accipitur. Sic nempe Prometheum vocat Neptunus apud Aeschylum Prom. vincto: v. 307.

— — καὶ παραινέσαι γέ σοι
Φίλῳ τὰ λῷστα καίπερ ὄντι ποικίλῳ

Hinc explicandum, quid sit πολυτοίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ apud Apostolum.

ἀνδριάντα, δείξας τινὰ τῶν περὶ τὴν βασίλειον στοὰν [6], πρὸς ἣ ταῦτα ἐπράττετο. ἐπεὶ δὲ ὁ ἀνδριὰς ὑπεκινήθη πρῶτον, εἶτα ἔπεσε, τὸν μὲν θόρυβον τὸν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ὡς ἐκρότησαν ὑπὸ θαύματος, τί ἄν τις γράφοι; τὸ δὲ μειράκιον, ὥσπερ ἀφυπνίσαν, τάς τε ὀφθαλμὰς ἔτριψε, καὶ πρὸς τὰς αὐγὰς τῆ ἡλίῳ εἶδεν, αἰδῶ τε ἐσπάσατο, πάντων ἐς αὐτὸ ἐσραμμένων. ἀσελγές τε οὐκ ἔτι ἐφαίνετο, οὐδὲ ἄτακτον βλέπον, ἀλλ' ἐπανῆλθεν ἐς τὴν ἑαυτῆ φύσιν, μεῖον οὐδὲν ἢ εἰ φαρμακοποσίᾳ ἐκέχρητο. μεταβαλόν τε τῶν χλανιδίων, καὶ τῶν λῃδίων [7], καὶ τῆς ἄλλης συβαρίδος [8], ἐς ἔρωτα ἦλθεν αὐχμῆ καὶ τρίβωνος [9], καὶ ἐς τὰ τῆ Ἀπολλωνίῳ ἤθη ἀπεδύσατο.

signans ex ſtatuis quandam, quae porticum regiam, iuxta quam iſta patrabantur, ambiebant. Poſtquam igitur primum quidem nutauit aliquantum ſtatua, inde concidit, quantus eam ob rem exortus ſit clamor, quantus admirantium plauſus, quomodo deſcribere quis poſſit? Adoleſcens autem, tanquam e ſomno excitatus, oculos terebat, & verſus ſolis radios eos flectebat, pudore, quod omnes eum intuerentur, confuſus. Nec intemperans amplius videbatur, neque perturbato aſpectu: verum ad ſuam rediit indolem, non aliter quam ſi medicamento vſus fuiſſet. Poſita autem laena molliore, veſtibuſque delicatis ac reliquo luxu, ſqualorem & vile amplexus eſt pallium, ſeque ad Apollonii mores totum compoſuit.

Ἐπιπλῆξαι δὲ λέγεται περὶ Διονυσίων Ἀθηναίοις, ἃ ποιεῖται σφίσιν ἐν ὥρᾳ τῆ Ἀνθεσηριῶνος [1]. ὁ μὲν γὰρ, μονῳδίας [2] ἀκροασόμενος, καὶ μελοποιίας [3], παραβάσεών [4] τε, καὶ ῥυθμῶν [5], ὁπόσοι κωμῳδίας τε καὶ τραγῳδίας εἰσὶν, ἐς τὸ θέατρον ξυμφοιτᾶν ᾤετο. ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν ὅτι αὐλῆ [6] ὑποσημήναντος λυγισμὸς ὀρχῆται, καὶ μεταξὺ τῆς Ὀρφέως ἐποποιίας τε καὶ θεο-

Reprehendiſſe item dicitur Athenienſes propter Bacchanalia, quae menſe Antheſterione celebrant. Nempe monodiam auditurus & melicum carmen, & chori cantum, moduloſque, quales in comoedia & tragoedia adhibentur, ipſe quoque cum ceteris ad ſcenam accedere ſtatuit. Vbi audiuiſſet vero quod ad tibiam, flexuoſos cantus praecinentem, ſaltarent, Orpheique epicis atque theologicis

Cap. XXI.

---

6 δείξας τινὰ τῶν περὶ τὴν βασίλειον στοὰν] multae apud Athenienſes porticus, nonnullas in Athen. Attic. commemorat Meurſ. lib. I. c. 3. fugiſſe videtur viri docti diligentiam ea, cuius hic mentio. Ante *porticus* fere vbique ſtatuae. Pauſan. Attic. Στοαὶ δέ εἰσιν ἀπὸ τῶν πυλῶν εἰς κεραμικὸν, καὶ εἰκόνες πρὸ αὐτῶν χαλκαῖ &c.

7 χλανιδίων καὶ τῶν λῃδίων] χλανίδιον Heſych. reddit ἱμάτιον λεπτὸν, ſic & Pollux. Vnde & patet quid λῃδιον ſit, quae vox etiam occurrit Imagin. lib. II. *Cyclope* ſub fin. pro ea male nonnulli codd. h. l. λυδίων, quae lectio in Schol. Rom. obuia. Eadem lectio deprauata in Athenaei quoque codices irrepſerat, vt obſeruat Caſaubonus ad lib. VI. c. 16. Eſt autem λῃδιον vel λῃδάριον veſtimentum vel *vile* ἐυτελὲς, vel *aeſtiuum*, θερινὸν, vt reddit Suidas, aliique veteres Grammatici, h. e. λεπτότατον, qualibus vterentur aeſtino tempore delicati, ne grauis incumberet, aut Eteſiarum ſpirantium excluderet auram. Euſtath. ad Homer. Odyſſ. Δ'. p. m. 437. λῃδιον ἀττικῶς λεῖον τι περιβόλαιον οἰκεῖον τοῖς τρυφῶσι: vbi & in eo genere Corinthum excellere ex Athenaeo addit. Non male Schol. Rom. λῃδια hoc loco τὰ ἀπὸ λίνου λεπτότατα ὑφάσματα vertit. Atque adeo non diuerſa noſtro χλανίδια καὶ λῃδια ab eis quas ὀθόνας vocat alibi noſter, de quibus notata vide ad lib. I. c. 1. Ceterum eadem qua noſter ratione Ariſtoph. auib. p. 575. vbi vide Schol. Sed & illud obſeruandum. Et λῃδιον ſcriptum reperiri vel λῃδάριον, apud Ariſtophanem, Suidam &c. & λῃδιον ap. Heſych. & Athenaeum lib. XIII. poſteriorem lectionem cod. Vatic. & Vratislau. ſequebantur, editi habent λυδίων quod retinuimus.

8 συβαρίδος] συβαρὶς pro *ſybaritici* moribus, ſybariticum autem luxum & mollitiem in prouerbium abiiſſe notum. Plane gemina phraſis inf. cap. 27. & Heroic. *Prooem.* ſub init.

9 τρίβωνος] *pallium* philoſophicum intelligitur: antiquum philoſophos ex *barba* & *pallio* notari.

CAP. XXI. ἐν ὥρᾳ τῆ Ἀνθεσηριῶνος] nempe gemina apud Athenienſes Διονύσια, altera *verno* tempore in *vrbe*, altera *autumnali* in *agris*, *Dionyſia* illa dicta, haec *Lenaea*, luculentus autor Schol. Ariſtoph ad Acharnenſ. p. 390 & 395. *autumnalia* ſub exitum autumni *Poſideone* menſe celebrata Theophr. Eth. char. περὶ ἀδολεσχ. Ποσειδεῶνός δέ ἐσι κατ' ἀγρὰς Διονύσια. Dicit cum addito κατ' ἀγρὰς Διονύσια quae diſcriminis cauſa *Lenaea* alias dicebantur. Nam de *vernalibus* abſolute Maximus Tyrius Diſſ. XXXIII. Ἥρας Διονύσια. Noſter Dionyſia *autumnalia* ad *Antheſterionem* refert, ſecus quam Theophraſtus. Et certe hoc menſe celebrata *Antheſteria*, quod feſtum Bacchi, eoque nomine, vt Schol. ad Acharnenſes Ariſtoph. ex Apollodoro refert, & κοινῶς ἡ ὅλη ἑορτὴ Διονύσῳ ἀγομένη dicta fuit, κατὰ μέρος δὲ Πιθοίγια, Χόες & Χύτρα tres feſti dies, feſti inquam Dionyſiorum, quod menſe Antheſterione inchoatum ad Poſideonem vſque pertigiſſe videtur. v. Meurſ. Lect. Att. IV, 13.

2 μονῳδίας] μονῳδὸι in ſcena & μόναυλος dicebatur, cum tibia vna inferebatur, vt συναύλιον, vbi duae pares. Autor Diomedes Grammatic. lib. II. cap. 1. & lib. III. c. 4. Hoc tamen loco per μονῳδίας *ipſa voce cantata* intelligi malim. Sic vox apud Platonem lib. VI. de legibus occurrit, vbi μονῳδίαι contradiſtinguntur cantionibus, quibus inſtrumenta muſica accinunt. Nempe qui voce excellerent, *ſoli* canebant, ne cum choro quidem, Ariſtot. Polit. lib. III, 9. εἰδὲ δὴ χοροδιδάσκαλος τὸν μεῖζον καὶ κάλλιον τῆ παντὸς χοροῦ φθόγγον ἐάσει συγχορεύειν.

3 μελοποιίας] tales, quas chorus canere ſolebat, lyrico metro.

4 παραβάσεών τε] *paraba ſis* dicta chori vnius ſa actio. Indeque facile conciliantur veteres Grammatici, qui modo ὄρχησιν χοροῦ, modo εἰσοδικὴν ad populum & cantiones hoc nomine deſignant. vid. Bulenger de Theatr. lib. II. c. 12.

5 ῥυθμῶν] rhythmi alias mimorum ſunt, qui διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις, vt loquuntur veteres Grammatici: confer. id Bulenger lib. I. c. 43. Hic tamen intelligi puto *rhythmos* ſ. modulos, quos voce affectabant, nam refertur nomen ad verbum ἀκροᾶσασθαι.

6 αὐλῆ] qui rebus ſeriis olim, bellis, Martiiſque ſaltationibus adhibitus, qua de re mox. Ceterum vbique in ſcena vſus notiſſimus.

Horarum

Horarum miſcerent Nympharumque & Baccharum repraeſentationes, eam quidem ob rem obſtupuit, atque deſinite, dixit, Salaminiis inſultare multiſque aliis fortibus viris, qui olim occubuerunt. Si enim Laconica quaedam haec eſſet ſaltatio, euge bellatores! ad bellum enim exercemini, ipſe quoque vobiſcum ſaltarem. Sin autem mollis eſt, & ad femineos mores tendit, quid de tropaeis dicam? neque enim contra Medos, Perſaſue, ſed contra vos ipſos ſubſiſtent, ſi his qui ea poſuerunt deteriores fueritis. Crocotula vero, atque purpura iſta, & ipſa e croco tinctura vnde vobis? Neque enim Acharnenſis pagus ita olim ornatus erat, neque Colonus hoc cultu equitauit. Sed quid iſta ego commemoro? Mulier ex Caria, naui praefecta, in Xerxis claſſe quam contra vos duxit, fuit: nec quicquam in ea fuit muliebre, ſed veſtis virilis & arma. Vos autem quam Xerxis femina magis delicati, contra vos ipſos armamini, ſenes pariter ac iuuenes atque ephebi. Iidem-

λογίας[7], τὰ μὲν ὡς ὧραι, τὰ δὲ ὡς νύμφαι, τὰ δὲ ὡς βάκχαι πράττ]ουσιν, ἐς ἐπίπληξιν τύτε κατέστη, καί πάυσασθε, εἶπεν, ἐξορχούμενοι τὲς Σαλαμινίας[8], καὶ πολλὲς ἑτέρας κειμένας ἀγαθὲς ἄνδρας. εἰ μὲν γὰρ Λακωνικὴ ταῦτα ὄρχησις[9], εὖγε οἱ στρατιῶται, γυμνάζεσθε γὰρ πολέμῳ, καὶ ξυνορχήσομαι. εἰ δὲ ἁπαλὴ, καὶ ἐς τὸ θῆλυ σπεύδουσα, τί φῶ περὶ τῶν τροπαίων; ἃ γὰρ κατὰ Μήδων ταῦτα, ἢ Περσῶν, καθ' ὑμῶν δὲ ἑστήξει, τῶν ἀναθέντων ταῦτα εἰ λίποισθε[10]. κροκωτοὶ δὲ ὑμῖν[11], καὶ ἀλουργία, ἢ κροκοβαφία[12] τοιαύτη πόθεν; ἆδε γὰρ αἱ Ἀχάρναι γ'[13] ὧδε ἐστέλλοντο, ἆδε ὁ Κολωνὸς[14] ὧδε ἵππευε. καὶ τί λέγω ταῦτα; γυνὴ ναύαρχος ἐκ Καρίας[15] ἐφ' ὑμᾶς ἔπλευσε μετὰ Ξέρξυ· καὶ ἦν αὐτῇ γυναικεῖον ἆδεν[16], ἀλλ' ἀνδρὸς στολὴ καὶ ὅπλα. ὑμεῖς δὲ, ἁβρότεροι τῶν Ξέρξυ γυναικῶν, ἐπ' αὐτὲς στέλεσθε[17], οἱ γέροντες, οἱ νέοι, τὸ ἐφηβικόν. οἳ πάλαι μὲν

---

7 μεταξὺ τῆς Ορφ. ἐποπ. &c.] nempe in ſcena cantica interponebantur ad actores leuandos, & voluptatem populi, erantque in hoc genere hymni Deorum non infrequentes. Sic Nero qui κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι καὶ τραγῳδίαν amabat, προελθὼν τῆς σκηνῆς ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος ᾖσε, καὶ ἅπαξ ἐ μέγα Μελικέρτη δὲ καὶ Λευκοθέᾳ. Lucian. in Neron. p. 1041. Vt tamen iuxta cum auribus oculi oblectarentur, hymnis huiuſmodi repraeſentationes Deorum, qui illis celebrabantur, ſaltantium iungebantur.

8 ἐξορχεῖσθαι τὲς Σαλαμιν.] *inſultare Salaminiis*, h. e. maioribus ſuis, ad Salaminem fortiter pugnantibus, eos dicit, qui tibia praeeunte ſaltationi effeminatae indulgeant, quam illi ſignum ad pugnandum ſecuti fuerant. Quod eſt rem quae ſeria ipſis erat in luſum vertere, iiſque inſultare. Vide quae paulo poſt ſequuntur.

9 εἰ μὲν γὰρ Λακωνικὴ ταῦτα ὄρχησις] nempe Lacedaemonii Πυῤῥίχην προγύμνασμα ἔσαν τῆ πολίμε a quinto aetatis anno ſaltare diſcunt, vide Athenaeum lib. XIV. & diligentiſſimum Meurſium Miſc. Lacon. II, 12.

10 καθ' ὑμῶν δὲ ἑστήξει, τῶν ἀναθέντων ταῦτα εἰ λίποισθε] horum ſenſum, quod parum dextre diſtinxiſſent, ſatis exacte non aſſecuti fuere priores Interpretes: *καθ' ὑμῶν δὲ ἑστήξει τῶν ἀναθέντων ταῦτα, εἰ λίποισθε contra vos ipſos qui ea inſtituitis, venient, ſi ea permanere ſinetis.* At ſenſu turbato & obſcuro. Imo & parum conueniente, nam Athenienſes, cum quibus res Apollonio, non erant ἀναθέντες τὰ τροπαῖα, ſed veteres illi. Senſus eſt *tropaea* haec futura eſſe ignauiae ipſorum ſigna, quibus pateat, quantum ipſi *vincantur* a fortibus viris, qui ad Salaminem, poſtquam pugnaſſent fortiter, haec tropaea ponere potuerant.

11 κροκωτοὶ δὲ ὑμῖν] de *croci* & *crocotularum* in ſcena vſu, v. ill. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Apollin. v. 83. vbi obſeruat *crocotulam* Baccho tributam, quod huic loco maxime conuenit, in *Dionyſiis* enim haec acta.

12 κροκοβαφία] ſic χλαμὺδα κροκοβαφῆ habes apud iuniorem Philoſtr. in Imaginibus vbi de *Meleagro*.

13 αἱ Ἀχάρναι γ'] *Acharnenſes* ex δήμοις Atticis, vide de iis Meurſium & Sponium. Fortitudine illi maxime inſignes, iuxta Pindari illud Nemaeor. Od. II. v. 24.

Ἀχάρνας δὲ παλαίφατον
Εὐάνορες,

Eorum in Marathonia pugna praecipuam virtutem extitiſſe ex illo Ariſtophanis colligas, in Acharnenſ. v. 178.

— — πρεσβῦται τινὲς
Ἀχαρνικοὶ στιφροὶ γέροντες, πρίνινοι
Ατεράμονες, Μαραθωνομάχαι,
σφενδάμνινοι

ex quo ſimul patet cetera duros & a mollitie huiuſmodi atque deliciis alienos eos fuiſſe: vnde *durus Acharneus* Senecae Hippoſ. v. 20. idque ad exceſſum vſque, quod paſſim vitio quoque ipſis verſum inuenias apud veteres.

14 ὁ Κολωνὸς] ille quoque in ceteris Athenienſium populis non incelebris, de quo videri poſſunt autores citati. Geminus vero eius nominis *pagus*: alter extra vrbem ad Neptuni erat, alter in vrbe prope forum: hic ἀγοραῖος & μίσθιος, ille ἵππιος, ἱππεὺς ac ἱππότης dictus: quod fana illic Neptuni ἱππίε & Mineruae ἱππίας. Quo alludens Apollonius ἆδε τὸν Κολωνὸν ὧδε ἱππεύσαι dicit, h. e. nec *Colonum populum* eo ornatu equos inſedisſe, in pugna nempe Marathonia, vel alia quacunque, vbi inſignis huius populi fortitudo apparuit.

15 γυνὴ ναύαρχος ἐκ Καρίας] *Artemiſiam* intelligit, quae Halicarnaſſi, quod *Cariae* oppidum eſt, tum principatum obtinuit, & Xerxem in Graeciam cum quinque nauibus ſequuta eſt, vid. Herodot. lib. VII. c. 99. meminit & Pauſan. eius in Laconicis p. 92. Iuſtinus lib. II. c. 12.

16 καὶ ἦν αὐτῇ γυναικεῖον ἆδεν] vnde & Xerxes eam pugnantem in praelio ad Salaminem videns, dixit: *οἱμὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες.* ap. Herod. l. c. cap. 105: & Iuſtinus de ea: *in muliere virilem audaciam cerneres.*

17 ἐπ' αὐτὲς στέλεσθε] *aduerſus illos mittimini*: verterat doctiſſ. Meurſius Athen. Attic. lib. I. c. 7. Aſſentio viro docto de *praepoſitionis* h. l. ſignificatu, non aeque de ceteris. Senſus nempe minus aptus eſt. Quid enim tum Athenienſibus cum Perſis? Praeterea loquitur de *veſtium mollitie*, & *Artemiſiam* ipſis opponit, feminam, ſed virili veſte & armis vſam. Huic ergo iam oppoſitum ſit neceſſe eſt, quod de Athenienſibus ſubiicit. ἐπ' αὐτὲς itaque στέλεσθε idem eſt quod ἐφ' αὐτὲς στέλλεσθαι. Promiſcuus enim vtriuſque pronominis apud Atticos vſus: quod ſecutum hic fuiſſe etiam Salmaſium poſtea animaduerti, eſtque ſenſus: habitu vtimini *vobis ipſis noxio* atque aduerſo: nempe στέλλεσθαι eſt *habitum induere*. Vt Artemiſia itaque ἀνδρὸς ἐστάλετο στολὴν ἐπὶ τὲς ἀθηναίες, i. e. *virili habitu vſa* eſt *contra* Athenienſes, ita nunc Athenienſes στέλλεσθαι ἐφ' αὐτὲς dicit h. e. *indui veſtibus contra ſeipſos*, & quaſi aduerſus ſe armari, qui effeminato veſtitu virile ſibi robur & autoritatem adimant. Hinc Ariſtoteles comtulo iuueni ἐκ αἰσχύνη ὅτι τῆς φύσεως ἄνδρα σε ποιησάσης ἑαυτὸν τεθήλυκας. Nempe hoc eſt πρὸς ἑαυτὸν στέλλεσθαι habitu ex viro feminam facere. Priores interpretes negligentius: *eoſdem geritis ornatus.*

ὥμυ-

ὤμνυσαν Ἀγραύλῳ φοιτῶντες[18] ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖσθαι, καὶ ὅπλα σήσεσθαι, νῦν δὲ ἴσως ὀμοῦνται ὑπὲρ τῆς πατρίδος βακχεύσειν, καὶ θύρσον λήψεσθαι· κόρυν μὲν οὐδεμίαν φέρειν[19], γυναικομίμῳ δὲ μορφώματι κατὰ τὸν Εὐριπίδην[20] αἰσχρῶς διαπρέπειν. ἀκούω δὲ ὑμᾶς καὶ ἀνέμους γίγνεσθαι, καὶ λήδια[21] ἀνασείειν λέγεσθε[22] ἔπιπλα, μετεώρως αὐτὰ κολπῶντες. ἔδει δὲ ἄλλα τότε γε αἰδεῖσθαι, ξυμμάχους γε ὄντας[23], καὶ πνεύσαντας ὑπὲρ ἡμῶν μέγα· μηδὲ τὸν Βορέαν, κηδεστὴν[24] γε ὄντα καὶ παρὰ πάντας τοὺς ἀνέμους ἄρσενα[25], ποιεῖσθαι θῆλυν. οὐδὲ γὰρ τῆς Ὠρειθυίας ἐρασθεὶς ἄν ποτε ὁ Βορέας ἐγένετο, εἰ καὶ ἐκείνην ὀρχουμένην[26] εἶδε.

que qui Agrauli templum ingressi olim iurabant pro patria se esse morituros, atque arma opposituros, iam forte iurabunt pro patria se bacchaturos, & thyrsum sumpturos: galeam quidem gestaturos nullam, & larua feminam imitante, vt inquit Euripides, turpiter se esse ornaturos. Audio vero vos & ventos fieri, linteaque agitare dicimini nautica, in sublimi ea aere sinuantes. Oportebat autem hos saltem reuerenter habere, socii vestri qui sint, & pro vobis vehementius spirauerint olim: neque Boream affinem vestrum, & magis quam ceteri venti omnes masculum, feminea forma referre. Ne enim Orithyiam quidem ille amasset, si eam vidisset saltitantem.

Διωρθῶτο δὲ καὶ ἐκεῖνο Ἀθήνησιν. οἱ Ἀθηναῖοι ξυνιόντες ἐς τὸ θέατρον τὸ ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει[1], προσεῖχον σφαγαῖς ἀνθρώπων, καὶ ἐσπουδάζετο ταῦτα ἐκεῖ μᾶλλον ἢ ἐν Κορίνθῳ νῦν. χρημάτων τε μεγάλων ἐωνημένοι ἤγοντο μοιχοὶ, καὶ πόρνοι[2], καὶ τοιχωρύχοι, καὶ βαλαντιοτόμοι, καὶ ἀνδραποδισταί, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔθνη· οἱ δ' ὥπλιζον αὐτὲς, καὶ ἐκέλευον ξυμπίπτειν. ἐλάβετο[3] δὴ καὶ τούτων ὁ Ἀπολλώνιος. καὶ καλούντων αὐτὸν ἐς ἐκκλησίαν Ἀθηναίων, οὐκ ἂν, ἔφη, παρελθεῖν ἐς χωρίον ἀκάθαρτον, καὶ λύθρῳ μεσόν. ἔλεγε δὲ ταῦτα ἐν ἐπιστολῇ. καὶ θαυμάζειν ἔλεγεν ὅπως ἡ θεὸς οὐ καὶ τὴν ἀκρόπολιν ἤδη

Hoc quoque Athenis emendatum fuit. Cap. XXII. Confluentes in theatrum, quod in arce est, Athenienses hominum intenti caedibus erant, maiusque earum rerum ista vrbe illa aetate studium quàm hodie Corinthi existebat. Magnis igitur pecuniis empti aduehebantur adulteri, scortatores, moenium perfossores marsupiorum incisores, plagiarii aliique huiusmodi homines: Athenienses vero illos armis instruebant, & certare iubebant. Haec itaque etiam Apollonius reprehendebat. Cumque illum in concionem vocassent Athenienses, negauit se locum pollutum, & cruore manantem accessurum. Id vero epistola ipsis significauit, in qua mirari se etiam professus est, quod *vel ipsam arcem Dea non deseruerit*, *vobis* [ita aiebat]

---

18 ὤμνυσαν Ἀγραύλῳ φοιτῶντες] plena oratio ὤμνυσαν εἰς Ἀγραύλῳ φοιτῶντες ναόν. Malim praepositionem εἰς addi, sic enim alibi Philostratus εἰς Θεσ, εἰς διδασκάλους &c. φοιτᾶν vide notata ad lib. II. c. 27. Ceterum *Agraulus* ex Cecropis filiabus vna, in cuius templo Athenienses, cum e pueris inter ephebos adscriberentur, omnibus armis suis induti iurabant, *se pro patria morituros* vid. Vlpian. ad Demosthen. orat. περὶ παραβρεσβ. II. adde Meursium Athen. Attic. Petitum de Legib. Attic. lib. II. tit. IV. l. IX. vbi & totam iuramenti formulam habes, quod obsignatur testibus inuocatis θεοῖς Ἀγραύλοις i. e. *Agraulo & Minerua, Enyalio, Marte, Ioue, nutritia Terra, Diana.*

19 φέρειν] sic rescribere sensus postulabat, atque hanc lectionem etiam probabat Vatican. cod. Priores edd. habent φέρων: similiter paulo post. pro διαπρέπειν rescripsi διαπρέπειν.

20 γυναικομίμῳ δὲ μορφώματι κατὰ τὸν Εὐριπίδην] ἐν γυναικομίμῳ σολᾷ sistitur Pentheus apud Euripid. Bacch. v. 978. idemque v. 853. γυναικόμορφος ἄγεσθαι dicitur. Quorum locorum vterque Apollonio, dum ista differeret, obuersatus videtur.

21 λήδια] sic rescripsimus ex cod. Vratisl. priores editiones λώδια habent. De. ληδίοις vero egimus s. ad cap. 19. λήδια ἔπιπλα itaque *lintea super naues expansa* h. e. vela esse, res ipsa loquitur. Nempe homines in scenam producere dicit Athenienses, qui ventos feminea forma repraesentent, & naues quoque velis instructas in scena agitent.

22 λέγεσθε] ita omnes MSS. & Aldina. Morell. λέγεσθαι quod ferri non potest.

23 ξυμμάχους γε ὄντας] in bello cum Xerxe, vbi ligneis muris, h. e. nauibus Athenienses sese ex oraculi mandato defendebant, ξυμμάχοις vtebantur ventis, in quibus magnum ad victoriam nauale momentum.

24 τὸν Βορέαν κηδεστὴν] nempe Athenienses fuit Orithyia Erechthei Regis filia, ex Attica a Borea, vt coniux sibi esset, rapta: vnde & Pausan. in Atticis ait Boream Atheniensibus διὰ τὸ κῆδος ἀμύνειν. Ceterum de raptu illo plura collegit Meursius de Regibus Athenien. lib. II. c. 13. & de festis Graec. voc. βορεάσμοι.

25 ἄρσενα] viriles nempe & masculi illi spiritus.

26 εἰ καὶ ἐκείνην ὀρχουμένην εἶδε] nempe antiquae & masculae simplicitatis virginem Orithyiam fuisse innuit, nec placiturum Boreae, si effeminatis saltationibus indulgentem nouisset. Sed tamen Pausan. loco citato Orithyiam a Borea παίζοντων ad Iliissum raptam fuisse ait; h. e. *lusibus* indulgentem, sed dignis vt puto viragine.

CAP. XXII. 1 τὸ θέατρον τὸ ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει] intelligitur theatrum ad templum Dionysi, in quo in Dionysiis comoediae & tragoediae repraesentabantur, quod ex sequentibus patet. De eo multa Meurs. Athen. Attic. lib. II. c. 6. id autem ἀκροπόλει arci attribuit Philostratus. Nempe speluncam ἐν κοιλῳ theatri, in rupibus ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, etiam ponit Pausanias, quam & Cecropiae petrae πρόσκειμαι ἄντρον vocat Euripides vid. Meurs. l. c.

2 μοιχοὶ καὶ πόρνοι] omisi ἀνδραποδισταὶ, quod inter vtrosque comparebat in editionib. priorib. autoritas id suadebat omnium codd. nostrorum MSS. & quod paulo post ista vox iterum occurrat.

3 ἐλάβετο] de simili vocis huius vsu vid. ad lib. I. c. 15.

tantum

tantam ante oculos eius sanguinis copiam effundentibus. Nempe [addebat] *videmini mihi, si ita perrexeritis, vbi Panathenaica pompa fuerit celebranda, non boues amplius, sed hominum hecatombas Deae mactaturi. Tune vero, o Bacche, tam multo effuso sanguine in theatrum venis? atque ibi sapientes tibi libant Athenienses? abi tu quoque Bacche: purior enim Cythaeron est.* Atque ista sunt eorum, quae tunc Athenis philosophatum eum esse inueni, notatu maxime digna.

c. XXIII. Legationem autem etiam ad Thessalos obiit in causa Achillis, cum illi conuentus in Pylaea celebrarent, quibus Amphictyonia obeunt Thessali. Hi itaque sibi metuentes instaurare decreuere debita sepulcro [Achillis sacra.] Leonidae quoque Spartiatae sepulcrum parum abfuit quin aede circumdaret Apollonius, magni faciens virum. Dum autem ad tumulum procederet vbi sagittis obruti Lacedaemonii perhibentur, familiares suos inter se dissidere animaduertit de eo, qui sublimis maxime in tota Graecia esset, loco? Hoc autem ipsis argumentum mons Oeta, ante oculos eorum positus, suppeditauerat. Conscenso igitur colle, hunc ego, inquit, maxime sublimem puto. Qui hic enim pro libertate occubuere, aequalem illum reddiderunt Oetae, imo supra plures Olympos extulerunt. Ego autem viros istos magni facio quidem, sed Acarnanem tamen Megistiam illis prae-

ἐκλείπει, τοιῶτον αἷμα ὑμῶν προχεόντων[4] αὐτῇ. δοκεῖτε γάρ μοι προϊόντες, ἐπειδὴ τὰ Παναθήναια πέμπητε, μηδὲ βῦς ἔτι, ἀλλ' ἑκατόμβας ἀνθρώπων καταθύσειν τῇ θεῷ. σὺ δὲ, Διόνυσε, μετὰ τοιῶτον αἷμα ἐς τὸ θέατρον φοιτᾷς; κἀκεῖ σοι σπένδουσιν οἱ σοφοὶ Ἀθηναῖοι; μετάσηθι καὶ σὺ Διόνυσε· Κιθαιρὼν καθαρώτερος[5]. τοιάδε ἔυρον τὰ σπουδαιότατα τῶν φιλοσοφηθέντων Ἀθήνησιν αὐτῷ τότε.

Ἐπρέσβευσε δὲ καὶ παρὰ τοὺς Θετταλοὺς ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως[1] κατὰ τοὺς ἐν Πυλαίᾳ[2] ξυλλόγους, ἐν οἷς οἱ Θετταλοὶ τὰ Ἀμφικτυονικὰ πράττουσιν[3]. οἱ δὲ δείσαντες ἐψηφίσαντο ἀναλαβεῖν τὰ προσήκοντα τῷ τάφῳ. καὶ τὸ Λεωνίδου σῆμα[4], τοῦ Σπαρτιάτου, μονονοὺ περιέβαλεν[5], ἀγασθεὶς τὸν ἄνδρα. ἐπὶ δὲ τὸν κολωνὸν[6] βαδίζων, ἐφ' οὗ λέγονται Λακεδαιμόνιοι περιχωσθῆναι τοῖς τοξεύμασιν, ἤκουσε τῶν ὁμιλητῶν διαφερομένων ἀλλήλοις, ὅ, τι εἴη τὸ ὑψηλότατον τῆς Ἑλλάδος; παρεῖχε δὲ ἄρα τὸν λόγον ἡ Οἰτη τὸ ὄρος, ἐν ὀφθαλμοῖς ὂσα. καὶ ἀνελθὼν ἐπὶ τὸν λόφον, ἐγὼ, ἔφη, τὸ ὑψηλότατον τοῦτο ἡγοῦμαι. οἱ γὰρ ἐνταῦθα ὑπὲρ ἐλευθερίας ἀποθανόντες ἀνηνέγκαν αὐτὸ τῇ Οἰτῃ, καὶ ὑπὲρ πολλοὺς Ὀλύμπους ἦραν. ἐγὼ δὲ ἄγαμαι μὲν καὶ τόσδε τοὺς ἄνδρας, τὸν δὲ Ἀκαρνᾶνα Μεγιστίαν[7], καὶ πρὸ τῶν-

4 προχεόντων] praeferendam hanc lectionem putaui, quam & cod. Vaticanus & Vratisl. firmant. Aldina habet προεχόντων. Morell. προσεχόντων. cod. Vrbin. ἐκχεόντων.

5 Κιθαιρὼν καθαρώτερος] Bacchius mons in Boeotia, in quo primo Orgia Bacchi ab Orpheo celebrata inter Graecos esse testatur Lactant. I, 22. ad hanc itaque puriorem sedem suam, & sanguine non contaminatam Bacchum hic ablegat Apollonius.

CAP. XXIII. 1 ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως] cuius sacra nimirum neglexerunt, qua de re moneri eos volebat Achilles s. cap. 15.

2 ἐν Πυλαίᾳ] Thermopylas intelligit vbi *Amphictyonum* concilium actum esse notum. Alias Πύλαι etiam dictae Harpocr. Πύλαι μὲν καλοῦνται κοὴ αἱ Θερμοπύλαι. Nempe sic Arcadicae quoque Πύλαι (a Thessalicis hisce distinguendae) Πυλαία quoque dictae, autore Stephano. Et Thessalicas quoque *Pylas* Πυλαίων bis vocat Schol. ad Sophocl. istud in Trachin. p. 353. Ἐν δ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες καλέονται.

3 οἱ Θετταλοὶ τὰ Ἀμφικτυονικὰ πράττουσι] haec ita accipi poterant, quasi Thessalorum vel festum vel solenne concilium sint Amphictyonica. Sed notum est totius Graeciae eum conuentum fuisse, in quo προκαθεδρεία erat Atheniensium Πυλαγόρων, (hoc enim nomen legatorum ex vrbibus ad hoc concilium.) Ita igitur accipiendus Philostratus, vt Thessali, ceteris non exclusis, Amphictyonica egisse intelligantur. Vt verum tamen fatear, non satis commode mentem suam Philostratus expressit. Nec conueniens videtur in communi Graeciae conuentu tractata esse quae Thessalis erant peculiaria, & ab ipsorum pendebant consilio. Quid igitur? Ad legatos tantum Thessalorum haec forte fuere relata. Sed duo eorum ad summum fuere, nec ad talia negotia instructi, vt apud ipsos eius rei non videatur fuisse arbitrium.

4 Λεωνίδου σῆμα] qui postquam Thermopylas contra valentissimum Xerxis exercitum aliquamdiu defendisset, proditione demum circumuentus, dimissis sociis, cum exigua Laconum manu perire in illis angustiis, quam loco cedere maluit. vid. Herodot. lib. II. cap. 222. sqq. adde Ctesiam & Diodor. Sic lib. XI. p. 9. Iustinum II, 11. Eius fortitudinem rursus celebrat Apollon. in apologia ad Domitianum lib. VIII. c. 7. sect. 6.

5 περιέβαλεν] *amplexus est* vertunt priores interpretes, sensu satis frigido. Intelligendum ego puto *de sacello* quod sepulcro superstruere voluit Apollonius. Rem luculenter probat, quod supra Palamedis sepulcro eum fecisse legimus cap. 12. vbi ita Philostratus: κοὴ ἱερὸν περὶ αὐτὸν βαλλόμενος. &c.

6 ἐπὶ δὲ τὸν κολωνὸν] *tumuli* in ingressu Thermopylarum, in quo pugnatum a Leonida, Herodotus etiam meminit l. c. esseque dicit eum ipsum, vbi sua aetate *Leo lapideus* super *Leonidam*, (ibi nempe sepultum) constiterit. Hoc nempe Leonidae monimentum.

7 Μεγιστίαν] Suidas bis citauit ista in ἄγαμαι & in Ἀκαρν. vtrobique autem deprauate legitur μέγιστον. mirum de mendo non monuisse cl. Kusterum, nam Philostrati esse illa ap. Suid. in addendis ei obseruatum. Megistias vero ex Melampodis progenie fuit, atque sciens, qui sit euentus rerum Leonidae ad Thermopylas futurus, discedere tamen ab eo noluit, cum posset, vna moriturus. vid. Herodot. vbi & Epitaphium ipsius. Eiusdem etiam infra mentio apud nostrum lib. VIII. c. 7. sect. 14. & nisi fallor apud Aelian. Hist. animal. VIII, 5. Vbi pro Μεγιστίαν forte legendum Μεγιστίαν. Nescio autem quid Vigenerium induxerit, vt Philostratum

των·

των· ἀ γὰρ πεισομένους ἐγίγνωσκε, πάτων ἐπεθύμησε κοινωνῆσαι τοῖς ἀνδράσιν, ἀ τὸ ἀποθανεῖν δείσας, ἀλλὰ τὸ μὴ μετὰ τοιῶνδε τεθνάναι.

fero: quae enim illos pro patria toleraturos praenouit, ea ſibi cum viris illis communia eſſe voluit, non mortem timens, ſed hoc, ne vna ipſi cum illis mori non liceret.

Ἐπεφοίτησε δὲ καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς ἱεροῖς[1] πᾶσι, τῷ τε Δωδωναίῳ, καὶ τῷ Πυθικῷ, καὶ τῷ ἐν Ἀβαῖς. ἐς Ἀμφιάρεώ τε καὶ Τροφωνίου ἐβάδισε, καὶ ἐς τὸ Μουσεῖον τὸ ἐν Ἑλικῶνι ἀνέβη. φοιτῶντι δὲ ἐς τὰ ἱερὰ, καὶ διορθουμένῳ αὐτὰ, ξυνεφοίτων μὲν οἱ ἱερεῖς, ἠκολούθουν δὲ οἱ γνώμιμοι· λόγων τε κρατῆρες ἵσαντο, καὶ ἠρύοντο αὐτῶν οἱ διψῶντες[2]. ὄντων δὲ καὶ Ὀλυμπίων[3], καὶ καλούντων αὐτὸν Ἠλείων[4] ἐπὶ κοινωνίαν τῶν ἀγώνων, δοκεῖτέ μοι, ἔφη, διαβάλλειν τὴν τῶν Ὀλυμπίων δόξαν, πρεσβειῶν δεόμενοι πρὸς τοὺς αὐτόθι ἥξοντας. γενομένου[5] δὲ κατὰ τὸν Ἰσθμὸν, μυκησαμένης τῆς περὶ τὸ Λέχαιον θαλάττης, ἔτος, εἶπεν, ὁ αὐχὴν τῆς γῆς[6] τετμήσεται, μᾶλλον δὲ ὄ. εἶχε δὲ αὐτὸ καὶ τῶτο πρόῤῥησιν τῆς σμικρὸν ὕστερον περὶ τὸν Ἰσθμὸν τομῆς, ἣν μετὰ ἔτη ἑπτὰ Νέρων διενοήθη[7]. τὰ γὰρ βασίλεια ἐκλιπὼν ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀφίκετο, κηρύγμασιν ὑποθήσων ἑαυτὸν Ὀλυμπικοῖς[8] τε καὶ Πυθικοῖς. ἐνίκα δὲ καὶ Ἰσθμοῖ[9]· αἱ δὲ νίκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι[10], καὶ κήρυκας ἐπὶ τούτοις ἐστεφάνωσε.

Visitauit etiam omnia Graeciae templa; Dodonaeum, & Pythium, & quod Abis eſt. Amphiarai quoque & Trophonii [ſpecus] ingreſſus eſt, & ad Muſarum templum in Helicone adſcendit. Templa ingredientem autem, atque in iis reformantem conuenere ſacerdotes, ſecuti ſunt familiares: ſermonumque proſtabant crateres, hauriebantque ex iis ſitientes. Cumque Olympia celebrarentur, eumque Elei vt ſacris agonibus intereſſet inuitarent, videmini mihi, inquit, Olympiorum gloriam diminuere, qui legationibus opus habeatis ad eos, qui iſthuc accedere debeant. Cumque in Iſthmo eſſet, mare autem remugiret circa Lechaeum; *iſta*, aiebat, *terrae ceruix praeſcindetur, vel potius non praeſcindetur.* Haec ipſa vero etiam verba praeſagium continebant paulo poſt futurae Iſthmi foſſionis, quam poſt ſeptem inde annos Nero eſt meditatus. Sede enim relicta imperii in Graeciam venit, voci praeconum in Olympiis Pythiiſque obnoxium ſe facturus. Vicit etiam in Iſthmiis: conſtabat vero victoria citharodiis & prae-

---

de *Megiſtia* femina loqui putaret, de qua nunquam ei in mentem venit.

CAP. XXIV. 1 ἱεροῖς] quae deinceps nominat oraculis celebrata templa notiſſima omnia, de pleriſque luculenter egit Anton. van Dalen in ſuo de *oraculis* opere.

2 λόγων τε κρατῆρες ἵσαντο, καὶ ἠρύοντο αὐτῶν οἱ διψῶντες.] inter locutiones elegantiae Philoſtrato ſingularis, hanc refert Photius. Non diſſimilia ſunt Chriſti quaedam, vt apud Ioannem IV, 14. VII, 37. Illuſtrant haec quae de Helenae cratere inf. habes lib. VII. c. 22.

3 ὄντων δὲ καὶ Ὀλυμπίων] Olympias haec fuerit neceſſe eſt 210: ea enim ſeptimo ante Iſthmum a Nerone foſſum anno celebrata, quod temporis indicium paulo poſt ſequitur.

4 καλούντων αὐτὸν Ἠλείων] pertinet huc Apollonii Epiſtola XXIV.

5 γενομένου] cod. Vrbin. habet γενόμενος quod melius mihi videtur quam lectio recepta. Habet enim aliquid ingrati quod duo genitiui γενομένου & μυκησαμένης hic ſtatim ſe mutuo conſequantur. Sic autem γενόμενος referes ad εἶπεν, magiſque varia erit oratio.

6 ὁ αὐχὴν τῆς γῆς] eodem modo de *Iſthmo* Peloponneſum cum cetera Graecia coniungente Plinius H. N. IV, 5. *anguſta CERVICE Peloponneſum contineat Hellas.*

7 ἣν μετὰ ἔτη ἑπτὰ Νέρων διενοήθη] de irrito Neronis iſthmum Corinthiacum perfodiendi labore adde Sueton. in Neron. c. 19. Plinium l. c. Dion. lib. LXIII. p. 722. Lucian. Neron. p. 1041. id ante eum Demetrium Poliorcetam, Dictatorem Caeſarem, Caium principem in animo habuiſſe addit Plinius, quod & ex aliis firmari poſſet. Ante eos idem Periandrum quoque tentaſſe ex Laertio I, 99 & poſt eos Alexandrum ex Pauſan. Corinth. 2. init. & Herodem Sophiſtam ex Philoſtrato vit. Sophiſt. lib. II. *Herode* obſeruari poterat.

8 κηρύγμασιν ὑποθήσων ἑαυτὸν Ὀλυμπικοῖς] nempe in hiſce agonibus per *praeconem* ad ludos citabantur athletae, omniaque ex nutu eorum gerebant, qui proinde ὑπέθησαν κηρύγμασι. Pertinet huc inſignis Sophoclis locus in Electra f. 111. ed. Steph. vbi de Oreſte

Κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
Πρόσχημ' ἀγῶνος, Δελφικῶν ἄθλων χάριν
ὅτ' ἦσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ
Δρόμου προ ΚΗΡΥΞΑΝΤΟΣ, ἧ πρώτη κρίσις
Εἰσῆλθε. &c.

Eiuſdem rei mentio in illis apud Galenum Senariis ad finem Protrepticae Oration. ad artes

ὡς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ΚΗΡΥΚΑ μὴ μόνον
Ἀνθρώπους τοὺς ἀγωνιζομένους καλεῖν.

Spectat quoque huc Philoſtrati noſtri locus lib. VI. c. 7. vbi τῷ μεσημβρινῷ ΚΗΡΥΓΜΑΤΟΣ in Olympiis mentio: adde P. Fabrum Agoniſt. lib. I. c. 30. Ceterum de Neronis in Graeciam itinere, & agonibus ibi ſuſceptis videndi Suetonius Nerone c. 22. 24. Dio l. LXIII. p. 719. ſqq. & Lucianus in Nerone. Plutarchus in Flaminio. Dio Chryſoſtomus in Rhodiaca & noſter inf. lib. V. c. 7.

9 ἐνίκα δὲ καὶ Ἰσθμοῖ] agonis meminere Suetonius etiam & Plutarch. non autem victoriae in Iſthmiis, cuius tamen memoriam in Neronis quibuſdam habemus nummis, de quibus agit illuſtr. Spanhem. Epiſtol. ad Morell. p. 22.

10 Κιθαρῳδίαι] muſicos agones ex Iſthmiis ante Neronem exulaſſe, ad Suetonium ex Luciano in Nerone monuerat Caſaubonus, tamen locum nihil aliud euincere, quam *comicis & tragicis* agonibus locum ibi fuiſſe nullum, obſeruauit vir ſummus Ezech. Spanhem. Ep. ad Morell. I. p. 41. Ipſeque omnino Muſicos quoque agonas in Iſthmiis agnoſcendos ducit, tum hoc Philoſtrati loco inductus (cui addi poterat quod inf. lib. VIII. c. 18. πυθοῖ πάτριον ait *muſicos* quoque inſtituere *agonas*,) tum Imperatoris Iuliani, qui in *epiſtola ad Arsinoen*, ſuo adhuc aeuo tam in Gymnicos quam *muſicos* ludos impenſas a Corinthiis factas memoret. Attamen ſemper ita non fuiſſe, perſuadere poſſint ſequentes de agonibus Iſthmiis verſus, ſeruati a Pindari Scholiaſta:

coniis.

coniis. Vicit & tragoedos in Olympiis. Tumque etiam nouum opus Isthmi scindendi dicitur esse aggressus, vt nauibus faceret peruium molitus, Adriaticum mare cum Aegaeo commissurus, ne naues omnes supra Maleam nauigare necesse haberent, sed qua ruptus pateret Isthmus frequentiores ferrentur, compendium facientes ambitus nauigationis. Quem vero Apollonii oraculum exitum habuit? Nimirum a Lechaeo initium fossio ducens, stadiis continuata est fere quatuor, assidue fodiendo. Inhibuisse autem fossionem Neronem aiunt, alii quidem, quod Aegyptii maria eo iubente essent metiti, dixissentque pelagus, quod supra Lechaeum est, exundans, Aeginam esse submersurum: alii, quod de rebus nouis imperio metueret. Atque hoc quidem erat quod Apollonius dixit, fore, *vt scinderetur Isthmus, & non scinderetur.*

ρύκες[11]. ἐνίκα δὲ καὶ τραγῳδὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ[12]. τότε λέγεται καὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσθμὸν καινοτομίας ἅψασθαι, περίπλεων αὐτὸν ἐργαζόμενος, καὶ τὸν Αἰγαῖον τῷ Ἀδρίᾳ ξυμβάλλων, ὡς μὴ πᾶσα ναῦς ὑπὲρ Μαλέαν πλέοι, κομίζοιντό τε αἱ πολλαὶ κατὰ τῦ ῥήγματος, ξυντεμῶσαι τὰς περιβολὰς τῦ πλῦ. πῇ δὲ ἀπέβη τὸ τῦ Ἀπολλωνίε λόγιον; ἡ ὀρυχὴ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Λεχαίε λαβῦσα, σάδια πρῴην ἴσως τέτταρα[13], ξυνεχῶς ὀρυττόντων. σχεῖν δὲ λέγεται Νέρων τὴν τομήν· οἱ μὲν[14], Αἰγυπτίων φιλοσοφησάντων αὐτῷ τὰς θαλάττας[15]· καὶ τὸ ὑπὲρ Λεχαίε πέλαγος, ὑπερχυθὲν[16]· ἀφανιεῖν εἰπόντων τὴν Αἴγιναν· οἱ δὲ, νεώτερα περὶ τῇ ἀρχῇ δείσαντα[17]. τοιῦτον μὲν δὴ τῦ Ἀπολλωνίε, τὸ τὸν Ἰσθμὸν τετμῆσεσθαι καὶ ἀ τετμήσεσθαι.

Cap. XXV. Eo tompere Corinthi philosophiae operabatur Demetrius, vir omne Cynicae philoso-

Ἐν Κορίνθῳ δὲ φιλοσόφων ἐτύγχανε τότε Δημήτριος[1], ἀνὴρ ξυνειληφὼς ἅπαν τὸ ἐν Κυνικῇ

... ἅλμα ποδὸς, δίσκε τε βολὴ, καὶ ἄκοντος ἐρῶν,
καὶ δρόμος ἠδὲ πάλη· ΜΙΑ δ' ἔπλετο ΠΑΣΙ τελειτή.

Si igitur ΜΙΑ illa ΠΑΣΙ τελειτὴ in *Isthmiis*, quid musicis agonibus fiet? Cetera puto has κιθαρῳδίας & κήρυκας, quibus vicisse ait Neronem, non ad *Isthmias* tantum restringendas, verum & ad ceteras eius victorias, quas in ludis Graec. obtinuit, conf. inf. lib. V. c. 7. vt hoc loco sensus sit: victorias Neronis in hisce consistere solitas.

11 κήρυκες] sic Chron. Euseb. ad Olymp. CCXI. Nero coronatur CERTAMINE CAS. Sic & Suetonius de Nerone c. 24. & *PRAECONIIS vbique contendit.* Nempe in Olympiis *praeconum* agones quoque, Pausan. Eliac. I. c. 22. ἔστι δὲ βωμὸς ἐν τῇ ἄλτει, τῆς ἐσόδου πλησίον τῆς ἀγέσης ἐς τὸ στάδιον. ἐπὶ τούτῳ θεῶν μὲν ἐδένι θύουσιν Ἠλεῖοι. σαλπιγκτὰς δὲ ἑρμηνέα αὐτῷ καὶ τοῖς ΚΗΡΥΞΙΝ ἀγωνίζεσθαι καθίσηκε. Sic in Theatro quoque Neapolitano teste Seneca Ep. 76. *habet tibicen quoque bonus & PRAECO concursum*, adde & Petrum Fabrum Agonisticon lib. II. c. 15.

12 τραγῳδὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ] quod tanquam plane alienum ab Olympiis perstringitur a nostro l.V. c.7. At & in Isthmiis id genus certaminis Neroni placuisse autor est Lucianus in Neron. p. 1043. Ἰσθμοῖ γὰρ νόμῳ κεκμένε μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι, μήτε τραγῳδίαν, ἐδόκει Νέρων τραγῳδὸς νικᾶν, καὶ παρῆλθεν εἰς ἀγῶνα. Vbi & infelix Menecratis exitus declaratur qui ferio cum eo certare ausus fuerat.

13 στάδια πρῴην ἴσως τέτταρα] idque dierum LXXV spatio, teste Luciano, apud quem pro ἑβδόμην δὲ πω καὶ πέμπλην ἡμέραν legi volunt ἑβδομηκόστην &c. viri docti.

14 οἱ μὲν] sic & paulo post οἱ δὲ. praecesserat autem λέγεται: vnde communem secutus loquendi rationem τοῖς μὲν & τοῖς δὲ debuisset dicere. Verum ἀντιπλώσεις huiusmodi in Sophistico orationis genere, quale nostri, non rarae, qui huiusmodi orationis varietate ornatum ei conciliare student.

15 φιλοσοφησάντων αὐτῷ τὰς θαλάττας] sic Lucian. Neron. p. 1041. Αἰγυπτίους γεωμετρήσαντας τῆς ἑκατέρας θαλάττης τὰς φύσεις hoc dissuasisse dicit. Nempe φιλοσοφῆσαι vulgari vsu quod γεωμετρῆσαι, vt vel ex Aristophanis νεφέλαις constat. Et Pythagoraei ἀγεωμετρήτους non admittebant.

16 ὑπερχυθὲν] nempe ait Lucianus Aegyptios illos ἐκ ἰσοπιδοις αὐτοῖς [ταῖς θαλάσσαις] ἐντυχεῖν, ἀλλ' ὑψηλοτέραν ἡγεμένους τὴν ἐκ τῦ Λεχαίε περὶ τὴ Αἰγίνη δε δοικέναι.

17 νεώτερα περὶ τῇ ἀρχῇ δείσαντα] cui sententiae Lucianus etiam suffragatur l. c. ne Thaletem quidem eum alias ab instituto auersurum dicens. Intelliguntur autem *res nouae* quas *Vindex* in Gallia eo tempore molitus est, quem diserte nominat Lucianus. Sed tamen Suetonius affirmat, Neronem ex Graecia reducem, cum Neapoli iam esset, primum de *Vindice* Gallias concitante nuncium accepisse: in Neron. c. 40: qui & Dionem habet suffragantem lib. LXIV. p. 694.

CAP. XXV. 1 Δημήτριος] XX Demetrios commemorat Diogen. Laert. lib. V. c. 84. sqq. quibus accedit XXI ille, cuius vitam describit. Plures etiam Vossius de Historicis Graecis & Aegid. Menagius ad Diogenis loc. citatum adiecere. Quibus addere possemus non vnum, si id quidem ageremus. Inter eos *Cynici* duo illis obseruati, Alexandrinus alter, alter *Sunieus*. Addo tertium ex Ammiano Marcellino & Iuliani orat. ad Heraclium *quomodo Cynice sit philosophandum*, vbi inter Cynicos, qui ad Constantii Imp. comitatum se adiunxerant, refertur *Chytron* quidam, quem eundem cum eo esse, qui apud Ammian. Marcellin. lib. XIX, 13. *Demetrius Chytras* vocatur, Alexandria ortus, *corpore durus & animo*, recte obseruauit Hadrianus Valesius. Eum vero esse non posse de quo hic Philostratus, facile patet ex aetatis discrimine. Quod tamen non minus est inter *Demetrium* Philostrati, & alterum *Alexandrinum* cuius meminit Diogen. Laert. lib. VI. sect. 96. Hic enim, vt addit Diogenes, fuit Theombroti auditor, Theombrotus Metroclem audiuit, qui Cratetem & Theophrastum habuit praeceptores: vt adeo neque Neronis neque Vespasiani aetatem attingere potuerit Alexandrinus ille Diogenis Laertii Cynicus, mirumque ad eum relata a doctissimo Menagio esse, ea, quae hic de Demetrio habet noster: vid. ipsum not. ad Laert. VI, 95. qui & ad Laertii V, 85. dicta Suetonio de Demetrio in vita Vespasiani c. 13. Senecae de beneficiis VII, 1. 7. & Epist. 20 & 62. omnia ad Demetrium illum Alexandrinum refert. Male profecto: eodemque iure Menippum, de quo paulo post Philostratus, cum Menippo, cuius ibid. apud Laertium mentio, confundas, cuius scripta Varroni & Ciceroni allegata. Mihi quidem nostrum Demetrium, quem cum Menippo, vt hic Philostratus, iungit etiam Eunapius, Prooem. vit. Philos. eundem cum eo esse, quem Seneca passim laudat, dubium nullum est, quem item Neroni mortem minanti fortiter respondisse narrat Epictetus, apud Arrian. lib. I. c. 26. relegatum vero cum aliis Philosophis a Fl. Vespasiano, fortiter id Impetatori exprobrasse narrant Suetonius l. c. & Dio lib. LXVI. p. 771. Nec quid impediat video, quo minus ad eum referam quae Lucianus adu. indoctum p. 351. Corinthi, vbi Apollonius eum inuenerit, ab eo gesta refert, itemque quae habet de Demetrio Cynico p. 938. De

κράτος[2]· ὃ Φαβωρῖνος ὕστερον[3] ἐν πολλοῖς τῶν ἑαυτοῦ λόγων οὐκ ἀγεννῶς ἐπεμνήσθη. παθὼν δὲ πρὸς τὸν Ἀπολλώνιον, ὅπερ φασὶ τὸν Αντισθένην[4] πρὸς τὴν τοῦ Σωκράτους σοφίαν παθεῖν, εἵπετο αὐτῷ μαθητιῶν, καὶ προσκείμενος τοῖς λόγοις καὶ τῶν αὐτῷ γνωρίμων τοὺς εὐδοκιμωτέρους ἐπὶ τὸν Ἀπολλώνιον ἔτρεπεν, ὧν καὶ Μένιππος[5] ἦν ὁ Λύκιος, ἔτη μὲν γεγονὼς πέντε καὶ εἴκοσι, γνώμης δὲ ἱκανῶς ἔχων καὶ τὸ σῶμα εὖ κατεσκευασμένος· ἐῴκει γοῦν ἀθλητῇ καλῷ[6] καὶ ἐλευθερίῳ τὸ εἶδος. ἐρᾶσθαι δὲ τὸν Μένιππον πολλοὶ ὤοντο ὑπὸ γυναίου ξένου. τὸ γοῦν γύναιον καλή τε ἐφαίνετο, καὶ ἱκανῶς ἁβρά, καὶ πλουτεῖν ἔφασκεν. ὠδὴν δὲ τούτων ἄρα ἀτεχνῶς ἦν, ἀλλὰ ἐδόκει πάντα. κατὰ γὰρ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Κεγχρείας βαδίζοντι αὐτῷ μόνῳ φάσμα ἐντυχὸν, γυνή τε ἐγένετο, καὶ χεῖρα ξυνῆψεν, ἐρᾶν αὐτοῦ πάλαι φάσκουσα, Φοίνισσα δὲ εἶναι, καὶ οἰκεῖν ἐν προαστείῳ τῆς Κορίνθου, τὸ δεῖνα εἰποῦσα προάστειον, ἐς ὃ ἑσπέρας, ἔφη, ἀφικομένῳ, ᾠδή τε ὑπάρξει ἐμοῦ ἀδούσης, καὶ οἶνος οἷον οὔπω ἔπιες. καὶ ὁ δὲ ἀντερασὴς ἐνοχλήσει σε, βιώσομαι δὲ καλὴ ξὺν καλῷ. τούτοις ὑπαχθεὶς ὁ νεανίας, τὴν μὲν γὰρ ἄλλην φιλοσοφίαν ἔρρωτο, τῶν δὲ ἐρωτικῶν ἥττητο, ἐφοίτησε περὶ ἑσπέραν αὐτῇ, καὶ τὸν λοιπὸν χρόνον ἐθάμιζεν, ὥσπερ παιδικοῖς, οὔπω ξυνιεὶς τὸ φάσματος. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἀνδριαντοποιοῦ δίκην ἐς τὸν Μένιππον βλέπων, ἐζωγράφει τὸν νεανίαν[7], καὶ ἐθεώρει. καταγνοὺς δὲ

phiae robur complexus : cuius Fauorinus poſtea in ſuarum orationum haut paucis honorifice meminit. Is, cum erga Apollonium ita eſſet animatus, vt Antiſthenem erga Socratis ſapientiam ferunt affectum fuiſſe, diſcendi cauſa eum ſequebatur, eiuſque doctrinae intentus familiarium quoque ſuorum praeſtantiſſimos Apollonio conciliauit, inter quos Menippus etiam fuit, Lycius, annos natus viginti & quinque: ingenio autem praeſtans, & corpore optime diſpoſitus : nempe pulcro & liberalis formae athletae ſimilis erat. Erat autem multorum opinio a peregrina muliercula Menippum amari. Mulier vero emendatae eſſe formae videbatur, & delicata affatim, diuitiiſque ſeſe aiebat abundare. Horum tamen nihil ita ſe reuera habebat, ſed impoſtura omnia erant. Via nempe, quae Cenchraeas ducit, ſoli aliquando incedenti obuium factum eſt ſpectrum, feminae autem habebat ſpeciem, dextramque iunxit, eum iampridem ſeſe amare, inquiens, eſſe autem ſeſe Phoeniſſam gente, & in ſuburbano Corinthio habitare, (certum aliquod nominans ſuburbium,) quo ſi veſperi, inquit, ad me veneris, cantantem me audies, & vinum bibes, quale antea nunquam bibiſti, nec eſt quod riualis metuas furores, bona enim fide cum bono viuam. Victus iſtis adoleſcens, (in reliqua enim philoſophia multum valebat, veneri tamen erat obnoxius,) veſperi ad eam venit atque deinceps aſſidue eam frequentauit, tanquam delicias ſuas, nunquam antea ſpectrum eam eſſe ſuſpicatus. Apollonius vero, vt ſtatuarii ſolent, in Menippum intuitus, mente iuuenem delineabat, penituſque eum contemplabatur. Vbi

---

Saltat. Imo & ea quae in Toxari p. 74. de Demetrio Cynico habet, eiuſque cum Antiphilo amicitia, qui ſi idem cum noſtro ſit, *Sunium* eum patriam habuiſſe ex Luciano diſcimus, quo ſpectant etiam notata a nobis ad lib. VI. cap. 43. Nec eſt quod Menagius opponat ſub Vero illa geſta : paulo ante Luciani tempora enim haec fieri potuere. Nempe ille non quae viderit tantum, ſed & ex relatione fide digna accepta amicitiae exempla ſe allegaturum iurat p. 57. Idem commemorat eodem Dial. eius ad Indos profectionem, Apollonii forte ſuſceptam imitatione. De eo rurſum noſter inf. lib. VI. c. 41. & multa lib. VII. c. 9. ſq.

2 τὸ ἐν Κυνικῇ κράτος] ſic infra lib. VI. cap. 31. Tito eum commendans Apollonius ἴσι γὰρ, inquit, Κυνικὸς κράτος. Cynicae vero ſectae κράτος, tanquam peculiarem eius characterem, paſſim veteres tribuunt.

3 Φαβωρῖνος ὕστερον] nempe temporibus Adriani, quibus floruit Fauorinus, de quo ex inſtituto Philoſtratus in vita Sophiſtar. lib. I. vbi vide notata.

4 ὅπερ φασὶ τὸν Αντισθένην] qui Socratem ipſe ſecutus eſt, & diſcipulis, quos iam habebat, vt idem facerent autor fuit : Diog. Laert. lib. VI. ſegm. 3. perinde atque hic Demetrius feciſſe narratur.

5 Μένιππος] iunior, & diſtinguendus ab altero quem τῶν παλαιῶν Κυνῶν vocat Lucian. in bis accuſat. p. 339. & de quo Diogen. Laert. lib. VI. ſegm. 99. *Iunioris* huius Menippi etiam apud Eunapium mentio in Prooemio iuxta cum *Demetrio*, vti hoc loco. Suſpicio mihi eſt hunc iuniorem *Menippum* eſſe qui paſſim a Luciano perſtringitur in mortuorum Dialogis. Certe id prodere videtur initium primi eorum Dialogorum, vbi Diogenes Cynicus Polluci cuidam, renicturo, nonnulla ad Menippum mandat, Corinthi degentem. Et ſane conuenientius hominem ſuorum propemodum temporum a Luciano perſtringi, quam antiquiorem, cuius exigua ſupereſſet memoria. Praeterea ſub finem Dialogi illius Diogenes Polluci iniungit vt Menippo praecipiat, Lacedaemonios ob corruptos mores vt reprehendat, quod his temporibus conuenientius forte, quam Menippi antiquioris. Vide enim de Laconum hac aetate luxu paulo poſt Philoſtr. noſtrum c. 26.

6 ἀθλητῇ καλῷ] qui ſcilicet robore corporis iuxta cum pulcritudine excelleret. In athletis autem iuxta cum robore commendatur forma. Sic de Strepſiada Pancratii in Iſthmiis victore Pindarus Od. VII Iſthm.

— — σθένει
τ' ἔκπλαγος, ἰδεῖν τε μορ
φάεις.

Nempe ad γνήσιον καὶ ἀληθινὸν κάλλος vt Galenus habet, in libro ad Θρασύβουλ. f. 289. ἴυγξοια ſpectat, καὶ ἐυαρξία καὶ συμμετρία τῶν μορίων, quae neceſſaria omnia in athleta. Plura eo pertinentia apud Dionem Chryſoſt. inuenies oratione vtraque in Melancomam, quem itidem pulcerrimos athletas forma ſuperaſſe dicit.

7 ἐζωγράφει τὸν νεανίαν] mente ſcilicet eum pingebat, atque nulla pulcritudinis eius parte omiſſa, viuam ipſius imaginem animo exprimebat. Sic artificem ex opere nos

vero

vero illum pernouisset, tu quidem, inquit, pulcer qui sis, & a pulcris mulieribus expetaris, colubram foues, & te fouet colubra. Mirante autem Menippo: nempe femina tibi est, inquit, cum qua nuptias coniungere haut possis. Quid vero, an te amari ab illa putas? [Puto] per Iouem, respondit, quandoquidem me vehementer amat. An igitur, inquit Apollonius, eam tibi connubio iungeres? Imo iucundissimum fuerit [respondit ille,] amantem ducere. Interrogauit igitur, quando futurae nuptiae sint? Ille autem: iam res ista calet, dixit, fientque die fortasse crastina. Obseruans igitur conuiuii tempus Apollonius, & superueniens conuiuis qui modo accesserant, vbinam, inquit, est delicatula illa, cuius causa compotatio haec instituitur? Hic est, inquit Menippus, simulque assurrexit rubore suffusus. Tunc Apollonius: argentum autem hoc, & aurum, ceteraque triclinii ornamenta, vtrius sunt vestrum? Mulieris, respondit, mea enim ista; (pallio simul ostenso.) Tunc Apollonius: Tantalinene vidistis hortos, qui sunt & non sunt? Vidimus apud Homerum, responderunt, ad inferos enim non descendimus. Talia, ille regerebat, apparatum istum omnem putate, neque heic res sunt enim, sed rerum species. Vt autem, quod dico, verum esse videatis, bona haec sponsa vna est ex *Empusis*, quas *Lamias* vulgo & *laruas* appellant. Appetentes autem illae esse solent, non Veneris quidem, sed carnium: maxime autem humanas appetunt, & Veneris oestro agitant deuorare quos cupiunt. Illa autem, bona verba, dixit, tu vero apage: seque auersari prae se ferens, quae audiebat, in philosophos inuecta est aliquantum, quasi semper nugaces. Vbi vero aurea pocula, & quod videbatur argentum, euanida esse ostensum est, & ex oculis diffugere omnia; pincernae item, & coqui, ac reliqua familia omnis disparuit, Apollonio ea arguente; lacrymas spectrum

ἀυτὸν, σὺ μέν τοι, εἶπεν, ὁ καλὸς τε καὶ ὑπὸ τῶν καλῶν γυναικῶν θηρευόμενος ὄφιν θάλπεις, καὶ σὲ ὄφις. θαυμάσαντος δὲ τῦ Μενίππυ, ὅτι γυνή σοί ἐστιν ἀ γαμετὴ, εἶπε. τί δὲ, ἠγῇ ὑπ' ἀυτῆς ἐρᾶσθαι; νὴ Δί', εἶπεν, ἐπειδὴ διάκειταί πρός με ἐρῶσα. καὶ γήμαις δ' ἂν ἀυτὴν; ἔφη. χάρεν γὰρ ἂν εἴη τὸ ἀγαπῶσαν γῆμαι. ἤρετο ἓν πηνίκα οἱ γάμοι; θερμοὶ[8], ἔφη, καὶ ἴσως ἄυριον. ἐπιφυλάξας ἓν τὸν τῦ συμποσίυ καιρὸν ὁ Απολλώνιος, καὶ ἐπισὰς τοῖς δαιτυμόσιν ἄρτι ἥκυσι, πῦ, ἔφη, ἡ ἄβρα δι' ἣν πίνετε; ἐνταῦθα, εἶπεν ὁ Μένιππος, καὶ ἅμα ὑπανίστατο ἐρυθριῶν. ὁ δὲ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, καὶ τὰ λοιπὰ οἷς ὁ ἀνδρὼν κεκόσμηται, ποτέρυ ὑμῶν; γυναικὸς, ἔφη, τάμὰ γὰρ τοσαῦτα, δείξας τὸν ἑαυτῦ τρίβωνα[9]. ὁ δὲ Απολλώνιος, τὸς Ταντάλυ κήπυς[10], ἔφη, εἴδετε, ὡς ὄντες ἀκ εἰσί; παρ' Ομήρῳ[11] γε, ἔφασαν, ἀ γὰρ ἐς ἄδυ γε καταβάντες. ταῦτ', ἔφη, καὶ τυτονὶ τὸν κόσμον ἡγεῖσθε, ἀ γὰρ ὕλη ἐστὶν, ἀλλὰ ὕλης δόξα. ὡς δὲ γιγνώσκοιτε ὃ λέγω, ἡ χρηστὴ νύμφη μία τῶν ἐμπυσῶν[12] ἐστιν, ἃς Λαμίας τε[13] καὶ μορμολυκίας οἱ πολλοὶ ἠγῦνται. ἐρῶσι δ' ἄυται ἀκ ἀφροδισίων[14] μὲν, σαρκῶν δὲ· καὶ μάλισα ἀνθρωπείων ἐρῶσι, καὶ πάλυσι τοῖς ἀφροδισίοις, ὃς ἂν ἐθέλωσι δαίσασθαι[15]. ἡ δὲ, ἐυφήμει, ἔλεγε, κὴ ἄπαγε. κὴ μυσάττεσθαι ἐδόκει ἃ ἤκυε, καὶ πυ ἀπέσκωπτε τὸς φιλοσόφυς ὡς ἀεὶ ληρῦντας. ἐπεὶ μέν τοι τὰ ἐκπώματα τὰ χρυσᾶ, καὶ ὁ δοκῶν ἄργυρος, ἀνεμιαῖα ἠλέγχθη[16], καὶ διέπτη τῶν ὀφθαλμῶν πάντα, οἰνοχόοι τε καὶ ἀψοποιοὶ καὶ ἡ τοιαύτη θεραπεία πᾶσα ἠφανίσθησαν, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τῦ Απολλωνίυ,

---

cognoscere dicit Theodorit. Therap. V. κὴ τὸν ἀ παρόντα ζωγραφεῖν τῇ διανοίᾳ. Sic Iunior Philostr. Icon. lib. II. in *insulis*: ἡ βάκχη τῦ Διονύσυ ἐρᾶται, ἀνατυπᾶται ἀυτόν τε κὴ ἀναγράφει, κὴ ὁρᾷ μὴ παρόντα.

8 Θερμοὶ] hunc quoque locum inter τὰ κάλλει ῥημάτων διαλάμποντα retulit Photius. Nec θερμὸν de *statim imminente* facile inuenias. *Calere* tamen vulgari quoque Latinorum vsu negotium dicitur vel res, de qua mox obtinenda spes sit. Vnde *dum calet ferrum* cudendum dicunt.

9 τάμὰ γὰρ τοσαῦτα, δείξας τὸν ἑαυτῦ τρίβωνα] sic fere *Crates* Cynicus apud Laert. lib. VII & Apuleium Florid. III. Hipparchiae *quum peram cum baculo & pallio humi posuisset, eam sibi supellectilem esse pudicae* profitetur.

10 Ταντάλυ κήπυς] prouerbium, quod ipse mox explicat. Idem repetitur, vitis Sophist. lib. II. *Ipseo* sub init.

11 παρ' Ομήρῳ] locus extat Odyss. Λ'. v. 585. sqq.

12 Εμπυσῶν] vid. notata supra ad lib. II. c. 4.

13 Λαμίας τε] forte ita dictae a voracitate & carnis humanae appetentia, a λαιμὸς *guttur*, vnde dici quoque volunt Grammatici *Lamiam* voracissimum piscis genus.

14 ἀκ ἀφροδισίων] vulgati habebant κὴ ἀφροδισίων quod plane sensum turbabat. Nostrae emendationi fidem clarissimam accedere putem ex antithesi ἀφροδισίων & σαρκῶν per aduersantem particulam δὲ, quae necessario aliquid antea negatum fuisse indicet.

15 ἐθέλωσι δαίσασθαι] sic ipsa paulo post Lamia fatetur, πιαίνειν ἡδοναῖς Μένιππον ἵς βρῶσιν τῦ σώματος ait. Videtur autem hoc factum noster intelligere a Lamiis, venereae coniunctionis glaucomate talibus obiecto. Quemadmodum alias veneris vsu κατατρίεσθαι σάρκας σώματος ait Salomon Prouerb. V, 11. Quomodo & Diomedis filias fuisse, quae hospites hoc sensu deuorauerint, quas *equas* vocant μυθολόγοι, eorum interpretes dicunt. Nempe vt Bonifacius Hist. iudicr. lib. V. cap. 2. *tales comedunt carnes humanas, cum viros exfugunt, & coitu emaciatos ad tabem perducunt.*

16 ἀνεμιαῖα ἠλέγχθη] alludit ad paulo ante citatum locum Homeri vbi de fructibus quibus Tantalus inhiabat:

τῶν ὁπότ' ἰθύσει ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι
τὰς δ' ΑΝΕΜΟΣ βίπλασκε ποτὶ νέφε σκιόεντα.

δακρύοντι ἐώκει τὸ φάσμα [17], καὶ ἐδεῖτο μὴ βασανίζειν αὐτὸ, μηδὲ ἀναγκάζειν ὁμολογεῖν ὅ, τι εἴη. ἐπικειμένῳ δὲ, καὶ μὴ ἀνιέντος, Ἐμπεσά τε εἶναι ἔφη, καὶ παίναν ἡδοναῖς τὸν Μένιππον ἐς βρῶσιν τῷ σώματος. τὰ γὰρ καλὰ τῶν σωμάτων καὶ νέα σιτεῖσθαι ἐνόμιζεν, ἐπειδὴ ἀκραιφνὲς αὐτοῖς τὸ αἷμα. τοῦτον τὸν λόγον γνωριμώτατον τῶν Ἀπολλωνίῳ τυγχάνοντα, ἐξ ἀνάγκης ἐμήκυνα, γιγνώσκουσι μὲν γὰρ πλείους αὐτὸν, ἅτε καθ' Ἑλλάδα μέσην πραχθέντα, ξυλλήβδην δὲ αὐτὸν παρειλήφασιν, ὅτι ἕλοι ποτὲ ἐν Κορίνθῳ Λάμιαν, ὅ, τι μέντοι πράτ]ασαν, καὶ ὅτι ὑπὲρ Μενίππου ταῦτα, ἔπω γιγνώσκουσιν. ἀλλὰ Δάμιδί τε, καὶ ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων ἐμοὶ, εἴρηται.

simulauit & ne torqueret seſe, neue quid eſſet fateri cogeret orauit. At illo vrgente, neque dimittente, Empuſam ſe eſſe eſt faſſum, Menippum autem ſaginaſſe voluptatibus, vt eius corpus deuoraret. Pulcris enim & iuuenilibus corporibus paſci ſibi in more eſſe poſitum, quoniam integerrimus eorum ſit ſanguis. Iſtamque ego rem, celebratiſſimam earum, quae ad Apollonium pertinent, neceſſitate quadam adductus, paulo prolixius expoſui, multis enim nota illa eſt, cum in media Graecia ſit geſta, ſummatim tamen tantum de ea accepere, quod Lamiam Corinthi deprehenderit, quid molitam autem ceperit, & quod in gratiam Menippi patrata haec fuerint, antea non nouerant. At a Damide, & ex eius hiſtoria a me quoque illud fuit commemoratum.

Τότε καὶ πρὸς Βάσσον [1] διηνέχθη, τὸν ἐκ τῆς Κορίνθου πατραλοίας μὲν γὰρ ἔτος καὶ ἐδόκει, καὶ ἐπεπίστευτο. σοφίαν δὲ αὐτῷ κατεψεύδετο [2], καὶ χαλινὸς οὐκ ἦν ἐπὶ τῇ γλώτ]ῃ. λοιδορούμενον δὲ αὐτὸν ἐπέσχεν [3] ὁ Ἀπολλώνιος, οἷς τε ἐπέστειλεν, οἷς τε διελέχθη κατ' αὐτῷ. πᾶν γὰρ ὅπερ ὡς ἐς [4] πατραλοίαν ἔλεγεν, ἀληθὲς ἐδόκει. μὴ γὰρ ἄν ποτε τοιόνδε ἄνδρα ἐς λοιδορίαν ἐκπεσεῖν, μηδὲ ἂν εἰπεῖν τὸ μὴ ὄν.

Eo tempore cum Baſſo, Corinthio, contro- c. XXVI.
uerſia ipſi etiam fuit: parricida enim ille & viſus & creditus eſt. Sapientiam vero temere ſibi arrogabat, neque linguam frenabat. Conuitia autem fundentem compeſcuit Apollonius, partim epiſtolis, partim oratione. Quicquid autem de eo tanquam parricida ſcripſit, verum eſſe videtur: neque enim veroſimile talem virum ad conuitia eſſe prolapſum, neque, quod aliter ſe haberet, fuiſſe prolaturum.

Τὰ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ τῷ ἀνδρὸς, τοιαῦτα· ἀνιέντι τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐς Ὀλυμπίαν, ἐνέτυχον Λακεδαιμονίων πρέσβεις, ὑπὲρ ξυνουσίας. Λακωνικὸν δὲ ἤδειν [1] περὶ αὐτὰς ἐφαίνετο, ἀλλ' ἁβρότερον αὐτῶν εἶχον, καὶ Συβάριδος μεσοὶ [2] ἦσαν. ἰδὼν δὲ ἄνδρας λείους τὰ σκέλη [3], λιπαροὺς τὰς κόμας [4], καὶ μηδὲ γενείοις χρωμένους [5], ἀλλὰ

Olympiae autem viro patrata ſunt iſta: Cum c. XXVII.
Olympiam profectus Apollonius eſſet, Lacedaemoniorum legati oblati ſunt, vt Lacedaemona venire velit orantes. Laconicae vero indolis in eis nihil apparebat, verum mollius ſe gerebant quam Lacones, toti Sybaridis pleni. Videns igitur homines laeuigatis cruribus, comis ſtillantibus vnguento, imberbes

17 τὸ φάσμα] φάντασμα codices Vaticanus, Palatinus, Vratisl. habebant, & ſic in ſuis etiam ſe inueniſſe Morell. obſeruauerat.

CAP. XXVI. 1 Βάσσον] ad quem Apollonii extant Epiſtolae XXXVI. & XXXVII.

2 σοφίαν δὲ αὐτῷ κατεψεύδετο] priores interpretes ita acceperunt, ac ſi ſenſus eſſet *Baſſum varie Apollonii philoſophiam arroſiſſe.* Malim: *Baſſum ſibi ipſi philoſophiam mendacio tribuiſſe*, philoſophumque ſe temere iactaſſe. Nempe σοφίας eſſe deberet ſi priorum interpretum obtinere velis ſententiam. Praeterea, ita vt nos accepiſſe manifeſtum eſt Suidam, qui diſerte ſcripſit ἑαυτῷ v. Βάσσος vbi & doctiſſ. Kuſterum in verſione retinuiſſe video *ſapientiam falſo ſibi vindicabat.* Non opus tamen mutare αὐτῷ cum hoc quoque pro ἑαυτῷ vtantur Attici.

3 ἐπέσχεν] ſic Suidas, & omnes codices noſtri. priores editiones habebant ἀπέσχεν.

4 ὅπερ ὡς ἐς] ſic Suidas: codices item Vaticanus Palatinus & Vratislau. Omiſſum ὡς in edd. prioribus.

CAP. XXVII. 1 Λακωνικὸν δὲ ἤδειν] huc refero quae habet Lucian. Dial. mort. I. vbi ex inferis Diogenes ad Menippum mittens, eum orat vt Lacedaemoniorum mores corruptos corrigat. vid. c. 25. n. 5.

2 καὶ Συβάριδος μεσοὶ] ſic ſupra fere huius libri cap. XX.

3 λείους τὰ σκέλη] in *crure* animi argumentum. Ouidius amorum lib. III. Eleg. 2. v. 31.

Talis pinguntur ſuccinctae crura Dianae,
Cum ſequitur fortes fortior ipſa feras.

Molle igitur & laeue crus effeminatorum. Simile eſt quod ἐπιγονίδα ἑλαφρὰν, *muſculum genu laeuem* Hyacintho tribuat Philoſtr. Iunior in imagine eius.

4 λιπαροὺς τὰς κόμας] quibus tamen ἀλευθεριωτέρους καὶ γοργοτέρους Laconas videri volebat Lycurgus, vid. Plutarch. in vita eius & Xenophon. de Rep. Lacedaem. adde inf. l. VIII. c. 7. ſect. 5. 6.

5 μηδὲ γενείοις χρωμένους] barbam aluiſſe Lacedaemonios antiquos iuxta cum coma, notum. Cur vero id fieret interrogatus a nonnemine Lyſander, reſpondit, ὅτι πάντων κάλλιστος καὶ ἀδαπανώτατος ΑΝΔΡΙ ὁ ἴδιος κόσμος apud Plutarch. apophthegm. Lacon. p. 230. Hinc *Nicias* apud Plutarch. vita eius p. 534. ſuperbe Gylippo Lacedaemonio reſpondens CCC ſe captiuos habere ait Laconas, fortiores ipſo καὶ μᾶλλον κομῶντας.

praete-

praeterea, imo & molliore veſtitu vſos; ad Ephoros ita ſcripſit: vt publice propoſito illi edicto ex balneis picis vſum tollerent & omnia pſilothra relegarent, ad antiquam viuendi normam omnia reuocantes. Hinc & palaeſtrae refloruerunt, & confoederationes, & conuiuia quae amoris coniungendi cauſa inſtituerent, factaque ſibi ſimilis rurſum Lacedaemon. Vbi vero ipſos quae domi curanda erant emendaſſe cognouit, epiſtolam Olympiae ad eos ſcripſit Laconica ſcytala breuiorem. En vero eam:

Apollonius Ephoris ſalutem.

Virorum quidem eſt non peccare, ingenuorum autem, ſi peccauerint id agnoſcere.

c. XXVIII. Statua autem conſpecta quae Olympiae erat, ſalue, inquit, *bone* Iupiter: tu *bonus* enim vſque adeo, vt te ipſum quoque hominibus indulgeas. Interpretatus quoque eſt, quid Milonis ſibi vellet aenea ſtatua, & habitus ipſius

καὶ τὴν ἐσθῆτα μαλακὴς[6], τοιαῦτα πρὸς τὰς Ἐφόρας ἐπέστειλεν[7]· ὡς ἐκείνας κήρυγμα ποιήσασθαι δημόσιᾳ, τήν τε πίτλαν τῶν βαλανείων ἐξαιρεῖσθαι, καὶ τὰς παρατιλτρίας[8] ἐξελαύοντας, ἐς τὸ ἀρχαῖόν τε καθισαμένας πάντα. ὅθεν παλαῖσταί τε ἀνήθησαν, καὶ σπονδαὶ, καὶ τὰ φιλίτια[9] ἐπανῆλθε, καὶ ἐγένετο ἡ Λακεδαίμων ἑαυτῇ ὁμοία[10]. μαθὼν δὲ αὐτὰς τὰ οἴκοι διορθωμένας, ἔπεμψεν ἐπιστολὴν ἀπ' Ολυμπίας, βραχυτέραν τῆς Λακωνικῆς σκυτάλης[11]. ἔστι δὲ ἥδε·

Ἀπολλώνιος Ἐφόροις χαίρειν.

Ἀνδρῶν τὸ μὴ ἁμαρτεῖν, γενναίων δὲ, καὶ τὸ ἁμαρτόντας αἰσθέσθαι.

Ἰδὼν δὲ ἐς τὸ ἔδος τὸ ἐν Ολυμπίᾳ, χαῖρε, εἶπεν, ἀγαθὲ Ζεῦ[1]. σὺ γὰρ ὕτω τὶ ἀγαθὸς, ὡς καὶ σαυτῷ κοινωνῆσαι τοῖς ἀνθρώποις[2]. ἐξηγήσατο δὲ καὶ τὸν χαλκῆν Μίλωνα[3], καὶ τὸν λό-

---

6 τὴν ἐσθῆτα μαλακὴς] quod item a moribus antiquis alienum. Vt enim Clemens Alexandrin. habet Strom. I. τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν πορφύραν οἱ παλαιοὶ Λακεδαιμόνιοι (παρῆκαν) δοῦλα μὲν τὰ ἱμάτια, δοῦλα δὲ τὰ χρίσματα ὑπολαμβάνοντες. Ceterum τὴν ἐσθῆτα μαλακοὶ ſunt οἱ τὰ μαλακὰ φορεῖντες, vt apud Euangeliſtam Matthaeum c. XI. vocantur, ex quibus & Lycon philoſophus fuiſſe dicitur Laertio V, 65. καθαρώτατος τὴν στολὴν ὡς ἀνυπερβλήτῳ χρῆσθαι μαλακότητι ἱματίων. Et Demoſtheni χλανὶς κομψὴ καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι ab aemulis aduerſariiſque probro data apud Gellium I, 5. Ἁβρὰν ἐσθῆτα quoque dicunt Graeci. Sic Eunapius de Maximo philoſopho στολήν τε ἁβροτέραν ἢ κατὰ φιλόσοφον περιχέμενος. Ouidius *mollia ſegmina*, Apuleius *veſtem tactu mollem* diceret. Talia ex *Mileſiis lanis* & *Perſicorum Camelorum* pilis conficiebantur. Apollonius Mirabil. Κτησίας ἐν τῇ Ἰνδικῇ Περσικῶν καμήλους φησί τινας ἐν χέρᾳ γίγνεσθαι ὡς ἔχειν τρίχας πρὸς Μιλήσια ἔρια τῇ μαλακότητι, ἐκ δὲ τούτων τὰς ἱερεῖς καὶ τὰς ἄλλας δυνάσας τὰς ἐσθῆτας φέρειν.

7 ἐπέστειλεν] Epiſtolam qua hos Lacedaemoniorum mores reprehendit inf. exhibemus n. 63.

8 πίτλαν — καὶ τὰς παρατιλτρίας] ſimiliter haec iunguntur a Philoſtrato vit. Sophiſt. in *Polemone* §. 5. n. 7. ἐκδεδωκὼς ἑαυτὸν πίτλῃ καὶ παρατιλτρίαις. Fuit autem παρατιλμὸς in poenis quibus afficiebantur moechi de quo erudite Voſſius ad Catull. p. 101. Sed ab eo diuerſus, qui τρυφῆς cauſa fiebat: feminis inprimis vſu receptus, quam in rem multa paſſim apud Ariſtophanem, in Lyſiſtrata inprimis & Ἐκκλησιαζούσ. Has imitati ex viris molliores: ſic Sueton. in Othone cap. 11. *munditiarum eum pene muliebrium* fuiſſe ait *vulſo corpore*: hinc γυναικείαν πίτλαν dicere videtur Lucianus *in fugitiuis* ſub finem, taceo alia. *Picem* autem ei rei adhibebant: emplaſtra nempe, *pice* calida oblita, cuti piloſae applicantes, quibus frigefactis vna cum *pice* detrahebantur pili. *Pſilothrum* & *Dropax* talia medicamenta dicuntur Martiali lib. III. epigr. 74. Eſtque certe *Pſilothrum* idem omnino quod hic παρατίλτειαι. Viris enim doctis, qui *feminas* intelligi per παρατιλτρίας putant, quae pilos euellant, non aſſentio. παρατίλτρια nempe, ſubintellecta voce πίτλης, vel alia conſimili, eſt ipſum *emplaſtrum* in eo negotio adhibitum. Idem in more poſitum Heſperiis barbaris Athenaeus I. XII. p. 518. teſtatur: οἱ πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντες βάρβαροι πιτλοῦνται καὶ ξυρῶνται τὰ σώματα. Atque ita ipſas barbas quoque non ξυρᾷ tantum ſed & πίτλῃ tollebant. Vocatque tales πιτλοκομίνας Alexis Comicus apud Athenaeum lib. XIII. p. 565.

9 φιλίτια] quae Euſtathio ad Odyſſ. Α'. συσσίτια Λακωνικὰ περιώνυμα πολυτελῆ δὲ dicuntur. Alii vocant φειδίτια vid. ex inſtituto Meurſ. Miſc. Lacon. lib. I. c. 9.

10 ἐγένετο ἡ Λακεδαίμων ἑαυτῇ ὁμοία] ſi vera ſunt quae de hac emendatione Lacedaemoniorum ſcribit Philoſtratus, non diu durauerit neceſſe eſt. Nam Ioſephus, qui paulo poſt, quam haec geſta eſſe oportet, circa Veſpaſianorum tempora ſcripſit, lib. II. adu. Appionem de illis ait, λιπαρεῖς εἶναι καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκοῦντας.

11 τῆς Λακωνικῆς σκυτάλης] breues Laconum epiſtolae vniuerſim, breuiores etiam ordinarie *ſcytalae* quae baculi forma a magiſtratibus quaſi pro imperio ſuo, cuius ſignum baculus, mittebantur vid. Meurſ. Miſc. Laconic. III, 4.

CAP. XXVIII. 1 ἀγαθὲ Ζεῦ] ſummus Deus, αὐτοαγαθὸν paſſim philoſophis, qui eadem cum Apollonio inſtituta ſequebantur.

2 σαυτῷ κοινωνῆσαι τοῖς ἀνθρώποις] haec ex philoſophia Pythagoraea explicanda. Nempe illi Deum ſummum τὸ νοητὸν dicebant: ab eo *Spiritus* creatos omnes, humanaſque adeo etiam mentes eius contemplatione *vitam* accipere putabant, quos inde νοερὰ dicebant. Huc ſpectat locus Plotini Ennead. V. lib. I. cap. 4. τὸ δὲ ὂν (h. e. ſummus Deus) τῷ νοεῖσθαι τῷ νοῖ δίδωσι τὸ νοεῖν καὶ τὸ εἶναι. Et Proclus ad Timaeum Platon. lib. I. p. 6. ex Chaldaicis oraculis allegat iſta: Τροφὴ δὲ τῷ νοεῖντι τὸ νοητόν. Et Heſychius ex iſtis philoſophis: Νοερὸν πνευματικόν. Νοερὸν μέν ἐστι τὸ νοῦν· νοητὸν δὲ τὸ νοούμενον, ΤΡΟΦΗ δὲ τρόπον τινὰ τῶν νοούντος τὸ νοούμενον. Sic igitur hic Iouem Apollonius κοινωνῆσαι ἑαυτῷ τοῖς ἀνθρώποις dicit, dum τροφὴ & *pabulum* eorum ſpirituale euadit. Sic in Chriſtianis ſacris κοινωνία τοῦ σώματος Χριστοῦ dicitur, cum corpore eius tanquam *pabulo* fruimur. In eo vero Θεῶν ἀθανάτων h. e. *angelorum bonorum* & *mortalium* hominum diſcrimen, quod illi ἀτρεπτῶς καὶ ἀμερίστως fruantur hac τροφῇ, adeoque *vita* ſine ἀπαλλαγῇ gaudeant, cum hominibus vero qui ſunt peccabiles alia ratio vid. Hierocl. ad aurea Carm. v. 1.

3 χαλκῆν Μίλωνα] cuius ſtatuam in Olympia fuiſſe non mirum, cum ſexies Olympicis vicerit. Cuius rei autores Diodor. Sic. lib. XII. Strabo l. VI. p. 263. Et Pauſan. Eliac. p. m. 191. vbi Dameae Crotoniatae ſtatuam, de qua hic agitur, opus eſſe ait, ipſumque Milonem, quo erat robore, eam in Altin intuliſſe docet. Eam vero multis deſcribit & explicat, quae ex eo repetiere Suidas & vetus Grammat. ad Ariſtoph. Ranas. Hanc vero ſtatuam dubie procul ideo penitius luſtrauit, ſuaque explicatione honorauit Apollonius, quod inter *Pythagoreae* diſcipulos extitiſſet *Milo*, mentis non minus quam corporis robore conſpicuus; teſtes autores citati. Imo & id eum monuiſſe poteſt, quod in Μίλωνος οἰκίᾳ interiit Pythagoras, vt diſerte in vita eius Porphyrius & Tzetzi Chiliad. XI, 366 narrant. Ex quibus Μίλωνος vocem Diogeni Laertio, Iamblicho & Suidae, exitum Pythagorae

γον τῶ

γον τῶ περὶ αὐτὸν σχήματος. ὁ γὰρ Μίλων, ἐσάναγ μὲν ἐπὶ δίσκῳ δοκεῖ, τῶ ποδὶ δὲ ἀμφω συμβεβηκώς[4]. ῥοὰν δὲ ξυνέχει τῇ ἀριστερᾷ· ἡ δεξιὰ δὲ, ὀρθοὶ τῆς χειρὸς ἐκείνης οἱ δάκτυλοι, καὶ οἷον διείροντες[5]. οἱ μὲν δὴ κατ' Ολυμπίαν τε καὶ Αρκαδίαν λόγοι τὸν ἀθλητὴν ἱστορῶσι τοῦτον ἄτρεπτον γενέσθαι, καὶ μὴ ἐκβιβασθῆναί[6] ποτε τῶ χώρῳ, ἐν ᾧ ἔστη. δηλῶσθαι δὲ τὸ μὲν ἀπρὶξ τῶν δακτύλων ἐν τῇ ξυνοχῇ τῆς ῥοᾶς, τὸ μήδ' ἂν σχισθῆναί ποτ'[7] ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰς, εἴ τις πρὸς ἕνα αὐτῶν ἀμιλλῶτο, τῷ τὰς διαφυὰς ἐν ὀρθοῖς τοῖς δακτύλοις ξυ ξυνηρμόσθαι. τὴν ταινίαν[8] δὲ, ἣν ἀναδεῖται, σωφροσύνης[9] ἠγεῖται ξύμβολον. ὁ δὲ Απολλώνιος, σοφῶς μὲν, εἶπεν, ἐπινενοῆσθαι ταῦτα, σοφώτερα δὲ εἶναι τὰ ἀληθέστερα. ὡς δὲ γιγνώσκοιτε τὸν νοῦν τοῦ Μίλωνος, Κροτωνιάται τὸν ἀθλητὴν τοῦτον ἱερέα ἐσήσαντο τῆς Ηρας. τὴν μὲν δὴ μίτραν[10] ὅ, τι χρὴ νοεῖν, τί ἂν ἐξηγοίμην; ἔτι μνημονεύσας ἱερέως ἀνδρός[11]. ἡ ῥοὰ δὲ μόνη φυτὸν τῇ Ηρᾳ φύεται[12]. ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς πο-

rationem reddidit. Milo namque disco insistere videtur pede vtroque coniuncto. Sinistra malum punicum complectitur: quantum ad dextram autem, manus illius digiti recti extenduntur, atque arctissime sibi inuicem coniunguntur. Fabulae itaque in Arcadia & Olympiae celebratae athletam eum referunt inuictum fuisse, nec loco, quo semel constitisset, dimoueri potuisse. Tenacitatem autem significari digitorum, eo, quod punicum comprehendant malum: diuellique ab inuicem non posse eosdem, licet quis summis viribus in aliquo eorum id tentauerit, eo, quod interstitia in digitis arrectis accurate coniungantur, [indicari.] Quantum vero ad taeniam, qua capite redimitus est, ea modestiae indicium esse putatur. Ista omnia Apollonius docte quidem aiebat esse excogitata: sed docta tamen magis ea esse, quae magis sint vera. Vt igitur sciatis, [inquit,] quid sibi velit Milon, Crotoniatae hunc Athletam Iunonis sacerdotem fecere. Mitram igitur quo referre oporteat, quid exponere opus? cum sacerdotem illum esse modo dixerim. Malus autem punica Iunoni sola sacra est planta. Quan-

narrantibus, restituit iampridem Menagius ad Diogen. VIII, 39.

4 τῶ ποδὶ ἀμφὼ συμβεβηκώς] id nempe in antiquis statuis obtinebat, vt pedes non seiungerentur, quos seiunctos cum haberent Daedali primum statuae, moueri visae sunt. Multa in eam rem apud Scaligerum habes ad Eusebii Chron. Ann. DCCXXXVII. & Iunium de Pictoribus & Statuariis antiq. p. 63. sq. Eam causam digitorum in statua Milonis coniunctorum paulo post reddit ipse Apollonius: conf. & quae de Memnonis statua infra occurrunt l. VI. c. 4.

5 ἡ δεξιὰ δὲ — οἷον διείροντες] haec sequentibus verbis Pausaniae explicarem: λέγεται δὲ καὶ ὡς τῆς δεξιᾶς χειρὸς τὸ μὲν ἐς τὸν ἀγκῶνα ἐκ τοῦ ὤμου, παρ' αὐτὴν καθίει τὴν πλευράν, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος ἔτεινεν ἐς εὐθὺ τῶν δακτύλων. τὸ μὲν ἀναρρίφων αὐτίχεσθαι ἐς τὸ ἄνω, τῶν λοιπῶν δὲ ἀλλήλοις ἐπικειμένων καλὸν σῶζον (quae explicant quid sit οἷον διείροντες apud Philostr. quod & ab ipso paulo post per ἓν ξυνηρμόσθαι explicatur.) τὸν ἐλάχιστον τῶν δακτύλων κάτω γινόμενον οὐκ ἀπεκίνησεν ἄν τις βιαζόμενος. Nempe hoc roboris Miloniani specimen narrans Pausanias haut dubie ad *dextrae manus in statua* situm respicit, quem hic describit Philostratus, eumque ad illud robur eius, quo digitorum minimus dimoueri non potuit, refert. Pausaniae autem locum ex Suida aliqua parte emendatum exhibeo.

6 μὴ ἐκβιβασθῆναι] huc nempe respexisse putabant statuarium, eo quod συμβεβηκότα τῶ ποδὶ finxerat, stabilem nempe atque immotum. Quemadmodum contra Daedali statuae quod seiunctos pedes habere moueri videbantur. Pausanias huc etiam refert, quod *disco* insistentem statua repraesentet, en verba eius: ῥοιὰν μὲν δὴ ἔτω κατεῖχεν, ὡς μήτε ἄλλῳ παρεῖναι ἐκβιάζομένῳ, μήτε αὐτὸς ΛΥΜΗΙΝΑΣΘΑΙ πιέζων· ἱσάμενος δὲ ἐπὶ ἀλληλιμμένῳ τῷ ΔΙΣΚΩΙ γέλωτα ἐποιεῖτο τοὺς ἐμπίπλοντάς τε καὶ ὠθοῦντας ἀπο τοῦ ΔΙΣΚΟΥ.

7 τὸ μήδ' ἂν σχισθῆναί ποτ' &c.] mirae his a prioribus interpretibus tenebrae offundebantur, quod locum Pausaniae, quem ad pag. praec. not. 14 exhibuimus, ob oculos non haberent. Iam omnia plana. Nempe, quid & manus *sinistrae* & *dextrae* in statua repraesentatio sibi voluerit ex quorundam sententia, ostendit. Manus *sinistra* malo granatum arcte complectebatur, idque robur *Milonis* in tenendo, vt nemo ipsi, quod teneret, eripere posset, notare ait. *Dextrae* digitos exporrectos & sibi inuicem ἐπὶ τοῖχον ἐπικειμένους, prout Pausanias eos repraesentabat, vel vt noster paulo ante loquebatur ὀρθοὺς καὶ οἷον διείροντας, significare, quod digitum a digito nemo diuellere potuerit, id quod inter specimina roboris Miloniani idem Pausanias refert. Clarior interpretatio nostra ex eo quoque euadit, quod postea Apollonius, postquam aliter explicasset manum *sinistram*, malogranatum tenentem; seorsim quoque τὸ ἔργον δακτύλων μὴ διεσὸς, quod erat *dextrae* manus, explicet & ad antiquatum statuariorum morem referat. Vt adeo ista iuxta cum paulo ante dictis ad eandem manum non pertineant, vt visum interpretibus prioribus. Et qui possint? cum manus ῥοᾶν complexae, non possint ὀρθοὶ esse οἱ δάκτυλοι.

8 τὴν ταινίαν δὲ] χορδὴν vocat Pausan. quam Ταινίᾳ ἢ στεφάνῳ similem magis ait.

9 σωφροσύνης] cur σωφροσύνης? nempe *taeniae* sunt eaedem quae vittae Latinis, quibus & cingi possit caput & velari, quod modestiae est & verecundiae. Ipse Apollonius μίτραν paulo post vocat, quam tegmen capitis, maxime muliebris, notare triuiale est. Sed tamen taeniis loco coronarum donatos *athletas victores*, qualis Milo, ostendit Petrus Faber Agonistic. lib. II. c. 21. Pausanias hoc quoque ad *robur Milonis* significandum refert. Nempe ei, intercluso compressis labiis spiritu, venas capitis sanguine ita aliquando intumuisse ait, vt χορδὴν h. e. taeniam istam rumperent.

10 μίτραν] ταινίαν paulo ante vocabat vid. not. 4.

11 ἔτι μνημονεύσας ἱερέως ἀνδρός] nempe sacerdotum gestare taenias, vittas, mitras, pileos, coronas, quod notum. vide Io. Saubertum de sacrific. cap. 10.

12 φυτὸν τῇ Ηρᾳ φύεται] in templo Iunonis *Argiuae* non longe a Mycenis, ad quod quinquennales etiam celebrati ἀγῶνες, statua Deae visitur, altera manu καρπὸν ῥοιᾶς gestantis vt hic *Milo*, altera σκῆπτρον. Et mysterium esse *in malo hoc Punico Iunonis* fatetur Pausan. Corinthiac. cap. 17. τὰ μὲν ἐν inquit ἐς τὴν ῥοιὰν (ἀπορρητότερος γάρ ἐστιν ὁ λόγος) ἀφείσθω μοι. Mysterium hic latens, sic coniecturae sit venia, ita explicarem. Nempe in φυσικῇ θεολογουμένῃ *Iuno* est principium rerum naturalium *passiuum*, vt *actiuum* Iupiter, a quo impraegnata *Iuno* semina rerum diuino vtero concipit. Quorum cum innumera sit multitudo atque varietas, ista *Iunonis*, tot seminibus foetae, foecunditas *malo Punico* symbolice fuit designata, in quo maxima inter omnia poma seminum copia. Hinc etiam esse puto quod plantatio huius fructus *Veneri* tribuatur, *genitrici* nimirum & re-

tum

tum ad pedibus ſubiacentem diſcum vero: breui ſcuto inſiſtens ſacerdos ad Iunonem preces fundit: idque manus etiam dextra ſignificat. Digiti vero nondum ab inuicem ſeparati antiquae arti ſtatuariae tribuendi.

σὶ δίσκος, ἐπὶ ἀσπιδίᾳ [13] βεβηκὼς ὁ ἱερεὺς, τῇ Ἥρᾳ εὔχεται· τοῦτο δὲ καὶ ἡ δεξιὰ σημαίνει [14]. τὸ δὲ ἔργον τῶν δακτύλων, μήπω διεστὼς [15], τῇ ἀρχαίᾳ ἀγαλματοποιΐᾳ [16] προσκείσθω.

c. XXIX. Cumque quae ibi geri ſolent omnium ſpectator extitiſſet, probauit Eleos rerum ſuarum ſatagentes & decore omnia peragentes. Atque illi quidem non minus ac certaturos athletas iudicium ſibi ſubeundum putabant, diligenterque ne quid ſiue volentes, ſiue inuiti, peccarent, proſpiciebant. Interrogantibus itaque eum ſociis, quid de Eleis, quantum quidem ad diſpoſitionem Olympicorum, ſentiret? Sapientes, reſpondit, an ſint ignoro, ſophiſtas ſaltem eſſe puto.

Παραττυγχάνων δὲ τοῖς δρωμένοις, ἀπεδέχετο τῶν Ἠλείων ὡς ἐπεμελοῦντο τῶν αὐτῶν, καὶ ξὺν κόσμῳ ἔδρων. μεῖόν τε ἂν ἡδὺ ἢ οἱ ἀγωνιζόμενοι τῶν ἀθλητῶν κρίνεσθαι ᾤοντο, καὶ μήθ' ἑκόντες τί, μήτ' ἄκοντες ἁμαρτάνειν πρόνοῦντο. ἐρομένων δ' αὐτὸν τῶν ἑταίρων, τίνας τὰς Ἠλείας περὶ τὴν διάθεσιν τῶν Ὀλυμπίων ἡγεῖτο; εἰ μὲν σοφὰς, ἔφη, οὐκ οἶδα, σοφιστὰς μέν τοι [1].

c. XXX. Quomodo autem eos etiam, qui ſcribendi facultate ſe pollere putabant, reprehenderit, indoctoſque eſſe oſtenderit eos, qui argumentum tractant viribus ſuis impar, diſcere eſt ex iſtis. Adoleſcens nempe ſapientiae opinione tumens, in templo oblatus ei, faueto mihi, inquit, die craſtina: aliquid enim recitabo. Interrogante autem Apollonio quid ſit, quod recitare velit? Orationem, inquit ille, in Iouem compoſui. Atque ſimul illam ſub veſte latentem oſtendit, ob molem voluminis praeclare de ſe ſentiens. Apollonius igitur, quidnam, inquit, eſt quod in Ioue laudabis? an eum forte laudabis, qui hic in Olympia eſt? & quod nihil ei ſimile in vniuerſa terra inueniatur? Hoc ipſum, reſpondit, ſed & antequam eo deueniam alia multa, &

Ὡς δὲ καὶ διεβέβλητο πρὸς τοὺς οἰομένους ξυγγράφειν [1], καὶ ἀμαθεῖς ἡγοῖτο τοὺς ἁπλομένους λόγου μείζονος, ὑπάρχει μαθεῖν ἐκ τῶν δε. μειράκιον γὰρ δοκησίσοφον ἐντυχὸν αὐτῷ περὶ τὸ ἱερὸν, συμπροθυμήθητί μοι, ἔφη, ἄυριον· ἀναγνώσομαι γάρ τι. τῷ δὲ Ἀπολλωνίῳ ἐρομένῳ ὅ, τι ἀναγνώσοιτο; λόγος, εἶπε, ξυντέτακταί μοι ἐς τὸν Δία [2]. καὶ ἅμα ὑπὸ τῷ ἱματίῳ ἐπεδείκνυ αὐτὸν, σεμνυνόμενος τῇ παχύτητι τῆς βίβλου. τί δῆτα, ἔφη, ἐπαινέσῃ τοῦ Διὸς; ἢ τὸν Δία τὸν ἐνταῦθα; καὶ τὸ μηδὲν εἶναι τῶν ἐν τῇ γῇ ὅμοιον; καὶ τοῦτό γε, ἔφη, πολλὰ δὲ πρὸ τούτου καὶ ἐπὶ

---

rum parenti, verbo, *virtuti prolificae*, ab Antiphane, cuius locus & apud Athenaeum lib. III. p. 84.

— — ἄυται δὲ ῥοαὶ
ὡς εὐγενεῖς. τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἐν Κύπρῳ
Δένδρον φυτεῦσαι τοῦτό φασιν. —

Imo & ipſius Iouis ſignum Peluſii in Aegypto, manu altera malum punicum tenens memoratum Achilli Tatio lib. III. p. 167.

13 ἐπὶ ἀσπιδίᾳ] Ἥρας ἀσπὶς in inſcript. Farneſiana apud Gruterum CCCXIV. 1. memoratur: intelligiturque *agon* quo in ſolennibus Iunonis *Argiuae* quinquennalibus de *clypeo* certabatur, vnde etiam ἀσπὶς ἐξ Ἄργους dictus idem agon apud veteres paſſim, qua de re multa habet illuſtr. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Pallad. v. 35. addere ex Pauſania liceat Corinth. c. XVII, ἀσπίδα quae in Argiuae Iunonis templo ſuſpenſa fuit, vt de ea agonibus iſtis certaretur, *Euphorbi* fuiſſe, a Menelao ei ademtam: quamuis *Danai* eſſe Hyginus, *Euhippi* Lactantius dicat, quorum loca viro ſummo iam obſeruata ad Callimachum. Inſiſtit itaque hic Milo ἀσπιδίῳ Iunonis, forte quod & agone illo viciſſet, atque hoc etiam nomine ſacerdotium illud meruiſſet, & quod vir bonus eſſet & fortis: in prouerbium enim hic *clypeus* abiit, ἄξιος τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος. vid Zenob. Centur. II, 3. Apoſtolius Centur. II, 70.

14 ἡ δεξιὰ σημαίνει] nempe manum protendit. χειραρσία vero inter orandum gentilibus recepta. Sic Homer. Il. H'. v. 168. Λαοὶ δ' ἠρήσαντο, Θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον. vbi vid. Schol. ſed res notiſſima eſt.

15 μήπω διεστὼς] vulg. habebant καὶ μήπω διεστώς. Verum καὶ mihi hic plane inutile viſum. Niſi quis legere malit καὶ τὸ μήπω διεστώς, quod Graecum eſſet & ingenio Philoſtrati conueniens.

16 τῇ ἀρχαίᾳ ἀγαλματοπ.] vid. ad cap. 27. n. 4. Nempe rudis adhuc ars vt pedes coniungebat, ita multo magis manuum digitos.

CAP. XXIX. 1 σοφιστὰς μέντοι] nempe σοφὸν vere *ſapientem* vocat, σοφιστὴν eum qui *ingenioſe* aliquid comminiſci atque perficere poſſit, quales multi qui non ſint *ſapientes*. Sic Philoſtratus voce σοφίζεσθαι vtitur, vnde deriuatum σοφισὴς, Prooem. imaginum de pictura loquens ἀλλὰ καὶ πλείω σοφίζεται, σκιάν τε ἀποφαίνεται &c. & in Heroic. σοφίζονται τὴν ποφύραν, id eſt *arte quadam conficiunt*. Sic σοφισὴς ἡδυπαθείας Luciano in Vit. auct. dicitur ὀψοποιός.

CAP. XXX. 1 οἰομένους ξυγγρ.] epiſtola ad ξυγγραφέως λογίου eſt inter Apollonii epiſtolas n. LVII.

2 λόγος, εἶπε, ξυντέτακταί μοι εἰς τὸν Δία] tales orationes in Olympicis a celebrioribus ſophiſtis recitari ſolebant, imo & in ceteris ſolennibus Graeciae. Hinc inſcriptae orationes Ὀλυμπικοὶ λόγοι, παναθηναϊκοὶ, πανηγυρικοὶ apud Hermogen. lib. II. de ideis. Ἐπιδείξεις appellabant. Sic enim Iſocrat. *or. de Bigis* in hiſce ſolennibus ἐπιδείξεις fieri dicit. Sic Philoſtratus in vitis Sophiſt. lib. II. de Hippodromo eum θαμίσαι τὰς τῶν Ἑλλήνων πανηγύρεις ait, ἐπιδείξεων ἕνεκα καὶ τοῦ μὴ ἀγνοεῖσθαι. Argumenta huiuſmodi orationum Deorum & Heroum praeclarorumque virorum laudes fuiſſe ait Ariſtides or. 3. imo & de concordia, aliiſque virtutibus actum, vt pluribus exemplis poſſet monſtrari. Praemia vero etiam tales ἐπιδείξεις reddentibus conſtituta, autor Iſocrates in Panegyrico. Harum in Olympiis ἐπιδείξεων mentio quoque inf. lib. VIII. cap. 18. adde & Cteſoll. Theatr. Rhetor. III, 6.

τάτῳ ἕτερα. καὶ γὰρ αἱ ὧραι, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, καὶ τὰ ὑπὲρ τὴν γῆν, καὶ ἀνέμους εἶναι[3] καὶ ἄστρα, Διὸς πάντα. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, δοκεῖς μοι, εἶπεν, ἐγκωμιαστικός τις εἶναι σφόδρα. διὰ τοῦτο, ἔφη, καὶ ποδάγρας ἐγκώμιόν τί μοι ξυντέτακται, καὶ τὸ τυφλόν τινα ἢ κωφὸν εἶναι. ἀλλὰ μηδὲ τὰς ὑδέρους, εἶπε, μηδὲ τὰς καταρρύσεις ἀποκήρυττε τῆς σεαυτοῦ σοφίας, εἰ βέλοιο ἐπαινεῖν τὰ τοιαῦτα. βελτίων δὲ ἔσῃ, καὶ τοῖς ἀποθνήσκουσιν ἑπόμενος, καὶ διὰ τὰς ἐπαίνους τῶν νοσημάτων, ὑφ' ὧν ἀπέθανον. ἧττον γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἀνιάσονται πατέρες τε καὶ παῖδες, καὶ οἱ ἀγχοῦ τῶν ἀποθανόντων. κεχαλινωμένον δὲ ἰδὼν τὸ μειράκιον ὑπὸ τοῦ λόγου, ὁ ἐγκωμιάζων, εἶπεν, ὦ ξυγγραφεῦ, πότερον ἃ οἶδεν ἐπαινέσεται ἄμεινον, ἢ ἃ μὴ οἶδεν; ἃ οἶδεν ἔφη[4], πῶς γὰρ ἄν τις ἐπαινοῖ ἃ μὴ οἶδε; τὸν πατέρα ἦν ἤδη ποτὲ τὸν σαυτοῦ ἐπῄνεσας; ἐβουλήθην, εἶπεν. ἀλλ' ἐπεὶ μέγας τε μοι δοκεῖ, καὶ γενναῖος, ἀνθρώπων τε ὧν οἶδα κάλλιστος[5], οἴκου τε ἱκανὸς οἰκῆσαι, καὶ σοφίᾳ ἐς πάντα χρῆσθαι, παρῆκα τὸν ἐς αὐτὸν ἔπαινον, ὡς μὴ αἰσχύναιμι τὸν πατέρα λόγῳ ἧττονι. δυσχεράνας ἦν ὁ Ἀπολλώνιος, τυτὶ δὲ πρὸς τὰς φορτικὰς τῶν ἀνθρώπων ἔπασχεν; εἶτα ἔφη, ὦ κάθαρμα, τὸν μὲν πατέρα τὸν σαυτοῦ, ὃν ἴσα καὶ σεαυτὸν γιγνώσκεις[6] ἀκ ἂν οἴει πότ' ἂν ἱκανῶς ἐπαινέσαι; τὸν δ' ἀνθρώπων καὶ θεῶν πατέρα, καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, ὅσα περὶ ἡμᾶς[7] καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐστιν, εὐκόλως ὕτως ἐγκωμιάζων, ἔθ' ὃν ἐπαινεῖς δέδιας, ὅτε ξυνίεις ἐς λόγον καθισάμενος μείζονα ἀνθρώπου.

post illud plurima alia. Horae enim & quae in terra sunt, & super terram, & venti quod sint, itemque astra, haec, inquam, omnia Ioui debentur. Tum Apollonius, videris mihi, inquit, egregius esse laudator. Imo respondit, hinc & podagrae laudes scripsi, quin & caecitatis ac surditatis. At vero, inquit Apollonius, neque hydropisin, neque catarrhum [laudare] ab arte tua alienum puta, si talia laudare volueris. Imo magis eris commendabilis mortuos sectatus, & morborum, quibus interiere, laudes percensens. Minus enim hoc modo dolebunt defunctorum parentes ac filii, ceterique propinqui. Animaduertens autem ista oratione adolescentem paulo magis mansuefactum, qui laudes, inquit, referre, mi scriptor, voluerit, an quae cognita habet laudabit rectius, an quae non cognita habet? Quae cognita habet, respondit, quomodo enim quis quae non cognouerit laudaret? Num igitur, dixit Apollonius, de patris tui laudibus quicquam scripsisti? Volui, inquit ille, sed quoniam magnum eum & fortem virum existimo, omniumque quos vidi mortalium optimum, familiae item ordinandae aptissimum, & sapienter in omnibus versari solitum; laudationem eius scribere omisi, ne parenti dedecus indigna oratione afferrem. Indignatus igitur Apollonius, (id enim ei, vbi cum importunis hominibus res esset, eueniebat:) ita ne ergo dixit, o scelus, patrem quidem tuum, quem aeque ac te ipsum nosti, affatim te laudare haut posse putas? hominum tamen ac Deorum patrem, opificemque omnium, quae siue apud nos, siue supra nos existunt, leui adeo animo laudare aggressus, neque metuis quem laudas, neque ad orationem te accessisse humanas vires excedentem intelligis.

Ἄιδε ἐν Ὀλυμπίᾳ διαλέξεις[1] τῷ Ἀπολλωνίῳ περὶ τῶν χρησιμωτάτων ἐγίγνοντο, περὶ σοφίας τε γὰρ καὶ ἀνδρείας, καὶ σωφροσύνης, καὶ καθάπαξ, ὁπόσαι ἀρεταί εἰσι· περὶ τούτων ἀπὸ τῆς κρηπίδος τοῦ νεὼ[2] διελέγετο, πάντας ἐκπλήτ-

Disputationes autem in Olympia ab Apollonio de rebus vtilissimis institutae sunt: de sapientia enim & fortitudine, temperantia item, &, vt summatim dicam, de virtutibus vniuersis: de his, inquam, e templi crepidine differebat, admiratione implens omnes, C. XXXI.

---

3 καὶ ἀνέμους εἶναι] excideraat εἶναι priorib. edit. quod fide omnium MSS. nostrorum reuocauimus. A nominatiuo vero, αἱ ὧραι, ad infinitiuum vices nominatiui obeuntem cum accusatiuo transit oratio, quod genus ornatus non infrequens.

4 ἃ οἶδεν ἔφη] voces ἃ οἶδεν exciderant editione Morelliana, vitio typographorum haut dubie, nam Aldina habet cum omnibus MSS.

5 ἀνθρώπων τε ὧν οἶδα κάλλιστος] sic ex codice Vrbinate rescribendum putaui. edd. prior. ἀνθρώπων ὧν οἶδα καὶ κάλλιστος.

6 ὃν ἴσα καὶ σεαυτὸν γιγνώσκεις] nempe supra fassus hic orator fuerat, eum potius laudandum quem cognoscat quis, quam quem ignoret. Parentis igitur, ait, Apollonius perspectissima tibi natura, qui homo sit tibi similis; Deus contra, quod Pythagoricae & Platonicae scholae placitum, nec intelligi satis nec definiri potest.

7 περὶ ἡμᾶς] sic omnes MSS. nostri. Editi περὶ ἡμῶν.

CAP. XXXI. 1 διαλέξεις] non mihi istae videntur ex genere ἐπιδείξεων de quibus ad c. 29. not. 1. actum, ad captandam eloquentiae laudem compositarum, quod visum Cresollio Theatro Rhet. III, 6. verum philosophicae disputationes, quales Epicteti apud Arrianum & similes, quibus διαλέξεων nomen proprie competit.

2 ἀπὸ τῆς κρηπίδος τοῦ νεὼ] Iouis sc. Olympii. Sic apud Ephesios ἀπὸ τῆς κρηπίδος τοῦ νεὼ primam quoque διάλεξιν instituit supra huius libri cap. 2.

non

non ſententiis ſolum, ſed etiam dicendi genere. Confluentes igitur ad eum Lacedaemonii hoſpitem eum coram Ioue fecere, & iuuentutis Lacedaemoniae parentem vitaeque ducem, & ſenum decus. Interrogante autem Corinthio quodam, inuidia ducto, an non etiam Theophania ipſi ſint celebraturi, per Caſtores reſponderunt, iam parata illa ſunt. Apollonius tamen a talibus eos reuocabat, ne inuidiam aduerſus ſe concitaret. Poſtquam autem Taygeto ſuperato vidit Lacedaemonem gnauiter rem ſuam agentem, & bene ſe habere antiquas Lycurgi leges, non iniucundum putauit, ſi cum Lacedaemoniorum magiſtratibus quoque de rebus, de quibus interrogare eum cupiebant, colloquia inſtituat. Aduentantem igitur primo interrogarunt quo pacto coli Deos oporteret? quibus ille, perinde, inquit, ac dominos. rurſus quaeſiuere, quomodo [colendi] heroes? Tanquam patres, [reſpondit.] Tertio vero interrogantibus, quomodo homines colendi eſſent? Non Laconica eſt, inquit, interrogatio. Interrogarunt quoque quid de legibus ſuis ſentiret? Eas igitur ille optimos vocauit magiſtros. Magiſtri autem, dixit, clariſſimi erunt, ſi diſcipulos nacti fuerint minime negligentes. Quaerentibus porro eis, quid de fortitudine conſuleret? quid conſulerem? inquit, vt fortitudine vtamini.

τῶν, ἀ ταῖς διανοίαις μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἰδέαις τῦ λόγυ. περιςάντες ὧν οἱ Λακεδαιμόνιοι ξένον τε[3] παρὰ τῷ Διὶ [4] ἐποιῶντο, καὶ τῶν οἴκοι νέων πατέρα, βίυ τε νομοθέτην, καὶ γερόντων γέρας[5]. ἐρομένυ δὲ Κορινθίυ τινὸς[6] κατὰ ἀχθηδόνα, εἰ καὶ θεοφάνια[7] ἐπ' αὐτῷ ἄξυσι, νὴ τὼ Διώ, ἔφησαν[8], ἕτοιμά γε. ὁ δὲ Απολλώνιος ἀπῆγεν αὐτὸς τῶν τοιύτων, ὡς μὴ φθονοῖτο. ἐπεὶ δὲ, ὑπερβὰς τὸ Ταῦγετον, εἶδεν ἐνεργὸν[9] Λακεδαίμονα, καὶ τὰ τῦ Λυκύργυ πάτρια εὖ πράττοντα, οὐκ ἀηδὲς ἐνόμιςε τὸ καὶ τοῖς τέλεσι τῶν Λακεδαιμονίων ξυγγενέσθαι περὶ ὧν ἐρωτᾶν ἐβύλοντο. ἤροντο ὧν ἀφικόμενον, πῶς θεοὶ θεραπευτέοι; ὁ δὲ εἶπεν, ὡς δεσπόται. πάλιν ἤροντο, πῶς ἥρωες; ὡς πατέρες[10]. τρίτον δὲ ἐρομένων, πῶς δὲ ἄνθρωποι; ἀ Λακωνικὸν[11], ἔφη, τὸ ἐρώτημα. ἤροντο καὶ ὅ, τι ἡγοῖτο τὺς παρ' αὐτοῖς νόμυς; ὁ δὲ εἶπεν, ἀρίςυς διδασκάλυς· οἱ διδάσκαλοι δὲ εὐδοκιμήσυσιν, ἢν οἱ μαθηταὶ μὴ ῥαθυμῶσιν. ἐρομένων δ' αὐτῶν τί περὶ ἀνδρείας ξυμβαλεύοι; καὶ τί; ἔφη, τῇ ἀνδρείᾳ χρήσεσθαι[12].

3 ξένον τε — ἐποιῶντο] ſic & ſupra cap. 1. vbium mentio qui ξένον Apollonium fecerint. Nempe ius hoſpitii non inter priuatos tantum contractum, verum etiam inter principem & principem, populum & populum, quale hoſpitium Lydi & Myſii inuicem contraxere apud Herodot. in Clio. item Latini & Troiani profugi ap. Liuium lib. I. Imo & inter ciuitatem integramque populum atque priuatum, quale hic Apollonii cum Lacedaemoniis contractum. Sic Nicias πρόξενος τῶν Λακεδαιμονίων ap. Plutarch. & Callias apud Xenophontem Hellen. II. Sic Deliorum populus in decretis quae extant in append. ad Marm. Oxon. n. 3. & 5. Clinodemum & Mendicaeum προξένυς declarat.

4 παρὰ τῷ Διί] in Iouis Olympii templo hoc hoſpitium contractum eſſe dicit, vt ſanctior ſcilicet eius eſſet religio. Nam Ioui praecipua Iuris hoſpitii cura, qui ξένιος inde dictus. Homer. Odyſſ. ι'. v. 270.

Ζεύς τ' ἐπιτιμήτωρ, ἱκετάων τε ξείνων τε
ξείνιος, ὃς ξείνοισι ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

& Virgil. Aen. I. 735.

Iupiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

In templo igitur Iouis Olympii, dextrae inuicem datae, χαῖρε dictum, teſſerae datae & acceptae, ceterique ritus peracti qui in *hoſpitiis* contrahendis obſeruati.

5 γερόντων γέρας] magna autem apud Lacedaemonios ſenum veneratio. De iis Nicol. Damaſcen. de morib. Graecor. τὺς δὲ γέροντας αἰσχύνονται μᾶλλον ἢ τὸν πατέρα. Sed hic tamen γέροντες ſenatum eſſe puto, qui γερουσία apud Lacedaemonios, & ex ſenibus conſtabat.

6 Κορινθίυ τινὸς] forte Baſſus ille fuit, de quo ſupra cap. 26.

7 θεοφάνια] quae & ἐπιφάνεια dicta. Sacra nempe quae peragebantur, vbi praeſens aliquis Deus expectaretur, vt eius propitia ſit hominibus praeſentia. De iis dicenda occupauit vir ſummus Ez. Spanhemius de P. & V. Numiſm. p. 389 & ad Callimachum p. 610. ſqq.

8 νὴ τὼ Διώ, ἔφησαν] ſolenne Lacedaemoniis per Caſtorem iurare & Pollucem, feminis non minus quam maribus vid. obſeruata Meurſio Miſc. Lacon. II, 8. fin. ἔφησαν autem ſcripſimus pro ἔφη, quod in editis erat, ſenſu iubente.

9 ἐνεργὸν] *rerum ſuarum ſatagentem*, quod optime conuenit Lacedaemoni, quae otium & mollitiem ex Lycurgi inſtitutis maxime auerſari debebat. νεωγὸν tamen legit cod. Vratisl. quod ex iis forte explices quae ſupra cap. 27. de Lacedaemone Apollonii monitu *reformata* habentur: vt ſenſus ſit, vidiſſe Apollonium vrbem prauis moribus exutis *nouum* habitum induiſſe, aliiſque rebus operam dediſſe & *nouis*. Sed vereor vt vox ſit eo ſenſu vſu comprobata.

10 πῶς θεοὶ θεραπευτέοι — — ὡς πατέρες] *Deos* vt dominos, *heroes* vt *parentes* coli praecipit. Non opus autem vt Pythagoricum diſcrimen inter θεὺς ἀθανάτυς & ἥρωας ἀγαυὺς hic prolixius explicemus: videri poteſt Hierocles ad Aur. Carm. initium. vbi & prolixe de cultu vtriſque praeſtando. Diligenter autem diſcrimen inter cultum Deo ſummo, Dii & Heroibus, imo & animabus hac vita functis praeſtandum inculcabat Pythagoras, ne ſcilicet honor vere diuinus, ſoli Deo debitus, cum reuerentia confunderetur creaturis praeſtanda. vide Aurea Carm. l. c. & ibi Hieroclem, qui tamen ad v. 4. & ſequentes p. 50. θεοειδῆ εἰκόνα parentibus, ἡρωϊκὴν cognatis tribuit. Hinc paulo aliter honores diuerſis iſtis ſpiritibus tribuendos, quam hic ab Apollonio definiuntur ex mente Hieroclis; nempe *Dei* & *patres*, *heroes* & *cognati* iuxta eum colendi.

11 ἀ Λακωνικὸν] cur vero? puto quod *legibus Lycurgi* affatim ei rei proſpectum, quibus vt Reges, vt magiſtratus, vt ſenes colendi diligenter praeceptum.

12 χρήσεσθαι] ita ex cod. Vratisl. reſcripſi pro χρήσεσθε. Nempe ſic rectius a praecedente ξυμβαλέυοι ſuſpenderetur oratio. Ceterum in prioribus editionibus praua diſtinctio quoque ſenſum turbabat. Sic enim legebatur καὶ τί, ἔφη, τῇ ἀνδρείᾳ χρήσεσθε;

Ἐτύγχανε δὲ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον νεανίας Λακεδαιμόνιος, αἰτίαν ἔχων παρ' αὐτοῖς, ὡς ἀδικῶν περὶ τὰ ἤθη[1]. Καλλικρατίδα[2] μὲν γάρ, τοῦ περὶ ἀργινούσας ναυαρχήσαντος, ἦν ἔκγονος, ναυκληρίας δὲ ἦρα, καὶ ὁ προσεῖχε τοῖς κοινοῖς, ἀλλ' ἐς Καρχήδονα ἐξέπλει καὶ Σικελίαν, ναῦς πεποιημένος. ἀκούσας οὖν κρίνεσθαι αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ, δεινὸν ᾠήθη περιιδεῖν τὸν νεανίαν ὑπαχθέντα ἐς δίκην· καὶ, ὦ λῶστε, ἔφη, τί πεφρον-τικὼς παρίεις, καὶ μεσὸς ἐννοίας; ἀγών, εἶπεν, ἐπήγγελταί μοι δημόσιος, ἐπειδὴ πρὸς ναυκλη-ρίαις εἰμί, καὶ τὰ κοινὰ ὁ πράττω. καὶ πατὴρ δέ σοι ναύκληρος ἐγένετο, ἢ πάππος; ἄπαγε, εἶπε· Γυμνασίαρχοι[3] γάρ, καὶ Ἔφοροι, καὶ πα-τρονόμοι[4] πάντες. Καλλικρατίδας δὲ, ὁ πρόγο-νος, καὶ τῶν ναυαρχησάντων ἐγένετο. μῶν, ἔφη, τὸν ἐν ἀργινούσαις λέγεις; ἐκεῖνον, εἶπε, τὸν ἐν τῇ ναυαρχίᾳ ἀποθανόντα. ὅτ', ὦ[5] δίεβαλέ σοι, εἶπε, τὴν θάλατ[τ]αν ἡ τελευτὴ τοῦ προγόνου; μὰ Δί', εἶπεν, ὦ γὰρ ναυμαχήσων γε πλέω. ἀλλ' ἐμπόρων γε[6] καὶ ναυκλήρων κακοδαιμονέστερόν τι ἐρεῖς ἔθνος; πρῶτον μὲν περινοστοῦσι, ζητοῦντες ἐγορὰν κακῶς πράττουσαν· εἶτα προξένοις καὶ καπήλοις ἀναμιχθέντες, πωλοῦσί τε καὶ πωλοῦνται, καὶ τόκοις ἀνοσίοις τὰς αὐτῶν κεφαλὰς ὑποτιθέντες ἐς τὸ ἀρχαῖον[7] σπεύ-δουσι. κἂν μὲν εὖ πράττωσιν[8], εὐπλοεῖ ἡ ναῦς, καὶ πολὺν ποιοῦνται λόγον τοῦ μήτε ἑκόν-τες ἀνατρέψαι, μήτε ἄκοντες. εἰ δὲ ἡ ἐμπορία πρὸς τὰ χρέα οὐκ ἀναφέροιτο, μεταβάντες ἐς τὰ ἐφόλκια προσαράττουσι τὰς ναῦς, καὶ τὸν ἐτέ-

Erat & eo tempore Lacedaemonius qui- C. XXXII.
dam adoleſcens, reus apud eos contra patrios mores admiſſorum. Nempe ex Callicratidae, qui claſſi apud Arginuſas praefuerat, poſteris erat, nauticis autem ſtudiis captus publicam rem curabat minus, ſed Carthaginem petebat & Siciliam nauibus ſtructis. Audiens igitur [Apollonius] eius rei cauſa eum in ius eſſe vocatum, graue putauit negligere adoleſcentem, foro ſuccumbentem: atque, amice, dixit, ob quid animo obambulas anxius & meditabundus? Ille vero lis mihi, reſpondit, publice intentatur, quoniam rei nauticae deditus ſum & publica curare omitto. [Tunc Apollonius] paterne igitur aut auus tibi nauta fuit? Apage, inquiebat, Gymnaſiarchi enim fuere, & Ephori, legumque curatores omnes. Callicratidas autem, ex maioribus meis, claſſis etiam praefectus extitit. An tu, inquiebat, illum dicis, qui apud Arginuſas claſſi praefuit? Iſtum ipſum, inquit [adoleſcens,] qui etiam in claſſis praefectura diem obiit. Tum ille: tibi autem annon, inquit, inuiſum reddidit pelagus proaui tui exitus? Atqui ego per Iouem, reſpondit, non pugnandi cauſa nauigo. An vero [Apollonius aiebat] miſerum magis hominum genus poſſis nominare quam negotiatorum, & nauticae rei deditorum? Primum enim circumeunt nundinas quaerentes infeliciter celebratas: deinde pararíis & inſtitoribus miſti vendunt & venduntur, ſortemque ſuam iniquiſſimo foenore locantes e vt ſors ex foenore pauciſſimo tempore redeat operam nauant. Quod ſi res proſpere ſucceſſerint, bene nauigauit nauis, multumque gloriantur, quod neque inuiti, neque volentes vnquam nauem amiſerint: ſi quaeſtus autem aeri alieno ſoluendo non ſufficiat, in lembum deſilientes, naues in ſcopulos immittunt, aliorumque fa-

CAP. XXXII. 1 ὡς ἀδικῶν περὶ τὰ ἤθη] in quo conſiſtat illud nefas ipſe paulo poſt explicat iuuenis, propterea ſe accuſari inquiens ὅτι πρὸς ναυκληρίαις εἰμὶ, καὶ τὰ κοινὰ ὁ πράττω. Nempe vt Nicol. Damaſcen. habet de morib. Gr. Λακεδαιμονίοις τέχνας μανθάνειν ἄλλας ἢ τὰς εἰς πόλεμον, αἰσχρὸν ἦν. forte & id accedebat quod hac ratione peregre proficiſceretur, οὐκ ἐξῆν δὲ, vt idem habet, Σπαρτιάταις ξενιτεύειν. Imo & χρηματίζεσθαι αἰσχρὸν Σπαρτιάτῃ, quaeſtum vero, vt paulo poſt fatetur ipſe, nautica quaerebat hic iuuenis.

2 Καλλικρατίδα] Lyſandri ille in Imperio fuit ſucceſſor, qui bis vicit nauali praelio Athenienſes, poſtremo victus ab iis ad Arginuſas eſt, (quae erant tres inſulae inter Maleam Lesbi & Catanidem Aſiae promontorium, vt eſt apud Strabon. lib. XIII. p. 617.) fortiterque pugnans occubuit. De eo multa Herodot. lib. VII. cap. 165. Xenophon. Hellen. lib. I. Diodorus Sic. l. XIII. Plutarchus in Pericle, Pelope, Laconicis &c.

3 Γυμνασίαρχοι] intelligit eos, quos Βενδιαίους vocabant Lacedaemonii, qui Plataniſtis aliiſque Epheborum agonibus praeerant. Pauſan. Laconic. c. 11. τοῖς Βενδιαίοις μὲν ἐπὶ τῷ τὰ πλατάνιστα καλούμενα, καὶ ἄλλας τῶν ἐφήβων ἀγῶνας τιθέναι καθέστηκεν. Quinque fuiſſe Βενδιαίους, numero Ephoris aequales, idem teſtatur.

4 πατρονόμοι] haut dubie intelliguntur, qui νομοφύλακες dicti apud Laconas, de quorum officio ex nomine conſtat. vide tamen Cragium de Rep. Lacedaemon. lib. II. c. 5.

5 ὅτ', ὦ] ſic ex cod. Palatino reſcripſimus pro εἶτ' ὦν, quod erat in editis. Non repugnauero tamen ſi quis legi hic velit εἶτ' ὦ.

6 ἀλλ' ἐμπόρων γε] haec iam Apollonii haut dubie rurſum ſunt, iſtud vitae genus Laconi diſſuadentis.

7 ἀρχαῖον] vocem iſtam non intelligentes ridicule vertebant priores interpretes. Nempe ἀρχαῖα, τῶν δανείων τὰ κεφάλαια v. Heſych. Et Pollux lib. III. cap. 9. fin. καλεῖται δὲ τὸ μὲν κεφάλαιον ἀρχαῖον. Senſus igitur, homines iſtos, *foenore* iniquo id agere, vt quam pauciſſimo tempore *ſors* ex foenore redeat, quae noſtris legibus XXmo demum anno redit.

8 κἂν μὲν εὖ πράττωσιν] id eſt ſi multum lucri faciant, ſic antea ἀγορὰ κακῶς πράττουσα, *nundinae in quibus* non multum inſtitores ceteriique *mercantes vendendo lucrentur*, eis vili pretio ementibus merces ſuas addicere coactis.

culta-

cultates nautae, in diuinitus immissam necessitatem culpam reiicientes, impie ipsi perdunt, & quidem minime inuiti. Quod si autem vel maxime etiam tale non esset maritimum nauticumque hominum genus, hoc tamen, quod Spartiata qui sit, parentibusque ortus, qui in media Sparta vitam egerunt, in concaua iaceat naui, Lycurgi atque Iphiti oblitus, sarcinarum vero memor & nauticarum minutiarum, quantum non habet ignominiae? Si aliud enim nihil, ipsam saltem Spartam ob animum habere oportebat, quandiu terrestribus negociis intenta fuit ad coelum vsque gloria pertingere visam: in mari vero mersam quasi atque deletam, non solum quantum ad res maritimas, verum etiam terrestres. His verbis ita iuuenem permouit, vt capite in terram inclinato plorauerit, quod tantum a suis maioribus se degenerasse audiret, nauesque, in quibus vitam egerat, reliquerit. Cumque adeo restitutum ipsum videret Apollonius, terrestriaque negotia iam praeferre, ad Ephoros duxit, atque, vt iudicio absolueretur, impetrauit.

c. XXXII. Est quoque illud inter ea quae Lacedaemone gesiit: Epistola ab Imperatore ad Lacedaemonios missa est in *commune* eorum, animaduertens, quod libertate elati abutantur. Hanc autem epistolam proconsulis Achaiae ipsis procurauerant calumniae. Ancipites igitur manebant Lacedaemonii, ipsaque secum dissidebat Sparta, an ira Caesaris sit deprecanda, an magno potius animo esset rescribendum. In hoc igitur negotio tum sibi adsciuerunt Apollonium, consilium daturum de moribus in epistola exprimendis. Qui postquam inter se dissidentes illos animaduertit, in *commune* eorum procedens breuiter in hunc modum locutus est: *Palamedes literas inuenit, non scribendi solum causa, sed etiam vt cognosceretur quae scribenda non essent.* Atque

ρων ναῦται βίον, θεῷ ἀνάγκην ἐπόντες, ἀθεώτατα καὶ ὑδὲ ἄκοντες αὐτοὶ ἀφείλοντο. εἰ δὲ καὶ μὴ τοιοῦτον ἦν τὸ θαλάττιον ἔργον τε καὶ ναυτικὸν ἔθνος, ἀλλὰ τόγε Σπαρτιάτην ὄντα, καὶ πατέρων γεγονότα, οἱ μέσην ποτὲ τὴν Σπάρτην ᾤκησαν, ἐν κοίλῃ νηὶ κεῖσθαι, λήθην μὲν ἔσχοντα [9] Λυκέργε τε καὶ Ἰφίτε, φόρτε δὲ μνήμονα, καὶ ναυτικῆς ἀκριβολογίας, τίνος αἰσχύνης ἄπεσιν; εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὴν γοῦν Σπάρτην αὐτὴν ἔδει ἐνθυμεῖσθαι, ὡς, ὁπότε μὲν τῆς γῆς εἶχετο ἐρανομήκη δόξασαν· ἐπὶ δὲ θαλάττης [10] βυθισθεῖσάν τε καὶ ἀφανισθεῖσαν [11] οὐκ ἐν τῇ θαλάττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ γῇ [12]. τέτοις τὸν νεανίαν ὕτω διεχειρώσατο τοῖς λόγοις, ὡς νεύσαντα αὐτὸν ἐς τὴν γῆν κλαίειν, ἐπεὶ τοσῦτον ἤκουσεν [13] ἀπολελεῖφθαι τῶν πατέρων, ἀποδόσθαι τε τὰς ναῦς, ἐν αἷς ἔζη. καθεζῶτα δὲ αὐτὸν ἰδὼν ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ τὴν γῆν ἀσπαζόμενον, κατήγαγε παρὰ τὺς ΕΦόρυς, καὶ παρητήσατο τῆς δίκης.

Κἀκεῖνο τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἐπιστολὴ ἐκ βασιλέως Λακεδαιμονίοις ἦλθεν, ἐπίπληξιν ἐς τὸ κοινὸν αὐτῶν φέρουσα, ὡς ὑπὲρ τὴν ἐλευθερίαν ὑβρίζοντων [1]. ἐκ διαβολῶν δὲ τῶ τῆς Ἑλλάδος ἄρχοντος, ἐπέσταλτο αὐτοῖς ταῦτα. οἱ μὲν δὴ Λακεδαιμόνιοι ἀπορίᾳ εἶχοντο, καὶ ἡ Σπάρτη πρὸς ἑαυτὴν ἤμελλεν, εἴτε χρὴ παραιτεμένυς τὴν ὀργὴν τῶ βασιλέως, εἴτε ὑπερφρονῦντας ἐπισέλλειν. πρὸς ταῦτα ξύμβολον ἐποίσω τότε τὸν Ἀπολλώνιον, τῶ τῆς ἐπιστολῆς ἤθυς. ὁ δὲ, ὡς εἰδέ τε διεσκηκότας, παρῆλθεν ἐς τὸ κοινὸν αὐτῶν, καὶ ὧδε ἐβραχυλόγησε· "Παλαμήδης ἔυρε γράμματα ἐχ ὑπὲρ τῶ γράφειν μόνον, ἀλλὰ καὶ "ὑπὲρ τῶ γιγνώσκειν, ἃ δεῖ μὴ γράφειν [2]." ὕτω

9 λήθην μὲν ἔσχοντα] male priores editiones ἴσχον τά. Restitui lectionem quam iuxta cum sensu omnes MSS. nostri probant. Gruterus quoque Salmasiusue ad marginem cod. sui rescripserat ἴχοντα.

10 ἐπὶ δὲ θαλάττης] sic omnes MSS. nostri vnico excepto Vratisl. qui habet vt in antea editis erat: ἐπεὶ δὲ τῆς θαλάττης ἐπεθύμησε. Videtur postquam praepos. ἐπὶ facillimo lapsu in ἐπεὶ fuit mutata, verbum ἐπεθύμησε deinde quasi necessitate quadam infartum fuisse. Ceterum idem iudicium de amisso Lacedaemoniorum principatu, postquam maris imperium affectassent, Isocratis est, in oratione *ad Philippum*, vbi Lacedaemonios ab Alcibiade persuasos τῆς κατὰ θάλατταν δυνάμεως ἐπιθυμῆσαι, καὶ τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν ἀπωλέσαι ait. Similia legas apud Aristid. orat. *de Concordia*.

11 βυθισθεῖσ. τε καὶ ἀφανισθ.] spectat praelium nauale ad Cnidum, quo Conone duce Spartani victi & profligati, pluribus nauibus amissis, principatu excidere. vid. Isocrates orat. ad Philippum. Demosthenes in Leptin. Aristides Rhodiac. fin. Diodor. Sic. lib. XIII. & Cornel. Nepos in Cononе. Factum hoc cum vix X. annis totius Graeciae principatum ii obtinuissent.

12 ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ γῇ] clades scilicet, paulo post praelium nauale ad Cnidum, ad Leuctra denuo accepta, qua & terrae imperium, vt antea maris amiserunt. Vt noster autem h. l. sic Aristides fere l. c. ἐξέπιπλον μὲν ἐκ θαλάττης, κατεπατεῖτο δὲ ἐν τῇ γῇ.

13 ἤκουσεν] hanc vocem omittunt omnes codd. nostri.

CAP. XXXIII. 1 ὑπὲρ τὴν ἐλευθερίαν ὑβριζόντων] nempe in ipsis prouinciis Romanis, qualis tunc Achaia, Peloponnesum comprehendens, quae Proconsularis a Claudii inde temporibus erat, ciuitatibus quibusdam libertas relicta & αὐτονομία, quod notum. Eoque Lacedaemonii in Graecia fruebantur. Nam toti quidem Achaiae post haec demum libertas a Nerone data, cum in ludis Graeciae ille vicisset. Hinc ἄρχοντος paulo post mentio, qualis nullus in Graecia cum tota libertatem indepta esset.

2 ὑπὲρ τὸ γιγνώσκειν, ἃ δεῖ μὴ γράφειν] nempe litterae

μὲν δὴ Λακεδαιμονίοις ἀπῆγε τῷ μήτε θρασεῖς, μήτε δειλοὺς ὀφθῆναι.

hoc modo Lacedaemoniis dissuasit, vt vel audacius, vel meticulosius in scribendo se gererent.

Διατρίψας δ' ἐν τῇ Σπάρτῃ μετὰ τὴν Ολυμπίαν χρόνον, ὡς ἐτελεύτα ὁ χειμών, ἐπὶ Μαλέαν ἦλθεν ἀρχομένῳ ἦρος, ὡς ἐς τὴν Ρώμην ἀφήσων. διανοουμένῳ δ' αὐτῷ ταῦτα, ἐγένετο ὄναρ τοιόνδε. Εδόκει γυναῖκα μεγίστην τε καὶ πρεσβυτάτην περιβάλλειν αὐτὸν, καὶ δεῖσθαί οἱ ξυγγίνεσθαι, πρὶν ἐς Ιταλὸς πλεῦσαι. Διὸς δὲ εἶναι ἡ τροφὸς ἔλεγε, καὶ ἦν αὐτῇ στέφανος, πάντ' ἔχων τὰ ἐκ γῆς καὶ θαλάττης. Λογισμὸν δὲ αὐτῷ διδὺς τῆς ὄψεως, ξυνῆκεν ὅτι πλευστέα ἐς Κρήτην πρότερον, ἣν τροφὸν ἡγούμεθα τοῦ Διὸς[1], ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ ἐμαιεύθη· ὁ δὲ στέφανος καὶ ἄλλην ἴσως δηλώσει νῆσον[2]. ὡσῶν δὲ ἐν Μαλέᾳ νηῶν πλειόνων, αἱ ἐς Κρήτην ἀφήσειν ἔμελλον, ἐνέβη ναῦν ἀποχρῶσαν τῷ κοινῷ. κοινὸν δὲ ἐκάλει τοὺς τε ἑταίρους[3], καὶ τοὺς τῶν ἑταίρων δούλους[4], οὐδὲ γὰρ ἐκείνους περιεώρα. παραπλεύσας δὲ Κυδωνίαν, καὶ προσπλεύσας ἐς Κνωσσὸν τὸν μὲν Λαβύρινθον, ὃς ἐκεῖ δείκνυται, ξυνεῖχε δὲ οἶμαί ποτε τὸν Μινώταυρον, βουλομένων ἰδεῖν τῶν ἑταίρων, ἐκείνοις μὲν ξυνεχώρει τοῦτο· αὐτὸς δὲ, οὐκ ἂν ἔφη θεατὴς γενέσθαι τῆς ἀδικίας τοῦ Μίνω. προῆει δὲ ἐπὶ Γόρτυναν, πόθῳ τῆς Ιδης[5]. ἀνελθὼν δ' ἂν, καὶ τοῖς θεολογουμένοις[6] ἐντυχὼν, ἐπορεύθη ἐς τὸ ἱερὸν τὸ Λεβηναῖον[7]. ἔστι δὲ Ασκληπιῷ, καὶ ὥσπερ ἡ Ασία ἐς τὸ Πέργαμον[8], ὅτως ἐς τὸ ἱερὸν τοῦτο ξυνεφοίτα ἡ Κρήτη, πολλοὶ δὲ καὶ Λιβύων[9] ἐς αὐτὸ περαιοῦνται· οὐ γὰρ τέτραπται

Cumque Spartae aliquanto post Olympia commoratus esset; hyeme exeunte, vere nouo Maleam profectus est, eo consilio vt inde Romam transmitteret. Haec autem animo agitanti somnium obuenit huiusce modi. Visa est mulier statura maxima, venerabilis aetatis, illum amplecti, rogareque vt se conueniret ante quam nauigaret in Italiam. Aiebat autem se Iouis nutricem esse, coronamque gerebat, omnibus, quae terra mareue praebent, ornatam. Cum igitur sibi ipsi somnium examinandum permitteret, nauigandum sibi prius esse in Cretam intellexit, quam pro Iouis nutrice habemus, quia in ipsa fuit educatus: corona vero aliam quoque quamcunque insulam significare possit. Cumque essent apud Maleam naues complures in Cretam nauigaturae, ipse nauim delegit, *communi* capiendo parem. *Commune* vero socios vocabat suos, sociorumque seruos, neque illos enim etiam negligebat. Praeteruectus autem Cydoniam, & ad Gnossum appellens, cupientibus sociis Labyrinthum, qui ibi monstratur, (Minotaurum autem olim, vt puto, continebat) lustrare, illos quidem, quo minus id facerent, minime prohibuit: ipsum vero se spectatorem iniustitiae Minois esse nolle dixit. Gortynam vero perrexit Idae montis desiderio. Quo conscenso lustratisque quae ibi sunt rebus diuinis, in templum venit Lebenaeum. Est autem illud Aesculapio dicatum: & sicut Asia vniuersa Pergamum, ita omnis Creta ad hoc templum confluere solebat, multis Afrorum eo etiam nauigantibus. Vergit enim id templum ad

---

C. xxxiv.

inuentae ad iuuandos profectus hominum in scientia atque prudentia. Prudentiae vero est nosse quid non scribi praestet.

CAP. XXXIV. 1 τροφὸν ἡγούμεθα τοῦ Διὸς] qui inde κρηταγενὴς dicitur in nummis Cretensium ab Harduino productis. An vero in Dictaeo an Idaeo Cretae monte ortus sit dubitat Callimachus hymn. in Iou. v. 5. sq. In illo natum, in hoc educatum Grammatici Graeci putant ad Aratum v. 33. vide ibi τὸν πάνυ Grotium.

2 καὶ ἄλλην ἴσως δηλώσει νῆσον] quoniam ex terrestribus maritimisque erat contexta. Forte tamen Principatum inter insulas haec corona significat. Titulo enim τῆς βασιλευούσης τῶν νήσων Creta afficitur in Inscriptione vetere ap. Gruter. p. 1092.

3 κοινὸν δὲ ἐκάλει τούς τε ἑταίρους] nempe Pythagorae exemplo, τὸ ἴδιον πᾶν ἐξορίσαντος, teste Iamblicho de vit. eius c. 30. omnia ipsi & discipulis *communia*, vnaque de *communi* ipsi viuebant. Hinc κοινὸν vocat istud consortium, vt Pythagoraeorum societas κοινόβιον dicta teste Gellio I, 9. & ipsi κοινόβιοι apud Iamblich. I, 6. Pythagorae tamen discipulorum omnium non eadem hac ex parte viuendi ratio, vid: Iambl. vit. Pythagor. c. 18. p. 84.

4 ἑταίρων δούλους] editi ἑταίρων ἄλλους δούλους. Vox ἄλλους redundare visa, omittitur in cod. Vrbin. & ita Morellus quoque inuenerat. Videtur mihi ἄλλους pro δούλους substitutum, ab aliquo qui seruos admissos in disciplinam aegre ferret, deinde vtrumque fuisse coniunctum. Non rarum autem seruos a philosophis ad scholas admitti: librumque scripsit, Suida teste, Ister περὶ τῶν διατεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων. Exempla talium multa collegit Gellius II, 18.

5 τῆς Ιδης] ibi enim vt ante monitum Iupiter ex quorundam sententia educatus Apollon. Argon. II. v. 1137.

ὁ δὲ Κρηταῖον ὑπ' ἄντρον
Ζεὺς ἔτι Κυρήτεσσι μετατρέφετ' Ιδαίοισιν.

6 τοῖς θεολογουμένοις] *theologos* in illo monte intellexere interpretes. Θεολογούμενα potius sunt ipsae res diuinae, monimenta & vestigia Iouis, ibi educati, *antrum* cuius apud Apollonium Rhodium mentio itemque apud Diodorum Sic. lib. V. in quod Epimenidem quoque Pythagoram descendisse Diogenes ait lib. VIII. aliaque eius generis, populus sc. nigra in antri aditu, item thronus Iouis de quibus vid. Meursius in Creta lib. II. c. 3.

7 τὸ Λεβηναῖον] *Lebena* vrbs Plinius IV, 20. Λεβὴν Straboni lib. X. p. 478.

8 ἐς τὸ Πέργαμον] vid. sup. huius lib. cap. 1.

9 Λιβύων] Salmas. orae codicis alleuerat Λιγύων & paulo post Λιγυκὸν πέλαγος ad Λιβυκὸν πέλ. Vt *Ligures* & mare *Ligusticum* hic intelligi maluisse videatur. Sed receptam

Liby-

Libycum pelagus, ſecundum Phaeſtum, oppidum, vbi magnam aquarum marinarum vim paruus cohibet lapis. Lebenaeum autem appellari templum dicunt, quoniam ab ipſo promontorium protenditur leonis imaginem referens, qualia multa caſu aggeſta ſaxa monſtrare ſolent. Fabulam autem de promontorio narrant, quaſi vnus hic ſit ex leonibus, qui Rheae matris iugum olim ſubierunt. Hic cum circa meridiem Apollonius aliquando diſſereret, (cum viris autem diſſerebat pluribus, qui templum religionis cauſa adierant;) ingens terrae motus Cretam concuſſit. Tonitru praeterea non ex nubibus, ſed ex terra remugiit, mareque ſtadiis circiter ſeptem receſſit. Timebant autem plerique ne pelagus ſeſe ſubducens templum quoque raperet ſecum, ita vt omnes aueherentur. Apollonius autem bono, inquit, eſte animo: mare enim terram peperit. Putabant autem elementorum conſpirationem eum intelligere, & quod nihil noui in terram mare ſit patraturum. Poſt paucos vero dies ex Cydonia prouincia venientes nonnulli, nuntiarunt circa meridiem diei eiuſdem qua iſtud oſtentum obſeruatum fuerat, ex mari inſulam in freto editam eſſe, quod inter Theram Cretamque iacet. Sed nos orationis prolixitatem fugientes, ad ſuſceptos Romae labores tranſeamus, qui ipſi poſt exantlatam in Creta [operam] ſuſcepti fuerunt.

πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος, κατὰ γῆν τὴν Φαιστὸν[10], ἔνθα τὴν πολλὴν ἀνείργει θάλατταν ὁ μικρὸς λίθος[11]. Λεβηναῖον δὲ τὸ ἱερὸν ὠνομᾶσθαί φασιν, ἐπειδὴ ἀκρωτήριον ἐξ αὐτῆς κατατείνει λέοντι εἰκασμένον[12], οἷα πολλὰ αἱ ξυντυχίαι τῶν πετρῶν ἀποφαίνουσι. μῦθόν τε ἐπὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ ᾄδουσιν, ὡς λέων εἷς ἕτος γένοιτο τῶν ὑποζυγίων ποτὲ τῇ Ρέᾳ[13]. ἐνταῦθα διαλεγομένῳ ποτὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ περὶ μεσημβρίαν, διελέγετο δὲ πολλοῖς ἀνδράσιν, ὑφ' ὧν τὸ ἱερὸν ἐθεραπεύετο, σεισμὸς ἀθρόως τῇ Κρήτῃ προσέβαλε. βροντὴ δὲ, οὐκ ἐκ νεφελῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς ὑπήχησεν, ἡ θάλαττα δὲ ὑπενόστησε σταδίαις ἴσως ἑπτά. καὶ οἱ μὲν πολλοὶ ἔδεισαν μὴ τὸ πέλαγος ὑποχωρῆσαν ἐπισπάσηται τὸ ἱερὸν, καὶ ἀπενεχθῶσιν. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, θαρσεῖτε, ἔφη· ἡ γὰρ θάλαττα γῆν ἔτεκε. καὶ οἱ μὲν ᾠοντο αὐτὸν τὴν ὁμόνοιαν τῶν στοιχείων[14] λέγειν, καὶ ὅτι μηδὲν ἂν ἡ θάλαττα νεώτερον ἐς τὴν γῆν ἐργάσαιτο. μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας ἀφικόμενοί τινες ἐκ τῆς Κυδωνιάτιδος ἤγγειλαν, ὅτι κατὰ τὴν ἡμέραν τε καὶ μεσημβρίαν, ἣν ἐγένετο ἡ διοσημία, νῆσος ἐκ τῆς θαλάττης ἀνεδόθη[15], περὶ τὸν πορθμὸν τὸν διαῤῥέοντα Θήραν τε καὶ Κρήτην. ἔασαντες ὃν λόγων μῆκος, ἔλθωμεν καὶ ἐπὶ τὰς ἐν Ρώμῃ σπουδὰς, αἳ ἐγένοντο αὐτῷ μετὰ τὴν ἐν Κρήτῃ.

c. XXXV. Nolebat philoſophiae ſtudia permittere Nero; verum magiae ipſi ſuſpecti philoſophi videbantur, & diuinandi artem [philoſophiae praetextu] tegere. Atque ita tum pallium ad tribunal vocatum eſt, tanquam artis diuinatoriae velum. Mitto

Νέρων δ' ξυνεχώρει φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ περίεργον[1] αὐτῷ χρῆμα οἱ φιλοσοφοῦντες ἐφαίνοντο, καὶ μαντικὴν συσκιάζοντες. καὶ ἦλθε ποτὲ ὁ τρίβων ἐς δικαστήριον, ὡς μαντικῆς σχῆμα. ἐῶ

---

lectionem Geographicae confirmant tabulae. Sane Creta auſtrali latere toto Libyco mari exponitur.

10 κατὰ γῆν τὴν Φαιστὸν] ſic & *Lebenaei* promontorii ſitum deſcribit Dionyſ. παρὰ Γόρτυνα καὶ Ηπειρώτιδα Φαιστὸν illud in mare protendi dicens. Perieg. v. 98.

11 ὁ μικρὸς λίθος] ita appellat ipſum promontorium, quod paruum erat ſaxum, ſi comparetur cum ampliſſima aquarum circumfuſarum mole.

12 λέοντι εἰκασμένον] inde & nunc nomen retinet *Liondà*. Olim tamen *arietis caput* quibuſdam potius viſum referre, κριοῦ μέτωπον appellatum propterea, quo nomine venit Dionyſ. Perieg. l. c. vbi vide Euſtathium.

13 Ρέᾳ] in cuius peculiari tutela Creta, ibi Iouem peperit enim.

14 ὁμόνοιαν τῶν στοιχείων] *aquae* nempe & *terrae*, quibus tum quidem bene conuenire dicat, vt nihil in hanc illa νεώτερον moliatur. Simili modo lib. V. cap. 5. fin. horum στοιχείων φιλότητος meminit. νεώτερον autem hic illum ſenſum habet, quem, vbi de motibus in Republica ſermo, habere ſolet. Romani enim etiam dicunt *res nouas moliri*: nempe continuatur allegoria voce ὁμονοίας coepta.

15 νῆσος ἐκ τῆς θαλάττης ἀνεδόθη] Claudio imperante inſulam in iſto tractu natam terrae motu narrant Seneca, Euſebius, Caſſiodorus. Vnde grauiter vapulat Scaligero in not. ad Euſeb. p. 191. Philoſtratus noſter, qui ad Olymp. CXXI. haec retulerit. Quaſi vero ſimile quid illo tempore accidere non potuerit. Sane vice plus ſimplici iſto in loco tale quid factum eſſe ipſa exempla Scaligero allata probant.

CAP. XXXV. 1 περίεργον] male *ignauum* interpretes priores. Idem hic vocis ſenſus qui Act. XIX, 19. quo loco per περίεργα γοητικὰς βίβλους intelligunt Eccleſiaſtici viri omnes. Sicque Ariſtaenetus Ep. XIIX. l. II. τὶς εἶναι τῶν περιέργων ἐδόκει. Vbi *magus* ac *beneficus* manifeſte intelligitur. Plura de hac voce Hammondus ad Acta Apoſtol. cui hic Philoſtrati locus non obſeruatus, apud quem tamen vox περίεργον mox explicatur per μαντικὴν, magiae partem. Neroni autem magi *viri* philoſophi, quod illa aetate καθάρσια & *Theurgica*, quae plerique Philoſophi, inprimis *Eclectici* & *Platonici* ſequebantur, in ipſiſſimam magiam degenerarent. Affatim id loquuntur quae de ipſo Apollonio in hoc opere legimus, & quae paulo poſt haec tempora a Porphyrio, Iamblicho, Proclo, Marino, Plotino ſcripta hodienum leguntur. Magos vero perſequebatur Nero, poſtquam ipſe magiae operam nauaſſet, omniaque quae ea promitteret *vana falſaque comperiſſet*, qua de re Plin. H. N. XXX, 5.

τοὺς ἄλ-

τὰς ἄλλας. ἀλλὰ Μεσώνιος, ὡς Βαβυλώνιος, ἀνὴρ Ἀπολλωνίᾳ [2] μὲν δεύτερος [3], ἐδέθη ἐπὶ σοφίᾳ [4], καὶ ἐκεῖ μὲν ὢν [5] ἐκινδύνευσεν. ἀπέθανε δ' ἂν τὸ ἐπὶ τῷ δήσαντι [5], εἰ μὴ σφόδρα ἔρρωτο. ἐν τοιαύτῃ καταστάσει φιλοσοφίας ὄσης ἔτυχε προσιὼν τῇ Ῥώμῃ.

ceteros. Musonius quidem, vt Babylonius, vir Apollonio sapientia proximus, in vincula ob philosophiam coniectus est. In eis vero dum esset, in magno periculo fuit. Mortuusque fuisset, quantum ad eum cuius iussu in vinculis erat, nisi valido robustoque corpore extitisset. Dum in hoc statu philosophia esset, Apollonius Romam venit.

Στάδια δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀπέχων, ἐνέτυχε Φιλολάῳ τῷ Κιτιεῖ, περὶ τὸ νέμος τὸ ἐν τῇ Ἀρικείᾳ. ἦν δὲ ὁ Φιλόλαος, τὴν μὲν γλῶτταν ξυγκείμενος [1], μαλακώτερος δὲ καρτερῆσαί τι. ὅστος ἀναλύων ἀπὸ τῆς Ῥώμης, αὐτός τε ἐώκει φεύγοντι, καὶ ὅτῳ ἐντύχοι φιλοσοφοῦντι, παρεκελεύετο τὸ αὐτὸ πράττειν. προσειπὼν οὖν τὸν Ἀπολλώνιον, ἐκέλευεν [2] ἐκχῆναι τῷ καιρῷ, μηδὲ ἐπιφοιτᾶν τῇ Ῥώμῃ, διαβεβλημένῃ τὸ φιλοσοφεῖν. καὶ διηγεῖτο τὰ ἐκεῖ πραττόμενα, θαμὰ ἐπιστρεφόμενος, μή ἐπακροῶτό τις αὐτῷ κατόπιν. σὺ δὲ καὶ χορὸν φιλοσόφων ἀναψάμενος, εἶπε, βαδίζεις, φθόνῳ μεσὸς, οὐκ εἰδὼς τοὺς ἐπιτεταγμένους ταῖς πύλαις ὑπὸ Νέρωνος, οἳ ξυλλήψονταί σέ τε καὶ τούτους, πρὶν ἔσω γενέσθαι. τί δ' εἶπεν, ὦ Φιλόλαε, τὸν αὐτοκράτορα σπουδάζειν φασὶν [3]; ἠνιοχεῖ, ἔφη, δημοσίᾳ, καὶ ἄδει

C. XXXVI. Cum vero stadiis adhuc viginti supra centum Roma abesset, apud Aricinum nemus in Philolaum Cittieum incidit. Erat autem Philolaus lingua quidem satis promptus, sed mollior si quid esset ferendum. Is igitur Roma discedens, & ipse fugienti similis extitit, & quoscunque inueniebat philosophos, vt idem facerent, admonuit. Apollonio igitur salutato, vt tempori cederet suasit, neque Romam adiret, cum in odio sit philosophia. Narrabatque quae ibi gerebantur, retrospiciens identidem, ne forte a tergo aliquis, quae dicebat, audiret. Tu vero, aiebat, philosophorum insuper trahens chorum inuidiae vadis maxime obnoxius, ignorans scilicet, quales sint, qui portis praefecti a Nerone sunt, qui te simul & hos comprehendent, ante quam ingrediamini. Quid vero, Apollonius aiebat, o Philolae, agere aiunt Imperatorem? Publice, respondit ille, aurigam agit, can-

---

2 Μεσώνιος, ὡς Βαβυλώνιος, ἀνὴρ Ἀπολλ. &c.] haec ego ita legi atque distingui malim: In vulgatis est Μεσώνιος ὁ Βαβυλώνιος ἀνὴρ, Ἀπολλωνίᾳ &c. Ratio cur aliter legendum putem, est, quod vel *Musonii* nomen prodat patriam eum *Babylona* non habuisse: quodque non dubitem, eundem eum esse cum illo, cuius rursum mentio apud nostrum inf. huius libri cap. 41. vbi de eius carcere, item lib. V. c. 19. vbi de eo Isthmum fodiente & lib. VIII. c. 16. vbi de eodem *Gyara* relegato: vbi patria ipsi *Tyrrhenia* fuisse dicitur. Idem igitur hic Musonius cum eo, de quo Suidas, *Tyrrhenum*, e *Volsinia*, eum esse dicens. Conuenit tempus, indoles, conditio, omnia, atque id inprimis quod Διαλεκτικὸν Philosophum dicit, & Στωϊκὸν. Nempe Stoicos in doctrina morum & aliis forte sequebatur: Διαλεκτικὸν autem intelligo Platonico sensu, quo doctrina de Spiritibus & Theurgica ad Dialecticam pertinet, vnde magiae suspectus factus: *magi* autem *diuini* & *Chaldaei* passim in edictis Impp. coniunguntur: vt *Babylonius* igitur h. e. *Chaldaeus* vel *Magus* Musonius in vincula coniectus. Ceterum notus C. Musonius Rufus, de quo Plinii locum lib. III. ep. 11. Taciti Hist. l. III. c. 81. Dionis lib. LXII. p. 714. Themistii, or. 7. p. 94. Iustini apol. I. p. 96. obseruauit N. Tillemontius in Nerone p. 502. Idem ad eum quoque referenda putat, quae de ipso & Rubellio Plauto habentur apud Tacit. Ann. XV, 71. item quae de Musonio a Galba ab exilio reuocato habet Tacitus III, 81. & de eodem a Vespasiano, reliquis relegatis Philosophis, Romae detento, Plinius lib. III. ep. 11. & Dio lib. LXVI. p. 751. Mentio etiam Musonii apud Iulianum in ep. ad Themistium p. 265. vbi fortem eius contra τὴν τῶν τυράννων ὠμότητα animum celebrat. Adde & a Scaligero obseruata nonnulla ad Eusebii Graeca p. 201. qui tamen not. ad Euseb. p. 197. Musonium Rufum a nostro diuersum statuit: difficile itaque fuerit dicere de quibusdam locorum allegatorum an ad nostrum an ad Rufum Musonium pertineant. Hoc non monere non possum, frustra Suidam taxari a viris doctis, qui Musonium ἀναιρεθῆναι dicit a Nerone, quod *caesum esse* illi vertunt: nempe non caesum a Nerone eum esse, sed exilio mulctatum, recte obseruant. Verum nec hoc dicere voluit Suidas, qui ipse ex epistola Iuliani paulo post obseruat, in exilium eum esse missum. Nempe ἀναιρεθῆναι significat in genere e *medio tollere*, & ad relegatum etiam pertinere potest, qui ἐκ πόλεως ἀναιρεῖται. Sic idem Suidas Κορνοῦτον σὺν τῷ Μεσωνίῳ ἀναιρεθέντα dicit v. Κερν. eum cum eo relegatum intelligens: Cornutum enim in *exilium* missum apud omnes constat.

3 Ἀπολλωνίᾳ μὲν δεύτερος] sic inf. c. 41. τελεώτατα φιλοσοφῆσαι dicitur.

4 ἐδέθη ἐπὶ σοφίᾳ] adde & inf. cap. 41. Non erat autem cur suspecta haec redderent Philostrati narrationem Tillemontio. Dicit ille ex Tacito & Dione patere Musonium relegatum fuisse ab anno C. 65, non in carcerem coniectum. At si Musonium illum Rufum alium esse dicamus cum Scaligero a nostro, nullum superierit huic suspicioni fundamentum.

5 κἀκεῖ μὲν ὤν] MSS. nostri plerique, Vaticanus, Vrbinas, Palatinus legit ὤν, quo admisso ita distinguenda sequentia: κἀκεῖ μὲν, ὤν ἐκινδύνευσεν, ἀπέθανε δ' ἂν τὸ ἐπὶ τῷ δήσαντι. Est vero ὧν ἐκινδύνευσεν pro διὰ ὧν ἐκινδ. sensus: *& ibi propter ea quae sustinuit mortuus esset, quantum ad eum qui in carcerem ipsum coniecerat.* Particula tamen ἄν huic lectioni repugnare videtur. Quantum ad Phrasin. ἐπὶ τῷ δήσαντι, ea hoc sibi vult. Neronem quantum in se fuit feciſſe vt moreretur, nota enim illa constructio, pro ὅσον ἐπὶ τῷ δήσαντι. Quod & Scholiasta Romanus obseruauit.

CAP. XXXVI. 1 ξυγκείμενος] Schol. Rom. οἷον ἱκανὸς διαλέγεσθαι.

2 ἐκέλευεν] exciderat vox ista in editis, quam habent omnes MSS. nostri.

3 σπουδάζειν φασὶν] restituimus φασὶν autoritate MSS. nostrorum omnium.

tatque,

tatque, Romanorum theatra ingrediens, & cum gladiatoribus aetatem terit. Imo & ipse gladiatorem agit hominesque iugulat. Itane vero, dixit Apollonius, o amice, maius viris eruditis spectaculum praeberi posse censes, quam Imperatorem parum decenter se gerentem? *Dei* namque, inquiebat, *ludibrium homo est*, iuxta Platonis sententiam. Imperator autem hominum ludibrium factus, suique pudoris in vulgi gratiam prodigus, quos non philosophantibus praebebit sermones? Ita est per Iouem, respondebat Philolaus, modo ne cum periculo id fiat. Si vero vlterius pergens intereas, crudumque te vorauerit Nero, prius quam aliquid eorum, quae facit, videas, tum vero egregio tibi fuerit emolumento in eum incidisse, imo maiori quam Vlysses est consecutus, quando ad Cyclopem venit. Nempe sociorum complures amisit, dum monstrum illud studet videre, feri & crudelis spectaculi cupiditate superatus. Tunc Apollonius, putasne vero, aiebat, hunc minus quam Cyclopem esse coecum talia qui agat? Tum Philolaus, sit quodcunque velis, tu modo istos perire ne sinito. Haecque voce paululum elatiore dixit, simulque plorare videbatur.

παριὼν ἐς τὰ Ρωμαίων θέατρα, καὶ μετὰ τῶν μονομαχούντων ζῇ. μονομαχεῖ δὲ καὶ αὐτὸς καὶ ἀποσφάττει. Ὑπολαβὼν ἂν ὁ Ἀπολλώνιος, εἶτα, ἔφη, ὦ βέλτιστε, μεῖζόν τι ἡγῇ θέαμα ἀνδράσι πεπαιδευμένοις, ἢ βασιλέα ἰδεῖν αἰσχημονοῦντα; θεᾷ μὲν γὰρ παίγνιον ἄνθρωπος, εἶπε, κατὰ τὴν Πλάτωνος δόξαν [4]. βασιλεὺς δὲ ἀνθρώπῳ παίγνιον γιγνόμενος, καὶ χαριζόμενος τοῖς ὄχλοις τὴν ἑαυτοῦ αἰσχύνην, τίνας ἂν παράσχοι λόγους τοῖς φιλοσοφοῦσι; νὴ Δί', εἶπεν ὁ Φιλόλαος, εἴ γε μὴ μετὰ τοῦ κινδύνου γίγνοιτο. εἰ δὲ ἀπόλοιο ἀναχθείς, καὶ Νέρων σε ὠμὸν φάγοι [5], μηδὲν ἰδόντα ὧν πράττει, ἐπὶ πολλῷ ἔσαι σοι τὸ ἐντυχεῖν αὐτῷ, καὶ ἐπὶ πλείονι ἢ τῷ Ὀδυσσεῖ ἐγένετο, ὁπότε παρὰ [6] τὸν Κύκλωπα ἦλθεν. ἀπώλεσε γὰρ πολλοὺς τῶν ἑταίρων ποθήσας ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ ἡττηθεὶς ἀτόπου καὶ ὠμοῦ θεάματος. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, οἶει γὰρ, ἔφη, τοῦτον ἧττον ἐκτετυφλῶσθαι τοῦ Κύκλωπος, εἰ τοιαῦτα ἐργάζεται; καὶ ὁ Φιλόλαος, πραττέτω μὲν, εἶπε, ὅ, τι βούλεται [7], σὺ δὲ ἄλλα τούτους σῷζε. φωνῇ δὲ ταῦτα μείζονι ἔλεγε, καὶ ἐώκει κλαίοντι.

c.xxxvii Inde autem de adolescentibus metuens Damis, ne iniecto a Philolao terrore animum abiicerent, seorsim ad Apollonium, perdet, inquiebat, hos adolescentes oratio ista, timore & metu omnia complens. Cui Apollonius, cum multa sint bona, quae non petenti etiam mihi a Diis saepe obuenerunt, maximum ego me accepisse dixerim hoc ipsum quod nunc offertur. Iam enim probandi iuuenes occasio incidit, quae egregie manifestabit quinam eorum vere philosophiae operam nauent, qui item aliud quiduis faciant potius. Et statim etiam patuit, quinam eorum forti minus animo essent. Qui Philolai enim sermonibus moti fuerant,

Ἐνταῦθα δείσας ὁ Δάμις περὶ τοῖς νέοις [1], μὴ χείρους αὐτῶν γένοιντο ὑπὸ τῆς τοῦ Φιλολάου πλοίας, ἀπολαβὼν τὸν Ἀπολλώνιον, ἀπολεῖ, ἔφη, τοὺς νέους ὁ λόγος [2] οὗτος, τρόμων καὶ ἀθυμίας ἀναπιμπλὰς πάντα. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, καὶ μὴν πολλῶν, ἔφη, ἀγαθῶν ὄντων, ἃ μήθ' ἑκόντι μοι πολλάκις παρὰ τῶν θεῶν γέγονε, μέγιστον ἂν ἔγωγε φαίην ἀπολελαυκέναι τὸ νυνὶ τοῦτο. ὥσπερ γὰρ βάσανος τῶν νέων, ἢ σφόδρα ἐλέγξει [3] τοὺς φιλοσοφοῦντας αὐτῶν, καὶ τοὺς ἕτερόν τι μᾶλλον, ἢ τοῦτο πράττοντας. καὶ ἠλέγχθησαν αὐτίκα οἱ μὴ ἐῤῥωμένοι [4] σφῶν. ὑπὸ γὰρ τῶν τοῦ Φιλολάου λόγων ἁπαχθέντες,

---

4 Πλάτωνος δόξαν] dictum hoc Platoni in Cratylo & in VII de Republica.

5 ὠμὸν φάγοι] alludit ad Cyclopis ὠμοφαγίαν apud Homer. Odyss. ι'. v. 295. sq. vt ipse paulo post indicat.

6 ὁπότε παρὰ] sic cod. Vrbin. Palatinus & Vratisl. pro περὶ, quod in editis.

7 πραττέτω μὲν, εἶπεν, ὅ, τι βέλεται] male haec accepta ab Interpretibus prioribus. Εὖ πράττειν, est *bene agere*, *valere*. Κακῶς πράττειν contrarium notat. Τυφλὸν πράττειν est coecum vitam transigere, πράττειν ὅ, τι ἂν βούλοιτό τις est *aliquem viuere vt velit*. Nempe paulo ante dixerat Apollonius coecum esse Neronem. Respondet Philolaus: qualiscunque sit & vtcunque vitam agat, siue coecus siue videns, tu modo istis comitibus tuis parce, nec misere eos perire Romam deductos sinito.

CAP. XXXVII. 1 δείσας ὁ Δάμις περὶ τοῖς νέοις] hanc quoque constructionem Photius inter elegantiores refert.

2 λόγος] MSS. nostri omnes habent ὁ λαγὰς quod Morello etiam in suis obseruatum: vt sensus sit *leporem* illum, h.e. Philolaum timidissimum hominem metu omnia implere.

3 σφόδρα ἐλέγξει] partic. τε, inter has voces posita in editis, omissa a me fuit tanquam superflua, non sine codicum tamen autoritate, quemadmodum & pronom. τι post φιλοσοφοῦντας.

4 μὴ ἐῤῥωμένοι] μὴ in edit. Morelli omissum, Aldina editio habet & omnes MSS. & ipsa versio Morelli exprimit.

οἱ μὲν ἔφασαν νοσεῖν, οἱ δ' ἂν εἶναι αὐτοῖς ἐφόδια, οἱ δὲ τῶν οἴκοι ἐρᾶν, οἱ δὲ ὑπὸ ἐνυπνίων ἐκπεπλῆχθαι. καὶ περιῆλθεν ἐς ὀκτὼ ὁμιλητὰς ὁ Ἀπολλώνιος ἐκ τετ[τ]άρων καὶ τριάκοντα, οἱ ξυνεφοίτων αὐτῷ ἐς τὴν Ῥώμην. οἱ δ' ἄλλοι, Νέρωνά τε καὶ φιλοσοφίαν ἀποδράντες, φυγῇ ὤχοντο.

alii quidem aegrotare se simularunt, alii viatico destitui, alii patriae desiderio teneri, alii somniis sese terreri. Atque ita ad octo discipulos redacta est Apollonii familia, cum quatuor supra triginta fuissent qui vna cum eo Romam iter susceperant. Nempe reliqui Neronem iuxta cum philosophia fugientes dilabebantur omnes.

Ξυναγαγὼν ἂν τὰς περιλειφθέντας, ὧν καὶ Μένιππος ἦν, ὁ ξυναλλάξας τῇ Ἐμπούσῃ[1], καὶ Διοσκορίδης ὁ Αἰγύπτιος[2], καὶ Δάμις, ἀλοιδορήσομαι, ἔφη, τοῖς ἀπολελοιπόσιν ἡμᾶς, ἀλλ' ὑμᾶς ἐπαινέσομαι μᾶλλον ὅτι ἄνδρες ἐστὲ ἐμοὶ ὅμοιοι. ἀδ', εἴτις Νέρωνα δείσας ἀπῆλθε, δειλὸν ἡγήσομαι τοῦτον· ἀλλ' εἴ τις τῷ δέους τούτῳ κρείττων γίγνεται, φιλόσοφος ὑπ' ἐμοῦ προσειρήσεται, καὶ διδάξομαι αὐτὸν ὁπόσα οἶδα. δοκεῖ δή μοι πρῶτον μὲν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς, δι' ὃς ταῦτα ἐπὶ νοῦν ἦλθεν ὑμῖν τε κἀκείνοις. ἔπειθ' ἡγεμόνας αὐτοὺς ποιεῖσθαι, ὧν γὰρ χωρὶς οὐδὲν ἄλλο ἐσμέν[3]. παριτητέα ἐς πόλιν ἥτοι τῶν τῆς οἰκουμένης μερῶν ἄρχει. πῶς ἄν ἂν παρέλθοι τίς, εἰ μὴ ἐκεῖνοι ἡγοῖντο; καὶ ταῦτα, τυραννίδος ἐν αὐτῇ καθεστηκυίας ὅτῳ χαλεπῆς, ὡς μὴ ἐξεῖναι σοφοῖς εἶναι. ἀνόητόν τε μηδὲν δοκείτω τὸ θαρσεῖν ὁδὸν, ἣν πολλοὶ τῶν φιλοσόφων φεύγουσιν. ἐγὼ γὰρ πρῶτον μὲν οὐδὲν ἂν ἡγοῦμαι φοβερὸν ὅτῳ γενέσθαι τῶν κατ' ἀνθρώπους, ὡς ἐκπλαγῆναί ποτε ὑπ' αὐτοῦ τοῦ σοφόν. εἶτ' οὐδ' ἂν προσθείη ἀνδρὶ τὰς μελέτας[4], ἐὰν μὴ μετὰ κινδύνων γίγνοιτο. καὶ ἄλλως ἐπελθὼν γῆν, ὅσην ἄπω τις ἀνθρώπων, θηρία μὲν Ἀραβιά τε καὶ Ἰνδικὰ πάμπολλα εἶδον, τὸ δὲ θηρίον τοῦτο[5], ὃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ τύραννον, ὅτε ὁπόσαι κεφαλαὶ αὐτῷ οἶδα, ὅτε εἰ γαμψώνυχόν τε καὶ καρχαρόδον ἐστί. καί τοι πολιτικὸν μὲν τὸ θηρίον λέγεται, καὶ τὰ μέσα τῶν πόλεων οἰκεῖν. τοσούτῳ δὲ ἀγελωτέρων διάκειται τῶν ὀρεινῶν τε καὶ ὑλαίων, ὅσῳ λέοντες μὲν καὶ παρδάλεις ἐνίοτε κολακευόμενοι ἡμερῶνται, καὶ μεταβάλλουσι τὸ ἦθος·

Residuis igitur congregatis, inter quos Menippus etiam erat, qui cum Empusa consueuerat, & Dioscorides Aegyptius, & Damis: non, inquit, eos iam increpabo, qui nos deseruerunt: sed vos laudabo potius, quoniam viri estis mihi similes. Neque si Neronis quis metu abiit, ignauum eum dicam. Sed si quis vicerit hunc metum, illum ego philosophum dicam, omniaque eum, quae ipse nouerim, edocebo. Videtur autem primum mihi, vota Diis esse facienda, quorum opus est, quod talia & nobis & istis in mentem venerunt. Deinde, duces illos esse deligendos, sine iliis enim neque nos aliter animati sumus. Nempe in vrbem pergendum, quae tantae orbis imperat parti: quomodo itaque ad eam quisquam accedere possit, ipsi nisi duces adsint? praesertim tam graui in ea tyrannide constituta, vt philosophis esse non liceat. Stolidum autem nemini videri debet, quod viam ingredi audeamus, quam multi philosophorum fugiunt. Ego enim primo quidem nihil censeo rerum humanarum ita esse terribile, vt sapiens eo terreri possit. Deinde incrementa non facile ceperint studia viri, si pericula nulla tolerauerit. Praeterea tantum qui peragrauerim terrarum, quantum antea mortalium nemo, beluasque viderim Arabicas, Indicasque varii generis; haec tamen belua, quam tyrannum vulgo vocant, neque quot capita habeat, noui, neque vtrum curuis vnguibus, serratisque sit dentibus. Atqui *ciuilis* quidem belua esse dicitur, & medias habitare ciuitates. Hoc tamen immanior montanis est & syluestribus, quod leones quidem aut Pantherae quandoque, si demulceantur, mansuescant, mutentque ingenium; haec

C.XXXIIX

CAP. XXXIIX. 1 ὁ ξυναλλάξας τῇ Ἐμπούσῃ] vid. s. cap. 24.

2 Διοσκορίδης ὁ Αἰγύπτιος] notus Dioscorides Alexandrinus, qui cum Artemidoro Capitone iuncta opera Hippocratis scripta enarrauit. Sed alius ille a nostro esse videtur, & sub Hadriano maxime floruit. Nostri rursum mentio inf. lib. V. c. 39.

3 ὧν γὰρ χωρὶς οὐδὲν ἄλλο ἐσμέν] melius praecedentia cum sequentibus cohaerere istis sublatis manifestum est. Luxatum itaque hic textum Philostrati esse putem. A MSS. tamen hic lucis nihil. Si ingenio aliquid liceat ita hunc locum restituendam putem: δοκεῖ δή μοι πρῶτον μὲν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς, δι' ὃς ταῦτα ἐπὶ νοῦν ἦλθεν ἡμῖν τε κἀκείνοις, ὧν χωρὶς οὐδὲν ἄλλο ἐσμὲν· ἔπειθ' ἡγεμόνας αὐτοὺς ποιεῖσθαι· παριτητέα γὰρ ἐς πόλιν &c. Sensus esset: *videntur primum mihi vota facienda Diis, sine quorum auxilio nihil aliud sumus nos*, (h. e. aeque meticulosi sumus atque infirmi illi qui metu diffugerunt) *quibus ipsam & vobis & illis mentem indiderunt: deinde duces illi eligendi, est enim nobis iter* &c.

4 οὐδ' ἂν προσθείη ἀνδρὶ τὰς μελέτας] ille mihi huius effati sensus videtur esse, qui verborum Apostoli ὑπομονὴ ἐργάζεται δοκιμήν.

5 θηρίον τοῦτο] huiusmodi *bestiae* qualis hic describitur imagine vates Christianus Ioannes, & ante eum Iudaeus Daniel tyrannidem nobis repraesentant.

autem

autem eo ipso quod demulcetur animos sumens, se ipsam ferocia superet, & cuncta discerpat. Atque de beluis quidem, proprias matres eas deuorasse quandoque, statuere nolim: Nero tamen isto delectatus est pastu. Quod si ab Oreste autem vel maxime & Alcmaeone tale aliquid factum sit, iis tamen patres aliquem facinoris praebuere praetextum: quorum alter ab vxore propria fuerat interfectus, alter monili venditus. Hic autem matris etiam opera adoptatus a sene Imperatore, & imperii hereditatem nactus, naufragio matrem interemit, naui in gratiam structa eius, in qua non procul a terra extincta est. Quod si quis ob haec metuendum esse Neronem existimat, & propterea philosophiam refugit, non tutum esse sibi putans praeter illius voluntatem aliquid agere; ille sciat hoc eis quidem nequaquam esse terribile, qui temperantiae & sapientiae studia coeperint sequi. Talibus enim cum Diis bene conuenit: quae vero ab insultantibus eis obuenire poterant, pro nugis habenda sunt, perinde ac quae ab ebriis fiunt. Nempe hos etiam dementes quidem, terribiles neutiquam existimamus. Romam igitur, si animo valeamus, pergamus. Neronis enim iussis, quibus philosophiam exterminatam vellet, Sophoclis opponamus iambum:

Haec iussa nunquam Iuppiter dedit mihi.

neque Musae, nec sapientiae Deus Apollo. Verisimile autem est ipsum etiam Neronem hos iambos nosse, tragoediis, vt ferunt, inprimis se oblectantem. Heic autem, si quis Homericum illud considerauerit, vt nempe, vbi oratio viros bellicosos coniunxerit, omnes galea vna, vnusque clypeus euadant; id ipsum mihi in viris istis euenisse est deprehensurus. Apollonii enim oratione combinati, moriendi etiam pro philosophia animum sumsere, seque ita gerendi, vt longe praestare iis qui diffugerant viderentur.

c. XXXIX. Iamque ad portas perüenerant, qui vero praeerant illis nihil interrogabant, sed habitum considerabant tantum, eumque admirabantur. Sacra enim eius forma videbatur, nec vlla parte circumforaneorum ha-

τετὶ δὲ, ὑπὸ τῶν καταψώντων[6] ἐπαιρόμενον, ἀγελώτερον αὐτῷ γίγνεται, καὶ λαφύσσει πάντα. περὶ μέν γε θηρίων οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι τὰς μητέρας ποτὲ τὰς αὐτῶν ἐδαίσαντο[7]. Νέρων δὲ ἐμπεφόρηται τῆς βορᾶς ταύτης. εἰ δὲ καὶ ταῦτα γέγονεν ἐπ' Ορέστῃ καὶ Αλκμαίωνι[8], ἀλλ' ἐκείνοις σχῆμα τῷ ἔργῳ πατέρες ἦσαν· ὁ μὲν ἀποθανὼν ὑπὸ τῆς ἑαυτῷ γυναικός, ὁ δὲ ὅρμῳ πραθείς. ἔτσι δὲ, καὶ εἰσποιηθεὶς ὑπὸ τῆς μητρὸς γέροντι βασιλεῖ, καὶ κληρονομήσας τὸ ἄρχειν, ναυαγίῳ τὴν μητέρα ἀπέκτεινε, πλοῖον ἐπ' αὐτῇ ξυνθεὶς, ὑφ' ᾧ ἀπώλετο πρὸς τῇ γῇ. εἰ δὲ ἐκ τούτων φοβερόν τις ἡγεῖται Νέρωνα, καὶ διὰ τοῦτο ἀποπηδᾷ φιλοσοφίας, οὐκ ἀσφαλὲς αὐτῷ νομίζων τὸ ἀπὸ θυμῷ τι αὐτῷ πράττειν, ἴσω, τὸ μὲν φοβερὸν ἐκείνοις οὐχ ὑπάρχον, ὅσοι περ ἂν σωφροσύνης τε καὶ σοφίας ἅπτονται. τούτοις γὰρ καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν εὖ ἔχει· τὰ δὲ τῶν ὑβριζόντων ὕθλον ἡγείσθω, καθάπερ τὰ τῶν μεμεθυσμένων. καὶ γὰρ δὴ κἀκείνης γε ἠλιθίας μὲν ἡγούμεθα, φοβερὰς δὲ οὔ. ἴωμεν οὖν ἐς τὴν Ρώμην, εἴγε ἐῤῥώμεθα. πρὸς γὰρ τὰ Νέρωνος κηρύγματα, δι' ὧν ἐξείργει φιλοσοφίαν, ἔστιν ἡμῖν τὸ τοῦ Σοφοκλέους[9] ἰαμβεῖον,

ἃ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τὰδε,

οὐδὲ Μοῦσαι, καὶ Απόλλων λόγιος. εἰκὸς δὲ καὶ αὐτὸν Νέρωνα γιγνώσκειν τὰ ἰαμβεῖα ταῦτα, τραγῳδίας, ὡς φασι, χαίροντα. ἐνταῦθά τις τὸ τοῦ Ομήρου[10] ἐνθυμηθεὶς, ὡς, ἐπειδὰν ὁ λόγος ἁρμόσῃ πολεμικοὺς ἄνδρας, μία μὲν κόρυς γίγνονται, μία δὲ ἀσπὶς, εὑρεῖν ἄν μοι δοκεῖ αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τοῦδε τοὺς ἄνδρας γιγνόμενον. ὑπὸ γὰρ τῶν τοῦ Απολλωνίου λόγων ξυγκροτηθέντες ἀποθνήσκειν τε ὑπὲρ φιλοσοφίας ἔῤῥωντο, καὶ βελτίους τῶν ἀποδράντων φαίνεσθαι.

Προσῆσαν οὖν ταῖς πύλαις· οἱ δὲ ἐφεστῶτες οὐδὲν ἠρώτων, ἀλλὰ περι῔δρυν τὸ σχῆμα, καὶ ἐθαύμαζον. ὁ γὰρ τρόπος ἱερὸς ἐδόκει[1], καὶ ὑ-

---

6 καταψώντων] ita rescribere non dubitaui pro καταψυχόντων, quod erat in vulgatis.

7 τὰς μητέρας ποτὲ τὰς αὐτῶν ἐδαίσαντο] vide supra l. II. cap. 14. sub fin.

8 εἰ δὲ καὶ ταῦτα γέγονεν ἐπ' Ορέστῃ καὶ Αλκμαίωνι &c.] geminus plane est locus in Dialogo de Nerone, Luciano adscripto p. m. 1045. καὶ τοι τὸν Πυθίᾳ καταλέξαντος Νέρωνα εἰς τοὺς Ορέστας τε καὶ Αλκμαίωνας, οἷς τὸ μητροκτονῆσαι καὶ λόγου τινὰ ἐνκλείας ἔδωκεν, ἐπειδὴ τῷ πατρὶ ἐτιμώρησαν. Respicit autem Lucianus istud Apollinis:

Νέρων Ορέστης Αλκμαίων μητροκτόνος.

De quo conf. paulo post dicenda.

9 τὸ τοῦ Σοφοκλέους] est in Sophoclis Antigona v. 456.

10 ἐνταῦθά τις τὸ τοῦ Ομήρου] sic rescribendum pro ὃ quod ante editi habent τοῦ Ομήρου. Ceterum locus est in Iliad. N'. v. 130. Sunt autem ista non Apollonii amplius, verum Philostrati, suum iam iudicium de Apollonio & fodalibus proponentis.

CAP. XXXIX. 1 ἐδόκει] ap. Suidam, qui hunc locum allegauit in ἀγείρειν, legitur ἦν

δὲν ἐοικὼς τοῖς ἀγείρουσι. καταλύσαι δ' αὐτοῖς ἐν πανδοχείῳ περὶ τὰς πύλας, καὶ δεῖπνον αἰρουμένοις, ἐπειδὴ καιρὸς ἑσπέρας ἤδη ἐτύγχανεν, ἐπὶ κῶμον [2] ἔρχεται μεθύων ἄνθρωπος, οὐκ ἀγροικικῶς [3] τῆς φωνῆς ἔχων· περιῆει δὲ ἄρα κύκλῳ τὴν Ῥώμην, ᾄδων τὰ τοῦ Νέρωνος μέλη, καὶ μεμισθωμένος τοῦτο. τὸν γὰρ ἀμελῶς ἀκούσαντα, ἢ μὴ καταβαλόντα μισθὸν τῆς ἀκροάσεως, ξυνεχώρησαν αὐτῷ καὶ ἀπάγειν ὡς ἀσεβοῦντα. ἦν δὲ αὐτῷ καὶ κιθάρα, καὶ ἡ πρόσφορος τῷ κιθαρίζειν σκευὴ πᾶσα. καί τινα καὶ νευρὰν τῶν ἐφαψαμένων τε καὶ προεντεταμένων ἀποκειμένην ἐν κοιτίδι εἶχεν, ἣν ἔφασκεν ἐκ τῆς Νέρωνος ἐωνῆσθαι κιθάρας δυοῖν μναῖν, καὶ ἀποδώσεσθαι αὐτὴν ᾠδενί· ἢν μὴ κιθαρῳδὸς ᾖ τῶν ἀρίστων τε καὶ ἀγωνισμένων Πυθοῖ. ἀναβαλλόμενος [4] δ' οὖν ὅπως εἰώθει, καὶ βραχὺν διεξελθὼν ὕμνον τοῦ Νέρωνος, ἐπῆγε μέλη, τὰ μὲν ἐξ Ορεστείας, τὰ δὲ ἐξ Αντιγόνης [5], τάδ' ἐπόθεν γοῦν τῶν [6] τραγῳδουμένων αὐτῷ· καὶ ᾠδὰς ἤκαμπτεν [7], ὁπόσας Νέρων ἐλύγιζέ τε καὶ κακῶς ἔστρεφεν. ἀργότερον δὲ ἀκροωμένων ὁ μὲν ἀσεβεῖσθαι Νέρωνα ὑπ' αὐτῶν ἔφασκε, καὶ πολεμίους τῆς θείας φωνῆς εἶναι. οἱ δὲ οὐ προσεῖχον. ἐρομένου δὲ τοῦ Μενίππου τὸν Απολλώνιον, πῶς ἀκοὰς λέγοντος ταῦτα; πῶς, ἔφη, ἢ ὡς ὅτε ᾖδεν [8]; ἡμεῖς μέν τοι, ὦ Μένιππε, μὴ παροξυνώμεθα πρὸς ταῦτα, ἀλλὰ, τὸν μισθὸν τῆς ἐπιδείξεως [9] δόντες, ἐάσωμεν αὐτὸν θύειν ταῖς Νέρωνος Μούσαις. τοῦτο μὲν δὴ τοσοῦτον ἐπαρῳνήθη.

bitui similis. Cumque ad diuersorium illi portae proximum diuertissent, cibumque caperent, vesperа iam ingruente, comissator ebrius quidam venit, vocem habens minime inficetam. Is Romam vndiquaque obibat Neronis carmina cantans, atque mercede, vt id faceret, conductus. Sique negligentius quis audisset, aut pro auscultatione mercedem non soluisset, eum, tanquam maiestatis reum, ducendi ius habebat. Cithara quoque ei erat, & omnis qui ad pulsandam citharam pertineret apparatus. Praeterea chordam, tactu iam attritam, atque in cithara iam olim distentam in arcula habebat repositam, quam Neronis citharae demtam, duabus minis se emisse aiebat, neque vlli se concessurum aiebat, nisi optimus sit citharoedus, quiue semel saltem in Pythiis ludis decertauisset. Is igitur, pro more suo praeludio vsus, vbi breuem Neronis hymnum in cithara decurrisset, carmina subiecit partim ex Orestea, partim ex Antigona, partim ex aliis quibusuis ab eo compositis tragoediis; cantusque varie inflectebat, quotquot Nero turpiter fregit atque contorsit. Cumque Apollonius cum suis negligentius eum audirent; ipse quidem Neronis violatam ab eis maiestatem aiebat, diuinaeque vocis illius eos esse inimicos. At illi parum eius dicta curabant. Menippo igitur Apollonium interrogante, quo modo his dictis eius afficeretur? Quo modo, respondit, nisi eo, quo affectus sum, quando canebat? Nos tamen, o Menippe, talibus quidem rigide nos non opponemus, sed data ipsi cantionis mercede sinamus Neronis illum Musis litare. Atque hic quidem illius vaesaniа subtitit.

Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ, Τελεσῖνος [ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων] [1] καλέσας τὸν Απολλώνιον, τί, ἔφη, τὸ σχῆμα; ὁ δὲ, καθαρὸν, εἶπε, καὶ ἀπ' ᾠδενὸς θυητοῦ [2].

Simul vero ac orta esset dies, Telesinus, consulum alter, vocato Apollonio, quisnam iste, dixit, vestitus? Ille autem purum esse respondit, neque animali demtum. Quae Cap. XL.

---

2 ἐπὶ κῶμον] imperite interpretes priores vertebant *in bicum*. ἐπὶ κῶμον ἔρχεσθαι est idem, quod κωμάζειν, quod εἰς κῶμον βαδίζειν Graeci etiam dicere amant. Videndi veteres Grammatici ad Theocrit. Idyll. II. v. 118. it. ad Idyll. III. nec non eruditi Horatii interpretes ad Od. I. lib. IV.

3 ἀγροικικῶς] ἀγλευκῶς legunt MSS. nostri omnes.

4 ἀναβαλλόμενος] musicis ἀναβολαὶ sunt *praeludia*, quae προοίμια Graecis etiam dicuntur, & ἀναβάλλεσθαι est *praeludere*. vid. Suid. in ἀναβάλλομαι vbi hoc ipsum fragment. allegatur, legitur autem ap. eum ἀναβαλόμενος.

5 τὰ μὲν ἐξ Ορεστείας, τὰ δὲ ἐξ Αντιγόνης] extant hoc titulo Sophoclis Euripidisque tragoediae. Hic tamen intelligi tragoedias ab ipso Nerone compositas putem. Saltem Graeca Philostrati verba nihil aliud dicunt. Fallunturque doctiss. Vossius de Poët. Latin. p. 44. Neronem Latina ista ex Graecis fecisse dicens, deceptus ab interpretibus, qui verterant: *& ex aliis passim tragoediis conuersa*: nullo fundamento.

6 ὁπόθεν γοῦν τῶν] duas postremas voculas ex MSS. adieci.

7 ᾠδὰς ἤκαμπτεν] Hesych. κάμπτειν τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ καμπὰς ποιεῖν sic Aristoph. in Nubib. p. 178. εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχήσαιτ', ἢ κάμψειέν τινα καμπήν, θύας οἱ νῦν τὰ κατὰ φρῦνιν, τάντας τὰς δυσκολακάμπτους ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων. quem locum ad Suidam iam obseruauit cl. Kusterus voc. κάμπτειν.

8 ὡς ὅτε ᾖδεν] sic ex MSS. restitui. Editi ὡς γε ᾖδεν.

9 ἐπιδείξεως] Rhetorum quoque erant ἐπιδείξεις, quas & ἀκροάσεις vocabant, similique modo illis recitantibus merces soluebatur. Vnde ἐπίδειξις πεντηκοντάδραχμος Prodici apud Aristot. Rhet. III, 14. Platonem in *Cratylo* & Suidam. Sed plura ea de re ad *vitas Sophist.*

CAP. XL. 1 Τελεσῖνος ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων] C. Lucius Telesinus [id enim verum ipsi nomen, vt Pagio iam obseruatum ad Baronium,] cum C. Suetonio Paulino consul fuit A. C. 66. Hoc igitur anno Apollonium Romam primum aduentasse necesse est, si vera est, quam hic habemus, lectio. Verum suspicor pro ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων legendum esse ὁ ὕστερον τῶν ὑπάτων, *qui postea in consulibus fuit* leuissima mutatione: nisi plane pro glossa illa habenda sint verba. Ratio huius coniecturae reddetur infr. ad cap. 44. not. 3.

2 ἀπ' ᾠδενὸς θυητοῦ] vide ad lib. I. c. 1.

vero

vero ſapientia eſt? interroganti; diuinus, reſpondit, inſtinctus, &, vt Diis fundendae preces ſacraque facienda ſint, docens. Eſtne autem quiſquam, o philoſophe, [inquiente Teleſino] qui haec ignoret? Permulti reſpondit, & ſi quis recte iſta cognouerit etiam, multum tamen emolumenti ex eo capiet, ſi a ſapientiore audiuerit, recte ſe ea noſſe quae nouerit. Haec audienti Teleſino (erat autem ad cultum diuinum propenſior) in mentem venit qui vir eſſet, eorum recordato, quae iampridem de eo audierat: nomen tamen quod ſit palam interrogandum haut putabat, ſi forte illud latere adhuc vellet. Rurſus tamen ad ſermones de rebus diuinis eum reuocauit, erat enim in ſermonibus ſerendis exercitatiſſimus. Iamque tanquam ſapientem interrogauit, ad aras accedens, quid precaris? Ego, inquit, precor, vt iuſtitia valeat, leges ne ſoluantur, ſapientes vt pauperes ſint, ceteri vero vt opibus affluant, ſed ſine dolo malo. An vero tam magna petens, Teleſinus aiebat, te ea conſecuturum putas? Puto per Iouem, ille reſpondit. Nempe omnia vna oratione complector & ad aras veniens ita precor: *O Dii quae mihi conueniant date.* Quod ſi bonus igitur ſim, maiora etiam quam dixi aſſequar: Sin vero inter prauos Dii me cenſeant, contraria mihi ab eiſdem venient, neque Deos accuſabo, ſi malis quoque me dignum iudicauerint, qui minus fuero bonus. Haec audiens Teleſinus obſtupuit. Gratificari autem ei cupiens, omnia, dixit, templa tibi intrare fas eſto, ego enim ſacerdotibus ſcribam, vt te ſuſcipiant, & meliora edocenti cedant tibi. At vero, inquiebat Apollonius, tu niſi ſcripſeris, me ne ſuſcipere renuent? Ita per Iouem, reſpondit, meus namque ille eſt magiſtratus. Gaudeo, dixit Apollonius, quod generoſus qui ſis magno potitus ſis magiſtratu. Hoc tamen de me ſcias velim: ego templa quae clauſa ſolicite nimis non ſint incolere geſtio; neque me Deorum quiſquam reſpuit, ſed tecti participem admittunt. Hoc igitur mihi permitti velim, ne ipſi enim Barbari quidem id negarunt. Tum Teleſinus: magnam, inquit, ante Romanos laudem Barbari occuparunt: id enim de nobis quoque dici volebam. Templa igitur habitabat, reformans ea & ex alio ad aliud tranſiens. Quae quidem res cum vitio aliquando ei verteretur; neque Dii, dixit, ſemper in coelo manent, ſed nunc

τίς δὲ ἡ σοφία; θειασμὸς[3] ἔφη, καὶ ὡς ἄν τις θεοῖς εὔχοιτο, καὶ θύοι. ἔστι δέ τις, ὦ φιλόσοφε, ὃς ἀγνοεῖ ταῦτα; πολλοί, εἶπεν· εἰ δὲ καὶ ὀρθῶς τις ἐπίσαται ταῦτα, πολλῷ γένοιτ' ἂν αὐτῷ βελτίων, ἀκούσας σοφωτέρᾳ ἀνδρὸς, ὅτι ἃ οἶδεν εὖ οἶδε. ταῦτα ἀκούσαντα τὸν Τελεσῖνον, καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ὑπηρετῶν τὸ θεῖον, εἰσῆλθεν ὁ ἀνὴρ, δι' ἃ πάλαι περὶ αὐτοῦ ἤκουσε. καὶ τὸ μὲν ὄνομα οὐκ ᾤετο δεῖν ἐς τὸ φανερὸν ἐρωτᾶν, μή τιν' ἔτι λανθάνειν βούλοιτο. ἐπανῆγε δὲ αὐτὸν πάλιν ἐς τὸν λόγον τὸν περὶ τῶν θείων, καὶ γὰρ πρὸς διάλεξιν ἐπιτηδείως εἶχε. καὶ ὡς σοφῷ γε εἶπε, τί εὐχὴ προσιὼν τοῖς βωμοῖς; ἔγωγε, ἔφη, δικαιοσύνην εἶναι, νόμους μὴ καταλύεσθαι, πένεσθαι τοὺς σοφοὺς, τοὺς δὲ ἄλλους πλουτεῖν μὲν, ἀδόλως δέ. εἶτα, εἶπε, τοσαῦτα αἰτῶν οἴῃ τεύξεσθαι; νὴ Δί', εἶπε. ξυνείρω γὰρ τὰ πάντα ἐς εὐχὴν μίαν, καὶ προσιὼν τοῖς βωμοῖς, ὧδε εὔχομαι, "ὦ θεοὶ, δοίητέ μοι τὰ ὀφει-"λόμενα[4]." εἰ μὲν δὴ τῶν χρηστῶν εἰμι ἀνθρώπων, τεύξομαι πλειόνων, ἢ εἶπον· εἰ δὲ ἐν τοῖς φαύλοις με οἱ θεοὶ τάττουσι, τἀναντία μοι παρ' αὐτῶν ἥξει, καὶ ἀ μέμψομαι τοὺς θεοὺς, εἰ καὶ κακῶν ἀξιῶμαι, μὴ χρηστὸς ὤν. ἐξεπέπληκτο μὲν δὴ ὁ Τελεσῖνος ὑπὸ τῶν λόγων τούτων. βουλόμενος δὲ αὐτῷ χαρίζεσθαι, φοίτα, ἔφη, ἐς τὰ ἱερὰ πάντα· καὶ γεγράψεται παρ' ἐμοῦ πρὸς τοὺς ἱερωμένους δέχεσθαί σε, καὶ διορθμένῳ εἶκειν. ἢν δὲ μὴ γράψῃς, ἔφη, ἀ δέξονταί με; μὰ Δί', εἶπε, ἐμὴ γὰρ, ἔφη, αὕτη ἀρχή[5]. χαίρω, ἔφη, ὅτι γενναῖος ὢν μεγάλης ἄρχεις. βουλοίμην δ' ἄν σε καὶ κεῖνο περὶ ἐμοῦ εἰδέναι· ἐγὼ τῶν ἱερῶν τὰ μὴ βεβαίως κλειστὰ[6] χαίρω οἰκῶν, καὶ παραιτεῖταί με οὐδεὶς τῶν θεῶν, ἀλλὰ ποιοῦνται κοινωνὸν στέγης. ἀνείσθω δέ μοι καὶ τοῦτο[7], καὶ γὰρ οἱ βάρβαροι ξυνεχώρησαν αὐτό. καὶ ὁ Τελεσῖνος μέγα, ἔφη, Ρωμαίων ἐγκώμιον οἱ βάρβαροι πρὸ-λαβον, τοῦτο γὰρ ἐβουλόμην ἂν καὶ περὶ ἡμῶν λέγεσθαι. ᾤκει μὲν δὴ ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἐναλλάττων αὐτὰ, καὶ μεθιστάμενος ἐξ ἄλλου ἐς ἄλλο. αἰτίαν δὲ ἐπὶ τούτῳ ἔχων, ὅδε οἱ θεοὶ, ἔφη, πάντα τὸν χρόνον ἐν τῷ οὐρανῷ δίκασιν, ἀλλὰ πο-

3 θειασμὸς] sic lib. I. c. 2. θειότερον τῇ φιλοσοφίᾳ προσελθεῖν dicitur Apollonius.

4 τὰ ὀφειλόμενα] vide quae de hac Apollonii precatione obſeruata fuere ſupra lib. I. cap. 11. n. 2. vbi eadem occurrebat.

5 ἄυτη ἀρχή] *Pontifex* igitur fuerit Teleſinus, eorum enim ea, quam ſibi hic tribuit poteſtas.

6 μὴ βεβαίως κλειστὰ] nempe includi templo nulli vult, ſed ex vno migrare in aliud.

7 ἀνείσθω δέ μοι καὶ τοῦτο] nempe hoc ſibi permitti vult, vt, cum nemo Deorum ipſum hoſpitem reſpuat, ad omnes diuertere ſibi liceat.

ρέυονται μὲν ἐς Αἰθιοπίαν, πορέυονται δὲ ἐς Ὄλυμπόν τε καὶ Ἄθω. καὶ οἶμαι ἄτοπον τὸς μὲν θεὸς τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθνη περινοστεῖν πάντα, τὸς δὲ ἀνθρώπους μὴ τοῖς θεοῖς ἐπιφοιτᾶν πᾶσι. καί τοι δεσπόται [8] μὲν ὑπερορῶντες δῆλων ὅπῳ αἰτίαν ἕξουσιν, ἴσως γὰρ ἂν καταφρονεῖεν αὐτῶν, ὡς μὴ σπουδαίων. δῆλοι δὲ, μὴ πάντως τὸς αὐτῶν δεσπότας θεραπεύοντες, ἀπόλοιντο ἄν ὑπ' αὐτῶν, ὡς κατάρατοί τε καὶ θεοῖς ἐχθρὰ ἀνδράποδα.

ad Aethiopes, nunc ad Olympum, nunc ad Atho proficiſcuntur. Abſurdumque ego eſſe puto, Diis vniuerſas gentes obeuntibus, homines ad omnes Deos non inuiſere. Atqui dominis quidem, ſeruos vbi neglexerint, nemo id vitio verterit: forte enim tanquam ignauos eos deſpexerint. Seruos autem, qui ſuos dominos omnino non venerantur, merito perdiderint illi, tanquam abominanda Diiſque inuiſa mancipia.

Διαλεγομένῳ δὲ αὐτῷ περὶ τὰ ἱερὰ, οἱ θεοὶ ἐθεραπεύοντο μᾶλλον, καὶ ξυνήεσαν οἱ ἄνθρωποι ἐς ταὐτὰ, ὡς τὰ ἀγαθὰ πλείω παρὰ τῶν θεῶν ἕξοντες. καὶ ὅπῳ διεβάλλοντο αἱ ξυνουσίαι τῷ ἀνδρὸς, διὰ τὸ σπουδάζεσθαί τε δημοσίᾳ, λέγεσθαί τε ἐς πάντας. οὐδὲ γὰρ θύραις ἐπεπόλαζεν, οὐδὲ ἐτρίβετο περὶ τὸ φῶς καὶ περὶ τὸς δυνατούς· ἀλλ' ἠσπάζετο μὲν ἐπιφοιτῶντας, διελέγετο δὲ αὐλοῖς ὁπόσα καὶ τῷ δήμῳ.

Dum autem in templis doceret Apollonius, Deorum in dies creſcebat religio, atque ad ea [in quibus doceret] frequentes hominum fiebant concurſus, quaſi plura a Diis bona hic eos manerent. Neque adhuc dum eius ſuſpecta erant colloquia, eo quod publice diſſereret, & coram omnibus verba funderet. Neque enim cuiuſquam limina frequentabat, neque claritatem & magnatum familiaritatem ſectabatur: ſed eos, ſi ipſi acceſſiſſent, humaniter excipiens eadem cum eis omnia, quae apud plebem, loquebatur. Cap. XLI.

Ἐπεὶ δὲ ὁ Δημήτριος, διατεθεὶς πρὸς αὐτὸν ὡς ἐν τοῖς Κορινθιακοῖς λόγοις [1] εἴρηκα, παραγενόμενος ἐς τὴν Ῥώμην ὕστερον, ἐθεράπευε μὲν τὸν Ἀπολλώνιον, ἐπηφίει δ' αὐτὸν τῷ Νέρωνι, τέχνη ταῦτα [2] ὑποπλεύθη τῷ ἀνδρός· καὶ τὸν Δημήτριον αὐτὸς ἐδόκει καθεικέναι ἐς αὐτά. καὶ πολὺ μᾶλλον, ὁπότε γυμνάσιον μὲν ἐξεπεισίθη [3] τῷ Νέρωνι, θαυμασιώτατον τῶν ἐκεῖ, λευκὴν δ' ἔθυον ἐν αὐτῷ ἡμέραν [4], Νέρων τε αὐτὸς, καὶ ἡ βουλὴ ἡ μεγάλη, καὶ τὸ ἱππεῦον τῆς Ῥώμης [5]. παρελθὼν δὲ ὁ Δημήτριος ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον, διεξῆλθε λόγον κατὰ τῶν λουμένων [6], ὡς ἐκλελυμένων [7] τε

Cum autem Demetrius, erga eum ita, vt in narratione rerum Corinthi geſtarum diximus, affectus, Romam poſtremo veniret, coleretque Apollonium quidem cum Nerone autem ſeipſum commiteret; eius rei cauſam eſſe philoſophiam Apollonii ſuſpicio orta eſt. Videbaturque Demetrium ipſe ad haec incitaſſe. Idque multo magis poſtquam Gymnaſium Nero abſoluit, omnium quae Romae eſſent maxime admirandum, feſtumque diem ſacrificiis peractis in eo celebrarunt, tum ipſe Nero, tum vero Senatus equiteſque Romani. Gymnaſium enim ingreſſus Demetrius orationem habuit aduerſus eos, qui balneis vtebantur, tanquam imbelles & ſe- Cap. XLII.

---

8 δεσπόται] opportuna haec oratio, & iis conueniens quae apud Lacedaemonios diſſeruit Apollonius, quos docuerat θεὸς ὡς δεσπότας, ἥρωας ὡς πατέρας colendos ſupra cap. 30.

CAP. XLII. 1 Κορινθιακοῖς λόγοις] intelligit ſupra cap. 24. inſtitutam narrationem.

2 τέχνη ταῦτα &c.] τέχνη eſt quod quis profitetur atque exercet: h. l. philoſophia intelligitur, quam profitebatur Apollonius. ταῦτα eſt pro διὰ ταῦτα notiſſima ellipſi. Quod cum non obſeruarent interpretes priores, nec attenderent in iſtis ἐπηφίει αὐτὸν &c. idem αὐτὸν eſſe quod αὐτὸν miras hic turbas dedere.

3 ὁπότε γυμνάσιον μὲν ἐξεπεισίθη] Gymnaſii a Nerone extructi mentio apud Sueton. in vita eius cap. 12. Xiphilinus p. m. 168. propter ludos pentaetericos, imitatione Graecorum inſtitutos, & *Neronia* appellatos, hoc Gymnaſium extructum narrat, quorum expoſita inſtitutione Suetonius quoque huius Gymnaſii extructionem ſtatim ſubiungit. *Neronia* illa quinquennalia inſtituta Nerone IV. & Cornelio Coſſo Coſſ. h. e. A. C. 60. Tacito teſte Annal. XIV, 20. Gymnaſium poſt inſtructum eſſe videtur, & quidem ante Teleſini Conſulatum vide *chronologiam noſtram*. Certe hoc ipſo Conſule Ioſ. Scaliger ad Euſeb. p. 194. dicit, Neronia acta ſe inuenire, ſeptimo anno poſtquam inſtituta fuerunt, quod tamen an per errorem dictum ſit neſcire ſe ait. Sed recte ſe habere omnia puto, & Dio hoc docet ſub initium lib. LXIII. vbi eius anni principio citharoedica Neronis certamina, & coronam ei impoſitam memorat. Puto celebratos hos agones eſſe, Gymnaſio perfecto, extra ordinem, idque ante tempus indicatum factum non fuiſſe.

4 λευκὴν δ' ἔθυον ἐν αὐτῷ ἡμέραν] id eſt propter feſtum atque auſpicatum diem, quae talis eſſet ob dedicationem huius gymnaſii, ſacrificabant. Sic θύειν γάμους dicitur, θύειν ἀναγώγια Aelian. I, 15.

5 καὶ τὸ ἱππεῦον τῆς Ῥώμης] ſenatum & equites huic dedicationi praeſentes memorant & Xiphilinus atque Suetonius.

6 κατὰ τῶν λουμένων] nempe thermis iunctum hoc gymnaſium more Graecorum, teſtis Suetonius l. c. indeque in dedicatione huius Gymnaſii Senatoribus & equitibus oleum praebitum, vt referunt iidem, quo ſcilicet delibuti e balneo deſcenderent.

7 ὡς ἐκλελυμένων] ſimilia in balnea ſupra differebat Apollonius, vid. lib. I. c. 17. not. 8.

ipſos

ipsos inquinantes: inanesque istas ostendit esse impensas. Quibus dictis, quo minus statim capite plecteretur, ei profuit, quod cantus suauitate seipsum ea die superasset Nero. Cantauerat autem in caupona quae in Gymnasio erat exstructa, subligaculo praecinctus, cetera nudus, non secus ac foedissimus quisque cauponum. Nec tamen effugit Demetrius, quo minus magnum ob ea, quae dixerat, periculum subiret. Tigillinus enim, qui praefectus erat praetorio Neronis, Roma illum expulit, non secus ac si balneum verbis suis esset demolitus.

καὶ αὐτὸς χραινόντων· καὶ ἐδείκνυεν ὅτι περιττὸν ἀνάλωμα[8] εἴη τὰ τοιαῦτα. ἐφ' οἷς ξυνήρατο μὲν αὐτῷ, μὴ ἀποθανεῖν αὐτίκα, τὸ τὸν Νέρωνα εὐφωνότατα ἑαυτῷ[9] κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ᾄδειν. ἦδε δὲ ἐν καπηλείῳ πεποιημένῳ ἐς τὸ γυμνάσιον, διάζωμα ἔχων, γυμνὸς, ὥσπερ τῶν καπήλων οἱ ἀσελγέστατοι. ἃ μὴν διέφυγεν ὁ Δημήτριος τὸ ἐφ' οἷς εἶπε κινδυνεῦσαι. Τιγιλλῖνος γὰρ, ἐφ' ᾧ τὸ ξίφος ἦν[10] τῷ Νέρωνος, ἀπήλαυνεν αὐτὸν τῆς Ρώμης, ὡς τὸ βαλανεῖον κατασκάψαντα οἷς εἶπε.

C. XLIII. Apollonium vero clanculum obseruabat, si forte & ipse quid animaduersione dignum aut liberum diceret nimis. Ille vero nec insultare deprehendebatur, nec anxiam curam prae se ferre, vt solent qui discrimen cupiunt euitare; sed quantum satis erat disserebat de rebus quae ipsi obueniebant, Telesino cum eo philosophante, aliisque nonnullis, qui, licet in discrimine philosophia esset, in nullo tamen se periculo esse putabant cum illo istis studiis incumbentes. Interea de eo tamen suspicio, vt dixi, erat, multoque magis propter ea quae de prodigio dixerat. Cum enim aliquando sol defecisset, & tonitru simul esset obortum, quod in eclipsi minime fieri videtur; oculis in coelum sublatis Apollonius, *eueniet*, inquit, *magnum aliquid, & non eueniet*. Et coniectura, quid sibi vellet dictum, tum quidem assequi iis, qui praesentes erant dictis, minime licebat, triduo autem post solis defectionem omnes intellexere oraculum. Coenante

Τὸν δ' Ἀπολλώνιον ἀφανῶς ἀνίχνευεν, ἔστε καὶ αὐτὸς ἐπιλήψιμόν τι καὶ παραβεβλημένον[1] εἴποι. ὁδ' ὅτε καταγελῶν φανερὸς ἦν, ὅτ' ἀφρονικῶς, ὥσπερ οἱ φυλατ]όμενοί τινα κίνδυνον. ἀλλ' ἀποχρώντως περὶ τῶν προκειμένων διελέγετο, ξυμφιλοσοφοῦντος αὐτῷ τοῦ Τελεσίνου, καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν, οἳ, καί τοι φιλοσοφίας ἐπικινδύνως πρατ]όσης, ὅμ ἂν ᾤοντο κινδυνεῦσαι ξὺν ἐκείνῳ σπουδάζοντες. ὑπωπ]εύετο δὲ, ὡς ἔφην, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐφ' οἷς καὶ περὶ τῆς διοσημίας εἶπε. γενομένης γάρ ποτε ἐκλείψεως ἡλίου καὶ βροντῆς ἐκδοθείσης[2], ὅπερ ἤκουσα ἐν ἐκλείψει δοκεῖ ξυμβαίνειν, ἀναβλέψας ἐς τὸν οὐρανὸν, ἔσαι τί, ἔφη, μέγα, καὶ οὐκ ἔσαι. ξυμβαλεῖν μὲν δὴ τὸ εἰρημένον οὔπω εἶχον οἱ παρατυχόντες τῷ λόγῳ, τρίτῃ δ' ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως ἡμέρᾳ[3] ξυνῆκαν τὸ λογίου πάντες. σεισμοῦ

---

8 ἀνάλωμα] tum ad sumtus in thermas tum ad oleum praebitum respicere videtur.

9 ἐυφωνότατα ἑαυτῷ] nempe cithara vincens, coronam retulit vt autor est Dio lib. LXII. initio.

10 ἐφ' ᾧ τὸ ξίφος ἦν] eadem phrasis redit in vitis Sophistarum l. II. *Herode*, notatque, vt in versione expressimus, *praefectum praetorio*, huius enim erat *gladio* pro imperatore vti, atque de maiestatis inprimis reis ius dicere. Hinc *gladio* tradito hoc munus ipsi demandabatur. Notum Traiani illud, qui ὅτε πρῶτον τῷ μέλλοντι τῶν θορυφόρων ἐπάρξειν τὸ ξίφος, ὁ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν, ἄρεξεν, ἐγύμνωσε τε αὐτῷ καὶ εἶπεν· δίξαι τὸ ξίφος τοῦτο, καὶ εἰ μὲν καλὸς ὑπάρχω ὑπὲρ ἐμοῦ, εἰ δὲ μὴ κατ' ἐμοῦ χρῆσαι. Res exposita Xiphilino & Suidae, eoque alludit Plinius Panegyr. c 66.

CAP. XLIII. 1 παραβεβλημένον] lectionem hanc cod. Vratisl. etiam retinet, ceteri παραβεβλαμμένον: nisi quod Vaticanus supra scriptam vocem παραβεβλημένον exhibeat. Verior haec lectio videtur, nam ab eodem verbo παράβολος est quod audacem notat & temerarium.

2 ἐκλείψεως ἡλίου καὶ βροντῆς ἐκδοθείσης] de hac eclipsi & coniuncto cum ea tonitru vid. not. sq.

3 τρίτῃ δ' ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως ἡμέρᾳ] nouam ecce magno Scaligero materiam reprehendendi Philostratum. Nihil vanius esse dicit ad Euseb. p. 195. quam quod triduo post defectionem hoc dicatur contigisse. Nempe solis defectio circa haec tempora nulla nisi illa, quae pridie Kal. Maias A. C. 59. Vipsanio Poplicola & Fonteio Capitone Coss. contigit. Atque adeo ad hoc tempus fulmen, quo Neronis manui excussum poculum, iuxta Philostratum referendum. At potior Scaligeriana Taciti videtur autoritas, qui Annal. XIV, 22. fulminis istius ostentum sub IV. Neronis refert consulatu, quem cum Cornelio Cosso gessit h. e. A. C. 60. At pace Scaligeri dixerim, non nimis firmum hoc esse ex Tacito argumentum. Cometam enim quidem ille his Coss. apparuisse dicit, eumque ita acceptum a plerisque, vt principis fata imminere crederent, quo tractum etiam sit illud fulminis portentum: quod alio tamen tempore contigisse vt credamus, patitur Taciti textus. N. Tillemontius in vita Neronis p. 457. non aegre patitur portentum illud ad Ann. C. 59, quo eclipsis contigit, referri. At spissius etiam errare putat Philostratum, qui haec ad *Telesini* consulatum, annumque C. 66. trahat. Sed huic scrupulo vt obuiam eamus, ante omnia inuestiganda eclipsis est, quae hic intelligi possit. Eam inter A. C. 62. & mens. nouembr. Ann. C. 66. constituere oportet. Nam vt ex ista historia patet, A. C. 61. Ludis Olympicis interfuit Apollonius, inde sequenti anno apud Lacedaemonas & in Creta fuit. vide supr. c. 34. Roma autem iussu Neronis eum discessisse ante mens. Nouembr. A. 66. certum. Nam Roma discessit antequam in Achaiam ad ludos Olympios proficisceretur Nero vid. l. V. c. 7: is autem eo, quod indicaui, tempore in Achaia iam fuit, vt constat ex Iosepho de B. Iud. lib. II. c. 40. p. 821. Iam vero Romae eo omni temporis interuallo nulla oculis patuit Eclipsis praeter eam, quae, si astronomicas rationes sequamur, incidit A. C. 64. Kalendis Augusti circa meridiem. Tum enim sol IV. di-

γὰρ τῷ

γὰρ τῆ Νέρωνος, ἐμπεσὼν τῇ τραπέζῃ σκηπτὸς διήλασε τῆς κύλικος ἐν χερσὶν ἔσης, καὶ ἀ πολὺ ἀπεχέσης τῆ στόματος. τὸ δὴ παρὰ τοσοῦτον[4] ἐλθεῖν τῆ βληθῆναι αὐτὸν πεπράξεσθαί τι εἶπε καὶ μὴ πεπράξεσθαι. ἀκέσας δὲ Τιγελλῖνος τὸν λόγον τοῦτον ἐς δέος ἀφίκετο τῆ ἀνδρὸς, ὡς σοφῆ τὰ δαιμόνια. καὶ ἐς ἐγκλήματα μὲν φανερὰ καθίσασθαι πρὸς αὐτὸν ἠκ ἤξετο δεῖν, ὡς μὴ κακόν τι ἀφανὲς ὑπ' αὐτῆ λάβοι.

enim Nerone fulgur in mensam incidens calicem, quem manibus tenebat, traiecit, non longe ab ore amotum. Hoc ipsum igitur, quod tam propinquum fuerit fulmen feriendo ei, verbis *magnum aliquid fore, & non fore*, Apollonius significauit. Tigillinus itaque re illa audita, hominem metuere coepit, tanquam rerum diuinarum callentissimum. Neque palam ipsum criminandum censebat, ne clanculum aliquid mali ab eo sibi immitteretur.

---

gitorum spatio obscurus apparuit. Nempe fuit latitudo lunae borea 43′ 0″ Parallaxis vero latitudinis 21′.32″. Ergo latitudo lunae visa fuit 21′ 28″. Atqui summa semidd. ☉is & ☽ae est 31′.17″. Ergo scrupula deliquii erunt 9′.49″. i. e. 4. digiti fere iuxta Tabulas Rudolphinas, vel $4\frac{3}{4}$ digitorum iuxta Ricciolum, quorum computorum illum amicissimo vîro D. Doblero, hunc clarissimo Pfauzio nostro debeo. Hac vero eclipsi obseruata is coeli positus fuit, vt, si quid valent Astrologorum leges, cum tonitru eam coniunctam fuisse oporteat: quod tanquam singulare de hac eclipsi obseruat Philostratus. En positum coeli iuxta delineationem ab antea laudato Doblero factam

Ex hac patet, locum luminarium eclipticum in septimo gradu leonis fuisse, atque adeo in prima decade signi solaris & ignei, cuius maximus esse creditur vigor. Porro cardini medii coeli is propinquus est, & cordi leonis in tertio illius signi gradu coniunctus, quae stella Regulus est Astrologis, Principibus fatalis. Saturnus porro, Mercurius & Venus in eodem feruidissimo leonis signo deprehenduntur, & quidem Saturnus & Mercurius sub radiis solis. Iupiter *κεραύνιος* vero in septimo est aquarii gradu, soli partiliter oppositus, & in cardine insuper, subterraneo licet constitutus. Mars vero cardinem coeli occiduum occupat, estque in partili quadrato meridiani, & in trigono leonis, h. e. in gradu arietis vigesimo, quod signum vna cum leone & sagittario famosam illam triplicitatem signorum Zodiaci igneam absoluit, Marti autem domicilium, & soli exaltationem praebet, prout astrologi nugantur, vt adeo coeli adspectus, cum hac eclipsi coniunctus, tonitru omnino minetur: sitque probabile hanc esse eclipsin, ad quam hoc loco a Philostrato digitus intenditur: qua ratione spisse adeo errasse Philostratus minime videbitur.

Sed tamen haec quoque Eclipsis biennio Telesini consulatum anticipat, quo Romam venisse Apollonium diserte Philostratus videtur testari. Putem igitur supra cap. 40. verba *ὁ ὕστερος τῶν ὑπάτων* vel glossam esse, vel legendum *ὁ ὕστερον τῶν ὑπάτων, qui postea in consulibus fuit*, Apolloniumque adeo ante consulatum Telesini Romam venisse. Nec aliter suspicari nos patitur totus historiae huius contextus. Nempe statim post Olympia, A. C. 61. celebrata, Lacedaemona venit Apollonius, & proximo anno veris initio Maleam profectus est Romam abeundi consilio: id consilium iter in Cretam remoratur nonnihil, an vero totis quinque annis, tot enim vsque ad consulatum Telesini decurrerunt, remoratum putabimus? Quid vero integro quinquennio in Creta Apollonio, eique Romam festinanti, negotii? Cui IV menses apud Iarcham sufficere & sapientes Indos, quorum disciplina tamen proficere cum maxime cuperet. Certe vero in Creta morae statim successit iter Romanum, vide supr. c. 34. sq. Hocque adeo ad summum vltra annum 64. differre non possis. Quae si admittantur, salua Philostrati res erit. Ceterum de isto negotio Tzetzae quoque habes locum apud Scaligerum l. c.

4 *παρὰ τοσοῦτον*] sic cod. Vatican. Vrbin. & Vratisl. quod magis probandum videbatur quam *περὶ τοσοῦτον* editorum.

Verun-

Veruntamen loquentemque & tacentem, ſedentemque & ambulantem, quid manducaret item, & apud quem? an ſacrificaret nec ne? tot oculis, quot vti ſolent, qui primas in Republica tenent, obſeruabat.

διαλεγόμενον δὲ καὶ σιωπῶντα, καὶ καθήμενον καὶ βαδίζοντα, καὶ ὅ, τι φάγοι, καὶ παρ' ὅτῳ; καὶ εἰ ἔθυσεν ἢ μὴ ἔθυσε; περιήθρει πᾶσιν ὀφθαλμοῖς[5], ὁπόσοις ἡ ἀρχὴ βλέπει.

C. XLIV. Cum morbus autem Romam inuaſiſſet quem catarrhum medici vocant, (tuſſes autem illo concitantur, & aegre loquentibus vox exit,) plena templa fuere ſupplicantium Diis, quoniam Neronis fauces intumuerant, & fuſca ille voce vtebatur. Apollonius autem ob vulgi dementiam fere rumpebatur quidem, neminem tamen palam increpabat. Quin etiam Menippo, talibus rebus irritato, vt moderatione vteretur ſuaſit eumque compeſcuit, Diis vt veniam daret praecipiens, ſi morionibus oblectari ſe velint. Ea verba cum ad Tigillinum relata eſſent, miſit qui ad praetorium Apollonium traherent, non laeſam Neronis a ſe maieſtatem eſſe apologia defenſurum. Inſtructus etiam contra ipſum erat delator, qui multos iam perdiderat, illiuſque generis Olympicarum [victoriarum] plenus erat. Tenebatque ille manu aliquod etiam volumen, in quo deſcripta accuſatio erat. Idque gladii ad inſtar contra virum vibrans acutiſſimum ſe feciſſe, iamque actum de Apollonio eſſe aiebat. Vbi vero Tigillinus volumen explicans, nullum literarum veſtigium in eo inuenit, atque in libellum incidit nullis ſignis notatum, daemonem eum eſſe ipſi in mentem venit. Eaque etiam Domitiani poſtea de eo ſententia dicitur fuiſſe. A turba igitur ſemotum Apollonium in ſecretiorem praetorii partem deduxit, vbi de rebus maximis hic magiſtratus ſecreto iudicia ſolet exercere, ſemotiſque arbitris, quiſnam eſſet? interrogando inſtitit. Apollonius igitur & patris & patriae nomen expoſuit, & ſapientia quibus rebus vteretur. Dixit nempe ſe ad hoc ea vti, vt Deos cognoſceret, homineſque perſpectos haberet. Nam ſeipſum noſſe longe difficilius eſſe, quam cognoſcere alios. Daemones vero, Tigillinus aiebat, & ſpectrorum apparitiones quomodo redarguis? Perinde, inquit Apollonius,

Ἐμπεσόντος δὲ ἐν Ῥώμῃ νοσήματος, ὃ καταῤῥον οἱ ἰατροὶ ὀνομάζουσιν, ἀνίσανται δὲ ἄρα ἀπ' αὐτοῦ[1] βῆχες, καὶ ἡ φωνὴ τοῖς λαλοῦσι πονήρως ἔχει, τὰ μὲν ἱερὰ πλέα ἦν ἱκετευόντων τοὺς θεούς, ἐπεὶ διῳδήκει τὴν φάρυγγα Νέρων, καὶ μελαίνῃ τῇ φωνῇ[2] ἐχρῆτο. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἐῤῥήγνυτο μὲν πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἄνοιαν, ἐπέπληττε δὲ οὐδενί. ἀλλὰ καὶ τὸν Μένιππον, παροξυνόμενον ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἐσωφρόνιζέ τε καὶ κατεῖχε, ξυγγινώσκειν κελεύων τοῖς θεοῖς, εἰ μίμοις γελοίων[3] χαίρουσιν. ἐπαγγελθέντος δὲ τῷ Τιγελλίνῳ τοῦτο τοῦ λόγου, πέμπει τοὺς ἄξοντας αὐτὸν ἐς τὸ δικαστήριον, ὡς ἀπολογήσαιτο μὴ ἀσεβεῖν ἐς Νέρωνα. παρεσκεύαστο δὲ καὶ κατήγορος ἐς αὐτὸν, πολλοὺς ἀπολωλεκὼς ἤδη, καὶ τοιούτων Ὀλυμπιάδων μεστός. καί τι καὶ γραμματεῖον εἶχεν ἐν ταῖν χεροῖν, γεγραμμένον τὸ ἔγκλημα. καὶ τοῦτο ὥσπερ ξίφος ἀνασείων ἐπὶ τὸν ἄνδρα, ἠκονῆσθαί τε αὐτὸ ἔλεγε, καὶ ἀπολεῖν αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἀνελίττων Τιγελλῖνος τὸ γραμματεῖον, γραμμῆς μὲν ἴχνος ἐν αὐτῷ οὐχ εὗρεν, ἀσήμῳ δέ τινι βιβλίῳ ἐνέτυχεν, ἐς ἔννοιαν ἀπῆλθε δαίμονος. τοῦτο δὲ καὶ Δομετιανὸς ὕστερον[4] πρὸς αὐτὸν λέγεται παθεῖν. ἀπολαβὼν ἂν τὸν Ἀπολλώνιον ἤνεγκεν ἐς τὸ ἀπόῤῥητον δικαστήριον, ἐν ᾧ περὶ τῶν μεγίστων ἡ ἀρχὴ αὕτη ἀφανῶς δικάζει. καὶ μεταστησάμενος πάντας, ἐνέκειτο ἐρωτῶν ὅστις εἴη; ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, πατρός τε ἐμέμνητο, καὶ πατρίδος, καὶ ἐφ' ὅτῳ τῇ φιλοσοφίᾳ χρῷτο. ἔφασκέ τε αὐτῇ χρῆσθαι ἐπί τε τῷ θεοὺς γιγνώσκειν, ἐπί τε τῷ τῶν ἀνδρῶν ξυνιέναι. τὸ γὰρ ἑαυτὸν γνῶναι[5], χαλεπώτερον εἶναι τοῦ ἄλλον γνῶναι. τοὺς δαίμονας, εἶπεν, ὦ Ἀπολλώνιε, καὶ τὰς τῶν εἰδώλων φαντασίας πῶς ἐλέγχεις; ὥς γε, ἔφη,

---

5 πᾶσιν ὀφθαλμ.] alludit ad morem Regum Perſarum, quibus ὦτα ſua καὶ ὀφθαλμοί. vid. lib. I. c. 21. not. 2.

CAP. XLIV. 1 ἀπ' αὐτοῦ] ὑπ' αὐτοῦ habent MSS. omnes, quod praeferrem.

2 μελαίνῃ τῇ φωνῇ] ſic apud Pollucem lib. II. c. 4. p. 97. φωνὴ μέλαινα cum φαιᾷ & ἀηδεῖ coniungitur. Et Heſych. μέλαναι ſunt βαθεῖαι. Sic Neroni Dio τὸ βραχὺ καὶ μέλαν τῆς φωνῆς tribuit: quod *exiguum ſocem & fuſcam* reddit Sueton. c. 20. Sic & μέλαινας φρένας pro βαθείας dixit Homerus, μελαίνῃ φωνῇ opponitur λευκὴ vid. inf. not. 6. ad c. 21. libri V. vbi & Sexti inſignem locum habes de voce λευκῇ & μελαίνῃ.

3 μίμοις γελοίων] nempe mimi alii graues ſunt alii tidiculi, vt ex Vlpiano ad Demoſth. Olynth. II. dudum obſeruatum viris doctis: μίμοι γελοίων itaque ſunt, qui *moriones* in noſtris theatris. Deos itaque *ſtultis* quoque *morionibuſque* quandoque vt homines delectari ait. Alludit autem ad Platonicum illud, de quo ſupra, c. 36. n. 4. θεῶν ἀνθρώπως εἶναι παίγνιον. In iſto luſu igitur, vt aliis perſonis, ita morionibus etiam opus.

4 Δομετιανὸς ὕστερον] vide infra lib. VII. fin. & lib. VIII.

5 τὸ γὰρ ἑαυτὸν γνῶναι] vid. ſ. l. III. c. 18.

τὰς μιαιφόνους τε καὶ ἀσεβεῖς ἀνθρώπους. ταυτὶ δὲ πρὸς τὸν Τιγελλῖνον ἀποσκώπτων ἔλεγεν, ἐπειδὴ πάσης ὠμότητος καὶ ἀσελγείας διδάσκαλος ἦν τῷ Νέρωνι. μαντεύσαιο δ' ἄν, ἔφη, δεηθέντι μοί; πῶς, εἶπεν, ὅ γε μὴ μάντις ὤν. καὶ μὴν καὶ σὲ, ἔφη, φασὶν εἶναι τὸν εἰπόντα ἔσεσθαί τι μέγα [6] καὶ οὐκ ἔσεσθαι. ἀληθῶς, εἶπεν, ἤκουσας. τοῦτο δὲ μὴ μαντικῇ [7] προσίθει, σοφίᾳ δὲ μᾶλλον ἢν θεὸς φαίνει σοφοῖς ἀνδράσι. Νέρωνα δὲ, ἔφη, διατί δέδοικας; ὅτι, εἶπεν, ὁ θεὸς, ὁ παρέχων ἐκείνῳ φοβερῷ δοκεῖν, καὶ μοὶ δέδωκεν ἀφόβῳ εἶναι. φρονεῖς δὲ πῶς, εἶπε, περὶ Νέρωνος; ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, βέλτιον, εἶπεν, ἢ ὑμεῖς· ὑμεῖς γὰρ ἡγεῖσθε αὐτὸν ἄξιον τοῦ ᾄδειν, ἐγὼ δὲ ἄξιον τοῦ σιωπᾶν [8]. ἐκπλαγεὶς ἂν ὁ Τιγελλῖνος, ἄπιθι, ἔφη, κατασήσας ἐγγυητὰς τοῦ σώματος. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, καὶ τίς, εἶπεν, ἐγγυήσεται σῶμα, ὃ μηδεὶς δήσει; ἔδοξε τῷ Τιγελλίνῳ ταῦτα δαιμόνιά τε εἶναι καὶ πρόσω ἀνθρώπου. καὶ ὥσπερ θεομαχεῖν φυλατόμενος, χώρει, ἔφη, οἷ βούλει, σὺ γὰρ κρείττων ἢ ὑπ' ἐμοῦ ἄρχεσθαι.

vt homicidas, atque impios homines. Idque Tigillinum mordens dicebat, quando quidem crudelitatis omnis, omnisque lasciuiae magister erat Neroni. Annon vero, illo dicente, futura mihi cecineris id petenti? quomodo canerem, respondit, qui diuinus non sim? Atqui, inquiebat, te esse perhibent, qui dixerit, *fore magnum aliquid, & non fore.* Recte, inquit Apollonius, audisti: id vero non diuinandi arti tribuas velim, verum sapientiae potius, quam sapientibus viris Deus illucescere sinit. Neronem vero, pergebat, cur non times? Quoniam, inquit, Deus, qui dedit illi esse terribili, idem mihi quoque imperterrito esse dedit. Quid autem, aiebat, de Nerone sentis? Tum Apollonius, melius quam vos, dixit. Vos enim dignum putatis qui cantet: ego dignum qui sileat. His verbis perculsus Tigillinus, abi, inquit, quocunque libet, corporis vadibus datis. Tunc Apollonius, quis, inquit, vas erit corporis, quod vinculis nemo constringere possit? Haec autem diuina plane Tigillino visa, & vltra hominum posita vires. Et quasi cum Deo luctari deuitaturus, abi, inquit, quocunque libet, potentior enim es, quam vt ego magistratus officium aduersus te exerceam.

Κἀκεῖνο Ἀπολλωνίου θαῦμα. κόρη ἐν ὥρᾳ γάμου τεθνάναι ἐδόκει, καὶ ὁ νυμφίος ἠκολούθει τῇ κλίνῃ, βοῶν ὁπόσα ἐπ' ἀτελεῖ γάμῳ. ξυνωλοφύρετο δὲ καὶ ἡ Ῥώμη, καὶ γὰρ ἐτύγχανεν οἰκίας ἡ κόρη τελούσης ἐς ὑπάτους. παρατυχὼν ἂν ὁ Ἀπολλώνιος τῷ πάθει, κατάθεσθε, ἔφη, τὴν κλίνην, ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς τῶν ἐπὶ τῇ κόρῃ δακρύων παύσω. καὶ ἅμα ἤρετο ὅ, τι ὄνομα αὐτῇ εἴη; οἱ μὲν δὴ πολλοὶ ᾤοντο λόγον ἀγορεύειν αὐτὸν, οἷοι τῶν λόγων οἱ ἐπικήδειοί τε καὶ τὰς ὀλοφύρσεις ἐγείροντες. ὁ δὲ, οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσαψάμενος αὐτῆς, καί τι καὶ ἀφανῶς ἐπειπὼν, ἀφύπνισε τὴν κόρην τοῦ δοκοῦντος θανάτου. καὶ φωνήν τε ἡ παῖς ἀφῆκεν, ἐπανῆλθέ τε ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ πατρὸς, ὥσπερ ἡ Ἀλκῆστις ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους [2] ἀναβιωθεῖσα. δωρουμένων δὲ αὐτῷ τῶν ξυγγενῶν τῆς κόρης μυριάδας δεκαπέντε, φερνὴν, ἔφη, ἐπιδιδόναι αὐτὰς τῇ παιδί. καὶ εἴ τε σπινθῆρα τῆς ψυχῆς εὗρεν ἐν αὐτῇ, ὃς ἐλελήθει τοὺς θεραπεύοντας, λέγεται γὰρ ὡς ψε-

Illud quoque inter Apollonii miranda est. Puella nubili aetate mori est visa, feretrumque sponsus sequebatur, vt par est nuptiis imperfectis, eiulans. Vniuersa vero simul Roma plorabat, ex consulari enim familia erat puella. Interueniens igitur luctui Apollonius, ponite, dixit, feretrum, ego enim vobis finem lacrymarum, quibus puellam prosequimini, afferam: simulque quodnam puellae nomen esset, interrogauit. Plerique igitur illum sermonem prolaturum putabant, quales sunt epicedii, & ad luctum excitandum compositi. Ipse vero nihil aliud faciens quam vt attrectaret puellam, atque secreto aliquid admurmuraret, virginem ab ea, qua oppressa videbatur morte, excitauit. Statimque vocem puella edidit, & in paternam domum reuersa est, vt quondam Alcestis ab Hercule ad vitam reuocata. Cumque puellae parentes centum & quinquaginta mille drachmas Apollonio donarent, se dotem eas puellae donare vicissim, dixit. Vtrum vero scintillam animae in ipsa inuenerit, quae medicos latuerat, (dicitur enim plu- Cap. XLV.

6 τὸν εἰπόντα ἔσεσθαί τι μέγα] paulo ante cap. 39.

7 μὴ μαντικῇ] μὴ excideratin ed. Morellii, typographorum, vt puto, vitio, nam versione expressit, estque etiam in Aldina.

8 ἐγὼ δὲ ἄξιον τοῦ σιωπᾶν] sensus est: vos dignitatis eius parum obseruantes, canere eum finitis; ego vero maiorem eius puto dignitatem quam vt ad cantoris partes agendas sese demittere debeat.

CAP. XLV. 1 οἱ ἐπικήδειοί τε] articulum & coniunctionem omiserant editi: restituimus ex omnibus MSS. nostris.

2 ὥσπερ ἡ Ἀλκῆστις ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους] sic omnes MSS. editi ὡς Ἀλκῆστις τοῦ Ἡρ. quod ferri tamen etiam potest.

isse

isse tum Iupiter, ipsa vero vaporem facie exhalasse:) Vtrum extinctam animam refocillauerit atque reduxerit, difficile est iudicare, non mihi solum, verum iis etiam, qui praesentes tum fuerunt.

C. XLVI. Erat quoque temporibus illis in carcere Neronis Musonius, quem maxime mortalium, philosophia excelluisse aiunt. Atque palam quidem [ille & Apollonius] minime inuicem colloquebantur, deprecante id Musonio, ne vtrique periculum ea res afferret. Per epistolas itaque communicabant inuicem, Menippo & Damide ad carcerem venientibus. Nos vero de rebus exigui momenti quae essent epistolas omittentes, magis necessarias tantum subiungemus, & ex quibus magnum quid perspicere liceat.

Apollonius Musonio Philosopho,
Salutem.

Cupio ad te venire & sermonum ac tecti frui communione, vt aliquo modo te adiuuem: modo ne dubites quod Hercules quoque ab inferno Theseum liberauerit, scribe quid fieri cupias. Vale.

Musonius Apollonio Philosopho,
Salutem.

Pro iis quae animo proposuisti, laus te manebit. Vir tamen qui defensionem expectauerit, nulliusque criminis reum se teneri ostenderit, seipsum liberabit. Vale.

Apollonius Musonio Philosopho,
Salutem.

Socrates, Athenienſis, cum e carcere ab amicis liberari noluisset, nullius quidem criminis quod ad iudicium illud pertinere reus erat, sed mortuus est tamen. Vale.

Musonius Apollonio Philosopho,
Salutem.

Socrates mortuus est, quoniam ad defensionem se non comparauit: ego autem meipsum defendam. Vale.

καίζοι μὲν ὁ Ζεὺς, ἡ δὲ ἀτμίζοι ἀπὸ τῦ προσώπε[3], εἶτ' ἀπεσβηκυῖαν τὴν ψυχὴν ἀνέθαλψέ τε καὶ ἀνέλαβεν, ἄῤῥητος ἡ καταληψις τότε γέγονεν, ἐκ ἐμοὶ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς παρατυχοῦσιν.

Ἐτύγχανε δὲ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ Μυσώνιος[1] κατειλημμένος ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις τῦ Νέρωνος, ὃν φασι τελεώτατα ἀνθρώπων[2] φιλοσοφῆσαι. καὶ φανερῶς μὲν ἐ διελέγοντο ἀλλήλοις, παραιτησαμένε τῦ Μυσωνίε[3] τῦτο, ὡς μὴ ἄμφω κινδυνεύσειαν. ἐπιστολιμαίας δὲ τὰς ξυνουσίας ἐποιῦντο, φοιτῶντος ἐς τὸ δεσμωτήριον τῦ Μενίππε καὶ τῦ Δαμίδος. τὰς δὲ ἐκ ὑπὲρ μεγάλων ἐπιστολὰς ἐάσαντες, τὰς ἀναγκαίας παραθησόμεθα, καθ' ὧν ὑπάρχει κατιδεῖν μέγα[4].

Ἀπολλώνιος Μυσωνίῳ φιλοσόφῳ,
χαίρειν.

Βέλομαι, παρά σε ἀφικόμενος, κοινωνῆσαί σοι λόγε, καὶ σέγης, ὥς τι ὠνήσαιμί σε[5]· εἰ γε μὴ ἀπιστεῖς[6], ὡς Ηρακλῆς ποτε Θησέα ἐξ ᾅδε ἔλυσε, γράφε τί βέλει. Ἐῤῥῶσο.

Μυσώνιος Ἀπολλωνίῳ φιλοσόφῳ,
χαίρειν.

Ὧν μὲν ἐνεγκήθης, ἀποκείσεταί σοι ἔπαινος. ἀνὴρ δὲ ὑπομείνας ἀπολογίαν, καὶ ὡς ἀδίκει δείξας, ἑαυτὸν λύσει. Ἐῤῥῶσο.

Ἀπολλώνιος Μυσωνίῳ φιλοσόφῳ,
χαίρειν.

Σωκράτης, Ἀθηναῖος, ὑπὸ τῶν ἑαυτῦ φίλων λυθῆναι μὴ βληθεὶς, ἃ παρῆλθε μὲν ἐς δικαστήριον[7], ἀπέθανε δέ. Ἐῤῥῶσο.

Μυσώνιος Ἀπολλωνίῳ φιλοσόφῳ,
χαίρειν.

Σωκράτης ἀπέθανεν, ἐπεὶ μὴ παρεσκεύασεν ἐς ἀπολογίαν ἑαυτόν· ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι. Ἐῤῥῶσο.

---

3 ἡ δὲ ἀτμίζοι ἀπὸ τῦ προσώπε] nempe hoc indicium caloris in corpore, atque vitae. Aqua enim frigida calenti corpori adspersa fumum excitat, calore agitante atque in fumum resoluente partes aqueas.

CAP. XLVI. 1 Μυσώνιος] de quo vide notata supra cap. 35.

2 τελεώτατα ἀνθρώπων] supra cap. 35. secundus dicitur esse sapientia Apollonio.

3 τῦ Μυσωνίε] hae voces priorib. editionib. exciderant, restituimus sensu postulante, suffragantibus MSS. nostris omnibus.

4 μέγα] adderem τι.

5 ὥς τι ὠνήσαιμί σε] sic MSS. nostri. Aldina ὥστε ὀνήσαί μί σε Morell. ὥστε ὀνήσαιμί σε.

6 εἰ γε μὴ ἀπιστεῖς] videtur illi liberationem ex carcere polliceri. quo & spectat Musonii responsio.

7 ἃ παρῆλθε μὲν ἐς δικαστήριον] male hic Interpr. prior. Mihi παρέρχεσθαι idem est quod παραβαίνειν *peccare, impingere.* Παρέρχεσθαι εἰς δικαστήριον ad verbum *peccare in iudicium:* h. e. peccatum admittere, quod iudicium sibi vindicandum sumere posset. Hoc itaque sibi vult, quod in versione expressi.

Ἐξελαύνοντος δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα [1] τῦ Νέρωνος, καὶ προκηρύξαντος [2] δημοσίᾳ μηδένα ἐμφιλοσοφεῖν τῇ Ῥώμῃ, τρέπεται ὁ Ἀπολλώνιος ἐπὶ ἑσπέρια τῆς γῆς, ἃ φασιν ὁρίζεσθαι ταῖς στήλαις [3], τὰς ἀμπώτεις τῦ Ὠκεανῦ ἐποψόμενος, καὶ τὰ Γάδειρα. καὶ γάρ τι καὶ περὶ φιλοσοφίας τῶν ἐκείνῃ ἀνθρώπων ἤκουεν, ὡς ἐς πολὺ τῦ θείου προηκόντων. ἠκολούθησαν δὲ αὐτῷ οἱ γνώριμοι πάντες, ἐπαινοῦντες καὶ τὴν ἀποδημίαν, καὶ τὸν ἄνδρα.

Cum vero iter in Graeciam Nero ingrederetur, publiceque ediceret ne quis philosophus Romae esset; Apollonius ad occidentales orbis partes se vertit, quas columnis terminari dicunt, Oceani spectaturus aestum & Gades. Etenim de philosophia quoque illic degentium hominum audiuerat, quodque ad diuinam sapientiam proxime accedant. Secuti autem eum sunt familiares sui omnes, & peregrinationem, & virum laudibus extollentes. C. XLVII.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Ε'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANENSIS

LIBER QVINTVS.

Περὶ δὲ τῶν στηλῶν [1], ἃς ὅρια τῆς γῆς τὸν Ἡρακλέα φασὶ πήξασθαι, τὰ μὲν μυθώδη ἐῶ, τὰ δ' ἀκοῆς τε καὶ λόγε ἄξια δηλώσω μᾶλλον. Εὐρώπης καὶ Λιβύης ἄκραι, σταδίων ἑξήκοντα [2] πορθμὸν ἐπέχουσαι, τὸν Ὠκεανὸν ἐς τὰ ἔξω πελάγη φέρουσι. καὶ τὴν μὲν τῆς Λιβύης ἄκραν, ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἀβίννα [3], λέοντες ὑπερνέμονται [4], περὶ τὰς ὀφρῦς τῶν ὀρῶν ἃ εἴσω ὑπερφαίνεται [5], ξυνάπτουσαν πρὸς Γαιτύλους καὶ Τίγγας, ἄμφω θηριώδη καὶ Λιβυκὰ ἔθνη. παρατείνει δὲ ἐσπλέοντι τὸν Ὠκεανὸν [6] μέχρι μὲν τῶν ἐκβολῶν τῦ Σάληκος, ἐννακόσια στάδια. τὸ δὲ ἐντεῦθεν, ἐκ ἂν ξυμβάλοι τις ὁπόσα. μετὰ

De columnis autem, quas terminos terrae posuisse Herculem ferunt, fabulas praetermitto, auditu narratuque digna potius expositurus. Europae Africaeque promontoria, stadiorum sexaginta fretum vrgentia, in pelagus exterius mare mediterraneum propellunt. Et Africae quidem promontorio, nomen autem ipsi Abinnae, parte quae terram spectat leones pascuntur, circa excelsa montium, quae interioribus regionibus conspicua sunt, ipsumque Getulis, Tingisque conterminum est, quae ambae sunt gentes ferae atque Afrae. Ad latus vero protenditur illud nauigantibus versus mare mediterraneum, stadiis nongentis, vsque ad Salecis fluminis ostia. Inde autem porro quam longe protendatur, non facile coniectura quis assequatur. Post fluuium enim Cap. I.

CAP. XLVII. 1 ἐξελαύνοντος δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα] quod factum ante mensem Nouembr. A. C. 66. Nam eo mense in Achaia iam fuisse Neronem constat ex Iosepho de Bell. Iud. lib. II. c. 40. p. 821.

2 προκηρύξαντος] huius Neronis edicti nuspiam alibi mentio.

3 στήλαις] Columnas Herculis intelligit in Gadibus.

LIB. V.

CAP. I. 1 περὶ δὲ τῶν στηλῶν] de quibus alii aliter: ipsam Calpen & Abinnam eas esse putantibus aliis: aliis vicinas insulas: aliis aereas columnas in templo Herculis, vid. Eustath. ad Dionys. v. 64.

2 σταδίων ἑξήκοντα] fretum Gibraltar sesquimilliari Germanico, quorum quindecim gradui competunt, moderni metiuntur.

3 Ἀβίννα] Abila montem intelligit, quem & Αβυλα & Αλυβα dicere Graecos, idque eodem redire Bochartus iam obseruauit, qui vocem lingua Phoenicum *montem excelsum* notare ostendit. Quod indicatum iam olim fuerat a Festo Auieno. Adde & Aldrettum *Antiquit. Hisp.* lib. II. c. 22. Ἀβίννα, quod noster habet, vel Ἀβίνα, vt habet Dionysii paraphrastes, ad v. 64. sqq. itemque Eustathius, qui Barbaris h. e. Phoenicibus ita pronunciari hoc nomen ait, ab אבן *Saxo* esse videtur Aldretto l. c. Ἀβίνα apud Tzetzem est, & apud Suidam Ἀβίννης πόλεως, nescio cuius, mentio. Montem illum ea parte, qua hodie *Ceuta* est, Geographi collocant.

4 λέοντες ὑπερνέμονται] sic & montem *Abylae* πολύθηρον, καὶ μεγαλόδενδρον Strabo vocat. Vocemque *Abila* syluam excelsam etiam lingua Phoenicum notare obseruat Bochartus. ὑπερνέμεσθαι vero est *ab altera parte*, a mari nempe auersa, *habitare*.

5 ἃ εἴσω ὑπερφαίνεται] cod. Vatican. αἳ ἔισω ὑπερφαίνεται, sed lectionem vulgatam retinere, verbumque singulare cum articulo ἃ ad ὄρη referre nil impedit.

6 Ὠκεανὸν] *mare mediterraneum*, eum per Ὠκεανὸν hoc loco intelligere manifestum ex praecedentibus est. Vbi *Oceanum* opponit τοῖς ἔξω πελάγεσι.

istum

istum inculta est Africa, nec homines in ea sunt vlli. Europae autem promontorium, quod Calpis dicitur, dexterae ingressus [maris mediterranei] imminet, stadiis sexcentis continuatum, desinitque in antiquas Gades.

γὰρ τὸν ποταμὸν τοῦτον ἄβιος ἡ Λιβύη, καὶ ἐκέτι ἄνθρωποι. τὸ δὲ τῆς Εὐρώπης ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται Κάλπις[7], δεξιᾷ μὲν ἐπέχει τὸ ἔσπλουν[8], σταδίων ἑξακοσίων μῆκος[9], λήγει δὲ ἐς τὰ ἀρχαῖα Γάδειρα[10].

Cap. II. Oceani vero fluxum & refluxum ipse quidem apud Celtas vidi, quales vulgo esse feruntur. Causam vero identidem coniecturis assequi conato, ob quam vastum adeo pelagus accedat & recedat, quod res est Apollonius mihi dispexisse videtur. In quadam enim ad Indos epistola, *Oceanum* ait, *sub aquila agitatum, ventis prodeuntibus ex cauernis compluribus, quas sub ipso & circa ipsum terra praebeat, ad exteriora diffundi ac reduci rursus, vbi, velut in respiratione, recesserit spiritus.* Hoc ipsum autem firmat ex aegrotantium circa Gades habitum. Nam quo tempore aestuat aqua, animae morientes non deserunt. Quod aliter euenturum ait, nisi spiritum terrae aestus largiretur. Quae autem in Luna obseruari dicunt nascente, plena, & decrescente, ea omnia in Oceano animaduerti. Eius enim mensuras obit, simul cum ipsa decrescens augescensque.

Τὰς δὲ τῶν Ὠκεανῶν τροπὰς, καὶ αὐτὸς μὲν περὶ Κελτοὺς εἶδον[1], ὁποῖαι λέγονται. τὴν δὲ αἰτίαν ἐπὶ πολλὰ εἰκάζων, δι' ἣν ἄπειρον ὕτω πέλαγος ἐπιχωρεῖ τε καὶ ἀναστᾶται, δοκῶ μοι τὸν Ἀπολλώνιον ἐπεσκέφθαι τὸ ἔν. ἐν μιᾷ γὰρ τῶν πρὸς Ἰνδοὺς ἐπιστολῶν, "τὸν Ὠκεανὸν φησὶν[2] "ὑφύδροις ἐλαυνόμενον πνεύμασιν ἐκ πολλῶν "χασμάτων, ἃ ὑπ' αὐτῷ τε καὶ περὶ αὐτὸν ἡ γῆ "παρέχεται, χωρεῖν ἐς τὸ ἔξω, καὶ ἀναχωρεῖν "πάλιν, ἐπειδὴ ὥσπερ ἄσθμα ὑπονοήσῃ τὸ "πνεῦμα." πιστεῖται δὲ αὐτὸ καὶ τῶν νοσούντων περὶ Γάδειρα. τὸν γὰρ χρόνον, ὃν πλημμυρεῖ τὸ ὕδωρ, οὐκ ἀπολείπουσιν αἱ ψυχαὶ τοὺς ἀποθνήσκοντας· ὅπερ οὐκ ἂν ξυμβαίνειν, εἰ μὴ καὶ πνεῦμα τῇ γῇ ἐπεχώρει[3]. ἃ δὲ περὶ τὴν σελήνην φασὶ φαίνεσθαι, τικτομένην τε καὶ πληρουμένην, καὶ φθίνουσαν, ταῦτα περὶ τὸν Ὠκεανὸν οἶδα. τὰ γὰρ ἐκείνης ἄνεισι μέτρα, ξυμμινύθων αὐτῇ, καὶ ξυμπληρούμενος.

Cap. III. Nox porro diem, & dies noctem excipit, apud Celtas quidem sensim sensimque siue tenebris siue luce sibi inuicem succedentibus, vti in hisce regionibus. Circa Gades autem & columnas confestim tanquam fulgura in oculos irruere [siue lucem siue tenebras] aiunt. Perhibent quoque beatorum insulas Africae finibus contineri inhabitabili pro-

Ἡμέρα δ' ἐκδέχεται νύκτα, καὶ νὺξ τὴν ἡμέραν, περὶ Κελτοὺς μὲν κατολίγον ὑπαπιόντος τοῦ σκότους ἢ τοῦ φωτὸς ὥσπερ ἐνταῦθα[1]. περὶ Γάδειρα δὲ καὶ σήλας ἀθρόως λέγονται τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐμπίπλειν[2], ὥσπερ αἱ ἀστραπαί. φασὶ δὲ καὶ τὰς μακάρων νήσους[3] ὁρίζεσθαι τῷ Λιβυκῷ τέρματι, πρὸς τὸ ἀοίκητον ἀνεχόντας ἀκρω-

---

7 Κάλπις] ita Barbaros vocare Eustathius autor est ad Dionys. v. 64. Αλύβην Graecos. Hodie *Gibraltar: Gebel Aali* autem *mons* altus Arabibus. Vnde natum *Gibraltar*, vt idem adeo sit, quod *Abinna* lingua Phoenicum.

8 δεξιᾷ μὲν ἐπέχει τὸ ἔσπλου] nempe ex Italia fretum illud petentibus, ad dextram est in eius ostio Calpe.

9 σταδίων ἑξακοσίων μῆκος] Strabo distare stadiis DCCL dicit, vel vt alii velint DCCC, vide eum lib. III. p. 140. nostri Geographi XV milliaribus Gibraltar a Gadibus distare censent.

10 ἀρχαῖα Γάδειρα] non eo quasi νέως contradistinguantur ἀρχαῖα vocat, sed quod vrbs antiquissimum sit Phoenicum opus: vid. Strabo lib. III. p. 169. *Gadir* vero Poenis ea est dicta, quod *sepem* Punica lingua notare Plinius ait. H. N. lib. IV. s. 36.

CAP. II. 1 περὶ Κελτοὺς εἶδον] Massiliae haut dubie, quo maxime loco in mediterraneo mari fluxus & refluxus conspicuus, conspicuus aegre in aliis huius maris locis pleriisque. vid. Varen. Geogr. L. I. c. 14. prop. 14.

2 τὸν Ὠκεανὸν φησὶν] ipsissima mihi haec esse videtur Platonis doctrina, prout proponitur a Stobaeo Eclog. Phys. p. 70.

3 εἰ μὴ καὶ πνεῦμα τῇ γῇ ἐπεχώρει] sensus est spiritum aquam attollentem terrae quoque imperiri, atque in animantibus vitale principium esse, cum eo vero diffugere quoque animantium vitam. Conuenit autem Apollonii obseruationi aliquo modo cum eo, quod Astrologi dicunt, hominem non mori nisi luna in aliquo cardine constituto, vel in Horizonte nempe ortiuo occiduone, vel in Meridiano. Luna nempe in Meridiano constituta maximus circumscribitur aestus, qui inde decrescere incipit.

CAP. III. 1 ὥσπερ ἐνταῦθα] *Romae* nempe, vbi μετίσχων τοῦ περὶ Ἰκελίαν τὴν βασιλίδα κύκλου, vt supra erat I, 3, Hanc Apollonii vitam Philostratus scripsit.

2 ἀθρόως λέγονται τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐμπίπλειν] nullo crepusculo praeuio subito plenam sibi inuicem noctem & diem succedere indicat. Esse autem *crepusculum*, quo propius ad zonam torridam accesseris, eo minus: hoc maius, quo longius ad frigidam inde discesseris, norunt Geographi. vid. Varen. Geogr. lib. II. c. 26. prop 8. nullum tamen penitus crepusculum, vt in Gadibus Apollonius obseruasse dicitur, ne in ipsa quidem Zona torrida. καθ' ὑπερβολὴν ergo loquitur noster, quod minus illud quam in aliis locis esset.

3 τὰς μακάρων νήσους] quae hodie *Canariae*, vt manifestum est ex Ptolemaeo (qui in Libyae latere Insulas beatorum ponit numero sex) & hoc ipso Philostrati loco. Vt frustra hoc negasse putem Salmas ad Solin. p. 916.

τήριον. τὰ δὲ Γάδειρα κεῖται μὲν κατὰ τὸ τῆς Εὐρώπης τέρμα.

promontorio vicinas. Gades autem in Europae finibus sunt positae.

Περὶ τοὶ δέ εἰσι τὰ θεῖα. γήρως ἂν βωμὸν ἱδρυνται, καὶ τὸν θάνατον μόνοι ἀνθρώπων παιανίζονται. βωμοὶ δὲ ἐκεῖ καὶ πενίας, καὶ τέχνης, καὶ Ἡρακλέους Αἰγυπτίου, καὶ ἕτεροι τῷ Θηβαίῳ[1]. τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν ἐγγὺς Ἐρύθειαν[2] ἐλάσαι φασὶν, ὅτε δὴ τὸν Γηρυόνην τε καὶ τὰς βόας ἐλεῖν. τὸν δὲ σοφίᾳ δόντα[3], γῆν ἀναμετρήσασθαι πᾶσαν ἐς τέρμα. καὶ μὴν καὶ Ἑλληνικὸς εἶναί φασι τὰ Γάδειρα, καὶ παιδεύεσθαι τὸν ἡμεδαπὸν τρόπον. ἀσπάζεσθαι γὰρ Ἀθηναίους Ἑλλήνων μάλιστα, καὶ Μενεσθεῖ τῷ Ἀθηναίων θύειν. καὶ Θεμιστοκλέα τὸν ναύαρχον[4], σοφίας τε καὶ ἀνδρείας ἀγασθέντες, χαλκῆν ἱδρύνται, καὶ ἕννεν, καὶ ὥσπερ χρησμῷ ἐφίστανται[5].

Sunt autem superstitiosi valde [homines ibi.] Cap. IV. Senectae igitur aram dicarunt, solique mortalium paeanas morti canunt. Sunt quoque apud ipsos paupertatis & artis & Aegyptii Herculis arae, alii item Herculis Thebani. Alterum namque ad finitimam vsque Erythiam penetrasse ferunt, quo tempore Geryonem & boues cepisset. Alterum vero, sapientiae addictum studiis, totum terrae ambitum ad finem vsque esse emensum. Praeterea Graecos esse origine aiunt Gadibus habitantes, nostroque more erudiri. Atque Athenienses adeo praeter ceteros colere, & Menestheo Athieniensium Regi sacra peragere. Themistocli item, classis praefecto, quem magni ob sapientiam & fortitudinem faciunt, aeneam posuere statuam, animam simulantem, & velut ad oraculum ad eam accedunt.

Ἰδεῖν καὶ δένδρα φασὶν ἐνταῦθα, οἷα ἐχ ἑτέρωθι τῆς γῆς· καὶ Γηρυόνεια μὲν καλεῖσθαι αὐτὰ, δύο δὲ εἶναι, φύεσθαι δὲ τῷ σήματος ὃ ἐπὶ τῷ Γηρυόνῃ[1] ἕστηκε, παραλλάττοντα ἐκ πίτυός τε καὶ πεύκης ἐς εἶδος ἕτερον[2]. λείβεσθαι δὲ αἵματι, καθάπερ τῷ χρυσῷ τὴν Ἡλιάδα αἴγειρον[3]. ἡ δὲ νῆσος, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν[4], ἔστι μὲν ὁπόση ὁ νεὼς, πετρᾶδες δὲ αὐτῆς ἐδὲν, ἀλλὰ βαλεῖδι[5] ξεστῇ εἴκασαι. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τιμᾶσθαι μὲν ἄμφω τὼ Ἡρακλέε φασὶν, ἀγάλματα δὲ αὐτοῖν οὐκ εἶναι· βωμὼ δὲ, τῷ μὲν Αἰγυπτίῳ δύο, χαλκᾶ καὶ ἀσήμω· ἕνα δὲ τῷ Θηβαίῳ. τὰς δὲ ὕδρας τε καὶ τὰς Διομήδους ἵππους, καὶ τὰ δώδεκα Ἡρακλέους ἔργα ἐκτετυπῶσθαί φασι καὶ

Arbores etiam illic aiunt vidisse, quales ter- Cap. V. rarum alibi nuspiam. Appellari autem Geryoneas, duasque esse, easque natas ex tumulo, quo conditus est Geryon, speciem ex pinu piceaque commistam habentes. Sanguine vero stillare, perinde ac *Heliadem* populum auro. Insula vero, in qua templum est, magnitudine ipsum exaequat templum, nullaque eius saxa apparent, sed crepidinem refert scalpro expolitam. In eo autem templo coli aiunt Herculem vtrumque, statuas tamen eorum nullas comparere: sed Aegyptii quidem aras stare aeneas duas, nulliusque siue litteris siue figuris notatas: Thebani autem vnam. Hydras item, & Diomedis equas, & duodecim Herculis opera, ipsa quoque statua-

CAP. IV. 1 Ἡρακλέους Αἰγυπτίου, καὶ ἕτεροι τῷ Θηβαίῳ] de Hercule Aegyptio & Thebano nota omnia. Notum etiam Herculis praecipuum apud Gades cultum fuisse. Ille in nummis quoque Gaditanis symbolo *solis* indicatur: nam *Sol* & *Hercules* vnum. vid. Macrob. Saturnal. I. c.20. & plura eam in rem obseruata apud cl. Virum Io. Clericum Biblioth. Select. T. XI. p. 109. Hinc hodie quoque in publico illius vrbis sigillo Hercules conspicitur cum legendis: HERCVLES GADIVM FVNDATOR DOMINATORQVE. vid. ibid. p. 111.

2 Ἐρύθειαν] de *Erythiae* situ & nomine, & ablatis ibi ab Hercule Geryoni bouibus vide plurima colligentem Bochart. in Chanaan lib. I. c. 34. p. 611. sq.

3 σοφίᾳ δόντα] vid. de hac phrasi lib. I. c. 7. n. 5.

4 ναύαρχον] nostri codices omnes ναύμαχον legunt.

5 καὶ ἕννεν, καὶ ὥσπερ χρησμῷ ἐφίστανται] putaui post ἕννεν repetendum esse καὶ. To ἕννεν autem ad artem pertinet, vt sensus sit adeo imaginem eius elaboratam fuisse accurate, vt spirare viderentur. vid. supra ad lib. II. c. 22. n. 14.

CAP. V. 1 Γηρυόνῃ] *Geryon*, quem tricorporem fingunt Poëtae, eiusque armenta ab Hercule abacta fabulantur. Qua de re passim videndi Mythographi. Eum Gadibus habitasse Pausanias quoque defendit, in Atticis cap. 35, vbi confutat eos, qui leui suspicione ducti, ad *Temeni portam*, quae Lydiae superioris vrbs est, eum sepultum putauerant. Cum Pausania alii etiam sentiunt apud Plinium H. N. lib. IV. s. 36. Hecataeus tamen & post eum Arrianus atque alii Ambraciae in Epiro *Geryona* vindicant, quibus suffragatur Bochartus in Chan. lib. I. c. 34. p. 612. Quicquid eius rei sit, Pausanias monimentum *Geryonis* nullum extare ait: solius arboris illius meminit, quam scilicet siue Apollonius siue Philostratus loco, vbi sepultus ille sit, positam non male existimant, eamque adeo ἐπὶ τῷ σήματι sitam dicunt, licet sepulcri ibi nullum sit vestigium.

2 παραλλάττοντα ἐκ πίτυός τε καὶ πεύκης ἐς εἶδος ἕτερον] haec explicant Pausaniae verba l. c. qui δένδρεον illud ait παρέχεσθαι διαφόρους μορφάς.

3 τῷ χρυσῷ τὴν Ἡλιάδα αἴγειρον] *Heliadas*, Phaetontis sorores, in populum arborem conuersas planctu fratris, aureasque earum lacrymas eleganter pingit Philostratus alter Imagin. l. I. vbi de *Phaethonte*.

4 ἱερὸν] templum Herculis intelligo, quale nummi quoque Gaditani exhibent. vid. Io. Clericus l. c. p. 112.

5 βαλεῖδι] βαλεῖς in templis idem quod κρηπὶς. Quid vero sit κρηπὶς supra expositum ad lib. IV. c. 2. De voce βαλείδος vide & obseruata ad vit. Sophist. lib. I. in *Gorgia* §. 11. n. 4. Hinc sensus perspicuus, nempe ita exacte quadrabat templo insula, vt saxa eius quae templum non occuparet, non saxa tamen esse viderentur rudia, sed crepido, quam ars templo circumdedisset.

rio.

rio opere esse expressa, ex lapide omnia. Pygmalionis porro aurea oliua, ipsa vero quoque in Herculis templo posita est, digna, vt aiunt, quam admiremur, si ramos spectes quos refert, magis etiam mirandam si spectes fructum, eum enim ex Smaragdo elaboratum quasi pullulare. Teucri etiam Telamonii baltheum aureum ibi aiunt monstrari. Quomodo autem, aut qua de causa in mare mediterraneum nauigauerit ille, nec ipsum Damis se nosse ait, nec ab indigenis audiuisse. Quae autem in templo sunt, columnas, ex auro argentoque colliquatis, & in vnum colorem redactis factas esse. Esse autem cubito altiores, formae quadratae, incudibus similes, earumque capita literis inscripta esse, quae nec Aegyptiae sint, neque Indicae, neque coniectando explicari queant. Apollonius autem, cum de hac re sacerdotes nihil dicerent; non patitur me, dixit, Aegyptius Hercules tacere, quae sciam. Hae columnae terrarum Oceanique vincula sunt. Ipse vero Hercules in domo Parcarum eis inscripsit, ne qua elementis contentio sit, neque amicitiam laedant, quam aduersus se inuicem habent.

ταῦτα, λίθος ὄντα. ἡ Πυγμαλίωνος [6] δὲ ἐλαία ἡ χρυσῆ, ἀνάκειται δὲ κἀκείνη ἐς τὸ Ηρακλειον, ἀξία μὲν, ὡς φασι, καὶ τᾶλλᾶ θαυμάζειν, ᾧ ἔικασαι, θαυμάζεσθαι δ' ἂν ἐπὶ τῷ καρπῷ μᾶλλον, βρύειν γὰρ αὐτὸν Σμαράγδε λίθε. καὶ Τεύκρε τᾶ Τελαμωνίε ζωστῆρα [7] χρυσᾶν φασι δείκνυσθαι, πῶς δὲ ἐς τὸν Ωκεανὸν πλεύσαντος, ἢ ἐφ' ὅ, τι, ἅτε αὐτὸς ὁ Δάμις ξυνιδεῖν φησιν, ἅτε ἐκείνων [8] ἀκᾶσαι. τὰς δὲ ἐν τῷ ἱερῷ σήλας [9], χρυσᾶ πεποιῆσθαι καὶ ἀργύρε, ξυντετηκότων ἐς ἓν χρῶμα. εἶναι δὲ αὐτὰς ὑπὲρ πῆχυν, τετραγώνε τέχνης, ὥσπερ οἱ ἄκμονες, ἐπιγεγράφθαι δὲ τὰς κεφαλὰς ἅτε Αιγυπλίοις ἅτε Ινδικοῖς γράμμασιν [10], ἅτε οἷοις ξυμβαλεῖν. ὁ δὲ Απολλώνιος, ὡς ἤδεν οἱ ἱερεῖς ἔφραζον, ἀ ξυγχωρεῖ μοι, ἔφη, ὁ Ηρακλῆς ὁ Αιγύπλιος, μὴ ἀ λέγειν ὁπόσα οἶδα. γῆς καὶ Ωκεανᾶ ξύνδεσμοι [11] αἵδε αἱ σῆλαί εἰσιν. ἐγράψατο δὲ αὐτὰς ἐκεῖνος ἐν μοιρῶν οἴκῳ, ὡς μήτε νεῖκος τοῖς στοιχείοις ἐγγένοιτο, μήτε ἀτιμάσειαν τὴν φιλότητα [12], ἣν ἀλλήλων ἴσχυσι.

Cap. VI. Fluuio quoque Baeti, se nauigasse versus superiora aiunt, qui maxime mediterranei maris naturam declarat. Aestuante enim mari ad fontes fluuius, retrocedente fluxu, redit, vento eum a mari repellente. Regionem vero Baeticam, cuius nomen iste fluuius gerit, regionum optimam esse aiunt. Bene enim conditas habere vrbes, & pascua, fluuiumque per omnes deriuari vrbes. Omni item agriculturae genere scatere, & coeli temperie frui, qualis autumni est tempore & mysteriorum in Attica.

Φασι δὲ καὶ τὸν ποταμὸν ἀναπλεῦσαι τὸν Βαίτην [1], ὃς δηλοῖ μάλιστα τὴν τᾶ Ωκεανᾶ φύσιν. ἐπειδὴ γὰρ πλημμύρη τὸ πέλαγος, ἐπὶ τὰς πηγὰς ὁ ποταμὸς παλίρρυτος ἴεται, πνεύματος δήπε ἀπωθεμένε [2] αὐτὸν τᾶς θαλάτης. τὴν δὲ ἤπειρον τὴν Βαιτικὴν, ἧς ὁ ποταμὸς ἔτος ὁμώνυμος, ἀρίστην ἠπείρων φασί. πόλεών τε γὰρ εὖ ἔχειν, καὶ νόμων, καὶ διῆχθαι τὸν ποταμὸν ἐς τὰ ἄστυ πάντα. γεωργίας τε ξυμπάσης μεστὴν εἶναι, καὶ ὡρῶν, οἵαι τῆς Αττικῆς αἱ μετοπώρναί τε καὶ μυστηριώτιδες [3].

---

6 Πυγμαλίωνος] statuarii celebris, qui manu sua factae statuae arsit amoribus vid. Ouid. Metamorphos. X. v. 247. Clemens Alexandr. Protrept. Arnob. lib. VI. adu. gentes.

7 ζωστῆρα] nempe Heroes *baltheo* alligatos & gladios & scuta gestabant: Eustathius ad Iliad. B'. p. m. 184. τελαμὼν δὲ ἀσπίδος πρὸς διασολὴν τῶν ἑτέρων ἱμάντων, ὧν εἷς καὶ ὁ τᾶ ξίφες. Adde Meursio notata ad Lycophr. Cassandr. v. 1323. Est autem τελαμὼν idem, quod ζωστήρ. Intelligiturque hic *baltheus* a quo τελαμώνιος cognominatus est Teucer.

8 ἅτε ἐκείνων] ἐκείνε malebat Gruterus & Salmas. nulla idonea ratione nixi: nempe hunc sensum esse volebant, *quod ab Apollonio nihil ea de re Damis resciuerit.* Sed melior nisi fallor sensus: *eum ex indigenis eius loci nihil ea de re comperisse.*

9 τὰς δὲ ἐν τῷ ἱερῷ σήλας] earum etiam ap. Eustath. mentio ad Dionys. v. 65. qui iis sumtus in templi structuram impensos inscriptos, & ab iis fabulas de Herculis columnis iuxta nonnullos ortas ait.

10 ἅτε Αιγυπλίοις ἅτε Ινδικοῖς γράμμασιν] nempe Phoeniciae videntur litterae fuisse, quibus exarata in Hispania monimenta multa, & hodienum iis insigniti supersunt nummi, quales aliquot, vt alios taceam, exhibet Aldrette Antiqu. Hisp. lib. II. c. 1. Morell. in Specim. p. 245. Io. Cleric. Tom. IX. Bibl. Sel. p. 105. maxime autem frequentes Phoenices in illa ipsa ora, & in praecipuo apud eos honore Hercules Libycus.

11 γῆς καὶ Ωκεανᾶ ξύνδεσμοι] τετελεσμένα has esse putat columnas, contra maris irruptionem, de cuiusmodi τετελεσμένοις plura s. ad lib. III. c. 21. n. 1.

12 τὴν φιλότητα] sic ὁμονοίας τέτων τῶν στοιχείων mentio supra huius libri c. 33. circa fin.

CAP. VI. 1 Βαίτην] qui hodie est *Guadalquiuir*, vt notum.

2 πνεύματος ἅτε ἀπωθεμένε &c.] πνεῦμα intelligit ex submarinis antris egressum, quo mare intumescit, de quo paulo ante cap. 2.

3 μετοπωρναί τε καὶ μυστηριώτιδες] nempe *mysteria Eleusinia*, quae minora dicebantur, apud Athenienses in autumnum incidunt, vnde μυστηριώτιδες ὧραι eaedem, quae ὀπωρναί. vid. obseruata ad lib. IV. cap. 16. qualis autem eo tempore apud Athenienses tempestas, dictum ibidem.

Διαλέξεις δὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ περὶ τῶν ἐκεῖ παραπεσόντων ὁ Δάμις πλείας μὲν γενέσθαι φησὶν, ἀξίας δὲ τὰ ἀναγραφῆναι τάσδε. καθημένων ποτε αὐτῶν ἐς τὸ Ἡράκλειον ἀναγελάσας ὁ Μένιππος, ἀνεμέμνησο δὲ ἄρα τοῦ Νέρωνος, τί, ἔφη, τὸν γενναῖον ἡγώμεθα; τίνας ἐσεφανῶσθαι τῶν ἀγώνων[1]; τοὺς δὲ βελτίους Ἕλληνας ἐ ξὺν ὅλῳ γέλωτι φοιτᾷν ἐς τὰς πανηγύρεις; ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ὡς μὲν ἐγὼ, ἔφη, Τελεσίνα ἤκουον, δέδιεν ὁ χρηστὸς Νέρων τὰς Ἠλείων μάστιγας[2]. παρακελευομένων γὰρ αὐτῷ τῶν κολάκων νικᾶν τὰ Ὀλύμπια, καὶ ἀνακηρύττειν τὴν Ῥώμην[3], ἤν γε, ἔφη, με βασκήνωσιν[4] Ἠλεῖοι· λέγονται γὰρ μαστιγοῦν, καὶ φρονεῖν ὑπὲρ ἐμέ· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἀνοητότερα τούτων προσανεφώνησεν[5]. ἐγὼ δὲ, νικήσειν μὲν Νέρωνα ἐν Ὀλυμπίᾳ φημὶ, τίς γὰρ ἂν τοσοῦτος θρασὺς, ὡς ἐναντία θέσθαι; Ὀλύμπια δὲ ἀνικήσειν[6], ἅτε μηδὲ ἐν ὥρᾳ ἄγοντι. πατρίᾳ μὲν γὰρ τοῖς Ὀλυμπίοις τὰ πέρυσιν ἐνιαυτὰ[7] ὄντος, ἐκέλευσε τοὺς Ἠλείους Νέρων ἀναβαλέσθαι αὐτὰ ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν[8], ὡς ἐκείνῳ μᾶλλον ἢ τῷ Διὶ θύσοντας. τραγῳδίαν δ' ἀπαγγεῖλαι[9], καὶ κιθαρῳδίαν[10], οἷς μήτε θέατρόν ἐστι, μήτε σκηνὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα, στάδιον δὲ αὐτοφυὲς καὶ γυμνὰ πάντα[11], τὸν δὲ νικᾶν ἃ χρὴ ἐγκαλύπτεσθαι, καὶ τὴν Αὐγούστου τε καὶ Ἰουλίου σκευὴν ῥίψαντα, μεταμφιέννυσθαι νῦν τὴν Ἀμοιβέως[12] καὶ Τερπνοῦ[13], τί φήσεις; καὶ τὰ μὲν Κρέοντος, καὶ Οἰδί-

Disputationes autem Apollonio de rebus ibi oblatis plurimas quidem esse habitas Damis ait, dignas autem in litteras referri maxime fuisse istas. Cum aliquando in Herculis templo consedissent, subridens Menippus, (Nero enim in mentem venerat,) quid, inquit, o socii de bono illo statuemus? quibus iam promeruisse certaminibus coronas putabimus? bonos autem illos Graecos annon in risum effusos ad Panegyres putamus accedere? Tunc Apollonius: vt ego quidem ex Telesino audiui, Eleorum flagra bonus ille Nero extimescit. Cum enim assentatores ipsum hortarentur, vt in Olympiis vinceret, atque vt Romae praeconis voce proclamaretur efficeret; at si me, dixit, Elei castigauerint: feruntur enim flagris caedere, atque plus sibi quam mihi ego tribuere: multaque alia hisce stolidiora insuper protulit. Ego autem futurum dico, vt *in Olympia* vincat Nero, quis enim vsque adeo temerarius esset, vt se illi auderet opponere? *Ludis Olympicis* haut vincet tamen, vt quae legitimo tempore non celebrent. Cum enim ex patria lege Olympicorum ludorum sit annus proxime elapsus, Nero eos ad suum vsque aduentum iussit differre, quasi sibi potius quam Ioui eis sint sacrificaturi. De hoc autem quid statues, quod tragoedias polliceatur, & citharae cantus, quibus nec theatra sint, nec scenae eiusmodi rebus accommodatae, sed stadium quale natura praebeat, nudaque omnia: quod item victoriam quaerat ex iis, quae occulere magis deceret, Augustique & Iulii habitu depositio Amoebei & Terpni habitum induat? Quod item, Creontis, Oedi-

Cap. VII.

CAP. VII. 1 τίνας ἐσεφανῶσθαι τῶν ἀγώνων] omisi ἔφη quod vulgati habebant post τίνας. Hi autem sermones in A. C. 66. incidunt vt patebit paulo post ex nota 5. & 6. Nempe eius anni mense Nouembre (vt ex Iosepho B.I. lib. II c. 40. patet) Nero iam fuit in Graecia. Ceterum τίνας τῶν ἀγώνων est pro κατὰ τίνας &c.

2 τὰς Ἠλείων μάστιγας] seruilibus enim verberibus subiiciebantur Athletae, legibus Athleticis rite non parentes, quod multis veterum locis demonstratum Petro Fabro Agonistic. lib. I. c. 19. & lib. III. c. 17. 19 & 21.

3 ἀνακηρύττειν τὴν Ῥώμην] nempe patria victoris iuxta cum ipsius nomine a praecone proclamabatur, idque honoris sibi ducebant vrbes. Vnde Isocrat in orat. π. τοῦ ζεύγους dicit ἆθλητὰς ζηλωμένους καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γενομένας τῶν νικώντων. Verbum ἀνακηρύττειν itaque transitiue hic accipiendum.

4 με βασκήνωσιν] Salmas. malebat μὴ βασκήνωσι.

5 προσανεφώνησεν] ita scripsi ex coniectura. In vulgatis est προσανέφωνησε.

6 Ὀλύμπια δὲ ἀνικήσειν] sensus: in vrbe quidem *Olympia* eum victurum, sed non *Olympicis ludis*, nam vere Olympios non esse qui iuxta legem Olympiorum non celebrentur. Hinc etiam est quod haec Olympias quae fuit CCXI praeterita est in Eleorum libris, teste Pausania, in Phocicis cap. 36.

7 τὰ πέρυσιν ἐνιαυτὰ] Olympias CCX. acta fuit anno C. 61. Ideoque iuxta leges Olympicas CCXI celebranda erat A. C. 65. qui cum hic sit ὁ πέρυσι ἐνιαυτός, anno 66 haec locutum fuisse Apollonium constat.

8 ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν] sic Eusebius in Chronico: *Olympias CCXI non est acta, Nerone in suam praesentiam differente.* Sub finem autem demum huius anni in Graeciam venit Nero, Olympiasque adeo anno sequenti qui est C. 67. acta. Hinc Iulius Africanus, cuius fragmentum ea de re est in Graecis Eusebianis μετὰ δύο ἔτη agonem Olympicum actum ait. Ceterum vox ἐπιδημία vsurpari solet de θεοφανείοις: perstringit nempe Neronem, qui quasi diuina aliqua autoritate Iouis festum, Olympia, differri voluerit, ὡς ἐκείνῳ μᾶλλον tanquam θεῷ ἐπιδημήσαντι, quam Ioui, Graecis sacra facturis.

9 τραγῳδίαν δ' ἀπαγγεῖλαι] similia habes ap. Sueton. in Nerone c. 23. Lucian. in Neron. p 1051. Haec in Pythiis quoque eius certamina fuisse vidimus s. lib. IV. c. 23.

10 κιθαρῳδίαν] post hanc vocem ἀιδῇσιν addunt MSS. omnes.

11 στάδιον δὲ αὐτοφυὲς καὶ γυμνὰ πάντα] nempe luctatantum pugilatus, cursus pedibus atque equis in Olympiis obtinebant, quae *stadii* sunt. Quod autem γυμνὰ πάντα dicit, eo alluditur ad id, quod *nudi* athletae in hisce ludis certauerunt.

12 Ἀμοιβέως] duorum huius nominis citharoedorum celebrium quorum alter ei coaeuus, alter antiquior, meminit Athenaeus lib. XIII. p. 622.

13 Τερπνοῦ] καὶ omissum in editis sensus addi postulabat.

pique

pique facta dictaue ita accurate exprimere ſtudeat, vt timeat, ne forte ex improuiſo porta aberret, aut ſtola, ſceptroue quid ſecus admittat: quod porro a ſua ac Romanorum dignitate tantum degenerauerit, vt, *modum* qui rebus ponere debebat, muſicorum *modos* decantet, & foras circumforaneum agat, quem domi conſidere vt Regem oportebat, terraeque & maris fata diſpenſare. Suntque, o Menippe, tragoedi complures quidem, quibus etiam Nero ſe adnumerari cupit. Quid igitur? ſi quis eorum, vbi Oenomai aut Creſphontis perſonam geſſit, e theatro abiens, perſona, quam ſuſtinuit, ita fuerit occupatus, vt aliis quidem imperare velit, principemque ſeipſum exiſtimet eſſe, de eo quid ſtatues quaeſo? Nonne helleboro ipſi erit opus, vel quocunque medicamento, quod mentem detergat? Si ipſe vero princeps negotia ſua eo reduxerit, vt tragicus ſit, aut hiſtrio, vocem affectans claram, & Eleum ac Delphicum reformidans, vel non reformidans quidem, tam male tamen artem ſuam exercens, vt verberibus ſe obnoxium reddat eorum, quibus vt imperet conſtitutus eſt; quid de miſeris hominibus dices ſub tali flagitio hominis viuentibus? Graecis porro qualem ſe praebiturum cenſes Menippe? Xerxemne igne omnia vaſtantem, an cantantem Neronem? nam ſi ſumptus conſideres, quos cantuum eius cauſa facere coguntur: vtque domibus ſuis expellantur: praeclaram vero rem nullam, ſiue vas, ſiue ſeruum, illis poſſidere liceat: quam grauia item propter vxores filiaſque ſint paſſuri, foedas voluptates ex omnibus familiis Nerone conquirente: quod multae item accuſationes ſint naſciturae, tum aliae,

ποδος[14] ἅτως ἐξακριβῶν, ὡς δεδιέναι μήπῃ λάθῃ ἁμαρτὼν θύρας[15], ἢ σολῆς, ἢ σκήπτρου ἑαυτῷ ἢ καὶ Ρωμαίων ἅτως ἐκπίπτειν, ὡς ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖν νόμους ᾄδειν[16], καὶ ἀγείρειν ἔξω θυρῶν[17], ὧν ἔσω χρὴ καθῆσθαι τὸν βασιλέα, χρηματίζοντα ὑπὲρ γῆς καὶ θαλάττης. εἰσὶν, ὦ Μενίππε, τραγῳδοὶ πλείους, ἐς οὓς Νέρων ἑαυτὸν γράφει. τί οὖν; εἴ τις αὐτῶν, μετὰ τὸν Οινόμαον ἢ τὸν Κρεσφόντην[18] ἀπελθὼν τοῦ θεάτρου, μέσος ἅτω τοῦ προσωπείου[19] γένοιτο, ὡς ἄρχειν μὲν ἑτέρων βάλεσθαι, τύραννον δὲ αὐτὸν ἡγεῖσθαι, τί καὶ φήσεις τοῦτον; ἆρ' οὐκ ἐλλεβόρου δεῖ, καὶ φαρμακοποσίας, ὁπόση τὰς νόσους ἐκκαθαίρει; εἰδ' αὐτὸς ὁ τυραννεύων ἐς τραγῳδοὺς καὶ τεχνίτας[20] τὰ πράγματα ἑαυτοῦ ἄγοι, λεαίνων τὴν φωνὴν, καὶ δεδιὼς τὸν Ηλεῖον ἢ τὸν Δελφὸν[21], ἢ μὴ δεδιὼς μὲν, κακῶς δὲ ἅτως ὑποκρινόμενος τὴν ἑαυτοῦ τέχνην[22], ὡς μαστιγώσεσθαι[23] νομίζειν πρὸς τούτων, ὧν αὐτὸς ἄρχειν τέτακται, τί τοὺς κακοδαίμονας ἀνθρώπους ἐρεῖς ὑπὸ τοιούτῳ καθάρματι ζῶντας; τοῖς δὲ Ελλησι τίνα ἡγῇ, ὦ Μένιππε; πότερα Ξέρξην καταπιμπράντα ἢ Νέρωνα ᾄδοντα; εἰ γὰρ ἐνθυμηθείης τὴν ἀγοράν, ἣν ἐς τὰς ἐκείνου ᾠδὰς ξυμφέρουσι· ἢ ὡς ἐξωθοῦνται τῶν οἰκιῶν· καὶ ὅκ ἔξεσι σπουδαίων ᾠδῶν, ἢ σκευῶν, ἢ ἀνδράποδον αὐτοῖς πεπᾶσθαι[24]. περὶ γυναίοις τε, καὶ παισὶν ὡς δεινὰ πείσονται, τὰς ἐπιῤῥήτους ἡδονὰς ἐξ ἁπάσης οἰκίας ἐκλέγοντος τοῦ Νέρωνος· δίκαι τε ὡς πολλαὶ ἀναφύσονται, καὶ τὰς

Idque etiam fecit ad oram cod. ſui Salmaſ. qui tamen cur πέμπω pro Τερπνῷ reſcripſerit non video. *Terpno* enim magiſtro ad citharam canere didicit Nero vid. Sueton. Neron. c. 20.

14 Κρέοντος καὶ Οιδίποδος] *Oedipum Tyrannum*, celeberrimam Sophoclis tragoediam, Neronem repraeſentaſſe innuit, quod & Sueton. teſtatur Nerone c. 21. qui & alias fabulas ab eo decantatas memorat.

15 ἁμαρτὼν θύρας] nempe tres erant in ſcena ianuae, media erat regia, vbi verſabantur omnes ii qui primas fabulae partes agerent: dextera erat cella eius qui ſecundas ageret: laeua perſonas habebat tenuiſſimas, vt docent paſſim veteres Grammatici conf. Bulenger. de Theatr. l. I. c. 17.

16 ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖν νόμους ᾄδειν] figuram in dictione, in verſione, vt potuimus, tueri ſumus conati.

17 ἀγείρειν ἔξω θυρῶν] relegauimus φιλοσοφεῖν & reſtituimus ἀγείρειν quod in codd. ſuis ſe inueniſſe Morellus indicabat, ſic enim nos etiam in Vrbinate inuenimus. Sic & inf. c. 9. vox iſta de τραγῳδίας ὑποκριτῇ vſurpatur.

18 μετὰ τὸν Οινόμαον ἢ τὸν Κρεσφόντην] vtraque Euripidis tragoedia vid. Meurſ. de Euripide p. 109. & 113.

19 μέσος ἅτω τοῦ προσωπείου] genus loquendi noſtro non infrequens de iis, quos res aliqua penitus occupauerit, ſic μέσον Ολυμπιάδων ſupra dixit cap. 14. alia taceo.

20 τεχνίτας] vox hic abſolute poſita pro iis, qui vulgo Διονύσου τεχνίται audiunt, *hiſtriones* ſcilicet, Graecis ita vocati, quod *Dionyſiis* inprimis *Dramata* repraeſentarentur, in Bacchi honorem. De iis Gellius XX, 4. vbi comoedis tragoedis & tibicinibus nominatis diſerte *id genus* artifices Graece appellari τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ait. Eo & Plut. locus pertinet Quaeſt. Rom. Διὰ τί τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ἰσρίωνας Ρωμαῖοι καλοῦσι; vide ad eum locum notata Boxhornio. Διονυσοκόλακας vocat Ariſtot. Rhetor. III, 2. qui tamen eos τεχνιτῶν nomen ſibi vendicare ait. Atque eo, vt hoc Philoſtrati loco, ita apud Diodorum Sic. quoque l. XX. abſolute nominantur. Αντίγωνος προσχειρισάμενος ἀγῶνα μίγαν πάντοτε Αθλητὰς τε καὶ ΤΕΧΝΙΤΑΣ — ἠθροίκει.

21 τὸν Ηλεῖον ἢ τὸν Δελφὸν] vid. ſ. ad hoc cap. not. 2. *Delphum* vero addit, nam *Delphorum* Pythii ludi, in quibus itidem certauit Nero, vt Eleorum Olympii.

22 τὴν ἑαυτοῦ τέχνην] i. e. artem imperandi.

23 ὡς μαστιγώσεσθαι] in vulgatis inſertum μὴ, omiſi.

24 πεπᾶσθαι] veriſſima lectio, quam in marg. quoque ex MSS. exhibuerat Morell. Nam in textu Aldinam expreſſerat, quae habet πεπρᾶσθαι. Heſychio πεπᾶσθαι eſt κεκλῆσθαι: & apud Ariſtoph. Auib. p. 586. Στρούθων ὑφαντοδίνητος ἔσθος ἀπέπατο. Vbi Scholia πέπαται, κέκτηται. Sic in epigr. vet. apud Suidam:

— πέπατο γὰρ ἡ μίγα
τοῦτο κληρίον — — —

Eidem Suidae: πολυπάμμων ὁ πολὺ κεκτημένος. & πῶ κτῶμαι

μὲν ἄλλας ἔα, τὰς δὲ ἐπὶ τοῖς θεάτροις[25] καὶ ταῖς ᾠδαῖς· ἐκ ἦλθες ἀκροασόμενος Νέρωνος, ἢ παρῆσθα μὲν, ῥαθύμως δὲ ἠκροῶ, ἐγέλας, ἐκ ἐκρότησας, ἐκ ἔθυσας ὑπὲρ τῆς φωνῆς, ἵνα πυθῶδε λαμπροτέρα[26] ἔλθοι· πολλαί σοι δόξωσι τῶν ἀτῶν[27] Ιλιάδες περὶ τὰς Ελληνας εἶναι. τὸ γὰρ τετμήσεσθαι τὸν Ισθμὸν, ἢ δὲ τετμήσεσθαι, τέμνεται δὲ, ὥς φασι, νῦν, πάλαι πρᾶγμα θον[28], θεᾶ φήναντος. ὑπολαβὼν ἔν ὁ Δάμις, ἀλλ' ἔμοι γε, ἔφη, ὦ Απολλώνιε, τὸ περὶ τὴν τομὴν ἔργον ὑπερφρονεῖν[29] δοκεῖ τὰ Νέρωνος πάντα. ἡ γὰρ διάνοια ὁρᾷς ὡς μεγάλη. δοκεῖ μὲν, ἔφη, καὶμοὶ, ὦ Δάμι. τὸ δὲ ἀτελὲς αὐτῆς διαβάλλει αὐτὸν, ὡς ἀτελῆ μὲν ᾄδοντα[30], ἀτελῆ δὲ ὀρύττοντα. τὰ τοι Ξέρξε ἀναλεγόμενος ἐπαινῶ[31] τὸν ἄνδρα, ἐχ ὅτι τὸν Ελλήσποντον ἔζευξεν, ἀλλ' ὅτι διέβη αὐτόν. Νέρωνα δὲ ὅτε πλευσόμενον διὰ τᾶ Ισθμᾶ ὁρῶ, ὅτε ἐς τέρμα τῆς ὀρυχῆς ἥξοντα. δοκεῖ δέ μοι καὶ φόβε μεσὸς ἀναχωρήσειν[32] τῆς Ελλάδος, εἰ μὴ ἡ ἀλήθεια ἀπόλωλεν.

nunc a me praetermittendae, tum ob theatra & cantum eius: non veniſti auditum Neronem, aut veniſti quidem, ſed negligenter audiuiſti, riſiſti, non plauſiſti, non pro ipſius voce ſacra obiiſti, vt clarior illa ex Pytho rediret: [Haec inquam ſi conſideres] multae tibi videbuntur miſeriarum Iliades Graecos opprimere. Namque quod Iſthmus fodiendus ſit, imo non fodiendus, iam enim, vt audio, foditur, iampridem vidi praemonſtrante Deo. Reſpondens igitur Damis, mihi vero, inquit, o Apolloni, fodiendi Iſthmi propoſitum Neronis excellere opera videtur omnia. Vides enim quam magnum hoc ſit auſum. Ita & mihi, o Dami, videtur, inquiebat Apollonius. At hoc, quod non abſoluat illud, dedecori illi eſt, vt qui imperfecte canat, imperfecte & fodiat. Xerxis quidem geſta repetens virum laudare ſoleo, non quod ponte iungere inſtituit, ſed quia tranſiit Helleſpontum. Neronem vero nunquam per Iſthmum nauigaturum video, nec ad fodiendi finem peruenturum. Videtur quoque mihi plenus timoris e Graecia diſceſſurus, niſi forte nihil mihi veritatis ſuperſit.

Ἀφικομένε δέ τινος ἐς Γάδειρα μετὰ ταῦτα, τῶν τὰς ταχεῖς διαθεόντων δρόμες, καὶ κελεύοντος εὐαγγέλια θύειν, τριτολυμπιονίκην[1] Νέρωνα ᾄδοντας, τὰ μὲν Γάδειρα ξυνίει τῆς νίκης, καὶ ὅτι ἐν Αρκαδίᾳ[2] τίς εἴη ἀγὼν εὐδόκιμος, ἐπειδὴ, ὡς εἶπον, ἐς τὰ Ελλήνων σπεύδεσιν. αἱ δὲ πόλεις αἱ πρόσοικοι τοῖς Γαδείροις, ὅτε ἐγίγνωσκον ὅ, τι εἴη τὰ Ολύμπια, οὐδ' ὅτι ἀγωνία, ἢ ἀγὼν, οὐδὲ ἐφ' ὅτῳ θύεσιν. ἀλλὰ ἀπήγοντο ἐς γελοίας δόξας, πολέμε νίκην[3] ἡγέμενοι ταῦτα, καὶ ὅτι ὁ Νέρων ἥρηκοι τινὰς ἀνθρώπες Ολυμπίας.

Cumque poſt haec curſorum aliquis celeriorum Gades veniret, edicens vt ob fauſtum nuntium ſacra facerent, & ter Olympiis victorem Neronem celebrarent; Gaditani quidem victoria qualis ſit intellexere, quod nempe celebre aliquod in Arcadia ſit certamen, quandoquidem, vti dixi, Graecos ſtudiis imitantur. Ceterae vero ciuitates Gadibus vicinae nec quid eſſent Olympia intelligebant, nec quid certamen ſit aut agon, neque cuius rei cauſa ſibi ſit ſacrificandum. Sed in ridiculos deuenere errores, bellicam quandam victoriam illam eſſe arbitrantes, & Neronem populos quoſdam, qui Olympii appellarentur viciſſe. Cap. VIII.

---

25 τὰς δὲ ἐπὶ τοῖς θεάτροις] vt conſtructioni atque toti adeo orationi conſtet integritas, hic ſubintelligendum, quod ſupra poſitum ἐι ἐνθυμηθείης, & ſic demum paulo poſt *conditionem* ſequitur *concluſio* πολλαί σοι δόξωσι &c.

26 λαμπροτέρα] de *voce* vſurpatum etiam in vitis Sophiſtarum inuenias, vt in *Varo*, vbi ἀπαγγέλλειν λαμπρᾷ φωνῇ. Talis, vt alibi notatum λευκὴ φωνὴ dicitur, & opponitur μελαίνῃ. Nempe vt Sexto Empirico obſeruatum adu. Muſicos p. 133. non ad *tactus* ſenſum tantum ſed ad *viſum* quoque pertinentia vocabula ad *vocem* translatae ſunt, vt ſcilicet quemadmodum acuta vel grauis, ita *alba* quoque, *ſplendida*, *fuſca* diceretur.

27 τῶν ἀτῶν] ita reſcribere auſus ſum ex coniectura, ἄτη enim eo ſenſu noſtro in vſu. Sic Neruae ex corporis infirmitate γνώμην μεσὴν ἄτης eſſe ait lib. VIII. cap. 7. ſect. 10. θεατῶν legebatur in vulgatis quod nullum hic ſenſum habebat.

28 τὸ γὰρ τετμήσεσθαι — πάλαι πρᾶγμαθον] ſupra lib. IV. c. 23. vnde facile eſt haec explicare.

29 ὑπερφρονεῖν] *excellere* verti. Vox eleganter translata ad id, quod excellit, & prae caeteris ſeſe extollit, vnde veriorem hanc lectionem puto, quam codicis Vrbin. & Palatin. qui habent ὑπερφωνεῖν.

30 ἀτελῆ μὲν ᾄδοντα] vox enim Neroni non nimis praeclara, ſed exigua & *fuſca*, vt eſt apud Sueton. in Nerone cap. 10. & in adſcripto Luciano Dial. de Neron. p. 1042. adde & Dionem & noſtrum ſupra c. 44.

31 ἀναλεγόμενος ἐπαινῶ] iſtum ordinem verborum omnes MSS. probant. In editis eſt ἐπαινῶ ἀναλεγόμενος.

32 φόβε μεσὸς ἀναχωρήσειν] *plenus metu* quem ipſi Helius libertus fecit, coniurationes formari contra eum dicens. vid. Dio lib. LXIII. p. 723. Et certe paulo poſt, dum rediret Romam, Neapoli ſubſiſtens de nouis in Gallia motibus, autore Vindice, reſciuit. vid. Sueton. Neron. c. 40.

CAP. VIII. 1 τριτολυμπιονίκην] vt qui tragoedia & cithara viciſſet, vt ſub fin. huius capitis indicatur, nec non currum agendo, vt eſt apud Sueton. in Neron. c. 24.

2 ἐν Αρκαδίᾳ] equidem Elidi, in qua Olympia eſt, ab oriente contigua *Arcadia*, partem tamen *Arcadiae* cur dicat non video: malim igitur hic legi ἐν Ολυμπίᾳ.

3 νίκην] ſic cod. Vatican. Vrbin. & Vratisl. ita etiam emendauerat Gruterus & Salmaſ. Editi habent νίκῃ.

Ipſi

Ipsi enim tragoediam, aut citharoedorum certamina nunquam viderant.

Cap. IX. Hispalensibus igitur, (ea vero Baeticæ prouinciae ciuitas est) ab histrione aliquid obuenisse Damis narrat, quod vt hic quoque referam dignum existimo. Nempe cum identidem ciuitates ob victorias sacrificarent, namque & Pythicae interea fuerant nuntiatae; histrio quidam, qui cum Nerone certare noluerat, vagabundus Hispaniae ciuitates obibat. Atque is arte sua vtens laudem apud eos, qui minus Barbari essent, consequebatur, ob hoc ipsum quidem primum, quod ad homines venerat, qui tragoedias nunquam audiuerant: dein quod Neronis cantus accurate referre se diceret. Is igitur Hispalin veniens, metum omnibus incussit, etiam dum silentium in scena teneret cum maxime: videntesque homines ipsum tam alte gradientem, & tam vaste hiantem, cothurnis item insistentem tam altis, vestesque monstrosas, habitu illo nonnihil terrebantur. Vbi autem vocem attollens diducto ore clamare etiam coepisset, plerique fuga dilapsi sunt, quasi a daemone aliquo essent externati. Tales enim erant mores isthac habitantium Barbarorum, adeo simplices!

ἐδὲ τραγῳδίας ποτὲ, ἢ κιθαρῳδίας θεαταὶ ἐγεγόνεσαν.

Τὰς γὰν οἰκοῦντας τὰ Ισπολα, πόλις δὲ καὶ κείνη Βαιτικὴ, φησὶν ὁ Δάμις παθεῖν τι πρὸς τραγῳδίας ὑποκριτήν, ὃ καμὲ ἄξιον ἐπιμνησθῆναι. θυσσῶν γὰρ τῶν πόλεων θαμὰ ἐπὶ ταῖς νίκαις, ἐπειδὴ καὶ αἱ Πυθικαὶ ἤδη ἀπηγγέλλοντο, τραγῳδίας ὑποκριτὴς, τῶν ἐκ ἀξιωμένων ἀνταγωνίζεσθαι τῷ Νέρωνι, ἐπῄει τὰς ἑσπερίας πόλεις ἀγείρων. καὶ, τῇ τέχνῃ χρώμενος, ἠυδοκίμει παρὰ τοῖς ἧττον Βαρβάροις, πρῶτον μὲν δι' αὐτὸ τὸ ἥκειν παρ' ἀνθρώπους, οἳ μήπω τραγῳδίας ἤκουσαν· εἶτ' ἐπειδὴ τὰς Νέρωνος μελῳδίας ἀκριβῶν ἔφασκε. παρελθὼν δὲ ἐς τὰ Ισπολα φοβερὸς μὲν αὐτοῖς ἐφαίνετο, καὶ ὃν ἐσιώπα χρόνον ἐπὶ τῆς σκηνῆς· καὶ ὁρῶντες οἱ ἄνθρωποι βαδίζοντα μὲν αὐτὸν μέγα, κεχηνότα δὲ τοσοῦτον, ἐφεστῶτα δὲ ὀκρίβασιν ὕτως ὑψηλοῖς, τερατώδη δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἐσθήματα, ἐκ ἄφοβοι ἦσαν τῶ σχήματος. ἐπεὶ δὲ ἐξάρας τὴν φωνὴν, καὶ κεχανὼς ἐφθέγξατο, φυγῇ οἱ πλεῖστοι ὤχοντο, ὥσπερ ὑπὸ δαίμονος ἐμβροντηθέντες. τοιαῦτα μὲν ἤθη τῶν ταύτη Βαρβάρων, καὶ ὕτως ἀρχαῖα.

Cap. X. Cum Baeticae autem prouinciae procurator saepius Apollonii ambiret conuersationem; parum iucundam ille aiebat appariturum conuersationem suam iis, qui philosophiae non darent operam. Nihilominus tamen ille instabat hoc ipsum petendo. Cumque vir esse bonus diceretur, & Neronis mimicis infensus, epistolam ad illum scripsit Apollonius, vt Gades veniret. Ille vero, omni magistratus fastu omisso, cum paucis sibi maxime necessariis venit. Quid vero salute mutuo dicta arbitrisque remotis inter se fuerint collocuti, nemo nouit. Suspicatur tamen Damis, aduersus Neronem illos conspirasse: triduum enim secretis colloquiis vbi impendissent, ille quidem abiit, Apollonium amplexus: hic vero, tu vale dixit, & Vindicis viue memor. Quid hoc autem sibi volebat? Nempe aduersus Neronem, in Achaia tragicis cantibus indulgentem, Hesperias gentes solicitasse dicitur Vindex, (vir rumpere idoneus fides, qui-

Σπευδὴν δὲ ποιεμένυ τῶ τὴν Βαιτικὴν ἐπιτροπέυοντος ἐς ξυνεσίαν τῷ Απολλωνίῳ ἐλθεῖν, ὁ μὲν, ἀηδεῖς, ἔφη, τὰς ξυνεσίας τὰς ἑαυτῶ φαίνεσθαι τοῖς μὴ φιλοσοφῶσιν. ὁ δὲ προσέκειτο αἰτῶν τῶτο. ἐπεὶ δὲ χρηστός τε εἶναι ἐλέγετο, καὶ διαβεβλημένος πρὸς τὸς Νέρωνος μίμυς, γράφει πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν ὁ Απολλώνιος, ἵν' ἐς τὰ Γάδειρα ἔλθοι. ὁ δὲ, ἀφελὼν τὸν τῆς ἀρχῆς ὄγκον, ξὺν ὀλίγοις, καὶ ἑαυτῷ ἐπιτηδειοτάτοις, ἦλθεν. ἀσπασάμενοι δὲ ἀλλήλυς, καὶ μετασησάμενοι τὸς παρόντας, ὅ, τι μὲν διελέχθησαν ἰδεὶς οἶδε. τεκμαίρεται δὲ ὁ Δάμις ἐπὶ Νέρωνα ξυμβῆναι σφᾶς. τελῶν γὰρ ἡμερῶν ἰδίᾳ σπεδάσαντες, ὁ μὲν ἀπῄει, περιβαλὼν τὸν Απολλώνιον, ὁ δὲ, ἔρρωσο, ἔφη, καὶ μέμνησο Βένδικος. τί δὲ τῶτο ἦν; ἐπὶ Νέρωνα, ἐν Αχαΐᾳ ᾄδοντα, τὰ ἔθνη τὰ Εσπέρια λέγεται κινῆσαι Βένδιξ [2], ἀνὴρ οἷος ἐκτεμεῖν τὰς νευρὰς, αἷς Νέ-

CAP. IX. 1 κεχανὼς] ita ex coniectura pro γεγονὼς restituimus, quòd nullum sensum habere videbatur. Salmas. γεγονὸς rescripsit, quod mihi satisfacit minus.

CAP. X. 1 τὴν Βαιτικὴν ἐπιτροπεύοντος] de eo vide not seq.

2 τὰ ἔθνη τὰ Εσπέρια λέγεται κινῆσαι Βένδιξ] Gallos intelligit. Sic enim Εσπερίους Γαλάτας dicit inf. c. 13. Nempe Gallias Vindex contra Neronem excitauit. Vide de eius coniuratione Dionem l. LXIII. p. 724. Suetonium in Neron. c. 40. Plutarchum in Galba. Tacitum Hist. lib. I. Ipse autem ad Galbam, qui Hispaniae Tarraconnensi tum praerat, litteras dedit, vt Hispanias etiam in Neronem conci-

ρων ἀμαθῶς ἔψαλλε, πρὸς γὰρ τὰ στρατόπεδα, οἷς ἐπετέτακτο, λόγον κατ' αὐτῷ διῆλθεν, ὃν ἐκ πάνυ γενναίας φιλοσοφίας ἐπὶ τύραννον ἄν τις πνεύσειεν. ἔφη γὰρ Νέρωνα εἶναι πάντα μᾶλλον ἢ κιθαρῳδόν, καὶ κιθαρῳδὸν μᾶλλον ἢ βασιλέα. προφέρειν [3] δὲ αὐτῷ μανίαν, καὶ φιλοχρηματίαν, καὶ ὠμότητα, καὶ ἀσέλγειαν πᾶσαν. τὸ δὲ ὠμότατον τῶν ἐκείνῳ μὴ προφέρειν αὐτῷ· τὴν γὰρ μητέρα ἐν δίκῃ ἀπεκτονέναι, ἐπειδὴ τοιοῦτον ἔτεκε. ταῦτ' ἂν, ὡς ἔσαι, προγιγνώσκων ὁ Ἀπολλώνιος, ξυνέταττε τῷ Βένδικι ὅμορον ἄρχοντα [4], μονονυχὶ ὅπλα ὑπὲρ τῆς Ῥώμης τιθέμενος.

bus inepte canebat Nero. Ad exercitus enim, quibus praeerat, orationem habuit contra Neronem, qualem ex puriſſimae philoſophiae [fontibus] contra tyrannum effundere quis poſſit. Neronem quippe quicquid potius quam citharoedum eſſe aiebat, citharoedum eſſe tamen potius quam Imperatorem.) Obieciſſe vero illi [fertur] inſaniam, furorem, auaritiam, crudelitatem atque laſciuiae genus omne. Crudeliſſimum autem factorum eius non exprobraſſe: iure enim matrem eum aiebat interemiſſe, quae tale monſtrum peperiſſet. Haec igitur, vt euentura erant, animo ante proſpiciens Apollonius, Vindici ſocium adiunxit vicinae prouinciae qui praeeſſet, magiſtratum, tantum non ipſe arma pro Roma arripiens.

Φλεγμαινόντων δὲ τῶν περὶ τὴν Ἑσπέραν, τρέπονται τοεντεῦθεν ἐπὶ Λιβύην καὶ Τυῤῥηνούς, καὶ τὰ μὲν πεζῇ βαδίζοντες, τὰ δὲ ἐπὶ πλοίων πορευόμενοι, κατίσχουσιν ἐπὶ Σικελίαν, ἧ τὸ Λιλύβαιον. παραπλεύσαντες δὲ ἐπὶ Μεσσήνην τε καὶ πορθμὸν, ἔνθα ὁ Τυῤῥηνὸς Ἀδρίᾳ ξυμβάλλων χαλεπὴν ἐργάζονται τὴν χάρυβδιν, ἀκῆσαί φασιν, ὡς Νέρων μὲν περιφεύγοι, τεθνήκοι δὲ Βένδιξ [1], ἄπλοιντο δὲ τῆς ἀρχῆς [2] οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς Ῥώμης, οἱ δὲ ὁπόθεν τύχοι τῶν ἐθνῶν. ἐρομένων δὲ αὐτὸν τῶν ἑταίρων οἵ προθήσεται ταῦτα; καὶ ὅτῳ λοιπὸν ἡ ἀρχὴ ἔσοιτο; πολλῶν, εἶπε, Θηβαίων. τὴν γὰρ ἰσχὺν, ἣ πρὸς ὀλίγον Βιτέλλιός τε καὶ Γάλβας, καὶ Ὄθων ἐχρήσαντο, Θηβαίοις ἔκασεν, οἳ χρόνον κομιδῇ βραχὺν [3] ἤχθησαν ἐς τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα.

Cumque ita res in partibus Heſperiis eſſent exaſperatae; [Apollonius & ſocii] in Africam profecti ſunt atque ad Tyrrhenos, indeque partim pedeſtri itinere partim nauibus profecti ad Siciliam appulere, ea parte qua eſt Lilybaeum. Meſſenam vero accedentes & fretum, vbi mare Tyrrhenum, Adriae iunctum, difficilem nauigantibus Charybdim efficiunt, de Neronis fuga ſe audiuiſſe narrant, & de Vindicis morte, quodque Romanum imperium tum Romanorum nonnulli, tum quibuſuis ex gentibus oriundi arripuiſſent. Cumque adeo eum ſocii interrogarent, quo nam haec tandem eſſent euaſura? & cuius imperium denique ſit futurum? Multorum, reſpondit, Thebanorum. Poteſtatem enim qua breui tempore Vitellius, Galba, & Otho fuere potiti, cum Thebanis comparabat, qui tempore admodum breui Graeciae tenuerant principatum.

Cap. XI.

Ὅτι μὲν γὰρ [1] τὰ τοιαῦτα δαιμονίᾳ κινήσει προεγίγνωσκε [2], καὶ ὅτι τοῖς γόητα τὸν ἄνδρα ἡγεμένοις ἐχ ὑγιαίνει ὁ λόγος [3], δηλοῖ μὲν καὶ

Quod autem haec diuino quodam motu praenouerit, quodque ii, qui incantatorem illum dicunt, inſaniant, loquuntur quae hucuſ-

Cap. XII.

taret. V. Plutarch. in Galba p. 1491. Dionem lib. LXIII. p. 725. Sueton. in Galba c. 9. Ille tamen cum quo Apollonius hic verſatus fuit, non ipſe Galba fuiſſe videtur. Primo enim Galba non Baeticae ſed Tarraconenſi Hiſpaniae praefuit, vt patet ex Suetonio l. c. &c. Deinde praetoria prouincia cum fuerit Tarraconenſis, ἐπιτροπίουντα Galbam non potuit appellare Philoſtratus, ſed ἀντιστρατηγὸν, vel ἡγεμόνα vel ἄρχοντα. Eſſe autem haec paulo, antequam Vindicis literae ad Galbam afferrentur, geſta, patet ex paulo poſt dictis ταῦτ' ἔν ὡς ἔσαι προγιγνώσκων &c.

3 προφέρειν] hic & ſqq. infinitiui a verbo λέγεται ſupra poſito ſuſpenduntur, in medio poſita parentheſi incluſi, vt rectius id intelligatur.

4 ἄρχοντα] Generale nomen pariter ac vox ἡγεμόνος, non maioribus tantum in prouinciis *magiſtratibus*, ſed & *procuratoribus* datum, vt diſerte obſeruat Dio lib. LIII. p. 504. qui & Aegypti *procuratorem* ἄρχοντα vocat lib. LIV. p. 526.

CAP. XI. 1 τεθνήκοι δὲ Βένδιξ] ſeipſum interficiens, poſtquam a Verginio victus eſſet. Plutarch. in Galba p. 1492. Dio lib. LXIII. p. 725.

2 ἄπλοιντο δὲ τῆς ἀρχῆς &c.] poſt Neronem tamen neminem Galbam legimus habuiſſe competitorem, quam Nymphidium, qui ante quam Romam Galba veniret interemtus eſt. Reſpiciat itaque neceſſe eſt paulo poſt ortos motus Othone & Vitellio conſurgentibus, quorum iam initia ſe tum quidem prodiderint, euentum Apollonius praedixerit: certe paulo poſt Galbam, Othonem, Vitellium eſſe ait, quos hic cum Thebanis comparauerit.

3 οἳ χρόνον κομιδῇ βραχὺν] quamdiu nempe Epaminondas rebus Boeotorum praefuit, vnde Iuſtinus lib. VI. c. 8. ait *manifeſtum eſſe, patriae gloriam & natam & extinctam cum eo fuiſſe.*

CAP. XII. 1 ὅτι μὲν γὰρ] Euſeb. adu. Hierocl. c. 30. habet ὅτι μὲν δὴ τὰ.

2 προεγίγνωσκε] Euſeb. προέλεγε.

3 τοῖς γόητα τὸν ἄνδρα ἡγεμένοις ἐχ ὑγιαίνει ὁ λόγος] vide de ea adu. Apollonium ſuſpicione ſupra etiam lib. I. c. 4. Ceterum poſt λόγος, non vero poſt ὑγιαίνει, vt factum in editis, ponenda diſtinctio eſt.

ſunt

que ſunt dicta. Sed tamen ea quoque de re amplius diſpiciamus. Incantatores, (eos autem & ego omnium hominum infeliciſſimos iudico,) partim ſpiritibus torquendis ſe applicant, partim ſacrificiis Barbaris, partim carminibus veneniſue ſeſe fatis ſancita mutare iactant: multique eorum accuſati, talia faſſi ſunt ſe callere. Apollonius autem ſequebatur a fatis ſancita, antea praedicens tantum neceſſario ea futura eſſe: ipſe autem ante nouerat ea, non incantamentis vſus, ſed ex his, quae Dii ei monſtrabant. Cum vidiſſet igitur apud Indos tripodas & pincernas, & cetera, quae nemine mouente inceſſiſſe perhibent, neque qua arte conſtructa ſint interrogauit, nec ab eiſdem petiit, vt eam ſe edocerent: verum probauit quidem, imitari tamen noluit.

Cap. XIII. Cum Syracuſas veniſſent, femina quaedam, non ignobilis, monſtrum peperit, quale antea in lucem editum nullum fuit. Erant enim infanti capita tria, ex totidem [prodeuntia] ceruicibus: eis tamen membra adhaerebant quae vnicum corpus abſoluere ſolent. [Quod monſtrum] qui craſſius interpretabantur, Siciliam aiebant, Trinacris enim ea, perituram, niſi concordiam coluerit atque vnanimitatem. Nempe diſſidia alebant ciuitates complures, tum inteſtina, tum inter ſe inuicem, neque decenter & ordine in inſula viuebatur. Alii Typhoeum aiebant multicipitem eſſe, reſque nouas Siciliae minitari. Apollonius autem ito, dixit, o Dami, & vtrum ita ſe habeat vide: erat enim publice expoſitum in gratiam eorum, qui portenta noſſent explicare. Referente autem Damide triceps eſſe [monſtrum,] maſculini generis; conuocatis ſociis [Apollonius,] tres, inquit, Romanis erunt Imperatores, quos ego pridie Thebanos appellaui: neque eorum quiſquam perfecte imperio potietur, ſed alii in ipſa vrbe Romana, alii circa finitima vrbi loca, imperium indepti, peribunt, citius perſonam mutantes, quam qui in tragoediis repraeſentantur tyranni. Nec multo poſt effatum illud lucem eſt nactum. Galba enim in ipſa

τὰ εἰρημένα. σκεψώμεθα δὲ καὶ ταῦτα. οἱ γόητες, ἡγοῦμαι δ' αὐτὸς ἐγὼ κακοδαιμονεστάτους ἀνθρώπων, οἱ μὲν ἐς βασάνους εἰδώλων [4] χωροῦντες, οἷδ' ἐς θυσίας βαρβάρους [5], οἱ δὲ ἐς τὸ ἐπᾷσαί τι, ἢ ἀλεῖψαι [6], μεταποιεῖν φασι τὰ εἱμαρμένα [7]· καὶ πολλοὶ τούτων κατηγορίαις ὑπαχθέντες, τὰ τοιαῦτα ὡμολόγησαν σοφοὶ εἶναι. ὁ δὲ εἴπετο μὲν τοῖς ἐκ μοιρῶν [8], πρόλεγε δὲ [9] ὡς ἀνάγκη γενέσθαι [10] αὐτά, προεγίγνωσκε [11] δὲ ὁ γοητεύων, ἀλλ' ἐξ ὧν οἱ θεοὶ ἔφαινον. ἰδὼν δὲ παρὰ τοῖς Ινδοῖς τὰς τρεπόδας, καὶ τοὺς οἰνοχόους, καὶ ὅσα αὐτόματα ἐσφοιτᾷν [12] ἔπον, ἤθ' ὅπως σοφίζοιντο αὐτὰ ἤρετο [13], ὅτ' ἐδεήθη μαθεῖν· ἀλλ' ἐπῄνει μὲν, ζηλῶν δ' οὐκ ἠξίου.

Ἀφικομένων δὲ αὐτῶν ἐς τὰς Συρακούσας, γυνὴ, τῶν ἐκ ἀφανῶν, τέρας ἀπεκύησεν, οἷον ὕπω ἐμαυθη. τρεῖς γὰρ τῷ βρέφει κεφαλαὶ ἦσαν, ἐξ οἰκείας ἑκάστη δέρης· τὰ δὲ ἐπ' αὐταῖς [1], ἑνὸς πάντα. οἱ μὲν δὴ παχέως ἐξηγούμενοι, τὴν Σικελίαν ἔφασαν, τρικαρία γὰρ, ἀπολεῖσθαι, εἰ μὴ ὁμονοήσειέ τε καὶ ξυμπνεύσειεν. ἐστασίαζον δὲ ἄρα αἱ πολλαὶ τῶν πόλεων, πρὸς αὐτάς τε καὶ πρὸς ἀλλήλας, καὶ τὸ ἐν κόσμῳ ζῆν ἀπῆν τῆς νήσου. οἱ δὲ ἔφασαν τὸν Τυφὼ [2] πολυκέφαλον δὲ εἶναι, νεώτερα τε ἀπειλεῖν τῇ Σικελίᾳ. ὁ δὲ Απολλώνιος, ἴθι, ἔφη, ὦ Δάμι, καὶ κάτιδε αὐτὸ, εἰ ὕτω ξύγκειται· ἐξέκειτο γὰρ δημοσίᾳ τοῖς τερατολογεῖν εἰδόσιν. ἀπαγγείλαντος δὲ τῷ Δάμιδος ὡς τρικέφαλον εἴη, καὶ ἄρρεν, ξυναγαγὼν τοὺς ἑταίρους, τρεῖς, ἔφη, Ρωμαίων αὐτοκράτορες, οὓς ἐγὼ πρώην Θηβαίους [3] ἔφην, τελειώσει δὲ οὐδεὶς τὸ ἄρχειν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐπ' αὐτῆς Ρώμης, οἱ δὲ περὶ τὰ ὅμορα τῇ Ρώμῃ δυνηθέντες ἀπολοῦνται, θᾶττον μεταβαλόντες τὸ προσωπεῖον, ἢ οἱ τῶν τραγῳδῶν τύραννοι. καὶ ὁ λόγος αὐτίκα ἐς φῶς ἦλθε. Γάλβας μὲν γὰρ

4 εἰδώλων] *idola* ſunt *ſpiritus*, quos magi carminibus ſuis vt appareant, & imperata faciant, cogere ſe poſſe iactant. Paſſim in hac ipſa vita pro huiuſmodi *ſpectris* vocem vſurpari vidimus.

5 θυσίας βαρβάρους] *Barbara ſacrificia* ſunt peregrina, a Graecorum ritibus abludentia, quale Apollonio ſacrificium peractum calumnia finxit, puero Arcade mactato, cuius exta inſpexerit, futura noſcendi ſtudio. vide inf. lib. VII & VIII. c. 7. ſect. 12. ſq.

6 ἐπᾷσαί τι ἢ ἀλεῖψαι] *carmina* vocant Romani & *venena*: vide Virgil. in Pharmaceutria.

7 εἱμαρμένα] male Euſeb. εἱρημένα.

8 εἵπετο μὲν τοῖς ἐκ μοιρῶν] non ἐδιάζετο, non μετεκοίει, quod magi ſe poſſe profitebantur, ſed εἵπετο,

9 πρόλεγε δὲ] Euſ. καὶ πρόλεγε,

10 γενέσθαι] Euſ. ἔσεσθαι.

11 προεγίγνωσκε] Euſ. προείλεγε.

12 καὶ ὅσα αὐτόματα ἐσφοιτᾷν] vid. ſupra lib. III. c. 27. Euſebius adu. Hierocl. c. 24. allegans hunc locum ἐκφοιτᾷν legit. Sed cap. tamen XXX habet ἐσφοιτᾷν.

13 ἤρετο] Euſebius l. c. ὅτε ἤρετο, ſed tamen c. 30. omittit ὅτε.

CAP. XIII. 1 ἐπ' αὐταῖς] ſic omnes MSS. noſtri: editi ἐπ' αὐτῷ. Senſus eſt, reliquas partes poſt caput non geminas vel ternas fuiſſe.

2 Τυφὼ] quem ſub Aetna ſepultum, incendiorum & terrae motuum cauſam eſſe in illa inſula nota fabula, vid. & cap. ſq.

3 πρώην Θηβαίους] vide cap. II.

ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης ἀπέθανεν, ἀψάμενος τῆς ἀρχῆς. ἀπέθανε δὲ καὶ Βιτέλλιος, ὀνειροπολήσας τὸ ἄρχειν. Οθων δὲ περὶ τὰς Εσπερίας Γαλάτας ἀποθανὼν, οὐδὲ τάφου λαμπροῦ ἔτυχεν, ἀλλ' ὥσπερ ἰδιώτης κεῖται. διέπλη δὲ ἡ τύχη ταῦτα ἐνὶ ἔτει.

vrbe Romana periit, postquam imperium inuasisset. Periit & Vitellius, imperium somnians. Otho quoque, apud occidentales Gallos mortuus, ne sepulturam quidem indeptus honestam est, sed tanquam priuatus iacet. Atque haec intra anni spatium fortuna deproperauit.

Πορευθέντες δὲ ἐπὶ Κατάνης, ἔνθα τὸ ὄρος ἡ Αιτνη, Καταναίων μὲν ἀκοῦσαί φασιν, ἡγεμένων τὸν Τύφω δεδέσθαι ἐκεῖ, καὶ πῦρ ἐξ αὐτοῦ ἀνίεσθαι, ὃ τύφει τὴν Αιτνην. αὐτοὶ δ' ἐς πιθανώτερος ἀφικέσθαι λόγους, καὶ προσήκοντας τοῖς φιλοσοφοῦσιν. ἄρξαι δ' αὐτῶν τὸν Απολλώνιον, ὧδε ἐρόμενον τοὺς ἑταίρους, ἔστί τις μυθολογία; νὴ Δί', εἶπεν ὁ Μένιππος, ἥν γε οἱ ποιηταὶ ἐπαινοῦσι. τὸν δὲ δὴ Αισωπον τί ἡγῇ; μυθολόγον, εἶπε, καὶ λογοποιὸν[2] πάντα. πότεροι δὲ σοφοὶ τῶν μύθων; οἱ τῶν ποιητῶν, εἶπεν, ἐπειδὴ ὡς γεγονότα ᾄδονται. οἱ δὲ δὴ Αισώπου τί; βάτραχοι, ἔφη, καὶ ὄνοι, καὶ ἠλίθιοι, γρυσὶν οἷοι μασᾶσθαι, καὶ παιδίοις. καὶ μὴν, ἔφη, ἐμοὶ, ὁ Απολλώνιος, ἐπιτηδειότεροι πρὸς σοφίαν οἱ τοῦ Αισώπου φαίνονται. οἱ μὲν γὰρ περὶ τοὺς ἥρωας, ὧν ποιητικὴ πᾶσα ἔχεται, καὶ διαφθείρουσι τοὺς ἀκροωμένους[3], ἐπειδὴ ἔρωτάς τε ἀτόπους οἱ ποιηταὶ ἑρμηνεύουσι, καὶ ἀδελφῶν γάμους, καὶ διαβολὰς ἐς θεοὺς, καὶ βρώσεις παίδων, καὶ πανουργίας ἀνελευθέρους, καὶ δίκας· καὶ τὸ ὡς γεγονὸς αὐτῶν ἄγει[4] καὶ τὸν ἐρῶντα, καὶ τὸν ζηλοτυποῦντα, καὶ τὸν ἐπιθυμοῦντα πλουτεῖν, ἢ τυραννεύειν, ἐφ' ἅπερ μῦθοι. Αισωπος δὲ, ὑπὸ σοφίας, πρῶτον μὲν οὐκ ἐς τὸ κοινὸν τῶν ταῦτα ᾀδόντων ἑαυτὸν κατέσησεν, ἀλλ' ἑαυτῷ τινα ὁδὸν ἐτράπετο. εἶτα, ὥσπερ οἱ τοῖς εὐτελεστέροις βρώμασι καλῶς ἐσιῶντες, ἀπὸ σμικρῶν πραγμάτων διδάσκει μεγάλα· καὶ προθέμενος τὸν λόγον, ἐπάγει αὐτὸ τὸ πρᾶξε ἢ μὴ πρᾶξε. εἶτα τοῦ φιλαλήθους μᾶλλον, ἢ οἱ ποιηταὶ, ἥψατο. οἱ μὲν γὰρ βιάζονται πιθανοὺς φαίνεσθαι τοὺς ἑαυτῶν λόγους[5]· ὁδ' ἀπαγγέλλων λόγον, οὐ

εἰ καὶ ἐκείνην οἱ θεοὶ δαίσονται[8]. τηκομένῳ δὲ τῷ πλάσματος[9], ὅρα, ἔφη, τὰ ἱερά[10]. ποῖα, εἶπεν ὁ Αἰγύπτιος; ὁρῶ γὰρ οὐδὲν ἐνθάδε. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, οἱ δὲ Ἰαμίδαι[11], εἶπε, καὶ οἱ Τελεάδαι[12], καὶ οἱ Κλυτιάδαι[13], καὶ τὸ πᾶν τῶν Μελαμποδιδῶν[14] μαντεῖον, ἐλήρησαν[15], ὦ λῷστε, τοσαῦτα μὲν περὶ πυρὸς εἰπόντες, τοσαύτας δὲ ἀπ' αὐτοῦ ξυλλεξάμενοι φήμας; ἢ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς πεύκης πῦρ, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς κέδρου[16], μαντικὴν ἡγῇ, καὶ ἱκανὸν δηλῶσαί τι· τὸ δ' ἀπὸ πιοτάτου τε, καὶ καθαρωτάτου δάκρυος[17] καόμενον οὐ πολλῷ αἱρετώτερον; εἰ δ' ἐμπύρου σοφίας ἦσθα εὐξύνετος, εἶδες ἂν καὶ ἐν τῷ τοῦ ἡλίου κύκλῳ πολλὰ δηλούμενα, ὁπότε ἀνίσχει. τούτοις ἐπέσκωπτε τὸν Αἰγύπτιον, ὡς ἀμαθῆ τῶν θείων.

nec Dii aspernentur. Liquescente igitur [tauri] simulacro, sacra, inquit, specta. Quaenam vero? dixit Aegyptius: ego enim hic video nihil. Tunc Apollonius, an Iamidae, vero, inquit, & Teleadae, atque Clytiadae, & omne Melampodidarum fatidicum genus delirarunt, amice, multa adeo de igne locuti, totque ex eo colligentes oracula? an tu eum quidem, qui ex incensa picea, aut cedro sit, ignem, vim fatidicam habere putas, & ad aliquid portendendum esse idoneum: hunc vero qui ex pinguissima purissimaque accensus sit lacryma longe praestantiorem non esse? Certe, si sapientiae quae in igne latet peritus esses, in solis quoque orientis orbe multa cognosceres. His verbis Aegyptium castigauit tanquam parum in rebus diuinis eruditum.

Προσκειμένης δὲ τῆς Ἀλεξανδρείας ἵπποις, καὶ ξυμφοιτώσης μὲν ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐπὶ τῇ θέᾳ ταύτῃ, μιαιφονούντων δὲ ἀλλήλους, ἐπίπληξιν ὑπὲρ τούτων ἐποιεῖτο. καὶ παρελθὼν ἐς τὸ ἱερὸν[1], ποῖ, ἔφη, παρατενεῖτε ἀποθνήσκοντες, οὐχ ὑπὲρ τέκνων, οὔτε ἱερῶν; ἄλλως χραίνοιτε μὲν τὰ ἱερά, λύθρῳ μεσοὶ ἐς ταῦτα ἥκοντες, φθείροισθε δὲ ἔσω τείχους[2]. καὶ Τροίαν μέν, ὡς ἔοικεν, ἵππος

Cum autem Alexandrini equorum essent studiosi, atque in hippodromum eiuscemodi spectaculorum causa frequentes concurrerent, mutuisque polluerentur caedibus, eius quoque rei grauem censuram instituit. Templum enim ingressus, quousque, inquit, non pro liberis, arisque & focis mori pergetis? Imo praeterea templa polluatis, cruenti ea ingredientes, atque intra muros caedibus pereatis. Atqui Troiam, vt perhibent, vnus

C. XXVI.

adeoque in sacrificiali etiam coena: cuius loco in incruento illo sacrificio καπνὸς erat: *nidor*.

8 καὶ ἐκείνην ἢ οἱ θεοὶ δαίσονται] nempe *nidorem* sacrificii sui Deis acceptissimum fore, flammam prodituram sibi pollicetur. Vt supra apud Bardanem lib. I. c. 31.

9 πλάσματος] manifeste πίμμα illud bouis intelligit, quod colliquescebat, ex thure nempe, vt mox patebit, aliisque eius generis rebus quae igne liquescerent compositum.

10 τὰ ἱερά] Graecis τὰ ἱερὰ sunt laeta omina, quae ex sacris captabant. Sic apud Xenophont. Anab. 2. ἐπεὶ θυομένῳ οἱ ἐγίνετο τὰ ἱερὰ τῇ πρώτῃ, τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν ἐθύετο. Imitatus hoc Virgilius Aen. XI. v. 739.

— *dum SACRA secundus arusp*ex
nuntiet. — — — —

Ceterum de diuinationibus Pythagoricis ex fumo incensorum vid. notata supra ad lib. I. c. 31.

11 Ἰαμίδαι] celebris vatum familia ex Elide a Iamo Apollinis & Euadnae filio orta, de qua ex Herodoto, Pindaro, Cicerone, Pausania & Clemente Alexandrino plura annotauit Petr. Victorius. Var. Lect. XIII, 15. Ἰαμονίδης autoritate Characis, Historici, inter Homeri maiores fertur apud Suidam. v. Ομηρ. quod nomen an ad istum locum spectet viderint alii. Nuperus Suidae restaurator doctiss. ex MSS. Parisiensibus Ἰδμονίδης scribendum putauit.

12 Τελεάδαι] hoc nomine vates nusquam inuenio. Γαλεώτας Siculos vates commemorant Cicero de Diuinat. lib. I. Aelianus Hist. Var. XII, 46. & Stephanus περὶ πόλ. v. Γαλεώτ. Iidem Γαλεοὶ dicuntur Archippo apud Athenaeum, cuius iste Iambus:

Γαλεοί γε πάντων μάντεων σοφώτατοι.

Item Hesychio cuius sunt ista: Γαλεοὶ, μάντεις ἔτοι. κατὰ τὴν Σικελίαν ὤκησαν. Inde Philostrato natum Γαλεώδαι, quam genuinam puto huius loci esse lectionem, exiguam quorundam apicum mutationem in vulgatis codicibus passam. Nempe patronymicam vocem formauit, qui istam vatum familiam a quodam autore suo ita appellari putaret, vt a *Iamo* Iamidas, & Clytiadas a *Clyto*. Verum errat si audiendus magnus Bochartus in Canaan. lib. I. cap. 28. qui nomen illud ab Hebr. גלה quod *reuelare* notat, deriuandam putabat.

13 Κλυτιάδαι] Κλυτίδαι dicuntur apud Pausaniam Eliac. Posterior. cap. 17. vbi itidem vt hic cum *Melampodidis* iunguntur in Epigrammate de Eperasto:

Τῶν δ' ἱερογλώσσων Κλυτιδᾶν γένος ἔυχομαι εἶναι
Μάντις ἀπ' ἰσοθέων αἵμα Μελαμποδιδᾶν.

Ergo ex vtroque genere Eperastus. Nempe *gentis* Melampodidarum, *familiae* fuit Clytidarum. Nam Melampi filius Mantius, huius Oicles, cuius Amphiaraus, Amphiarai Alcmaeon, qui *Clytium* suscepit ex Phegei filia, vt habet ibid. Pausan. adde & Diodor. Sic. lib. IV. p. 271.

14 Μελαμποδιδῶν] nihil celebre magis apud veteres quam Melampodis nomen, de quo passim Herodotus, Diodorus, Pausanias, Apollodorus &c. taceo Poetas.

15 ἐλήρησαν;] interrogatiue haec accipienda putaui, ideoque & signum interrogationis adieci post φήμας. Nempe vatum hic allegatorum autoritate reuincit Aegyptium: an illi delirarunt, inquiens, non ex carnibus sed ex lignis ortae flammae omina sectantes? Sane si non delirarunt, concedenda erit e thure quoque nato igni vim inesse diuinatricem, nam par esse videtur ratio.

16 τὸ ἀπὸ τ. κέδρου] articulum τὸ ex MSS. reuocauimus.

17 δακρύου] *thus* intelligit quod arboris δάκρυον esse notum. Nempe ex *thure* similibusque aromatibus efformatum bouem iam offerebat Apollonius, vt Pythagoras, qui bouem teste Athenaeo lib. I. p. 3. ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων sacrificauit. vide notata ad lib. I. c. 1. Nisi tamen, quod ante innuimus, oblatum a se thus simpliciter bouem appellauit, quod sibi *bouis* loco esset in sacris Deo faciendis, allusione tantum facta ad id, quod Pythagoras & Empedocles fecit.

CAP. XXVI. 1 ἐς τὸ ἱερὸν] Serapeum vid. ad c. praec. n. 1. Nempe plerumque vt iam alibi obseruatum in templis philosophi, maxime Pythagoraei, disserebant.

2 ἔσω τείχους] i. e. in aciem non prodeuntes, & summa pace.

equus

equus subuertit, quem tunc arte quadam Achiui struxerant. Contra vos autem currus iunguntur & equi, quorum studio vos ipsos refraenare vobis non licet. Exitium igitur non ab Atridis vobis infertur, neque ab Aeacidis, sed a vobis ipsis, quantum ne Troianis quidem crapula sepultis. Et in Olympia quidem, vbi luctae, & pugilatus, & pancratiastarum certamina, nemo tamen ab athletis interemtus est: venia licet sit parata fortassis, si quis enixius contendat cum sui similibus certans. Vobis autem hic equorum causa gladii aduersus vos inuicem stricti lapidesque emittendi ad manus sunt. Ignis autem huiusmodi [inuadat] vrbem, in qua *fremitusque clamorque*,

Vincentumque madet victorum & terra cruore.

Reueremini communem Aegypti craterem, Nilum. Sed quid ego Nilum commemoro apud homines sanguinis auctus quam aquae metiri malentes? Multaque ad eam censuram pertinentia disseruit alia, quemadmodum Damis docet.

C. XXVII. Cum autem Vespasianus apud gentes Aegypto finitimas id ageret, vt dignitatem assumeret imperatoriam, atque illinc in Aegyptum transiret, Dion & Euphrates, de quibus paulo post dicendum, vt gauderent omnes publica voce hortabantur. Nam post primum Imperatorem, a quo Romana respublica ordinata fuit, tam saeuae tyrannides per annos quinquaginta inualuerant, vt ne Clau-

εἷς διεπόρθησεν, ὃν ἐσοφίσαντο οἱ Ἀχαιοὶ τότε. ἐφ' ὑμᾶς δὲ ἅρματα ἔζευκται καὶ ἵπποι, δι' ἃς οὐκ ἔστιν ὑμῖν εὐηνίως ζῆν[3]. ἀπόλυσθε γῆν οὐχ ὑπὸ Ἀτρειδῶν, οὐδ' ὑπὸ Αἰακιδῶν, ἀλλ' ὑπ' ἀλλήλων, ὃ μηδ' οἱ Τρῶες[4] ἐν τῇ μέθῃ. κατὰ μὲν οὖν τὴν Ὀλυμπίαν, ἔξ πάλης, καὶ πυγμῆς, καὶ τὸ παγκρατιάζειν ἆθλα, ὀδεὶς ὑπὸ ἀθλητῶν[5] ἀπέθανεν· ἴσως καὶ ξυγγνώμης μὲν ὑπαρχέσης[6], εἴ τις ὑπέρσπουδάζοι περὶ τὸ ὁμόφυλον[7]. ὑπὲρ δὲ ἵππων ἐνταῦθα γυμνὰ μὲν ὑμῖν ἐπ' ἀλλήλους ξίφη, βολαὶ δὲ ἕτοιμοι λίθων. πῦρ δὲ ἐπὶ τὴν τοιαύτην πόλιν[8], ἔνθα ἀρὶ οἰμωγή τε καὶ ὕβρις[9]

ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων ῥέε δ' αἵματι γαῖα.

αἰδέσθητε τὸν κοινὸν τῆς Αἰγύπτου κρατῆρα[10], Νεῖλον. ἀλλὰ τί Νείλου μνημονεύω πρὸς ἀνθρώπους αἵματος ἀναβάσεις διαμετρῶντας μᾶλλον[11] ἢ ὕδατος; καὶ πλέω ἐς τὴν ἐπίπληξιν ταύτην διελέχθη ἑτέρα, ὡς διδάσκει ὁ Δάμις.

Οὐεσπασιανὸν δὲ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν πεφηνότος περὶ τὰ ὅμορα τῇ Αἰγύπτῳ ἔθνη, καὶ προχωροῦντος ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, Δίωνες[1] μὲν καὶ Εὐφράται[2], περὶ ὧν μικρὸν ὕστερον εἰρήσεται, χαίρειν παρεκελεύοντο[3]. μετὰ γὰρ τὸν πρῶτον αὐτοκράτορα, ὑφ' ὃν τὰ Ρωμαίων διεκοσμήθη, τυραννίδες ἔτη χαλεπαὶ ἴσχυσαν ἐπὶ πεντήκοντα ἔτη[4],

---

3 εὐηνίως ζῆν] cui oppositum τὸ παρὰ τὴν ἡνίαν πεπαῖδευσθαι inf. c. 29. Sic in aureis carminib. ἡνίοχος γνώμη dicitur. Et Plato in Phaedro latius illam *rationis* cum *auriga* comparationem persequitur.

4 ὃ μηδ' οἱ Τρῶες] pro καθ' ὃ μηδ' οἱ Τρ. Sensus: ne Troianos quidem ab hostibus misere adeo interemtos esse genio indulgentes, vt notum, quod obsidione se crederent liberatos, quam Alexandrini mutuis armis se ipsos inuicem interimant.

5 ὑπὸ ἀθλητῶν] melior mihi haec lectio videtur, a Morello quoque in marg. obseruata, quam ὑπὲρ ἀθλ. quod post Aldum in textu idem ediderat.

6 ἴσως κὴ ξυγγνώμης μὲν ὑπαρχέσης] nempe quamuis legibus Atticis grauissima contra homicidas poena sancita esset, veniam tamen caedis eaedem faciunt, in certaminibus istis patratae. vid. obseruata Meursio Themid. Attic. l. I. c. 18.

7 περὶ τὸ ὁμόφυλον] nempe vt homo studeat eminere prae aliis hominibus, non adeo videtur absonum, quam vt studeat equum suum cursu excellere prae altero.

8 πῦρ δὲ ἐπὶ τὴν τοιαύτην πόλιν] vel execrationem vel praedictionem haec continere putarim: vt vel sensus sit: *igne pereat vrbs eius ingenii*, vel: *ignem tali vrbi certo immittere*, quae ita caedibus & cruore sit contaminata. Nempe καθαρτικὸν ignis veteribus. Vnde & mundum *igne* quasi olim lustrandum putabant nonnulli, vt ita peccata hominum eluerentur.

9 οἰμωγή τε κὴ ὕβρις] desumta haec ex Iliad. Δ'. v. 450.

Ἔνθα δ' ἄρ' οἰμωγή τε κὴ ἰυχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν.
Ὀλλύντων τε κὴ ὀλλυμένων, ῥέε δ' αἵματι γαῖα,

Vnde & pro οἰμωγή τε κὴ ὕβρις ita vt apud Homer. est priore versu, in quibusdam codd. se reperisse obseruat Morellus.

10 τῆς Αἰγύπτου κρατῆρα] crateres in festis solennibus in medio positi κοινοί, ex quibus libarent Diis omnes, vid. Spanhem. Ep. I. ad Morell. p. 54. Talis πανώνιος κρατὴρ de quo supra lib. IV. init. ὁμοσίας & κοινωνίας illi erant symbola, pariter ac ipsa sacrificia, quibus vescentes inuicem κοινωνεῖν dicebantur. Aegypti itaque κρατῆρα Nilum dicit, ab ipsis Diis propositum; vnde Αἰγύπτοιο διίπετὴς ποταμὸς dicitur Homero Odyss. Δ'. v. 581. qui amoris illos mutui admonere, & vt a caedibus, quibus polluantur sacra omnia, abstineant efficere debeat.

11 διαμετρῶντας μᾶλλον] alludit ad Nili διαμέτρησιν, de qua Plinius lib. V. Sect. 10. *Auctus per puteos mensurae notis deprehenduntur.* Adde Strabonem lib. XVII. p. 817. ἀναβάσεις *incrementa* sunt, siue vt Plinius loquitur *auctus*.

CAP. XXVII. 1 Δίωνες] Dionem Prusaeensem intelligit, quem & Cocceianum vocat: de quo plura in Vitis Sophistarum.

2 Εὐφράται] de quo iam supra dictum ad lib. I. plura etiam deinceps, & ad Philostrati vitas Sophistarum.

3 χαίρειν παρεκελεύοντο] sensus manifestus est ex iis quae contra Apollonius fecisse dicitur paulo post, qui pariter ac Dio & Euphrates laetatus dicitur, sed publice ea de re disserere noluisse. Quod plane versionem nostram veram esse euincit. Moneo hoc propterea, quod interpretes priores hic coecutientes plane contra indolem verborum interpretati sint.

4 ἐπὶ πεντήκοντα ἔτη] nempe gesta haec sunt circa A.C. 69 quo Vespasianus imperium occupare coepit, a quo tempore vsque ad initium imperii Tiberii, qui post Augustum per πρῶτον αὐτοκράτορα hic designatum, Imperator fuit, anni numerantur LV. Ceterum toties eo tempore

ὡς μηδὲ Κλαύδιον[5], τὰ μέσα τούτων τεσσαρεσκαίδεκα ἄρξαντα, χρηστὸν δόξαι. καί τοι πεντηκοντούτης μὲν ἐς τὸ ἄρχειν παρῆλθεν, ὅτε νοῦς μάλιστα ὑγιαίνει ἀνθρώποις, παιδείας δὲ ξυμπάσης ἐδόκει ἐρᾷν. ἀλλὰ καὶκεῖνος, τηλικόσδε ὤν, πολλὰ μειρακιώδη ἔπαθε, καὶ μηλόβοτον[6] γυναίοις τὴν ἀρχὴν ἀνῆκεν, ὑφ' ὧν ἔτω ῥᾳθύμως ἀπέθανεν, ὡς, καί τοι προγιγνώσκων[7] ἃ μέλλει πείσεσθαι, μὴδ' ἃ προῄδει φυλάξασθαι. Ἀπολλώνιος δὲ παραπλησίως μὲν Εὐφράτῃ καὶ Δίωνι περὶ τούτων ἔχαιρε, μελέτην[8] δ' αὐτὰ ἐκ ἐποιεῖτο ἐς πάντας, ῥητορικωτέραν ἡγούμενος τὴν τοιάνδε ἰδέαν[9] τῷ λόγῳ. προσιόντι δὲ τῷ αὐτοκράτορι τὰ μὲν ἱερὰ[10] πρὸ πυλῶν ἀπήντα, καὶ τὰ τῆς Αἰγύπτου τέλη[11], καὶ οἱ νομοὶ[12], καθ' οὓς Αἰγύπτιοι τέτμηνται, φιλόσοφοί τε ὡσαύτως, καὶ σοφία πᾶσα. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἐδὲν ἐπολυπραγμόνει τούτων, ἀλλὰ ἐσπέδαζεν ἐν τῷ ἱερῷ. διαλεχθεὶς δὲ ὁ αὐτοκράτωρ γενναῖά τε καὶ ἥμερα, καὶ διελθὼν λόγον ἁ μακρὸν, ἐπισημεῖ, ἔφη, ὁ Τυανεύς; ναὶ ἔφασαν, βελτίως γε[13] ἡμᾶς ἐργασάμενος. πῶς ἂν ἔν ξυγγένοιτο ἡμῖν; ἔφη, σφόδρα γὰρ δέομαι τοῦ ἀνδρός. ἐντεύξεταί σοι περὶ τὸ ἱερὸν, ὁ Δίων εἶπε, πρὸς ἐμὲ γὰρ δεῦρο ἥκοντα ὡμολόγει ταῦτα. ἴωμεν, ἔφη, ὁ βασιλεὺς, προσευξόμενοι μὲν τοῖς θεοῖς, ξυνεσόμενοι δὲ ἀνδρὶ γενναίῳ. ἐντεῦθεν ἀνέφυ λόγος, ὡς ἐνθύμιος μὲν αὐτῷ ἡ ἀρχὴ γένοιτο πολιορκοῦντι τὰ Σόλυμα, μεταπέμποιτο δὲ τὸν Ἀπολλώνιον ὑπὲρ βελτίους τούτων· ὁ δὲ παραιτοῖτο ἥκειν ἐς γῆν, ἣν ἐμίαναν οἱ ἐν αὐτῇ οἰκοῦντες[14], οἷς τε

dius quidem, qui medio eius temporis interuallo tredecim imperauit annis, inter bonos numerandus esse visus fuerit. Atqui is annos natus quinquaginta imperium indeptus fuerat, quo tempore in hominibus vigere maxime solet animus, omnisque disciplinae amantissimus videbatur. Sed tamen & ille, grandaeuus adeo licet, multis tamen iuuenilibus aestuabat affectibus, imperiumque mulierculis depascendum permisit, a quibus adeo ignauiter mortem sibi inferri passus est, vt, licet quid obuenturum sibi esset ante prospiceret, euitare tamen quae praeuiderat noluerit. Apollonius autem pariter ac Dion & Euphrates de rebus istis gaudebat, declamandi tamen ad vulgus argumentum id ei non fuit, eam orationis formam Rhetori magis aptam esse existimanti. Aduentanti autem Imperatori sacra pompa ante portas obuiam processit, & magistratus Aegyptii, & praefecturae in quas diuiditur Aegyptus, pariterque philosophi, atque omnes sapientes. Verum Apollonium nihil quidem horum occupatum tenuit, ille enim in templo philosophabatur. Imperator vero cum generose & benigne eos esset allocutus breuique oratione excepisset, versareturne hisce in locis Tyanensis? interrogauit. Omnino responderunt [versatur,] emendationi nostrum incumbens. Quomodo ergo, dixit, nobis eum conueniendi dabitur facultas? valde enim opus habeo viro. In templo ipsum inuenies, aiebat Dion: ita enim mihi huc venienti pollicitus est. Eamus, Imperator, aiebat, Diis vota facturi, & virum egregium allocuturi. Indeque fama nata fuit, quod imperii arripiendi cupiditas eum incesserit Solyma obsidentem, quod item Apollonium accersierit, consilii ea de re captandi causa: ille autem deprecatus fuerit profectionem in regionem, quam habitatores eius tum his quae egissent, tum &

---

tyrannide oppressum Rom. Imperium fuisse distincte magis inf. c. 32. ostenditur.

5 ὡς μηδὲ Κλαύδιον] sensus hic est: ne Claudium quidem, bonum alias virum, saltem non tyrannum, bonum principem esse visum, ratio paulo post additur.

6 μηλόβοτον] alludit ad Anaxagorae & Cratetis mores, quos patrium fundum μηλόβοτον ἀνηκέναι veteres narrant. vide obseruata ad lib. I. c. 13. n. 7. ita *Scopelianus* eadem allusione facta sua δελεόδολα aiebat, vt habet Philost. in vit. eius. Ceterum de Claudio mulieroso vide inf. c. 32. & ap. Sueton. vita eius c. 26. 29. Dion. lib. LX. p. 665. Iulian. in Caesarib. &c.

7 προγιγνώσκων] multa eam in rem, quod nempe mortem Claudio praesagierit animus, habet Sueton. vita eius cap. 46.

8 μελέτην] sic Rhetorum orationes dictae, cura aliqua elaboratae, λόγοις αὐτοσχεδίοις h. e. extemporaneis oppositae. Quam in rem plura ad vitas Sophist. obseruamus.

9 ῥητορικωτέραν ἡγούμενος τὴν τοιάνδε ἰδίαν] nempe aliud Rhetorem est agere, aliud Philosophum; illius oblectare & affectus mouere, qualis ille publici *gaudii* affectus ob imperium ad Vespasianum deuolutum: Philosophi docere est & emendare: ideoque illud argumentum non satis decere se, Philosophum, Apollonius putabat: quam enim ornatum nimium & oblectandi studium a Philosopho putauerit alienum, patet ex ea, qua Dionem Chrysostomum prosequitur censura inf. c. 36. & epistolis ad eum.

10 τὰ μὲν ἱερὰ] sacram huiusmodi processionem describit Clemens Alexandrin. Strom. III. p. 633.

11 τέλη] male h. l. interpretantur mysteria. Τέλη *magistratus* h. l. sunt, vid. ad libri VIII. cap. vltimum.

12 νομοὶ] ita omnino legendum, quod Gruterus etiam viderat, non νόμοι vt in vulgatis est. Nempe in νομοὺς, quos *praefecturas* Plinius interpretatur, diuisam Aegyptum fuisse constat. Eis vero praefecti erant sui νομάρχαι, vt Diodorus Siculus autor est lib. I. p. 37. Illi itaque obuiam euntes Vespasiano, νομοὺς repraesentabant, quos ἀπαντῆσαι Vespasiano Philostratus dicit, pariter ac paulo post σοφίαν πᾶσαν i. e. quicquid est hominum sapientiae studia professorum ei obuiam iuisse dicit.

13 βελτίως γε] addidi γε fide MSS. nostrorum omnium, vt & ἔν paulo post inter ἂν & ξυγγένοιτο.

14 ἣν ἐμίαναν οἱ ἐν αὐτῇ οἰκοῦντες] Schol. Roman. σημείωσαι διὰ τὸν δεσπότην χρισόν. Quod si verum autem sit, propter Christum & Apostolos, indignis modis acceptos,

quae

quae passi essent inquinauissent: quamobrem in Aegyptum Imperator venerit, imperio iam occupato quidem, de his tamen vt cum illo loqueretur, quae iamiam sum expositurus.

c.xxviii. Nempe peractis sacris, cum nondum affatim responsa ciuitatibus dedisset, Apollonium affatus est, & supplex quasi, Imperatorem me quaeso facias, dixit. Cui Apollonius, feci, respondit. Modo enim Imperatorem votis expetens iustum, magnanimum, temperantem, canitie venerabilem, patrem ingenuum, te certe a Diis hisce exoraui. Quibus rebus summopere delectatus Imperator, (namque vniuersa in templo acclamabat populi turba Apollonii approbans orationem,) quid tibi, inquiebat, de Neronis visum imperio est? cui Apollonius, Nero forsan, aiebat, citharam aptare nouerat; at imperium dedecore affecit intendendo & remittendo. Nempe, respondebat [Vespasianus,] modum tenere Principem iubes. Non ego, inquiebat Apollonius, sed Deus ipse, qui aequitatem mediocritate definiuit. Optimi vero huiusmodi rerum consultores sunt viri isti: (Dionem autem digito monstrabat & Euphratem, cum hoc enim controuersia ei nondum oborta fuerat.) Tum manu ad coelum sublata Imperator, o Iupiter, inquit, vtinam sapientibus imperem ego, mihique sapientes. Et ad Aegyptios conuersus, exme, inquit, perinde atque ex Nilo haurite. Hocque modo respirauit Aegyptus iam fere sub onere deficiens, quo oppressa hucusque fuerat.

c.xxix. E templo descendens autem Apollonio dexteram praebuit: eumque in regiam vbi duxisset, vereor, inquit, ne iuueniliter me gerere videar nonnullis, imperium suscipiens vitae anno sexagesimo. Causam igitur defendam, vt mei defensionem apud alios tu suscipere valeas. Diuitiis enim quidem me obnoxium ne iuuenem memini quidem. Magistratus vero, & dignitates, quotquot Romani sunt imperii, ita moderate & temperanter gessi, vt neque animo elatum esse, in quem ista omnia competant. Ellipsis hic vel praepos. κατὰ ταῦτα, vel participii ταῦτα αἰτῶν.

3 ἀνίσει καὶ ἐπιτάσει] aliudit ad Musicen, quae nouit fidium ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν. Hoc autem sibi vult: Neronem modum non tenentem, *intendendo remittendoue* nimis, imperium ex dignitate haut gessisse. Repetit hoc dictum Vespasian. inf. c. 28.

4 Θεὸς δὲ, τὴν ἰσότητα μεσότητα ὁρισάμενος] sic Romanis quoque *aequalitas*, quae est ἰσότης, saepe cum *iustitia* iungitur, nihilque aliud est, quam ἡ μετριότης, cui opponitur πλεονεμία & intemperantia, vt viris doctis obseruatum est ad Cornelii Nepotis locum in Aristide. c. 3. cuius *iustitia* & AEQVITAS & *innocentia* laudatur.

5 αὐτῷ] Euphratem intelligit, cum quo maxime inde ei nata controuersiae, de quibus plura in sequentibus.

Ὑσας γὰρ, καὶ ὅπως χρηματίσας κατ' ἀξίαν ταῖς πόλεσι, προσεῖπε τὸν Ἀπολλώνιον, καὶ ὥσπερ εὐχόμενος αὐτῷ, ποίησόν με, ἔφη, βασιλέα. ὁ δὲ, ἐποίησα, ἔφη. ἤδη γὰρ εὐξάμενος βασιλέα δίκαιόν τε, καὶ γενναῖον, καὶ σώφρονα, καὶ πολιᾷ κεκοσμημένον, καὶ πατέρα γνήσιον, σὲ δήπου παρὰ τῶν θεῶν ἦτεν ταῦτα ἐγώ[2]. ὑπερησθεὶς δὲ τούτοις ὁ βασιλεὺς, καὶ γὰρ ἐβόησε τὸ ἐν τῷ ἱερῷ πλῆθος, ξυντιθέμενοι τῷ λόγῳ, τί σοι, ἔφη, Νέρωνος ἀρχὴ ἐφαίνετο; καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, Νέρων, εἶπε, κιθάραν μὲν ἴσως ἤδει ἁρμόττεσθαι, τὴν δὲ ἀρχὴν ἤσχυνεν ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει[3]. ξύμμετρον ἂν, εἶπε, κελεύεις εἶναι τὸν ἄρχοντα; ἐκ ἐγὼ, εἶπε, θεὸς δὲ, τὴν ἰσότητα μεσότητα ὁρισάμενος[4]. ἀγαθοὶ δὲ τούτων ξύμβουλοι καὶ οἵδε οἱ ἄνδρες, τὸν Δίωνα δείξας καὶ τὸν Εὐφράτην, μήπω αὐτῷ[5] ἐς διαφορὰν ἥκοντα. τότε δὴ ἀνασχὼν ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας, ὦ Ζεῦ, ἔφη, σοφῶν μὲν ἐγὼ ἄρχοιμι, σοφοὶ δὲ ἐμοῦ. καὶ ἐπιστρέψας ἑαυτὸν ἐς τὴν Αἴγυπτίας, ἀρύσασθε, εἶπεν, ὡς Νείλου, καὶ ἐμοῦ. ἡ μὲν δὴ Αἴγυπτος, ὧδε ἀνέσχεν, ἀπειρηκότες ἤδη δι' ἃ ἐπιέζοντο.

Κατιὼν δὲ τοῦ ἱεροῦ, ξυνῆψε τῷ Ἀπολλωνίῳ τὴν χεῖρα· καὶ παραγαγὼν αὐτὸν ἐς τὰ βασίλεια, ἴσως, ἔφη, μειρακιώδης ἐνίοις δοκῶ, βασιλείας ἁπτόμενος περὶ ἔτος ἑξηκοστὸν τοῦ βίου. δώσω ἔν ἀπολογίαν, ὡς ἀπολογοῖο ὑπὲρ ἐμοῦ τοῖς ἄλλοις. ἐγὼ γὰρ πλούτου μὲν ἠτιμημένος ὐδὲ ἐν μειρακίῳ ποτὲ οἶδα. τὰς δὲ ἀρχάς τε καὶ λαμπρότητας, ὁπόσαι τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ προσήκουσιν, ὕτω σωφρόνως καὶ μετρίως διεθέμην, ὡς μήτε

Apollonium pro impura habuisse Iudaeam, non adeo male forsan de eius sapientia sentiendum: de qua Eusebius quoque non nisi modeste sibi statuendum putauit. Sed tamen ego ad seditiones & bella intestina Iudaeorum, caedesque quibus patriam contaminarunt, eius cuastatione demum finitas, haec referre malim; terram autem ita contaminatam infaustam alias credi ex veterum religione notum. vide supra notata ad lib. III. c.20. & inf. lib.V. c. 27. sub fin. it. lib.VII. c.25. n. 2. & in Heroicis *Achille* §. XV. n. 7.

CAP. XXVIII. 1 ἤδη] Gruterus & Salmas. malebant καὶ δή.

2 ἦτεν ταῦτα ἐγώ.] cod. Vrbin. omittebat ταῦτα, quod tamen retinendum putaui. Nempe sensus est: *haec* iamiam precatum Apollonium, a Vespasiano, vt Imperator fiat oratum esse, in quem ista omnia competant. Ellipsis hic vel praepos. κατὰ ταῦτα, vel participii ταῦτα αἰτῶν.

3 ἀνίσει καὶ ἐπιτάσει] aliudit ad Musicen, quae nouit fidium ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν. Hoc autem sibi vult: Neronem modum non tenentem, *intendendo remittendoue* nimis, imperium ex dignitate haut gessisse. Repetit hoc dictum Vespasian. inf. c. 28.

4 Θεὸς δὲ, τὴν ἰσότητα μεσότητα ὁρισάμενος] sic Romanis quoque *aequalitas*, quae est ἰσότης, saepe cum *iustitia* iungitur, nihilque aliud est, quam ἡ μετριότης, cui opponitur πλεονεμία & intemperantia, vt viris doctis obseruatum est ad Cornelii Nepotis locum in Aristide. c. 3. cuius *iustitia* & AEQVITAS & *innocentia* laudatur.

5 αὐτῷ] Euphratem intelligit, cum quo maxime inde ei nata controuersiae, de quibus plura in sequentibus.

ὑπέρφρων, μήτ' αὖ κατεπτηχὼς δόξαι. νεώτερα δὲ οὐδ' ἐπὶ Νέρωνα ἐνεθυμήθην. ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν, εἰ καὶ μὴ κατὰ νόμους[1], παρ' ἀνδρὸς γῦν αὐτοκράτορος παραλαβὼν[2], εἶχεν, ὑφιέμην αὐτῷ διὰ τὸν Κλαύδιον, ὃς ὕπατόν[3] τε ἀπέδειξέ με καὶ ξύμβουλον τῶν ἑαυτοῦ. καὶ νὴ τὴν Ἀθηνᾶν[4], ὁπότε Νέρωνα ἴδοιμι ἀσχημονοῦντα, δάκρυά μοι ἐξέπιπτεν ἐνθυμουμένῳ τὸν Κλαύδιον, ὑφ' οἵου καθάρματος τὸ μέγιστον τῶν ἑαυτοῦ[5] ἐκληρονομήθη. ὁρῶν δὲ, μήδ' ὁπότε Νέρων ἐκ ποδῶν γέγονεν ἐπὶ τὸ λῷον μεθισάμενα τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἔτως ἀτίμως τὴν ἀρχὴν πράττουσαν, ὡς ἐπὶ Βιτελλίῳ κεῖσθαι, θαῤῥῶν ἤδη ἐπ' αὐτὴν εἶμι. πρῶτον μὲν, ἐπειδὴ βούλομαι τοῖς ἀνθρώποις παρασχεῖν ἐμαυτὸν πολλοῦ ἄξιον. εἶτα, ἐπειδὴ πρὸς ἄνθρωπον ὁ ἀγὼν ἔσαι κραιπαλῶντα[6]. Βιτέλλιος γὰρ μύρῳ μὲν λούεται πλεῖον ἢ ἐγὼ ὕδατι, δοκεῖ δέ μοι καὶ ξίφει πληγεὶς μῦρον ἐκδώσειν μᾶλλον, ἢ αἷμα. οἴνῳ δὲ οἶνον ξυνάπτων μαίνεται. καὶ κυβεύει μὲν, δεδιὼς μή τι αὐτὸν οἱ πεττοὶ σφήλωσιν· ὑπὲρ δὲ ἀρχῆς ἀναμπλεῖ παίζων[7]. ἑταίραις δὲ ὑποκείμενος, ἐπιθόρυνται ταῖς γεγαμημέναις· ἡδίω φάσκων τὰ μετὰ κινδύνων ἐρωτικά. ἐῶ τὰ ἀσελγέστερα, ὡς μὴ τοιαῦτα ἐπὶ σοῦ λέγοιμι, μὴ δὴ περιΐδοιμι Ρωμαίους, ὑπὸ τοιοῦδε ἀρχθέντας. ἀλλ' ἡγεμόνας ποιούμενος τοὺς θεοὺς, ἀνὴρ γιγνοίμην ἐμαυτῷ ὅμοιος. ὅθεν ἐκ σοῦ Ἀπολλώνιε πεῖσμα ἐγὼ βάλλομαι[8], φασὶ γὰρ πλεῖστά σε τῶν θεῶν αἰσθάνεσθαι, καὶ ξύμβουλον ποιοῦμαί σε φροντίδων, ἐφ' αἷς ἔστι γῆ καὶ θάλαττα· ἵν' εἰ μὲν εὐμενῆ τὰ παρὰ τῶν θεῶν φαίνοιτο, πράττοιμι ταῦτα, εἰ δὲ ἐναντία, μηδὲ πρὸς ἐμοῦ μηδὲ Ρωμαίων, μὴ ἐνοχλοίην τοὺς θεοὺς ἄκοντας.

tus, neque humilis viderer. Res autem nouas ne contra Neronem quidem molitus sum. Quin potius, eo quod imperium, (quanquam non secundum leges,) ab Imperatore tamen acceptum teneret, illi me submisi, Claudii reuerentia, qui & consulem me fecit, & consiliorum participem. Et certe per Palladem, vbi Neronem vidi parum dignitatem tuentem, lacrymae mihi exciderunt Claudii recordato, quantumque monstrum eius, quod praestantissimum habuit, reliquerit haeredem. Videns autem, ne tum quidem, cum e medio sublatus Nero esset, ad meliorem statum mortalium res processisse, sed ita turpiter Imperium haberi, vt ad Vitellium peruenirent, audentior iam inde ad illud capessendum accedo. Primo quidem quod cupiam hominibus eum me praebere, qui plurimi sit faciendus. Deinde quia cum homine crapula sepulto mihi res erit. Vitellius enim vnguento lauatur abundantius, quam aqua ego, vt videatur mihi gladio percussus vnguentum potius, quam sanguinem emissurus. Praeterea vino vinum superfundens furit. Tesseris insuper ita ludit, vt ne talorum iactus ipsum fallat, metuat: de maximis vero imperii rebus periclitari lusum putat & iocum. Meretricibus etiam obnoxius, nuptas init: iucundos magis esse aiens amores, qui cum periculo sint coniuncti. Omitto alia magis adhuc obscoena, ne coram te talia proferam, vel Romanorum minus consulam honori, talis monstri imperio obnoxiorum. Verum Deos duces mihi esse cupiens, vir esse velim mihi similis. Quamobrem, o Apolloni, te potissimum spem meam niti velim, te enim plurimum esse aiunt in rebus diuinis versatum, teque mihi adsciscо consiliarium, in istis solicitudinibus meis, quibus & mare & terra nituntur: vt, si propitia a Diis signa dentur, haec aggrediar; sin aduersa vero, neque mihi, neque Romanis fauentia; vt negotium ne facessam Diis reluctantibus.

Ἐπιθειάσας δ' ὁ Ἀπολλώνιος τῷ λόγῳ, Ζεῦ, ἔφη, Καπιτώλιε, σὲ γὰρ τῶν παρόντων πρα-

Post orationem istam Apollonius diuinitus concitatus, Iupiter, inquit, Capitoline (te nam- Cap. XXX.

CAP. XXIX. 1 εἰ νὴ μὴ κατὰ νόμους] nempe imperium ad Britannicum pertinere videbatur, qui Claudii filius erat natura, & ex familia Caesarum, cum Nero adoptione tantum filius esset. vid. Dio lib. LXI. p. 689.

2 παρ' ἀνδρὸς γῦν αὐτοκράτορος παραλαβὼν] at Claudium Neroni imperium tradidisse nemo veterum dicit, qui Agrippinae artibus Imperatorem eum factum testantur vnanimi consensu.

3 ὕπατον] Consul suffectus fuit Vespasianus duobus postremis mensibus A. C. 51. vid. Sueton. vita eius c. 4. & in Domitiani vita. c. 1.

4 νὴ τὴν Ἀθηνᾶν] vide notata supra ad lib. IV. c. 17.

5 τὸ μέγιστον τῶν ἑαυτοῦ] imperium intelligit.

6 κραιπαλῶντα] v. Tacit. Hist. lib. 2. c. 62. 95. Sueton. Vitell. c. 13. Dio lib. LXV. p. 734. Ioseph. B. I. lib. IV. c. 42.

7 παίζων] illud παίζων opponitur ei, quod praecessit δεδιὼς, vt indicet res ludicras eum agere quasi serias, metuentem de infausto talorum iactu, versa vice serias quasi ludicras, de toto imperio periclitantem quasi lusus id esset & iocus. Quod monere visum, cum minime mentem Vespasiani hic assecuti fuerint interpretes priores.

8 ἐκ σοῦ Ἀπολλώνιε πεῖσμα ἐγὼ βάλλομαι] Metaphorica locutio; πεῖσμα retinaculum nauis notat, quo nauis ἀποδεῖται εἰς γῆν religatur in terra ad columnam vel aliam rem firmam & persistentem, vt apud Homer. Ilid. χ'.

— — πεῖσμα νεὸς κυανοπρῴροιο
κίονος ἐξάψας μεγάλης.

Quod est βάλλεσθαι πεῖσμα ἐκ κίονος. Apollonius igitur, in quo spem & fiduciam reponit Imperator, κίων quasi, vel columna, qua religata nauis eius tutior conquiescat.

que

que praesentibus rebus diribitorem praeesse cognosco) teipsum huic serua, & istum tibi. Templum enim quod impiae manus hesterna die incenderunt, hunc virum tibi instaurare fata decreuerunt. Ad quae dicta cum obstupesceret Imperator; haec, dixit, seipsa prodent, nec est quod metuas mihi, Tu vero recte tibi deliberata perfice. Contigerat autem Romae, vt Domitianus, Vespasiani filius, contra Vitellium pro patris imperio decertaret, cumque in Capitolio obsideretur, manibus elaberetur obsidentium, templo interea accenso, idque vt Apollonius citius multo nosset, quam in Aegypto innotuisset. Haec inter se vbi essent collocuti, Apollonius ab Imperatore discessit, non permittere sibi inquiens patrias Indorum leges, vt meridiano tempore aliud quidpiam, quam quod isti faciant. Imperator autem magis accensus est, neque res manibus suis elabi est passus, sed iis tanquam firmis iam vsus est & stabilitis, propter ea, quae ab Apollonio audiuerat.

C. XXXI. Proxima autem die summo mane palatium ingressus Apollonius, quidnam ageret Imperator ex satellitibus scisciatus est? Illi vero iampridem eum surrexisse dixerunt, epistolisque vacare scribendis. Quo audito discessit Apollonius, imperabit hic vir, ad Damidem dicens. Iterum autem, oriente iam sole, reuersus, Dionem Euphratemque in limine reperit, iisque [pridianae] conuersationis successum cum ambitu scisciantibus, excusationem qua imperator apud se vsus esset exposuit: a se tamen latam reticuit sententiam. Prior autem admissus, Euphrates & Dion, inquit, o Imperator, iampridem tibi familiares, in limine sunt praesto, rerum tuarum minime incuriosi, illos igitur ad conferendos sermones quaeso etiam admitte, viri enim sunt sapientes. Nunquam clausas, respondit Imperator, sapientibus viris praebeo fores, tibi autem pectus quoque meum videtur esse apertum.

γμάτων βραβευτὴν οἶδα, φύλατ]ε σεαυτὸν μὲν τούτῳ, σαυτῷ δὲ τοῦτον. τὸν γὰρ νεὼν, ὃν χθὲς ἄδικοι χεῖρες ἐνέπρησαν, τόνδε σοὶ τὸν ἄνδρα ἀναστῆσαι πέπρωται. θαυμάσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τὸν λόγον· αὐτὰ, εἶπεν, αὐτὰ[1] δηλώσει, καὶ μηδὲν ἐμοῦ δέῃ[2], πέραινε δὲ ἃ ὀρθῶς ἐβουλεύσω. ξυμβεβήκει δὲ ἄρα κατὰ τὴν Ρώμην[3], Δομετιανὸν μὲν, τὸν Ουεσπασιανοῦ παῖδα, παρατετάχθαι πρὸς τὸν Βιτέλλιον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τοῦ πατρός. πολιορκίας δ' αὐτὸν περισχούσης ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, διαπεφευγέναι τοὺς πολιορκοῦντας, τὸν νεὼν δ' ἐμπεπρῆσθαι[4], καὶ τῷ Απολλωνίῳ φαίνεσθαι πολλῷ θᾶτ]ον, ἢ κατ' Αιγυπ]ον ἐπράτ]ετο. τοσαῦτα σπουδάσαντες, ὁ μὲν ἀπῆλθε τοῦ βασιλέως, εἰπὼν μὴ ξυγχωρεῖν αὐτῷ τὰ Ινδῶν πάτρια κατὰ μεσημβρίαν ἄλλο τι[5] παρ' ἃ ἐκεῖνοι πράττουσιν. ὁ δὲ ἀνέλαμπέ τε ἔτι μᾶλλον, καὶ ὁ ξυνεχώρει τοῖς πράγμασι διαφεύγειν ἑαυτὸν, ἀλλ' ὡς βεβαίων τε καὶ αὐτῷ καθωμολογημένων ἔχετο, δι' ἃ ἥκουσε.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ περὶ ὄρθρον ἐπὶ τὰ βασίλεια ἦκων ὁ Απολλώνιος, ἤρετο τοὺς δορυφόρους ὅ, τι βασιλεὺς πράττ]οι; οἱ δὲ ἐγρηγορέναι τε αὐτὸν πάλαι ἔφασαν, καὶ πρὸς ἐπιστολαῖς εἶναι. καὶ ἀκούσας τοῦτο ἀπῆλθεν, εἰπὼν πρὸς τὸν Δάμιν, ὁ ἀνὴρ ἄρξει[1]. ἐπανελθὼν δὲ περὶ ἥλιον ἀνίσχοντα, Δίωνα μὲν καὶ Ευφράτην ἐπὶ θύραις εὗρε, καὶ περὶ τῆς ξυνουσίας φιλοτίμως ἐρωτῶσι διῆλθε τὴν ἀπολογίαν[2], ἣν τοῦ βασιλέως ἤκουσε· τὰς δὲ αὐτοῦ δόξας ἀπεσιώπησεν[3]. εἰσκληθεὶς δὲ πρῶτος, ὦ βασιλεῦ, εἶπεν, Ευφράτης καὶ Δίων, πάλαι σοι γνώριμοι ὄντες, πρὸς θύραις εἰσὶν, ὡς ἀφρόντιδες τῶν σῶν, κάλει δὴ κἀκείνους ἐς κοινὸν λόγον, σοφὼ γὰρ τὼ ἄνδρε. ἀκλείστους, ἔφη, θύρας παρέχω σοφοῖς ἀνδράσι, σοὶ δὲ καὶ τὰ σέρνα ἀνεῳχθαι δοκεῖ[4] ταμά.

CAP. XXX. 1 *αὐτὰ εἶπεν αὐτὰ*] posterius *αὐτὰ* idem est, quod *ἑαυτὰ* more Atticorum, vt sensus sit, res istas seipsas produturas.

2 *μηδὲν ἐμοῦ δέῃ*] i. e. *περὶ ἐμοῦ*, noli metuere de me, ne fallax propheta existam.

3 *ξυμβεβήκει δὲ ἄρα κατὰ τὴν Ρώμην* &c.] vid. rem omnem ap. Tacitum Hist. lib. III. c. 69. 70. Sueton. Vitell. c. 15. Dion. lib. LXV. p. 741.

4 *τὸν νεὼν δ' ἐμπεπρῆσθαι*] opera data ita loquitur, cum incertum fuerit, quis incendii illius extiterit autor, an obsidentes, an obsessi.

5 *ἄλλο τι*] lectio haec, quam in MSS. inuenerat Morell. probabilior mihi visa quam vulgata: *ἀλλ' ὅ, τι*. Ceterum quid meridiano tempore Indorum sapientes facere sueuerint. vid. s. lib. III. c. 14. & 33.

CAP. XXXI. 1 *ἄρξει*] *imperabit*, i. e. vt decet imperantem se geret, non nomine tantum, sed reipsa Imperator.

2 *τὴν ἀπολογίαν*] qua Vespasianus defendit quod imperii habenas capessiuerit s. cap. 25.

3 *τὰς δὲ αὐτοῦ δόξας ἀπεσιώπησεν*] respicit potissimum *sententiam*, qua probauerat Vespasiani de suscipiendo Imperio consilium, de quo postea controuersia orta inter Apollonium maxime & Euphratem. Obseruat igitur Philostratus, huc vsque ea de re suum iudicium ab Euphrate & Dione Apollonium celasse.

4 *δοκεῖ*] cod. Vatic. Palat. & Vratisl. habent *φασὶ*.

Ἐπεὶ δὲ εἰσεκλήθησαν, ὑπὲρ μὲν τῆς ἐμαυτῦ διανοίας, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, ἀπολελόγημαι χθὲς Ἀπολλωνίῳ τῷ γενναίῳ. ἠκούσαμεν, ἦ δ' ὁ Δίων, τῆς ἀπολογίας, καὶ νῦν εἶχε. τήμερον δὲ, εἶπεν, ὦ φίλε Δίων, ξυμφιλοσοφήσωμεν ὑπὲρ τῶν βεβουλευμένων, ἵν' ὡς κάλλιστα, καὶ κατὰ σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων πάντα πράττοιμι. ἐννοῶν γὰρ πρῶτον μὲν τὸν Τιβέριον, ὡς ἐς τὸ ἀπάνθρωπόν τε καὶ ὠμὸν τὴν ἀρχὴν μετέσησεν· εἶτα τὸν ἐπ' ἐκείνῳ Γάϊον, ὡς Διονυσομανῶν, καὶ Λυδίζων[1] τὴν σολὴν, καὶ πολέμους νικῶν ἓκ ὄντας[2], ἐς πάντα τὰ Ρωμαίων αἰσχρῶς ἐβάκχευσεν· εἶτα τὸν χρηστὸν Κλαύδιον, ὡς, ὑπὸ γυναίων ἐμβροντηθεὶς[3], ἐπελάθετο τῦ ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τῦ ζῆν, ἀπέθανε γὰρ ὑπ' αὐτῶν, ὥς φασι[4]· Νέρωνος δὲ τί ἂν καθαπλοίμην, ἐπόντος Ἀπολλωνίῳ βραχύν, καὶ ἀθρόον περὶ ἀνέσεώς τε καὶ ἐπιτάσεως[5], αἷς Νέρων τὴν ἀρχὴν ἤσχυνε; τί δ' ἂν περὶ ὧν Γάλβας ξυνετάραττεν εἴποιμι, ὃς ἐπ' ἀγορᾶς μέσης ἀπέθανεν, ἡταιρημένους ἐσποιῶν ἑαυτῷ παῖδας, τὸν Οθωνα, καὶ τὸν Πείσωνα[6]; εἰ δὲ καὶ Βιτελλίῳ τῷ πάντων ἀσελγεστάτῳ τὴν ἀρχὴν παραδοίημεν, ἀναβιώη Νέρων· ὁρῶν ἓν, ὦ ἄνδρες, ὑφ' ὧν εἶπον τυραννίδων διαβεβλημένον τὸ ἄρχειν, ξυμβάλλεσ ὑμᾶς ποιῦμαι πῶς ἂν διαθείμην αὐτὸ, προσκεκρουκὸς[7] ἤδη τοῖς ἀνθρώποις. πρὸς ταῦτα ὁ Ἀπολλώνιος, αὐλητὴς, ἔφη, τῶν πάνυ σοφῶν, τοὺς ἑαυτῦ μαθητὰς παρὰ τοὺς φαυλοτέρους τῶν αὐλητῶν ἔπεμπε, μαθησομένους πῶς δεῖ μὴ αὐλεῖν. τὸ μὲν δὴ πῶς δεῖ μὴ ἄρχειν, μεμάθηκας, ὦ βασιλεῦ, παρὰ τούτων[8], οἳ πονηρῶς ἦρξαν· τὸ δ' ὅπως δεῖ ἄρχειν σκεψόμεθα.

Illis igitur intromissis, ego, inquiebat Imperator, o viri, hesterna die apud Apollonium, virum generosum, causam dixi. Audiuimus, respondebat Dion, defensionem, neque ratione ea destituitur. Hodie itaque, Imperator aiebat, charissime Dion, vna philosophabimur de iis, quae iniuimus consiliis, vt pulcerrime omnia & ex emolumento publico agam. Animo enim primo quidem, mihi Tiberium proponens, vt principatum in immanitatem & crudelitatem verterit: deinde successorem eius Caium, qui bacchico insaniens furore, habitu Lydos imitatus, bellis, quae nunquam fuerant, victor, totam rem Romanam bacchica amentia deturpauit: porro bonum illum Claudium, qui mulierculis attonitus, non imperii solum, sed vitae etiam est oblitus, siquidem ab ipsis, vt fertur, interfectus fuit: Neronem enim quid commemorem? de quo breuem sed multa complexam sententiam protulit Apollonius, de intensione & remissione, qua imperium Nero deformauit: Quid dicam item de concitatis a Galba motibus, qui in medio interemptus est foro, cum sibi meretricios filios adoptasset, Othonem & Pisonem? quod si Vitellio autem omnium sceleſtissimo imperium sit concedendum, Nero potius redeat: Videnſque, o viri, adeo inuisum factum esse principatum ob tyrannides, quarum modo feci mentionem, consiliarios mihi vos esse cupio, quomodo eum constituere debeam, in odium iam apud homines adductum. Ad haec Apollonius, tibicen, inquit, valde sapiens quidam discipulos suos ad ineptos mittere solebat tibicines, vt ex eis quomodo canendum non esset, addiscerent. Hoc ipsum vero, quomodo imperandum non sit, tu iam didicisti ex istis, o Imperator, qui male imperio praefuere: quomodo igitur imperandum sit, iam porro dispiciemus.

C. XXXII.

CAP. XXXII. 1 Λυδίζων] notus Lydorum luxus & mores profligati. vid. Athen. lib. XII. p. 515. Hinc Ἀβροδιαίτων Λυδῶν ὄχλος Aeschylo in Persis v. 41. vbi vid. σχολ. adde Herodot. lib. I. p. 25. taceo ceteros, quod autem Λυδίζειν τὴν σολὴν peculiariter dicitur Caius, optime explicabit Suetonius in Caio cap. 52. *Vbi habitu neque patrio, neque ciuili, ac ne virili quidem, ac denique humano eum* vsum esse prolixius ostendit. Sic nempe Lydi etiam *sinuosas tunicas* effeminatae mollitiae argumentum gestabant.

2 πολέμους νικῶν ἓκ ὄντας] tale erat bellum cum Germanis, ob quod septimum Imperatorem se proclamari voluit, cum neminem tamen hostem habuisset, nullo praelio vicisset, vid. Dio: lib. LIX. p. 657. item expeditio contra Britannos, quae in cochlearum collectionem desinens triumpho tamen digna ei visa est, vid. Sueton. vita eius c. 46. & Dio lib. LIX. p. 659.

3 ὑπὸ γυναίων ἐμβροντηθεὶς] vid. s. ad cap. 27. n. 5.

4 ἀπέθανε γὰρ ὑπ' αὐτῶν ὥς φασι] nempe periit parato ab Agrippina veneno, vt notum ex Tacito, Suetonio, Seneca in Apocolocynthosi, & Dione.

5 περὶ ἀνέσεώς τε καὶ ἐπιτάσεως] dixit illa Apollonius s. c. 24.

6 ἡταιρημένους ἐσποιῶν ἑαυτῷ παῖδας, τὸν Οθωνα, καὶ τὸν Πείσωνα] cur ἡταιρημένους vocet Othonem & Pisonem non capio. Nisi inuidiose adoptionem istam eum hac voce perstringere tantum velle dicamus. Ἐσποιῶσαι autem Othonem dicit, quod adoptandi consilia egisset Galba, licet res ad exitum perducta haut sit, armaque arripuerit eius rei causa Otho. vid. Sueton. in Galba c. 21. 22. & in Othone c. 5. Plntarch. in Galba p. 1507.

7 αὐτὸ, προσκεκρουκὸς] sic codices MSS. omnes legunt, vt referatur ad τὸ ἄρχειν, sensusque sit: *quomodo constituam imperium, quod hominibus ob malam administrationem iam inuisum est?* Et haec lectio magis antecedentibus conuenire, magisque adeo probanda mihi videtur, quam vulgata αὐτὸν προσκεκρουκὼς, quae tamen si retinenda sit, αὐτὸν idem erit quod ἐμαυτὸν, & sensus: *quomodo me gerere debeam, qui iam meipsum cum hominibus, Vitellii partes tuentibus, commisi.*

8 παρὰ τούτων] sic MSS. pro περὶ τούτων quod in editis.

Euphra-

C.XXXIII. Euphrates autem iam tum clanculum Apollonio inuidebat, quod ei plus addictum Imperatorem videret, quam oraculis addicti sunt ii, qui ad ea accedunt. Tum vero immodice ira intumescens, praeter morem sublata voce: nefas est, inquiebat, animi blandiri impetui, & praeter rationem abripi cum iis, qui fraenis effractis rem gerant: in ordinem potius eos redigere par est, philosophi sinisimus. Nempe de quibus, an agere deceat, oportebat consulturos prodire in medium, ea quomodo sint agenda, dicere iubes, cum nondum didiceris, an de rebus quas agendas suscipere fas sit, sermonem instituas. Ego autem Vitellium funditus quidem perdendum censeo: hominem enim esse noui detestabilem, & omni impuritate scatentem. Te autem virum esse cum nouerim, eumque generosa indole eminentem, decere minime puto in Vitellii res censura quidem animaduertere, quae tui vero sint officii ignorare. Quam igitur vnius principatus [in genus humanum] sit iniurius, ex me quidem vt discas opus non est, id enim ipse ostendisti. Scire autem te velim, quod iuuenis quidem principatum inuadens id faciat quod ei aetati conuenit. Principatum enim affectare tam est iuuentae consentaneum, quam Baccho & Veneri indulgere. Et iuuenis quidem principatum arripiens nondum pro malo habetur, nisi etiam, praeterquam quod in principatum inuolauit, homicida, & crudelis, atque impurus videatur. Si vero senex ad principatum accesserit, primam iam habet hanc culpam quod talia appetierit. Etsi humanus enim videatur vel maxime, & eius quod decet obseruans, non ipsi tamen hoc tribuunt homines, sed aetati & maturitati eius. Insuper idem videbitur iam iuuenis eam rem ambiisse, sed obtinere non potuisse. Obtinere vero talem rem non posse, partim a fortuna est aduersa, partim a metu. Videatur enim quis, vel fortunae suae diffisus, quem animo agitabat principatum neglexisse, vel alii illum tenenti cessisse, metuentem eum tanquam virum fortem. At mittamus, quod ad fortunam minus fauentem spectat. Timiditatis ignominiam quo pacto deprecaberis? praesertim, cum videaris Neronem metuisse, omnium timidum maxime atque ignauum? Quae enim contra ipsum ausus est Vindex, ea me

Ὁ δ' Εὐφράτης ἀφανῶς μὲν ἤδη ἐβάσκαινε τῷ Ἀπολλωνίῳ, προσκείμενον αὐτῷ τὸν βασιλέα ὁρῶν μᾶλλον, ἢ τοῖς χρηστηρίοις τοὺς ἐς αὐτὰ ἥκοντας. ἀνοιδήσας δὲ ὑπὲρ[1] τὸ μέτρον τότε, καὶ τὴν φωνὴν ἐπάρας παρ' ὃ εἰώθει, ὦ χρή, ἔφη, κολακεύειν τὰς ὁρμὰς, ὦδε ἀνοήτως συνεκφέρεσθαι τοῖς παρὰ τὴν ἡνίαν[2] τι πράττουσι, καταρρυθμίζειν δὲ αὐτούς, ἅπερ φιλοσοφοῦμεν. ἃ γὰρ, εἰ προσήκει[3] πράττειν, ἔδει βουλευομένους φαίνεσθαι, ταῦθ' ὃν πεπράξεται τρόπον κελεύεις λέγειν, ἵνα μαθὼν εἰ ὑπὲρ πρακτέων οἱ λόγοι. ἐγὼ δὲ Βιτέλλιον μὲν καταλυθῆναι κελεύω· μιαρὸν γὰρ τὸν ἄνθρωπον[4] οἶδα, καὶ μεθύοντα ἀσελγείᾳ πάσῃ. σὲ δ' ἄνδρα εἰδὼς[5], καὶ γενναιότητι πρέχοντα, ἃ φημὶ χρῆναι τὰ μὲν Βιτελλίου διορθοῦσθαι, τὰ σεαυτοῦ δὲ μήπω εἰδέναι. ὅσα μὲν δὴ αἱ μοναρχίαι ὑβρίζουσιν, ἐκ ἐμοῦ χρὴ μανθάνειν, ἀλλ' αὐτὸς εἴρηκας. γιγνώσκοις δ' ἂν, ὡς νεότης μὲν ἐπὶ τυραννίδα πηδῶσα προσήκοντα ἑαυτῇ πράττει. τὸ γὰρ τυραννεύειν ἕως ἔοικε νέοις, ὡς τὸ μεθύειν, ὡς τὸ ἐρᾶν. καὶ νέος μὲν τυραννεύσας ἔπω κακὸς, ἢν μὴ μιαιφόνος[6] παρὰ τυραννίδα, καὶ ὠμὸς, καὶ ἀσελγὴς δόξῃ. γέροντος δὲ ἐπὶ τυραννίδα ἥκοντος πρώτη αἰτία τὸ τὰ τοιαῦτα βλέσθαι. καὶ γὰρ ἦν φιλάνθρωπος φαίνηται, καὶ κεκοσμημένος, ἐκ ἐκείνῳ ταῦτα νομίζουσιν, ἀλλὰ τῆς ἡλικίας, καὶ τῷ κατηρτυκέναι[7]. δόξει δὲ καὶ πάλαι τέτε, καὶ νέος ἔτι, ἐπιθυμήσας ἁμαρτεῖν. αἱ δὲ τοιαῦται ἁμαρτίαι πρόσκεινται μὲν δυσχίᾳ, πρόσκεινται δὲ δειλίᾳ. ἐδίκει γάρ τις, ἢ καταγνὺς τῆς ἑαυτοῦ τύχης τὸ ἐνῷ τυραννεῦσαι παρεῖναι, ἢ τυραννεύοντι ἐκπῆναι ἑτέρῳ, δείσας δή πε αὐτὸν ὡς ἄνδρα. τὸ μὲν δὴ τῆς δυσχίας ἐάσθω. τὸ δὲ τῆς δειλίας, πῶς παραιτήσῃ; καὶ ταῦτα, Νέρωνα δοκῶν δεῖσαι, τὸν δειλότατόν τε καὶ ῥαθυμότατον. ἀ γὰρ ἐνεθυμήθη Βίνδιξ[8] ἐπ' αὐτὸν, σὲ νὴ τὸν Ἡρακλέα

CAP. XXXIII. 1 ἀνοιδ. δὲ ὑπὲρ] δὲ ὑπὲρ in ed. Morell. exciderat, habet Aldin. & MSS.

2 παρὰ τὴν ἡνίαν vid. s. notata ad cap. 22.

3 ἃ γὰρ, εἰ προσήκει] editi habent καὶ γὰρ εἰ cod. Vatic. Vrbin. Palat. pro καὶ γὰρ εἰ habent ἃ γὰρ Vratisl. ἃ γὰρ εἰ optime, sic enim apte respondet paulo post ταῦτα, & vulgatae lectionis patet origo.

4 ἄνθρωπον] lectionem MSS. praefero ei quod est in editis: ἄνδρα, nam vbi cum contemtu de aliquo loquimur, illud potius quam hoc quadrat. Sic & ἀντίθεσις elegantior inter ἄνθρωπον & ἄνδρα quod nomen Vespasiano mox tribuit.

5 ἄνδρα εἰδὼς] in vulgatis additur ἀγαθόν, quod omittit cod. Vaticanus, nec eo opus: ἀνὴρ enim absolute positum virum fortem & strenuum notat.

6 ἢν μὴ μιαιφόνος] μὴ omissum vulgo, sensus requirebat.

7 κατηρτυκέναι] a frugibus translatum, de quarum *maturitate* vox vsurpatur.

8 Βίνδιξ] vide supra ad huius libri c. 10. n. 2.

ἐκά-

ἐκάλει πρῶτον. καὶ γὰρ στρατιὰν ἔσχες, καὶ δύναμις, ἣν ἐπὶ τοὺς Ιουδαίους ἦγες, ἐπιτηδειοτέρα ἦν τιμωρεῖσθαι Νέρωνα. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πάλαι ἀφεστᾶσιν οὐ μόνον Ρωμαίων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων. οἱ γὰρ βίον ἄμικτον[9] εὑρόντες, καὶ οἷς μήτε κοινὴ πρὸς ἀνθρώπους τράπεζα, μήτε σπονδαὶ, μήτε εὐχαὶ, μήτε θυσίαι, πλέον ἀφεστᾶσιν ἡμῶν ἢ Σοῦσα καὶ Βάκτρα, καὶ οἱ ὑπὲρ ταῦτα Ινδοί. ὥκουν οὐδ' εἰκὸς ἦν τιμωρεῖσθαι τούτους ἀφισταμένους, ὡς βέλτιον ἦν μὴ δὲ κτᾶσθαι[10]. Νέρωνα δὲ τίς ἂν οὐκ ἂν εὔξαιτο τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ ἀποκτεῖναι; μονονοὺ πίνοντα τὸ τῶν ἀνθρώπων αἷμα, καὶ ἐν μέσοις τοῖς φόνοις ᾄδοντα. καί τοι ἐμοῦ τὰ ὦτα ὀρθὰ ἦν πρὸς τοὺς ὑπὲρ σοῦ λόγους. καὶ, ὁπότε τις ἐκεῖθεν ἀφίκοιτο τετρισμυρίους Ιουδαίων ἀπολωλέναι φάσκων ὑπὸ σοῦ, καὶ πεντακισμυρίους κατὰ τὴν ἐφεξῆς μάχην, ἀπολαμβάνων τὸν ἥκοντα, ξυμμέτρως ἠρώτων, τίδ' ὁ ἀνὴρ; μὴ μεῖζόν τι τούτων; ἐπεὶ δὲ, τὸν Βιτέλλιον εἴδωλον πεποιημένος τοῦ Νέρωνος, ἐπ' αὐτὸν στρατεύεις, ἃ μὲν βεβούλευσαι πρᾶττε· καλὰ γὰρ καὶ ταῦτα. τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις, ὧδε ἐχέτω· Ρωμαίοις τὸ δημοκρατεῖσθαι πολλοῦ ἄξιον, καὶ πολλὰ τῶν ὄντων αὐτοῖς ἐπ' ἐκείνης τῆς πολιτείας ἐκτήθη. παῦε μοναρχίαν, περὶ ἧς τοιαῦτα εἴρηκας, καὶ δίδου, Ρωμαίοις μὲν τὸ τοῦ δήμου κράτος, σαυτῷ δὲ τὸ ἐλευθερίας αὐτοῖς ἄρξαι.

hercle te primum vocabant. Etenim exercitum habebas, copiaeque, quas contra Iudaeos ducebas, opportunae magis erant ad supplicium de Nerone sumendum. Iudaei enim quidem iamdudum alieni erant, non a Romanis tantum, verumetiam ab hominibus vniuersis. Nempe homines, qui viuendi rationem a ceteris plane separatam adinuenere, & quibus neque mensa cum ceteris communicare, neque libationibus, neque precationibus, neque sacrificiis fas est, ii magis a nobis alieni, quam Susa sunt aut Bactra, iisque remotiores Indi. Neque proinde ab illis, a nobis alienatis, poenam sumere par erat, quos ne obnoxios quidem habere praestabat. Neronem vero quis propria manu interficere omnibus votis non expetiisset? humanum sanguinem vnice fere sorbentem, & in mediis caedibus canentem. Atqui ego quidem ad omnem de te famam arrectas aures habebam. Et quoties ex illis regionibus aduentaret aliquis, triginta Iudaeorum millia a te aiens interemta, rursusque in proxime secuta pugna quinquaginta millia; ego venientem a turba seductum interrogabam, quid autem vir agit? annon maius aliquod istis [meditatur?] Postquam vero Vitellium Neronis tibi fingis simulacrum, bellumque aduersus eum suscepisti; quae quidem animo proposuisti, perfice, sunt enim & haec laude digna. Iis vero peractis ita res sunt constituendae: Romanis popularis status longe praeferendus, magnaque opum pars eis ista reipublicae facie comparata est. Principatum igitur, de quo multa adeo dixisti, abole & potestatem popularem Romanis, tibi vero autoris libertatis gloriam redde.

Τοσαῦτα τοῦ Εὐφράτου εἰπόντος, ὁρῶν ὁ Απολλώνιος τὸν Δίωνα προσιθέμενον τῇ γνώμῃ, τοῦτο γὰρ καὶ τῷ νεύματι ἐπεδήλου, καὶ οἷς ἐπήνει λέγοντα· μῶν, ἔφη, Δίων, τοῖς εἰρημένοις προσίθησι[1]; νὴ Δί', εἶπε, πῇ μὲν ὅμοια, πῇ δὲ ἀνόμοια. τὸ μὲν γὰρ ὡς πολλῷ βελτίων ἂν ἦν Νέρωνα καταλύων μᾶλλον, ἢ τὰ τῶν Ιουδαίων διορθούμενος, ἡγοῦμαι κἀμοὶ πρὸς σὲ εἰρῆσθαι. σὺ δὲ ἐῴκεις ἀγῶνα ποιουμένῳ μὴ καταλυθῆναί πο-

Dum haec loqueretur Euphrates, animadC.XXXIV. uertens Apollonius Dionem calculum ei sententiae addere, id enim & nutibus ostenderat, & elogiis quibus dicentem prosequebatur. An ne igitur, dixit, iis quae dicta sunt etiam Dion aliquid addet? Addam per Iouem, inquit ille; partim consentanea dictis, partim dissentanea. De hoc enim, quod melius facturus sit, qui Neronem perdiderit, quam qui Iudaeos redegerit in ordinem, a me quoque te admonitum puto. Tu autem perinde agebas ac ille, qui eo sibi duceret elaborandum, vt ne vires Neronis frange-

9 *βίον ἄμικτον*] opponitur *τῷ ἐπιμιγνύναι* quam vocem de commerciis amice cum hominibus obeundis vsurpari vidimus supra l.IV. c.74. sic vero inf. etiam l.VI. c.30. *ἀμιξία* in vitio ponitur, Lacedaemoniorumque leges eam non intendisse affirmantur, & rursus lib.VIII. c.7. sect.10. in Apologia ad Domitianum *ἐκ τῆς ἀμίκτου* se non esse Apollonius affirmat, adde & Philostratum imaginum autorem lib.II. in *Antigone* vbi *τὸ ἄμικτον τοῦ τάφου* habes. Ceterum eadem fere de Iudaeis cum iis quae h.l. Euphrates Tacitus habet lib.V. Hist. c.5. *aduersus omnes alios hostile odium, separati epulis, discreti cubilibus* &c. causa eius imputationis non obscura iis, qui sacra monimenta tractarunt: ex quibus omne cum gentilibus commercium, Aegyptiis exceptis, aliisque quibusdam, Iudaeos, lege praecipiente, euitasse constat.

10 *μηδὲ κτᾶσθαι*] sic MSS. editi *μὴ*.

CAP. XXXIV. 1 *προσίθησι*] sic inueni in MSS. omnibus, editi tamen habent *προσίθη*.

ren-

rentur. Perturbationem enim in rebus ipsius qui pacauit, is homini aduersus omnes, quibus male dominatus est, vires suppeditauit. Bellum autem contra Vitellium laudo: maius enim, quam destruere tyrannidem iam constitutam, hoc puto, ipsos natales eius impedire. Popularem porro reipublicae statum & ipse amo: licet enim optimorum imperio inferior sit illa reipublicae forma, vnius tamen & paucorum dominatui eam praetulerunt prudentiores. At vereor, ne vnius dominatui iam assuefacti Romani, difficilem istam efficiant mutationem, vtque vti libertate & ad popularem reipublicae formam oculos attollere possint, perinde ac ii qui ex tenebris in summam lucem repente intuentur. Quamobrem mea sententia est, Vitellium quidem a rerum administratione esse depellendum, idque, quam poterit fieri celerrime atque commodissime, fiat. Sentio autem ego ita, ad bellum omnia quidem esse comparanda, illi vero non bellum, sed supplicium indicendum, nisi statim imperium deponat. Vbi autem superaueris eum, id quod non multo labore te consecuturum puto, Romanis facultatem permitte statum reipublicae eligendi. Quod si popularem elegerint statum, concede: id enim tibi multis imperiis, multisque Olympicis victoriis praestiterit, vbique enim in tota vrbe monimenta tibi ponentur, vbique stabis fictus aere, nobisque materiam suppeditabis orationum, qualem neque Harmodius neque Aristogiton vllus. Si vero vnius acceperint principatum, cui potius, quam tibi decernent imperium omnes? nam quod, in potestate tua cum sit, publico concedes, tibi potius quam alii cuiuis sunt reddituri.

c. XXXV. Post ista siluere omnes, facies que Imperatoris, ancipitem eum haerere animo, prodebat: quandoquidem omnia tanquam Imperator praecipiens atque exequens, ab illo instituto reuocari videbatur. Tum Apollonius, videmini mihi, inquit, perperam agere, Imperatorem ancipitem reddentes in rebus, de quibus iam statuit, puerilem secuti loquacitatem, & otiosam magis quam tempus ferat. Si apud me enim, potestatem consecutum, qualem iste, atque vt bene hominibus faciam consultantem, talium extitisseris suasores; successum vestra habitura fuisset oratio. Philosophae enim sententiae deditos philosophiae auditores iuuant. Consulari au-

τε αὐτόν. ὁ γὰρ, τὴν ταραχὴν τῶν ἐκείνῳ πραγμάτων ἐν τιθέμενος[2], ἐρρώνυέ ποι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ πάντας, ὃς κακῶς ἔρρωτο. τὴν δὲ ἐπὶ τὸν Βιτέλλιον ὁρμὴν ἐπαινῶ· τῷ γὰρ τυραννίδα κατεσκευῆσαι παῦσαι, μεῖζον ἡγοῦμαι τὸ μηδὲ ἐᾶσαι φύναι. δημοκρατίαν δὲ ἀσπάζομαι μέν· καὶ γὰρ εἰ τῆς ἀριστοκρατίας ἥττων ἥδε ἡ πολιτεία, ἀλλὰ τυραννίδων τε καὶ ὀλιγαρχιῶν αἱρετωτέρα τοῖς σωφρονοῦσι. δέδια δὲ, μὴ, χειρόηθεις ἤδη Ρωμαίους αὖται αἱ τυραννίδες πεποιηκυῖαι, χαλεπὴν ἐργάσωνται τὴν μεταβολήν. καὶ μὴ δύνωνται μήτε ἐλευθεριάζειν, μήτε πρὸς δημοκρατίαν ἀναβλέπειν, ὥσπερ οἱ ἐκ σκότους ἐς ἀθρόον φῶς βλέψαντες. ὅθεν φημὶ, δεῖν τὸν μὲν Βιτέλλιον ἐξωθεῖν τῶν πραγμάτων. καὶ, ὡς τάχιστά γε καὶ ἄριστα τοῦτο ἔσαι, γιγνέσθω. δοκεῖ δέ μοι παρασκευάζεσθαι μὲν ὡς πολεμήσοντα, πόλεμον δὲ αὐτῷ μὴ προκηρύττειν, ἀλλὰ τιμωρίαν, εἰ μὴ μεθεῖτο τῆς ἀρχῆς. κἂν ἕλῃς αὐτὸν, τοῦτο δ' ὑπάρξειν ἡγοῦμαί σοι, μὴ πονήσαντι, δίδωσι Ρωμαίοις αἵρεσιν τῆς αὐτῶν πολιτείας. κἂν μὲν αἱρῶνται δημοκρατίαν, ξυγχώρει· τοῦτο γάρ σοι πολλῶν μὲν τυραννίδων, πολλῶν δὲ Ολυμπιάδων μεῖζον, καὶ πανταχοῦ μὲν γεγράψῃ τῆς πόλεως, πανταχοῦ δὲ ἑστήξεις χαλκοῦς, ἡμῖν δ' ἀφορμὰς παραδώσεις λόγων, οἷς οὔτε Αρμόδιος, οὔτε Αριστογείτων ὠφελεθήσεταί τις. εἰ δὲ μοναρχίαν προσδέχοιντο, τίνι λοιπὸν, ἀλλ' ἢ σοὶ, ψηφίσασθαι τὴν ἀρχὴν πάντας; ἃ γὰρ ἔχων ἤδη τῷ κοινῷ παρήσεις, σοὶ δήπου μᾶλλον ἢ ἑτέρῳ δώσουσι.

Σιωπὴ μὲν δὴ ἐπὶ τούτοις ἐγένετο, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως ἀγῶνα ἐπεδήλου τῆς γνώμης· ἐπειδὴ, πάνθ' ὥσπερ αὐτοκράτωρ χρηματίζων τε καὶ πράττων, ἀπάγεσθαι ἐδόκει τῆς βουλῆς ταύτης. καὶ ὁ Απολλώνιος, δοκεῖτέ μοι, εἶπεν, ἁμαρτάνειν, ἀναλύοντες[1] βασιλέα, περὶ πραγμάτων ἤδη βεβουλευμένον, ἐς ἀδολεσχίαν καθιζάμενοι μειρακιώδη καὶ ἀργοτέραν τοῦ καιροῦ. εἰ μὲν γὰρ ἐμοὶ, κεκτημένῳ δύναμιν καθάπερ ἔτος, καὶ βουλευομένῳ τί δρῶν ἂν τοὺς ἀνθρώπους ἀγαθὸν, ξύμβουλοι τῶν τοιούτων ἐγίγνεσθε, πρᾶττε ἂν ὁ λόγος ὑμῖν. αἱ γὰρ φιλόσοφοι γνῶμαι τοὺς φιλοσόφους τῶν ἀκροατῶν[2] διορθοῦνται. ἀνδρὶ δὲ

---

2 — ἐν τιθέμενος] quod fecisse Vespasianus videtur Euphrati & Dioni, dum Iudaeorum tumultibus componendis operam nauauit.

CAP. XXXV. 1 ἀναλύοντες] videtur mihi non a λύειν sed ab ἀλύειν deriuandum quod πλανᾶσθαι notare obseruatum Grammaticis. Hic tranſitiue autem vsurpatur, vt alia multa eiusmodi verba.

2 φιλόσοφοι τῶν ἀκροατῶν] conf. supra lib. II. c. 33. n. 15.

ξυμβαλεύοντας ὑπάτῳ, καὶ ἄρχειν εἰθισμένῳ, καὶ ᾧ ἕτοιμον, ἐπειδὴ ἐκπέσῃ τῆς ἀρχῆς, ἀπολωλέναι, τί δεῖ ἐπιπλήττειν, εἰ μὴ διωθεῖται τὰ παρὰ τῆς τύχης, ἀλλὰ δέχεται μὲν αὐτὰ ἥκοντα, βαλεύεται δὲ ὅπως χρήσεται σωφρόνως, οἷς ἔχει; ὥσπερ ἄν, εἰ ἀθλητὴν ὁρῶντες, εὐψυχίᾳ τε κατεσκευασμένον, καὶ μήκει, καὶ τὴν ἁρμονίαν τοῦ σώματος εὐφυᾶ ἐς Ολυμπίαν, καὶ βαδίζοντα[3] δι' Αρκαδίας ἤδη, προσελθόντες ἐπὶ μὲν τοὺς ἀντιπάλους ἐρρώνυμεν, ἐκελεύομεν δὲ αὐτὸν, ἐπειδὴ νικήσῃ τὰ Ολύμπια, μὴ κηρύττεσθαι τῆς νίκης, μὴ δὲ ὑπέχειν τὴν κεφαλὴν τῷ κοτίνῳ, λῃρεῖν ἂν ἐδόξαμεν; ἢ παίζειν ἐς τοὺς ἑτέρων πόνους· ἅτως ἐνθυμούμενοι τὸν ἄνδρα, καὶ ὁπόση μὲν αἰχμὴ περὶ αὐτὸν, ὁπόσος δὲ χαλκὸς ἀστράπτει, πλῆθος δὲ ἵππων ὅσον, αὐτὸς δὲ ὡς γενναῖός τε καὶ σώφρων, καὶ πρέπων καταισχεῖν ἃ διανοεῖται, πέμπωμεν ἐφ' ἃ ὥρμησεν, αἴσια μὲν φθεγγόμενοι πρὸς αὐτὸν, εὐφημότερα δὲ τούτων παρεγγυῶντες. ἅτε γὰρ ἐκεῖνο ἐνθυμήθητε, ὅτι δυοῖν παῖδοιν πατὴρ ἅτος, οἳ στρατοπέδων ἤδη ἄρχουσιν, οἷς εἰ μὴ παραδώσει τὴν ἀρχὴν, ἐχθίστοις χρήσεται, καὶ τί λοιπὸν, ἀλλ' ἢ ἐκπεπολεμεῖσθαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον; τὴν δὲ ἀρχὴν ἀποδεξάμενος, θεραπεύσεται μὲν ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ παίδων, στηρίξεται δὲ ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἐπ' αὐτοῦ οἱ παῖδες. δορυφόροις δὲ αὐτοῖς χρήσεται, μὰ Δί', οὐ μεμισθωμένοις, οὐδ' ἠναγκασμένοις, οὐδὲ πλαττομένοις ἕυνουν πρόσωπον, ἀλλ' ἐπιτηδειοτάτοις τε καὶ φιλτάτοις. ἐμοὶ πολιτείας μὲν οὐδεμιᾶς μέλει, ζῶ γὰρ ὑπὸ τοῖς θεοῖς, τὴν δὲ τῶν ἀνθρώπων ἀγέλην οὐκ ἀξιῶ φθείρεσθαι, χήτει βουκόλου[4] δικαίου τε καὶ σώφρονος. ὥσπερ γὰρ εἷς ἀρετῇ πρέσχων, μεθίστησι τὴν δημοκρατίαν[5] ἐς τὸ ἑνὸς ἀνδρὸς, τοῦ ἀρίστου, τὴν ἀρχὴν φαίνεσθαι· ἅτως ἡ ἑνὸς ἀρχὴ, πάντα ἐς τὸ ξυμφέρον τοῦ κοινοῦ προορῶσα, δῆμός ἐστιν. οὐ κατέλυσας, φησὶ[6], Νέρωνα. σὺ δὲ Ευφράτα; Δίων δέ; ἐγὼ δέ; ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς ἡμῖν ἐπιπλήξει τοῦτο, οὐδ' ἡγεῖται δειλοὺς, εἰ, φιλοσόφων ἀνδρῶν μυρίας ἤδη καθελόντων τυραννίδας, ἀπελείφθημεν ἡμεῖς τοῦ δοῦναι ὑπὲρ ἐλευθερίας τὸ πράξειν. καὶ

tem viro, & magistratibus assueto, & cui depositio principatu exitium imminet dum consulitis; quid animaduersione opus est, si a fortuna oblata non repudiet, sed accipiat sponte sua venientia, & quomodo, prudenter acquisitis vtatur consilia conferat? Quemadmodum igitur, si athletam videntes forti instructum animo, corporisque proceritate, & membrorum corporis harmonia aptum Olympiis certaminibus natum, eique per Arcadiam iter iam facienti, occurrentes, contra aduersarios quidem suos forti animo eum esse iubeamus, parta autem in Olympiis victoria, ne se praeconis voce victorem declarari patiatur, neque caput coronae ex apio submittat, praecipiamus; animo capti esse videbimur & aliorum laboribus illudere; Ita animo reputantes virum, & quanto hastatorum stipatus sit numero, quantum circa ipsum armorum refulgeat, quantus equitum sit numerus, ipse praeterea vt magno sit animo, prudentiaque, vtque dignus sit qui ea, quae animo agit, obtineat, dimittamus eum, quo fert animi impetus, laeti ominis verba ad eum facientes, & opportuna magis ei pollicentes. Neque enim vel istud pensitauistis, duorum filiorum eum esse parentem, qui exercitus iam ducunt, quibus nisi principatum tradiderit, infensissimis vsurus est. Quid igitur relinquetur ipsi, nisi vt contra propriam familiam bellum gerere cogatur? principatum vero adeptum, colent filii sui, ipseque illis, & illi ipso tanquam fulcro nitentur. Eruntque illi parenti custodes, non mercenarii, neque vi adacti, nec vultu tantum beneuolentiam simulantes, sed coniunctissimi, atque amicissimi. Mea quidem parum interest quaecunque reipublicae forma obtineat: Diis enim viuo obnoxius. Hominum tamen gregem perire nolim iusti & moderati pastoris defectu. Sicut enim vnus, virtute praestans, popularem reipublicae statum ita mutat, vt vnius hominis optimi imperium esse videatur: ita vnius principatus, ad communem vtilitatem omnia dirigens, status est popularis. Non destruxisti, aiebat [Euphrates], Neronem: tune vero, o Euphrates, aut tu, o Dion, [id feciſtis?] aut ego? Nec tamen quispiam id vitio nobis vertit, neque ignauos putat, quamuis, cum alii philosophi innumeras iam tyrannides euerterint, gloria destituamur susceptae alicuius pro libertate facinoris. Quamuis,

3 ἐυφυᾶ ἐς Ολυμπίαν, καὶ βαδίζοντα]. καὶ MSS. habent omnes, omissum in editis, vnde veram distinctionem assequi non difficile, male nempe post ἐυφυᾶ comma positum in editis.

4 χήτει βουκόλου] sic Agamemnonem ποιμένα λαῶν passim Homerus dicit. Latius illud simile persequitur in Cyropaedia Xenophon, cuius locum integrum in sermone de *Regno* Stobaeus exhibuit.

5 μεθίστησι τὴν δημοκρατίαν &c.] similis sententia paulo aliter applicata inuenitur lib. VI. c. 13.

6 φησὶ] Euphrates nempe in oratione supra cap. 33.

quan-

quantum ad me, ipſe etiam contra Neronem in aciem prodierim, qui cum iniquiſſime quidem de compluribus rebus accuſarer, Tigellino truculentiſſimo homini in faciem contradixi. Illis quoque, quibus in Hiſpania Vindicem adiuui, Neronem impugnaui. Non tamen propterea me dicam tyrannum deieciſſe, neque vos, qui talia non patraſtis, molliores ideo, quam philoſophos deceat arbitrabor. Philoſopho quidem igitur id quod in mentem venerit licet proferre: cauebit tamen, vt puto, ne quid imprudenter & a ratione alienum dicat. Viro autem conſulari, qui tyranni perniciem meditatur, primo quidem conſilio opus eſt diligenti, vt rem ex improuiſo aggrediatur: deinde praetextu quodam conueniente, ne periurus videatur. Si enim aduerſus eum, qui exercitui ipſum praefecit, & cui, quod expediat maxime ſe ſuaſurum facturumque iurauit, armis vti voluerit, primum apud Deos vt ſe defendat oportet, vt eorum conſenſu iuramentum ſoluat. Multis inſuper amicis indiget, neque enim ſine praeſidio ac tutamine talia ſunt aggredienda, opibus item ampliſſimis [habet opus,] vt eos qui poteſtate pollent ſibi conciliet, maxime cum hominem ſit inuaſurus omnis terrarum orbis opes poſſidentem. Mora autem quanta id opus habet! quanto tempore! Atque de his quidem vt vultis vos ſtatuite, nos enim ea non examinabimus, quae quidem, vti videtur, ipſe iam dudum animo expendit, fortuna autem, ne laborante quidem eo, ſecundat. De [priori] iſto quid dicetis autem? Heri nempe Imperator qui fuit, & a ciuitatibus his ipſis in templis coronas accepit, & iura populis ſplendide reddit ac liberaliter, eum hodie per praeconem publice iubetis edicere, poſthac priuatum ſe fore, mente enim laeua imperium ſe inuaſiſſe. Quemadmodum enim,

τοί τό γε ἐπ' ἐμοί, καὶ παρετατλόμην ἐς Νέρωνα, πολλὰ μὲν κακοήθως διελεγχθεὶς [7], τὸν ὠμότατον Τιγελλῖνον ἐπικόψας ἀκόντα. ἃ δὲ περὶ τὰ Εσπέρια τῶν χωρίων ὠφέλησε Βένδικα [8], Νέρωνι δήπου ἐπετείχιζον. ἀλλ' ὅτε ἐμαυτὸν διὰ ταῦτα φήσω καθηρηκέναι τὸν τύραννον, ὅτε ὑμᾶς, ἐπεὶ μὴ ταῦτ' ἐπράττετε, μαλακωτέρας ἡγήσομαι τῇ Φιλοσοφίᾳ προσήκοντος. ἀνδρὶ μὲν ὂν φιλοσόφῳ [9] τὸ ἐπὶ νῶν ἐλθὸν εἰρήσεται· ποιήσεται δὲ οἶμαι λόγον τῷ μή τι ἀνοήτως ἢ μανικῶς εἰπεῖν. ὑπάτῳ δ', ἐνθυμουμένῳ καταλῦσαι τύραννον, πρῶτον μὲν δεῖ [10] βουλῆς πλείονος, ἵν' ἐξ ἀφανοῦς προσβαίη τοῖς πράγμασιν· εἶτ' ἐπιτηδείῳ σχήματος, ἐς τὸ μὴ παρορκεῖν δοκεῖν. εἰ γὰρ ἐπ' αὐτὸν, ὃς ἀπέφηνεν αὐτὸν στρατηγὸν, καὶ ᾧ τὰ βέλτιστα βουλεύσειν τε καὶ πράξειν ὤμοσε· μέλλει χρήσασθαι τοῖς ὅπλοις, ἀπολογεῖσθαι δήπου τοῖς θεοῖς δεῖ πρότερον, ὡς ξυνωσίᾳ ἐπιορκῶντα. φίλων τε δεῖ πλειόνων, ὁ γὰρ ἀχαρακώτου γε, ὁδὲ ἀφράκτου χρὴ τοιαῦτα πράττειν· καὶ χρημάτων ὡς πλείστων, ἵν' εὐποιήσαιτο τὰς δυνάμεις [11], καὶ ταῦτα ἐπιθέμενος ἀνθρώπῳ τὰ ἐν πάσῃ τῇ γῇ κεκτημένῳ. τελὴ δὲ ὅσα περὶ ταῦτα, ὅσοι δὲ χρόνοι. καὶ ταῦτα μὲν ἐκδέχεσθε [12] ὅπη βούλεσθε, μὴ γὰρ ἐς ἔλεγχον ἴωμεν [13], ὧν ἐνεθυμήθη μὲν, ὡς εἰκὸς, ὅτος, ἡ τύχη δὲ οὐδὲ ἀγωνισαμένῳ ξυνέλαβε. πρὸς δὲ ἐκεῖνο τί ἐρεῖτε; τὸν γὰρ χθὲς ἄρχοντα, καὶ στεφανούμενον μὲν ὑπὸ τῶν πόλεων ἐν τοῖς δεύρο ἱεροῖς, χρηματίζοντα δὲ λαμπρῶς τε καὶ ἀφθόνως, τοῦτον κελεύετε δημοσίᾳ κηρύττειν τήμερον, ὡς ἰδιώτης μὲν εἴη λοιπὸν, παρανοῶν δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἦλθεν. ὥσπερ γὰρ, ἐπιτελῶν τὰ δεδο-

---

7 *διελεγχθεὶς*] veriſſima lectio, quae toti orationi lumen accendit. Veſtigia eius inueni in cod. Vratisl. qui habebat *διαλεγχθεὶς*. Vulgati habent *διαλεχθεὶς*. Conſentit lectioni, quam reſtituimus, rei geſtae hiſtoria, quam vide ſupra lib. IV. cap. 40. *κακοήθως διελεγχθεὶς* vero dicitur, qui a *delatoribus* fuit iniuſte denunciatus.

8 *ὠφέλησε Βένδικα*] vide huius libri c. 5.

9 *ἀνδρὶ μὲν ὂν φιλοσόφῳ* &c.] ſenſus totius orationis ſequentis & nexus hic eſt: imprudenter feciſſe Dionem & Euphratem qui talia apud Veſpaſianum diſſeruerint: poſſe enim quidem philoſophum quicquid in mentem venerit libere dicere, ſed operam tamen etiam ei dandam ne quid ſtolide & praeter rem dicat. Viro conſulari autem, qui in eo iam ſit, vt tyrannum euertat, iſta tantum, ſi quis ſtolide loqui nolit, dicenda, quae ad id ipſum exornandum conſummandumque pertineant, quae inde Apollonius exponit. De his itaque inde addit, deliberare ac ſtatuere Euphratem poſſe cum Dione. Se enim quidem iam de iſtis prolixe agere nolle, quae iamdudum haut dubie ipſe expenderit, & de iis ſtatuerit Veſpaſianus, & quae ipſa fortuna eo etiam non laborante ſecundet. De primo vero illo, quod ſuaſerant, nempe imperio ſe abdicare debere Veſpaſianum, ipſis diſpiciendum &c. Quae ita paulo diligentius explicanda videbantur, ne, quod prioribus euenit interpretibus, aliis quoque eueniat, vt omnia ſcilicet turbent & confundant.

10 *πρῶτον μὲν δεῖ*] oſtendit quibus opus ſit tyrannicidae, vt pateat, quid Euphrati & Dioni, ſi prudenti ſermone operam dare voluiſſent, fuerit dicendum.

11 *δυνάμεις*] *δυνάμεις* ponuntur pro *τοῖς ἐν δυνάμει*, vt *ἀρχαὶ* pro *τοῖς ἐν τῇ ἀρχῇ*, item *τέλη* pro *τοῖς ἐν τέλει*. vide notata ad libri VIII. cap. vltimum. Sacris ſcriptoribus inprimis familiare vocibus *δυνάμεις* & *ἀρχαὶ* ita vti.

12 *καὶ ταῦτα μὲν ἐκδέχεσθε*] haec, inquit, argumentum vobis diſſerendi praebere poterant, cui inſiſtentes nemo merito vos reprehendere poterat, vid. n. 9. & 10.

13 *μὴ γὰρ ἐς ἔλεγχον ἴωμεν*] ſenſum eſſe puto: Euphrati quidem & Dioni ſe permittere haec expendenda & diſputanda. Se ſaltem de iis diſputare nolle, quod & Veſpaſianum de his iam pridem deliberaſſe, & fortunam in iis obſecundantem habere norit.

γμένα, προθύμως δορυφόρως, οἷς πιστεύων ταῦτ' ἐνεθυμήθη, παρασήσεται· ὥστε, εἰς τὸ μεθίσασθαι τῶν δοξάντων ἥκων, πολεμίῳ τῷ μεταταῦτα ἀπιστουμένῳ χρήσεται[14].

quod statutum ipsi est ad finem perducens, eos, quibus confisus istud consilium cepit, fidelissimos efficiet satellites: ita si eo deuenerit, vt animum mutet, inimicum habebit eum, aduersus quem fiducia deinceps vsus non amplius fuerit.

Ἀσμενος τούτων ἀκούσας ὁ Βασιλεύς, εἰ τὴν ψυχήν, ἔφη, τὴν ἐμὴν ᾤκεις[1], οὐκ ἂν ὥτω σαφῶς, ἃ ἐνεθυμήθην, ἀπήγγειλας. ἕπομαι δή σοι, θεῖον γὰρ ἡγοῦμαι τὸ ἐκ σοῦ πᾶν, καὶ ὁπόσα χρὴ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα πράττειν δίδασκε. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ἃ διδακτά μοι, ἔφη, ἐρωτᾷς. βασιλεία γὰρ μέγιστον μὲν τῶν κατ' ἀνθρώπους, ἀδίδακτον δέ. ὁπόσα δ' ἂν μοι δοκεῖς πράττων ὑγιῶς ἂν πράξαι, καὶ δὴ φράσω. πλοῦτον ἡγῇ[2], μὴ τὸν ἀπόθετον· τί γὰρ ἂν βελτίων ἔτος τῆς ἐπόθεν δὴ ξυνενεχθείσης ψάμμου; μὴ δὲ τὸν φοιτῶντα παρ' ἀνθρώπων, οἳ τὰς ἐσφορὰς ὠλοφύραντο[3], κίβδηλον[4] γὰρ ὁ χρυσὸς καὶ μέλας, ἢν ἐκ δακρύων ἥκῃ. πλοῦτῳ δ' ἂν ἄριστα βασιλέων χρῷο, τοῖς μὲν δεομένοις ἐπαρκῶν, τοῖς δὲ πολλὰ κεκτημένοις παρέχων ἀσφαλῆ τὸν πλοῦτον. τὸ ἐξεῖναί σοι πᾶν ὅ, τι βούλει, δέδιθι, σωφρονέστερον γὰρ αὐτῷ χρήσῃ. μὴ τέμνε τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑψηλοὺς[5] τε καὶ ὑπεραίροντας, ἄδικος γὰρ ὁ τοῦ Ἀριστοτέλους λόγος[6], ἀλλὰ τὸ δύσκολον[7] ἔξαιρε μᾶλλον, ὥσπερ τὰς ἀκάνθας τῶν ληΐων[8]. καὶ φοβερὸς δόκει τοῖς νεώτερα πράττουσι, μὴ ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τιμωρήσεσθαι. νόμος, ὦ βασιλεῦ, καὶ σοῦ ἀρχέτω· σωφρονέστερον γὰρ νομοθετήσεις[9], ἢν μὴ ὑπερορᾷς τῶν νόμων. θεοὺς θεράπευε μᾶλλον ἢ πρότερον· μεγάλα μὲν γὰρ παρ' αὐτῶν εἴληφας, ὑπὲρ μεγάλων δ' ἔυχῃ. καὶ τὰ μὲν τῇ ἀρχῇ προσήκοντα,

Haec libenter audiens Imperator, si in ani- C.XXXVI.
ma, inquiebat, habitasses mea, vix tamen ita clare, quae cogitaueram, exprimere potuisses. Te sequor igitur, nam diuinum esse arbitror quicquid a te fuerit profectum, quidque adeo bonum deceat Principem edoce. Tunc Apollonius, quae nequeam docere, inquit, a me Imperator postulas. Regnare enim rerum humanarum maxima est quidem, doceri vero non potest. Quae faciens tamen recte mihi facturus videaris, edisseram. Diuitias puta, non quae cumulatae asseruantur: istae enim arena quo praestant vndiquaque congesta? nec eas, quae ab hominibus veniunt, ob tributa soluenda misere lamentatis, subluestum enim est aurum atrumque, si ex lacrymis veniat. Diuitiis autem rectius quam principum vllus vteris, egentibus eisdem subueniens: eis autem qui multa possident, vt securi possideant opes, praestans. Hoc ipsum, quod liceat tibi quicquid libet, metue, sic enim moderatius eo vteris. Spicas quae altae sunt magis, magisque eminent, decutere noli, iniqua enim est Aristotelis doctrina, ast difficiles mores e medio tolle potius, perinde ac lolium e segetibus. Res nouas molientibus terribilem te ostende, non tam puniens, quam puniturus. Legem, o Imperator, ipse dominam agnosce: eris enim in legibus ferendis moderatior, si eas ipse obseruaueris. Deos magis etiam quam antea cole: magna namque ab illis accepisti, pro rebus etiam magnis illos precaris. In iis quae ad imperium attinent, tanquam

---

14 πολεμίῳ τῷ μεταταῦτα ἀπιστουμένῳ χρήσεται] sensus est, mutatis consiliis eum tanquam familiares & consiliorum particeps respicere non posse eos, quos nunc vt tales respiciat: eos igitur inimicos eum habiturum.

CAP. XXXVI. 1 εἰ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμὴν ᾤκεις] non absimile Aristophanis illud in Ranis: μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν, ἔχεις γὰρ οἰκίαν.

2 πλοῦτον ἡγῇ] ad auaritiam procliuiorem nobis Flauium Vespasianum sistunt scriptores Romani, ad quem corrigendum animi eius morbum initium statim orationis Apollonii compositum videtur. Sic vero supra etiam l. I. c. 39. a Bardane interrogatus Apollonius: vt opes recte collocaret? χρώμενος respondit, h. e. si *vtatur*, neque otiosas in θησαυροῖς repositas esse patiatur: atque addit βασιλεὺς γὰρ εἶ, quasi *regium* hoc sit maxime, *opes liberaliter* dispensare.

3 ὠλοφύραντο] sic MSS. omnes. Editi ὠλοφύροντο.

4 κίβδηλον] sic pro κίβδηλος, quod est in editis, habebant cod. Vatic. & Vratisl. quod elegantius visum.

5 τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑψηλοὺς] alludit ad ea quae inter Periandrum & Thrasybulum gesta sunt, quorum alter alterius legato in segetem deducto sublimiores spicas bacillo decutiebat, vt domino quod vidisset narraret praecipiens, docturus eum ciuitatis principes esse tollendos, si tyrannidem, quam occupauerat, tutus retinere velit. Rei mentio apud Herodotum lib. I. c. 80. & Diogenem Laërtium lib. I. s. 100. qui Thrasybulum Periandro: Aristot. lib. III. Polit. c. 11. & lib. V. c. 10. qui Periandrum Thrasybulo hoc consilium dedisse ait. Non dissimilia de Tarquinio Superbo refert Liuius lib. I.

6 ὁ τοῦ Ἀριστοτέλους λόγος] locis modo allegatis id suadentis.

7 τὸ δύσκολον] intelligo τὸ δύσκολον in principe, *morositatem* scilicet illam, & saeuitiem, qualis in Tiberio inprimis notabilis.

8 ὥσπερ τὰς ἀκάνθας τῶν ληΐων] elegans translatio ab eodem genere rerum sumta, ex quo suam sumserat siue Thrasybulus, siue Periander.

9 σωφρονέστερον γὰρ νομοθετήσεις] h. e. leges non aeque difficiles & asperas feres, si tibi ipsi eas simul tuleris: nam quod graue tibi putabis nimium, illud lege, quam ipse obseruare tenearis, non sancies.

Prin-

Principem te gere: in iis quae corpus concernunt, tanquam priuatum. De talorum autem lusu, & ebrietate, amoribusque, vtque odio tibi illa esse debeant, qui te iam moneam? quem ne iuuenem quidem talia aiunt probasse. Filii tibi, o Imperator, sunt duo, magnae indolis, vt aiunt. Hos ante omnes alios contine, nam quae ab illis patrata fuerint mala tibi inuidiam facient certe. Vel minis autem etiam aduersus illos vtere, quod principatum non sis relicturus, nisi boni honestique esse perseuerauerint, ne hereditariam rem principatum existiment esse, sed virtutis praemium. Voluptates autem quae Romae in ciuitatem receptae sunt quasi, (multae autem eae sunt,) mihi, o Imperator, modice coerceri debere videntur: difficile enim est, populum ad vitam valde moderatam traducere. Sensim vero oportet mediocritate animos imbuere, aperte alia, alia autem vt ne sentiant quidem emendando. Libertorum porro seruorumque quos principatus tibi addicit superbiam luxumque tollamus, eos, vt tanto humilius sentiant, assuefacientes, quo maiori domino seruiunt. Quid superest quam vt de praesidibus dicamus, qui in prouincias proficiscuntur? non de iis, quos tuo arbitrio mittes, optimis enim semper magistratus tu dabis: sed de iis, qui sorte prouinciam accepturi sunt. Horum enim eos, qui gentibus, quas sortiuntur, accommodati sint, mittendos aio, quantum sors patitur; Graece doctos, vt Graecis praesint; ii autem, qui Romane loquuntur, vt eadem lingua & voce vtentibus praesint. Vnde autem haec mihi in mentem venerint, dicam. Dum in Peloponneso versarer, Graeciae praesidebat vir Graecae linguae ignarus, neque ipsum Graeci vllo modo intelligebant. Falsus igitur erat plerumque, & fallebatur: assessores enim & consiliorum in iudiciis participes quaestum iure dicendo faciebant, praesidem velut mancipium tractantes. Atque haec mihi, o Imperator, hodie succurrunt; si vero aliud quid in mentem mihi venerit, nos rursum conueniemus inuicem. Nunc quae ad rempublicam spectant obito, ne subditis tuis ocio plusquam par est indulgere videaris.

ὡς βασιλεὺς πρᾶτε· τὰ δὲ τῷ σώματι, ὡς ἰδιώτης. περὶ δὲ κύβων, καὶ μέθης, καὶ ἐρώτων, καὶ τῷ διαβεβλῆσθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα [10], τί ἄν σοι παραινοίην; ὃν φασι μὴ δὲ ἐφ' ἡλικίας ταῦτα ἐπαινέσαι. παῖδές εἰσί σοι, βασιλεῦ, δύο, καὶ γενναῖοι, ὥς φασιν. ἄρχε τούτων μάλιστα, τὰ γὰρ ἐκείνοις ἁμαρτηθέντα σὲ δήπου διαβάλλει. ἔγω δέ σοι καὶ ἀπειλὴ πρὸς αὐτούς, ὡς ἃ παραδώσεις τὴν ἀρχὴν σφίσιν, εἰ μήπω καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ μείνωσιν, ἵνα μὴ κληρονομίαν ἡγῶνται τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἀρετῆς ἆθλον. τὰς δὲ ἐμπολιτευομένας ἡδονὰς τῇ Ῥώμῃ, πολλαὶ δὲ αὗται, δοκεῖ μοι, ὦ βασιλεῦ, ξυμμέτρως παύειν· χαλεπὸν γὰρ μεταβαλεῖν δῆμον ἐς τὸ ἀθρόως σῶφρον· ἀλλὰ δεῖ κατ' ὀλίγον ἐμποιεῖν ῥυθμὸν ταῖς γνώμαις, τὰ μὲν φανερῶς, τὰ δὲ ἀφανῶς διορθούμενον. ἀπελευθέρων τε καὶ δούλων, ὃς ἡ ἀρχή σοι δίδωσιν, ἀνέλωμεν τρυφήν, τοσούτῳ ταπεινότερον αὐτοὺς ἐθίσαντες φρονεῖν, ὅσῳ μείζονος δεσπότου εἰσί. τί λοιπόν, ἀλλ' ἢ περὶ τῶν ἡγεμόνων εἰπεῖν, οἳ ἐς τὰ ἔθνη φοιτῶσιν; ἃ περὶ ὧν αὐτὸς ἐκπέμψεις [11], ἀρχινδὴν γάρ πω τὰς ἀρχὰς δώσεις· ἀλλὰ περὶ τῶν κληρωσομένων [12] τὸ ἄρχειν. τούτων γὰρ τοὺς μὲν προσφόρους τοῖς ἔθνεσιν, ἃ διέλαχον, φημὶ δεῖν πέμπειν, ὡς ὁ κλῆρος· Ἑλληνίζοντας μὲν Ἑλλήνων ἄρχειν, Ῥωμαΐζοντας δὲ ὁμογλώττων καὶ ξυμφώνων. ὅθεν δὴ ταῦτ' ἐνεθυμήθην, λέξω. κατὰ τοὺς χρόνους, οὓς ἐν Πελοποννήσῳ διητώμην, ἡγεῖτο τῆς Ἑλλάδος ἄνθρωπος οὐκ εἰδὼς τὰ Ἑλλήνων, καὶ οὐδ' οἱ Ἕλληνές τι ἐκείνῳ ξυνίεσαν. ἔσφηλεν οὖν καὶ ἐσφάλη τὰ πλεῖστα. οἱ γὰρ ξύνεδροί τε καὶ κοινωνοὶ τῆς ἐν τοῖς δικαστηρίοις γνώμης ἐκαπήλευον τὰς δίκας, διαλαβόντες τὸν ἡγεμόνα ὥσπερ ἀνδράποδον. ταῦτά μοι, βασιλεῦ, παρέστη τήμερον. εἰ δέ τι [13] καὶ ἕτερον ἐπὶ νῶν ἔλθοι, πάλιν ξυνελευσόμεθα. νυνὶ δὲ τὰ προσήκοντα τῇ ἀρχῇ πρᾶτε, μὴ ἀργότερος τοῖς ὑπηκόοις δόξῃς.

---

10 τὰ τοιαῦτα] ita pro ταῦτα scribimus codicum MSS. autoritate.

11 ἃ περὶ ὧν αὐτὸς ἐκπέμψεις] notum discrimen inter prouincias *Imperatoris* siue *praetorias*, & *Senatus* siue *consulares*, ab Augusto constitutum, ex Dione inprimis & Strabone: in quorum illas ex arbitrio Imperatoris Praesides, *Propractorum* nomine, in has senatus arbitrio, titulo *Proconsulum*, mittebantur.

12 περὶ τῶν κληρωσομένων] post Augusti aetatem, ob malam administrationem, in Senatus prouinciis obtinere coepisse, vt in iis quoque magistratus aliquomodo ab Imperatoribus constituerentur, nominatis scilicet sub iis tot Candidatis, quot essent prouinciae, de quibus sortiebantur, discimus ex Dione lib. LIII. p. 505. Et hi sunt, qui hoc loco intelliguntur κληρωσόμενοι, distinguendi ab eis, qui solo Imperatoris arbitrio sine sorte mittebantur.

13 εἰ δέ τι] sic in codicibus quibusdam legit Morell. vulgo τι, hic omissum, post ἕτερον ponitur.

Ὁ δὲ Εὐφράτης, τοῖς μὲν δεδογμένοις ξυγχωρῶ, ἔφη· τί γὰρ ἂν πλέον μετὰ διδασκάλων[1] πράττοιμι; φιλοσοφίαν δὲ, ὦ βασιλεῦ, τοῦτο γάρ λοιπὸν προσειρήσεται, τὴν μὲν κατὰ φύσιν ἐπαίνει, καὶ ἀσπάζου· τὴν δὲ θεοκλυτεῖν φάσκουσαν[2] παραιτοῦ. καταψευδόμενοι γὰρ τῶν θείων πολλὰ καὶ ἀνόητα, ἡμᾶς ἐπαίρουσι. ταῦτα μὲν πρὸς Ἀπολλώνιον αὐτῷ ἐλέγετο. ὁ δὲ, οὐδὲν ἐπισκοπῶν, ἀπῆει μετὰ τῶν ἑαυτοῦ γνωρίμων, διαυσας τὴν σπουδήν[3]. βουλομένου δὲ τοῦ Εὐφράτου θρασύτερόν τι περὶ αὐτοῦ λέγειν, ξυνῆκεν ὁ βασιλεύς, καὶ διακρουόμενος αὐτὸν, ἐσκαλεῖτε, ἔφη, τοὺς δεομένους τῆς ἀρχῆς, καὶ ἀπολαβέτω ἡ βουλὴ τὸ ἑαυτῆς σχῆμα[4]. ἅτω μὲν δὴ ὁ Εὐφράτης ἔλαθε διαβάλλων ἑαυτόν, καὶ βάσκανός τε γὰρ τῷ βασιλεῖ, καὶ ὑβριστὴς ἔδοξε, καὶ τοὺς λόγους τοὺς ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας, οὐχ ὡς ἐγίγνωσκεν εἰρηκὼς, ἀλλ' ἐς ἀντιλογίαν τοῦ Ἀπολλωνίου, δι' ἃ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐκείνῳ ἐδόκει. οὐ μὴν ἀπερρίπτει αὐτὸν, οὐδὲ ἐπεδήλου τι ὀργῆς πρὸς ταῦτα. καὶ τὸν Δίωνα οὐκ ἐπῄνει μὲν, ξυναιρόμενον αὐτῷ τῆς γνώμης, οὐ μὴν ἐπαύσατο ἀγαπῶν. ἐπιχαρίς τε γὰρ τὰς διαλέξεις[5] ἐδόκει, καὶ τὰς ἔριδας παρητεῖτο· ὥραν τε ἐπέφαινε τοῖς λόγοις, οἷα τοῦ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἀτμοῦ ἐκπνεῖ. προσῆν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἀποσχεδιάζειν[6] ἄριστα ἀνθρώπων. τὸν δὲ Ἀπολλώνιον ὁ βασιλεὺς οὐκ ἠγάπα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπέκειτο αὐτῷ, διιόντι μὲν τὰ ἀρχαῖα[7], διηγουμένῳ δὲ τὸν Ἰνδὸν φραώτην, ποταμούς τε ἀναγράφοντι καὶ θηρία, ὑφ' ὧν ἡ Ἰνδικὴ οἰκεῖται, προλέγοντι δὲ καὶ ὁπόσα οἱ θεοὶ περὶ τῆς ἀρχῆς ἔφαινον. ἐξελαύνων δὲ τῆς Αἰγύπτου, ξυγκισμένης τε καὶ νεαζούσης, κοινωνὸν μὲν τῆς ὁδοῦ τὸν Ἀπολλώνιον ἐποιεῖτο, τῷ δὲ οὐκ ἐδόκει ταῦτα. Αἰγυπτίου τε γὰρ, ὁπόση ἐστὶν, οὔπω ἐωρακέναι, τοῖς τε γυμνοῖς οὔπω ἀφῖχθαι ἐς λόγον, μάλα ἐσπουδακὼς σοφίᾳ Ἰνδικῇ ἀντικρῖναι Αἰγυπτίαν· οὐδὲ Νείλου, ἔφη, ἔπιον, ὅθεν ἄρ-

Tunc Euphrates, ego quidem, inquit, iis, quae propoſita ſunt, aſſentior. Quid enim aliud poſtquam magiſtri dixere facere poſſim? Philoſophiam autem, o Imperator, (id enim reliquum eſt quod dictis addam,) quae naturae conueniens eſt, proba & ama: quae vero commercia cum Diis iactat, eam caueto. Qui de Deo enim multa parum ſana fingunt, inani tumore nos implent. Atque haec quidem in Apollonium ipſi dicta. Qui tamen, ea non attendens, vna cum ſociis abiit, vbi diſcurſum abſoluiſſet. Cum autem Euphrates audacius quoque de eo dicere pararet, aduertit id Imperator, eoque interpellato, intromittite, inquit, eos, quibus neceſſe eſt adire magiſtratum; conſiliumque formam ſuam iam induat. Sicque adeo Euphrates ſibi ipſi imprudenter nocuit, inuidum enim Imperator eſſe ſenſit atque procacem, atque diſputationem pro populari reipublicae forma, non ex animi ſententia inſtituiſſe, verum vt Apollonio contradiceret in iis, quae de imperio ipſe ſtatuerat. Non tamen illum penitus repudiabat, neque ob iſta irae monſtrabat quippiam. Dionem autem non probabat quidem, calculum eius ſententiae addentem; neque tamen amare deſinebat. Iucundus enim erat in diſſerendo, & a contentionibus abſtinebat; atque amoenitate quadam orationem illuſtrabat, qualem ſuffitus in ſacris ſpirare ſolent. Ex tempore autem etiam dicere optime mortalium poterat. Apollonium vero Imperator non ſolum amabat, ſed plane etiam ei obnoxius erat, vetera percenſenti, atque de Phraote narranti Indo, flumina item deſcribenti, beluaſque quae Indiam incolunt, praedicenti item quae Dii de imperio portendant. Aegypti vero rebus diſpoſitis iam & reſtauratis diſceſſurus Imperator, itineris ſocium Apollonium ſibi eſſe voluit: at aliter viſum eſt ei. Aegyptum enim qua late pateat ſe nondum vidiſſe [aiebat]; neque cum gymnoſophiſtis eſſe verſatum, cum vehementer cupiat tamen cum Indica ſapientia comparare Aegyptiam: neque ex Nilo, inquiebat, bibi, qua parte initi-

C.XXXVII

CAP. XXXVII. 1 μετὰ διδασκάλων] Dioni & Apollonio palpum obtrudit, pro magiſtris eos agnoſcens: vt melius tegat malum animum, quo Apollonium paulo poſt ex obliquo inuadit. Sed & Dion. paulo poſt c. 38. Apollonium διδάσκαλον vocat.

2 θεοκλυτεῖν φάσκουσαν] h. e. theurgicam, qualis erat Apollonii.

3 σπουδὴν] intelligitur ipſa Apollonii capite ſuperiore propoſita de republica gerenda diſputatio.

4 ἀπολαβέτω ἡ βουλὴ τὸ ἑαυτῆς σχῆμα] ſcilicet iam aderant, quibus vtebatur conſiliariis Imperator; ſed ordine nondum conſederant, neque adeo σχῆμα ſuum habebat βουλή.

5 ἐπιχαρίς τε γὰρ τὰς διαλέξεις] vnde & Chryſoſtomus cognominatus, plura autem de eius dicendi charactere habes inf. c. 36. & in Vitis Sophiſtarum lib. I. διαλέξεις diſcurſus ſunt, & lectiones, quas Philoſophi habebant, ſtylo minus ad oſtentationem comparato.

6 ἀποσχεδιάζειν] idem quod αὐτοσχεδιάζειν, huius tamen vſus frequentior.

7 διιόντι μὲν τὰ ἀρχαῖα] quorum nempe meminiſſet, vt olim Pythagoras, cuius exemplo in alio corpore a ſe facta, & tum quoque geſta ab aliis nouerat, vid. ſ. lib. III. c. 13.

um

um ducit. Sentiens igitur Imperator in Aethiopiam iter ipsum meditari, nostrum vero dixit annon recordabere? Imo per Iouem, respondebat ille, si bonus esse perseueraueris Imperator, & tui ipsius memineris.

c. XXXVIII. Post haec, sacrificiis in templo peractis, petendi munera illi publice copiam fecit Imperator. Ipse vero tanquam petiturus, quae ergo, dixit, munera mihi dabis o Imperator? cui ille, decem nunc quidem [talenta] respondit, sed cum Romam veneris, quae habeo omnia. Tum Apollonius, me igitur, inquit, parcere tuis par est, perinde ac meis, neque ea dissipare, vt quae omnia mihi sint vna asseruanda. Sed horum potius, o Imperator, curam gerito, videntur enim istis opus habere: manu autem monstrabat Euphratem. Ipsos igitur audacter, quicquid voluissent, petere iussit Imperator. Erubescens autem Dion, reconcilies mihi, dixit, velim, o Imperator, praeceptorem Apollonium, quod contradicere ipsi animum induxerim, cum antea nunquam disputationis quicquam mihi cum eo fuisset. Quo collaudato Imperator, iam heri, inquit, ab ipso hoc petii, idque impetratum iam est: tu autem munera pete. Tum Dion, Lasthenes, inquit, ex Apamea est, genteque Bithyna, quem, vna mecum philosophatum, sagi postea & militaris vitae incessit amor. Hunc quoniam pallium rursus appetere tradunt, militia missum facias rogo: rogat id ipse quoque. Mihi itaque hanc gratiam facies, vt virum bonum illum efficere possim: illi autem, vt arbitrio suo viuere liceat. Tunc Imperator, militia, inquit, solutus esto: do vero etiam ipsi, quae dari emeritis solent, quoniam tui est amans & philosophiae. Hoc audito ad Euphratem se conuertit; ei autem conscripta epistola fuerat, de iis quae optabat. Epistolam igitur obtulit, vt solus Imperator legeret. Volens autem Imperator Apollonio dicendi contra eam occasionem praebere, coram omnibus epistolam legit. Petereque Euphratem constitit quae-

χεται. ξυνεὶς ἂν ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐπ' Αἰθιοπίαν στέλλεται, ἡμῶν δὲ, ἔφη, ὁ μεμνήσῃ; νὴ Δί', εἶπεν, ἢν βασιλεὺς ἀγαθὸς μένῃς, καὶ σεαυτοῦ μνημονεύῃς.

Μεταταῦτα, θύσας ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἱερῷ, δωρεὰς ἐπήγγειλεν αὐτῷ δημοσίᾳ. ὁ δὲ, ὥσπερ αἰτήσων, τίνας δὲ, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, δωρεὰς δώσεις; δέκα, ἔφη, νῦν[1], ἀφικομένῳ δὲ ἐς τὴν Ῥώμην τἀμὰ πάντα. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ἀκοῦν, ἔφη, φείδεσθαί με χρὴ τῶν σῶν ὡς ἐμῶν, καὶ μὴ σπαθᾶν αὐτὰ νῦν, ἀποκεισόμενά μοι ἀθρόα. ἀλλ' ἐπιμελήθητι τούτων, ὦ βασιλεῦ, μᾶλλον, ἐοίκασι γὰρ δεομένοις· ἐδείκνυ δὲ ἅμα τοὺς περὶ τὸν Εὐφράτην. ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς ἐκέλευσεν αἰτεῖν θαῤῥοῦντας. ἀνερυθριάσας δὲ ὁ Δίων, διάλλαξόν με, βασιλεῦ, εἶπε, πρὸς Ἀπολλώνιον τὸν διδάσκαλον, ὑπὲρ ὧν ἀντιλέγειν αὐτῷ ἔδοξα, μήπω πρότερον ἀντειπὼν τῷ ἀνδρί. ἐπαινέσας ἂν ὁ βασιλεὺς, χθὲς, ἔφη, τοῦτο ἐγώ, ἤτησα, καὶ ὑπάρχει· ἀλλ' αἴτει ὑπὲρ δωρεᾶς. καὶ ὁ Δίων, Λασθένης, ἔφη, ἔστι μὲν ἐξ Ἀπαμείας, τῆς ἐν τῷ Βιθυνῷ[2] ἔθνει, ξυμφιλοσοφῶν δέ μοι χλαμύδος ἠράσθη καὶ στρατιώτου βίου. τοῦτον, ἐπειδὴ τρίβωνος[3] πάλιν ἐρᾷν φασιν, ἄνες τῆς στρατείας· δεῖται δὲ αὐτὸς ταῦτα. χαρίῃ δὲ ἐμοὶ μὲν ἀποφῆναι αὐτὸν ἄνδρα ἀγαθὸν, ἐκείνῳ δὲ ζῆν ὡς βούλεται. ἀνείσθω, ἔφη. δίδωμι δὲ αὐτῷ καὶ τὰ τῶν ἐστρατευμένων[4], ἐπειδὴ σοφίας ἐρᾷ καὶ σοῦ. μετὰ τοῦτον ἐς τὸν Εὐφράτην ἐπεστράφη· τῷ δὲ ἐπιστολὴ ξυνετέτακτο περὶ ὧν ἤτει. τὴν μὲν δὴ ἐπιστολὴν ὤρεγεν, ὡς ἀναγνωσομένῳ καθ' ἑαυτόν. βουληθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς παραδῶναί τινα τῷ Ἀπολλωνίῳ κατ' αὐτοῦ λόγον, ἀνέγνω δημοσίᾳ πᾶσιν. αἰτῶν δὲ ἐφαίνετο, τὰ μὲν

CAP. XXXVIII. 1 δέκα ἔφη νῦν] subintelligenda hic vel τάλαντα vel *minae*. *Decem minae* Atticae loco minerualis ab Isocrate aliisque Rhetoribus exigebantur, vt ex Plutarcho in *vita eius*, quae est in *X oratorum vitis*, patet. *Decem minae* Atticae *Drachmae* sunt *mille*, quam summam voce χιλίαι saepe notant veteres, posita absolute, qua ordinarie merces Sophistarum notatur Plutarcho l. c. & Philostrato nostro passim. Vt χιλίαι itaque, absolute χιλίας δραχμὰς, ita δέκα notare δέκα μνᾶς putem, quae summa est aequalis *mille drachmis*. At donum hoc esset infra dignitatem Vespasiani, quod ordinariam Sophistae mercedem, a quouis priuato soluendam, non excederet. δέκα τάλαντα igitur intelligo, cuius pecuniae impensa in *Polemonem* Sophistam liberalitatem etiam exercuit Bosphori princeps vid. vit. Sophist. lib. I. Polemone §. 4. Sunt autem X talenta Attica argentea minae 600. Mina iuxta Ed. Bernardum valet solidos Angl. 68¾ fuerint ergo X talenta *sopronati* Anglici 8250, qui non non multum pretio Ioachimicos nostros superant.

2 Βιθυνῷ] in marg. obseruarat Morellus Βιθυνῶν quosdam habere.

3 τρίβωνος] h. e. *philosophiae*, est enim *pallium* philosophorum habitus, vt χλάμυς militum.

4 τὰ τῶν ἐστρατευμένων] haec quoque, vt alia innumera prioribus interpretibus non satis fuere intellecta, manifestum puto ἐστρατευμένους *emeritos* esse, quibus commoda emeritae militiae post iustam missionem concedebantur, partim agri, partim pecunia, vt ex historiis Romanis constat passim. Fuere ea sub Augusto teste Dione lib. LV. Praetorianis post XVI annorum stipendia drachmarum quinque millia, ceteris post X annos millia tria. Qui missionem ante tempus postulabant immodeste, citra commoda emeritorum praemiorum exauctorati apud Sueton. August. c. 24.

ἑαυτῷ, τὰ δὲ ἑτέροις. καὶ τῶν δωρεῶν αἱ μὲν χρήματα[5] ἦσαν, αἱ δὲ ὑπὲρ χρημάτων[6]. γελάσας ἓν ὁ Ἀπολλώνιος, εἶτα ὑπὲρ δημοκρατίας, ἔφη, ξυνεβούλευες, τοσαῦτα μέλλων αἰτήσειν βασιλέα; τὰ μὲν δὴ τῆς διαφορᾶς, ἣ Ἀπολλωνίῳ τε καὶ Εὐφράτῃ ἐγένετο, τοιάδε ἔυρον.

dam sibi, aliis etiam nonnulla: munera vero alia pecuniae erant, alia pecuniis acquirendis inseruientia. Ridens igitur Apollonius, itane vero, inquiebat, pro populari reipublicae forma sententiam dixisti, tanta munera ab Imperatore petiturus? Atque haec sunt quidem, quae de dissidio, quod inter Apollonium & Euphratem extitit, inueni.

Ἐξελάσαντος δὲ τῦ βασιλέως καθήπτοντο ἀλλήλων ἐς τὸ φανερόν. ὁ μὲν Εὐφράτης ξὺν ὀργῇ τε καὶ λοιδορίαις, ὅδ' αὖ φιλοσόφως καὶ ξὺν ἐλέγχῳ μᾶλλον. ὁπόσα μὲν δὴ Εὐφράτῃ κατηγόρηκεν, ὡς παρὰ τὸ πρέπον φιλοσοφίᾳ πράττοντος, ἔξεστιν Ἀπολλωνίῳ μαθεῖν, ἐκ τῶν πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῶν[1], πλείας γάρ· ἐμοὶ δὲ ἀφεκτέα τῦ ἀνδρός, ἃ γὰρ ἐκεῖνον διαβάλλειν προθέμην, ἀλλὰ παραδῶναι τὸν Ἀπολλωνίῳ βίον τοῖς μήπω εἰδόσι. τὸ μέν τοι περὶ τῦ ξύλου λεγόμενον, λέγεται δὲ ἐπανατείνασθαι μὲν αὐτὸν[2] διαλεγομένῳ τῷ Ἀπολλωνίῳ, μὴ καθικέσθαι δέ, οἱ μὲν πολλοὶ δεινότητι τῦ πεπληξομένου[3] προσγράφουσιν, ἐγὼ δὲ λογισμῷ τῦ πλήξοντος[4], δι' ὃν ἐγένετο κρείττων ὀργῆς, νενικηκυίας ἤδη.

Cum ex Aegypto autem discessisset Imperator, aperte se inuicem aggressi sunt, Euphrates quidem irae nihil parcens & conuitiis, Apollonius vicissim magis vt philosophum decet, atque rationibus eum redarguens. Quae vero in Euphrate reprehenderit, vt quae ex philosophiae dignitate non faceret, ex ipso Apollonio discere licet, scriptis ad Euphratem epistolis, plures quippe sunt. Mihi autem missus ille vir est faciendus, non illum enim vituperare mihi propositum, sed Apollonii vitam iis, qui eam antea ignorabant, exhibere. Id autem, quod de ligno dicitur (constat nempe Euphratem Apollonio, dum disputaret, illud intentauisse, dimittere tamen non esse ausum,) id quidem plerique illius qui petebatur tribuunt autoritati: ego autem rationi eius, qui plagam minabatur, adscribo, qua ira, quae iam pene vicerat, superior extitit.

Ἡ δὲ τῦ Δίωνος φιλοσοφία ῥητορικωτέρα[1] τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐφαίνετο, καὶ ἐς τὸ εὐφραῖνον κατεσκευασμένη μᾶλλον. ὅθεν διορθούμενος αὐτόν "φησιν, αὐλῷ καὶ λύρᾳ μᾶλλον[2] ἢ λόγῳ θέλγε". καὶ πολλαχῦ τῶν πρὸς Δίωνα ἐπιστολῶν ἐπιπλήττει τῇ δημαγωγίᾳ ταύτῃ.

Dionis autem philosophia magis, quam par esset, rhetorica Apollonio videbatur, atque ad audientium voluptatem magis accommodata. Quam ob rem eum corripiens ita ait: *tibia, & lyra potius, quam oratione* [homines] *demulce.* Et saepe in epistolis ad Dionem illas ad populum phaleras reprehendit. Cap. XL.

Τὸ δὲ μὴ ἀφικέσθαι αὐτὸν παρὰ τὸν βασιλέα· ἔτι δὲ μὴ ξυγγενέσθαι οἱ μετὰ τὴν Αἴγυπτον, καί τοι καλοῦντι, καὶ πλείστα ὑπὲρ τούτων γράφοντι, ὁπόθεν ξυνέβη, δηλῶσαι βούλομαι. Νέρων ἐλευθέραν ἀφῆκε τὴν Ἑλλάδα[1], σωφρο-

Quod ad Imperatorem autem non sit profectus Apollonius, neque cum ipso amplius post colloquia in Aegypto sit conuersatus, eo licet inuitante ipsum, complureſque litteras propterea scribente, id qua factum de causa sit aperiam. Nero Graeciam libertate donauerat, praeclarius aliquid, quam sui mores Cap. XLI.

---

5 χρήματα] sic MSS. nostri omnes, & Morelli quoque nonnulli, quamobrem non dubitaui praeferre ei, quod est in editis χρημάτων, sensu etiam id postulante.

6 αἱ δὲ ὑπὲρ χρημάτων] interpretes priores vertunt: *aliquid etiam super pecunias.* Vt sensus sit, aliquid pecunia maius eum petiisse. Verum dubito eum esse posse praepositionis ὑπὲρ cum genitiuo significatum.

CAP. XXXIX. 1 πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῶν] quorum pars inter ceteras Apollonii, huic vitae eius subiecta exhibetur.

2 αὐτὸν] recte se habere lectionem puto, referendumque ad Euphratem pronomen relatiuum. MSS. nonnulli legebant αὐτῷ.

3 δεινότητι τῦ πεπληξομένου] Apollonii nempe. Scilicet ita euenit quandoque, vt autoritas atque grauitas magni viri iniuriam meditantes ab instituto auertat: sic Marii δεινότητα militem Cimbricum deterruisse, vt interficere eum non auderet, cum stricto iam gladio ad eum irruisset, apud scriptores Romanos legimus.

4 ἐγὼ δὲ λογισμῷ τῦ πλήξοντος] h. e. Euphratis. Nempe modeste de Euphrate, cuius non exigua apud nonnullos autoritas, vt ad l. I. obseruauimus, Philostratus sentit: adeoque facinus istud in laudem eius, quam turpitudinem vertere maluit.

CAP. XL. 1 ῥητορικωτέρα] vide de Dionis charactere s. c. 23.

2 αὐλῷ ἢ λύρᾳ μᾶλλον] sic Paulus eloquentia, etiam angelica, absque solidioribus animi dotibus instructum, χαλκῷ ἠχοῦντι ἢ κυμβάλῳ ἀλαλάζοντι comparat, aures afficienti non animum 1 Cor. XIII, 1. Verba autem ista, quibus Dionem reprehendit Apollonius, extant in epist. IX.

CAP. XLI. 1 Νέρων ἐλευθέραν ἀφῆκε τὴν Ἑλλάδα] vid. Plutarch. in Flamin. p. 376. Dio lib. LXIII. p. 720. Plinius II. N. IV, 10. Suetonius Neron. c. 24. Pausanias in Achaicis c. 17. Factum id A. C. 67. cum ludos Graeciae Nero obiret.

fer-

ferrent ſtatuens: & ciuitates ad mores Atticos Dorioſque redierant, omniaque refloreſcebant, concordiam ciuitatibus colentitibus, id quod ne olim quidem Graeciae obtigerat. Veſpaſianus vero iſthac veniens ea illam priuauit, ſeditionum praetextu, aliorumque, quae tantam iram non merebantur. Haec igitur non iis modo, qui ea patiebantur, verum etiam Apollonio videbantur magis amara, quam ferret iuſti imperii indoles. Quapropter epiſtolas huiuſmodi ad Imperatorem ſcripſit.

Apollonius Veſpaſiano Imperatori,

Salutem.

Graeciam redegiſti in ſeruitutem, vt fama eſt, & Xerxe aliquid te habere amplius exiſtimas: at Nerone te factum eſſe deteriorem non ſentis. Nero enim, cum id haberet, aſpernatus fuit. Vale.

Eidem.

Adeo Graecis infenſus qui ſis, vt liberos in ſeruitutem redegeris, quid mea conuerſatione indiges? Vale.

Eidem.

Ludens Nero Graecos liberauit: tu autem, agens ſerio, in ſeruitutem eos redegiſti. Vale.

Atque haec quidem ſunt, quae Veſpaſianum Apollonio inuiſum reddidere. Audiens tamen ipſum bene rempublicam in ceteris omnibus adminiſtrare, non obſcure laetatus eſt, & quaſi ſibi ipſi magnum aliquod emolumentum eo afferretur, id aeſtimauit.

Cap. XLII. Inter miranda autem, in Aegypto Apollonio patrata, & iſtud eſt. Leonem manſuefactum loro, veluti canem, nonnemo ducebat. Illeque non modo duci blandiri ſolebat, ſed cuicunque appropinquanti ad eum. Multaque ille peruagabatur oppida, imo etiam templa ingrediebatur, quod purum eſſet animal. Neque enim hoſtiarum ſanguinem lambebat, neque excoriatas atque in

νέτερόν τι ἑαυτῆς γνώς· καὶ ἐπανῆλθον αἱ πόλεις ἐς ἤθη Δωρικὰ καὶ Ἀτ|ικά, πάντα τε ἀνήνθησε ξὺν ὁμονοίᾳ τῶν πόλεων, ὃ μὴ πάλαι ἡ Ἑλλὰς εἶχεν[2]. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ἀφικόμενος, ἀφείλετο αὐτὴν τοῦτο[3], φάσεις προβαλλόμενος, καὶ ἄλλα, ὅπω τῆς ἐπὶ τοσόνδε ὀργῆς. ταῦτ' ἦν ὃ μόνον τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλωνίῳ πικρότερα τῆς βασιλείας[4] ἤθης ἔδοξεν· ὅθεν ἐπέστειλε τῷ βασιλεῖ ὧδε.

Ἀπολλώνιος Οὐεσπασιανῷ, βασιλεῖ, χαίρειν.

Ἐδουλώσω τὴν Ἑλλάδα, ὥς φασι, καὶ πλέον μὲν οἶει τι ἔχειν Ξέρξου[5]· λέληθας δὲ ἐλάττων ἔχων Νέρωνος[6]. Νέρων γὰρ, ἔχων, αὐτὸ παρητήσατο. Ἐρρῶσο.

Τῷ αὐτῷ.

Διαβεβλημένος ἦτω πρὸς Ἕλληνας, ὡς δουλοῦσθαι αὐτοὺς, ἐλευθέρους ὄντας, τί ἐμοῦ ξυνόντος δεῖ; Ἐρρῶσο.

Τῷ αὐτῷ.

Νέρων τοὺς Ἕλληνας παίζων[7] ἠλευθέρωσε· σὺ δὲ αὐτοὺς σπουδάζων[8] ἐδουλώσω. Ἐρρῶσο.

Τὰ μὲν δὴ διαβαλόντα Οεσπασιανὸν Ἀπολλωνίῳ τοιάδε ἐγένετο. ἀκούων δ' αὐτὸν εὖ διατιθέμενον τὴν μεταταῦτα ἀρχὴν πᾶσαν, οὐκ ἀφανὴς ἦν χαίρων, καὶ ἡγούμενος αὐτῷ τι ἀγαθὸν πράττεσθαι.

Θαυμάσιον Ἀπολλωνίου κἀκεῖνο ἐν Αἰγύπτῳ ἔδοξε. λέοντα ἵμερον[1] ἀπὸ ῥυτῆρος ἤγέ τις, ὥσπερ κύνα. ὁ δὲ, οὐ μόνον τὸν ἄγοντα ἠσπάλλευ, ἀλλὰ καὶ ὅς τις προσέλθοι. καὶ ἤγειρε μὲν πολλαχοῦ τῶν πόλεων, παῄει δὲ καὶ ἐς τὰ ἱερὰ, ὑπὸ τοῦ καθαρὸς εἶναι. οὐ γὰρ τὸ τῶν θυομένων αἷμα ἀνελιχμᾶτο, οὐδ' ἐπὶ τὰ δειρόμενά τε καὶ

---

2 ὃ μὴ πάλαι ἡ Ἑλλὰς εἶχεν] nempe Graecia, Romanis armis nondum ſubacta, continuis diſtrahebatur diſſidiis. Iam vero, reſtituta ſimul omnibus libertate, amice omnes conſpirabant, id quod olim nunquam iis obtigerat.

3 ἀφείλετο αὐτὴν τοῦτο] meminit eiuſdem rei Euſebius in Chronico num. 2080. Pauſanias in Atticis c. 17.

4 βασιλείας] *iuſtum imperium* verti, quale ſuum eſſe volebat Veſpaſianus, nam τυραννίδι hic videtur opponi.

5 Ξέρξου] *ſuperbiam* hiſce ei exprobrat. In prouerbium enim abiit *faſtus Perſicus*, qualis maior in *Xerxe* quam vllo alio Perſarum Regum. Sed eo tamen *Veſpaſianum*, Graeciae imperio tumidum, ſuperare iam *Xerxem* criminatur, qui obnoxiam ſibi Graeciam reddere fruſtra laborauerat.

6 Νέρωνος] ſcilicet dum maxime animo extollatur, foediſſime labi eum oſtendit. Xerxem aemulatum enim, generoſum Regem, vel potius ſupra eum ſeſe attollentem, infra foediſſimi & obſcoeniſſimi monſtri ſortem deiici: Neronis nempe, cuius generoſa magis erat quam Veſpaſiani liberalitas, vt qui, quod additur, cum in poteſtate Graeciam haberet, libertate eam donauerit. Vnde patet liberrimam pariter atque acerbiſſimam hancce eſſe reprehenſionem.

7 παίζων] nempe dum ludos Graeciae obiret Nero, libertatem ei reſtituit. vid. not. 1. ad hoc cap.

8 σπουδάζων] Veſpaſianum, qui *conſilio* omnia agebat, *conſilio* male de Graecia mereri, de qua *ludendo* bene meruerat Nero, aegre fert Apollonius.

CAP. XLII. 1 λέοντα ἵμερον] hanc totam Tzetzes repetit hiſtoriam Chil. V, 9.

ῥαχιζόμενα τῶν ἱερείων ἤγεν[2], ἀλλὰ μελιτ]ώταις διήγετο, καὶ ἄρτοις, καὶ τραγήμασι, καὶ κρεῶν τοῖς ἐφθοῖς. ἐντυχεῖν δὲ ἦν αὐτῷ καὶ οἴνου πίνοντι, μὴ μεθισαμένῳ τὸ ἦθος[3]. προσελθὼν δὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ, καθημένῳ ἐς τὸ ἱερὸν, τοῖς τε γόνασιν αὐτοῦ προσεκνυζᾶτο, καὶ ἐλιπάρει παρὰ[4] πάντας ἀνθρώπους, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ ᾤοντο, μισθοῦ ἕνεκα. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, δεῖταί μου, ἔφη, ὁ λέων, ἀναδιδάξαι ὑμᾶς ὅτου ἀνθρώπου ψυχὴν ἔχοι. ἔστι τοίνυν Ἀμασις[5] ἔτος, ὁ βασιλεὺς Αἰγύπ]του, περὶ τὸν Σαΐτην νομόν[6]. ἐπεὶ δ' ἤκουσεν ὁ λέων ταῦτα, ἀνεβρυχήσατο ἐλεεινὸν καὶ θρηνῶδες, καὶ ὠλοφύρατο ξυνοκλάσας, δάκρυα ἰεὶς[7]. καταψῶν ἓν αὐτὸν ὁ Ἀπολλώνιος, δοκεῖ, ἔφη, πέμπειν τὸν λέοντα ἐς Λεοντόπολιν[8], ἀγακειόμενον τῷ ἱερῷ. βασιλεία γὰρ, ἐς τὸ βασιλικώτατον τῶν θηρίων μεταβάλλοντα, ἐκ ἀξιῶ ἀγείρειν[9], καθάπερ τὰς πλοκὰς τῶν ἀνθρώπων.

frusta diuisas sacrorum carnes aufferebat, sed mellitis placentis, ac pane delectabatur, & iis quae secundis mensis apponi solent, coctisque carnibus. Vinum bibentem quoque erat videre, antiquos mores tuentem. Ad Apollonium veniens autem, in templo desidentem, & genibus blande adganniebat, & magis quam vlli alii mortalium assidebat, mercedem aliquam ab eo, vt plerorumque ferebat sententia, expectans. Apollonius autem, ope mea indiget, dixit, hic leo, vt edoceam vos cuiusnam hominis animam habeat. Est igitur Amasis ille, Aegypti Rex, in Saitica praefectura. Vbi vero haec audiuisset leo, miserabiliter infremuit & lamentabiliter, genibusque flexis eiulauit, lacrymas etiam mittens. Demulcens igitur ipsum Apollonius, censeo, inquit, leonem Leontopolim mittendum esse, ibi in templo collocandum. Regem enim, in regiam prae ceteris beluam conuersum, circumuagari perinde ac homines solent mendici indignum iudico.

---

2 ἤγεν] ἤπλεν vel ἧεν ex coniectura scribebat Morellus in marg. sed bene habere ἤγεν puto, *trahere* enim solent carnes ferae, illis vescentes.

3 μὴ μεθισαμένῳ τὸ ἦθος] mores non mutasse ait: mox enim additur Amasis Regis Aegypti animam in eo esse, h. e. ea indole eum esse in suo genere, qua olim Amasis fuit, Regum φιλανθρωπότατος, prout haec ξυμβολικῶς explicanda sunt, quod videre est supra libro III. cap. 16. not. 8.

4 παρὰ] optima lectio, quam ex cod. Paris. in margine alleuerat Morellus. Nam textus eius περὶ habebat, perinde ac Aldina.

5 Ἀμασις] sic Christiani fere etiam scriptores vocant, corrupte, iudice Marshamo, Can. Chron. p. 315. Iosephus perperam *Tethmosin* contra Apion. p. 1041. Iulio Africano Ἀμῶς, Eusebio & Syncello Ἀμωσις dicitur. Meminit eius etiam Plato in Timaeo ἔστι τις κατ' Αἰγυπτίους Σαϊτικὸς καλούμενος νομὸς, τούτου δὲ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς, ὅθεν δὴ Ἄμασις ἦν βασιλεύς. Leonem φιλάνθρωπον hic anima eius ingressa dicitur, quod Rex esset φιλανθρωπότατος, vt qui teste Manethone ἀνθρωποθυσίας tollendae autor fuerit, apud Porphyr. περὶ ἀποχ. l. II. §. 55. Leo autem *regium animal*, vt paulo post monet ipse Apollonius. Ceterum duos hoc nomine Reges in Aegypto inuenio apud Manethonem, alter in Dynastia XVIII. primus est: in Dynastia XXVI vltimus alter, cui Cambysae progenies successit. *Amasin* autem dicit hunc Leonem, eam ob causam, quod bestia haec mansuetudinem cum regia indole coniunxisset, vt in illo Aegypti Rege coniuncta erant. Cuius memoriam proinde, symbolice cum Aegyptiis loquens, hoc symbolo renouari cupit Apollonius, vide supra ad lib. III. c. 16. n. 8, cultumque restitui, qualis quidem debeatur θεῷ καταχθονίῳ, siue *animae Herois*, ex praescripto Pythagorae. Qua de re vid. Hierocl. ad Aur. Carm. init.

6 περὶ τὸν Σαΐτην νομόν] non itaque qui in *Diospolitarum* Dynastia, h. e. XVIII, Eusebio & Syncello censetur Amasis, hoc loco intelligitur. Sed alter qui in XXVI, quam Saiticam Manetho vocat, vltimus est. In vrbe vero *Sais*, cunas Amasis ex vet. nummo ΣΑΙΤΩΝ memorat Harduinus ad Plinii H.N. V, 9.

7 ὠλοφύρατο ξυνοκλάσας, δάκρυα ἰεὶς] male in prioribus editionibus legebatur & distinguebatur hoc modo: ὠλοφύρατο, ξυνοκλάσας δάκρυα, καὶ ἰεὶς αὐτά. Omittebant καὶ & αὐτὰ MSS. nostri omnes, excepto Vratislauiensi, in quo legebatur vt in editis.

8 Λεοντόπολιν] vid. de hac vrbe Plin. H.N. V, 11. Strabon. lib. XVII. p. 802. Rationem vero, cur in hac vrbe praecipue Leonem asseruari velit illum, vide not. sq.

9 ἐκ ἀξιῶ ἀγείρειν] nempe id agebat Apollonius, vt φιλανθρωπίας in templo non ignobili symbolum Aegyptiorum oculis obuersaretur. Aegyptiis enim in more positum Deorum & Heroum naturam, indolem, virtutes sacris huiusmodi symbolis repraesentare, imitandaque proponere, cum optimus eorum cultus iuxta eos & Pythagoricos sit imitatio, (vid. Hierocl. ad Aurea Carmin. vers. 2.) Sic *Apin* regem suum, eiusque virtutes & beneficia *bouis* symbolo, aliis alios Deos & Heroas repraesentabant. Simili ergo modo Apollonius *Amasis* Herois repraesentandi aptissimum symbolum hunc Leonem fore dicit. Nempe ei regi moribus simillimum esse hunc leonem, generosum animal atque φιλάνθρωπον: id quod ξυμβολικῶς exprimens, ex more Indicae & Pythagoraeae Philosophiae, (vid. ad libri III. cap. 16. n. 8.) in hunc leonem Amasis animum immigrasse ait, quemadmodum vulgari quoque sermone *animum alterius habere* dicitur, vel *is ipse esse* cuius iidem mores, eadem voluntas, sententia. Non dissimile est quod in Heroicis *Alexandro*, legimus, Protesilaum, pauonem videntem, pennis superbientem, dixisse ἰδὲ ὃ πρώην ἐμνημονεύομεν Πάρις ὁ τῆ Ἰφιάμη. Nempe non *Paris* erat *pauo*, sed aptissimum morum Paridis symbolum. Mitissimi vero Ἡρῶος cultum, imitatione, vt dixi, praecipue peragendum, hoc magis necessarium Aegyptiis putabat Apollonius, quod eos ad sanguinem humanum profundendum nosset procliuiores. (vid. supr. libri V. cap. 26.) Hocque adeo est, quod dicit, se indignum putare βασιλέα ἐς τὸ βασιλικώτατον τῶν θηρίων μεταβάλλοντα ἀγείρειν. Nempe aegre fert, animal, quod ita regias virtutes, quae maximae sint, generosum animum puta & φιλανθρωπίαν, possideat, vt nobilissimo Regum Amasidi repraesentando aptius symbolum inueniri non possit, circumduci, vt otiosis plebeculae spectaculis lusibusque inseruiat vnice, cum ob praestantem virtutem illud in loco sacro potius sit reponendum, quo recordationi inseruiat, (prout est symbolorum sacrorum in mentem talia reuocare,) Regis, qui perfectissimum praebeat istarum virtutum exemplum, & cui tanquam *Heroi* & θεῷ καταχθονίῳ hic debeatur honos, hic cultus, vt ad eius exemplum alii imitando sese cum maxime componere conentur. Ceterum cur leonem hunc Leontopoli asseruari cupiat, minime obscurum. Nempe eo etiam Theologiae Aegyptiorum συγκαταβαίνει: Iis enim more receptum, huiusmodi Deorum symbolica animalia cognominibus prouinciis, quae illis νομοὶ dicebantur, asseruata colere. Sic *lupum* Apollinis symbolum in *Lycopo-*

Inde-

Indeque congregati sacerdotes Amasidi sacra fecere, beluamque torque & vittis redimitam in interiorem Aegyptum misere, tibiis canentes, hymnosque recitantes, & carminibus eum prosequentes.

C. XLIII. Affatim autem commoratus Alexandriae in Aegyptum superiorem atque Aethiopiam iter ingressus est, vt cum Gymnosophistis versaretur. Menippum igitur, quoniam ex numero eorum ille erat, qui iam ipsi apud audituros dissererent, atque quadam in loquendo libertate valeret, ibi reliquit, Euphratis obseruatorem. Dioscoridem item, quod ad peregrinationem tolerandam parum valida constitutione esse videret, ab itinere dehortatus est. Ceteris vero conuocatis, (post eos enim qui ad Ariciam ipsum deseruerant, alii complures illum fuerant secuti,) de itinere apud eos disseruit, in hunc modum exorsus. Olympica mihi praefatione apud vos opus, o viri. Olympica vero praefatio talis fere est. Elienses quando Olympiorum est tempus, athletas dies triginta in ipsa Elide exercent, eosdemque congregans Delphus, quando Pythia, Corinthus, quando Isthmia celebrantur, *stadium*, aiunt, *ingredimini, & viros vos praestate, victoria dignos.* Elienses vero, quando Olympiam veniunt, ita alloquuntur athletas. *Si labores pertulistis dignos Olympiam accessuris, nec ignaue quippiam, aut humiliter peregistis, ite audacter: qui vero ita non estis exercitati, quaplacet abite.* Intellexerunt discipuli, quid vellent eiusmodi verba, atque ex eis circiter viginti cum Menippo remansere: ceteri vero, numero, vt opinor, decem, Deos precati, & quasi pro felici nauigationis successu sacra facientes, recta versus Pyramides profecti sunt camelis vecti; a dextra Nilum habentes. Identidem autem fluuium naui experiebantur, vt, quae in eo essent, omnia contemplarentur. Nec ciuitatem enim, nec templum, nec delubrorum, quae in Aegypto sunt, vllum

ἐντεῦθεν οἱ ἱερεῖς ξυνελθόντες ἔθυσαν τῷ Ἀμάσιδι, καὶ, κοσμήσαντες τὸ θηρίον στρεπτῷ καὶ ταινίαις [10], παρέπεμπον ἐς τὴν Αἴγυπλον [11] αὐλοῦντες, καὶ ὑμνοῦντες, καὶ ἐπ' αὐτῷ ᾄδοντες.

Ἱκανῶς δὲ ἔχων περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἐξέλλετο ἐς Αἴγυπλόν τε καὶ Αἰθιοπίαν, ἐς ξυνουσίαν τῶν γυμνῶν. τὸν μὲν δὴ Μένιππον, ἐπειδὴ τῶν διαλεγομένων ἤδη ἐτύγχανε [1], καὶ παῤῥησίᾳ χρῆσθαι δεινὸς ἦν, κατέλιπεν αὐτόθι, ἔφεδρον τῷ Εὐφράτῃ. καὶ τὸν Διοσκορίδην [2], ἰδὼν ἐκ ἐῤῥωμένως πρὸς τὴν ἀποδημίαν διακείμενον, παρῃτήσατο τῆς ὁδοῦ. τοὺς δὲ λοιποὺς ξυναγαγὼν, μετὰ γὰρ τοὺς ἀπολιπόντας αὐτὸν περὶ τὴν Ἀρικίαν [3], προσεγένοντο πλείους ἕτεροι, διῆει πρὸς αὐτοὺς περὶ τῆς ἀποδημίας, ἐνθένδε ἀρξάμενος. Ὀλυμπικῆς προῤῥήσεως, ἔφη, δέομαι πρὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες. Ὀλυμπικὴ δὲ πρόῤῥησις ἡ τοιάδε ἔοι ἄν. Ἠλεῖοι τοὺς ἀθλητὰς, ἐπειδὴ ἥκει Ὀλύμπια, γυμνάζουσιν ἡμερῶν τριάκοντα [4] ἐν αὐτῇ τῇ Ἠλιδι· καὶ ξυναγαγόντες αὐτοὺς ὁ μὲν Δελφὸς, ὅτε Πύθια, ὁ δὲ Κόρινθος, ὅτε Ἰσθμια, ἴτε φασὶν ἐς τὸ στάδιον, καὶ γίνεσθε ἄνδρες, οἷοι νικᾶν. Ἠλεῖοι δὲ, ἐπειδὴ ἴωσιν ἐς Ὀλυμπίαν, διαλέγονται πρὸς τοὺς ἀθλητὰς ὧδε [5]. εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τῶ ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, καὶ μηδὲν ῥᾴθυμον, μηδὲ ἀγεννὲς εἰργασθε, ἴτε θαῤῥοῦντες· οἷς δὲ μὴ ὧδε ἤσκηται, χωρεῖτε οἷ βούλεσθε. ξυνῆκαν οἱ ὁμιληταὶ τῷ λόγῳ, καὶ κατέμειναν ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι παρὰ τῷ Μενίππῳ [6]. οἱ δὲ λοιποὶ, δέκα, οἶμαι, ὄντες, εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς, καὶ οἷον ἐμβατήρια πλεύσαντες, ἐχώρουν εὐθὺ Πυραμίδων, ἐπὶ καμήλων ὀχούμενοι, δεξιὸν, θέμενοι τὸν Νεῖλον. πολλαχοῦ δὲ διεπλεῖτο αὐτοῖς ὁ ποταμὸς ὑπὲρ ἱστορίας τῶν ἐν αὐτῷ πάντων. ὅτε γὰρ πόλιν, ὅτε ἱερὸν, ὅθ' ἑπτὰ τεμένη κατ' Αἴγυπλον,

---

litano νομῷ colebant, vid. Macrob. Saturnal. I, 17. in *Cynopolitide* Mercurii Symbolum *canem*. Plutarch. de Isid & Osir. p. 355. collato Plinio H. N. lib. II. taceo alia. Sic nempe fatorum lege iam nomen sortitum innuit illum νομὸν, quo indicetur, ipsius primae vrbi, *Leontopoli*, sacri huius leonis curam potissimum deberi.

10 στρεπτῷ καὶ ταινίαις] vt facere animalibus sacris solebant. Similia exempla habes lib. II. cap. 1.

11 ἐς τὴν Αἴγυπλον] nempe maritima vrbs Alexandria erat, vbi hunc *leonem*, anima Amasis animatum, inuenit Apollonius, atque in extremis Aegypti posita: vnde ἐς Αἴγυπλον πεμπέμπεσθαι dicitur, Leontopolin deducendus, mediterraneum νομόν. Sic ipse paulo post Apollonius, Alexandriae aliquandiu commoratus ἐς Αἴγυπλον στέλλεσθαι dicitur, Aegypti interiora petiturus, & a mari magis remota. Ea item pars, vbi Alexandria, ἡ ἐν θαλάττῃ Αἴγυπλος vocatur lib. VI. c. 35.

CAP. XLIII. 1 τῶν διαλεγομένων ἤδη ἐτύγχανε] nempe ἀκροάσεως & ἐχεμυθίας Pythagoricae tempus impleuerat. Atque eousque in schola Apollonii profecerat, vt ipse iam aliis docendis, quod διαλέξεσι fiebat, praeesse posset.

2 Διοσκορίδην] de quo & supra lib. VI. c. 37.

3 περὶ τὴν Ἀρικίαν] vbi, Romam tendentem Apollonium plerique discipulorum, Neronis metu, deserebant, vide supra lib. IV. c. 36.

4 γυμνάζουσιν ἡμερῶν τριάκοντα] confer P. Fabr. Agonist. lib. III. c. 17.

5 διαλέγονται πρὸς τοὺς ἀθλητὰς ὧδε] vid. Fabrum l. c. cap. 12.

6 παρὰ τῷ Μενίππῳ] quem Alexandriae Apollonius relinquebat, vt Euphratis molitiones obseruaret, vt paulo ante dictum.

ὐδὲν τύτων ἄφωνοι παρῆλθον, ἀλλ' ἱερές τινας ἀεὶ λόγες διδασκόμενοί τε καὶ διδάσκοντες. καὶ ἡ ναῦς, ἣν ἐμβαίη Ἀπολλώνιος, ἐῴκει θεωρίδι[7].

praeterierunt silendo, sed vbique sacras doctrinas vel accipiebant communicatasvel cum aliis communicabant. Nauisque, quamcunque ingressus Apollonius fuisset, similis naui sacrae esse videbatur.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Ζ'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANENSIS

LIBER SEXTVS.

Αἰθιοπία δὲ τῆς μὲν ὑπὸ ἡλίῳ πάσης ἐπέχει τὸ ἑσπέριον κέρας[1], ὥσπερ Ινδοὶ τὸ πρὸς ἕω. κατὰ Μερόην δ' Αἰγύπτῳ ξυνάπτουσα[2], καί τι καὶ τῆς ἀμαρτύρε Λιβύης[3] ἐπελθοῦσα, τελευτᾷ ἐς θάλατταν[4], ἣν ὠκεανὸν οἱ ποιηταὶ καλοῦσι[5], τὸ περὶ γῆν ἅπαν ὧδε ἐπονομάζοντες. ποταμὸν δὲ Νεῖλον Αἰγύπτῳ δίδωσιν, ὃς, ἐκ καταδρόπων ἀρχόμενος, ἣν ἐπικλύζει, πᾶσαν, Αἴγυπτον, ἀπ' Αἰθιόπων ἄγει[6]. μέγεθος μὲν δὴ ἐκ ἀξία παραβεβλῆσθαι πρὸς Ινδὸς ἥδε ἡ χώρα, μήδ' ἄλλη μηδεμία, ἐπόσαι κατ' ἀνθρώπες ὀνομασταὶ ἤπειροι. εἰ δὲ καὶ πᾶσαν Αἴγυπτον Αἰθιοπίᾳ ξυμβάλοιμεν, τετὶ δὲ ἡγώμεθα καὶ τὸν ποταμὸν πράττειν[7], καὶ ὅπω

Cap. I.

AEthiopia vero totius terrae quae sub sole est occidentale maxime cornu occupat; sicut India orientale. Iuxta Meroën autem Aegypto contermina, & ad Libyae incognitae latus aliquousque decurrens, in mare desinit, quod Oceanum poëtae vocant, omne istud quod terram ambit, ita appellantes. Fluuium autem Nilum Aegypto dat, qui ex Catadupis ducto initio omnem Aegyptum, quam illuuie sua conficit, ex Aethiopia aduehit. Magnitudinem quidem [si spectes,] cum India comparari haec regio non meretur, quemadmodum neque vlla alia earum quae inter homines celebrantur terra continens. Quod si totam vero Aegyptum Aethiopiae coniungamus, (id enim facere & fluuium arbitramur,) nondum ta-

---

7 θεωρίδι] πρεσβεῖς *legati publici* sunt, qui agerent cum aliis Principibus & rebuspublicis de publicis negotiis: Θεωροὶ qui *religionis* & sacrorum causa mittebantur. Vnde Ἀρχιθεωρὸς, & Θεωρία, & Θεωρὶς, *princeps* talis legationis, & ipsa *legatio*, *nauisque* qua vehebatur, passim apud Platonem, Plutarchum, Aelianum &c. obuia.

LIB. VI.

CAP. I. 1 τὸ ἑσπέριον κέρας] κέρας est quod prominet in terra, aliquantum incuruatum, vt obseruatum supra ad lib. II. c. 9. Hinc & in Lemno κέρας appellatur ap. nostrum λιμὴν, ἐς κεραίας ἐπισχέφων λεπτὰς vit. Soph. I. *Scopeliano* §. 11. Eo sensu Indiam & Aethiopiam quoque duo terrae κέρατα esse, quorum alterum orientale, occidentale alterum, obseruatum est supra loc. cit. hucque referimus Homerica illa Odysseae A'. v. 23. sq.

Αἰθίοπας, τοὶ δίχθα δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένε ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Nempe *Aethiopas* poeta vocat omnes, quorum facies aestu solis adustae, vt ibi Eustathio obseruatum. *Aethiopasque* Indicam coloniam esse supra l. III. c. 20. dictum, vt adeo *Indos* pariter ac eos, quos vulgo dicimus *Aethiopas*, eo nomine Poeta comprehenderit. Quamuis non sim nescius Plinium H.N.V, 8 vtramque Aethiopiam illam desertis Africae superponere, in partibus Libyae maxime boreis, eaque sententia, Aristarcho etiam probata, apud Eustathium proponitur. Nobiscum tamen alii faciunt apud eundem Eustathium, qui totum illum tractum secundum Oceanum australem, ab ortu solis hyberno vsque ad occasum Aethiopiam olim dictam aiunt. Ceterum hinc est, quod promontorio Aethiopiam, cui nomen κέρας, finiri legimus apud Melam III, 10. quod idem cum eo, quod *promontorium Viride* hodie dicitur, esse putat Is. Vossius.

2 κατὰ Μερόην δ' Αἰγύπτῳ ξυνάπτουσα] nempe Meroe terminus Aegypti, postquam ibi consedere Aethiopes: olim enim vsque ad Catadupas Aegyptus extendebatur, vid. lib. III. c. 20.

3 ἀμαρτύρε Λιβύης] h. e. desertae, & quam nemo adiret. In Acciaioli tamen exemplari legitur adscriptum margini ἀνικήτε, quae, si vera est lectio, ex Diodoro Siculo venit explicanda, qui lib. I. Bibl. nunquam Libyae illius populos externum dominatum passos esse testatur.

4 ἐς θάλατταν] Oceanum occidentalem intelligit, in quem, ad latus interioris Libyae procurrens Aethiopia, desinit.

5 ἣν ὠκεανὸν οἱ ποιηταὶ καλοῦσι] nam omnem aquam Poetae *Oceanum* vocant, perinde ac *Acheloum*, adeoque & istud mare: quemadmodum omnem montem praealtum Idam dicebant, vt obseruatum Eustathio ad Iliad. B'. p. 267.

6 ἣν ἐπικλύζει, πᾶσαν Αἴγυπτον ἀπ' Αἰθιόπων ἄγει] rescripsi ex coniectura ἀπ' Αἰθιόπ. pro ἐπ' Αἰθ. quod nullo sensu in editis legebatur. Sensum iam minus obscurum puto. Nempe Aegyptum ἐπικλύζειν fluuium, h. e. illuuie sua aggerere, atque adeo terram, quae Aegyptum constituat, ex Aethiopia aduehere, notum est. Vide Herodoto δῶρον τὸ ποταμοῦ τὴν Αἴγυπτον dictam conf. vide nostrum inf. c. 24. & nobis ibi notata. Quamuis tamen non totam Aegyptum, sed *Deltam* tantum nonnulli ita a fluuio ἐπικλυσθῆναι, h. e. *illuuie eius aggestum* existiment, vide Strab. lib. I. p. 30.

7 τετὶ δὲ ἡγώμεθα καὶ τὸν ποταμὸν πράττειν] nempe fluuium Nilum, vnam esse regionem Aegyptum & Aethiopiam,

men

men exaequant Indiam ambae, si cum vasta adeo regione comparentur. Fluuii vero vtrique similes plane videbuntur, si ea quae in Indo se offerunt & Nilo inuicem quis comparauerit. In terram enim continentem exundant ambo, ea anni tempestate, qua terra eius rei est appetens. Soli item fluuiorum crocodilos suppeditant, & fluuialem equum: Orgiorum quoque similis in vtroque ratio: multa enim eorum quae Indo peraguntur Nilo quoque celebrantur sacra. Terrarum vero similitudinis testimonium quoque praebeant, quae in iis sunt, aromata: praebeant & leones, & elephantus, qui in vtraque captiuus seruituti assuescit. Beluas etiam pascunt, quales alia terra nulla, nigrosque homines, quod in aliis regionibus perinde haut est. Pygmaeorum quoque in eis familiae, & latrantium alia parte aliud, ceteraque huiuscemodi admiranda. Indorum autem gryphes, & Aethiopum formicae, licet sint forma dissimiles, similia tamen, vt ferunt, studia sectantur: vtrobique enim auri custodes esse perhibentur, locorum ea quae auri feracia sint adamantes. Sed de his plura non addam, & redeat oratio ad id quod propositum ei est, virumque presse sequamur.

Cap. II. Nempe ad Aegypti Aethiopiaeque delatus fines (Sicaminum locum appellant) aurum non signatum inuenit: linum item, atque ebur, & herbarum radices, vnguentum insuper, & aromata. Omnia autem nullo custode addito in quadriuio iacebant. Quid ea res sibi velit vero, ostendam, permanet enim nostra etiam aetate eiuscemodi consuetudo. Mercatum Aethiopes aduehunt earum rerum, quas suppeditat Aethiopia;

ξύμμετρω[8] πρὸς τὴν Ινδῶν ἄμφω, τοσαύτῃ ξυντεθεῖσα. ποταμοὶ δὲ ἀμφοῖν ὅμοιοι, λογισαμένῳ τὸ Ινδὸν τε καὶ[9] Νειλῳ. περαίνουσί τε γὰρ τὰς ἠπείρους ἐν ὥρᾳ ἔτους, ὁπότε ἡ γῆ ἐρᾷ τούτου. ποταμῶν τε παρέχονται μόνοι τὸν κροκόδειλον καὶ τὸν ἵππον, λόγοι τε ἐργίων ἐπ' αὐτοῖς ἴσοι· πολλὰ γὰρ τῶν Ινδῶν καὶ Νείλῳ δὴ ἐπιθειάζεται[10]. τὴν δὲ ὁμοιότητα τῶν ἠπείρων[11] πιστώσαιτο μὲν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀρώματα, πιστώσαιτο δὲ καὶ οἱ λέοντες, καὶ ὁ ἐλέφας, ἐν ἑκατέρᾳ ἁλισκόμενός τε καὶ δουλεύων. βόσκουσι δὲ καὶ θηρία, οἷα ἐχ ἑτέρωθι, καὶ ἀνθρώπους μέλανας, ὁ μὴ ἄλλαι ἤπειροι. Πυγμαίουντε ἐν αὐταῖς ἔθνη, καὶ ὑλακτούντων ἄλλο ἄλλη[12], καὶ ὧδε θαυμαστά. γρύπες δὲ Ινδῶν, καὶ μύρμηκες Αἰθιόπων[13], εἰ καὶ ἀνόμοιοι τὴν ἰδέαν εἰσὶν, ἀλλ' ὅμοιά γε ὡς φασι βάλονται· χρυσῷ γὰρ φύλακες ἐν ἑκατέρᾳ ἕδονται, τὸ χρυσόγεων τῶν ἠπείρων ἀσπαζόμενοι. ἀλλὰ μὴ πλείω ὑπὲρ τούτων, ὁ δὲ λόγος ἐς τὸ ἑαυτὸν ἴτω, καὶ ἐχώμεθα τῶν ἀνδρῶν.

Ἀφικόμενος γὰρ ἐπὶ τὰ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων ὅρια, συκάμινον[1] δὲ αὐτὰ ὀνομάζουσι, χρυσῷ τε ἀσήμῳ ἐντυχὼν, καὶ λίνῳ, καὶ ἐλέφαντι, καὶ ῥίζαις, καὶ μύρῳ, καὶ ἀρώμασιν. ἔκειτο δὲ πάντα ἀφύλακτα ἐν ὁδῷ σχιζῇ. καὶ ὅ, τι βούλεται ταῦτα, ἐγὼ δηλώσω, νομίζεται γὰρ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι. ἀγορὰν Αἰθιοπες ἀπάγουσιν[2], ὧν Αἰθιοπία δί-

---

ostendere indicat, per quas decurrat ex aequo. Non naturam igitur limitibus disiunxisse partes istas, sed fortunam: Aethiopibus illam partem occupantibus, & a se nominantibus. adde supra dicta lib. III. c. 20.

8 ξύμμετρω] MSS. nostri ξύμμετροι, excepto Palatino, omnes: ille enim cum editis habet ξύμμετρον, vt & Photius. Lectionem vtramque vitio ex ξυμμέτρῳ, forma duali, ortam non dubitamus. Suadent sequentes duales ἄμφω & ξυντεθεῖσα.

9 ὅμοιοι λογισ. τὸ Ινδὸν τε καὶ] haec verba in ed. Morelliana exciderant typographorum culpa, nam in Aldina habentur, vt & in MSS. omnibus, & agnoscit ea versio Morelli. Malim tamen τὸ τῷ Ινδῷ. Ceterum hanc Indi & Nili comparationem supra quoque lib. II. c. 18. sq. instituit.

10 πολλὰ γὰρ τῶν Ινδῶν καὶ Νείλῳ δὴ ἐπιθειάζ.] editi cumque iis cod. Vrbin. πολλὰ δὲ τῶν Ινδῷ καὶ Νείλῳ διεπιθειάζεται: a Palatinus & Vratisl. codex legebant πολλὰ γὰρ τῶν Ινδῶν καὶ Νείλῳ δὲ ἐπιθειάζεται. Praeferre visum lectionem Vaticani posterioris. Ceterum eorum, quae ἐπιθειάζονται τῷ Ινδῷ, nonnulla habes supra lib. II. cap. 19.

11 τὴν δὲ ὁμοιότ. τ. ἠπείρ.] haec similitudinis argumenta supra ex lib. II. & III. vbi India describitur petita, indeque etiam illustratio eorum accersenda.

12 ὑλακτούντων ἄλλο ἄλλη] Cynocephalos intelligi non dubito, de quibus vid. s. ad lib. III. cap. 45. n. 6. & c. 50. not. 5. ἄλλο ἄλλη ὑλακτοῦντας dicit, *latratus* eorum intelligens, linguae loco eis inservientes, quos, perinde ac linguas hominum, diuersis regionibus diuersae quae sint, in Aegypto & India non eosdem esse indicat.

13 γρύπες δὲ Ινδ. καὶ μύρμ. Αἰθιόπ.] *gryphes* Indorum & *formicas* Aethiopum comparat ob commune vtrisque auri studium: quae tamen ceteris rebus animalia minime sibi inuicem similia dicit. Quasi vero non *Indicarum* etiam *formicarum*, aurum ex cauernis egerentium, meminerint veteres, Nearchus & Megasthenes apud Strabon. lib. XV. p. 706. & Arrianum in Indicis p. 537. Mela item lib. III. c. 7. & Plinius H. N. XI, 31. adde Aelianum hist. an. II, 4. Clem. Alexandr. Paedag. lib. II. p. 207. &c.

CAP. II. 1 συκάμινον] *Isgon sycaminon* post Thebaum νομὸν & Elethyiam in Aegypto memorat Ptolemaeus. Aliud *Sycaminum* Phoeniciae est, cuius apud Strabonem & Stephanum mentio.

2 ἀγορὰν Αἰθίοπες ἀπάγουσιν] similem ἀγορὰν Σιτάτων, vel vt Ptolemaeo vocantur, Βασιλέων describit Autor Peripli maris Erythr. qui Arriano vulgo tribuitur p. 37. prout quidem is locus accipitur. Is. Vossio obseruationibus ad Melam p. 261. Quamuis ex ipso illo autore non nisi obscurissimis indiciis ea colligas. Clarius, quod de Seribus Mela habet lib. III. c. 7. *Seres, genus plenum iustitiae, ex commercio, quod rebus in solitudine relictis cum proximis nolissimum.* Qui plane est idem mos, qui apud Philostra-

δωσιν. οἱδ' ἀνελόμενοι[3], πᾶσαν ξυμφέρουσιν ἐς τὸν αὐτὸν χῶρον ἀγορὰν Αιγυπλίαν, ἴσα ἀξίαν, ὠνούμενοι τῶν αὐτοῖς ὄντων τὰ μὴ ὄντα. οἱ δὲ τὰ ὅρια τῶν ἠπείρων οἰκοῦντες, οὔπω μέλανες, ἀλλὰ ὁμόφυλοι τὸ χρῶμα, μελαίνονται γὰρ ἧττον μὲν Αιθιόπων, μᾶλλον δὲ[4] Αιγυπλίων. ξυνεὶς δ' ὁ Απολλώνιος τὸ τῆς ἀγορᾶς ἦθος, οἱ δὲ χρηστοὶ, ἔφη, Ελληνες, ἢν μὴ ὀβολὸς ὀβολὸν τέκῃ, καὶ τὰ ὤνια αὐτοῖς ἐπιτιμήσωσι[5] καπηλεύοντες καὶ καθειργνύντες[6], ἃ φασι ζῆν· ἀλλ', ὁ μὲν θυγατέρα σκηπτόμενος ἐν ὥρᾳ γάμων, ὁδὶ υἱὸν, ἤδη τελοῦντα ἐς ἄνδρας, ὁδὶ ἐράνου πλήρωσιν, ὁδὶ ὡς οἰκοδομοῖτο οἰκίαν, ὁ δὲ ὡς αἰσχύνοιτο χρηματιστὴς ἧττων τοῦ πατρὸς δόξαι. καλῶς δ' ἂν εἶχεν, ἢν ὁ πλοῦτος ἀτίμως ἔπραττεν, ἰσότης τε ἤνθει,

μέλας δ' ἀπέκειτο σίδηρος[7],

ἐμονοούντων ἀνθρώπων, καὶ ἡ γῆ πᾶσα εὐδόκει μία.

qui vero tollunt eas, congerunt in eundem locum omnis generis merces Aegyptias, pretio non inferiores; eis, quorum ipsis est copia, mercati ea, quorum copia eis non est. Qui vero limites vtriusque regionis inhabitant, nigri nondum sunt, sed vtriusque gentis colorem trahunt: nigrescunt enim minus quam Aethiopes quidem, paulo magis tamen quam Aegyptii. Cum hanc mercandi autem consuetudinem intellexisset Apollonius, boni vero, inquiebat, Graeci, nisi obolus obolum pariat, resque venales iniquo pretio ipsi sibi aestiment, sordidum mercatum exercentes, & studiose eas custodientes, viuere se non posse dicunt. Nempe [hoc faciunt,] alius quidem iam nubilem filiam videns, filium alius ad virilem aetatem prouectum; alius collatitiae pecuniae summam vt conficiat; alius vt domum aedificet; alius quod turpe sit mercatori, si [opibus] inferior parente videatur. Bene vero haberet, si nullo in pretio diuitiae essent, floreret autem aequalitas,

nigrum ferrumque iaceret,

hominibus inter se concordibus; terraque adeo omnis vna videretur.

Τοιαῦτα διαλεγόμενος, καὶ ξυμβάλλων τῶν διαλέξεων, ὥσπερ εἰώθει, ποιούμενος τὰς καιρὰς, ἐχώρει ἐπὶ Μέμνονος[1]. ἡγεῖτο δ' αὐτοῖς μειράκιον Αιγύπλιον, ὑπὲρ οὗ τάδε ἀναγράφει Δάμις. Τιμασίων μὲν τῷ μειρακίῳ τούτῳ ὄνομα ἦν, ἐφήβῳ[2] δὲ ἄρτι ὑπανθεῖ, καὶ τὴν ὥραν ἔτι[3] ἔῤῥωτο. σωφρονοῦντι δὲ αὐτῷ, μητρυιὰ ἐρῶσα ἐνέκειτο[4], καὶ χαλεπὸν τὸν πατέρα ἐποίει. ξυντιθεῖσα μὲν δὴ ἓν, ὥπερ ἡ Φαίδρα, διαβάλλουσα δ' αὐτὸν ὡς θῆλυν, καὶ ἐραστὰς μᾶλλον ἢ γυναίοις χαίροντα. ὁ δ' ἐκλιπὼν Ναυκράτιν, ἐκεῖ γὰρ ταῦτα ἐγίγνετο, περὶ Μέμφιν διητᾶτο. καὶ ναῦν

Haec differens Apollonius, atque differendo, vt mores eius ferebant, ex temporis ratione occasionem captans, ad Memnonis praefecturam perrexit. Ducebat autem eos adolescens Aegyptius, de quo talia scribit Damis. Timasionis erat huic adolescenti nomen: ephebis autem iam fere egressus erat, corporisque adhuc forma praestabat. Castitatis autem obseruantissimus cum esset, nouerca, amore eius capta, illi molesta fuerat, patremque aduersus ipsum irritauerat. Nihil quidem commenta eorum, quae Phaedra olim: sed tamen illum, vt qui muliebris patientiae esset accusabat, & maribus a quibus amaretur magis gauderet, quam feminis. Ille igitur Naucrati relicta, ibi enim haec acta fuerant, circa Memphim degebat. Atque illic nauicula Cap. III.

---

tum Aethiopibus tribuitur. Eo quoque Martiani Cappellae spectant ista de Seribus: *appositione mercium sine colloquio gaudent implere contractum.* Vnde & Plinii illa de iisdem verba lib. VI. c. 17. explicanda monuit Vossius: *coetum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia expetunt.*

3 οἱ δ' ἀνελόμενοι &c.] praua distinctio in editis turbauit hic interpretes, vt nihil viderent. Sic enim in editis οἱ δὲ ἀνελόμενοι πᾶσαν, ξυμφέρουσιν &c.

4 ἧττον μὲν Λιθ. μᾶλλον δὲ] editi habebant οἱ μὲν ἧττον Αιθιοπ. οἱ δὲ μᾶλλον, quod locum habere hoc loco non posse, nemo non videt.

5 αὐτοῖς ἐπιτιμ.] nempe Aethiopes non ipsi sibi aestimabant merces suas, sed in via publica exponentes eas emtoribus pretii arbitrium relinquebant.

6 καὶ καθειργνύντες] exciderant haec in editione Morelli: habent Aldina & MSS. omnes. Nempe Aethiopes contra faciebant πάντα ἀφύλακτα, vt paulo ante dictum, in via publica exponentes.

7 μέλας δ' ἀπέκειτο σίδηρος] alludit ad locum Hesiodi. Εργ. καὶ ἡμ. v. 160.

— — μέλας δ' ἐκ ἔσκε σίδηρος.

Puto autem sensum esse: vtinam auri amore cessante, ἰσότης, aequalitas, valeret vbique, & cum ea pax & amicitia mutua inter homines (φιλία enim, vt Pythagoras docebat, ἰσότης, vid. Diog. VIII, 10.) atque ita fiat, vt *ferri* ad gladios & arma nullus amplius sit vsus.

CAP. III. 1 ἐπὶ Μέμνονος] subintelligo hic νομὸν vel χῶρον. Est enim *Memnonius* νομὸς inter Aethiopas, vt Ptolemaeo obseruatum, & Μέμνονας Aethiopicum ἔθνος Stephanus & Agathemeres memorant. Ibi autem Memnonis τέμενος, ad quod paulo post narratur veniisse, cap. 4.

2 ἐφήβῳ] Suid. in τιμασ. male habet ἐφήβῃς.

3 ἔτι] omittitur apud Suidam.

4 ἐνέκειτο] Suid. ἐπέκειτο.

mise-

miſera comparata in Nilo nauclerum agebat. Fluuio igitur naui adſcendentem videns Apollonium, cum deſcenderet ipſe, ſapientibus viris plenam eſſe nauim pariter intellexit, (ex palliis id coniectans, & libris, quos tenentes ſtudebant,) & vt vna nauigare concederent ſibi, ſapientiae ſtudioſo, orabat. Tum Apollonius, bonus, inquit, adoleſcens hic eſt, o viri, dignemur ergo eo quod petit. Hiſtoriamque nouercae ſociorum iis qui proximi aſtabant ſubmiſſa voce narrabat, dum adoleſcens adhuc remis ad eos contenderet. Vbi vero naues ſibi inuicem appropinquaſſent, tranſiliens Timaſion, atque ad gubernatorem ſuum de onere nauis fatus nonnulla, viros ſalutauit. Iubens autem Apollonius vt e regione ſibi conſideret, o adoleſcens, inquiebat, Aegyptie, (indigena enim mihi eſſe videris,) quid boni maliue abs te ſit geſtum expone, vt horum quidem veniam a me conſequaris ob aetatem, ex illis viciſſim laudem conſequaris, atque mecum, & cum iſtis philoſophiam ſecteris. Erubeſcere autem videns Timaſionem, oriſque formam aliter aliterue componere, modo ad dicendum, modo ad tacendum, petitionem identidem vrgebat, quaſi nihil omnino de illo praeuidiſſet. Confirmatus igitur Timaſion, o Dii, inquit, qualemnam eſſe me dicam? malus enim non ſum: vtrum vero bonum me exiſtimare fas ſit ignoro, nam iniuſte nihil egiſſe, nulla eſt laus. Tunc Apollonius, papae, inquit, adoleſcens, quaſi ab Indis inſtitutus mihi loqueris, idem enim diuinus ſentit Iarchas. Sed quomodo ita ſentis & a quo edoctus? videris enim cauere ne certa aliqua re impingas. Cum autem, eo narrare occipiente, quomodo aggreſſa eum nouerca fuerit, ipſe autem amantem deſtituerit, clamor eſſet ſublatus, quod eadem diuinitus praedixiſſet Apollonius; reſpondens

δὲ ἤδη ἄτοπον[5] ἐκέκτητο, καὶ ἐναυκλήρει ἐν τῷ Νείλῳ. ἰδὼν ἂν ἀναπλέοντα τὸν Ἀπολλώνιον, καταπλέων αὐτὸς, ξυνῆκέ τε[6] ὡς ἀνδρῶν σοφῶν εἴη τὸ πλήρωμα, ξυμβαλόμενος τοῖς τρίβωσι[7] καὶ τοῖς βιβλίοις, εἷς προσεσπάδαζον, καὶ ἱκέτευε προσδέχεσθαί οἱ τῆς τοῦ πλοῦ[8] κοινωνίας, ἐρῶντι σοφίας. ὁ δ' Ἀπολλώνιος, σώφρων, ἔφη, ὁ νεανίσκος ὅδε, ὦ ἄνδρες[9], καὶ ἀξιώσθω ὧν δεῖται. καὶ διῆλθε τὸν περὶ τῆς μητρυιᾶς λόγον πρὸς τοὺς ἐγγὺς τῶν ἑταίρων, ὑφειμένῳ τῷ τόνῳ, προσπλέοντος τοῦ μειρακίου ἔτι. ὡς δὲ ξυνῆσαν αἱ νῆες, μεταβὰς ὁ Τιμασίων, καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ κυβερνήτην εἰπών τι ὑπὲρ τοῦ φόρτου, προσεῖπε τοὺς ἄνδρας. κελεύσας δ' ἂν αὐτὸν ὁ Ἀπολλώνιος κατ' ὀφθαλμὸν αὐτῷ ἰζῆσαι, μειράκιον, ἔφη, Αἰγύπτιον, ἔοικας γὰρ τῶν ἐπιχωρίων εἶναί τις, τίσοι φαῦλον, ἢ τί χρηστὸν εἴργασαι, λέξον· ὡς τῶν μὲν λύσις[10] παρ' ἐμοῦ γένοιτό σοι δι' ἡλικίαν, τῶν δ' οὐ ἐπαινεθῇς[11], ἐμοί τε ξυμφιλοσοφοίης καὶ τοῖσδε. ὁρῶν δὲ τὸν Τιμασίωνα ἐρυθριῶντα, καὶ μεταβαλόντα τὴν ὁρμὴν τοῦ σώματος[12] ἐς τὸ λίξαι τί, ἢ μή, θαμὰ ἤρετο τὴν ἐρώτησιν, ὥσπερ ὑδεμιᾷ προγνώσει ἐς αὐτὸν κεχρημένος. ἀναθαρσήσας[13] δὲ ὁ Τιμασίων, ὦ θεοί, ἔφη, τίνα ἐμαυτὸν εἴπω; κακὸς μὲν γὰρ οὐκ εἰμί· ἀγαθὸν δὲ εἰ χρὴ νομίζεσθαί με, οὐκ οἶδα, τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν, ὅπῃ ἔπαινος[14]. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, βαβαὶ, ἔφη, μειράκιον, ὡς ἀπὸ Ἰνδῶν μοι[15] διαλέγῃ, ταυτὶ γὰρ καὶ Ἰάρχα δοκεῖ τῷ θείῳ. ἀλλ' ὅπως ταῦτα δοξάζεις, καὶ ἔξ ὅτου; φυλαξαμένου γάρ τι ἁμαρτεῖν ἔοικας. ἐπεὶ δὲ, ἀρξαμένου λέγειν ὡς ἡ μητρυιὰ μὲν ἐπ' αὐτὸν φέροιτο, αὐτὸς δ' ἐρῶσῃ[16] ἐκπλὴξ, βοὴ ἐγένετο, ὡς δαιμονίως αὐτὰ τοῦ Ἀπολλωνίου προειπόντος· ὑπο-

---

5 ναῦν δὲ ἤδη ἄτοπον] vocem ἄτοπον Suid. omittit in Τιμασ. it. voce ἐναυκλήρει, ubi legit: ναῦν τε ἐκέκτητο ἤδη. Ατοπον autem eidem Suidae eſt κακὸν, μοχθηρὸν· Heſychio, πονηρὸν, αἰσχρόν. Niſi tamen ἄτοπον hic ordinarium magis ſignificatum, quo θαύμασιον notat, tueri malis: vt reſpiciatur ad formam nauis, quae plicatilis fuerit, quales in Aethiopia, quas humeris transferrent, quoties ad catarrhactas ventum, vid. Plin. H. N. V. 10. Hoc certe mihi probabilius videtur.

6 ξυνῆκε τε] τε addidimus autoritate MSS. omnium, nempe ſic coniungitur iſta orationis pars cum ſequente καὶ ἱκέτευε.

7 τρίβωσι] Nam habitus Philoſophorum *pallium*, vt notiſſimum.

8 τοῦ πλοῦ] probabilior lectio quam quae eſt in codice Vaticano, Palatino & Vratislauienſi, qui habent τοῦ πλάτους, quod Morello etiam in quibuſdam repertum. πλοῦς legit Suid. v. Τιμασ. quod praeferebat Salmaſ.

9 σώφρων ἔφη ὁ νεανίσκος ὅδε ὦ ἄνδρ.] edidi, vt apud Suidam inueni. In vulgatis erat σώφρων ὁ νεάνισκος ἔφη ὦ ἄνδ.

10 λύσις] *veniam* verti, quo ſenſu vox manifeſte occurrit inf. c. 5. μῆνα τοῦτοι ἑβδομὸν ἱκετεύει δεῦρο, καὶ ἔπω λύσις. priores interpretes non ſatis commode: *vt a malis quidem libereris.*

11 ἐπαινεθῇς] Suid. v. Τίμασ. ἐπαινεθεὶς, quod Salmaſ. praefert.

12 σώματος] haec lectio MSS. omnium, quod vulgato σώματος praeferre non dubitaui, accedente & Suidae autoritate l. c.

13 ἀναθαρσήσας] Suid. ἀθαῤῥήσας.

14 τὸ γὰρ μὴ ἀδικ. ὅπῃ ἔπαινος] ſimilis Iarchae ſententia ſupra lib. III. cap. 25. vid. & inf. in Apologia lib. VIII. cap. 7.

15 μοι] ita e Suida reſcripſi pro μὲ.

16 ἐρώσῃ] Suid. ἐρώσης quod praefert Salmaſ.

λαβὼν

λαβὼν δὲ ὁ Τιμασίων, ὦ λῷστοι, ἔφη, τί πεπόνθατε; τοσοῦτον γὰρ ἀπέχει τὰ εἰρημένα θαύματος, ὅσον, οἶμαι, γέλωτος[17]. καὶ ὁ Δάμις, ἕτερόν τι, ἔφη, ἐθαυμάσαμεν, ὃ μήπω γιγνώσκεις. καὶ σὲ δὲ μειράκιον ἐπαινοῦμεν, ὅτι μηδὲν οἴει λαμπρὸν εἰργάσθαί σοι[18]. Ἀφροδίτῃ δὲ θύεις, ὦ μειράκιον; ἤρετο ὁ Ἀπολλώνιος[19]. καὶ ὁ Τιμασίων, νὴ Δί', εἶπεν, ὁσημέραι[20]. πολλὴν γὰρ ἡγοῦμαι τὴν θεὸν ἀνθρωπείοις τε καὶ θείοις πράγμασιν. ὑπερησθεὶς ἂν ὁ Ἀπολλώνιος, ψηφισώμεθα[21], ἔφη, ὦ ἄνδρες[22], ἐστεφανῶσθαι αὐτὸν ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ πρὸ Ἱππολύτου, τοῦ Θησέως. ὁ μὲν γὰρ εἰς τὴν Ἀφροδίτην ὕβρισε[23], καὶ διὰ τοῦτο ἴσως[24] οὐδὲ Ἀφροδισίων ἥψατο, οὐδὲ ἔρως ἐπ' αὐτὸν ἠδεῖς ἐκώμαζεν, ἀλλ' ἦν[25] ἀγροικοτέρας τε καὶ ἀτέγκτου μοίρας. ἔτοιμος δὲ ἥψασθαι τῆς θεοῦ φάσκων, οὐδὲν πρὸς τὴν ἐρῶσαν ἔπαθεν, ἀλλ' ἀπῆλθεν, αὐτὴν δείσας τὴν θεὸν, εἰ τὸ κακῶς ἐρᾶσθαι[26] μὴ φυλάξαιτο. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ διαβεβλῆσθαι πρός ὅν τινα[27] τῶν θεῶν, ὥσπερ πρὸς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ἱππόλυτος, οὐκ ἀξιῶ σωφροσύνης. σωφρονέστερον γὰρ τὸ περὶ πάντων θεῶν εὖ λέγειν, καὶ ταῦτα Ἀθήνησιν, ἔνθα καὶ ἀγνώστων δαιμόνων βωμοὶ[28] ἵδρυνται. τοσαῦτα ἐς τὸν Τιμασίωνα αὐτῷ ἐσπεδάσθη· πλὴν ἀλλὰ Ἱππόλυτόν γε ἐκάλει αὐτὸν διὰ τὰς ὀφθαλμὰς, οἷς τὴν μητρυιὰν εἶδεν[29]. ἐδόκει δὲ καὶ σώματος ἐπιμεληθῆναι, καὶ γυμνασικῆς ἐπαφροδίτως ἅψασθαι.

Timaſion, amici, dixit, quid patimini? tantum enim quae dico ab admiratione abſunt, quantum, opinor, a riſu. Tum Damis, aliud, inquit, eſt, quod miramur, quod nondum noſti. Teque etiam, o adoleſcens, laudamus, quod nihil te egiſſe praeclari arbitraris. Apollonius autem, Venerine ſacrificas, o adoleſcens? interrogauit. Ita per Iouem, inquit Timaſion, & quotidie quidem. Multum enim Deam illam humanis diuiniſque rebus intereſſe cenſeo. Quo ipſo valde delectatus Apollonius, decreto communi, inquit, o viri, temperantiae cauſa adoleſcenti huic coronam adiudicemus prae ipſo Hippolyto, Theſeide. Hic enim Venerem contemtui habebat, ac propterea forte venereo affectu ne afficiebatur quidem; neque [forte] cupidinum quiſquam ad eum cum luſibus ſuis diuertit, verum agreſtis magis rudiſque ſors ei obtigit. Hic autem, Deae obnoxium ſe profeſſus, nihil tamen ab amante commotus eſt, ſed abiit, ipſius Deae metuens [iram,] ab amore nefando niſi abſtineret. Ipſum autem hoc, vt aduerſus quemcunque Deorum infenſo quis animo ſit, vt aduerſus Venerem Hippolytus fuit, in virtutis laude non pono. Maioris enim virtutis eſt bene de omnibus Diis ſentire, maxime Athenis, vbi etiam ignotis Diis arae ſunt conſtitutae. Haec de Timaſione philoſophatus eſt, Hippolytum tamen ipſum appellabat propter oculos, quibus nouercam aſpexit. Obſeruatus autem eſt corporis quoque curam habere, & gymnaſticis venuſte ſe exercere.

Ὑπὸ τούτῳ ἡγεμόνι παρελθεῖν φασιν ἐς τὸ τέμενος τοῦ Μέμνονος. περὶ δὲ τοῦ Μέμνονος τάδε ἀναγράφει Δάμις[1]. Ἠῶ μὲν παῖδα γενέσθαι αὐτὸν, ἀποθανεῖν δὲ οὐκ ἐν Τροίᾳ, ὅτι μηδὲ ἀφικέσθαι ἐς Τροίαν, ἀλλ' ἐν Αἰθιοπίᾳ τελευτῆσαι, βασιλεύσαντα Αἰθιόπων γενεὰς πέντε[2]. οἱ δὲ αὐτοῦ

Hoc igitur duce ad ſacrum Memnoni locum ſe aiunt veniſſe. De Memnone autem Damis refert ſequentia. Aurorae eum fuiſſe filium, occubuiſſe vero non apud Troiam, vt qui ad Troiam ne venerit quidem; ſed in Aethiopia deceſſiſſe, cum imperaſſet Aethiopibus per generationes quinque. Ipſi Cap. IV.

17 ὅσον οἶμαι γέλ.] Suid. habet ὅσον καὶ γέλ.

18 σοὶ] hanc voculam adieci ex Suida.

19 Ἀπολλώνιος] αὐτὸν addit Suidas.

20 ὁσημέραι] γε addit Suidas, quod mihi elegantius videtur.

21 ψηφισώμεθα] Suid. v. κωμάσαι legit ψηφίσωμεν.

22 ὦ ἄνδρες] pro iſtis ὧδε legit Suidas voc. Τιμασ. & κωμαζ.

23 ὕβρισε] poſt hanc vocem Suid. addit ὁ δὲ ἀ.

24 ἴσως] hanc voculam Suidas omittit.

25 ἀλλ' ἦν] editi habebant additas voculas, γάς τις, quas omiſit Suidas v. κωμάσαι. Idem tamen v. Τίμασ. & ἄτεγκτος legit: ἀλλ' ἦν τῆς &c.

26 κακῶς ἐρᾶσθαι] vide obſeruata ad lib. I. c. 12. n. 2.

27 ὅν τινα] ſic Suidas. editi ὄντινα.

28 ἀγνώστων δαιμόνων βωμοὶ] de quibus paſſatim Meurſius in Atticis, & viri docti ad Actuum Apoſtolic. cap. 17. Dubium tamen an hic intelligantur arae, quae numero vnitatis ἀγνώστῳ θεῷ inſcriptae fuere, qualem Paulus reſpexit, an aliae ἀγνώστοις θεοῖς inſcriptae: ſed vide Reineſ. Theſ. Inſcr. p. 1. ſq.

29 οἷς τὴν μητρυιὰν εἶδεν] cognata phraſis inf. lib. VII. c. 42. vbi Domitianus κακῶς ἰδεῖν dicitur iuuenem quem deperibat, vid. ibi notata.

CAP. IV. 1 τάδε ἀναγράφει Δάμις] plane diuerſa ab iis, quae vulgo Graeci. vid. Philoſtrat. in vitis Sophiſtar. *Neſtore* & ibi notata. Videri etiam poſſunt plura de *Memnone* collecta Kirchero in Oedipo.

2 γενεὰς πέντε] per γενεὰς omne tempus Mythicum & res eo geſtas diſponere Graecos notum: de earum vero exacto calculo fruſtra laborari puto, quid enim exactum certumque in fabulis? vulgo γενεὰν XXV vel XXX annis metiuntur, vel etiam C annos in tres γενεὰς partiuntur. Multa de hoc argumento Lindenbrog. ad Cenſorin. de

tamen

tamen, cum sint mortalium maxime longaeui, Memnonem lugent, vt adolescentem admodum, eumque ceu morte praematura abreptum deplorant. Locum autem, vbi positus est, antiquo foro similem dicunt esse, qualia fora in olim habitatis ciuitatibus relinquuntur, vbi & columnarum visuntur rudera, & parietum vestigia, sedes item & limina, & Hermae, partim manu, partim tempore consumptae. Memnonis autem statuam solis radiis obuerti imberbem: & ex lapide esse nigro, vtrumque autem pedem coniunctum esse, prout fert indoles statuariae, artis quae Daedali aeuo viguit, manusque rectas sedi inniti: sedere enim ita vt in procinctu surgendi sit. Istum autem corporis habitum, oculorumque vigorem, & quicquid de ore, loquentem referente, canunt ipsi, & reliquum tempus omne minus quidem sibi admirationi fuisse perhibent, nondum enim in istis vim operantem apparere. Vbi vero solis radius in statuam incidisset, (id autem circa solis ortum euenire,) se quidem ab admiratione temperare sibi non potuisse. Vocem enim emittere simulatque radius ad eius os peruenisset. Videri autem oculos iucundos magis lucem intueri, sicut ii mortalium solent, qui valde sole delectantur. Et tunc quidem se intellexisse aiunt, quod soli assurgere videatur: vt solent ii qui Deum stantes venerantur. Sacra igitur Aethiopi soli & Memnoni Eoo vbi fecissent, sic enim ea numina sacerdotes appellant, istum quidem ab *brendo* & calefaciendo, illum vero a matre [*Eoe* h. e. *aurora*] cognominantes; camelis vecti ad Gymnosophistarum sedes profecti sunt.

Cap. V. In virum autem cum incidissent, qui eo quo Memphitae solent habitu incederet, & hinc inde vagaretur magis, quam ad certum locum contenderet, Damis quisnam esset, & quam ob causam ita oberraret? interrogauit. Tum Timasion, me, inquit, interrogetis, non vero ipsum. Ipse enim non facile dixerit vobis, quid sibi euenerit, eo quod pudeat fortunae qua vtitur. Ego autem qui noui virum, atque condoleo, omnia quae eum

εἰδ', ἐπειδὴ μακροβιώτατοι ἀνθρώπων[3] εἰσὶν, ὀλοφύρονται τὸν Μέμνονα, ὡς κομιδῇ νέον, καὶ ὅσα ἐπὶ ἀώρῳ κλαίουσι. τὸ δὲ χωρίον, ἐν ᾧ ἵδρυται, φασὶ μὲν προσεικέναι ἀγορᾷ ἀρχαίᾳ, οἵαι τῶν ἀγορῶν ἐν πόλεσί ποτε οἰκηθείσαις λείπονται, σηλῶν παρεχόμεναι τρύφη, καὶ τειχῶν ἴχνη, καὶ θάκους, καὶ φλιάς, Ἑρμῶν τε ἀγάλματα, τὰ μὲν ὑπὸ χειρῶν διεφθορότα, τὰ δὲ ὑπὸ χρόνου. τὸ δὲ ἄγαλμα τετράφθαι πρὸς ἀκτῖνα, μήπω γενειάσκον· λίθου δὲ εἶναι μέλανος. ξυμβεβηκέναι δὲ τῷ πόδε[4] ἄμφω, κατὰ τὴν ἀγαλματοποιΐαν τὴν ἐπὶ Δαιδάλου, καὶ τὰς χεῖρας ἀπερείδειν ὀρθὰς ἐς τὸν θάκον· καθῆσθαι γὰρ ἐν ὁρμῇ τοῦ ὑπανίστασθαι· τὸ δὲ σχῆμα τοῦτο, καὶ τὸν τῶν ὀφθαλμῶν νοῦν[5], καὶ ὁπόσα τοῦ σώματος ὡς φθεγξαμένου ἄδουσι, καὶ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον[6] ἧττον θαυμάσαι φασίν, ὅπως γὰρ ἐνεργὰ φαίνεσθαι· προσβαλούσης δὲ τὸ ἄγαλμα τῆς ἀκτῖνος, τοῦτο δὲ γίγνεσθαι περὶ ἡλίου ἐπιτολὰς, μὴ κατασχεῖν τὸ θαῦμα, φθέγξασθαι μὲν γὰρ παραχρῆμα τῆς ἀκτῖνος ἐλθούσης αὐτῷ ἐπὶ στόμα. φαιδροὺς δὲ ἰσάναι τοὺς ὀφθαλμοὺς δόξαι πρὸς τὸ φῶς, οἷα τῶν ἀνθρώπων οἱ εὐήλιοι. τότε ξυνεῖναι λέγουσιν, ὅτι τῷ ἡλίῳ δοκεῖ ὑπανίστασθαι[7], καθάπερ οἱ τὸ κρεῖττον ὀρθοὶ θεραπεύοντες[8]. θύσαντες δὲν ἡλίῳ τε Αἰθίοπι, καὶ Ἠοῖ Μέμνονι, τοῦτο γὰρ ἔφραζον οἱ ἱερεῖς, τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ αἴθειν τε καὶ θάλπειν, τὸν δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς[9] ἐπονομάζοντες· ἐπορεύοντο ἐπὶ καμήλων ἐς τὰ τῶν Γυμνῶν ἤθη.

Ἀνδρὶ δὲ ἐντυχόντες, ἐσταλμένῳ τρόπον ὃν περ οἱ Μεμφῖται, καὶ ἀλύοντι μᾶλλον ἢ ξυντείνοντι, ἤροντο οἱ περὶ τὸν Δάμιν ὅστις εἴη, καὶ ὅτῳ πλανῷτο; καὶ ὁ Τιμασίων, ἐμὲ, ἔφη, πυνθάνεσθε, ἀλλὰ μὴ τοῦτο. ὅστις μὲν γὰρ δὴ ἂν εἴποι πρὸς ὑμᾶς τὸ ἑαυτοῦ πάθος, αἰδοῖ τῆς ξυμφορᾶς, ἧ κέχρηται. ἐγὼ δὲ γιγνώσκων τὸν ἄνδρα καὶ ἐλεῶν,

die natali. cap. 17. Boeclerus ad lib. III. Herodiani p. 419. Pagius Diss. Hypat. pag. 185. 189. Hammond. de iure Episc. c. 2. §. 2. Dodwell. Diss. III. in Iren. §. 3. &c.

3 μακροβιώτατοι ἀνθρ.] sic & ex Isigono Plinius refert H. N. VII, 2. Aethiopas esse Macrobios.

4 ξυμβεβ. δὲ τῷ πόδε] vid. notata s. ad lib. IV. c. 27.

5 τὸν τῶν ὀφθαλμῶν νοῦν] vide notata s. ad lib. II. c. 22.

6 καὶ τὸν μ. ἄλλον χρόνον] sensus est, non nisi eo tempore statuam istam mirabilem visam, quo solis in eam radii inciderent.

7 ὅτι τῷ ἡλίῳ δοκεῖ ὑπανίστασθαι] nempe, vt paulo ante dictum, statua illa ita efficta, vt surgere velle videretur. Igitur ea mente statuarium iam monet hanc statuam ita effinxisse, vt reuerentia solis & gaudio excitatus Memnon surgere velle videretur.

8 οἱ τὸ κρεῖττον ὀρθοὶ θεραπ.] τὸ κρεῖττον h. e. *Deos* stantes *adorandos* Numa quoque sanxit, qui apud Plutarch. p. 69. περιεργέσθαι προσκυνοῦντας, καὶ καθῆσθαι προσκυνήσαντας, cuius moris considendi statim post preces, precumque adeo stando peractarum, vestigium etiam apud Pindarum Isthm. VI. vbi descripta precatione & oraculo Herculis ὡς ἄρα εἰπὼν αὐτίκα ἵζετο inquit.

9 ἀπὸ τῆς μητρὸς] ab *aurora* quae Graecis Ἠώς, vnde *Eous* Memnon.

λέξω τὰ περὶ αὐτὸν πάντα. ἀπέκτονε γὰρ Μεμφίτην τινὰ ἄκων. κελεύουσι δ' οἱ κατὰ Μέμφιν νόμοι, ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ δεῖν φεύγειν, καὶ ἐπὶ τοῖς Γυμνοῖς εἶναι[1]. κἂν ἐκνίψηται τῷ φόνῳ, χωρεῖν ἐς ἥθη, καθαρὸν ἤδη, βαδίσαντα πρότερον ἐπὶ τὸ τῷ πεφονευμένῳ σῆμα, καὶ σφάξαντά τι ἐκεῖ ἱερεῖον μέγα. τὸν δὲ χρόνον, ὃν ἔπω τοῖς γυμνοῖς ἐνέτυχεν, ἀλᾶσθαι χρὴ περὶ ταυτὶ τὰ ὅρια, ἕστ' ἂν αἰδέσωνται αὐτὸν, ὥσπερ ἱκέτην. ἤρετο δὴ τὸν Τιμασίωνα ὁ Απολλώνιος, πῶς οἱ Γυμνοὶ περὶ τῷ φεύγοντος ἐκείνῳ φρονοῦσιν; ὁ δὲ, οὐκ οἶδα, εἶπε. μῆνα γὰρ τουτονὶ ἕβδομον ἱκετεύει δεῦρο, καὶ ἔπω λύσις. ὦ σοφὸς λέγεις ἄνδρας, ἔφη, εἰ μὴ καθαίρουσιν αὐτὸν, μηδὲ γιγνώσκουσιν ὅτι φίλισκος, ὃν ἀπέκτεινεν ἕτος, ἀνέφερεν ἐς Θαμοῦν[2] τὸν Αἰγύπτιον, ὃς ἐδῄωσέ ποτε τὴν τῶν γυμνῶν χώραν. θαυμάσας δ' ἂν ὁ Τιμασίων, πῶς, ἔφη, λέγεις; ὡς γε, εἶπε, τὸ μειράκιον τί πέπρακται. Θαμοῦν γάρ, ποτε νεώτερα ἐπὶ Μεμφίταις πράττοντα, ἠλεγξαν οἱ Γυμνοὶ, καὶ ἔσχον· ὁ δὲ ὁρμῆς ἁμαρτὼν, ἔκειρε πᾶσαν ἣν ἔτοι νέμονται, ληϊστρικῶς γὰρ περὶ Μέμφιν ἐῤῥώτο. τοῦτο φιλίσκου, ὃν ἕτος ἀπέκτεινεν, ὁρῶ ἔκγονον τρίτον ἐπὶ τῷ δεκάτῳ[3], κατάρατον δηλαδὴ τούτοις, ὧν ὁ Θαμοῦς τότε διεπόρθει τὴν χώραν· καὶ πῶ σοφὸν[4], ὃν σεφανῶν ἐχρῆν, εἰ καὶ προνοήσας ἀπέκτεινε, τοῦτον ἀκουσίᾳ μὲν, ὑπὲρ αὐτῶν δ' εἰργασμένῳ, μὴ καθῆραι; ἐκπλαγὲν δὴ τὸ μειράκιον, ξένε, εἶπε, τίς εἶ; καί ὁ Απολλώνιος, ὃν ἂν, ἔφη, παρὰ τοῖς Γυμνοῖς ἕυρῃς[5]. ἐπεὶ δέ ἔπω μοι ὅσιον προσφθέγξασθαι τὸν ἐν τῷ αἵματι, κέλευσον αὐτὸν, ὦ μειράκιον, θαῤῥεῖν, ὡς αὐτίκα δὴ καθαρεύσοντα, εἰ βαδίσειεν ἕ καταλύω. ἀφικομένῳ δὲ ἐπιδράσας, ὅσα Εμπεδοκλῆς[6] τε καὶ Πυθαγόρας[7] ὑπὲρ καθαρσίων νομίζουσιν, ἐκέλευσε κατασείχειν ὡς καθαρὸν ἤδη τῆς αἰτίας.

concernunt exponam. Nempe Memphitam quendam interfecit inuitus, Memphiticae autem leges homicidii inuiti reum fugere praecipiunt, & Gymnosophistis se sistere. Quod si lustratus ob caedem fuerit, in patriam eum reuerti purum, vbi prius ad interemti tumulum accesserit, atque sacrificium ibi mactauerit, non magni pretii. Tempore autem illo omni quo a Gymnosophistis non fuerit admissus, in his oberrare oris ipsum oportet, quoad ipsum tanquam supplicem respexerint. Timasionem igitur interrogauit Apollonius, vt Gymnosophistae in fugitiuum istum essent animati? Ille vero, id quidem ego nescio, dixit. Mensem nempe hunc septimum heic supplex iam est, neque adhuc veniam est indeptus. Viros, regerebat ille, parum sapientes narras, si hunc lustrare nolint; neque sciant Philiscum, quem is interfecit, a Thamo Aegyptio genus ducere, qui Gymnosophistarum regionem populatus est olim. Id vero miratus Timasion, quid dicis? inquit. Hoc ipsum, ait Apollonius, quod adolescens ille patrauit. Thamum enim res nouas olim apud Memphitas molientem, increpauere Gymnosophistae & coercuere: ille vero excidens ausis omnem regionem quam illi habitant euastauit, latrociniis enim circa Memphin inualuit. Ex huius genere Philiscum, quem iste interemit, tertia decima generatione prognatum video, execrabilem, vt patet, iis, quorum regionem Thamus ea aetate vastauit. Quomodo vero sapiens hoc sit factum, quem coronare par erat, si consulto vel maxime illum interfecisset, eum ab inuoluntaria quidem caede, quae tamen ipsorum emolumento patrata fuit, purgare nolle? Stupens igitur adolescens, quisnam es, inquit, o hospes? is quem apud Gymnosophistas inuenies, respondit Apollonius. Sed quoniam nondum mihi fas est sanguine pollutum affari, bono animo illum esse iube, o adolescens; vt qui breui criminis expiationem sit consecuturus, si eo venerit, vbi ego diuersabor. Quo postquam ille veniisset, Apollonius peractis super eo iis, quae Empedocles & Pythagoras de purgationibus sanxere, abire iussit, tanquam iam absolutum a crimine.

Ἐντεῦθεν ἐξελάσαντες ἡλίῳ ἀνίσχοντος, ἀφίκοντο πρὸς μεσημβρίας ἐς τὸ τῶν Γυμνῶν φρον-

Inde porro oriente sole profecti sub meridiem, ad Gymnosophistarum scholam perue- Cap. VI

CAP. V. 1 ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ δεῖν φεύγειν, καὶ ἐπὶ τοῖς Γυμνοῖς εἶναι] sic ex cod. Vaticano restituimus. In editis manifesta perturbatio. Nam ita illi: κελ. δ. οἱ κατὰ Μ. νόμοι τὸν φεύγοντα ἐπ' ἀκουσίῳ, δεῖν δὲ φεύγειν, ἐπὶ τοῖς Γυμνοῖς εἶναι.

2 Θαμοῦν] est ex antiquissimis Aegypti Regibus Θαμοῦς, cuius Plato meminit in Phaedro. Eum ab Hippopotamo discerptum periisse narrat Syncellus p. 54. Vnde quae de planctu Θαμοῦς apud Ezechielem Prophetam sunt, nonnulli explicant, quem Osiridem vel Adonidem putant.

3 τρίτον ἐπὶ τῷ δεκ.] male editi ἀπὸ pro ἐπί.

4 πῶ σοφὸν;] malim πῶς σοφὸν;

5 ἕυρῃς] h. e. cuius sapientiam & virtutem apud Gymnosophistas penitus cognosces, ex conversatione cum illis instituta.

6 Εμπεδοκλῆς] eius καθαρμοὺς memorat Laertius VIII, 63. & Athenaeus XV, 3.

7 καὶ Πυθαγόρας] quem Orphicos καθαρμοὺς restituisse ait Iamblichus de vita Pythag. cap. 28. p. 138.

nerunt. Gymnosophistas hosce autem habitare dicunt modicum aliquem collem, non longe a Nili ripis. Sapientia vero magis ab Indis superari, quam Aegyptios superant ipsi. Vestitu porro vti Gymnosophistas eodem, quo apricantes Athenienses. Arbores in illa praefectura perpaucas esse, lucumque non adeo magnum, in quo de rebus communibus acturi conueniant. Sacella vero non vnum illis vt Indis, sed aliud in alia collis parte, atque ea omnino cura adornata, qua apud Aegyptios esse feruntur. Colunt autem maxime Nilum, quem fluuium terram simul & aquam esse arbitrantur. Et tugurio quidem aut domo nihil indigent, sub dio degentes. Diuersorium tamen hospitibus inseruiturum constituerunt, paruam porticum, Eleorum exaequantem porticus, in quibus Athleta meridianam praeconis vocem expectat.

Cap. VII. Heic Euphratis opus Damis commemorat: id vero puerile plane esse dicamus, imo ignobilius factum, quam philosophiam addeceat. Nempe, cum saepius ex Apollonio audiuisset, velle se Indorum sapientiam cum Aegyptiorum sapientia conferre, Thrasybulum ad Gymnosophistas misit, Naucratitam, qui apud illos Apollonium calumniaretur. Ille ergo se quidem cum iis conuersandi studio venire dixit, mox autem & Tyanensem venturum: idque ipsis non exiguum allaturum esse discrimen, meditari enim eum aliquid maius quam Indorum sapientes, quos ille summis laudibus omni oratione extollat. Innumera

τιστήριον. τὰς δὲ Γυμνὰς τάτας οἰκεῖν μὲν ἐπί τινος λόφε [1] φασὶ ξυμμέτρε, μικρὸν ἀπὸ τῆς ὄχθης τᾶ Νείλε. σοφίαν δὲ Ινδῶν λείπεσθαι πλέον, ἢ προὔχειν Αιγυπτίων. Γυμνὰς δὲ ἐσάλθαι κατὰ ταῦτα τοῖς εἰληθερᾶσιν Αθήνησι. δένδρα δὲ ἐν τῷ νομῷ ὀλίγα, καί τι ἄλσος ἀ μέγα, ἐς ὃ ξυνιᾶσιν ὑπὲρ τῶν κοινῶν. ἱερὰ δὲ ἀκ ἐς ταυτὸν ὥσπερ τὰ Ινδῶν, ἄλλο δὲ ἄλλῃ τᾶ γηλόφε ἵδρυται, σπυδῆς ἀξιόμενα, ὡς Αιγυπτίων λόγοι. θεραπεύσι δὲ Νεῖλον μάλιστα, τὸν γὰρ ποταμὸν τᾶτον ἡγᾶνται γῆν καὶ ὕδωρ [2]. καλύβης μὲν ἂν, ἢ οἰκίας ἀδὲν αὐτοὶ δέονται, ζῶντες ὑπαίθριοι καὶ ὑπὸ τῷ ἀρανῷ αὐτῷ. καταγωγὴν δὲ ἀποχρῶσαν τοῖς ξένοις ἐδείμαντο, σοὰν ἀ μεγάλην, ἰσομήκη ταῖς Ηλείων, ὑφ' αἷς ὁ ἀθλητὴς περιμένει τὸ μεσημβρινὸν κήρυγμα [3].

Ενταῦθά τι ἀναγράφει Δάμις Ευφράτα ἔργον· ἡγώμεθα δὲ αὐτὸ μειρακιῶδες, ἀλλ' ἀφιλοτιμότερον [1] τᾶ φιλοσοφίᾳ προσήκοντος. ἐπεὶ γὰρ τᾷ Απολλωνίᾳ θαμὰ ἤκουε, βουλόμενα σοφίαν Ινδικὴν ἀντικρῖναι Αιγυπτίᾳ [2], πέμπει παρὰ τὰς Γυμνὰς Θρασύβουλον, τὸν ἐκ Ναυκράτιδος, ὑπὲρ διαβολῆς τᾶ ἀνδρός. ὁ δὲ ἥκειν μὲν ὑπὲρ ξυνουσίας ἔφη, τῆς πρὸς [3] αὐτὰς, ἀφίξεσθαι δὲ καὶ τὸν Τυανέα· τατὶ δὲ ἐκείνοις ἀγῶνα ἔχειν ἀ σμικρόν, φρονεῖν τι γὰρ αὐτὸν ὑπὲρ τὰς Ινδῶν σοφὰς [4], ἃς ἐν λόγῳ παντὶ αἴρει. μυρίας δὲ ἐλέγ-

---

CAP. VI. 1 λόφε] ad imitationem Indorum, a quibus orti sunt. vid. s. lib. III. c. 10.

2 γῆν καὶ ὕδως] scilicet limus in Nilo multus, cui tota etiam Aegyptus natales debere credita. vid. s. c. 1, n. 4.

3 τὸ μεσημβρ. κήρυγμα] nempe in Olympiis graviora certamina, quale *pentathlum* &c. horis pomeridianis exhiberi solita, vt antemeridianis leuiora, iis itaque temporibus praeconis voce athletae citabantur. vid. Petr. Fabr. Agonistic. lib. I. cap. 30.

CAP. VII. 1 ἀλλ' ἀφιλοτιμότερον] sic cod. Palatin. & Vratisl. vulgati ἀλλὰ φιλοτιμότερον. Vtrumque ferri potest; nam φιλότιμος & *ambitiosum* notat, & *generosum* animum. Cur tamen praetulerim ἀλλ' ἀφιλοτιμότερον causa est, quod supra etiam lib. III. c. 15. φιλότιμον de generosa & mascula indole vsurpet, Indos miracula sua non θαυματοποιίας causa praestare dicens, id enim non pati τὸ φιλότιμον eorum. Oppositum itaque ἀφιλότιμον hic exprobratur Euphrati.

2 Αιγυπτίᾳ] manifestum est, Γυμνοσοφιστῶν hic intelligi sapientiam, quae Αιγυπτία dicitur, antiqui nominis usus habita ratione, quo Αιγυπτος dicebatur, quicquid terrarum a Nili inde fontibus usque ad ostia pateret, ut ad libri III. cap. 19. ostensum, adde libri huius cap. 1. & ad illud not. 7. Hoc sensu etiam accipiendum, quod inf. in Apologia ad Domitian. lib. VIII. cap. 17. sect. 12. ait κατ' Αιγυπτον οἱ Γυμνοὶ. *Nudi in Aegypto*, quos interpretor Gymnosophistas Aethiopas. Hoc autem variae confusionis causa fuit doctiss. Scheffero nostro, de philosoph. Italica p. 17. sq. Nempe distinguendos Γυμνὰς & Γυμνοσοφίας, & hos *Indos*, illos *Aegyptios* sapientes esse sine fundamento putat. Nempe Γυμνοὶ & Γυμνοσοφίαι neque *Indi* neque *Aegyptii* sunt Philostrato, sed *Aethiopes*, qui Aegypto attribuuntur ex antiqua nominis ratione, qua *Aegyptus* omnem *Aethiopiam* complectebatur. Neque vllus idonei scriptoris locus afferre poterit, quo Γυμνοὶ dicti legantur *Aegyptiorum* sapientes. Rursum Αιγύπτιοι ponuntur ἀντὶ Αιθιόπων lib. VIII. cap. 7. s. 4. remque omnem penitus euincit locus l. III. c. 15. quo ex ὁμιλίᾳ πρὸς ΑΙΓΥΠΤΙΟΥΣ allegantur, quae ipsis syllabis inueniuntur in oratione ad Thespesionem & *Aethiopum Gymnosophistas* libri huius VIti c. 2. Hinc etiam vix dubitem supra lib. III. c. 19. vbi Iarchas dicit μετεμψύχωσιν a Pythagora Graecis, ab Indis vero *Aegyptiis* traditam esse, Aethiopas potissimum respici, ei enim ex India in partem Aegypti, quae postea Aethiopia dicta, transierunt. Eandem rationem loquendi in vitis Sophistarum etiam obserues, vbi ΑΙΓΥΠΤΩΙ ΠΑΣΙΝ ὑποτεθάφθαι dicitur Alexander Peloplaton, vtque id firmetur, additur ἀφίκετο γὰρ καὶ ἐς τὰ τῶν ΓΥΜΝΩΝ ἤθη *vita Alexandri* §. 2.

3 τῆς πρὸς] τῆς agnoscunt MSS. nostri, editi non perinde.

4 φρονεῖν τι γὰρ αὐτὸν ὑπὲρ τ. Ινδῶν σοφὰς] priores interpretes: *quod se Tyaneus multo sapientiorem existimat propter Indorum sapientes.* Certe non respondet huic interpretationi constructio partic. ὑπὲρ. Malim *quam Indorum sapientes*, sed sequens historia ostendit id quidem Timasionem calumniatum haut esse. Ille potius igitur mihi sensus esse videtur: *mente maius quippiam quam Indos agitare, atque moliri Apollonium contra* Γυμνὰς *ipsos Aethiopas*, qui non contentus scilicet sit, quod *Indi* faciebant, absen-

ξεις ἐπ' αὐτὲς συνεσκευάσθαι, ξυγχωρεῖν τε ὅτε ἡλίῳ ἅδειν, ὅτε ὐρανῷ, καὶ γῇ[5], κινεῖν γὰρ, καὶ ὀχεῖν αὐτὸν ταῦτα, καὶ μετατάττειν οἷ βέλεται. τοιαῦτα ὁ Ναυκρατίτης ξυνθεὶς, ἀπῆλθεν.

autem argumenta contra ipsos eum comparasse: & neque soli quicquam, neque coelo, aut terrae permittere, motum enim illis tribuere atque impetum, situmque, vt visum fuerit. Haec vbi Naucratita commentus esset, discessit.

Οἱδ', ἀληθῆ ταῦτα ἡγούμενοι, τὴν μὲν ξυνουσίαν ἃ παρῆντο ἥκοντος, ὑπὲρ μεγάλων δὲ σπουδάζειν ἐπλάττοντο, καὶ πρὸς ἐκείνοις εἶναι, ἀφίξεσθαι δὲ καὶ κἀκείνῳ ἐς λόγους, ἢν σχολὴν ἀγάγωσι, μάθωσί τε ὅ, τι βούλεται, καὶ ὅτε ἐρῶν ἥκει. ἐκέλευε δὲ ὁ παρ' αὐτῶν ἥκων, καὶ καταλύσειν αὐτὲς ἐν τῇ στοᾷ[1]. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ὑπὲρ μὲν στέγης, ἔφη, μηδὲν διαλέγε, ξυγχωρεῖ γὰρ πᾶσιν ὁ ὐρανὸς ὁ ἐνταῦθα γυμνοῖς ζῆν· διαβάλλων αὐτὲς, ὡς ἃ καρτερία γυμνὲς, ἀλλ' ἀνάγκη[2]· ὅ, τι δὲ βούλομαι, καὶ ὑπὲρ ὅτε ἥκω, τὲς μὲν ἃ θαυμάζω μήπω γιγνώσκοντας, Ινδοὶ δέ με ἐκ ἤροντο ταῦτα[3]. ὁ μὲν δὴ Ἀπολλώνιος, ἐνὶ τῶν δένδρων ὑποκλιθεὶς, ξυνῆν τοῖς ἑταίροις ὁπόσα ἠρώτων.

Illi autem, vera ista esse rati, non penitus qui- Cap. VIII.
dem cum eo, vbi aduenisset, colloqui recusarunt; sed de rebus magnis tum quidem se dispicere simulauerunt, iisque nunc totos esse intentos: cum illo tamen etiam se collocuturos, vbi otium sibi fuerit, sciuerintque quid velit, & quid petens ad ipsos accesserit. Iussit autem, qui missus ab iis fuerat, vt & ipse cum sociis Apollonius in porticu diuersaretur. Ast Apollonius, de tecto, inquiebat, verba facere noli, omnes enim quod hic est coelum nudos viuere patitur: (perstringens eos, non constantia, sed necessitate nudi qui essent:) quid autem velim, aut cuius rei causa huc venerim, ipsos quidem nonduum nosse haut miror, Indi tamen talia minime interrogarunt. Interea Apollonius, sub arbore quadam reclinis, sociis quaecunque vellent interrogandi copiam faciebat.

Ἀπολαβὼν δὲ τὸν Τιμασίωνα ὁ Δάμις, ἤρετο ἰδίᾳ· οἱ Γυμνοὶ ἔτοι, βέλτιστε, ξυγγέγονας γὰρ αὐτοῖς ἐς τὸ εἰκὸς, τί σοφοί εἰσι; πολλὰ, ἔφη, καὶ μεγάλα. καὶ μὴν ἃ σοφὰ, εἶπεν, αὐτῶν, ὦ γενναῖε, τὰ πρὸς ἡμᾶς ταῦτα. τὸ γὰρ μὴ ξυμβῆναι τοιῷδε ἀνδρὶ ὑπὲρ σοφίας, ὄγκῳ δ' ἐπ' αὐτὸν χρήσασθαι, τί φῶ ἐκ οἶδα, ἢ τύφον, ὦ ἑταῖρε· τύφον, ἔφη, ὃν ἔπω πρότερον[1] περὶ αὐτὲς

Timasionem autem a turba seducens Damis, Cap. IX.
seorsim interrogauit, Gymnosophistae isti, amice, (cum eis enim, vt verosimile, conuersatus es,) quanam re sapiunt? In multis, respondit, ac magnis. Attamen, inquiebat Damis, vir optime, sapientiae non est ille quo nobiscum procedunt modus. Nolle enim cum tanto viro de sapientia conferre, fastuque erga ipsum vti, quid dicam nescio, nisi typhum, amice. Imo typhum, respondit, [Timasion] quem ego, qui bis iam

---

tes eos reprehendere, sed praesentes confutaturus veniat, vt mox sequitur, μυρίας ἐλέγξεις ἐπ' αὐτὲς paratas habens. Hocque est, quod paulo ante dixit: *aduentum* Apollonii ἐκείνοις ἀγῶνα ἔχειν ἐ σμικρόν. Pateor tamen, me malle legi ὑπὲρ τῶν Ινδῶν σοφῶν, vt sensus sit, eum moliri aliquid contra Gymnosophistas, *pro Indis*, quos scilicet sapientia illos vincere, demonstrare paret.

5 ξυγχωρεῖν τε ὅτε ἡλίῳ ἅδειν ὅτε ὐρανῷ, καὶ γῇ] puto hoc eo spectare, quod Apollonius cum Indis philosophis non propriam atque innatam virtutem soli, terrae, coelo tribuat, qua agere & efficere aliquid possint, sed instrumenta esse dicat κατὰ τὸν Θεῖ νέῳ ἐπιτηδεια καὶ φοιτῶντα, vt supra philosophantes audimus Indos lib. III. cap. 34. fin. Vnde & eod. libro sequente cap. 35. *naui* mundum confert, cuius motus ordinatus a gubernatore pendeat. Quod item reliqua omnia, quae vulgo soli tribuuntur, vt motum circa terram &c. neget, similiterque de coelo & terra in multis aliter statuat, quod calumniator ille dicit ἅδειν ξυγχωρεῖν ἡλίῳ &c. Ipsum vero Apollonium κινεῖν dicit καὶ ὀχεῖν οἷ βέλεται, quod non *mouere* est &c. sed *motum tribuere*, vel dicere, *quod moueatur*, recepto non Graecis tantum, verum & aliis loquendi genere. Quemadmodum supra dicebatur Homerus ἄγειν ἐς Τροίαν Heroas, quod non *adducere* est, sed referre *adductos* esse, vt alia eius generis innumera tum apud Philostratum tum apud alios taceam. Motum autem tribuere dicit eis οἷ βέλεται, quoniam, quem sensus ipsis corporibus adiudicant motum, menti diuinae Apollonius tribuat, vltra sensus ad causas sublimiores procedens. Dicit item eum ista μετατάττειν, aliter de systemate mundi quam vulgus & Ptolemaici, sensibus errantibus obsecundantes, statuentem: solemque quem terram hancce circumire sensus suadeat, in centro magni orbis ponentem. Quod Naucratitae est μετατάττειν οἷ βέλεται, cum rationem esse nullam posse putet, qua istud sensuum iudicium destruatur, precariamque adeo & *arbitrariam* censeat istam μετάταξιν, indoctus. Quod si tamen his magiae Apollonium accusari dixeris a calumniatore, & quod coelum & sidera in sua potestate esse putet, vt iactabant magi, non multum me repugnantem habebis, quamuis prius illud verisimilius videatur.

CAP. VIII. 1 ἐν τῇ στοᾷ] de qua paulo ante cap. 6. fin.

2 ἀνάγκη] ob summos nempe solis in hac plaga aestus.

3 ἐκ ἤροντο ταῦτα] nempe Iarchas statim nouerat Apollonium, omniaque ei gesta, quidque petens ad Indos venisset. vid. s. lib. III. c. 9.

CAP. IX. τί φῶ ἐκ οἶδα ἢ τύφον, ὦ ἑταῖρε. τύφον, ἔφη, ὃν ἔπω πρ.] male in editis translocatum fuerat librariorum oscitantia verbum ἔφη, & post prius τύφον positum, quod non potuit non turbare interpretes. Iam integer patet sensus. Nempe Damis interrogat Timasionem, an

eos

καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἔδος[3], καὶ τὸ τῆς Κνιδίας[4] τε καὶ τὸ τῆς Ἀργείας[5], καὶ ὁπόσα ὧδε καλὰ καὶ μετὰ ὥρας. ἆ μόνον, ἔφη, ταῦτα, ἀλλὰ καὶ καθάπαξ τὴν μὲν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀγαλματοποιΐαν ἀπ[ε]σθαί φημι τῷ προσήκοντος, ὑμᾶς δὲ καταγελᾶν τῷ θείῳ μᾶλλον, ἢ νομίζειν αὐτό. οἱ Φειδίαι δὲ, εἶπε, καὶ οἱ Πραξιτέλαι μὲν ἀνελθόντες ἐς τὸν ὠρανὸν, καὶ ἀπομαξάμενοι τὰ τῶν θεῶν εἴδη, τέχνην ἀυτὰ ἐποιῆντο; ἢ τί ἕτερον ἦν, ὃ ἐφίσῃ αὐτὰς τῷ πλάτ[ε]ειν; ἕτερον, ἔφη, καὶ μεγόν γε σοφίας πρᾶγμα. ποῖον, εἶπεν; ἆ γὰρ ἄν τι παρὰ τὴν μίμησιν εἴποις. φαντασία, ἔφη, ταῦτα εἰργάσατο, σοφωτέρα μιμήσεως δημιργός. μίμησις μὲν γὰρ μόνον δημιργήσει ὃ εἶδε, φαντασία δὲ καὶ ὁ μὴ εἶδεν, ὑποθήσεται γὰρ αὐτὸ πρὸς τὴν ἀναφορὰν τῶ ὄντος· καὶ μίμησιν μὲν πολλάκις ἐκπρᾶξει ἔκπληξις, φαντασίαν δὲ ἀδέν, χωρεῖ γὰρ ἀνέκπληκτος, πρὸς ὃ αὐτὴ ὑπέθετο. δεῖ δέ πᾳ διὸς μὲν ἐνθυμηθέντα εἶδος ὁρᾶν αὐτὸν ξὺν ὠρανῷ, καὶ ὥραις, καὶ ἄστροις, ὥσπερ ὁ Φειδίας τότε ὥρμησεν[6], Ἀθηνᾶν δὲ δημιργήσειν μέλλοντα, φρατόπεδα ἐννοεῖν, καὶ μῆτιν, καὶ τέχνας, καὶ ὡς Διὸς αὐτῷ ἀνέθορεν. εἰ δὲ ἱέρακα[7], ἢ γλαῦκα[8], ἢ λύκον[9], ἢ κύνα[10] ἐργασάμενος, ἐς τὰ ἱερὰ φέροις, ἀντὶ Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀπόλλωνος, τὰ μὲν θηρία, καὶ τὰ ὄρνεα ζηλωτὰ δόξει[11] τῶν εἰκόνων, οἱ δὲ θεοὶ παραπολὺ τῆς αὐτῶν δόξης ἐσήξουσιν[12]. ἔοικας, εἶπεν, ἀβασα-

ladis simulacrum, & Gnidiae Veneris & Argiuae Iunonis, & quotquot ita elegantia & pulcritudine scatent. Non eas solum, inquit Apollonius, sed generatim artem quae in ceteris quoque est decori obseruantem esse aio, vos autem ludibrio potius habere Deos, quam serio eos esse putare. Phidiae vero, respondebat Thespesion, Praxitelaeque, num quaeso coelum conscendentes, atque imagines Deorum effingentes, artem inde sibi formarunt? an aliud fuit quippiam, quod eos fingendi arti applicauerit? Aliud fuit quippiam, Apollonius respondit, & quidem sapientia plenissimum. Quodnam vero id est, altero inquirente? Nihil enim praeter imitationem allegare possis. Phantasia, aiebat Apollonius, haec perfecit, sapiens magis quam imitatio magistra. Nempe imitatio hoc solum, quod vidit, efficit, phantasia vero etiam quod non vidit, hoc enim sibi sistit ita, vt rem referat. Imitatio praeterea ausis saepius vt excidat, exterrita mens efficit, phantasia [vt excidat, efficit] nihil, ipsa enim nihil turbata ad id conuertitur, quod sibi ipsi sistere coepit. Oportet autem eum, qui Iouis animo concipit speciem, praesentem quasi videre eum vna cum coelo, & Horis, & astris, quo Phidias tum impetu latus est, Palladem vero ficturum exercitus animo complecti, consiliaque & artes, & quomodo ex ipso Ioue prosilierit. Si vero accipitrem, aut noctuam, aut lupum vel canem a te formatum in templa adduxeris, ad repraesentandum Mercurium, Pallademque aut Apollinem; feris, atque auibus dignitas accedet ex imaginibus, Dii autem longe infra suam dignitatem deiicientur. Videris, inquiebat Thespesion, an-

---

summa arte erat elaboratus. Plin. XXXIV, 19. *Opus* id esse ait *quod nemo aemuletur*. Fuse describit Pausan. lib. V. adde Iunium de pictoribus, p. 157.

3 Ἀθηνᾶς ἔδος] in Parthenone, Phidiae itidem opus ex ebore, de quo Plin. l. c. Pausanius Atticis p. 2. & 43. Cicero in Paradox. Ouidius lib. 4. de Ponto eleg. I. 31. Iunius l. c. p. 157.

4 τὸ τῆς Κνιδίας] nempe *Veneris* Gnidiae intelligit statuam, celeberrimum Praxitelis opus, de quo multa passim veteres. v. Plin. H. N. XXXVI. 4. & quae ibi notauit Harduinus, item collecta Iunio de pictoribus, statuariis &c. p. 177.

5 τὸ τῆς Ἀργείας] Iunonis Argiuae statuae Polycleto praecipuam gloriam peperit. Fuse de ea Pausan. l. II. aliique veterum apud Iunium p. 169. sq.

6 ὥρμησεν] nescio, an non legendum potius ὥρασε.

7 ἱέρακα] respondent haec animalia nominibus Deorum, quae sequuntur: nam illi animalibus istis apud Aegyptios fuere repraesentati: *vulture* quidem *Apollo* seu *Sol*. Igneae enim naturae animalia autori ignis attributa *lacertus*, *leo*, *draco*, *accipiter*: autor Porphyrius de abstin. lib. IV. Hinc mansio ἱερακῶν in itiner. Antonini.

8 γλαῦκα] *noctua* Pallas repraesentata. Vnde & Graecis ales illa Palladi sacra. Notum autem Palladem Athenienſium esse Aegyptiam *Neith*, vt Plato in Timaeo docet.

9 λῦκον] *lupus* itidem *Apollinem* repraesentauit *solem*. Adscribi meretur Macrobii locus ex Saturnal. I. 17. λύκον *solem vocare Lycopolitana Thebaidos ciuitas testimonio est, quae pari religione* APOLLINEM *itemque* IVPVM, *hoc est* λῦκον *colit, in vtroque solem venerans: quod hoc animal rapit & consumit omnia in modum solis, ac plurimum oculorum acie cernens tenebras noctis euincit.* Hinc factum puto, vt *lupi* simulacrum in Delphico templo esset: nempe omnes Deos suos ab Aegyptiis accepere Graeci, adeoque Apollinem etiam: ideoque animal, quod symbolum eius esset, in templo eius habuere, vt *noctuam* quoque Palladi iungebant. Causas enim eius rei, quas Ael. hist. animal. l. XII. c. 76. adducit, genuinas esse vix putem.

10 κύνα] *canes* Mercurii symbolum apud Aegyptios. Insignis locus Plutarchi de Iside & Osiride p. 355. τὸν κύνα — Ἑρμῆν λέγεσιν — τῷ ζῴῳ τὸ φυλακτικὸν καὶ ἄγρυπνον, καὶ τὸ φιλόσοφον, γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ, τὸ φίλον καὶ τὸ ἐχθρὸν ὁρίζοντος, ᾗ, φησὶν ὁ Πλάτων, τῷ λογιστάτῳ τῶν θεῶν συνοικείωσιν. Sic enim legendam ultimam vocem non dubito, nam nihili est vox, quam Xylandri exhibet editio κυνικυῶσιν. Extat autem locus Platonis, quem respicit lib. II. de Rep. T. II. opp. p. 376. ed. Serrani. Hinc *Cynopolytis Nomos* & *Cynon* oppidum prope Thmuin, de quibus Plinius, Strabo, itinerarium Antonini & Hieronymus ad Esaiam. Memoratque a Prospero Alpino acceptum Pignorius, hodienum in Aegypto *canibus* ad diripiendos cibos vocandis acclamari *Tao, Tao*. In quo vestigia ille agnoscit nominis *Thoth*, vel *Thoyth*, vel *Taaut*, quod Mercurium apud Aegyptios significasse notum. vide eum *Exposit. mensae Isiac.* f. 41.

11 δόξει] sic MSS., editi minus commode δόξειν.

12 παραπολὺ τ. αὐτ. δόξης ἐσήξουσιν] sic fere Apostolus

tequam

tequam examinasti reiicere nostra. Prudens vero, si quod aliud, Aegyptiorum consilium, quod formas Deorum temere referre non audeant, verum symbolicas repraesentent & occulti aliquid sensus habentes, ita enim magis etiam venerabiles videbuntur. Ad ea subridens Apollonius, magnum, inquit, o homines, ex Aethiopum Aegyptiorumque sapientia fructum accepistis, si venerabilior vobis, & ad Deos repraesentandos aptus magis esse videbitur aut canis, aut Ibis, aut hircus: ita enim a sapiente accipio Thespesione. At illis, venerationis, aut terroris quid quaeso est? Periuros enim, & sacrilegos, & blasphemorum turbam contemnere verosimile est magis, quam timere sacras eiusmodi imagines. Quod si vero venerabile est magis, quod in istis mens contemplatur; magis certe venerabilis futura esset Deorum in Aegypto conditio, si nullum plane eorum poneretur simulacrum, sed alio modo, & aliquanto maiore sapientia, & arcana quadam ratione theologiam vos tractaretis. Licuisset enim templa construere illis, & altaria quae sint erigenda docere, quae sacrificia illis offerenda item, quae minus, quoue tempore, & quamdiu, quibus verbis additis solennibus, quo ritu: nullum autem inferre simulacrum, sed Deorum effigies illis relinquere [sibi fingendas,] qui templa ingrederentur. Aliquid enim mens ipsa delineat, & omni opificum arte melius repraesentat. Vos autem Diis & vt oculis & vt menti pulcri sisterentur ademistis. Tum Thespesion, fuit, inquit, Socrates quidam, Athenienſis senex, aeque ac nos stolidus, qui canem, anseremque & platanum Deos & putabat, & iuramento colebat. Minime vero stolidus, respondit Apollonius; sed diuinus & vere sapiens: iurabat enim per ista, non tanquam Deos, sed ne per Deos iuraret.

νίσως ἐξετάζειν τὰ ἡμέτερα. σοφὸν γὰρ, εἴ πέρ τι Αἰγυπτίων, καὶ τὸ μὴ θρασύνεσθαι ἐς τὰ τῶν θεῶν εἴδη, ξυμβολικὰ δὲ αὐτὰ ποιεῖσθαι, καὶ ὑπονοούμενα, καὶ γὰρ ἂν καὶ σεμνότερα ἔτω φαίνοιτο. γελάσας ἔν ὁ Ἀπολλώνιος, ὦ ἄνθρωποι, ἔφη[13], μεγάλα ὑμῖν ἀπολέλαυται τῆς Αἰγυπτίων τε καὶ Αἰθιόπων σοφίας, εἰ σεμνότερον ὑμῶν καὶ θεοειδέστερον κύων δόξει, καὶ Ἶβις[14], καὶ τράγος[15]· ταῦτα γὰρ Θεσπεσίωνος ἀκούω τοῦ σοφοῦ. σεμνὸν δὲ δὴ ἢ ἔμφοβον τί ἐν τούτοις; τὸς γὰρ ἐπιόρκους, καὶ τὸς ἱεροσύλους, καὶ τὰ βωμολόχα ἔθνη καταφρονεῖν τῶν τοιούτων ἱερῶν εἰκὸς μᾶλλον, ἢ δεδιέναι αὐτά. εἰ δὲ σεμνότερα ταῦτα ὑπονοούμενα[16], πολλῷ σεμνότερον ἂν ἔπρατ̃ον[17] οἱ θεοὶ κατ' Αἴγυπτον, εἰ μὴ ἵδρυτό τι αὐτῶν ἄγαλμα, ἀλλ' ἕτερον τρόπον, σοφώτερόν τι καὶ ἀπορρητότερον τῇ θεολογίᾳ κεχρῆσθε[18]. ἦν γάρ πω νεὼς μὲν αὐτοῖς ἐξοικοδομῆσαι, καὶ βωμὸς ὁρίζειν, καὶ ἃ χρὴ θύειν καὶ ἃ μὴ χρὴ, καὶ ὁπηνίκα καὶ ἐφ' ὅσον, καὶ ὅ, τι λέγοντας ἢ δρῶντας· ἄγαλμα δὲ μὴ ἐσφέρειν[19], ἀλλὰ τὰ εἴδη τῶν θεῶν καταλείπειν τοῖς τὰ ἱερὰ ἐσφοιτῶσιν[20]. ἀναγράφει γάρ τι ἡ γνώμη[21], καὶ ἀνατυπᾶται, δημιουργίας κρεῖττον. ὑμεῖς δὲ ἀφήρησθε τὸς θεὸς καὶ τὸ ὁρᾶσθαι καλῶς, καὶ τὸ ὑπονοεῖσθαι. πρὸς ταῦτα ὁ Θεσπεσίων, ἐγένετό τις, ἔφη, Σωκράτης, Ἀθηναῖος, ἀνόητος, ὡς περ ἡμεῖς, γέρων, ὃς τὸν κύνα, καὶ τὴν χῆνα, καὶ τὴν πλάτανον, θεὸς τε ἡγεῖτο, καὶ ὤμνυ· ἐκ ἀνόητος, εἶπεν, ἀλλὰ θεῖος, καὶ ἀτεχνῶς σοφός· ὤμνυ γὰρ ταῦτα, ἐχ' ὡς θεὸς, ἀλλ' ἵνα μὴ θεὸς ὤμνυ[22].

Paulus dicit: ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν. Rom. I. 23.

13 ὦ ἄνθρωποι] inuenerat Morellus in quibusdam ὦ θεοί. Sed deprauata illa est lectio, totumque sensum corrumpit.

14 Ἶβις] qualis sit auis, graphice Cicero depinxit lib. I. cap. 36. de nat. Deorum. *Isidi* sacrum fuisse animal eamque repraesentasse, notum. Vide Pignor. Expos. Mens. Isiac. f. 39. Hinc mansio ab ea aue denominata *in itiner. Antonini*. *Isis* autem Graecorum Ἀθήνη. Nam Saitica *Isis*, Aegyptiorum lingua *Neith*, Plutarcho de Is. & Osir. & Platoni in Timaeo diserte eadem cum Ἀθήνη esse affirmatur. Forte ipsum nomen quoque graecum ex Aegyptio est formatum. Sed ea de re alibi nos.

15 τράγος] notis apud Aegyptios *Hircus Mendesius*, Panis symbolum. Autore enim Luciano *Pan* apud Aegyptios colebatur ὅλος τράγος Dial. de sacrif. Hinc Graecis *capripes* est capite *cornuto*. adde Pignor. l. c. f. 11.

16 εἰ δὲ σεμνότερα τ. ὑπον.] dixerat supra Thespesion, non istas Aegyptios credere Deorum esse formas, quales horum animalium, sed *symbolice* iis τὰ σεμνότερα, in Diis quae sint, repraesentari. Hoc accipit Apollonius: at sic melius cum Diis actum iri putat, si nullae penitus eorum imagines conficiantur, sed solis templis & aris mens ad contemplationem diuinae naturae excitetur.

17 σεμνότερον ἂν ἔπρατ̃ον] vt εὖ πράττειν, quod in fronte epistolarum familiare, sic h. l. σεμνότερον πράττειν h. e. *esse* vel *vivere in conditione honorabili magis*.

18 κεχρῆσθε] vulgati κέχρησθαι. Praeiuit nobis cod. Vrbin. qui habebat ἐχρῆσθε.

19 ἄγαλμα δὲ μὴ ἐσφέρειν] sic multi sensere ex gentilium sapientibus: & integrae etiam nationes, Persae inprimis antiquiores & Aegyptii, vt est apud Diog. Laert. *Proocm.* vbi vide notata Menagio: ipsi quoque Romani temporibus Numae, vt est apud Plutarch. in vita eius. In Pythagorae symbolis est *Dei imaginem in annulo non esse circumferendam*.

20 καταλείπειν τοῖς τὰ ἱερὰ ἐσφοιτῶσι] καταλείπειν i. e. *permittere* animo fingenda cuiuis pro arbitrio. Nempe ita fore putat, vt quiuis sibi concipiat Deos ea forma, quae maxime sibi sit venerabilis.

21 ἡ γνώμη] siue νόησις, qua sola, vt Numa dixit, ἐφάπτεσθαι licet τῶν θεῶν. vid. Plutarch. vita eius.

22 ἵνα μὴ θεὸς ὤμνυ] MSS. habent ὀμνύει. De Socratis iuramentis autem res notissima ex Diogene Laertio &

Μεταταῦτα ὁ Θεσπεσίων, ὥσπερ μεθισάμενος τοῦτο τὸ λόγου, ἤρετο τὸν Ἀπολλώνιον περὶ τῆς Λακωνικῆς μάστιγος, καὶ εἰ δημοσίᾳ οἱ Λακεδαιμόνιοι παίονται; τὰς ἐξ ἀνθρώπων γε[1], εἶπεν, ὦ Θεσπεσίων, αὐτοὶ μάλιστα ἐλεύθεροί[2] τε καὶ εὐδόκιμοι. τὰς δὲ οἰκέτας ἀδικοῦντας, τί, ἔφη, ἐργάζονται; οὐκέτ' ἀποκτείνυσιν, εἶπεν, ὡς ξυνεχώρει ποτὲ ὁ Λυκοῦργος, ἀλλ' ἡ αὐτὴ καὶ ἐπ' ἐκείνας μάστιξ. ἡ δὲ Ἑλλὰς πῶς, ἔφη, περὶ αὐτῶν γιγνώσκει; ξυνίασιν[3], εἶπεν, ὥσπερ ἐς τὰ Ὑακίνθια[4], καὶ τὰς Γυμνοπαιδίας,[5] θεασόμενοι ξὺν ἡδονῇ τε καὶ ὁρμῇ πάσῃ. εἶτ' οὐκ αἰσχύνονται, ἔφη, οἱ χρηστοὶ Ἕλληνες, ἐς τὰς αὐτῶν ποτε ἄρξαντας[6] ὁρῶντες, μαστιγουμένους ἐς τὸ κοινόν; ἢ ἀρχθέντες ὑπ' ἀνθρώπων, οἳ μαστιγοῦνται δημοσίᾳ; σὺ δὲ πῶς ἂ διορθώσω ταῦτα; φασὶ γάρ σε καὶ Λακεδαιμονίων ἐπιμεληθῆναι[7]. ἄ γε, εἶπε, δυνατὸν ἦν διορθοῦσθαι, ξυνεβούλευον μὲν ἐγώ, προθύμως δ' ἐκεῖνοι ἔπραττον. ἐλευθερώτατοι[8] μὲν γὰρ τῶν Ἑλλήνων εἰσὶ, μόνοι δ' ὑπήκοοι τῷ ἓυ ξυμβουλεύοντες[9]. τὸ δὲ τῶν μαστίγων ἔθος τῇ Ἀρτέμιδι τῇ ἀπὸ Σκυθῶν[10] δρᾶται, χρησμῶν φασιν ἐξηγουμένων ταῦτα. θεοῖς δ' ἀντινομοθετεῖν, μανία οἶμαι. ἂ σοφὲς, ὦ Ἀπολλώνιε, ἔφη, τὰς τῶν Ἑλλήνων θεὰς εἴρηκας, εἰ μαστίγων ἐγίγνοντο ξύμβουλοι τοῖς τὴν ἐλευθερίαν ἀσκοῦσιν. ἂ μαστίγων, εἶπεν, ἀλλὰ τῷ αἵματι[11] ἀνθρώπων τὸν βωμὸν ῥαίνειν, ἐπειδὴ καὶ

Post haec Thespesion, vt qui sermonem istum mutatum vellet, interrogauit Apollonium de Laconum flagris, & vtrum publice Lacedaemonii verberibus caederentur? Imo, respondit Apollonius, & maximis quidem quibus ferire queant, o Thespesion, ipsi licet liberrimi sint & omnium maxime ingenui. Seruis igitur delinquentibus quid, inquit, faciunt? Non amplius eos interficiunt, dixit [Apollonius,] sicut olim concessit Lycurgus; sed eadem ipsos manent flagra. Graecis vero, inquiebat Thespesion, quid de iis videtur? concurrunt, aiebat Apollonius, tanquam ad Hyacinthia, aut Gymnopaediae festum, cum voluptate & alacritate omni spectantes. Itane vero non pudet, aiebat Thespesion, bonos illos Graecos, videntes illos, qui principatum inter eos olim tenuere, publice loris caedi? non pudet item, imperio obnoxios fuisse eorum, qui publice flagris caeduntur? Tu vero cur talia non emendasti? dicunt enim te Lacedaemoniorum curam etiam gessisse. Quousque, inquiebat Apollonius, possibile fuit vt emendarentur consiliis meis, eos adiuui, eaque illi promte sunt executi. Sunt enim Graecorum omnium liberrimi, nec alii parent nisi qui bene consuluerit. Flagris autem caedendi mos in Scythicae Dianae honorem obseruatur, oraculis, vt aiunt, ita praecipientibus. Diis autem aduersas sancire leges furor est, vt ego quidem arbitror. Tum Thespesion, parum sapientes, inquit, o Apolloni, Graecorum praedicas Deos, si flagris vt caederentur autores extitere iis, qui libertatis sunt studiosissimi. Non vt flagris caederentur, respondet, [autores fuere,] sed vt humano sanguine aspergerent aras, quoniam & apud

Cap. XX.

---

aliis multis. Ad rationem vero eorum, hic allegatam, pertinet, quod Suidas voc. χῆνα ὀμνύειν & Hesychius voc. Ραδαμάνθιος ὅρκος, iisque grauior autor Porphyrius lib. III. de abstinentia §. 16. narrant, Rhadamanthum legem tulisse, vt per anserem aliaque eius generis iuramenta fierent, ὑπὲρ τὸ μὴ τοὺς θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζειν. Additque diserte Porphyrius Rhadamanthi imitatione hoc feciisse Socratem.

CAP. XX. 1 τὰς ἐξ ἀνθρώπων γε] secutus sum in versione explicationem scholiastae cod. Palatini, & Acciaioli, qui dictum id interpretatur πάσας κατ' ἀνθρώπων, πληγάς.

2 αὐτοὶ μάλιστα ἐλεύθεροί &c.] haec addit Apollonius vt magis miretur Thespesion, gentem libertate maxime gloriantem flagris tamen, quod seruile vulgo supplicium, sese submittere. Hinc vocat μάλιστα ἐλεύθερους, sicut & paulo post ἐλευθερώτατοι dicuntur: nam vt Plutarch. in Lycurgo ἐν Λακεδαίμονι τὸ ἐλεύθερον μάλιστα ἐλεύθερον. Imo, vt Isocrates in Archidamo, ita *libertatem* sibi singularem vindicabant, ὡς μηδὲ τὰς τῶν ἐλευθέρων ἰσηγορίας ἀνασχέσθαι.

3 ξυνίασιν] male hic editi ξυνιᾶσι.

4 Υακίνθια] festum in quo laeta omnia, laetisque spectaculis oculi animique pascebantur, de quo plura Meursius Graec. feriat. p. 267.

5 Γυμνοπαιδίας] male editiones praecedentes γυμνοπαιδίας. Festi hoc nomen apud Lacones quod cum saltationibus peragebatur, v. Meurs. in *Orchestra*. Veram lectionem in marg. iam obseruauerat Morell. firmantque MSS. nostri.

6 ἄρξαντας] sic Vrbin. & Vratisl. editi male ἄρξοντας.

7 Λακεδαιμ. ἐπιμεληθ.] vid. §. lib. IV. c. 26. & 30.

8 ἐλευθερώτατοι] vide notata paulo ante n. 2.

9 μόνοι δ' ὑπήκοοι τῷ εὖ ξυμβ.] malim μόνοι, vel μόνως quam μόνοι, sensus est, liberrimos eos esse, vt qui nulli arbitrariae potestati sint obnoxii, sed rationis tantum atque legis agnoscant imperium, eique adeo pareant soli, qui iuxta rationem, h. e. bene in medium consulat.

10 Ἀρτέμιδι τῇ ἀπὸ Σκυθῶν] plura eam in rem collecta Meursio Graec. feriat. lib. II. p. 89. *Matrem Centauricam* vocat Luctatius ad Statii Theb. VIII. v. 434. eamque ab Oreste ex Scythia adductam ait.

11 ἂ μαστίγων ἀλλὰ τῷ αἵμ.] nempe oraculum prout apud Pausaniam refertur lib. III. c. 16. prope fin. praeceperat αἵματι ἀνθρώπων τῷ βωμῷ αἱμάσσειν; quod factum & in Scythia fuerat, hostiis oblatis humanis: quo spectant Luctatii verba l. c. *ne piaculum pasceretur intermissione solennis sacrificii, neue crudelitate Graeciae populus obediret, inuentum est, vt inter se impuberes pueri de sustinendis verberibus contenderent, ac se in patientiam prouocarent.* Ergo non est oraculi, vt hic Apollonius dicit, sed Graecorum, solenni sacro fine crudelitate satisfacere cupientium, haec μαστίγωσις inuentum.

Scy-

Scythas ille eis honor habetur. Lacedaemonii igitur sacrificium quod deprecari non possent callide interpretati, ad tolerantiae certamen accedunt, in quo & mortem liceat euitare & sanguine suo Deae litare. Quare igitur, inquiebat [Thespesion,] peregrinos Dianae non immolant, sicut facere quondam Scythis fuit sancitum? Quoniam, respondit [Apollonius,] Graecorum nemini placet Barbarorum mores vehementer imitari. Atqui, inquit ille, minus inhumani viderentur vnum aut duos immolantes, quam aduersus omnes lege de peregrinis expellendis vtentes. Caueamus, inquiebat [Apollonius,] o Thespesion, taxare Lycurgum. Oportet enim mentem assequi viri, & quod negata peregrinis mora non hoc intenderit, vt hominum morose refugerent societatem, sed vt mores essent integri magis, nullis in vrbe Spartana peregrinis versantibus. Ego autem, excipiebat [Thespesion,] Spartiatas tum demum viros crederem, quales videri cupiunt, si, etiam inter peregrinos degentes, a patriis non desciscerent [moribus.] Neque enim hoc tantum quod absentibus [illis,] verum & eo quod praesentibus [iisdem] sui deprehendantur similes, virtutis laudem comparatam habere par erat. At ipsi peregrinos cum maxime expellentes, mores tamen suos corruperunt, & quibus maxime Graecorum erant inimici, eorum facta visi sunt imitari. Res enim maritimae, & inde imperata vectigalia, consiliis Attieam indolem magis redolentibus debentur: & quae

παρὰ Σκύθαις τότων ἠξιῶντο. σοφισάμενοι δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸ ἀπαραίτητον τῆς θυσίας, ἐπὶ τὸν τῆς καρτερίας ἀγῶνα [12] ἥκουσιν, ἀφ' ἧς ἔστι μήτε ἀποθνήσκειν, καὶ ἀπάρχεσθαι τῇ θεῷ τῶ σφῶν αὐτῶν αἵματος. διατί ὤν, ἔφη, τὰς ξένας ἀ καταθύουσι τῇ Ἀρτέμιδι, καθάπερ ἐδικαίων ποτὲ οἱ Σκύθαι [13]; ὅτι, εἶπεν, ἀδενὶ Ἑλλήνων πρὸς τρόπω βάρβαρα ἐξασκεῖν ἤθη· καὶ μὴν Φιλανθρωπότεροι [14] ἐδόκων ἂν, ἕνα πω, καὶ δύο θύοντες [15], ἢ ξενηλασίᾳ χρώμενοι ἐς πάντας. μὴ καταπλώμεθα, εἶπεν, ὦ Θεσπεσίων, τῶ Λυκόργω [16]· χρὴ γὰρ ξυνιέναι τῶ ἀνδρὸς, καὶ ὅτι τὸ μὴ ἐνδιατρίβειν ἐᾷν τὰς ξένας, ἀκ ἀμιξίας [17] αὐτῷ νῶν εἶχεν, ἀλλὰ τῶ ὑγιαίνειν τὰς ἐπιτηδεύσεις [18], μὴ ἐνομιλούντων τῇ Σπάρτῃ τῶν ἔξωθεν. ἐγὼ δὲ ἄνδρας, ἔφη, Σπαρτιάτας ἡγοίμην ἄν, οἵοι δοκεῖν ἀξιοῦσιν, εἰ, συνδιαιτώμενοι τοῖς ξένοις, μὴ μεθίσαντο τῶν οἴκοι. ἀ γὰρ τῷ ἀπόντων [19], ἀλλὰ καὶ τῷ παρόντων ὁμοίως ἐρᾶσθαι ἔδει, οἶμαι, τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι. οἱ δὲ, καί τοι ξενηλασίαις χρώμενοι, διεφθάρησαν τὰς ἐπιτηδεύσεις, καὶ οἷς μάλιστα τῶν Ἑλλήνων ἀπήχθοντο, τούτοις ὁμοια πράττειν ἔδοξαν. τὰ γῶν περὶ τὴν θάλατταν [20], καὶ αἱ μεταταῦτα ἐπιτάξεις τῶν φόρων [21], Ἀττικώτερον [22] αὐτοῖς ἐβελεύθη· καὶ

---

2 τὸν τῆς καρτερίας ἀγῶνα] scilicet adolescentuli aris superpositi contendebant qui plura posset verbera sustinere. Βωμονεῖκαι inde dicti vide Hygin. fab. 261. adde Lutatium ad Statii Thebaid. l. c. aliosque Bernartio ad eum locum obseruatos. conf. & inf. libri VII. fine.

13 ἐδικαίων ποτὲ οἱ Σκύθαι] vide Lucianum de sacrific. T. I. p. 352. Horatii interpretem ad lib. I. od. 7. & Meurs. l. c. p. 88.

14 καὶ μὴν φιλανθρ.] editi καὶ μὴν καὶ φιλ. posterius καὶ omisi MSS. autoritate.

15 ἵνα πω, καὶ δύο θύοντες] nexus & sensus iste est. Apollonius μαστιγώσεως Laconum rationem reddiderat ex φιλανθρωπίᾳ eorum, qui homines mactari nollent. Thespesion respondet si φιλάνθρωποι adeo Lacones, cur omnes *peregrinos* vrbe pellunt? hoc enim saeuum magis quam mactatio vnius hominis aut duorum, olim Dianae Tauricae peragenda.

16 Λυκόργω] qui scilicet istius legis ξενηλασίας fuit autor.

17 ἀμιξίας] ἀνεπίμικτον πολιτείαν Lacedaemoniorum vocat Iosephus lib. II. c. Apion. atque difficile esse putat a Lacedaemoniis huius vitii culpam defendere, quod Iudaeis etiam exprobratum fuit a gentilibus vt vidimus s. lib. V. c. 29. vide ibi notata. περὶ τὰς ξένας ἀπανθρώπως Lacedaemonas dicit Suidas, quod explicat ἀμιξίας vocem h. l. positam.

18 τῶ ὑγιαίνειν τὰς ἐπιτηδεύσεις] sic Theophilus Institutionum I. ita Lycurgum statuisse ait, ἵνα μὴ διὰ τῆς τῶν ξένων ἐπιμιξίας διαφθείροιτο καὶ χεῖρον γένοιτο τὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἦθος.

19 ἀ γὰρ τῷ ἀπόντων] haec & lectione & distinctione in editis corruptissima; ita enim illi: ἀ γάρ τῶν ἀπόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν παρόντων ὁμοίως ἐρᾶσθαι. ἔδει ὤν, οἶμαι, τὰς ἀρ. pro τῶν quod est in editis, bis posui τῷ codicis Palatini autoritate; posteriore loco Vrbinas etiam cod. habet τῷ παρόντων: eamque lectionem in margine Morellus quoque annotauerat. Particulam ὤν codice Vrbinate praeeunte expunximus, atque ita distinctionem prout decet constituimus. Iam facile patet, orationem ita construendam esse ἀ γὰρ ἔδει, οἶμαι, τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι τῷ ὁμοίως ἐρᾶσθαι ἀπόντων (subint. τῶν ξένων) ἀλλὰ καὶ τῷ ὁμοίως ἐρᾶσθαι παρόντων (subint. αὐτῶν.) quod sensum fundit queni in versione dedimus toti orationis scopo & contextui conuenientissimum. Vocem ὁμοίως autem refero ad Lacedaemonios, quos *sui similes* esse debere dicit etiam inter peregrinos, hoc est constantes, moribus antiquis, & vt Romani quoque loquuntur, *semper eosdem*. Sic phrasi passim alibi vtitur noster: vt paulo post c. 35, vbi dicit Apollonium ἐδαμῶ ἐλλείπειν τὸ μὴ οὐχ ὅμοιον φαίνεσθαι & mox ibid. difficile ait, τὸ μεῖναι τὸν σοφὸν ἑαυτῷ ὅμοιον. Sic Apollonius in Apologia lib. VIII. c. 7. sect. 3. inter *peregrinos* Indos Caucasios & *Hyphasis* accolas ἑαυτῷ ὅμοιον se πορευθῆναι. Taceo alia infinita.

20 τὰ γῶν π. τὴν θάλατταν] nempe nulla antiquioribus temporibus apud Lacedaemonios rerum maritimarum cura, ad quas ἀφυεστάτους fuisse dicit Diodor. Sic. l. XI. conf. plura obseruantem Cragium de rep. Lacedaem. lib. IV. c. 3. p. 386.

21 ἐπιτάξεις τῶν φόρων] tributa quoque antiquitus & vectigalia nulla pependisse vel cives vel socios Lacedaemoniorum, per ambages quasdam demonstrat Cragius lib. cit. c. 1. p. 372. & 376. quod diserte iste Philostrati locus docet, ei praetermissus.

22 Ἀττικώτεροι] nam apud Athenienses antea maris fuerat imperium, vt notum, & vectigalia ab iisdem imperata, quae Aristides in ordinem redegisse narratur paulo inferius cap. 21.

ὑπὲρ ὧν [23] πολεμητέα πρὸς Ἀθηναίους ᾤοντο αὐτοῖς εἶναι, ταῦτ' ἐς τὸ καὶ αὐτοὶ δρᾶν καθέσησαν, τὰ μὲν πολέμια τοὺς Ἀθηναίους νικῶντες [24], ὧν δὲ ἐκείνοις ἐπιτηδεύειν ἔδοξεν, ἡττώμενοι. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τὴν ἐκ Ταύρων τε καὶ Σκυθῶν ἐσάγεσθαι δαίμονα, ξένα ἦν νομιζόντων. εἰ δὲ χρησμῶν ταῦτα, τί ἔδει μάστιγος; τί δὲ καρτερίαν ἀνδραποδώδη πλάττεσθαι; Λακωνικώτερον πρὸς θανάτου ῥώμην ἐκεῖνο ἦν, οἶμαι, Σπαρτιάτην ἐφηβον ἑκόντα ἐπὶ τῷ βωμῷ θύεσθαι. τοῦτο γὰρ, τὴν μὲν Σπάρτην εὐψυχοτέρους ἐδείκνυε, τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀπῆγε, τῷ μὴ ἐς ἀντίπαλα αὐτοῖς ἀντικαθίσασθαι. εἰ δὲ ἐς τὰ πολέμια φείδεσθαι τῶν νέων εἰκὸς ἦν· ἀλλ' ὅ γε νόμος, παρὰ Σκύθαις ἐπὶ τοῖς ἑξηκοντάταις κείμενος, οἰκειότερος ἦν Λακεδαιμονίοις ἐπιτηδεύειν ἢ Σκύθαις, εἰ τὸν θάνατον ἀτεχνῶς, ἀλλὰ μὴ κόμπῳ ἕνεκα, ἐπαινέσει. ταῦτα μὲν πρὸς Λακεδαιμονίους εἴρηταί μοι, πρὸς δέ σε, Ἀπολλώνιε. εἰ γὰρ τὰ παλαιὰ νόμιμα, καὶ πολιώτερα ἢ γιγνώσκειν αὐτά, πικρῶς ἐξετάζοιμεν, ἐς ἔλεγχον καθιζάμενοι τῷ θείῳ, διότι αὐτοῖς χαίρουσι, πολλοὶ καὶ ἄτοποι λόγοι τῆς τοιᾶσδε φιλοσοφίας ἀναφύσονται. καὶ γὰρ ἂν καὶ τῆς Ἐλευσῖνι τελετῆς ἐπιλαβοίμεθα, διότι τὸ, ἀλλὰ μὴ τὸ· καὶ ὧν Σαμοθρᾷκες τελοῦσιν, ἐπεὶ μὴ τὸ δεῖνα, τὸ δεῖνα δὲ αὐτοῖς δρᾶται· καὶ Διονυσίων, καὶ φαλλῶ, καὶ τῶν ἐν Κυλλήνῃ εἰδῶν [25], καὶ ἐκ ἂν φθάνοιμεν συκοφαντοῦντες πάντας [26]. ἴωμεν δ' ἐφ' ὅ, τι βούλει ἕτερον, τιμῶντες γε τὸν Πυθαγόρου λόγον [27], ἡμεδαπὸν ὄντα· καλὸν γὰρ, εἰ μὴ περὶ πάντων, ἀλλ' ὑπέρ γε τῶν τοιούτων σιωπᾶν. ἐπῴλαβὼν δ' ὁ Ἀπολλώνιος, εἰ σπουδάσαι, εἶπεν, ὦ Θεσπεσίων, ἐβούλου τὸν λόγον, πολλὰ ἄν σοι καὶ γενναῖα ἔδοξεν ἡ Λακεδαιμόνων λέγειν, ὑπὲρ ὧν ὑγιῶς τε καὶ παρὰ πάντας ἐπιτηδεύει

iusti aduersus Athenienses belli causas esse censuerunt, haec vt & ipsi admitterent, mutatis animis, adducti sunt, bellica quidem laude Athenienſibus superiores, in studiis tamen, quae amplecti illis est visum, cedentes. Praeterea hoc ipsum quod a Tauris ac Scythis acceptam Deam induxere, peregrinos mores amplectentium est. Quod si vero oraculo hoc tribuendum, quid flagris opus fuit? quid seruilem tolerantiam comminisci? Dignum magis Laconibus ad animos contra mortem obfirmandos, vt ego quidem puto, fuisset, si Spartanus ephebus, sponte se offerens, super aram fuisset immolatus. Hoc enim animis magis valere demonstrasset Spartanos, Graeciamque ab armis contra eos mouendis auertisset. Quod si ad belli vero vsus cum maxime seruare iuuenes visum esset consultum, at certe legem, apud Scythas de sexagenariis latam, Lacedaemoniis magis quam Scythis conueniens erat exequi, si mortem sincera virtute, & non ostentationis causa amplecterentur. Atque haec non aduersus Lacedaemonios dicta sunt mihi, sed contra te potius, o Apolloni. Si enim vetera instituta, antiquiora, quam vt sciri a nobis possint, malitiose perquiramus, Deos accusantes, quasi illa approbent, multae & perabsurdae doctrinae ex tali philosophandi ratione orientur. Si enim animum etiam aduertamus Eleusiniis mysteriis, quare haec & non ista, [sacra obeant;] Samothracum item initiis, quandoquidem non haec quidem, sed ista patrant; Dionysiis porro, & Phallo, Cylleniaeque figurae; vix euitare possimus quo minus omnia illa reprehendamus. Pergamus igitur ad alia potius, quaecunque volueris, hic quoque Pythagorae obseruantes doctrinae, quae nostra est: nempe pulcrum, si non in omnibus, in huiusmodi saltem rebus silentium tenere. Ad haec respondens Apollonius, si placeret, inquit, o Thespesion, istud argumentum persequi, multa tibi, eaque praeclara Lacedaemona videremus exponere, quorum studiis praeclare & magis quam ceteri Graeci omnes se exer-

23 καὶ ὑπὲρ ὧν &c.] principatum intelligit in reliquam Graeciam, & *imperiosam* vt Cornel. Nepos in *Epaminonda* vocat *maiestatem*.

24 τὰ μὲν πολέμια τ. Ἀθην. νικῶντες] nempe laude litterarum & ingenii Athenienses magis quam armorum valebant. Vnde & Liuius Philippum R. *verbis magis litterisque ab iis quam armis oppugnatum* obseruat. Eademque quae Thespesionis sententia quoque Valerii Max. est lib. II. c. 6. *Egregios virtutis bellicae spiritus Lacedaemoniorum, prudentissimi pacis moribus Athenienses subsequuntur*.

25 καὶ Φαλλῶ, καὶ τῶν ἐν Κυλλήνῃ εἰδῶν] notae in Dionysiorum festo Φαλλοφορία, idem quod Φάλλος est τὸ ἐν Κυλλήνῃ εἶδος, nisi quod hoc ad Mercurium pertineret; cuius apud Cyllenenses in Elide ἄγαλμα erat ὀρθὸν αἰδοῖον ἐπὶ τῷ βάθρῳ vt est apud Pausaniam Eliac. II. conf. Meurs. Graec. feriat. lib. III. p. 115.

26 ἐκ ἂν φθάνοιμεν συκοφ. πάντα] rescripsi πάντα pro πάντας. Ceterum ipsissima hic φράσις est, quam ex Demosthen. orat in Timocr. obseruauit Budaeus: εἰ ἓν μὴ τιμωρήσεσθε τούτους, ἐκ ἂν φθάνοι τὸ πλῆθος τούτοις τοῖς θηρίοις δουλεῦον. Quod vertit: *fieri non potest, quin haec multitudo seruiat his belluis*. Satis bene quoad sensum: propius tamen accesseris ad vsum verbi φθάνειν, si vertas: *non euitauerit populus istarum belluarum seruitutem*: quod & hoc loco secuti in versione sumus. Illustrior phraseos huius vis apparet in isto Aristoph. Pluto: A. II. s. 4. fin. ἐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττοντε. Item Platonis isto in Euthyd. ἐκ ἂν φθάνοις ἐσιὼν ἡμᾶς. Germani dicerent: du kanst̃ nicht umgang nehmen, unß zu gastiren.

27 λόγον] intelligit λόγον σιωπῆς, quem Pythagoram inuenisse dictum supra: sed res omnis liquet ex seqq.

ceat.

ceat. Sed quoniam illud a noſtra ita remoues diſceptatione, vt nefas etiam eſſe putes de talibus loqui, ad aliud tranſeamus argumentum, magni quod ſit, vt mihi perſuaſum habeo, momenti: de iuſtitia enim aliquantum animus eſt diſſerere.

τὰς Ἕλληνας. ἐπεὶ δὲ ἅτως ἀποσπουδάζεις αὐτὸν ὡς μηδὲ ὅσιον ἡγεῖσθαι τὸ ὑπὲρ τοιούτων λέγειν, ἴωμεν ἐφ' ἕτερον λόγον, πολλῆς ἄξιον, ὡς ἐμαυτὸν πείθω· περὶ δικαιοσύνης γὰρ τι ἐρήσομαι.

Cap. XXI. Tractemus, aiebat Theſpeſion, argumentum iſtud, eſt enim tum philoſophis, tum eis qui philoſophiae dediti ſunt minus, conuenientiſſimum. Sed ne Indorum opiniones intexendo confuſe illud tractemus, & re infecta ab hoc argumento diſcedamus, quid Indi de iuſtitia ſentiant primum ediſſere, eſt enim rationi conſentaneum illic explorata tibi iſta fuiſſe. Quod ſi eorum ſe recte habeat opinio, conſentientes nos habebis: ſi vero nos melius fuerimus philoſophati, manus date, namque hoc quoque iuſtitiae eſt. Optime, reſpondebat [Apollonius,] & vt mihi maxime placeat, o Theſpeſion, loqueris. Audi igitur ibi diſputata. Narrabam illis ego magnae me nauis gubernatorem fuiſſe olim, cum anima mea alii praeeſſet corpori: meque iuſtiſſimum praeſtitiſſe tum arbitrabar, cum piratae mercedem mihi pollicerentur, vt nauem illis proderem, eo curſum dirigens, vbi ipſi inſidiari ei parabant, praeda ducti quam vehebat; ego autem id quidem me facturum promitterem, vt eorum inuaſionem auerterem, praeternauigans tamen eos promontorium ſuperarem. An igitur, inquiebat Theſpeſion, Indi conſenſere iuſtitiae id eſſe opus? Imo riſere, inquiebat [Apollonius:] iuſtitiam enim non eſſe ſi quis iniuſte non agat. Recte, inquit [Theſpeſion,] abnuere Indi: neque enim prudentia eſt, ſtulte aliquid non aggredi: neque fortitudo, aciem non relinquere: neque temperantia, in moechorum [turpitudines] non incidere: nec laude dignum, ſi quis malus non eſſe videatur. Quicquid enim praemio non magis quam poena eſt dignum, id a virtute adhuc abeſt. Quo igitur pacto, inquit Apollonius, o Theſpeſion, corona dignum cenſebimus iuſtum, aut quid facientem? Parcius, ille aiebat, & pro re nata de iuſtitia diſputaſtis, quando Rex, tam magnae, tamque beatae regioni imperans, vobis philoſophantibus interuenit, vt de imperio conſuleret, re cum iuſtitia coniunctiſſima. [Ad

Ἁπλώμεθα, ὁ Θεσπεσίων ἔφη, τὸ λόγῳ, προσῆκον γὰρ σοφοῖς τε, καὶ μὴ σοφοῖς. ἀλλ' ἵνα μὴ, τὰς Ινδῶν δόξας ἐνείροντες, ξυγχέωμεν αὐτὸν, καὶ ἀπέλθωμεν ἄπρακτοι τοῦ λόγου, πρῶτον εἰπὲ τὰ περὶ δικαιοσύνης Ινδοῖς δόξαντα, εἰκὸς γὰρ βεβασανίσθαι σοι ἐκεῖ ταῦτα. καὶ μὲν ἡ δόξα ὀρθῶς ἔχῃ, ξυηθησόμεθα· εἰ δ' αὐτοί τε σοφώτερον εἴποιμεν, ξυντίθεσθε, δικαιοσύνης γὰρ καὶ τοῦτο. ἄριστα, εἶπεν, ὦ Θεσπεσίων, καὶ ὡς ἐμοὶ ἥδιστα εἴρηκας· ἄκουε δὴ τῶν ἐκεῖ σπουδασθέντων. διῆειν[1] πρὸς αὐτοὺς ἐγὼ, κυβερνήτης ὡς γενοίμην μεγάλης νεὼς, ὑφ' ᾗ ψυχὴ σώματος ἑτέρου ἐπεμέλετο. καὶ δικαιότατον ἡγούμην ἐμαυτὸν, ἐπειδὴ λῃσταὶ μὲν ἐμισθοῦντό με προδοῦναι τὴν ναῦν, καθορμισάμενον οἷ λοχήσειν αὐτὴν ἔμελλον, δι' ἃ ἦγεν· ἐγὼ δὲ ἐπαγγειλάμην μὲν ταῦτα, ὡς μὴ ἐπιθοῖντο ἡμῖν, παραπλεύσαιμι δ' αὐτούς, καὶ ὑπεραίραιμι τοῦ ἀκρωτηρίου[2]. ξυνέθεντο, ἦδ' ὁ Θεσπεσίων, δικαιοσύνην εἶναι Ινδοὶ ταῦτα; κατεγέλασαν μὲν οὖν, εἶπε· μὴ γὰρ εἶναι δικαιοσύνην τὸ μὴ ἀδικεῖν. ὑγιῶς, ἔφη, ἀπέδοξε τοῖς Ινδοῖς· ἅτε γὰρ φρόνησις τὸ μὴ ἀνοήτως τί ἐνθυμεῖσθαι· ἅτε ἀνδρεία, τὸ μὴ λείπειν τὴν τάξιν· ἅτε σωφροσύνη, τὸ μὴ ἐς τὰ τῶν μοιχῶν ἐμπίπτειν· ἅτε ἄξιον ἐπαίνου, τὸ μὴ κακὸν φαίνεσθαι. πᾶν γὰρ, ὃ τιμῆς τε καὶ τιμωρίας ἴσον ἀφέστηκεν, ὅπῃ ἀρετή. πῶς οὖν, ὦ Θεσπεσίων, εἶπε, στεφανώσομεν[3] τὸν δίκαιον, ἢ τί πράττοντα; ἐλλιπέστερον, ἔφη, καὶ προσφορώτερον[4] ἂν ὑπὲρ δικαιοσύνης ἐσπουδάσατε ἐπότε βασιλεὺς[5], τοσῆς δέ τε καὶ ἅτως εὐδαίμονος χώρας ἄρχων, ἐπέσχε φιλοσοφοῦσιν ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ βασιλεύειν, δικαιοτάτου κτήματος[6]. εἰ δ' ἔφα-

CAP. XXI. 1 *διῆειν*] ſupra hoc factum lib. III. c. 23.

2 *τοῦ ἀκρωτηρίου*] editi *αὐτὸς τῆ χωρίᾳ*, quam lectionem mendoſam puto & ex veriore illa natam, quam ex loco parallelo ſupra lib. III. c. 23. reuocaui.

3 *στεφανώσομεν*] alluditur ad Graeciae mores. vid. rurſum inf. n. 12. & 13.

4 *ἐλλιπέστερον ἔφη καὶ προσφορώτερον*] nempe ſeuerior illa de iuſtitia Philoſophia, quam hucuſque Apollonius expoſuit. Theſpeſion itaque, *σκώπτων*, *mitius* dicit de illa re eum iuxta cum Indis philoſophatum eſſe, praeſente Rege, lib. III. c. 26. cui ſuperbo atque tyranno ſeuera illa Philoſophia ſe hautquaquam probatura fuiſſet. Nempe *ἐκλιπέστερον* eſt *non ita exactum* & cui aliquid deſit. *προσφορώτερον*, *quod magis loco & perſonae ſit accommodatum.* Reprehendit Apollonium & Indos tanquam hypocritas & praeuaricatores, qui rigidam illam de iuſtitia doctrinam coram Rege ſuperbo & tyranno libere proponere auſi non fuerint.

5 *ὁπότε βασιλεύς*] editi: *ἢ ὁπότε βασιλεύς*. Verum *ἢ* eliminandum duxi. Ceterum reſpicit Regis ad conſulendos Indos aduentum ſupra lib. III. cap. 26. ſq. deſcriptum.

6 *δικαιοτάτου κτήματος*] haec ironice accipio, ſcilicet

ώτης[7], εἶπεν, ὁ ἀφικόμενος ἦν, ὀρθῶς ἂν ἐμέμφθη τὸ μὴ ὑπὲρ δικαιοσύνης ἐπ' αὐτῷ σπουδάσαι. ἐπεὶ δὲ εἶδες τὸν ἄνθρωπον, ἐν οἷς χθὲς ὑπὲρ αὐτῷ διήειν[8], μεθύοντα καὶ ἀχθόμενον φιλοσοφίᾳ πάσῃ, τί ἔδει παρέχειν ὄχλον; τί δ' αὐτὸς ἔχειν φιλοτιμούμενος, ἐπ' ἀνθρώπῳ Σύβαριν ἡγεμένῳ πάντα[10]; ἀλλ' ἐπεὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥσπερ ἡμῖν, ἰχνευτέα ἡ δικαιοσύνη μᾶλλον ἢ βασιλεῦσί τε καὶ στρατηγοῖς, ἴωμεν ἐπὶ τὸν ἀτεχνῶς δίκαιον. ὁ γὰρ ἐμαυτόν τε ἡγούμην, ὁπότε ἡ ναῦς, ἑτέρους τε οἳ μὴ ἀδίκων ἅπτονται, δικαίους ὅπῃ φατὲ[11], οὐδ' ἀξίους τιμᾶσθαι[12]. καὶ εἰκότως, εἶπεν, οὐδὲ γὰρ ἂν Ἀθηναίοις ποτὲ, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐγράφη γνώμη τὸν δεῖνα στεφανῦν[13], ἐπεὶ μὴ τῶν ἡταιρηκότων ἐστίν, ἢ τὸν δεῖνα ποιεῖσθαι πολίτην, ἐπεὶ μὴ τὰ ἱερὰ ὑπ' αὐτῷ συλᾶται. τίς ἂν ὁ δίκαιος, καὶ ὅ, τι πράττων; οὐδὲ γὰρ ἐπὶ δικαιοσύνῃ τινὰ στεφανωθέντα οἶδα, οὐδὲ γνώμην ἐπ' ἀνδρὶ δικαίῳ γραφεῖσαν, ὡς τὸν δεῖνα χρὴ στεφανῦν, ἐπειδὴ τὸ δεῖνα πράττων δίκαιος φαίνεται. τὰ μὲν γὰρ Παλαμήδους[14] ἐνθυμηθέντι, τὰ ἐν Τροίᾳ, καὶ τὰ Σωκράτους, τὰ Ἀθήνησιν, οὐδ' εὐτυχεῖν ἡ δικαιοσύνη δόξει παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἀδικώτατα γὰρ δὴ οἵδε ἔπαθον, δικαιότατοι ὄντες. πλὴν ἀλλ' ἔτοι μὲν ἐπὶ δόξῃ ἀδικημάτων ἀπώλοντο, ψήφῳ παρὰ τὸ εὐθὺ ἐνεχθείσῃ. Ἀριστείδην δὲ, τὸν Λυσιμάχου, καὶ αὐτή ποτε ἡ δικαιοσύνη ἀπόλλυ[15], καὶ ἀνὴρ τοιόσδε ἐπὶ τοιᾷδε ἀρετῇ φεύγων ᾤχετο. καὶ ὡς μὲν γελοία ἡ δικαιοσύνη δόξει, γιγνώσκω. τεταγμένη γὰρ ὑπὸ Διός τε καὶ μοιρῶν ἐς τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὐδαμοῦ ἑαυτὴν ἐς τὸ μὴ αὐτὴν ἀδικεῖσθαι τάττει. ἐμοὶ δὲ ἀπόχρη τὰ τοῦ Ἀρι-

haec Apollonius] si Phraotes, aiebat, aduenisset, merito vitio nobis verteres, quod de iustitia coram ipso non disputauerimus. Sed quoniam ex iis, quae heri narraui, nosti hominem ebriosum, & omni philosophiae infensum; quid opus fuit molestiam illi afferre, aut ambitiose occupatos tenere nos ipsos hominis causa, qui in Sybaritico luxu omnem positam esse felicitatem putaret? Ast quoniam viris, quales nos sumus, sapientibus, inuestiganda est iustitia magis, quam regibus ducibusue; age pergamus ad eum qui vere sit iustus [inuestigandum.] Quam enim meam esse putabam, cum nauem [ducerem,] aliorum item, qui ab iniustis abstinent, iustitiae laudem, vos nondum conceditis, nec dignos [censetis] quibus eo nomine honos habeatur. Atque id merito quidem, [Thespesion] aiebat. Neque enim apud Athenienses quoque, aut Lacedaemonios vnquam scriptum decretum est, quo alicui corona decerneretur, quia ex scortatorum non esset censu; aut iura [tribuerentur] ciuitatis, quia sacra non violasset. Quis igitur erit iustus, aut quid faciens? neque enim iustitiae causa memini coronatum esse quempiam: nec decretum esse scriptum in viri iusti gratiam, nempe *oportere Caium coronari, quod tali quodam patrato facinore, iustum se probauerit.* Cogitanti enim quae apud Troiam Palamedi, aut Socrati Athenis euenere, parum feliciter apud homines agere iustitia videbitur, iniustissima namque ii passi fuere, cum essent iustissimi. Sed tamen illi quidem, specie quadam perperam a se & iniuste admissorum, periere. Aristidem vero, Lysimachi filium, ipsa iustitia perdidit, tantusque vir tantam ob virtutem exul discessit. Et satis ego rem ridiculam iustitiam esse, visum iri agnosco. A Ioue enim & fatis ad hoc comparata, vt hominibus non afferretur iniuria, nunquam ad hoc vt ne sibi quis afferat, comparat se ipsam. Mihi autem quae cum Aristide

---

adeo difficile imperium cum iustitiae officiis coniungere, vt philosophi plerique a republica gerenda plane abstinere maluerint. Vel si absque ironia accipere malis, sensus erit, regno maximam cum iustitia necessitudinem esse, vt adeo de regni negotiis consulturo inprimis iustitia fuerit inculcanda. Vtut sit, Regi, qui maxime opus habeat de iustitia instituì, vt qui officio fungatur vel cum iniustitia maxime coniuncto, vel quod iustitia maxime habeat opus, seueras illas iustitiae leges Apollonium & Indos non explicasse reprehendit.

7 Φραώτης] Indiae extra *Indum* fluuium Rex φιλοσοφώτατος, de quo multa supra lib. II.

8 τὸν ἄνθρωπον] Regem Indiae intra *Indum* intelligit, cuius nomen in his commentariis neque supra lib. III, vbi multa de eo, editur: cui de iustitia doctrinam seueriorem expositam non esse taxauerat Thespesion.

9 χθὲς ὑπὲρ αὐτ. διήειν] vid. supra cap. 14.

10 Σύβαριν ἡγεμένα π.] similis phrasis s. l. IV. c. 19. fin.

11 δικαίους ὅπῃ φατὲ] ita rescripsi sensu & nexu orationis suadente: antea editum: ὅπῃ δικαίους φατέ. Ceterum iam puto constructionem & explicationem huius ῥήσεως facilem esse, quae ita procedit: δικαίους γὰρ, ὁ ἐμαυτόν τε ἡγούμην, ὁπότε ἡ ναῦς, (subint. ἦ vel ἤγετο vel tale quid) ἑτέρους τε, οἳ μὴ ἀδίκων ἅπτονται, ὅπῃ φατὲ &c. quod esset ad verbum: *iustos enim, qualem & me esse putabam, cum nauis mihi esset, & alios qui iniustis abstinent, nondum dicitis.*

12 τιμᾶσθαι] sic antea, quis sit, quem vt iustum στεφανώσεσθαι putent, interrogarat. Eademque φράσις iteratur in sqq.

13 στεφανῦν] notum apud Athenienses bene meritis ciuibus διὰ ψηφίσματος coronam decretam esse. Quo spectat Demosthenis oratio pro *corona*, & ante ab *Aeschine* contra decretam Demostheni coronam disputata.

14 τὰ μὲν γὰρ Παλαμ.] vid. Philostr. Heroica in *Palamede & Vlysse.*

15 ἡ δικαιοσύνη ἀπόλλυ] nam cum iustitiae fama autoritatem eius augeret, hoc ipsum exostraciſmo contra eum praetextum praebuit. vid. Plutarch. vita eius p. 323. &c.

gesta

gesta fuerunt sufficiant ad ostendendum, qualis sit ille qui iniustus non est, qualis ille item qui iustus. Cedo enim, nonne hic Aristides est ille, quem vos, qui ex Graecia huc adestis hospites, ad insulas nauigantem tributorum ordinandorum causa, & modica admodum imperasse dicitis, & cum eodem pallio rediisse? Hic ipse est, respondit Apollonius, ob quem & paupertatis amor floruit olim. Si igitur, inquit Thespesion, oratores duo fuissent Athenis, laudantes Aristidem modo a sociis reducem; & alter quidem coronam ipsi decerneret, *eo quod magis diues non rediisset, neque sibi ipsi conquisitis opibus vllis, sed Athenienſium pauperrimus, se ipsum etiam paupertate superans;* alter vero talem legem scriberet: *Quoniam Aristides tributa non imperauit quae vires sociorum excedant, sed pro cuiusuis facultatibus, concordiae item ipsorum cum Athenienſibus, vtque aegre illa ferrent minus, curam gessit, decretum esto illum corona ornandum propter iustitiam esse;* nonne censes priori decreto ipsum etiam Aristidem contradicturum, tanquam parum digno rebus a se gestis, quo nempe ideo praemium ipsi decernatur, quod mali fecerit nihil: hoc vero & ipsum esse laudaturum fortassis, ad eum scopum collineans quem ipse animo habuerat propositum? Respiciens enim ad Athenienſium sociorumque vtilitatem, vt modica essent tributa prospexit, idque post Aristidis tempora magis patuit. Postquam enim Athenienses, quem ipse statuerat tributorum modum excedentes, grauiora insulis imperarunt; distractae sunt quibus mari valebant vires, quibus maxime antea erant reformidandi. Contra Lacedaemoniorum potentia, mare quoque occupauit, nihilque virium [Athenienſibus] relictum est, sed omnes qui eorum imperio parebant, ad res nouas verterunt animos, & defectionem fuere moliti. Iustus igitur, o Apploni, si rectam rationem sequamur, non est is, qui iniustus non est, sed qui & ipse iusta operatur, & vt alii ne iniuste agant efficit. Nascentur autem ex tali iustitia & aliae virtutes complures, maxime autem iuridicialis, & legislatoria. Iudicat enim vir talis, & quidem longe magis iuste quam qui super sectis victimarum carnibus

σειδᾶ, ἐς τὸ δηλῶσαι τίς μὲν ὁ μὴ ἄδικος, τίς δὲ ὁ δίκαιος. εἰπὲ γάρ μοι, οὐχ ὅτος Ἀριστείδης ἐκεῖνος, ὃν φατε ὑμεῖς, οἱ ἀπὸ Ἑλλήνων ἥκοντες, πλεύσαντα ἐς τὰς νήσους ὑπὲρ τῶν φόρων[16] ξυμμέτρους τε αὐτοὺς τάξαι, καὶ ξὺν τῷ αὐτῷ ἐπανελθεῖν τρίβωνι[17]; ὅτος, εἶπε, δι' ὃν καὶ πενίας ἔρως ποτὲ ἦνθησεν. εἰ ἄν, ἔφη, δύ' Ἀθήνησι δημαγωγοὶ γενοίσθην, ἐπαινέντες τὸν Ἀριστείδην, ἄρτι ἐκ τῆς ξυμμαχίδος ἥκοντα, καὶ ὁ μὲν γράφει στεφανεῖν αὐτὸν, ἐπειδὴ μὴ πλουτῶν ἀφίκται, μηδὲ βίον ἑαυτῷ ξυνειληχὼς μηδένα, ἀλλὰ πενέστατος μὲν Ἀθηναίων, πενέστερος δὲ ἑαυτοῦ[18]· ὁ δ' αὖ τοιοῦτόν τι γράφει ψήφισμα· ἐπειδὴ Ἀριστείδης οὐχ ὑπὲρ τὸ δυνατὸν τῶν ξυμμάχων τάξας τοὺς φόρους, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι γῆς ἔχουσι, τῆς τε ὁμονοίας αὐτῶν ἐπεμελήθη τῆς πρὸς Ἀθηναίους, καὶ τοῦ μὴ[19] ἀχθομένους δοκεῖν[20] φέρειν ταῦτα, δεδόχθω στεφανοῦν αὐτὸν ἐπὶ δικαιοσύνῃ· ἆρ' οὐκ ἄν σοι δοκῇ τῇ μὲν προτέρᾳ γνώμῃ κἂν ἀντειπεῖν αὐτὸς, ὡς οὐκ ἀξίᾳ τῶν ἑαυτῷ βεβιωμένων, ἤ, ἐφ' οἷς οὐκ ἀδικεῖ[21] τιμῶτο· τὴν δ' ἴσως ἂν καὶ αὐτὸς ἐπαινέσαι, στοχαζομένην[22] ὧν διενοήθη; βλέψας γάρ πῃ ἐς τὸ Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ὑπηκόων ξυμφέρον, ἐπεμελήθη τῆς ξυμμετρίας τῶν φόρων, καὶ τοῦτο μετὰ τὸν Ἀριστείδην ἐδείχθη μᾶλλον. ἐπειδὴ γάρ, παραβάντες Ἀθηναῖοι τοὺς ἐκείνῳ δόξαντας, βαρυτέρους ἐπέγραψαν ταῖς νήσοις, διεσπάσθη μὲν αὐτοῖς ἡ ναυτικὴ δύναμις, ἧ μάλιστα φοβεροὶ ἦσαν. παρῆλθε δὲ ἡ Λακεδαιμονίων ἐς τὴν θάλατταν, ξυνέμεινε δὲ τῆς δυνάμεως οὐδέν, ἀλλ' ἅπαν τὸ ὑπήκοον ἐς νεώτερα ὥρμησε, καὶ ἀποστροφῆς ἥψατο. δίκαιος ἄν, ὦ Ἀπολλώνιε, κατὰ τὸν εὐθῆ λόγον, οὐχ ὁ μὴ ἄδικος, ἀλλ' ὁ δίκαια μὲν αὐτὸς πράττων, καθιστὰς δὲ καὶ ἑτέρους ἐς τὸ μὴ ἀδικεῖν. καὶ φύονται τῆς τοιαύτης δικαιοσύνης καὶ ἄλλαι μὲν ἀρεταὶ, μάλιστα δὲ ἡ δικαστική τε καὶ ἡ νομοθετική. δικάζει μὲν γὰρ ὁ τοιόσδε, καὶ πολλῷ δικαιότερον, ἢ οἱ κατὰ

16 ὑπὲρ τῶν φόρων] conf. Aelian. Var. Hist. XI, 9. & ibi a viris doctis notata: adde Philostr. vitis Sophist. lib. II. in *Quirino*.

17 ξὺν τῷ αὐτῷ ἰσπαν. τρίβωνι] Plutarch. vit. Aristid. p. 333. πένης μὲν ἐξῆλθεν ἐπανῆλθε δὲ πενέστερος.

18 πενέστερος δ' ἑαυτ.] qui antea sc. pauper, nunc quoque pauperior potius redeat, quam ditior.

19 καὶ τοῦ μὴ] sic omnes MSS. & Morellus in margine, idem in textu καί τι μὴ habet cum Aldo.

20 δοκεῖν] vocem quae diffugerat, retraxi ex cod. Vatic. Palat. & Vratisl.

21 ἢ ἐφ' οἷς οὐκ ἀδικεῖ] male in editis est ἤ. Nec melius Vatic. Vrb. & Vratisl. *ii* Palatinus habet: praeterea iuxta cum editis omittebat οὐκ, quo tamen carere non possumus.

22 στοχαζομένην] ita ex coniectura quidem rescripsi (vulgati enim habebant στοχαζόμενος:) quam tamen se facile probaturum omnibus confidam: scilicet probaturum ait Aristidem maxime decretum, quo verus scopus suus & gestorum meritum rectissime sit expositum.

τῶν τομίων ὀμνύντες[23]· νομοθετήσει δὲ, ὥσπερ οἱ Σόλωνές τε καὶ οἱ Λυκοῦργοι, καὶ γὰρ δὴ κἀκείνοις τοῦ γράψαι νόμον δικαιοσύνη ἦρξε. τοιαῦτα ὁ Δάμις διαλεχθῆναί φησιν αὐτὸς ὑπὲρ ἀνδρὸς δικαίου, καὶ τὸν Ἀπολλώνιον ξυμφῆσαι τῷ λόγῳ. τοῖς γὰρ ὑγιῶς λεγομένοις ξυμβαίνειν.

iuramenta concipiunt: leges autem feret perinde ac Solones, aut Lycurgi, nam & iis in legibus ferendis iuſtitia auſpicia dedit. Talia de viro iuſto Damis diſputata eſſe refert, illique ait orationi Apollonium eſſe aſſenſum: recte enim dictis accedere eum ſueuiſſe.

Φιλοσοφήσαντες δὲ καὶ περὶ ψυχῆς, ὡς ἀθάνατος εἴη, καὶ περὶ φύσεως, παραπλήσια ταῖς Πλάτωνος ἐν Τιμαίῳ δόξαις· περί τε τῶν παρ' Ἕλλησι νόμων πλείω διαλεχθέντες, ἐμοὶ, εἶπεν ὁ Ἀπολλώνιος, ἡ δεῦρο ὁδὸς, ὑμῶν τε ἕνεκα, καὶ τῶν τοῦ Νείλου πηγῶν ἐγένετο. ἃς, μέχρι μὲν Αἰγύπτου προελθόντι, ξυγγνώμη ἀγνοῆσαι, προχωρήσαντι δὲ ἐπ' Αἰθιοπίαν, ὃν ἐγὼ τρόπον, κἂν ἔνειδος φέρῃ τὸ παρελθεῖν αὐτὰς, καὶ μὴ ἀρύσασθαί τινας αὐτῶν λόγους. ἴθι χαίρων, ἔφη, καὶ ὅ, τι σοι φίλον, εὔχου ταῖς πηγαῖς, θεῖαι γάρ[1]. ἡγεμόνα δὲ οἶμαι ποιήσῃ τὸν πάλαι Ναυκρατίτην, νῦν δὲ Μεμφίτην[2], Τιμασίωνα. τῶν τε γὰρ πηγῶν ἐθὰς ἔστος, καὶ ἄτω τι καθαρὸς, ὡς μὴ δεῖσθαι τοῦ ῥαίνεσθαι.[3] σοὶ δὲ, ὦ Νεῖλε, βουλόμεθα ἐφ' αὐτῶν[4] διαλεχθῆναί τι. ὁ μὲν δὴ νοῦς τῶν λόγων οὐκ ἀφανὴς ἦν τῷ Ἀπολλωνίῳ· ξυνίει γὰρ αὐτῶν δυσχερῶς διακειμένων, ἐπειδὴ ἥρα αὐτοῦ ὁ Νεῖλος. ἐξισάμενος δὲ αὐτοῖς τῆς διαλέξεως, ἀπῄει συσκευαζόμενος, ὡς ἐξελῶν ἅμα τῇ ἕῳ. μετ' ὀλίγον δὲ ἥκων ὁ Νεῖλος, ἀπήγγειλε μὲν οὐδὲν ὧν ἤκουσεν, ἐφ' ἑαυτὸν δὲ θαμὰ ἐγέλα. ἠρώτα δ' οὐδεὶς ὑπὲρ τοῦ γέλωτος, ἀλλ' ἐφείδοντο τοῦ ἀπορρήτου. τότε μὲν δὴ δειπνήσαντες, καὶ διαλεχθέντες οὐχ ὑπὲρ μεγάλων, αὐτοῦ ἐκοιμήθησαν.

Cumque de anima etiam, quod immortalis ſit ea, philoſophati eſſent, de Natura item, non multum a Platonicis diuerſa in Timaeo ſententiis: itemque de legibus, quae apud Graecos obtinent, complura diſſeruiſſent; Apollonius, ego, dixit, huc iter tum veſtri, tum fontium Nili cauſa ſuſcepi, quos Aegyptum vſque delato ignorari, veniam forte mereatur. In Aethiopiam autem, vt ego feci, penetranti, eos praeteriiſſe, neque hauſiſſe inde aliquid eruditionis, dedecori etiam fuerit. Ito laetus, reſpondit Theſpeſion, & quaecunque tibi allubuerit fontibus vota ſoluito, eſt enim numen in iis. Ducem vero itineris habebis, vt puto, Timaſionem, olim Naucratitem, nunc vero Memphitem. Eſt enim fontibus iſtis aſſuetus ille, atque adeo purus, vt expiatione non egeat. Tecum autem, o Nile, ſeorſim nonnihil colloqui volumus. Quid igitur ſibi vellent iſtis minime obſcurum erat Apollonio. Intelligebat enim eos aegre ferre, quod ſui [Nilus] eſſet amans. Locum tamen diſceſſu ſuo facturus eorum colloquio abiit, ſarcinulas collecturus, vt qui ſub ortum ſolis iter ingreſſurus eſſet. Paulo autem poſt adueniens Nilus, eorum quidem, quae ad eum dixerant illi, referebat nihil, ſed identidem penes ſeipſum ridebat. Nec quiſquam cur rideret eum interrogabat, arcano enim parcebant. Tum igitur coenati, & de rebus non magni momenti collocuti, eo ipſo in loco obdormierunt.

Ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τοὺς Γυμνοὺς προσιόντες, ἐπορεύοντο τὴν ἐς τὰ ὄρη τείνουσαν, ἀριστεροὶ τοῦ Νείλου, τάδε ὁρῶντες λόγου ἄξια· οἱ Κατάδουποί[1]

Simulatque illuxiſſet dies, ſalutatis Gymnoſophiſtis, iter verſus montanam tendens ad ſiniſtram Nili exorſi ſunt, memoratu digna obſeruantes ſequentia. Catadupi montes ſunt

---

23 οἱ κατὰ τῶν τομίων ὀμνύντες] iuramentum κατὰ τῶν τομίων praeſtandum apud Athenienſes in cauſa homicidii *actori & teſtibus*, vt ex Demoſthene & Antiphonte oſtendit Meurſius Themid. Attic. lib. I. c. 10. Ex hoc Philoſtrati loco colligas, *iudicibus* etiam, qui cauſis capitalibus praeeſſe deberent, talibus adhibitis ſolennibus iurandum fuiſſe. Iurabant autem ἑστῶτες ἐπὶ τῶν τομίων, vt eſt apud Demoſth. orat. in Ariſtocratem.

CAP. XXII. 1 θεῖαι γάρ] nempe alias quoque fluuiis & fontibus genii olim tributi, imo ipſi creditι Dii, vnde & ἱεροὶ paſſim dicti. Ariſtides Hymn. in Neptun. t. I. p. 34. καὶ ὡς θεὸς πηγὰς καὶ ποταμοὺς ἐνόμιζον οἱ πρῶτοι. Res notior, quam vt multa hic de ea ſint afferenda. De Nili vero numine plura inf. c. 27.

2 πάλαι Ναυκρ. νῦν δὲ Μεμφ.] *Naucratites* ſc. natalibus, *Memphita* eſt domicilio, vt patet ex ſupra dictis c. 3. huius libri.

3 ὡς μὴ δεῖσθαι τοῦ ῥαίν.] nempe ad ſacra accedentes alias purgari luſtrarique fas erat, vt ex iuribus ſacrorum notiſſimum omnibus.

4 ἐφ' αὐτῶν] pro ἑαυτῶν *ſeorſim*, *remotis arbitris*. Sic paulo poſt ἐφ' ἑαυτὸν ἐγέλα. Quod moneo propter interpretes priores, qui hic quoque turbas dedere.

CAP. XXIII. 1 οἱ Κατάδουποι] noſter pro ipſis montibus, in quibus Nili cataractae, voce vtitur. Alias Κατάδουπα ipſae cataractae, Κατάδουποι earum accolae ſunt. Obſeruant hoc diſcrimen Cicero in ſomn. Scipionis c. 5. Plinius H. N. V, 10. & Seneca qu. nat. IV. 2. Ceterum de *Catadupis* Nilique originibus paſſim multa Geographi, quae libenter hic praeterimus.

ex

ex terra accumulati, Tmolo, Lydiae monti, similes. Per ipsos autem praeceps Nilus decurrit, ex ea quam trahit terra Aegyptum construens. Sonitusque torrentis, cum impetu per montes prorumpentis, & cum strepitu eodem tempore in Nili alueum prolabentis, horrendus plane videtur, neque ferendus auribus: multique, propius quam par erat accedentes, auditu amisso rediere.

εἰσι, γεώδη [2] ὄρη, καὶ παραπλήσια τῷ τῶν Λυδῶν Τμώλῳ. καταῤῥὰξ δὲ ἐπ' αὐτῶν φέρεται Νεῖλος, ἣν ἐπισπᾶται γῆν ποιῶν Αἴγυπτον [3]. ἡ δὲ ἠχὼ τοῦ ῥεύματος, καταῤῥηγνυμένου τῶν ὀρῶν, καὶ ψόφῳ ἅμα ἐς τὸν Νεῖλον ἐκπίπτοντος, χαλεπὴ δοκεῖ, καὶ οὐκ ἀνεκτὴ ἀκοῦσαι· καὶ πολλοὶ τῶν πρόσω, τοῦ μετρίου προελθόντες, ἀνέζευξαν, ἀποβαλόντες τὸ ἀκούειν.

c. XXIV. Procedenti autem Apollonio eiusque comitibus colles se obtulerunt, arborum feraces, quarum Aethiopes & folia & corticem lacrymasque in emolumentis habent. Viderunt etiam secus viam leones, pantheras que & alias huiusmodi beluas, neque vlla tamen in eos impetum fecit, sed ipsis via cessere omnes, quasi homines extimescerent. Cerui porro, & capreae, & struthiocameli & asini, aliaque animalia visa ipsis: maxima autem copia boues sylueſtres, & hirco-boues. Sunt autem harum beluarum illae ex boue ceruoque compositae, istae ex iis a quibus denominationem accepere. In ossa praeterea eiusmodi ferarum inciderunt, & semesa cadauera. Leones enim recente saturati praeda, reliquias eius non curant, confidentes, vt opinor, nouam rursus praedam sese esse oblaturam.

28 μὴ ξὺν αἰσχ.] istud μὴ exulare fere malim. Suadet ἀντίθεσις. Nempe sapientem neque πτῆξαι h. e. *clanculum* & in secessu facere dicit quod alii, qui remotis arbitris foedissima quaeuis etiam sibi putent licere: neque θαρσῆσαι i. e. *publice* etiam & sine verecundia facere, quae alii ξὺν αἰσχύνῃ h. e. turpiter & cum infamia sua, co-

qui

qui sint autoritatis tyrannicae, ei quandoque prodere vel amicissimos gestiunt, quae nihil timenda sunt metuentes, quae vero timere oportebat, reuerit nihil. At ista non fert sapientia: quae iuxta cum Pythia inscriptione, Euripidis probat sententiam, *conscientiam esse*, putantis, *quae hominibus sit exitio, dum se male egisse recogitant.* Haec nempe Oresti etiam furiarum quasi ob oculos depinxit species, quando aduersus matrem insaniit. Mens enim agendarum rerum domina est quidem: conscientia vero visorum quae ipsi obiiciuntur. Sique adeo quae sunt bona mens eligat; conscientia virum ad omnia sacra, per omnes vicos, per omnia Deorum templa, in omnem terram hominibus cultam cum plausu comitatur & cantu. Quin & dormienti adsistens, accinere iucundissimum chorum e somniorum gente iubebit. Si ad mala declinet vero mentis status, non sinet talem conscientia siue oculo fixo hominum quenquam tueri, siue libera affari lingua. A sacris item arcebit & precibus: neque manum enim ad simulacra Deorum attollere sinit, sed attollentes irridet, vt leges irrident eos qui supplicia deprecantur. Ab omni etiam hominum coetu eosdem exterminat, & dormientes perterret. Et quaecunque interdiu viderint, imo & si quae hoc ipso momento audire, aut dicere se putent, ea omnia somniis ventisque similia eis vt videantur efficit: debiles contra & cerebrinos terrores tanquam veros, & iure timendos [ostendit.] Vt me itaque conscientia sit damnatura, siue ad notos, siue ad ignotos delatum, si virorum istorum euadam proditor, affatim a me demonstratum esse reor, & ipsa praelucente veritate. At nec mei ipsius euadam proditor, verum certamen contra tyrannum subibo, istud fortissimi Homeri accinens, *communis Manors* &c.

γὰρ τῶν τυραννίδων ὄντες, καὶ προδῶναι αὐταῖς ποτε τὰς φιλτάτας ὥρμησαν, τὰ μὲν μὴ φοβερὰ δείσαντες, ἃ δὲ χρὴ δεῖσαι μὴ φοβηθέντες. σοφία δὲ ἐ ξυγχωρεῖ ταῦτα. πρὸς γὰρ τῷ Πυθικῷ ἐπιγράμματι καὶ τὸ τῦ Ευριπίδε ἐπαινεῖ[29], ξύνεσιν ἡγεμένε[30] περὶ τὰς ἀνθρώπες εἶναι τὴν ἀπολλύσασαν αὐτὰς, ἐπειδὴ ἐνθυμηθῶσιν, ὡς κακὰ εἰργασμένοι εἰσίν. ἦδε γάρ πε καὶ τῷ Ορέσῃ τὰ τῶν Ευμενίδων εἴδη ἀνέγραφεν, ὅτε δὴ μαίνεται ἐπὶ τῇ μητρί. νᾶς μὲν γὰρ τῶν πρακτέων κύριος, σύνεσις δὲ τῶν ἐκείνῳ δοξάντων[31]. ἢν μὲν δὴ χρησὰ ἕληται ὁ νᾶς, πέμπει ἤδη τὸν ἄνδρα ἡ ξύνεσις ἐς πάντα μὲν ἱερὰ, πάσας δὲ ἀγυιὰς, πάντα δὲ τεμένη, πάντα δὲ ἀνθρώπων ἤθη, κρατῦσά τε καὶ ἄδεσα. ἐφυμνήσει[32] δὲ αὐτῷ, καὶ καθεύδοντι παρισᾶσα χορὸν ἔυφημον ἐκ τῦ τῶν ὀνείρων δήμε. ἢν δ' ἐς φαῦλα ὀλισθήσῃ ἡ τῦ νᾶ σάσις, ἐκ ἐᾷ τῦτον ἡ ξύνεσις, ἔτε ὄμμα ὀρθὸν ἐς ἀνθρώπων τινὰ ἀφεῖναι, ἔτε τὸ ἀπ' ἐλευθέρας γλώττης φθέγμα. ἱερῶν τε ἀπελαύνει καὶ τῦ ἔυχεσθαι· ἐδὲ γὰρ χεῖρα αἴρειν ξυγχωρεῖ ἐς τὰ ἀγάλματα, ἀλλ' ἐπισκώπτει[33] αἴροντας, ὥσπερ τὰς ἐπανατεινομένας[34] οἱ νόμοι. ἐξίστησι δὲ αὐτὰς καὶ ὁμίλε παντὸς, καὶ δειματοῖ καθεύδοντας. καὶ ἃ μὲν ὁρῶσι μεθημέραν, κἂν ἤδη[35] τινὰ ἀκέαν, ἢ λέγειν οἴονται, ὀνειρώδη καὶ ἀνεμιαῖα ποιεῖ τάτοις· τὰς δὲ ἀμυδρὰς καὶ φαντασιώδεις πλοίας, ἀληθεῖς ἤδη, καὶ πιθανὰς τῷ φόβῳ. ὡς μὲν δὴ ἐλέγξει με ἡ σύνεσις, ἐς εἰδότας τε καὶ μὴ εἰδότας ἥκοντα, προδότης εἰ γενοίμην[36] τῶν ἀνδρῶν, δεδεῖχθαί μοι σαφῶς οἶμαι, καὶ ὡς φαίνει ἀλήθεια. προδώσω δὲ ἐδὲ ἐμαυτὸν, ἀλλ' ἀγωνιῦμαι πρὸς τὸν τύραννον, τὸ τῦ γενναίε Ομήρε ἐπειπών, ξυνὸς Ενυάλιος[37].

---

ram omnibus tamen patrare audeant. Firmatque hanc interpretationem sequens exemplum eorum, qui in gratiam tyrannorum publice non sine ignominia amicos prodant. Nec tamen etiam nimis audacter illud μὴ reiicere ausim. Sensus enim esse possit, quem in versione expressi, vt τὸ μὴ ξὺν αἰσχύνῃ ἅπεσθαι opponatur τῷ θαρσῆσαι.

29 ἐπαινεῖ] sic Vrbinas. Vulgo legitur ἐπῄνει.

30 ξύνεσιν ἡγεμένε] alludere videtur ad illud Euripidis in Oreste, v. 396. vbi Menelao interroganti

τί χρῆμα πάσχεις; τίς σ' ἀπόλλυσι νόσος;

respondet Orestes:

ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δεῖν' εἰργασμένος.

31 νᾶς μὲν γὰρ τ. πρακτ. κύρ. σύνεσ. δ. τ. ἐκ δοξάντων] sensus iste: mentem hominis liberam quidem esse in agendo, atque adeo τῶν πρακτῶν κύριον, non autem liberam esse in repraesentandis sibi laetis atque tristibus rerum imaginibus, sed istam repraesentationem pendere a *conscientia*, a cuius angoribus nemo se liberare possit, vt adeo ea sit κύριος τῶν δοξάντων τῷ νοΐ.

32 ἐφυμνήσει] transitiue accipio, vt passim accipienda sunt verba actiua: & construo cum χορὸν: *iubebit accinere chorum*, vix alio modo sanam constructionem, & integrum sensum tuebimur. *Facere autem vt accinat suauissimus chorus e somniorum gente*, est *iucunda somnia immittere.*

33 ἐπισκώπτει] Salmas. malebat ἐπικόπτει. ferri tamen potest lectio vulg.

34 ἐπανατεινομένας] esse mihi videntur ἐπαιρατειν. ὁμένες, quos leges irrident, qui ἀνατείνονται χεῖρας ἐπὶ τῶν νόμων h. e. qui manus attollunt, vt deprecentur legum rigorem & poenas, quales irrideri dicuntur *a legibus*, eo quod leges, ipsis implacabiles, condemnent eos atque supplicium ab illis deposcant.

35 κἂν ἤδη] sic ex coniectura restitui. Editi κὴν ἤδη.

36 εἰ γενοίμην] εἰ excideraat in editis. Agnoscunt MSS. omnes.

37 ξυνὸς Ενυάλιος] sunt ista in oratione Hectoris, fugam aversantis Il. Σ'. v. 309. Integer versus est.

ξυνὸς Ενυάλιος καί τε κταίνοντα κατίκτα.

Ὑπὸ τούτων ὁ Δάμις τῶν λόγων αὐτὸς μὲν ὕ-
τω διατεθεῖναί φησιν, ὡς ὁρμήν τε ἀναλαβεῖν
καὶ θάρσος. τὸν Δημήτριον δὲ μὴ ἀπογνῶναι
τῷ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐπαινέσαντα καὶ ξυνθέμενον
οἷς εἶπεν, ἐπιθειάσαι οἱ ὑπὲρ ἃ κινδυνεύει, καὶ
φιλοσοφίᾳ αὐτῇ[1], ὑπὲρ ἧς καρτερεῖ ταῦτα. ἡ-
γεῖσθαί τε αὐτοῖς ἃ καταλύων ἐτύγχανε· τὸν
δὲ Ἀπολλώνιον παραιτέμενον τοῦτο, δείλη ἤδη,
φάναι, καὶ χρὴ περὶ λύχνων ἀφὰς ἐς τὸν Ρω-
μαίων λιμένα[2] ἀφεῖναι, τοῦτο γὰρ ταῖς ναυσὶ
ταύταις νόμιμον. ξυσσιτήσομεν δὲ ἐπειδὴ ἓυ τά-
μὰ ἔχῃ. νυνὶ γὰρ ἂν καὶ κατασκευασθείη τὶς
αἰτία ἐπί σε, ὡς ξυσσιτήσαντα τῷ τοῦ βασιλέ-
ως ἐχθρῷ. καὶ μηδὲ τὴν ἐπὶ τοῦ λιμένος μεθ' ἡ-
μῶν ἴθι, μὴ καὶ τὸ λόγῳ κεκοινωνηκέναι σε δια-
βάλῃ[3] ἐς ἀπορρήτους βελάς. ξυνεχώρησε μὲν δὴ
ὁ Δημήτριος, καὶ περιβαλὼν αὐτὸς ἀπῄει, μετα-
στρεφόμενός τε καὶ τὰ δάκρυα ἀποψῶν. ὁ δὲ
Ἀπολλώνιος, ἰδὼν ἐς τὸν Δάμιν, εἰ μὲν ἔῤῥωσαι,
ἔφη, καὶ θαρσεῖς ἅπερ ἐγὼ, βαδίσωμεν ἄμφω
ἐπὶ τὴν ναῦν. εἰ δὲ ἀθύμως ἔχεις, ὥρα σοι κα-
ταμένειν ἐνταῦθα. Δημητρίῳ γὰρ ξυνέσῃ τὸν
χρόνον τοῦτον, ἀνδρὶ σοί τε κἀμοὶ ἐπιτηδείῳ. ὑπο-
λαβὼν δὲ ὁ Δάμις, καί τινα, ἔφη, νομιῶ ἐμαυ-
τὸν, εἰ τοιαῦτά σε διειλεγμένε σήμερον ὑπὲρ φί-
λων, καὶ κοινωνίας κινδύνων[4], οἳ ἐπ' αὐτὸς ἥκα-
σιν, ἐγὼ δ' ἀνήκοος τοῦ λόγε φεύγοιμί σε, καὶ
ἀποκινδυνεύοιμί σε; μή πω πρότερον κακὸς ὑπὲρ
σοῦ δόξας. ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις, καὶ ἴωμεν. ἐγὼ
μὲν, ὡς ἔχω, σὲ δὲ χρὴ μετασκευάζειν σαυτὸν
ἐς τὸ δημοτικώτερον[5], καὶ μήτε κομᾶν ὡς γοῦν
ἔχεις, τριβωνά τε ἀνταλλάττεσθαι τουτὶ τοῦ
λίνε, καὶ τὸ ὑπόδημα[6] παραιτεῖσθαι τοῦτο. τί
δὲ βέλεταί μοι ταῦτα, χρὴ λεχθῆναι. λῷον
γὰρ καὶ πλείω καρτερῆσαι πρὸ τῆς δίκης[7]. ἃ

Hac Damis oratione se quidem ita affe- Cap. XV.
ctum scribit, vt vim receperit animi audaciamque. Demetrium autem non dissensisse a viro amplius, sed in laudes effusum, illiusque dictis assentientem diuino quasi instinctu quodam illum celebrasse, quod tantum periculum subeat, ipsamque etiam propter quam talia sustineat philosophiam. Inde ducem se praebuisse ipsis ad locum vbi diuersabatur: verum id deprecatum Apollonium, iam adueseraseit, inquientem, oportet autem sub primam noctem ex portu Romano soluere, id nempe nauibus istis statutum est tempus. Coenam autem vna capiemus, vbi melius sese habebunt res meae. Iam enim forte criminatio aduersus te inde nascatur, quasi cum Imperatoris hoste coenaueris. Neque itinere ad portum nos comiteris velim, ne hoc quoque, quod sermones nobiscum contuleris, in suspicionem nefariorum consiliorum te adducat. Cessit itaque Demetrius, eosque complexus discedere coepit, facie identidem vt lacrymas abstergeret auersa. Apollonius autem in Damidem intuens, si vales animo, inquit, &, perinde ac ego, intrepidus es, ambo nauem ingrediamur. Si parum vero tibi est animi, tempus est, vt hic maneas. Apud Demetrium enim degere potes, virum & tibi & mihi amicissimum. Respondens autem Damis, quem vero me, inquit, esse putarem, si tam multis hodie de amicis, & periculorum illis obuenientium communione, a te disputatis, nihil commotus oratione, deseram te, & in tuorum periculorum partem venire nolim? cum hactenus nunquam timidus tui causa visus fuerim. Bene dicis, inquiebat, eamus ergo: ego quidem eo quo sum habitu, te autem tuum plebeio permutare oportet, neque comam gestare, vt nunc gestas, & pallii huius vice linteam hanc vestem induere. Calceamenta insuper ista dimittere. Quid autem his mihi velim, dicere necesse est. Nempe plura quidem etiam pro hoc vitae instituto tolerare praestiterit. At nolim ego

CAP. XV. 1 φιλοσοφίᾳ αὐτῇ] ita rescribere ausus sum suadente orationis structura. Vulgati: φιλοσοφίαν αὐτὴν, verbum enim regens ἐπιθειάσαι dandi casum habet.

2 ἐς τὸν Ρωμ. λιμένα] pro ἐν τῷ Ρωμ. λιμένι, frequens enim particulas εἰς & ἐν promiscue vsurpari. Intelligit autem portum ad Puteolos, ex quo soluebant, qui Romanorum dicitur portus, quod inde ab anno V. C. D XXXVIII. eo Romani vsi sint ad belli pacisque res: vide Cluuer. Ital. antiqu. l. IV. p. 1138.

3 μὴ καὶ τὸ λόγῳ κεκοινωνηκ. σε διαβ.] editi μὴ καὶ τὸ λόγῳ σε κεκοινωνηκ. μοι διαβ. MSS. omnes pronomen σε post λόγῳ omittebant. Pro μοι vero με & Morellus inuenerat in suis, & nos in Palatino & Vratisl. vnde locum hunc refinximus, σε vero referendum ad sequens verbum διαβάλῃ non ad praecedens.

4 καὶ κοινωνίας κινδύνων] editi καὶ κοινωνίας καὶ κινδύνων, posterius καὶ omisimus consentientibus MSS. omnibus.

5 ἐς τὸ δημοτικ.] nempe philosophorum habitu vterque incedebat.

6 ὑπόδημα] nempe ea quoque, ex Pythagorae & Aegyptiorum instituto, alia quam vulgus illi philosophi gestabant, βύβλινα scilicet, vt supra vidimus.

7 πρὸ τῆς δίκης] δίκη hic sumitur vt inf. cap. 20. vbi σχῆμα καὶ δίκη coniunguntur, h. e. pro vitae instituto, qui non infrequens est vocis vsus. πρὸ δίκης καρτερεῖν autem vt πρὸ παίδων καὶ γυναικῶν μάχεσθαι Homero &c. pro vitae instituto aliquid tolerare Sensus itaque est: alias quidem maiora etiam pro vitae instituto ferenda esse, quam quae immineant, vt adeo non imminentium quidem malorum causa mutari habitum velit Apollonius: verum cum sibi alia quam philosophiae & vitae instituti causa nunc agenda sit, qui scilicet criminis maiestatis postuletur, hic correum se habere nolle Damidem ait.

ob

ob istam causam te apprehensum in fortunae meae partes venire, (apprehendereris autem si habitus te proderet,) sed potius tanquam philosophiae non deditum aliasque amicum mihi sequi me, atque interesse iis quae faciam. Haec igitur causa fuit, ob quam Pythagoreum habitum mutaret Damis. Non enim quod factus timidior esset eum se dimisisse ait, vel quod eius se poeniteret, sed quod probaret commentum, cui se accommodabat, occasione ita postulante.

Cap. XVI. Puteolis vbi soluissent, tertia inde die ostia Tyberina intrauerunt, vnde non nimis longa Romam vsque nauigatio est. Praefectus praetorio tum quidem Aelianus erat. Vir autem ille Apollonium iampridem amauerat, cum quo in Aegypto fuerat locutus. Atque aperte quidem nihil eius tuendi causa Domitiano dixerat, neque enim magistratus, quem gerebat, id ratio permisisset. Quo pacto namque virum, qui inimicus videretur esse Imperatoris, apud ipsum dilaudasset? quomodo pro eo tanquam pro amico suo deprecatus esset? Artibus tamen, quae clanculum prodesse possunt, omnibus pro Apollonio vsus est. Nam cum antequam aduenisset grauiter a calumniatoribus accusaretur, ille, sunt Imperator, aiebat, Sophistae leuissimi in dicendo, estque tota illa ad ostentationem composita ars, & quoniam nullum emolumentum ex eo quod viuunt capiunt, mortem appetunt. Nec ipsam sponte venientem expectant, sed eam vi quadam adducunt, eos lacessendo, qui gladios gestant. Hoc, vt arbitror, Nero etiam considerans, interficere eum noluit. Vbi enim mortem affectare illum sensit, non veniam facturus mortis supplicium ei condonauit, sed quod negligentius eum habendum duceret, quam vt interficeretur. Musonium certe item Tyrrhenum, multis in rebus imperio aduersatum, insula inclusum tenuit, nomine Gyara. Adeo autem sophistas huiusmodi amant Graeci, vt tunc quidem colloquendi cum eo studio, omnes eo nauigarint, nunc autem lustrandi fontis causa. Nam in insula aquis olim destituta Musonius fontem inuenit, quem Graeci laudibus non minus efferunt, quam Caballinum in Helicone.

δὴ βέλομαι κοινωνῆσαί μοι περὶ τούτων ξυλληφθέντα, ξυλληφθείης γὰρ ἄν, διαβεβλημένῳ τὸ σχήματος, ἀλλ' ὡς μὴ φιλοσοφοῦντα μέν, ἐπιτήδειον δὲ ἄλλως ὄντα μοι, ξυνέπεσθαί τε καὶ παρατυγχάνειν οἷς πράττω. αἰτία μὲν ἥδε τῷ μεταβαλεῖν τὸν Δάμιν τὸ τῶν Πυθαγορείων σχῆμα. ὁ γὰρ ὡς κακίω γε αὐτὸ μεθεῖναί φησιν, οὐδὲ μεταγνὺς αὐτῷ τέχνην δὲ ἐπαινέσας, ἣν ὑπῆλθεν ἐς τὸ ξυμφέρον τῷ καιρῷ.

Ἀποπλεύσαντες δὲ τῆς Δικαιαρχείας, τριταῖοι κατῆραν ἐς τὰς ἐκβολὰς τοῦ Θύμβριδος, ἀφ' ὧν ξύμμετρος ἐς τὴν Ῥώμην ἀνάπλους. τὸ μὲν δὴ βασίλειον ξίφος ἦν ἐπ' Αἰλιανῷ[1] τότε. ὁ δ' ἀνὴρ ἦτος, πάλαι τῷ Ἀπολλωνίῳ ἥρα, ξυγγεγονώς ποτε αὐτῷ κατ' Αἴγυπτον. καὶ φανερὸν μὲν οὐδὲν ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν Δομετιανὸν ἔλεγεν, οὐ γὰρ ξυνεχώρει ἡ ἀρχή, τὸν γὰρ δοκοῦντα τῷ βασιλεῖ ἀπηχθῆσθαι, πῶς μὲν ἂν πρὸς αὐτὸν ἐπήνεσε; πῶς δ' ἂν ὡς ἐπιτήδειον ἑαυτῷ παρῃτήσατο; τέχναι μέν, ὁπόσαι εἰσὶν ἀφανῶς ἀμύνασαι, πάσαις ὑπὲρ αὐτοῦ ἐχρῆτο. ὡς γε[2] καὶ τὸν χρόνον, πρὶν ἥκειν, διεβάλλετο, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, κυφολόγον οἱ σοφισταὶ χρῆμα[3], καὶ ἀλαζὼν ἡ τέχνη, καὶ ἐπεὶ μηδὲν χρηστὸν τοῦ εἶναι ἀπολαύουσι, θανάτου γλίχονται. καὶ οὐ περιμένουσιν αὐτοῦ τὸ αὐτόματον, ἀλλ' ἐπισπῶνται τὸν θάνατον, ἐκκαλούμενοι τοὺς ἔχοντας ξίφη[4]. ταῦθ' ἡγοῦμαι καὶ Νέρωνα ἐνθυμηθέντα, μὴ ἀποκτεῖναι αὐτόν. ἐπεὶ γὰρ θανατῶντα ἤσθετο, οὐ κατὰ ξυγγνώμην ἐπανῆκεν αὐτῷ τὸν θάνατον, ἀλλὰ καθ' ὑπεροψίαν τοῦ κτεῖναι. καὶ μὴν καὶ Μουσώνιον τὸν Τυῤῥηνὸν[5], πολλὰ τῇ ἀρχῇ ἐναντιωθέντα, τῇ νήσῳ ξυνέσχεν, ᾗ ὄνομα Γύαρα[6]. καὶ ἔτω τι τῶν σοφιστῶν τούτων ἠτιμώσεν Ἕλληνες, ὡς τότε μὲν κατὰ ξυνουσίαν αὐτοῦ ἐσπλεῖν πάντας, νυνὶ δὲ κατὰ ἱστορίαν τῆς κρήνης. ἐν γὰρ τῇ νήσῳ, ἀνύδρῳ ὔσῃ πρότερον, εὕρημα Μουσωνίου κρήνη ἐγένετο, ἣν ἄδουσιν Ἕλληνες ὅσα Ἑλικῶνι τὴν τοῦ ἵππου.

CAP. XVI. 1 τὸ μὲν δὴ βασίλ. ξίφος ἦν ἐπ' Αἰλ.] vide de hoc loquendi genere s. ad lib. IV. c. 41. Ceterum de Casperio Aeliano praefecto praetorio, quo duce sub Nerua praetoriani ad vlciscendam Domitiani mortem consurgebant, vid. Dio lib. XVIII. p. 770. Victor in epitome, vita Neruae.

2 ὡς γε] ita omnino legendum. Vulgati ὅς γε.

3 κυφολόγον οἱ σοφ. χρῆμα] sic Aelian. V. H. I, 13. σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων. Ad verbum. *Sophistae res sunt vanissima sermone.*

4 τοὺς ἔχοντας ξίφη] i. e. summas potestates, de quibus similiter Paulus noster Rom. XIII, 4. μάχαιραν φορεῖν dicit.

5 Μουσώνιον τὸν Τυῤῥηνόν] de quo supra ad lib. IV. c. 34. non enim hic puto intelligi Musonium Ruffum, qui cum Nerua & Orhto suspectus erat Domitiano, conf. notata ad huius libri cap. 8.

6 Γύαρα] ita haut dubie legendum pro Τύαρα quod est in editis, notissima *Gyara* exiliis maleficorum. In omnium ore est illud Satyrici:

Aude aliquid Gyaris, brevibusque & carcere dignum,
Si vis esse aliquis,

Τούτοις μὲν δὴ διῆγεν ὁ Αἰλιανὸς τὸν βασιλέα, πρὶν ἥκειν Ἀπολλώνιον· ἀφικομένῳ δὲ, σοφωτέρων ἥπτετο. κελεύει μὲν γὰρ, ξυλληφθέντα αὐτὸν, ἀναχθῆναί οἱ. λοιδορημένῳ δ' αὐτῷ τῷ τὴν κατηγορίαν ξυνθέντος[1] ὡς γόητι, καὶ ἱκανῷ τὴν τέχνην, ὁ μὲν Αἰλιανὸς, τῷ βασιλείῳ, ἔφη, δικαστηρίῳ σαυτόν τε καὶ τὰ τότε φύλαττε. ὁ δ' Ἀπολλώνιος, εἰ μὲν γόης, ἔφη, ἐγὼ, πῶς κρίνομαι; εἰ δὲ κρίνομαι, πῶς γόης εἰμί; εἰ μὴ ἄρα τὸ συκοφαντεῖν ἰσχυρὸν ὥτως εἶναί φασιν, ὡς μηδὲ τῶν γοητευόντων ἡττᾶσθαι αὐτό. βλομένῳ δὲ τῷ κατηγόρῳ λέγειν τι ἀμαθέστερον, ἐκκρούων αὐτὸν ὁ Αἰλιανὸς, ἐμοὶ, εἶπεν, ἄφες τὸν καιρὸν τὸν πρὸ τῆς δίκης, ἔλεγχον γὰρ ποιήσομαι τῆς τῶ σοφιστῶ γνώμης ἰδίᾳ, καὶ ἐκ ἐν ὑμῖν. κἂν μὲν ὁμολογῇ ἀδικεῖν, ξυντετμήσονταί οἱ ἐν τῷ δικαστηρίῳ λόγοι, καὶ σὺ ἄπει εἰρηνικῶς· εἰ δὲ ἀντιλέγει, δικάσει ὁ βασιλεύς. παρελθὼν δὴ ἐς τὸ ἀπόρρητον δικαστήριον, ἐν ᾧ τὰ μεγάλα καὶ ἐλέγχεται καὶ σιωπᾶται, χωρεῖτε, ἔφη, ἐνθένδε, καὶ μηδεὶς ἐπακροάσθω, δοκεῖ γὰρ τῷ βασιλεῖ τῶτο.

Talibus quidem demulcebat Imperatorem Aelianus, antequam aduenirat Apollonius: vbi ueniſſet autem, cautius etiam rem adortus eſt. Iuſſit enim comprehenſum ad ſe duci. Cum grauiter autem delator eum calumniaretur, velut incantatorem, eaque arte excellentem; tum Aelianus, Imperatoris, aiebat, te atque in iſtum comparatas criminationes tribunali ſeruato. Apollonius autem, ſi incantator, inquiebat, ſum ego, quomodo ad iudicium pertrahi poſſum? ſi autem ſiſtor iudicio, quomodo incantator ſum? Niſi forte ſycophantiae ita inualuiſſe dicantur, vt ne a magis quidem vinci poſſint. Cumque aliquid inconditum magis proferre pararet delator, compeſcens ipſum Aelianus, mihi, inquit, concede, quod iudicium antecedit tempus. Ego enim ſophiſtae animum ſeorſum, non praeſentibus vobis, experiar. Quod ſi faſſus fuerit crimen, compendium fiet diſceptationum in iudicio, tuque in pace abibis: ſi negauerit culpam, Imperatoris de illo eſto iudicium. In ſecretiorem itaque praetorii locum ſecedens, vbi cauſae grauiores & examinantur, & ſilentio teguntur, diſcedite omnes, dixit, nemoque qui audiat interſit, ſic enim placet Imperatori. Cap. XVII.

Ὡς δὲ ἐγένοντο αὐτοὶ, ἐγὼ, ἔφη, ὦ Ἀπολλώνιε, μειράκιόν ἦν κατὰ τὰς χρόνας, ἧς ὁ πατὴρ τῷ βασιλέως ἐπ' Αἴγυπτον ἦλθε, τοῖς μὲν θεοῖς θύσων, χρησόμενος δ' ὑπὲρ τῶν ἑαυτῷ σοι. καὶ χιλίαρχον μὲν ὁ βασιλεὺς ἦγεν, ἤδη τῶν πολεμικῶν εἰδότα. σὺ δ' ὥτω τί μοι ἐπιτηδείως εἶχες, ὡς χρηματίζοντος τῷ βασιλέως ταῖς πόλεσιν, ἀπολαβών με ἰδίᾳ, ποδαπός τε εἴην λέγειν, καὶ ὅ, τί μοι τὸ ὄνομα, καὶ ὡς ἔχω τῷ πατρός. προὔλεγες δέ μοι καὶ τὴν ἀρχὴν. ταύτην, ἢ τοῖς μὲν[1] πολλοῖς μεγίστη δοκεῖ, καὶ μείζων ἢ πάντα ὁμῷ τὰ ἀνθρώπων. ἐμοὶ δὲ ὄχλος, καὶ κακοδαιμονία φαίνεται· τυραννίδος γὰρ φύλαξ χαλεπῆς εἰμι, κἂν μὲν σφήλῳ αὐτὴν[2], δέδοικα τὰ ἐκ τῶν θεῶν. σοὶ δ' ὅπως εὔνους εἰμὶ, δεδήλωκα· ὁ γὰρ εἰπὼν ἀφ' ὧν εἴρηκά πῳ μηδ' ἂν παύσασθαί[3] σε ἀγαπῶν, ἐς' ἂν ᾖ τῶν ἐκείνῳ[4] μεμνῆσθαι ἀκριβῶς. Postquam vero ſoli fuere, ego, inquit, Apolloni, admodum eram adoleſcens tempore illo, quo Imperatoris pater in Aegyptum, Diis ſacrificaturus, teque de ſuis rebus conſulturus, profectus eſt. Atque tunc quidem tribunus militum Imperatorem comitabar, qui rei bellicae iam aliquam haberem experientiam: tu vero ita me familiariter complexus es, vt dum ciuitatibus iura diceret Imperator, a turba me ſeducens, & quis eſſem exponeres, & quo nomine vocarer, & quo eſſem patre natus. At & magiſtratum iſtum me geſturum praedicebas, qui multis quidem eſſe maximus videtur, maiorque quam omnes vniuerſim inter homines dignitates. Mihi tamen moleſtia eſſe videtur, & infeliciſſima vitae conditio: ſum enim durae cuſtos tyrannidis, interea ſi qua magiſtratu illo male egero, Deorum metuo poenas. Quod amicus tibi ſim, iam oſtendi: ſi quis enim talia dicat, qualia mihi initium fuiſſe dixi indeſinentis in te amoris, eſt certe quo recordari quis poſſit indolis eius. Cap. XIIX.

CAP. XVII. 1 τὴν κατηγ. ξυνθ.] qui ab Euphrate ſubornatus fuerat, vt ſupra indicatum, & in ſequentibus quoque identidem innuitur.

CAP. XVIII. 1 τοῖς μὲν πολλοῖς] μὲν habent MSS. omnes, idque ſequens δὲ poſtulat.

2 κἂν μὲν σφήλω αὐτὴν] αὐτὴν refero ad ἀρχὴν, & per ellipſin expono σφήλω κατ' αὐτὴν vel περὶ αὐτήν: nempe cauſam exponit, cur ſibi moleſtus ille videatur magiſtratus. Vna ſcilicet parte crudeli Domino ſatisfaciendum, altera cauendum, ne Dii iniuſtis caedibus, quod difficile erat euitare, laedantur.

3 μηδ' ἂν πάυσ.] editi τὸ μηδ' ἂν πάυσ. ſed τὸ illud mihi redundare viſum.

4 τῶν ἐκείνῳ] ſic malim quam τὸ ἐκείνων, quod eſt in editis. Nempe dicit allegata in memoriam reuocare poſſe Apollonio τὰ ἐκείνου, h. e. indolem eius, animumque

Quod

Quod vero tecum secreto colloqui voluerim de iis, quae delator tuus instruxit, commentum est, conuersationis priuatim tecum instituendae causa mihi excogitatum, quo & considere posses iis quae in me posita sunt, cognoscere vero ea, quae ab Imperatore sunt expectanda. Et sententiam quidem, quam de te sit laturus, ignoro. Ceterum ita animatus est, vt qui condemnare cummaxime cupiunt, quos tamen, quod solidum sententiae fundamentum non habeant, pudeat, atque exitii praetextum consularibus viris inferendi in te quaerit. Vult enim quae facienda minime sunt patrare, ad speciem iusti ea redigens. Quamobrem & mihi simulatione est opus, & quadam aduersus te animi contentione. Si enim remissius me agere suspicatus fuerit, vter nostrum citius sit periturus, ignoro.

σθαι. τὸ δὲ ἰδίᾳ ἐθελῆσαι ἔρεσθαί σε, ὑπὲρ ὧν ὁ κατήγορος ξυντέθηκε, σόφισμα ἀ φαῦλον ὑπὲρ ξυνουσίας ἐμοὶ τῆς πρὸς σὲ γέγονεν, ὅπως θαῤῥοίης μὲν τὰ ἐπ' ἐμοὶ ὄντα, προγνοίης δὲ τὰ ἐπὶ τῷ βασιλεῖ, ὅ, τι μὲν ψηφιεῖται ἐπὶ σοὶ, οὐκ οἶδα. διάκειται δὲ ὥσπερ οἱ καταψηφίσασθαι μὲν ἐπιθυμοῦντες, αἰσχυνόμενοι δὲ τὸ μὴ ἐπ' ἀληθέσι, καὶ πρόφασιν ἀπωλείας ὑπάτων ἀνδρῶν [4] ποιεῖταί σε. βάλεται μὲν γὰρ ἃ μὴ δεῖ πράττειν, αὐτὰ καταῤῥυθμίζων ἐς τὴν τῶν δικαίων δόξαν. δεῖ δὴ κἀμοὶ πλάσματος, καὶ ὁρμῆς ἐπί σε. εἰ γὰρ ὑπόψεταί με ὡς ἀνίεντα, οὐκ οἶδ' ὁπότερος ἡμῶν ἀπολεῖται θᾶττον.

Cap. XIX. Ad haec Apollonius, quoniam aperte, inquit, inter nos loqui possumus, atque quaecunque animo obuersantur & tu protulisti, & mihi proferre fas est; ipseque de rebus tuis ita philosopharis, vt qui diutissime in disciplina mea fuerunt; atque ita per Iouem amice es erga me animatus, vt pericula quoque mecum vna subeunda putes, ego mentem quoque meam exponam. Nempe fuga vobis poteram elabi, (multis terrarum partibus se offerentibus, quae vestro imperio non obaudiunt,) & ad viros abire sapientes, imo me ipso sapientiores, rectaque ratione Deos colere, profectum in regiones hominum, magis quam qui istis in locis versantur Deorum amantium, apud quos neque delatio est, neque libellus. Eo enim quod nec faciant nec patiantur iniuriam, nullis opus iudiciis habent. Veritus tamen ne proditoris mihi crimen impingeretur, eo quod ipse quidem defensionem subterfugiam, pereantque illi qui mei causa in periculo versantur, accessi huc, causam dicturus. Quae autem sint defensione depellenda iam age exponas.

Πρὸς ταῦτα ὁ Ἀπολλώνιος, ἐπεὶ ὑγιῶς, ἔφη, διαλεγόμεθα, καὶ ὁπόσα καρδία ἴσχει σύ τε εἰρηκας, ἐμοί τε εἰπεῖν δίκαιον· φιλοσοφεῖς τε ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων, ὡς οἱ σφόδρα μοι ξυνδιατρίψαντες, καὶ νὴ Δία ἴτω φιλανθρώπως πρὸς ἡμᾶς ἔχεις, ὡς ξυγκινδυνεύειν ἡγεῖσθαί μοι, λέξω τὸν ἐμαυτοῦ νοῦν. ἐμοὶ γὰρ ἀποδρᾶναι μὲν ἦν ὑμᾶς ἐς πολλὰ μέρη τῆς γῆς, ἃ μὴ ὑμῶν ἀκροᾶται, παρ' ἄνδρας τε ἀφικέσθαι σοφοὺς, ἢ σωφρονέστερος ἢ ἐγὼ· θεούς τε θεραπεύειν ξὺν ὀρθῷ λόγῳ, βαδίσαντα ἐς ἤθη [1] ἀνθρώπων θεοφιλεστέρων ἢ οἱ ἐνταῦθα, παρ' οἷς ἔστε ἔνδειξις ἔστε γραφὴ ἀδεμία. δι' αὐτὸ γὰρ τὸ μήτε ἀδικεῖν, μήτε ἀδικεῖσθαι, δικαστηρίων ἀ δέονται. δείσας δὲ προδότης λαβεῖν αἰτίαν, ἢ φύγω μὲν αὐτὸς τὴν ἀπολογίαν, ἀπόλοιντο δὲ οἱ δι' ἐμὲ κινδυνεύοντες [2], ἥκω ἀπολογησόμενος. ὑπὲρ δὲ ὧν ἀπολογεῖσθαί με δεῖ, φράζε.

Cap. XX. Accusationis, inquiebat ille, species sunt variae, & numero haut paucae. Nam & vestitum, & reliquam viuendi consuetudinem calumniantur, & illud quod sint, te qui ado-

Αἱ μὲν ἰδέαι τῆς γραφῆς ποικίλαι τε, ἔφη, καὶ πλείους· καὶ γὰρ τὴν ἐσθῆτα διαβάλλουσι, καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν· καὶ τό ἐστιν ὑφ' ὧν προσ-

Apollonio olim coniunctissimum, imo & rerum inter eos in Aegypto gestarum, vnde fiducia nasci queat aduersus ipsum. Interpretes priores non quod Philostratus dixit, sed quod visum ipsis hic repraesentarunt.

5 ὑπάτων ἀνδρῶν] Nerua nempe cum Domitiano consul fuit A. C. 90. & antea Ann. 71. cum Vespasiano. De Ruffo vide ad huius libri cap. 5. Orfitum consulem ante annum C. 101. quo Traianus imperium iam tenebat, haut inuenimus. Vel itaque dicendum, Philostratum *consulares* dicere, qui post consul factus sit, ἀνθυπάτους non semper adeo studiosum, vel a pluribus, Nerua nempe & Ruffo fieri denominationem: vel suffectum Orfitum consulem aliquando fuisse.

CAP. XIX. 1 βαδίσαντα ἐς ἤθη] editi habent ἔθη, pro quo ἤθη ex coniectura restitui, quod *sedes* & *patriam terram* notat. βαδίσαντα autem vel βαδίσαντι pro βαδίσαντας, quod erat in editis, restituendum: in praecedentibus enim numero vnitatis locutus est: alias triuiale est de singulis quoque personis numero plurali sermonem instituere. Constructio est: ἢ δεῖς θεραπεύειν, βαδίσαντα &c.

2 οἱ δι' ἐμὲ κινδυνεύοντες] Nerua, Rufus & Orfitus, qui in maiore periculo, si aufugisset Apollonius, futuri erant vid. s. c. 14. non longe ab init.

CAP. XX. 1 τὴν ἐσθ. διαβ. κ. τ. ἄλλ. δίαιτ.] conf. supra cap. 2. n. 8. sqq.

κυνεῖσθαί σε. καὶ τὸ ἐν Ἐφέσῳ ποτὲ[2] ὑπὲρ λοιμοῦ χρῆσαι. διειλέχθαι δὲ καὶ κατὰ τοῦ βασιλέως, τὰ μὲν ἀφανῶς, τὰδ' ἐκφάνδην, τάδ' ὡς θεῶν ἀκούσαντα[3]. τὸ δὲ ἐμοὶ μὲν ἀπιθανώτατον, γιγνώσκω γὰρ ὅτι μηδὲ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ἀνέχῃ, τῷ δὲ βασιλεῖ πιθανώτατον, διαβάλλεται, φασὶν ἐς ἀγρὸν βαδίσαντά σε παρὰ Νερύαν, τεμεῖν αὐτῷ παῖδα Ἀρκάδα, θυομένῳ γε ἐπὶ τὸν βασιλέα, καὶ ἐπᾶραι αὐτὸν τοῖς ἱεροῖς τούτοις. πεπράχθαι δὲ ταῦτα νύκτωρ, φθίνοντος ἤδη τοῦ μηνός. τοῦτο δὴ τὸ κατηγόρημα, ἐπειδὴ πολλῷ μεῖζον, μὴ ἕτερόν τι παρ' ἐκεῖνο ἡγώμεθα. ὁ γὰρ λαμβανόμενος[4] τοῦ σχήματος, καὶ τῆς δίκης[5], καὶ τοῦ προγιγνώσκειν, ἐς τοῦτο δή πως ξυντείνει, καὶ ταῦτά γε καὶ τὴν παρανομίαν τὴν ἐς αὐτὰ δοῦναί σοί φησι, καὶ τὸ ἐς τὴν θυσίαν θάρσος. χρὴ ἂν παρεσκευάσθαι τὴν ὑπὲρ τούτων ἀπολογίαν. ἔσω δέ σοι ὁ λόγος, μὴ ὑπερορῶν τοῦ βασιλέως. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, τοῦ μὲν μὴ[6] ὑπερορᾶν ἔσω τεκμήριόν σοι τὸ ὑπὲρ ἀπολογίας ἀφῖχθαί με. εἰ δὲ καὶ θρασέως ἔτω τἀμὰ εἶχεν, ὡς ὑπὲρ τυραννίδας αἱρεσθαι, ἀλλά σοί γε ὑπέσχον ἐμαυτὸν, τοιῶδε ὄντι, καὶ ἀγαπῶντί με. τὸ μὲν γὰρ ἐχθρῷ πονηρὸν δόξαι, δεινὸν ἔπω. οἱ γὰρ ἐχθροὶ μισοῦσιν, οὐκ ἀφ' ὧν δημοσίᾳ διαβέβληταί τις, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἰδίᾳ προσκέκρικε. τὸ δὲ πρὸς ἀνδρὸς φίλου λαβεῖν αἰτίαν ὡς κακὸς φαίνοιτο, βαρύτερον τοῦτο ἢ τὰ ἐχθρῶν ὁμοῦ πάντα. ἐὰν γὰρ ἂν διαφύγοι τὸ μὴ ἐκ κακείνοις, δι' ἃ κακὸς ἦν, ἁπηχθῆσθαι.

reris. Hoc item quod Epheſi aliquando de peſte reſponſum dederis. Multa quoque aduerſus Imperatorem, tum ſecreto, tum palam etiam, tanquam diuinitus accepta te diſſeruiſſe [aiunt.] Et, quae minime omnium mihi eſt veroſimilis, (noui enim ne hoſtiarum quidem tibi tolerabilem videri ſanguinem,) Imperatori vero veriſſima videtur calumnia, in agrum te egreſſum aiunt ad Neruam, Arcadem in eius gratiam puerum ſecuiſſe, qui mactatus ſit exitii Imperatori procurandi cauſa, atque hoc ſacrificio ad imperii ſpem eum te erexiſſe. Noctu autem haec a vobis patrata eſſe aiunt, luna iam decreſcente. Haec igitur criminatio, quoniam longe maxima eſt, nullam eſſe aliam praeter illam cenſeamus. Certe enim qui vel habitum, vel vitae inſtitutum, vel futurorum ſcientiam materiam accuſationis fecit, iſthuc omnino collineat: atque haec ipſa ad delinquendum in his rebus facultatem tibi dediſſe innuit, animumque tibi ad ſacrificium illud peragendum addidiſſe. Ad haec igitur apologia depellenda paratum te oportet eſſe. Velim autem in oratione ita te geras, vt ne contemtui habere videaris Imperatorem. Tum Apollonius, contemtui non habere, dixit, argumentum tibi eſto, quod defendendi me aduenerim ſtudio. Et ſi cummaxime audaci adeo animo eſſem, vt alto tyrannides ſupercilio deſpicerem; tibi tamen parerem, talis qui ſis & tanto in me amore. Nam inimico improbum videri non adeo graue eſt: inimici enim oderunt non ob ea, ob quae publicam notam quis incurrit, ſed eapropter quibus priuatim in eos offendit. Ab amico autem quod ſe improbum quis gerat accuſari, multo moleſtum eſt magis, quam omnia quae ab inimicis euenire poſſint. Neque enim fieri poteſt, quin amicis etiam inuiſus euadat quiſpiam eapropter, in quibus improbum ſeſe oſtenderit.

Ἔδοκει τῷ Αἰλιανῷ εὖ λέγειν. καὶ παρακελευσάμενος αὐτῷ θαρρεῖν, αὐτὸς ἐλάβετο ὡς μὴ ἂν ἐκπλαγέντος τοῦ ἀνδρὸς, μηδ' ἂν Γοργείη κεφαλὴ ἐπ' αὐτὸν αἴροιτο. καλέσας ἂν τοὺς προστεταγμένους τὰ τοιαῦτα, κελεύω, ἔφη, ξυνέχειν

Probabat haec dicta Aelianus bonoque animo eſſe iubens, eam cepit de ipſo opinionem, quod nullo modo terrere virum liceat, ne ſi Gorgonium quidem caput contra eum attollatur. Aduocatis igitur iis quibus id datum muneris, iubeo, inquit, hunc in cuſtodia detineri, Cap. XXI.

2 καὶ τὸ ἐν Ἐφέσῳ ποτε &c.] vid. ſ. l. IV. cap. 9.

3 ὡς θεῶν ἀκούσ.] editi θεὸν, quod aperte falſum. Ceterum vide ſupra huius libri cap. 10.

4 ὁ γὰρ λαμβανόμενος — ἐς τοῦτο δήπως ξυντείνει] vt ſenſus clarior ſit, obſeruandum, Apollonium interrogaſſe, quaenam ſint quae ſibi obiiciantur, apologia a ſe diluenda. Reſpondet Aelianus, varia eſſe, habitum, vitae inſtitutum, & nefandum illud ſacrificium. Apollonio tamen poſtremum inprimis eſſe ſpectandum, perinde ac ſi vnicum hoc ſit, quod ipſi a delatoribus ſit obiectum. Namque reliqua omnia, de habitu, vitae inſtituto &c. ideo tantum moueri, quod videantur firmare opinionem de *magia* Apollonii & infandis ſacrificiis, cum illa viuendi ratio compoſita eſſe videatur ad magiam exercendam, cui qui dediti ſunt victu ſeſe & reliquo vitae genere ad improbam illam artem componant. Sicque adeo reliqua delationis capita omnia ad vltimum iſtud κατηγόρημα, de *puero mactato*, collineare ait, quod facinus ſit iſti vitae rationi, quam Apollonius ſequebatur, conueniens. Ceterum de verbi λαμβάνεσθαι vſu, eo ſenſu, quo hic habetur, vide ſupr. ad lib. I. c. 15.

5 τῆς δίκης] quid ea vox ſibi velit, vide paulo ante cap. 15. not. 7.

6 τοῦ μὲν μὴ] μὲν agnoſcebant codd. MSS. omnes praeter Vrbinatem.

quoad

quoad Imperator adueniſſe illum certior fiat, atque ex ipſo audiat quaecunque mihi ab eodem ſunt dicta: ſpeciemque valde irati vultu prae ſe ferebat. Indeque ad Imperatoris pergens palatium, quae ſui erant officii obiuit. Eo vero loco Damis rem commemorat ſimilem ex parte, ex parte diſſimilem, Ariſtidi quandoque Athenis oblatam. Eum nempe oſtraciſmo [Athenienſes] ob virtutem vrbe expuliſſe. Cumque extra moenia iam proceſſiſſet, obuium ex tribubus ſuburbanis quendam illum oraſſe, vt teſtulam ſibi contra Ariſtidem ſcriberet: ipſe nempe neque hominis, neque litterarum cognitione, ſed ſola inuidia comparatus aduerſus eum, quod iuſtus eſſet. At tribunus, ex eorum numero quibus notiſſimus Apollonius eſſet, vltro eum affatus per iocum, cuius rei cauſa in hoc diſcrimen adductus eſſet? interrogauit. Hoc autem id quidem ſe neſcire aiente: at noui ego, reſpondit: hoc nempe, quod ab hominibus adoraris, ſuſpicionem de te fecit, quod videri Deus cupias. Quis vero, regerebat [Apollonius,] me adorauit? Ego ipſe, inquit tribunus, Epheſi id feci, cum adhuc puer eſſem, quando nos a peſte liberaſti. Recte, reſpondit Apollonius, & tu feciſti, & Epheſi ciuitas malo liberata. Idcirco, pergebat ille, defenſionem pro te paraui, quae te a crimine purgabit. Foras enim extra moenia eamus, ſique ego ceruicem tuam enſe amputauero, diluetur accuſatio, ipſeque dimiſſus abibis. Si vero me perterrefeceris vt gladius manu excidat, tum Deum te credere erit neceſſe, iudiciumque ob iſtam rem tanquam veram ſubire. Tanto nempe iſte inficetior eo, qui Ariſtidem expulſum cupiebat, ridens haec proferebat & ludibrio eum habens. Ille vero non audire ſe ſimulans, cum Damide de Delta confabulabatur, circa quod Nilum in partes ſcindi perhibent.

Cap.XXII. Poſt haec ad ſe vocatum Aelianus in carcere praecepit eſſe eorum, qui vinculis nullis conſtringerentur, donec, aiebat, Imperatori fuerit otium: ſtatuit enim priuatim tecum antea colloqui. Ex praetorio igitur dimiſſus, & in carcerem delatus, confabulemur, inquit, o Dami, cum hominibus, qui hic ſunt. Quid

τοῦτον, ἐς' ἂν ὁ βασιλεὺς ἥκοντά τε αὐτὸν μάθῃ, καὶ λέγοντα ὁπόσα εἴρηκε· καὶ ἐῴκει τοῖς μάλα ὠργισμένοις. παρελθὼν δὲ ἐς τὰ βασίλεια, τὰ προσήκοντα τῇ ἀρχῇ ἔπρατ[ε]ν. ἐνταῦθα ὁ Δάμις ἀπομνημονέυει ἔργα ὁμοίᾳ τε καὶ ἀνομοίᾳ, τῷ ἐπ' Αριστείδᾳ ποτὲ Αθήνησιν. ὀστράκῳ μὲν γὰρ τὸν Αριστείδην ἐλαύνειν ἐπ' ἀρετῇ. ἔξω δὲ τείχους ἤδη ὄντι [1], προσελθόντα τῶν ἀγροίκων τινὰ, δεῖσθαι αὐτῷ γράφειν τί αὐτῷ ἐπ' Αριστείδην ὄστρακον· ἐκεῖνος μὲν, ἅτε τὸν ἄνδρα εἰδὼς [2], ἅτ' αὐτὸ τὸ γράφειν [3], ἀλλὰ μόνον τὸν ὑπὲρ δικαίᾳ φθόνον [4]. χιλίαρχος δὲ, τῶν σφόδρα γιγνωσκόντων τὸν Απολλώνιον, προσειπὼν αὐτὸς, ἤρετο κατὰ ὕβριν ὑπὲρ ὅτε κινδυνέυοι; τῷ δὲ ἐκ εἰδέναι φήσαντος, ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, οἶδα· τὸ γὰρ προσκυνεῖσθαί σε ὑπὸ ἀνθρώπων διαβέβληκεν, ὡς ἴσον ἀξιώμενον τοῖς θεοῖς. καὶ τίς, εἶπεν, ὁ προσκυνήσας ἐμέ; ἐγὼ, ἔφη, ἐν Εφέσῳ, παῖς ἔτι ὢν, ὁπότε ἡμᾶς ἰάσω τῷ λοιμῷ [5]. καλῶς ποιῶν, εἶπεν, αὐτός γε σὺ, καὶ ἡ σωθεῖσα Εφεσος πόλις. διὰ ταῦτ' ἄν, ἔφη, καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ σῷ παρεσκεύακα, ἥ σε ἀπαλλάξει τῆς αἰτίας. ἴωμεν γὰρ ἔξω τείχους, καὶ ἢν μὲν ἀποκόψω σε τὸν αὐχένα τῷ ξίφει, διαβέβληται ἡ αἰτία, καὶ ἀφεῖσαι. ἢν δὲ ἐκπλήξεις με [6] καὶ μεθῷ τὸ ξίφος, θεῖόν τε ἀνάγκη νομίζεσθαί σε, καὶ ὡς ἐπ' ἀληθέσι κρίνεσθαι. τοσῷδε μὲν δὴ ἀγροικότερος ἦτος τῷ τὸν Αριστείδην ἐλαύνοντος, ἔλεγε δὲ ταῦτα μασώμενός τε καὶ ξυγγελῶν. ὁδ' ἐκ ἀκηκοότι ὁμοίος, διελέγετο πρὸς τὸν Δάμιν ὑπὲρ τῷ Δέλτα, περὶ ὃ φασι τὸν Νεῖλον σχίζεσθαι.

Ἐπεὶ δὲ, καλέσας αὐτὸν ὁ Αιλιανὸς, ἐκέλευσε τὸ ἐλευθέριον οἰκεῖν δεσμοτήριον [1], ἐς' ἂν γένηται, ἔφη, σχολὴ τῷ βασιλεῖ, ξυγγενέσθαι γάρ σοι ἰδίᾳ πρότερον βέλεται. ἀπῆλθε μὲν τῷ δικαστηρίῳ, καὶ παρελθὼν ἐς τὸ δεσμωτήριον, διαλεγώμεθα, ἔφη, Δάμι, τοῖς ἐνταῦθα. τί γὰρ ἂν

CAP. XXI. 1 ἔξω δὲ τείχους ἤδη ὄντι] eodem modo Plutarchus rem deſcribit in vita Ariſtid. & Suidas voce Αριστείδ. paulo aliter Cornel. Nep. in Ariſtid. c. 1.

2 ἅτε τὸν ἄνδρα εἰδὼς] atque adeo, an noxius ſit, an innocens, ignarus.

3 ἅτ' αὐτὸ τὸ γράφειν] litterarum imperitus, adeoque & iuris multo magis, quo nixus Ariſtidem damnare poſſet.

4 μόνον τὸν ὑπὲρ δικαίᾳ φθόνον] nempe interrogatus quid mali feciſſet Ariſtides? *ſe ignorare dixit Ariſtidem, ſed ſibi non placere, quod cupide elaboraſſet, vt praeter ceteros iuſtus appellaretur.* Cornel. Nep. l. c.

5 ὁπότε ἡμ. ἰάσω τῷ λοιμῷ] vide ſ. l. IV. c. 9.

6 διαβέβληται ἡ αἰτία καὶ ἀφεῖσαι. ἢν δὲ ἐκπλήξεις με] haec verba in vulgatis deerant, ſine quibus ſenſus & oratio perturbata eſt. Reſtituimus ex cod. Vrbin.

CAP. XXII. 1 ἐλευθέριον οἰκ. δεσμωτήρ.] ἐλευθέριον mihi eſt, in quo ἄδεσμοι h. e. *vinculis non conſtricti* ſeruarentur captiui. Nempe poſtea demum mutato carcere in vincula coniectus fuit Apollonius, vid. cap. 34. 35. Vnde tamen mox ἐς ἐλευθέριον δεσμωτήριον reductus fuit vid. c. 40.

ἄλλο πράττοι τις τὸν χρόνον τοῦτον, ὃν διαλέξεται μοι ὁ τύραννος, ὑπὲρ ὧν δεῖται; ἀδολέσχας, εἶπεν, ἡγήσονται ἡμᾶς, ἢν ἐκκρούωμεν αὐτὸς ὧν ἀπολογήσονται. καὶ ἄλλως ἄτοπον, περιπατεῖν[2] ἐς ἀνθρώπους ἀθύμους ἔχοντας. καὶ μὴν τούτοις μάλιστα δεῖ, ἔφη, τῷ διαλεξομένῳ τε καὶ θεραπεύσοντος. εἰ γὰρ ἐνθυμηθείην[3] τὰ τοῦ Ομήρου ἔπη, ἐν οἷς Ομηρος[4] τὴν Ελένην φησὶ τὰ ἐξ Αιγύπτου φάρμακα οἰνοχοεῖν ἐς τὸν κρατῆρα, ὡς τὰ ἄχη τῆς ψυχῆς ἀποδρέχοιτο· δοκῶ μοι τὴν Ελένην, λόγους Αιγυπτίους ἐκμαθοῦσαν[5], ἐπᾴδειν τοῖς ἀθύμοις ἐν τῷ κρατῆρι, ἰωμένην αὐτοὺς λόγῳ τε ἀναμιξ καὶ οἴνῳ. εἰκὸς μὲν, εἶπεν, εἴ περ ἐς Αιγυπτὸν τε ἦλθε, καὶ ὡμίλησε τῷ Πρωτεῖ[6], ἢ ὡς Ομήρῳ δοκεῖ, Πολυδάμνῃ ξυνεγένετο τῇ τοῦ Θῶνος[7]. νυνὶ δὲ ἀναβεβλήσθων ἕτοι, δέομαι γὰρ ἔρεσθαί σε. οἶδα, ἔφη, ὃ με ἐρήσῃ. τοὺς γάρ τοι λόγους οἱ γεγόνασί μοι πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ ἅττα εἶπε, καὶ εἰ φοβερὸς ἦν, ἢ πρᾶος, βούλει ἀκοῦσαί μου; καὶ διῆλθε πάντας. προσκυνήσας δ' ὁ Δάμις, ἀκ ἀπιστῶ, ἔφη, καὶ τὴν Λευκοθέαν ποτὲ[8] κρήδεμνον Οδυσσεῖ δοῦναι μετὰ τὴν ναῦν[9], ἧς ἐκπεσὼν, ἀνεμέτρει ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ[10] τὸ πελάγους, καὶ γὰρ ἡμῶν, ἐς ἀμήχανά τε καὶ φοβερὰ ἐμβεβηκότων, θεῶν τις ὑπερέχει οἶμαι χεῖρα, ὡς μὴ ἐκπέσοιμεν σωτηρίας πάσης. ἐπιπλήττων δ' ὁ Απολλώνιος τῷ λόγῳ, ποῖ παρατενεῖς, ἔφη, δεδιὼς ταῦτα, καὶ μή πω γιγνώσκων, ὅτι σοφία μὲν τὰ ξυνιέντα ἑαυτῆς ἐκπλήττει πάντα, αὐτὴ δ' ὑπ' ἀδενὸς ἐκπλήττεται; ἀλλ' ἡμεῖς, εἶπε, παρὰ ἀξύνετον ἥκομεν, καὶ ὃ μόνον ἀκ ἐκπληττόμενον ἡμᾶς, ἀλλ' ὃδὲ ἀξιῶντα εἶναί τι ὃ ἐκπλήττει[11] αὐτόν. ξυνίης ἂν, ἔφη, ὦ Δάμι, ὅτι τετύφωταί, καὶ ἀνοήτως ἔχει; ξυνίημι, τί δ' ὃ μέλλω; εἶπε. καὶ σοὶ δὴ, ἔφη, κα-

enim aliud quis isto faceret tempore, quod, donec tyrannus mecum de iis, quibus opus habet, loquatur, est exigendum? Garrulos, aiebat Damis, nos existimabunt, si eos a defensionis suae meditatione dimoueamus. Sed & alias parum videtur conueniens cum viris differtare, qui animo sint contristati. Imo vero, inquit Apollonius, hi maxime opus habent oratione eos reficiente & sanante. Si Homeri enim carmina in memoriam mihi reuocem, quibus medicamenta Aegyptia in cratere Helenam miscuisse is ait, vt animae dolores dilueret; in eam deuenio sententiam, Helenam, Aegyptia institutam philosophia, moestis hominibus crateris incantamentis medelam attulisse, dum eos sermonibus vino admistis sanaret. Verisimile hoc est, respondit Damis, maxime si in Aegyptum eam venisse & cum Proteo esse versatam, vel, sicut Homero placet, Thonis vxori Polydamnae familiarem fuisse constet. At ista quidem in aliud tempus differamus, opus est enim, vt aliquid te nunc interrogem. Scio, respondit, quid sis interrogaturus: nempe de sermonibus, qui mihi cum Aeliano intercesserе, dictisque ab eo, an terribilem item an mitem se ostenderit, ex me audire cupis: eosque adeo sigillatim recensuit. Eo igitur adorato Damis, non incredibile mihi nunc videtur, inquit, Leucotheam olim vittam Vlyssi dedisse, post nauem amissam, qua perdita propriarum manuum suarum remigio mare superauit. Nobis enim etiam, in difficillimam atque tremendam plane incidentibus tempestatem, Deorum aliquis, vt puto, manum porrigit, ne penitus omni salute destituerемur. In quam quidem orationem animaduertens Apollonius, quousque, inquit, talia metuere perges, atque ignorare, quod sapientia omnes, qui modo senserint eam, percellat, ipsa percellatur a nemine? Verumenimuero, inquit Damis, nos ad hominem venimus omni sensu destitutum, & qui non solum a nobis non percellatur, sed nihil esse velit omnino, quod ipsum percellat quidem. Intelligis igitur, respondit Apollonius, o Dami, Intelligo, dixit, & quidni intelligerem? Tibi

illum typho esse inflatum, atque amentem?

---

2 περιπατεῖν] περίπατος pro philosophica *dissertatione* notum, quod ambulando, vt Gelliana voce vtar, *dissertarent*.

3 ἐνθυμηθείην] editi ἐνθυμηθείης, reclamante orationis contextu.

4 ἐν οἷς Ομηρος] locus est Odyss. Δ'. v. 219. sq.

5 λόγους Αιγυπτ. ἐκμαθοῦσαν] sic λόγων κρατῆρες nostro s. lib. IV, 24.

6 τῷ Πρωτεῖ] vide s. ad lib. IV. c. 15. Simili autem plane modo ad hanc fabulam alludit Philostr. in *epistola ad Antonium*, vitis Sophist. praemissa.

7 Πολυδάμνῃ ξυνεγένετο τῇ τοῦ Θῶνος] Θῶνος παρέχειτις vt est apud Homer. l. c. v. 228. non *filia* vt interpretibus visum prioribus.

8 καὶ τὴν Λευκοθέαν ποτὲ &c.] vide Homerum Odyss. Ε', v. 333. sq.

9 μετὰ τὴν ναῦν] post *nauis interitum*. Sic inf. c. 25. fin. μετὰ τὴν μητέρα post matris interitum.

10 ἀνεμέτρει ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ] χείρεσσι νέαι, vt habet Homerus: securus tamen Leucotheae vitta, qua pectus subligauerat.

11 ἐκπλήττει] MSS. nostri omnes ἐκπλήξει, quod forte melius.

igi-

igitur, Apollonius subiunxit, hoc magis tyranni omnia sunt contemnenda, quo melius nosti eum.

C. XXIII. Dum talia inuicem loquerentur, accedens aliquis, Cilix vt puto, ego, inquit, o viri, propter diuitias in vitae discrimine versor. Tum Apollonius quidem dixit, si quaestu iniusto diuitias comparasti, latrociniis scilicet aut veneficiis, hominibus feralibus, aut effodiendo sepulcra, quae reges antiquos condebant, qualia auro referta esse solent & thesauris, non solum in iudicium te vocari par est, sed & capitis supplicio affici. Istis enim diuitiae quidem parantur, sed nefandae atque sceleste. Si ex hereditatibus autem, vel mercatura, honesta & minime vsuraria, [opes comparaueris,] quis adeo saeuus, vt legum praetextu ea tibi auferat, quae legitime acquisisti? Quae habeo, respondit ille, a cognatis quamplurimis sunt, atque in vnam domum conuenere meam. Neque tamen ceu alienis eis vtor, mea sunt enim: neque vt meis, sunt enim cum bonis viris mihi communia. Calumniantur autem delatores, non expedire principi, quod opibus affluam, si ipse enim res nouas moliar, subsidium in iis fore: alii vero si cui me adiungam, ei haut exiguum momentum meas facultates esse allaturas. Suppetuntque quasi oraculis editae aduersus nos accusationes, quod omnes diuitiae, si mediocritatem excedant, proteruiam pariant: maiores autem, quam vulgo sint aliorum, ceruicem etiam supra alios attollere doceant, & animos erigant, nec obtemperare legibus patiantur, & magistratuum qui ad gubernandas prouincias accedunt, capitibus tantum non insultare doceant: siue quod pecuniis in seruitutem redigantur, siue quod conniueant talibus ob hoc ipsum, quod opibus nimium valeant. Ego autem cum adhuc essem adolescens, antequam centum talentorum possiderem facultates, omnia lusum putabam & iocum, nec quidquam ob facultates metuebam. Postquam vero talenta quingenta vno mihi die obuenere a patruo, qui me superstite haerede diem obiit, tantum mente

ταφρογητέα τῷ τυράννῳ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ γιγνώσκεις αὐτόν.

Διαλεγομένοις δ' αὐτοῖς ταῦτα, προσελθών τις, εἶμαι, Κίλιξ, ἐγὼ, ἔφη, ἄνδρες, ὑπὲρ πλούτου κινδυνεύω. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, εἰ μὲν ἀφ' ὧν ἐθεμιτὸν, ἔφη, πλουτῶν, οἷον λῃστείας, ἢ φαρμάκων, ἢ δὴ ἀνδροφόνα, ἢ τάφους ἐκίνησας[1], ὅσοι τῶν πάλαι βασιλέων εἰσὶν, οἱ πολύχρυσοί τε καὶ θησαυρώδεις, ἐγκρίνεσθαί σε χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπολωλέναι. ταυτὶ γὰρ πλοῦτος μὲν, ἀλλ' ἐπίρρητός τε καὶ ὠμός. εἰ δὲ κληρονομήσας, ἢ διδόσης ἐμπορίας ἐλευθερίᾳ τε καὶ μὴ καπήλῳ, τίς ἔστ' βαρὺς, ὡς ἀφελέσθαί σε νόμῳ σχήματι τὰ κτηθέντα σοι κατὰ νόμους; τὰ μὲν ὄντα μοι, παρὰ πλειόνων, ἔφη, ξυγγενῶν ἐστιν, ἐς μίαν δ' οἰκίαν τὴν ἐμὴν ἥκει. χρῶμαι δ' αὐτοῖς, ἔθ' ὡς ἑτέρων, ἐμὰ γὰρ, ἔθ' ὡς ἐμοῖς, κοινὰ γὰρ πρὸς τοὺς ἀγαθούς ἐστί μοι. διαβάλλουσι δ' ἡμᾶς οἱ συκοφάνται, μὴ ἐπ' ἀγαθῷ τῆς τυραννίδος ἐκτῆσθαι τὸν πλοῦτον. ἐμοῦ τε γὰρ νεώτερα πειρωμένου πράττειν, ἐφόδιον ἂν γενέσθαι αὐτόν· ἑτέρῳ τε, ὅτῳ προσθείμην, ῥοπὴν ἂν ἐσμικρὰν τἀμὰ εἶναι. μεμαντευμέναι[2] δ' ἤδη καθ' ἡμῶν αἰτίαι, ὡς ὕβριν μὲν τίκτει[3] πᾶς ὁ ὑπὲρ τὸ μέτριον πλοῦτος· ὁ δ' ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, τὸν αὐχένα ἴσησι,[4] καὶ τὸ φρόνημα ἐγείρει, νόμοις τε οὐκ ἐᾷ πείθεσθαι[5], καὶ τοὺς ἄρχοντας, οἳ ἐς τὰ ἔθνη φοιτῶσι, μόνον οὐκ ἐπὶ κόρρης παίει[6], δηλημένους τοῖς χρήμασιν, ἢ ὑπερορῶντας αὐτῶν, διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ πλούτου. ἐγὼ δὲ, μειράκιον μὲν ὢν, πρὶν ὑσίας ἑκατὸν ταλάντων ἐκτῆσθαι, κατάγελων ἡγούμην πάντα, καὶ σμικρὰ ὑπὲρ τῶν ὄντων ἐδεδίειν. ἐπεὶ δὲ τάλαντά μοι πεντακόσια ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἐγένετο, τελευτήσαντος ἐπ' ἐμοὶ τοῦ πρὸς πατρὸς θείου, τοσοῦτον ἠγνώμη μετέβαλεν, ὅσον οἱ κατ-

CAP. XXIII. 1 ἢ τάφ. ἐκίν.] qui sacri, vid. Kirchmann. de funere l. I. c. 3, vbi leges, quibus sepulcrorum cauetur religioni. Eo elegans fabula pertinet Phaedri lib. I. f. 28. de cane sepulcrum fodiente & thesaurum inueniente dum ossa quaereret. Veterum autem regum & magnatum sepulcris illatos thesauros esse, tritum. Notum de Dauidis sepulcro & repertis in eo ab Hyrcano thesauris: nota Galatarum ob effracta huiusmodi sepulcra infamia.

2 μεμαντευμέναι] nempe vulgatis illis, quae sequuntur de diuitibus sententiis, quae oraculorum pene obtinuerint autoritatem, sese impugnari ait.

3 ὕβριν μὲν τίκτει] alludit ad Euripidis versum in Hippolyto: ὕβριν τὶ τίκτει πλοῦτος ἢ φευδὴ φίλοι.

4 τὸν αὐχένα ἴσησι] similes fere sententiae Petronii fragm. Tragur: *Inter initia malam partum pilauit, sed recorrexit costas illius prima fundamina, vendidit enim virum, quantum ipse voluit. Et quod illius mentum sustulit, haereditatem accepit.*

5 νόμοις τε οὐκ ἐᾷ πείθεσθαι] sic Plutarchus contra diuitias: φύσει μὲν γὰρ δυσχειλίωτον ὄγκος· προσλαβὸν δὲ καὶ πλοῦτε χορηγίαν, ἀχαλίνωτον.

6 μόνον οὐκ ἐπὶ κόρρης παίει] κόρρην παίειν est proprie *caput* vel *maxillas ferire*, hic prouerbialiter vsurpatur de illis, qui contemtim & seruorum instar habentur, quos colaphis tundimus. Sic Paulus fere Apostolus ferre ait Corinthios εἴ τις αὐτοὺς εἰς πρόσωπον δέρει.

ap-

ἀρτύοντες τῶν ἵππων, καὶ μεταβάλλοντες τὸ ἀπαιδεύτῳ τε καὶ ἀκολάστῳ ἤθους. ἐπιδιδόντος δέ μοι τοῦ Πλούτου[7], καὶ τὰ μὲν ἐκ γῆς, τὰ δὲ ἐκ θαλάττης φέροντος, ὅτῳ τι ἐδεδιώθην ὑπὸ τοῦ περὶ αὐτὸν δέους, ὡς [8] ἀπαντλεῖν τῆς οὐσίας τὸ μὲν, ἐς τοὺς συκοφάντας, οὓς ἔδει μειλίττεσθαι τῇ ἀπομαγδαλίᾳ ταύτῃ· τὸ δὲ ἐς τοὺς ἄρχοντας, ὡς ἰσχὺς πρὸς τοὺς ἐπιβουλεύοντας εἴη μοι· τὸ δὲ ἐς τοὺς ξυγγενεῖς, ὡς μὴ φθονοῖεν τῷ πλούτῳ· τὸ δὲ ἐς τοὺς δούλους, ὡς μὴ κακίους γίγνοιντο, ἀμελεῖσθαι φάσκοντες. ἐβοσκολεῖτο δέ μοι καὶ ἀγέλη φίλων λαμπρά· προορῶντες γὰρ ὅτοί μοι, τὰ μὲν αὐτοὶ ἔδρων, τὰ δέ μοι πρόλεγον. ἀλλ' ὅμως ὅτῳ μὲν χαρακώσαντες τὸν πλοῦτον, ὅτῳ δὲ ἀσφαλῶς τειχισάμενοι, κινδυνεύομεν περὶ αὐτῷ νῦν· καὶ ὅπῳ δῆλον, ὁδ' εἰ τὸ σῶμα ἀθῷοι μενοῦμεν. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, θάρρει, ἔφη, τὸν γὰρ Πλοῦτον τοῦ σώματος ἐγγυητὴν ἔχεις[9]· δέδεσαι μὲν γὰρ δι' αὐτόν, ἀνήσει δέ σε ἀπολυόμενος ἀ μόνον τοῦ δεσμωτηρίου τοῦδε, ἀλλὰ καὶ τοῦ θεραπεύειν τοὺς συκοφάντας τε καὶ τοὺς δούλους, οἷς δι' αὐτὸν ὑπέκεισο.

mutatus sum, quantum equi, qui concinne se componunt, ferosque & infrunitos mores exuunt. Cumque porro res meas promoueret Plutus, multaque e terra marique mihi afferret, adeo timor ob eum me obnoxium sibi fecit, vt opum partem in sycophantas deriuarem, quos tali offa opus erat placare: partem in magistratus, vt contra insidiatores mihi essent tutamen: partem in cognatos, ne mihi diuitias inuiderent: partem in seruos, ne deteriores fierent, se negligi conquerentes. Pascebam etiam splendidum amicorum gregem: illi enim rebus meis prospicientes, alia ipsi curabant, de aliis me antea monebant. Nihilominus tamen qui ita diuitias communiuimus, atque tam probe moenibus quasi sepsimus, iam tamen ob eas periclitamur: neque satis est exploratum, an vel corpore incolumi simus euasuri. Apollonius autem, bono esto animo, inquit, nam pro corpore fideiussorem habesPlutum: illius enim causa in carcere quidem detineris, vt dimittaris tamen efficiet idem, non ex hoc carcere tantum te liberans, verum etiam a delatorum seruorumque obsequiis, quibus propter eum fuisti obnoxius.

Ἕτερα δ' αὖ φήσαντος γραφὴν φεύγειν, ἐπειδὴ θύων ἐν Τάραντι, ὅ ἦρχε, μὴ προσέθηκε ταῖς δημοσίαις εὐχαῖς, ὅτι Δομετιανὸς Ἀθηνᾶς εἴη παῖς[1]· σὺ μὲν ᾠήθης, ἔφη, μὴ ἂν τὴν Ἀθηνᾶν τεκεῖν, παρθένον οὖσαν τὸν ἀεὶ χρόνον· ἠγνόεις δ', οἶμαι, ὅτι ἡ θεὸς αὕτη Ἀθυναίοις ποτὲ δράκοντα ἔτεκε[2].

Cumque alius sibi dicam amoliendam diceret, quod Tarenti, vbi magistratu sit functus, sacrificans, publicis precibus non addidisset, Domitianum Palladis filium esse. Nempe, aiebat Apollonius, arbitrabaris Palladem non peperisse, vt quae perpetuam tueatur virginitatem. Ignorabas autem, vt opinor, Deam istam draconem olim Athenien sibus exclusisse. C. XXIV

Καθείρκτό τις καὶ ἐπὶ τοιᾷδε αἰτίᾳ. χωρίον ἐν Ακαρνανίᾳ περὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Αχελῴου ἔχων, περιέπλει τὰς Εχινάδας ἐν ἀκατίῳ μικρῷ. διασκεψάμενος δὲ αὐτῶν μίαν, ἣ ξυνῆπτεν ἤδη[1] τῇ ἠπείρῳ, δένδρεσί τε ὡραίοις διεφύ-

Nonnemo porro tali de causa in carcere detinebatur. Agellum in Acarnania secus Acheloi ostia possidens Echinades obinerat parua scapha vectus. Earum vnam autem obseruans, quae continenti iam iuncta esset, arboribus eam conseuit iucundis, vitibusque C. XXV.

---

7 τοῦ Πλούτου] omnino *Plutum* vt verterem, diuitiarum praesidem Deum hic intelligens, suasere participia ἐπιδιδόντος & φέροντος.

8 ὅτῳ τι ἐδεδιώθην ὑπὸ τοῦ π. αὐτ. δέους] hinc Anacreon, vt ex Aristotelis Chriis refert Stobaeus, λαβὼν τάλαντον χρυσίε παρὰ Πολυκράτους, ἀπέδωκεν, εἰπὼν, μισῶ δωρεὰν, ἥτις ἂν ἀναγκάζῃ ἀγρυπνεῖν.

9 ἐγγυητὴν ἔχεις] nempe sensus est; diuitias si Imperatori offerat, vel etiam inuitus iisdem ab eo exuatur, adeoque eas ἐγγυητὴν habeat; nihil amplius fore, quod vel capitis periculo vel sycophantis eum obnoxium faciat.

CAP. XXIV. 1 ὅτι Δομετ. Ἀθηνᾶς εἴη παῖς] Mineruam *superstitiose colebat* Domitianus, vt est apud Sueton. Domit. c. 15. Hinc ipsi *familiare numen Mineruae* Quintilianus dicit Institut. X, 1. loquuntur id institituta ab eo Mineruae in Albano quinquatria apud Sueton. Domitian. c. 4. & nummi cum huius Deae imagine plurimi. Pro *Deo* autem haberi voluisse Domitianum notum ex Plinii Panegyrico & Suetonio l. c. cap. 13. hac nempe, quod Philostratus noster docet, Dea genitum.

2 Ἀθην. ποτὲ δράκοντα ἔτεκε] Erichthonium intelligit, cui παρεσπειραμένον δράκοντα tribuit Apollodorus l. III. c. 13. Ouidius item Metam. III. v. 561, de Cecropidis, eum praeter mandatum Mineruae intuentibus, ait:

Infantemque vident apporrectumque draconem

Serpentinos pedes alii ei dant Mythographi. ἔτεκε autem paulo generalius hic accipitur, nempe ex Vulcani semine, vitium inferre conati Mineruae, prodiit Erichthonius, a Mineraa proinde non natus, susceptus tamen & educatus. Ceterum acerbe hoc in Domitianum dictum, cui Minerua matre superbienti, draconem eam peperisse obiicitur.

CAP. XXV. 1 ξυνῆπτεν ἤδη] nempe olim insula fuerat, successu vero temporis aggesta a fluuio terra, cum continente coeperat cohaerere.

dul-

dulcissimi vini, atque sufficientem viuendi commoditatem in ea corpori comparauit: namque & aquae aliquantum ex continente terra in eam deriuauerat, vt sufficere ea insulae posset. Inde nata accusatio impurum hunc Acarnanem esse & scelerum sibi conscium maximorum, atque terram continentem deseruisse, quod polluta ab illo ea fuerit. Nempe Alcmaeonis, filii Amphiarai, liberationem a furiis, cuius consequendae causa Acheloi ostia post matris interitum habitauerit, ipsum quoque amplexum esse, si non similis prorsus, aequalis saltem, nec multum illi dissimilis peccati reum. Ille autem non eam ob causam sed ocii studio ibi se habitare aiebat. Hocque adeo dicae sibi scribendae occasionem dedisse, ob quam in carcere etiam detineatur.

c. XXVI. Plurimis autem intus Apollonio occurrentibus, atque ob talia acerbe conquerentibus, (quinquaginta enim fere in eo carcere homines fuisse aiunt, eorumque alios aegrotasse, alios moerore prostratos fuisse, alios mortem expectasse, alios liberos & parentes, aut vxores appellasse,) o Dami, [Apollonius] dixit, videntur mihi homines isti medicamento indigere, cuius antea memini. Siue igitur Aegyptium id sit, siue vbique terrarum nascatur, sapientia illud ex hortis suis demetente, eius miseris illis copiam faciamus, ne prius eos [quam Domitiani sententia] animi opinio oppessundet. Copiam eius faciamus, dixit Damis, eo enim opus videntur habere. Eis itaque conuocatis, Apollonius, o viri, dixit, quibuscum communi hoc vtor tecto, condoleo vobis, quod ipsi exitii vobis causa existatis, nondum certi, an vos delatio sit perditura. Nempe videmini mihi vos ipsos enecare antea quam mors enecet, iudicis sententia vobis decernenda: atque adeo audaci esse animo aduersum ea quae metuitis, & metuere aduersus quae tamen ipsi audetis. At minime

τευσε, καὶ ἀμπέλοις ἡδυοίνοις, δίαιταν τε ἱκανὴν τῷ σώματι κατεσκευάσατο ἐν αὐτῇ· καὶ γάρ τι καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς ἠπείρου ἐσήγετο, ἀποχρῶν τῇ νήσῳ. ἐκ τούτου ἀνέφυ γραφὴ, μὴ καθαρὸς εἶναι ὁ Ακαρνὰν ἅτος, ἔργα δὲ αὐτῷ ξυνειδὼς ἃ φορητὰ, τῆς μὲν ἄλλης γῆς ἐξίσασθαί τε καὶ ἀποφοιτᾶν, ὡς μεμιασμένης ἑαυτῷ [2]. τὴν δ' Αλκμαίωνος τοῦ Αμφιαράου λύσιν, δι' ἣν τὰς ἐκβολὰς τοῦ Αχελῴου μετὰ τὴν μητέρα [3] ᾤκησεν, ἠρῆσθαι αὐτὸν, εἰ μὴ καὶ ἐφ' ὁμοίοις, ἀλλ' ἐπὶ σχετλίοις ἴσως, καὶ ἃ πόρρω ἐκείνων. ὅθ' ὁ τοῦτ' ἔφασκεν, ἀλλὰ ἀπραγμοσύνης ἐρῶν ἐκεῖ οἰκῆσαι. τὸ δὲ ἄρα ἐς δίκας αὐτῷ περιςῆναι δι' ἃς καὶ εἴρχθαι αὐτόν.

Προσιόντων δὲ τῷ Απολλωνίῳ πλειόνων ἔνδον, καὶ ὀλοφυρομένων τοιαῦτα, πεντήκοντα γάρ πως εἶναι οἱ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τούτῳ, καὶ οἱ μὲν νοσεῖν αὐτῶν, οἱ δὲ ἀθύμως παρεῖσθαι, οἱ δὲ ἐγκαρτερεῖν τὸν θάνατον, οἵδ' ἐπιβοᾶσθαι τέκνα καὶ γονέας τοὺς αὐτῶν, καὶ γάμους· ὦ Δάμι, ἔφη, δοκοῦσί μοι τῶν φαρμάκων δεῖσθαι οἱ ἄνδρες, ὧν καταρχὰς ἐπεμνήσθην [1]. εἴτ' οὖν Αἰγύπτιον τοῦτο [2], εἴτ' ἐν πάσῃ τῇ γῇ φύεται, ῥιζοτομήσης αὐτὸ σοφίας ἐκ τῶν ἑαυτῆς κήπων, προσδῶμεν αὐτοῦ τοῖς ἀθλίοις τούτοις, μὴ προανέλῃ σφᾶς ἡ γνώμη. προσδῶμεν, ἦδ' ὃς ὁ Δάμις, ἐοίκασι γὰρ δεομένοις. ξυγκαλέσας οὖν αὐτοὺς ὁ Απολλώνιος, ἄνδρες, εἶπεν, οἱ κοινωνοῦντες ἐμοὶ ταυτησὶ τῆς στέγης, ἐλεῶ ὑμᾶς, ὡς ὑφ' αὐτῶν ἀπόλλυσθε, ὅπω εἰδότες εἰ κατηγορία ἀπολεῖ ὑμᾶς. δοκεῖτε γάρ μοι προαποκτιννύντες αὐτοὺς τοῦ καταψηφισθέντος ὑμῶν, ὡς οἴεσθε, θανάτου, τῷ θαρρεῖν μὲν ἃ δέδιτε δεδιέναι δ' ἃ θαρρεῖτε [3]. ἃ μὴν

---

2 ὡς μεμιασμ. ἑαυτῷ] terra autem ita sceleribus polluta infausta credita ex superstitione veterum, Vide s. ad lib. III. c. 20. de Aethiopibus obseruata, & lib. V. c. 27. fin. adde Heroica in *Achille* c. 15. n. 7.

3 μετὰ τὴν μητέρα &c.] sic MSS. omnes excepto Palatino, qui cum editis facit, habentibus κατὰ. μετὰ τὴν μητέρα vero *post matris interitum* hic est, vt supra c. 22. μετὰ τὴν ναῦν *post nauis interitum* vel post *nauem amissam*. Alcmaeonis porro fabula, patris Adrasti caedem vlciscentis, matre Eriphyla interemta, vide ap. Diodor. Sic. lib. IV. p. 268. & Pausan. Atticis p. 255. qui eum ab oraculo petentem, vt modum indicaret quo matris furias quibus agitabatur effugeret, quae λύσις est quam hic intelligit Philostratus, responsum tulisse ait Ἐριφύλης ἀλάστορα εἰς τοῦτον οἱ χώρων ἃ συνακολουθήσειν, ἥτις ἐπὶ νεωτάτῃ, *Eriphylae alastorem eum non insecuturum si nouissimam terram habitet*, eumque adeo τῷ Αχελῴῳ inuenta προσχώσει h. e. *aggesta Acheloi fluentis terra* eam tanquam *recentissimam* habitasse. adde Philostr. Heroicis *Achille* c. 15.

CAP. XXVI. 1 ὧν καταρχ. ἐπεμνήσθην] supra cap. 22. huius libri.

2 εἴτ' οὖν Αἰγύπτιον τοῦτο] alludit ad Aegyptium Pharmacum Helenae, quo illa moestos leuare nouerat animos, vide s. c. 22. non longe ab initio.

3 θανάτου, ἢ θαρρεῖν μὲν ἃ δέδιτε δεδιέναι δ' ἃ θαρρεῖτε.] male editi post θανάτου posuere στίγμην, comma vero post θαρρεῖτε. Distinctione recte constituta, non difficile sensum assequi. Videmini inquit mihi vos ipsos occidere antequam sententia mortis, quam quidem vos manere certo persuasum vobis, pronuncietur, atque ita *audere quod metuitis*, & *metuere quod audetis*. h. e. Videmini mortem vobis inferre, quod est *audaciae*, quam tamen *metuitis* maxime, (nam metus mortis ita animum angit vt moriamini:) & *metuere* mortem, quam tamen istis angoribus vobis inferre *audetis*. Nempe erant illi ex genere eorum qui vt Plutarchus loquitur in consol. ad Apollon. p. 110. ἀποθνήσκειν ἵνα μὴ ἀποθάνωσι. vereque adeo dicuntur θαρρεῖν ἃ δεδίασι καὶ δεδιέναι ἃ θαρροῦσι.

προσήκειγε, ἀλλ' ἐνθυμηθέντας τὸν Ἀρχιλόχε τῦ Παρίε λόγον, ὃς, τὴν ἐπὶ τοῖς λυπηροῖς καρτερίαν [4] τλημοσύνην καλῶν, θεῶν αὐτὴν φησιν ἔσαν ἕυρημα ἀναφέρειν τῶν σχετλίων τύτων, ὥσπερ οἱ τέχνῃ τῦ ῥοδίε ὑπεραίροντες, ἐπειδὰν τὸ κῦμα ὑπὲρ τὴν ναῦν ἐσῆται. μηδ' ἡγεῖσθε χαλεπὰ ταῦτα, ἐφ' ἃ ὑμεῖς μὲν ἄκοντες, ἐγὼ δὲ ἑκὼν ἦκω. εἰ μὲν γὰρ ξυντίθεσθε ταῖς αἰτίαις, ὀλοφυρτέα ἡ ἡμέρα μᾶλλον, ἐν ᾗ ὁ λογισμὸς, ἐς ἀδικά τε καὶ ὠμὰ ὁρμήσας, ὑμᾶς ἔσφηλεν. εἰδ' ὅτε σὺ τὴν ἐν τῷ Ἀχελῴῳ νῆσον, ὑπὲρ ὧν ὁ κατήγορός φησιν, ἐρεῖς ὠκηκέναι· ὅτε σὺ τὸν σεαυτῦ πλῦτον ἔφεδρόν ποτε τῇ βασιλείᾳ σήσασθαι· ἔθ' ἑκὼν σὺ τῦ μὴ πρὸς Ἀθηνᾶς δοκεῖν ἀφηρῆσθαι τὸν ἄρχοντα· ἔθ' ὑπὲρ ὧν ἀφῖχθε [5] κινδυνεύων ἕκαστος, ἀληθῆ ταῦτα εἶναι φήσει, τί βέλεταί φησιν ὁ ὑπὲρ τῶν ἐκ ὄντων θρῆνος ἔτος; ὅσῳ γὰρ τὰς οἰκειοτάτας ἐπιβοᾶσθε, τοσῷδε χρὴ ἐρρῶσθαι μᾶλλον. ἆθλα [6] γάρ πε τῆς τλημοσύνης ταύτης [7] ἐκεῖνα. ἢ τὸ καθεῖρχθαι [8] δεῦρο δεινὸν εἶναί φατε, καὶ τὸ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ζῆν; ἢ ἀρχὴν ὧν πείσεσθαι ἡγεῖσθε; ἢ καὶ καθ' αὐτὸ τιμωρίαν, εἰ καὶ μηδὲν ἐπ' αὐτῷ πάθοιτε; ἀλλ' ἔγωγε, τὴν ἀνθρωπείαν εἰδὼς φύσιν, ἀναδιδάξω λόγον ὑμᾶς ἤδὲν ἀπεοικότα [9] τοῖς τῶν ἰατρῶν σιτίοις· καὶ γὰρ ἰσχὺν ἐντίθησι, καὶ ἀποθανεῖν ἐκ ἐάσει. οἱ ἄνθρωποι ἐν δεσμωτηρίῳ ἐσμὲν [10] τὸν χρόνον τῦτον, ὃς δὴ ὠνόμασαι βίος· ἄυτη γὰρ ἡ ψυχὴ, σώματι φθαρτῷ ἐνδεθεῖσα, πολλὰ μὲν καρτερεῖ, δελεύει δὲ πᾶσιν, ὁπόσα ἐπ' ἄνθρωπον φοιτᾷ. οἰκία τε εἷς ἐπενοήθη πρῶτον, ἀγνοῆσαί μοι δοκῦσιν ἄλλο δεσμωτήριον αὐτοῖς περιβάλλοντες, καὶ γὰρ δὴ ᾧ ὁπόσοι τὰ βασίλεια οἰκῦσιν, ἀσφαλῶς αὐτοῖς κατεσκευασμένα, δεῖται vos gerere oportebat, sed Archilochi Parii memores esse sententiae, qui, tolerantiam in rebus aduersis τλημοσύνην nuncupans, *Deorum quoddam*, aiebat, *inuentum esse, ad huiusmodi mala perferenda, quemadmodum illi qui arte vndae impetum superant, quando fluctus super ipsam nauem consistit.* Imo grauia ista existimare nolite, quae inuiti vos, lubens ego subiui. Si enim fatemini culpam, conquerendum de illa potius die, qua animus, ad iniusta crudeliaque facinora impellens, vosmet fefellit. Si vero neque tu Acheloo adsitam insulam, eam ob causam, quam delator affert, te coluisse ais: neque tu diuitias tuas ad nocendum principis rebus clanculum te disposuisse: neque tu consulto hoc feciisse, vt principi adimeres cum Pallade cognationem: neque ea omnia quorum causa huc adducti estis, de salute periclitantes, singuli vera fateamini esse; quid vult, aiebat, sibi iste de nihilo gemitus? Quanto enim propinquissimos inclamatis magis, tanto vos animo valere magis par erat. Tolerantiae enim huius ista sunt certamina. An forte hic detineri, & in carcere viuere molestum existimatis? an principium hoc esse creditis eorum, quae passuros vos arbitramini? an hoc ipsum etiam supplicii satis putatis, etiam si nihil vltra patiamini? At ego, humanae peritissimus indolis, doctrinam vobis impertiar, nihil medicorum dapibus inferiorem: nam & vires conciliat, & mori non sinet. Homines in carcere sumus, omni hoc tempore, quod vitam appellamus. Haec enim anima, mortali corpori illigata, multa quidem perfert, omnibus autem seruit; quaecunque in homines cadunt. Qui primi autem domos moliti sunt, non animaduertisse mihi videntur, quod alio carcere se ipsos circumdent. Certe enim, quicunque regia habitant palatia, diligentissime communita, hisce magis censendi sunt arcta constringi custodia, quam quos ipsi in

---

4 καρτερίαν] quam μαλακία opponit Aristoteles Ethicorum VII, 4. itaque describit vt περὶ λύπας occupari dicat, vt ἐγκράτειαν περὶ ἡδονάς. Quae ipsissima est Archilochi τλημοσύνη, quam optime latina *toleranitiae* voce expresseris. Aliter de καρτερίᾳ Stoici qui ἐπιστήμην ἢ ἕξιν aiebant ὧν ἐμμενετέον καὶ μή, καὶ ἀδιαφόρων.

5 ἀφῖχθε] ex coniectura restitui pro ἀφῖχθαι quod erat in editis.

6 ἆθλα] ἄεθλα habent codices Vatican. Palatin. Vratisl. annotatamque lectionem istam etiam inuenio in scholiis Rom. magis tamen placet ἆθλα quod est in vulgatis. Sane ἄεθλον neutro etiam genere *certamina* notat & *labores*.

7 τῆς τλημοσύνης ταύτης] quam nempe ex Archilochi Iambis paulo antea descripserat.

8 ἢ τὸ καθ.] ἢ interrogatiuum esse videtur, quod non obseruatum prioribus interpretib.

9 ἤδὲν ἀπεοικότα] sic cod. Vrbin. Editi ἐοικότα, quod nullum reddit sensum idoneum.

10 ἐν δεσμωτηρίῳ ἐσμὲν] vulgatissima poetarum & philosophorum sententia, in carcere quasi nos esse dum in hac vita sumus, ipsumque corpus esse animi ergastulum. Huius philosophis doctrinae primum Homerum fuisse autorem obseruat Plutarch. lib. de Homero, quem corpus viuentium δῆμας ob id ipsum appellare semper obseruat, illud autem quod amisit animam σῶμα: quod corpus viuo homini *vinculum* quasi sit animae, mortuo quasi σῆμα i. e. *monimentum* relinquatur. Eam in rem Philolai & Orphei doctrina extat apud Platonem in Cratylo, quam repetit & Clem. Alex. Strom. III. 2. Pythagoram ita statuisse notissimum, itemque Ionicae sectae caput Thaletem: quem Polytae de animi statu post mortem eum consulenti respondisse constat

ψυχὴ μὲν μέχρι ἂ δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖται &c.

Nam qui post eos eandem sententiam repetiere a me consulto praetereuntur. Nec desunt in sacris similes sententiae vt & ecclesiasticis scriptoribus. Vide collecta Sandii de Origine animae p. 7. sqq.

vin-

vincula coniiciant. Vrbes autem si animo meo sistam moeniaque, communes mihi illae carceres esse videntur, ita vt in carcere sint mercatores, sint in carcere oratores, similiterque & spectatores, & pompas instruentes. Quin & Scythae, qui in curribus vitam degunt, nihil minus quam nos carcere continentur. Istri enim eos coercent & Thermodontes, atque Tanaides, flumina non facilia transitu, nisi frigore concreta consistant: praeterea super carros domus expandunt, circumlati quidem iisdem, sed tamen intra domunculas illas conclusi. Et nisi puerilis illa nimis videatur oratio, Oceanum quoque quasi vinculi vice terrae circumpositum aiunt. Adeste poëtae, (vestra enim sunt quae iam sequuntur,) atque his moerentibus occinite, Saturnum quoque Iouis olim insidiis fuisse ligatum: Martem autem, bellorum potentissimum, in coelo quidem a Vulcano primum, in terra vero ab Aloidis vinctum fuisse. Horum recordati, multorumque praeterea sapientum ac beatorum virorum, quos populus intemperantior, vel tyrannica vis in carcerem detrusit, & ipsi suscipiamus ista, ne iis inferiores videamur, qui ante nos talia tolerauerunt. Haec dicta adeo eos qui erant in carcere immutauere, vt eorum plerique cibum caperent, & lacrymas dimitterent, imo & in eam spem venirent, praesente Apollonio nihil mali perpeti se posse.

c. XXVII. Insequente die in eandem sententiam disseruit. Missus autem fuerat in carcerem quidam dissertationum eius auscultator, a Domitiano subornatus, qui, si faciem spectares, tristis videbatur, & in magno, (quod & aiebat,) periculo versari. Lingua vero admodum vtebatur expedita, qua quidem licet eis, qui sycophanticas formulas octo vel decem collegerunt. Apollonius autem, fraudem sentiens, ea oratione persequebatur, quae nihil illi proderant. Flumina enim apud eos commemorabat & montes, & de bestiis agebat atque arboribus, quibus rebus ceteri delectabantur quidem, ille vero nihil proficiebat.

δέσθαι μᾶλλον τούτους ἡγώμεθα, ἢ ἑς αὐτοὺς δήσασι. πόλεις δ' ἐνθυμουμένῳ μοι[11], καὶ τείχη δοκεῖ ταῦτα δεσμωτήρια εἶναι κοινά, ὡς δεδέσθαι μὲν ἀγοράζοντας, δεδέσθαι δὲ ἐκκλησιάζοντας, καὶ θεωμένους αὖ, καὶ πομπὰς πέμποντας. καὶ Σκυθῶν ὁπόσοι ἁμαξεύουσιν[12], ἀ μεῖον ἡμῶν δέδενται. Ἴστροι τε γὰρ αὐτοὺς ὁρίζουσι, καὶ Θερμώδοντες, καὶ Ταναΐδες, ἀ ῥάδιοι[13] ποταμοὶ ὑπερβῆναι, ἢν μὴ ὑπὸ τοῦ κρυμοῦ ᾖσιν, οἰκίας τε ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πέπτανται[14], καὶ φέρονται μὲν, ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἐπτηχότες. εἰ δὲ μὴ μειρακιώδης ὁ λόγος, φασὶ καὶ τὸν Ὠκεανὸν[15] δεσμοῦ ἕνεκα τῆ γῆ περιβεβλῆσθαι. ἴτε, ὦ ποιηταὶ, ταυτὶ γὰρ ὑμέτερα, καὶ ῥαψῳδεῖτε πρὸς τούτους τοὺς ἀθύμους, ὡς Κρόνος μέν ποτε ἐδέθη βελαῖς τοῦ Διὸς, Ἄρης δὲ ὁ πολεμικώτατος, ἐν οὐρανῷ μὲν ὑπὸ Ἡφαίστου[16] πρότερον, ἐν γῇ δὲ ὑπὸ τῶν τοῦ Ἀλωέως[17]. ταῦτ' ἐνθυμούμενοι, καὶ πολλοὺς τῶν σοφῶν τε καὶ μακαρίων ἀνδρῶν, ἃς δῆμοί τε ἀσελγεῖς ἔδησαν, τυραννίδες δὲ πρὸ πηλάκισαν, δεχώμεθα καὶ ταῦτα, ὡς μὴ τῶν δεξαμένων αὐτὰ λειποίμεθα. ὕτω τοὺς ἐν δεσμωτηρίῳ τὰ ῥηθέντα μετέβαλεν, ὡς σίτου τε οἱ πολλοὶ ἅψασθαι, καὶ ἀπελθεῖν τῶν δακρύων, βῆναί τε ἐπ' ἐλπίδος, μηδ' ἂν παθεῖν μηδὲν[18] ἐκείνῳ ξυνόντες.

Τῆς δ' ὑστεραίας διελέγετο μὲν ἐς τὸν αὐτὸν νοῦν ξυντείνων. ἐσπέμπεται δέ τις ἀκροατὴς τῶν διαλέξεων, ὑπὸ τοῦ Δομετιανοῦ καθειμένος[1]. τὸ μὲν δὴ σχῆμα αὐτοῦ κατηφὴς ἐδόκει, καὶ κινδυνεύειν τι ὡς ἔφασκε μέγα. γλώττης τε οὐκ ἀνεπιτηδεύτως εἶχεν, οἵα[2] τῶν συκοφαντικῶν οἱ συνειληχότες ὀκτὼ ῥήματα, ἢ δέκα. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ξυνιεὶς τῆς τέχνης, διελέγετο ἃ μὴ ἐκείνῳ πρᾴξαιμι. ποταμῶν τε γὰρ πρὸς αὐτὸν ἐμέμνητο, καὶ ὀρῶν, καὶ θηρία διήει, καὶ δένδρα, ὑφ' ὧν οἱ μὲν διήγοντο, οὐδ' ὑδὲν ἐπέραινεν.

---

11 ἐνθυμουμ. μοι] μοι agnoscunt omnes MSS. In editis omissum erat.

12 ὁπόσοι ἁμαξεύουσιν] qui *Hamaxobii* passim inde dicti veteribus, quos cum *Dacis*, *Aorsis*, *Alaunis*, *Roxolanis* supra Danubium collocat Ptolemaeus l. 3. c. 15. vbi nunc *Bessarabia*, *Moldauia*, *Valachia & Transyluaniae* pars: conf. & Plin. H. N. IV, 24. Hinc *Istri* mox & *Thermodontis*, atque *Tanais* mentio, quos omnes Scythicae regioni attribuit Plutarch. lib. de flumin.

13 ἀ ῥάδιοι] sic MSS. omnes, editi ῥάδιον.

14 πέπτανται] vox Homerica, quam a πτῆναι, quod *volare* notat, deriuant plerique, alii rectius per syncopen ex πεπέτασμαι esse putant, nam *expandendi* significatum, vt apud Homerum plerumque, ita hic quoque habet. Opportune vero voce hic vtitur, quod istae ἐν ἁμάξαις οἰκίαι nihil aliud fere quam *tentoria* fuerint: quibus Scythas illos perinde ac nos domibus, tanquam e gaestulis quibusdam includi ait.

15 φασὶ καὶ τὸν Ὠκεανὸν &c.] poetae nempe.

16 ὑπὸ Ἡφαίστου] in Veneris amplexibus. vt notum.

17 ὑπὸ τῶν τοῦ Ἀλωέως] nota fabula de Aloidis gigantibus, vna cum aliis Deos oppugnantibus, & Martem in vincula coniicientibus. vid. Apollodor. lib. I. c. 7. §. 4.

18 μηδὲν] sic Vatican. & Vratisl. Male editi μηδ' ἐν.

CAP. XXVII. 1 καθειμένος] vide inf. hoc libro ad cap. 35.

2 οἵα τῶν συκοφ. &c.] sic pro οἷοι ex cod. Vatican. Palatin. & Vratisl. rescripsimus. Ceterum sensus est, non veram eloquentiam eius fuisse, sed qualem habere liceat ei, qui captiosas quasdam & sycophanticas formulas & quaestiunculas colligere potuerit.

ὡς δ' ἐπάγειν[3] αὐτὸν ἐς λοιδορίας τῷ τυράννῳ ἐπειρᾶτο· ὦ τᾶν, ἔφη, σὺ μέν, ὅ, τι βέλει, λέγε· σὲ γὰρ διαβεβλήσῃ γε ὑπ' ἐμοῦ. ἐγὼ δὲ, ὁπόσα μέμφομαι τὸν βασιλέα, πρὸς αὐτὸν λέξω.

Cum tamen ad hoc, vt malediceret tyranno, Apollonium inuitare conaretur, ille, o amice, dixit, tu quicquid libet dicito: tuus enim ego non ero delator. Ego autem, quicquid in Imperatore reprehendendum puto, ipsi exponam ei.

Ἐγένετο καὶ ἕτερα ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τούτῳ ἐπεισόδια, τὰ μὲν ἐπιβεβελευμένα, τὰ δὲ ὡς ξυνέπεσεν, ὅπως μεγάλα, οὐδ' ἄξια ἐμοὶ σπουδάσαι. Δάμις δὲ, οἶμαι ὑπὲρ τοῦ μὴ παραλελοιπέναι τι, αὐτῶν ἐπεμνήσθη. τὰ δέ γε λόγου ἐχόμενά εἰσι ταῦτα· ἑσπέρα μὲν ἦν, καθειρκτο δὲ ἡμέραν ἤδη[1] πέμπτην. παρελθὼν δέ τις ἐς τὸ δεσμωτήριον Ἑλληνικὸς τὴν φωνὴν, πῶ, ἔφη, ὁ Τυανεύς; καὶ ἀπολαβὼν αὐτὸν, ἄυριον, ἔφη, διαλέξεταί σοι ὁ βασιλεύς· Αἰλιανῷ δὲ ταῦτα ἀκηκοέναι ἐδόκει. ξυνίημι, ἦδ' ὅς[2], τοῦ ἀπορρήτου· μόνος γὰρ δὴ ἐκεῖνος εἰδέναι αὐτό[3]. καὶ μὴν καὶ τῷ ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου προείρηται, ἔφη, πᾶν, εἴ τι βέλοιο, ἐπιτηδεῖόν σοι εἶναι. καλῶς μὲν ποιοῦντες ὑμεῖς, εἶπεν, ἐγὼ δὲ καὶ τὸν ἐνταῦθα βίον, καὶ τὸν ἐνθένδε, ταυτὸν πράττω. διαλέγομαι μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν παραπιπτόντων, δέομαι δ' οὐδενός. οὐδὲ τοῦ ξυμβελεύσοντος, ἔφη, Ἀπολλώνιε, ὡς διαλέξῃ τῷ βασιλεῖ; νὴ Δί', εἶπεν, εἰ μὴ κολακεύειν πείθοι. τί δ' εἰ μὴ ὑπερορᾶν, ἔφη, μήδ' ὑπερφρονεῖν αὐτοῦ; ἄριστα, εἶπε, ξυμβελεύεις, καὶ ὡς ἐμαυτὸν πέπεικα. ὑπὲρ τούτων μὲν ἥκω, ἔφη, καὶ χαίρω παρεσκευασμένον σε ὁρῶν ξυμμέτρως. δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὸ φθέγμα τοῦ βασιλέως παρεσκευάσθαι σε, καὶ πρὸς τὸ δύσροπον τοῦ προσώπου[4]. φθέγγεται μὲν γὰρ βαρύ, κἂν πρᾴως διαλέγηται. ἡ δ' ὀφρὺς ἐπίκειται τῷ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἤθει· μεστὴ δ' ἡ παρειὰ χολῆς[5], ταυτὶ γὰρ μάλιστα ἐπιφαίνει. ταῦτα, ὦ Τυανεῦ, μὴ ἐκπληττώμεθα, ἔστι γὰρ φύσεως μᾶλλον, καὶ ἀεὶ ὅμοια. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, Ὀδυσσεὺς μέντοι, ἔφη, παριὼν ἐς τὸ τοῦ Πολυφήμου ἄντρον,

Alia quoque in carcere episodia acta fuere, partim insidiose composita, partim casu emergentia, non magni momenti quidem, nec digna quibus operam impendam. Damis tamen ne aliquid, vt opinor, praetermitteret, mentionem eorum fecit. Quae autem momenti alicuius sint, sequentia habeo: vesperа erat; diem autem iam quintam in carcere incluſus degebat. Aduenies igitur in carcerem quidam Graeca vtens lingua, vbinam Tyanensis est? inquit, remotisque arbitris, cras, inquit, tecum Imperator loquetur, idque ab Aeliano accepisse videbatur. Intelligo, respondebat Apollonius, arcanum: nempe solus hoc nosse poterat Aelianus. Tum ille: etiam carceris custodi praeceptum est, vt in omnibus, si quid desideres, facilem se tibi praebeat. Bene facitis, Apollonius aiebat, ego autem & hic, & alibi, eodem modo viuo. Disputo namque de iis quae se offerunt: nullaque re opus habeo. Ergone etiam eo non habes opus, o Apolloni, alter inquiebat, qui consilium det, quo pacto cum Imperatore loqui te fas sit? Imo opus habeo, aiebat, per Iouem, nisi forte vt supparasiter ipsi persuadere velit. Quid vero, si, ne contemtim ipsum tractes, neue alto supercilio despicias [autor tibi fuerit]? Recte, respondit, id suades, & vt ego animum meum induxi. Eius rei gratia, subiecit alter, veneram, gaudeoque quod videam te animum ad moderationem composuisse. Oportet autem etiam ad vocem Imperatoris ferendam te praeparatum esse, & vultus seueritatem. Vox enim ipsi tum quoque asperior, vbi manſuete loqui voluerit, supercilia vero sedi oculorum incumbunt, & genae bile refertae sunt: id ipsum enim in eo conspicuum maxime est. Verum haec, o Tyanensis, ne te perterreant: sunt enim naturae magis [quam affectus,] semperque eodem modo se habent. Ad haec Apollonius, Vlysses, inquit, antrum ingre-

C.XXVIII.

3 ὡς δ' ἐπάγειν] sic MSS. excepto Vrbinate, qui cum editis habet ὡς δὲ κἀγὼ ἐπάγειν.

CAP. XXVIII. 1 ἤδη] addidimus hanc vocem fide MSS. omnium.

2 ξυνίημι ἦδ' ὅς.] editi: ξυνίημι δὲ ἦδ' ὅς. Reieci δὲ tanquam superuacuum, MSS. munitus insuper autoritate.

3 μόνος γὰρ δὴ ἐκ. εἰδέναι αὐτό.] dicit Apollonius se cognoscere secretum, vnde nempe sibi iste aduenisset nuncius, id autem non latere eum posse Philostratus addit, quod solus ille, nempe Aelianus, scire posset, quando coram Domitiano Apollonio esset comparendum.

4 δύσροπον τ. προσώπου] *visu terribilis* Plinio dicitur Paneg. c. 48. *saeuus vultus* tribuitur eidem a Tacito vit. Agric. c. 45.

5 μεστὴ δ' ἡ παρειὰ χολῆς] respicitur ad *vultum ruboris plenum*, quem ei tribuit Sueton. in vita c. 18. qui Domitiani rubor speciem modestiae quidem mentiebatur, vt idem obseruat, ex rei tamen veritate quo spectauerit exponit Tacitus vita Agric. c. 45. *cum denotandis tot hominum palloribus, sufficeret saeuus ille vultus & rubor.* Huc istud Senecae pertinet ep. 11. *Quidam nunquam magis timendi quam cum erubuerint, quasi omnem verecundiam effuderint.*

diens

diens Polyphemi, neque antea quantus esset edoctus, nec quibus cibis vescereturnec vt voce tonaret, tamen se ipsum confirmauit, & primum timens nonnihil, ex antro tamen discessit, virum fortem vbi se praestitisset. Sic & mihi discedere integrum erit, saluumque & me ipsum tueri, & socios, ob quos in istud sum coniectus periculum. Haec ad eum qui missus fuerat vbi esset locutus, Damidique ea retulisset, somno se dedit.

καὶ μήτε ὁπόσος ἐστὶ προακηκοὼς πρότερον, μήδ' οἷα σιτεῖται, μήδ' ὡς βροντᾷ ἡ φωνὴ, ἐθάρρησέ τε αὐτὸν, καί τοι ἐν ἀρχῇ δείσας, καὶ ἀπῆλθε τῷ ἄντρῳ ἀνὴρ δόξας. ἐμοὶ δὲ ἐξελθεῖν τε αὖταρκες, ἐμαυτόν τε σώσαντα καὶ τοὺς ἑταίρους[6], ὑπὲρ ὧν κινδυνεύω. τοιαῦτα διαλεχθεὶς πρὸς τὸν ἥκοντα, καὶ ἀπαγγείλας αὐτὰ πρὸς τὸν Δάμιν, ἐκάθευδε.

C. XXIX. Circa crepusculum vero, Censualium ex Imperatoris iudicio veniens aliquis, Imperator, inquiebat, iubet, o Apolloni, vt circa meridiem in palatium venias; non vt causam dicas, sed videre te tantum qualis sis cupit, & tecum agere solo. Quid vero, inquit Apollonius, ea de re me compellas? An non vero, inquit ille, tu es Apollonius? Certe, inquiebat, Tyanensis ille. Cuinam igitur, subiunxit alter, haec dicerem? Iis, aiebat Apollonius, qui me ducturi sunt. Necesse est enim me tanquam ex carcere prodire. Tum ille, haec eadem, inquit, custodibus in mandatis sunt data. Et ipse quoque illo tempore adero. Iam vero vt annunciarem veni, ita enim mihi sero vespere fuit mandatum. Et ille quidem abiit.

Περὶ δὲ ὄρθρον γραμματεύς τις ἥκων τῶν βασιλείων δικῶν, κελεύει σε ὁ βασιλεὺς, ἔφη, ὦ Ἀπολλώνιε, περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν ἐς τὴν αὐλὴν ἥκειν, ὅπως ἀπολογησόμενον, ἀλλ' ἰδεῖν τέ σε ὅς τις ὢν τυγχάνεις βάλεται, καὶ ξυγγενέσθαι μόνῳ. τί ἄν, εἶπεν, ὑπὲρ τούτων ἐμοὶ διαλέγῃ; ἢ γὰρ σὺ, ἔφη, Ἀπολλώνιος; νὴ Δί', εἶπεν, ὁ Τυανεύς γε. πρὸς τίνα ἄν, ἔφη, ταῦτα εἴπω; πρὸς τοὺς ἄξοντάς με, εἶπε· χρὴ γάρ πως ἐκ δεσμωτηρίου φοιτᾶν. προσέταται, ἔφη, πρὸς τούτοις γε ἐκείνοις ταῦτα, κἀγὼ δὲ ἀφίξομαι τῷ καιρῷ. νυνὶ δὲ παραγγέλλων ἦλθον, ταυτὶ γὰρ μάλα ἑσπέρας προσέτακται. ὁ μὲν δὴ ἀπῆλθεν.

C. XXX. Apollonius autem in lectulo recumbens, ego, inquit, o Dami, somno indigeo. Grauis enim praeterita nox mihi extitit, in memoriam reuocare conanti, quae a Phraote quondam audiui. At vero, respondit Damis, vigilare potius oportebat, teque ad id quod nunciatum est comparare, cum tanti momenti res agatur. Sed quonam pacto, inquit, ad id comparare me possim, cum ne quidem quid sit interrogaturus sciam? An ex tempore ergo, Damis aiebat, capitis causam ages? Certe, inquit Apollonius, namque ipsa vita quoque extemporanee vtor. Sed nunc dicta Phraotae, quorum mihi refricaui memoriam, tibi exponere volo, conducere enim praesentibus tibi ipsi quoque videbuntur. Leones, quos mansuescere volunt homines, Phraotes nec verberibus praecipiebat caedendos esse, iniuriae enim eos fore memores verberibus si excipiantur: nec nimis blande habendos, ea enim re superbos euasuros: sed potius minando pariter ac demulcendo ad mores mansuetos esse adducendos. Id autem ille non leonum dicebat causa, non enim ferarum mansuefaciendarum causa philosophabamur, sed frenum quod tyrannis iniiciatur

Ὁ δ' Ἀπολλώνιος ἀναπαύσας ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης, ὕπνῳ, ἔφη, δέομαι Δάμι. χαλεπὴ γάρ μοι ἡ νὺξ γεγονεν, ἀναμνησθῆναι βουλομένῳ ὧν φραώτου ποτὲ ἤκουσα. καὶ μὴν ἐγρηγορέναι τε, εἶπεν[1], ἐχρῆν μᾶλλον, καὶ ξυντάττειν ἑαυτὸν ἐς τὸ παρηγγελμένον, μέγα ὅτως ὄν. καὶ πῶς ἂν ξυνταττοίμην, ἔφη, μηδὲ ὅ τί ἐρήσεται εἰδώς; αὐτοσχεδιάσεις ἄν, εἶπεν, ὑπὲρ τοῦ βίου; νὴ Δί', ἔφη, ὦ Δάμι, αὐτοσχεδίῳ[2] γὰρ αὐτῷ χρῶμαι. ἀλλ' ὅ γε ἀνεμνήσθην τοῦ φραώτου βούλομαι διελθεῖν πρός σε, χρήσιμον γὰρ ἐς τὰ παρόντα καί σοι δόξει. τοὺς λέοντας, οὓς τιθασσεύουσιν ἄνθρωποι, κελεύει φραώτης μήτε παίειν, μνησικακεῖν γὰρ αὐτοὺς εἰ παίοιντο· μήτε θεραπεύειν, ἀγερώχους γὰρ ἐκ τούτου γίγνεσθαι· ξὺν ἀπειλῇ δὲ μᾶλλον καταψῶντας, ἐς εὐάγωγα ἤθη ἄγειν. τοῦτο δὲ οὐχ ὑπὲρ τῶν λεόντων, εἶπεν[3], οὐ γὰρ ὑπὲρ θηρίων ἀγωγῆς ἐσπουδάζομεν· ἀλλ' ἡνίαν ἐπὶ τοὺς τυράννους διδοὺς ἢ

6 καὶ τοὺς ἑταίρους] Neruam, Ruffum & Orfitum.

CAP. XXX. 1 εἶπεν] sic MSS. omnes. Editi εἶπες: male.

2 αὐτοσχεδίῳ] i. e. viuo sine fastu, sine apparatu, praesentibus fruens, futura non curae habens.

3 τοῦτο δὲ οὐχ ὑπὲρ τ. λέοντων εἶπεν &c.] simile fere illud Pauli 1 Cor. IX, 9. μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ post allegatum ante Mosis dictum οὐ φιμώσεις τὸν βοῦν ἀλοῶντα.

χρωμένης ἐκ' ἂν ἐκπεσεῖν ἡγεῖτο τῷ ξυμμέτρῳ. ἄριστα μὲν, ἔφη, ὁ λόγος οὗτος ἐς τὰ τῶν τυράννων ἤθη εἴρηται. ἀλλ' ἔστι τις καὶ παρὰ τῷ Αἰσώπῳ λέων ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ. φησὶ δ' αὐτὸν ὁ Αἴσωπος ἀ νοσεῖν μὲν, δοκεῖν δὲ, καὶ τῶν θηρίων, ἃ ἐφοίτα παρ' αὐτὸν ἅπτεσθαι. τὴν δὲ ἀλώπεκα, τί τούτῳ χρησόμεθα; εἶπε, παρ' ᾧ μηδὲ ἀναλύει τις, μηδὲ δείκνυταί τι τῶν ἐξιόντων ἴχνος. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, σοφωτέραν τὴν ἀλώπεκα ἡγοῦμην [4] ἂν, εἰ παρελθοῦσα εἴσω μὴ ἦλω, ἀλλ' ἐξῆλθε τῷ σπηλαίῳ, τὰ ἴχνη τὰ ἑαυτῆς δεικνῦσα. ταῦτα εἰπὼν, ὕπνῳ ἔσπασε κομιδῇ βραχύ, καὶ ὅσον ἐπ' ὀφθαλμοὺς ἦλθεν [5].

suppeditans, quo qui vterentur eos modum non exceſſuros putaret. Optime, inquit Damis, in tyrannorum ingenium haec quadrat doctrina. Sed eſt apud Aeſopum etiam leo, in antro qui iacet. Eum autem non aegrotare quidem Aeſopus ait, morbum tamen ſimulare, & quae ad viſendum eum accedebant animalia arripere. Quantum ad vulpeculam autem, ea, quid illi faciemus? inquit, apud quem neque commorari deprehenditur quiſquam, neque egreſſi tamen veſtigium appareat. At ego, inquit Apollonius, ſapientiorem vtique vulpeculam iudicarem, ſi ingreſſa intro, capta nihilominus non fuiſſet: ſed e ſpelunca poſt eſſet egreſſa, ſuamet relinquens retrograda veſtigia. Haec locutus ſomnum cepit breuiſſimi temporis & qui [extremis tantum] inſideret oculis.

Ἡμέρα δ' ὡς ἐγένετο, προσευξάμενος τῷ Ἡλίῳ, ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ εἰκὸς, διελέγετο τοῖς προσιοῦσιν, ὁπόσα ἠρώτων. καὶ ὅτως ἀγορᾶς πληθούσης ἀφικνεῖται γραμματεὺς, κελεύων ἐπὶ θύρας ἤδη εἶναι, μὴ καὶ θᾶττον, ἔφη, ἐσκληθῶμεν. ὁ δὲ εἰπὼν ἴωμεν, ξὺν ὁρμῇ προῆλθε. πορευομένῳ δ' αὐτῷ δορυφόροι ἐπηκολούθουν τέτταρες, πλέον ἀπέχοντες ἢ οἱ φυλακῆς ἕνεκα ἁμαρτόντες. ἐφείπετο δὲ καὶ ὁ Δάμις, δεδιὼς μὲν, ξυννοῶντι δ' ὅμοιος. ἐώρων μὲν δὴ ἐς τὸν Ἀπολλώνιον ἅπαντες [1]· αὐτῷ τε γὰρ τῷ σχήματος ἐπεβλέποντο, καὶ θεία ἐδόκει ἡ περὶ τῷ εἴδει ἔκπληξις· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ἥκειν ὑπὲρ ἀνδρῶν [2] κινδυνεύσοντα, καὶ τοὺς βασκαίνοντας αὐτῷ πρότερον ἐπιτηδείως ἐποίει τότε. προσεσῴζετο δὲ τοῖς βασιλείοις, καὶ τοὺς μὲν θεραπευομένους ὁρῶν, τοὺς δὲ θεραπεύοντας, εἰσιόντων τε καὶ ἐξιόντων κτύπον, δοκεῖ μοι, ἔφη, ὦ Δάμι, βαλανείῳ ταῦτα εἰκάσαι. τοὺς μὲν γὰρ ἔξω εἴσω ὁρῶ σπεύδοντας, τοὺς δὲ εἴσω ἔξω, παραπλήσιοι δέ εἰσιν οἱ μὲν ἐκλελουμένοις, οἱοὶ δ' ἀλύτοις. τὸν λόγον τοῦτον ἄσυλον κελεύω φυλάττειν, καὶ μὴ τῷ δεῖνι, ἢ τῷ δεῖνι προσγράφειν αὐτὸν, ὅτῳ τί Ἀπολλωνίῳ ὄντα, ὡς καὶ ἐς ἐπιστολὴν αὐτῷ ἀναγεγράφθαι. ἰδὼν δέ τινα μάλα πρεσβύτην, ἐπιθυμοῦντα μὲν τοῦ ἄρχειν, δι' αὐτὸ δὲ

Dies vero vbi illuxiſſet cum ſoli feciſſet ſacra, vt facere quidem in carcere liceret, diſſeruit cum iis qui eum adirent, quicquid diſſerere ipſum interrogantes voluiſſent. Atque adeo circa meridiem Cenſualis aduenit, iubens vt ad limina iam accederet, ne forte, inquiebat, priuſquam acceſſerimus intro vocemur. Apollonius vero, eamus, inquiens, cum contentione quadam proceſſit. Vadentem ſatellites quatuor ſequebantur, longiore interuallo, quam qui cuſtodiae cauſa ſequi ſolent. Sequebatur etiam Damis, metuens quidem, ſed cogitabundo ſimilis. Oculos autem in Apollonium omnes vertebant, nam ob ipſum habitum eum contemplabantur, & quaſi numine perculſi formam eius ſtupere videbantur. Ipſumque hoc, quod pro viris illis periculum ſubiturus ventitaret, eorum etiam, qui antea ei infenſi fuerant, tunc quidem ſtudia ei conciliabat. Cumque iam ante limina palatii conſiſteret, videretque aliis quidem honorem haberi, habere alios; ingredientiumque & egreſſorum ſtrepitum; videntur iſta, inquiebat, mihi quidem, o Dami, balneum referre, qui enim foris ſunt eos feſtinare vt ingrediantur, qui intus vero ſunt, vt egrediantur, video, ſuntque alia iam lotis hic ſimiles alii illotis. Iſtamque ſententiam velim intemeratam Apollonio relinqui, neque vel huic vel illi tribui, cum ita Apollonii germana ſit, vt in epiſtolam etiam ab eodem ſit relata. Cum autem vidiſſet hominem, iam ſenio confectum, prouinciam ambire, atque eius rei cauſa ſer-

C. XXXI.

4 σοφωτέραν τὴν ἀλώπ. ἡγεμ.] nempe Damis tacite metum ſuum proditurus, monituſque Apollonium melius forte eſſe plane non accedere ad tyrannos Aeſopicae vulpeculae exemplo, quam vt docebat Phraotes cum iis verſari, his ipſis ab Apollonio confutatur.

5 ὅσον ἐπ' ὀφθαλμοὺς ἦλθεν] malim ὅσον ἐπ' ἄκρους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἦλθεν. Similisphraſis ſupra II, 35. occurrebat, vbi vide obſeruata n. 3.

CAP. XXXI. 1 ἅπαντες] omiſſum in editis, MSS. noſtrorum omnium fide reſtituimus.

2 ὑπὲρ ἀνδρῶν] Nerua ſc. Ruffo & Orfito, vt ſaepe dictum.

uili-

uiliter obnoxium, & Imperatori submisso cultu addictum, huic, inquit, o Dami, nec Sophocles persuadere potuit, vt *agrestem dominum & furiosum* fugeret. Quem, respondebat Damis, nos sponte etiam elegimus, ideo enim nunc ante has fores consistimus. Tunc Apollonius, videris mihi, inquit, o Dami, Aeacum, sicut esse in inferno perhibetur, ita horum quoque liminum putare custodem, mortuo namque videris similis. Non mortuo, respondit Damis, sed paulò post morituro. Tunc Apollonius, abhorrente, inquit, a morte animo esse mihi videris, o Dami: quanquam satis diu mihi, ab adolescentia philosopho, adhaeseris. Ego autem te aduersus eam instructum putabam, omnemque nosse, quae penes me est, artem instruendi aduersus eam aciem. Vt belligerantibus enim & arma tractantibus non audacia solum opus est, verum etiam aciem ordinandi scientia, quae, vbi pugnare sit opportunum, illis demonstret: ita & philosophis temporum, quibus mortem oppetant, opportunitas curae esse debet, ne praeter ordinem, vel quasi impetu in mortem ruentes, sed cum summa deliberatione iis se committant. Quod autem optimo consilio, & tempore philosophiae maxime opportuno mori iam decreuerim, si quis me velit interficere, & apud alios, te praesente, dicta apologia euici, & te quoque ad nauseam vsque edocui. Atque eo vsque quidem ista processit oratio.

τῦτο ἀρχόμενον, καὶ θεραπεύοντα τὸν βασιλέα, τῦτον, ἔφη, ὦ Δάμι, οὐδὲ Σοφοκλῆς πω πέπεικε τὸν λυπῶντα τε καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγεῖν[3]. ὃν ἡμεῖς, εἶπεν, Ἀπολλώνιε, καὶ αὐτοὶ ἑλόμεθα· ταῦτά τοι καὶ προσεσήκαμεν[4] θύραις τοιαύταις. δοκεῖς μοι, ἔφη, ὦ Δάμι, καὶ τὸν Αἰακὸν, ὥσπερ ἐν ᾅδῃ λέγεται, φρουρὸν ἡγεῖσθαι τῶν πυλῶν εἶναι, τεθνεῶτι γὰρ δὴ ἔοικας. οὐ τεθνεῶτι, ἔφη, τεθνηξομένῳ δέ[5]. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ἀφυὴς, εἶπεν, ὦ Δάμι, πρὸς τὸν θάνατον εἶναί μοι φαίνῃ, καί τοι ξυνών μοι χρόνον, ἐκ μειρακίου φιλοσόφῳ[6]. ἐγὼ δὲ ᾤμην παρεσκευάσθαι τέ σε πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν ἐν ἐμοὶ τακτικὴν[7] εἰδέναι πᾶσαν. ὥσπερ γὰρ τοῖς μαχομένοις καὶ ὁπλιτεύουσιν οὐκ εὐψυχίας δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τάξεως, ἑρμηνεύσης τὰς καιρὰς τῆς μάχης· οὕτω καὶ τοῖς φιλοσόφοις ἐπιμελητέα τῶν καιρῶν, ἐν οἷς ἀποθανοῦνται, ὡς μὴ ἄτακτοι, μηδὲ θανατῶντες, ξὺν ἀρίστῃ δ' αἱρέσει ἐς αὐτὸς φέροιντο. ὅτι δὲ ἄριστά τε ἦ κατὰ τὸν προσήκοντα φιλοσοφίᾳ καιρὸν εἱλόμην ἀποθνῄσκειν, εἴ τις ἀποκτείναι βούλοιτο, ἑτέροις τε ἀπολελέγμαι[8] σῷ παρόντος, αὐτόν τέ σε διδάσκων[9] ἀπείρηκα· ἐπὶ τοσοῦτον μὲν δὴ ταῦτα.

C. XXXII. Vbi otium autem nactus Imperator fuisset, aliis obuiis sepositis omnibus, cum viro colloquendi, in palatium eum deduxere quibus id datum munerisDamidem vna intrare non passi. Virentis autem rami coronam tenens Imperator, vt qui Palladi modo rem sacram fecisset, in Adonidis aula constiterat. Aula autem illa florum virebat hortis, quales Adonidi Assyrii plantant, in sacris eius solennibus circumferendos: quos ita instruunt, vt eodem tecto eos

Ἐπεὶ δὲ σχολὴ τῷ βασιλεῖ ἐγένετο, τὰ ἐν ποσὶ διωσαμένῳ πάντα, ἐς λόγες ἀφικέσθαι τῷ ἀνδρὶ, παρῆγον μὲν αὐτὸν ἐς τὰ βασίλεια οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν τοιῶτων, ὁ ξυγχωρήσαντες τῷ Δάμιδι ἐπισπέσθαι οἱ. θαλλὸν δὲ στέφανον[1] ἔχων ὁ βασιλεὺς, ἄρτι μὲν τῇ Ἀθηνᾷ τεθυκὼς, ἐτύγχανεν ἐν αὐλῇ Ἀδώνιδος[2]. ἡ δὲ αὐλὴ, ἀνθέων ἐτεθήλει κήποις[3], ὃς Ἀδώνιδι Ἀσσύριοι ποιοῦνται ὑπὲρ ὀργίων[4], ὁμωροφίους[5] αὐτὸς φυτεύ-

---

3 ὃν Σοφ. πω πέπεικε — ἀποφυγεῖν] libidinis oestrum Sophocles comparauerat λυπῶντι καὶ ἀγρίῳ δεσπότῃ quem effugisse inter senectae beneficia censebat. vid. nobis obseruata s. ad lib. I. c. 13. Hoc acerbe Apollonius Domitiano accommodat.

4 προσεσήκαμεν] sic MSS. omnes. Editi προσεσήκαμεν.

5 τεθνηξομένῳ] Apollonio σκώπτοντι respondet Damis paulo amarius, exprobrans ei quod in eum vtrumque ipsorum adduxerit statum, vt nimis eheu similes sint *paulo post morituris*: vt quibus fatalis sententia a Domitiano immineat.

6 φιλοσόφῳ] inuenerat Morell. in quibusd. φιλοσοφῶν.

7 τακτικὴν] petita ex re militari vox. Notum quid sint scriptores *tactici*.

8 ἑτέρ. τε ἀπολελ.] *Demetrio* nempe sup. c. 14. huius libri.

9 αὐτόν τέ σε διδάσκων] vid. cap. eod. & praec. 13.

CAP. XXXII. 1 θαλλὸν δὲ στέφανον] θάλλος in supplicantium apparatu, quem vel manu gestabant, vel caput eo tegebant, vt notum ex iuribus sacrorum.

2 αὐλῇ Ἀδώνιδος] quam partem fuisse oportet aedium Palatinarum, quas habitabat Domitianus. Huiusque in eis Adonidis aulae vestigia in marmore Farnesiano, in quo veteris Romae vestigia exhibentur, se inuenisse putat doctiss. P. Bellorius, vide eum ad Tab. XI. vbi area hortulis & areis oblongis ab vtroque latere cincta, cùm litteris DONEA quod *Adonea* fuisse putat Bellorius. At verba autoris nostri ipsam aream κήποις τεθῆλαι dicentis hortos areae circumpositos non sinunt intelligi, v. n. 3. 4.

3 ἀνθέων ἐτεθήλει κήποις] ipsa aula iis effloruit, male itaque interpretes priores intelligunt hortos areae circumpositos. Intelligo κήπους ἐπ' ὀχήμασι *hortos in tectis* quales circumferebant in festo Adonidis quibus ipsa area fuit adornata. vid. de iis Meurs. de festis, vbi de *Adoniis*.

4 Ἀδώνιδι Ἀσσύρ. ποι. ὑπὲρ ὀργίων] nempe, vt paulo ante dictum, inter sacras *Adoniorum* ceremonias erat *hortos in tectis* circumferre. Illi circumlati in aquam coniiciebantur, ad similitudinem quandam mortis, qua in ipso aetatis flore raptus Adonis fuit, vt apud Eustathium est ad Il. Λ'. vide Meurs. l. c.

5 ὁμωροφίους] vox haec planissime euincit, quod diximus, οντες,

οντες. πρὸς δὲ τοῖς ἱεροῖς ὢν, μετεξράφη, καὶ ἐκπλαγεὶς ὑπὸ τῆ εἴδες τῆ ἀνδρὸς, Αιλιανὲ, εἶπε, δαίμονά μοι ἐπεισήγαγες. ἀλλ' ὅτε ἐκπλαγεὶς ὁ Απολλώνιος, καθαπτόμενός τε ὧν ἤκουσεν, ἐγὼ δὲ, ἔφη, τὴν Αθηνᾶν ὤμην ἐπιμεμελῆσθαί σε, βασιλεῦ, τρόπον, ὃν καὶ τῆ Διομήδες ποτὲ ἐν Τροίᾳ. τὴν γάρ τοι ἀχλὺν, ὑφ' ἧς οἱ ἄνθρωποι χεῖρον βλέπουσιν, ἀφελῆσα τῶν τῆ Διομήδες ὀφθαλμῶν, ἔδωκεν αὐτῷ θεές τε διαγιγνώσκειν καὶ ἄνδρας[6]. σὲ δ' ὅπω ἡ θεὸς ἐκάθηρεν, ὦ βασιλεῦ, τὴν κάθαρσιν ταύτην. ἢ μὴν[7] ἔδει γε ὡς αὐτὴν τὴν Αθηνᾶν ὁρᾷς ἄμεινον, τές τε ἄνδρας μὴ ἐς τὰ τῶν δαιμόνων εἴδη τάττοις. σὺ δὲ, εἶπεν, ὦ φιλόσοφε, πότε τὴν ἀχλὺν ἐκαθήρω ταύτην; πάλαι, ἔφη, καὶξ ὅτε φιλοσοφῶ[8]. πῶς ἄν, εἶπε, τὲς ἐμοὶ πολεμιωτάτες ἄνδρας[9] θεὲς ἐνόμισας; καὶ τίς, ἔφη, πρὸς Ιάρχαν σοι πόλεμος, ἢ πρὸς φραώτην, τὲς Ινδὲς ἐς ἐγὼ μίνες ἀνθρώπων θεές τε ἡγέομαι, καὶ ἀξίες τῆς ἐπωνυμίας ταύτης; μὴ ἄπαγε ἐς Ινδὲς, εἶπεν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆ φιλτάτε σοι Νέρβα, καὶ τῶν κοινωνέντων αὐτῷ τῆς αἰτίας λέγε. ἀπολογῆμαι ὑπὲρ αὐτῆ, ἔφη, τί, ἢ μή; ἀπολογῆ, εἶπεν· ἀδικῶν γὰρ εἴληπται. ἀλλ' ἔχ ὡς αὐτὸς ἀδικεῖς, ξυνειδὼς ἐκείνῳ τοιαῦτα[10]; τῆτό με ἀναδίδασκε. εἰ μὲν ἧ ξυνοίδα[11], ἔφη, ἀκῆσαι βέλει, ἄκυε. τί γὰρ ἂν τἀληθῆ κρύπτοιμι; ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς ἀπορρήτων τε λαμπρῶν ἀκροάσεσθαι ᾤετο, καὶ ἐς τὸ ξυντεῖνον τῆς ἀπωλείας τῶν ἀνδρῶν ἥκειν πάντα[12].

tueri queant. Sacris autem intentus retrospiciebat, virique attonitus specie, o Aeliane, clamauit, Daemonium ad me adduxisti. Sed nihil territus Apollonius, verum arripiens ea quae audiuerat, ego autem, inquiebat, in Palladis te esse tutela putabam, o Imperator, perinde atque ad Troiam olim Diomedem. Caliginem enim ea, quae hominibus visus aciem imminuit a Diomedis oculis abstergens, vt Deos atque homines dignoscere posset ei dedit. Te autem, nondum Dea, o Imperator, purgauit isto purgationis genere. Certe enim & ipsam [alias] Palladem rectius cognosceres, & homines inter daemonum spectra non collocares. Tu autem, respondit ille, o philosophe, quando istam tibi abstergi sensisti caliginem? Iamdudum, aiebat Apollonius, & ab eo inde tempore, ex quo philosophari coepi. Quomodo igitur, Imperator regessit, viros mihi inimicissimos Deos putasti? Quod vero, respondit Apollonius, tibi est aduersus Iarcham & Phraotem, Indos, bellum? quos ego mortalium solos Deos censeo, & ista compellatione dignos. Ne ad Indos deflectas, aiebat Imperator, sed de amicissimo tibi Nerua & complicibus eius respondе. Causam ne eius me agere iubes, Apollonius inquiebat, an minus? Causam age, inquit Imperator: ipse enim criminis iam est conuictus. Tu vero annon perinde ac ipse criminis reus teneris, qui conscius illi istorum sies? Hoc velim me doceas. Si quousque, Apollonius respondit, conscius sim audire vis, audi: quid veritatem enim celarem? Imperator igitur egregia arcana se auditurum, omniaque ad promouendum exitium virorum istorum concurrere putabat.

Ὁ δ' ὡς μετέωρον αὐτὸν ὑπὸ τῆς δόξης ταύτης εἶδεν, ἐγὼ, ἔφη, Νερβαν σωφρονέσατον ἀνθρώπων οἶδα, καὶ πραότατον, καὶ σοὶ ἐπιτηδειότατον, καὶ ἄρχοντα μὲν ἀγαθόν, ἐυλαβῆ δ' ὅτω[1] πρὸς ὄγκον πραγμάτων, ὡς καὶ τὰς τιμὰς δεδιέναι. οἱ δὲ ἀμφ' αὐτὸν, Ρᾶφον γάρ τε λέγεις, καὶ Ορφιτον, σώφρονες μὲν καὶ οἵδε

Apollonius autem vbi eum iam sidera sibi tangere videri ea spe animaduertit, ego, dixit, Neruam mortalium omnium moderatissimum, mitissimumque, tibique amicissimum, & magistratum optimum esse noui: ita autem ad res magnas meticulosum, vt honores etiam reformidet. Amici vero eius Rufum enim intelligis & Orfitum moderati & ipsi C.XXXIII.

---

nempe intelligi hic κῆπες quos vulgo Adonidis vocant, h. e. ἐπ' ὀστράκοις in testis. Tales enim intra aedes contineri & ὁμωρόφιοι esse possunt, non alii.

6 θεὲς τε διαγιγν. καὶ ἄνδρας] sic nempe ad Diomedem Pallas apud Homer. Il. E'. v. 127.

ἀχλὺν δ' ἂν τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον ἣ πρὶν ἐπῆεν,
ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

7 ἢ μὴν] simili modo ἦ cum μὴν affirmatiue positum obserues in istis Aristophanis in Pluto: ἦ μὴν ὑμεῖς γ' ὅτε μ' ἐτανθοῖ μετεπέμψεσθον.

8 καὶξ ὅτε φιλοσοφῶ] sic enim supra Pythagoricam sibi hoc philosophiam, cum primum adamare eam inciperet, pollicitum dicit lib. VI. c. 11.

9 πολεμ. ἄνδρας] Neruam & complices.

10 ἀλλ' ἔχ ὡς αὐτὸς ἀδικεῖς, ξυνοιδὼς ἐκείνῳ τοιαῦτα;] praua distinctio in prioribus editionibus difficiliorem hic reddebat sensum. Sic enim illae: ἀλλ' ἔχ ὡς αὐτὸς ἀδικεῖς. ξυνοιδὼς ἐκείνῳ τοιαῦτα, τῆτο μ. &c.

11 ἧ ξύνοιδα] ferri posse putem, quamuis MSS. nostri habeant ἀ, quam lectionem etiam in Marg. obseruauit Morell.

12 ἥκειν] sic Vrbinas. Vulgati ἥκει.

CAP. XXXIII. 1 ἄρχ. μὲν ἀγαθ. ἐυλ. δ' ὅτ.] similia inf. legas l. VIII. c. 7. §. 10. de lenitate vero Neruae passim Dio, Aurel. Victor, Eutrop. adde n. sq.

viri

viri sunt, quantum mihi constat, ac diuitiarum contemptores; & ad ea etiam agenda quae agere ipsis sit licitum paulo tardiores. Res autem nouas neque ipsi facile moliantur, neque molientibus aliis ferant suppetias. His auditis ira intumescens Imperator, mene igitur, inquit, sycophantiarum aduersus eos reum deprehendisti? quod [viros,] quos ego mortalium inquinatissimos meique imperii turbatores esse inueni, tanquam bonos tute, & quietos commendes. Nempe & illos, puto, si de te quidem interrogentur, neque incantatorem te esse dicturos, neque temerarium, aut iactatorem, & auarum, legumque contemptorem: adeo scelestissima capita, pessime conspiraſtis. Sed in lucem protrahet ista facta libellus. Nam & quid iuratum vobis sit, & in quae, & quando, & quibus sacris, nihil noui minus, quam si ipse his praesens & particeps eorum interfuissem. At ille ne his quidem territus, turpe est, inquit, o Imperator, parumque legibus conueniens, vel iudicio disceptare de his, de quibus antea sis persuasus, aut de iis ante persuaderi, de quibus iudicio non dispexeris. Quod si ea tamen tibi mens sit, permitte vt inde defensionis meae initium faciam. Male in me, o Imperator animatus es, magisque etiam quam sycophanta mihi es iniquus. Quae enim probaturum se ille pollicitus est, ea tu ante, quam audiuisti, credis. Apologiae quidem, respondit Domitianus, vnde collibitum fuerit, initium ducito. Ego autem & qua re desinere debeam, & vnde initium iam facere par sit, noui.

οἱ ἄνδρες ὁπόσα οἶδα, καὶ διαβεβλημένοι πρὸς πλῆτον, νωθρεὶ δὲ πρᾶξαι ὁπόσα ἔξεσι. νεώτερα δὲ ἅτ' ἂν αὐτοὶ ἐνθυμηθεῖεν, ἅτ' ἂν ἑτέρῳ ἐνθυμηθέντι ξυνέραινντο. ἀνασθήσας δ' ὁ βασιλεὺς ὑφ' ὧν ἤκουσε, συκοφάντην με ἔν, εἶπεν, ἐπ' αὐτοῖς εἴληφας; ἵν', ὃς ἐγὼ μιαρωτάτους ἀνθρώπων καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐπιπηδῶντας ἔυρον, σὺ δ' ὡς χρηστοί τε εἰσι λέγεις, καὶ νωθροί[2]. καὶ γὰρ ἂν κἀκείνους ἡγοῦμαι, ὑπὲρ σοῦ ἐρωτωμένους, μήθ' ὡς γόης εἶ φάναι, μήθ' ὡς ἴτης, μήθ' ὡς ἀλαζὼν, μήθ' ὡς φιλοχρήματος, μήθ' ὡς φρονῶν ὑπὲρ τοὺς νόμους· ἴτως, ὦ μιαραὶ κεφαλαὶ, κακῶς ξυντέταχθε. ἐλέγξει δ' ἡ κατηγορία πάντα· καὶ γὰρ ὁπόσα ὁμώμοται ὑμῖν, καὶ ὑπὲρ ὧν, καὶ ὁπότε, καὶ τί θύσασιν[3], οὐδὲν μεῖον οἶδα, ἢ καὶ εἰ παρετύγχανόν τε καὶ ἐκοινώνουν. ὁ δὲ, οὐδὲ ταῦτα ἐκπλαγεὶς, αἰσχρὸν, ἔφη, βασιλεῦ, καὶ ἀκ ἐκ τῶν νόμων, ἢ δικάζειν ὑπὲρ ὧν πέπεισαι, ἢ πεπεῖσθαι ὑπὲρ ὧν μὴ ἐδίκασας. εἰδ' ἴτως ἔχεις, ξυγχώρησον ἐνθένδε μοι τῆς ἀπολογίας ἄρξασθαι. κακῶς, ὦ βασιλεῦ, ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖς. καὶ πλείω μὲ[4] ἀδικεῖς, ἢ ὁ συκοφάντης, ἃ γὰρ ἐκεῖνος διδάξειν ἔφη, σὺ πρὶν ἀκοῦσαι πέπεισαι. τῆς μὲν ἀπολογίας, εἶπεν[5], ὁπόθεν βούλει, ἄρχε. ἐγὼ δὲ καὶ ἐς ὅ, τι παύσομαι οἶδα, καὶ ὁπόθεν ἤδη προσήκει ἄρξασθαι.

C. XXXIV. Indeque initium fecit ignominiose virum habendi, barbam illi detondens, & comam, atque inter scelestissimos in vincula coniiciens. Ipse vero, de tonsura, ignorabam, inquiebat, o Imperator, pilorum mihi subeundum periculum esse: de vinculis autem, si me, inquit, incantatorem esse arbitraris, quo pacto vincies? Nec dimittam, Imperator respondit, te antea, quam in aquam conuersus fueris, aut

Ἄρχεται τὸ ἐνθένδε τῆς ἐς[1] τὸν ἄνδρα ὕβρεως, γενείων τε ἀποκείρας αὐτὸν, καὶ χαίτης[2], ἔντε τοῖς κακουργοτάτοις δήσας. ὅδ', ὑπὲρ μὲν τῆς κεφαλῆς, ἐλελήθειν, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, περὶ ταῖς θριξὶ κινδυνεύων· ὑπὲρ δὲ τῶν δεσμῶν, εἰ μέν γοητά με ἡγῇ, ἔφη, πῶς δήσεις; καὶ ἀνήσω γε ὅ πρότερον, εἶπεν, ἢ ὕδωρ γενέσθαι σε, ἢ τί θη-

---

2 νωθροί] νωθρὸς est, qui ἐυλαβῆς ἐστιν πρὸς ὄγκον πραγμάτων, ὡς καὶ τὰς τιμὰς δεδιέναι, qualem Neruam paulo antea delineabat. Quem & lib. VIII. c. 3. s. 10. ἀγωνιστὴν φρονήσεως ἀ χρηστὸν vocat. Martialis *quietum* diceret. Sic enim de Nerua ille lib. VIII. epigr. 70.

Quanta QVIES PLACIDI *tanta est facundia Neruae.*

Vbi *quietem* illam viuendi rationem dici, quae ambitioni contraria, de fama ac gloria opibusque parum laborat, manifestum est, & recte obseruatum Buchnero nostro ad Plinii lib. X. ep. 7. Hanc iam animi indolem voce paulo asperiore νωθρότητος designat, quae in malam partem accipi solet plerumque, pro *ignauia*. Quoniam tamen χρηστοὶ καὶ νωθροὶ hic coniunguntur, mitiore voce vtendum duxi, cum offendat animum *bonum* dici, qui idem *ignauus* dicatur: hocque eo magis secutus sum, quod inf. lib. VIII. c. 7. s. 10. Ipse quoque Apollonius Ruffum & Orfitum σώφρονας νωθεῖς δὲ ἄνδρας dicat.

3 καὶ τί θύσασιν] respicit ad sacrificium impurum, quo puerum mactasse Apollonium μαντικῆς causa quidam calumniabantur, de quo supra, & inf. in apologia lib. VIII. c. 7. multa.

4 μὲ] sic MSS. omnes. Editi μὲν.

5 εἶπεν] vocem hanc, quae exciderat editis, agnoscunt MSS. omnes.

CAP. XXXIV. 1 ἐνθένδε τῆς] editi ἐνθένδε τι τῆς. MSS. tamen τι omittunt.

2 γενείων ἀποκ. αὐτ. καὶ χαίτ.] tonsura quidem apud Romanos, Domitiani maxime aeuo, turpis minime habita, alii aliarum gentium mores, vt videre est apud Camerar. Hor. subciſiu. c. 36. Apollonio igitur, ex Pythagorica disciplina barbam & comam alentem, vt s. ex lib. I. patet, aegre facturus, contra sectae ipsius institutum, tonderi cum iubet.

ρίον, ἢ δένδρον. ταυτὶ μὲν, ἔφη, ἀδ', εἰ δυναίμην, γενοίμην ἂν, ὡς μὴ προδοίην ποτὲ τὰς ἀδεμιᾷ δίκῃ κινδυνεύοντας. ὧν δ' ὅσπερ εἰμὶ, πᾶσιν ὑποθήσω ἐμαυτὸν, εἰς ἂν περὶ τὸ σῶμα τυτὶ πράττῃς, ἐς' ἂν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν ἀπολογήσωμαι. ὑπὲρ δὲ σοῦ, εἶπε, τίς ἀπολογησόμενος ἔσται; χρόνος, ἔφη, καὶ θεῶν πνεῦμα[3], καὶ σοφίας ἔρως, ᾗ ξύνειμι.

feram quampiam, aut arborem. Ego vero, inquit Apollonius, ne si possem quidem in ista conuerterer, ne prodam scilicet viros nullo iure in capitis discrimine versantes. Sed qualis nuuc sim esse perseuerans omnibus me obnoxium faciam, quae in corpus hoc statues, donec virorum illorum causa a me fuerit defensa. Pro te autem, aiebat Imperator, quis defensionem parabit? Tempus, respondit ille, & Deorum spiritus, & amor philosophiae, cui me penitus addixi.

Τὸν μὲν προάγωνα τῆς ἀπολογίας, ὃς δὴ ἐγένετο αὐτῷ πρὸς Δομετιανὸν ἰδίᾳ, τοιόνδε διαγράφει ὁ Δάμις. οἱ δὲ βασκάνως ταῦτα ξυνθέντες, ἀπολελογῆσθαι μὲν αὐτὸν φασι πρότερον, δεδέσθαι δὲ μετὰ ταῦτα, ὅτε δὴ κείρασθαι. καί τινα ἐπιστολὴν ἀνέπλασαν, ξυγκειμένην μὲν Ἰωνικῶς, τὸ δὲ μῆκος, ἄχαρι, ἐν ᾗ βάλλονται τὸν Ἀπολλώνιον ἱκέτην τῷ Δομετιανῷ γενέσθαι, παραιτέμενον ἑαυτὸν τῶν δεσμῶν. Ἀπολλώνιος δὲ τὰς μὲν διαθήκας τὰς ἑαυτῷ[1] τὸν Ἰώνιον ἑρμηνέυει τρόπον. ἐπιστολῇ δὲ ἰαστὶ ξυγκειμένῃ ὅπῳ Ἀπολλωνίῳ προσέτυχον, καί τοι ξυνειληχὼς αὐτῷ πλείστας. ὐδὲ μακρηγορίαν πω[2] τοῦ ἀνδρὸς ἐν ἐπιστολῇ ἔυρον, βραχεῖαι γὰρ, καὶ ἀπὸ σκυτάλης[3] πᾶσαι. καὶ μὴν καὶ νικῶν τὴν αἰτίαν ἀπῆλθε τοῦ δικαστηρίου, καὶ πῶς ἄν ποτε ἐδέθη[4] μετὰ τὴν ἀφεῖσαν ψῆφον; ἀλλὰ μή πω τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἔτι καὶ τὰ ἐπὶ τῇ κειρᾷ, καὶ ἄτ]α διειλέχθη, λεγέσθω πρότερον· ἄξια γὰρ σπουδάσαι.

Atque tale quidem praeludium defensionis, quod priuatim apud Domitianum egit, Damis repraesentat. Qui autem inuidiose ista referunt, primo quidem eum se defendisse aiunt, postea in vincula coniectum, atque tum etiam detonsum fuisse. Epistolam quoque aliquam confinxere, Ionice quidem scriptam, prolixitate autem taediosam, in qua Apollonium supplicem apud Domitianum vincula deprecatum volunt. Apollonius autem testamentum quidem suum Ionica scripsit dialecto. In epistolam vero Ionice compositam nullam vnquam Apollonii incidi, quanquam plurimas eius epistolas collegerim: neque prolixum esse virum in epistola deprehendi vnquam, nam breues & quasi ex scytala profectae omnes. Praeterea certe causa superior discessit ex iudicio: quomodo igitur post latam sententiam in vincula coniectus sit? Verum nondum quidem de illis quae in iudicio gesta sunt [agimus,] sed de iis adhuc quae ad tonsuram spectant, & quae dicta de ea illi fuerint, antea disseramus: digna enim sunt quibus operam impendamus. c. xxxv.

Δυοῖν γὰρ ἡμέραιν δεδεμένῳ τῷ ἀνδρὶ, ἀφικνεῖταί τις ἐς τὸ δεσμωτήριον, τὸ προσελθεῖν αὐτῷ ἐωνῆσθαι φάσκων, ξύμβολος δὲ σωτηρίας ἥκειν. ἦν μὲν δὴ Συρακόσιος ἔτος, Δομετιανῷ δὲ νῆς τε καὶ γλῶτ]α[1]. καθεῖτο[2] δ' ὥσπερ ὁ πρότερος[3], ἀλλ' ὑπὲρ πιθανωτέρων ἔτος. ὁ

Cum iam biduo igitur virum vincula habuissent, in carcerem venit nonnemo, si copia sibi cum eo loquendi fiat, cum insigni eius id futurum esse coniunctum emolumento, inquiens, se enim saluti ipsius consulturum adesse. Erat autem Syracusius, Domitiani pectus & lingua, subornatus perinde ac prior ille, sed tamen ita vt magis probabiles essent ad quas hic instructus erat fraudes. Ille c. xxxvi.

3 κὴ θεῶν πνεῦμα] rara apud profanos locutio, quam Babylone didicisse Apollonium puto. Sic enim rex Nabuchodonosor in suo edicto Dan. IV, 8 Danieli πνεῦμα θεῶν ἅγιον tribuit. adde eod. cap. comm. 18. Idemque cum σοφίᾳ iungitur ibid. V, 14.

CAP. XXXV. 1 διαθήκας τὰς ἑαυτ.] earum mentio supra cap. 2.

2 μακρηγορίαν πω] addidi πω fide omnium MSS.

3 κὴ ἀπὸ σκυτάλης] σκυτάλη *baculus* proprie, cui inclusa epistola a Lacedaemoniis magistratibus missa, summae vt plurimum breuitatis, quae ipsa inde *Scytala* quandoque dicta. vide supra ad lib. IV. c. 26. Hinc Apollonii epistolas ἀπὸ σκυτάλης fuisse ait, id est breuitatis eius, cuius sunt, quae scytalae fuissent insertae.

4 ἐδέθη] sic omnes MSS. nostri, vt & Morelliani quidam: male editi ἐδόκει. Nempe refutat hoc quod ante per calumniam a quibusdam traditum aiebat, in vincula coniectum Apollonium ex sententia iudicum, qui nempe victor ex iudicio discesserit, vt libro VIII. pluribus ostenditur.

CAP. XXXVI. 1 νῆς τε κὴ γλῶτ]α] sumtum ni fallor ab eo, quod regibus Persarum in more positum, qui ministros habebant, quos εἶτα κὴ ὀφθαλμοὺς βασιλέως dicerent. vide notata supra ad lib. I. c. 20.

2 καθεῖτο] male priores interpr. *consedit*, quasi καθῆτο esset a κάθημαι, cum sit a καθίημι, *submitto*. Eadem vox in simili negotio s. ὑπὸ τοῦ Δομετιανοῦ καθειμένος c. 27. vbi clarissimus sensus: male tamen itidem ibi interpretes: *qui habitu tristis demissusque videbatur*. καθίει eodem sensu habes inf. c. 36. adde & c. 37. init.

3 ὅσπ. ὁ πρότερος] de quo paulo ante c. 27.

nam-

δὲ ἄθλια ἐκ ἐνοχλῶ[1]. πάλιν ἤρετο, τῶ χάριν οἱ ἄνθρωποι θεόν σε ἐνομάζουσιν; ὅτι πᾶς, εἶπεν, ἄνθρωπος, ἀγαθὸς[2] νομιζόμενος, θεῦ ἐπωνυμίᾳ τιμᾶται. ὁ λόγος ὅτος, ὁπόθεν ἐφιλοσοφήθη[3] τῷ ἀνδρὶ, δεδήλωται[4] ἐν τοῖς Ινδῶν λόγοις[5]. τρίτον ἤρετο ὑπὲρ τῦ ἐν Εφέσῳ λοιμῦ[6]. πόθεν γὰρ, ἔφη, ὁρμώμενος, ἢ τῷ ξυμβαλλόμενος, προεῖπας τῇ Εφέσῳ νοσεῖν αὐτές; λεπτοτέρᾳ, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, διαίτῃ[7] χρώμενος, πρῶτος τῦ δεινῦ ἠσθόμην. εἰ δὲ βέλει, λέγω καὶ λοιμῶν αἰτίας. ὄδ', οἶμαι, δείσας, μὴ τὴν ἀδικίαν καὶ τὰς μὴ καθαρὰς γάμυς[8], καὶ ὁποῖα ἐκ εὐλόγως ἔπραξεν ἐπιγράψῃ ταῖς τοιαύταις νόσοις, ἐ δέομαι, ἔφη, τοιᾶσδε ἀποκρίσεως. ἐπειδὴ τὴν τετάρτην ἐρώτησιν ἐπέφερεν ἐς τὰς ἄνδρας[9], ἐκ εὐθὺς ὥρμησεν, ἀλλὰ πολὺν μὲν χρόνον διαλιπὼν, πολλὰ δὲ ἐνθυμηθεὶς, ἐλιγγιῶντι δὲ ὅμοιος ἠρώτησεν ἐ κατὰ τὴν ἁπάντων δόξαν. οἱ μὲν γὰρ ὤοντο αὐτὸν ἐκπηδήσαντα τῦ πλάσματος, μήτε τῆς προσηγορίας ἀφέξεσθαι τῶν ἀνδρῶν, σχέτλια δὲ ὑπὲρ τῆς θυσίας βοήσεσθαι. ὁ δὲ ἐχ ὧδε, ἀλλ' ὑφέρπων τὴν ἐρώτησιν, εἰπέ μοι, ἔφη, προελθὼν τῆς οἰκίας τῇ δεινῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἐς ἀγρὸν πορευθεὶς, τίνι ἐθύσω τὸν παῖδα; καὶ ὁ Απολλώνιος, ὥσπερ μειρακίῳ ἐπιπλήττων, εὐφήμει, ἔφη· εἰ μὲν γὰρ προῆλθον τῆς οἰκίας[10], ἐγενόμην ἐν ἀγρῷ[11] καὶ ἔθυσα. εἰ δὲ ἔθυσα, καὶ ἔφαγον. λεγόντων δὲ αὐτὰ οἱ πίστεως ἄξιοι[12]. τοιαῦτα τἀνδρὸς εἰπόντος, καὶ ἐπαίνῳ ἀρθέντος μείζονος ἢ βασίλειον ξυγχωρεῖ δικα-

---

CAP. V. 1 *κὴ ἀμφιέν. ζῶα δὲ ἄθλια ἐκ ἐνοχλῶ*] nempe *lino*, quod terra ſuppeditat, veſtitus, habitu ex *θνησιδείοις* iuxta cum Pythagora & Indis abſtinebat, vide notata ad lib. I. c. 1.

2 *ὅτι πᾶς, εἶπεν, ἄνθρ. ἀγαθὸς*] conf. notata ad lib. I. c. 2.

3 *ὁπόθεν ἐφιλοσοφήθη*] *ὁπόθεν* habent MSS. excepto Vaticano omnes, pro *ὅς*, quod eſt in editis. Inuenerat illud in ſuis etiam Morell.

4 *δεδήλωται*] codices iidem *δεδήλωκα* habent.

5 *ἐν τοῖς Ινδ. λόγοις*] ſupra lib. III. c. 18.

6 *ὑπὲρ τῦ ἐν Εφ. λοιμῦ*] ſupra lib. IV. c. 4.

7 *λεπτοτέρᾳ — διαίτῃ*] vt qui vino abſtineret, carnibuſque animalium & aliis compluribus, a quibus abſtineri Pythagoras voluerat.

8 *τὰς μὴ καθαρὰς γάμυς*] de quibus ſupra lib. VII. c. 7.

9 *ἐς τὰς ἄνδρας*] Neruam, Ruffum & Orſitum.

10 *εἰ μὲν γὰρ προῆλθ. τ. οἰκίας,*] quo iſta ſpectent, ex Apologia demum Apollonii liquet inf. c. 8. ſ. 13. quod caput ita orditur: *ἀπαλλαττέτω με τῆς αἰτίας κὴ ὁ καιρός.* Nempe tempus, quo hoc peractum ſacrificium mentiatur *ὁ ἀντίδικος* eum mendacii arguere ait, cum eo tempore ne domo quidem egreſſus ſit, vt qui apud Philiſcum Melienſem, *φοιτητὴν* ſuum, tum decumbentem, conſederit: quod teſtibus productis ibidem ſect. 14. probat, quam probationem ita concludit *ἐ γὰρ ἐν προαστείοις ἀλλ' ἐν ἄστει, ἐκ ἔξω τείχους, ἀλλ' ἐπ' οἰκίας, ἐδὲ π. Νερύα* &c. Hinc ait: ſi domo egreſſum eo tempore me euinci poſſit, concedam, me in rure fuiſſe, concedam foeda iſta ſacra feciſſe, & ſi hoc probetur, tum porro concedam, quod atrociſſimum, ex humana illa hoſtia me comediſſe: atque adeo aduerſario prouinciam reliqua illa euincendi, (quae tamen, poſito me domi tempore eo haut fuiſſe, nondum eſſent euicta,) condonabo. Gemina autem plane inf. in Apologia illa habentur ſect. 13. *εἰ μὲν ἐγενόμην ἐν ἀγρῷ ἔθυσα, εἰ δὲ ἔθυσα, κὴ ἔφαγον.* Hinc eſt, quod ſtatim ſubiicit hoc loco: *λεγόντων δὲ αὐτὰ οἱ πίστεως ἄξιοι*: *iſta vero,* (me ſcilicet domo egreſſum & ruri fuiſſe) *affirmet, qui bonae ſit fidei. Si enim teſtibus fide dignis firmetur, me domo pedem extuliſſe, patior fieri, vt nulla vlteriore probatione etiam ſacrificaſſe credar.*

11 *ἐγενόμην ἐν ἀγρῷ*] poſt haec verba additum ſuis codd. ſe inueniſſe: *εἰ δὲ τῦτο*, ait Morell. quae vt neceſſaria prorſus non ſunt; ita non plane reiicula pronunciem.

12 *λεγόντων δὲ αὐτὰ οἱ πίσ. ἄξιοι*] quo iſta tendant, not. 10. dictum. Simul vero eo reſpicit, quod fide digni teſtes adeo teſtaturi non ſint ea, quibus probatis reliqua etiam concedere velit, vt potius Teleſinus, vir conſularis, medici, graues viri, & reliqui qui Philiſco morienti praeſto fuerant, contrarium ſint teſtaturi. vid. paulo poſt cap. 7. ſect. 14.

στήριον, ξυμμαρτυρεῖν αὐτῷ νομίσας ὁ βασιλεὺς τὰς παρόντας, καὶ παθών τι [13] πρὸς τὰς ἀποκρίσεις, ἐπειδὴ ἔῤῥωντό τε [14] καὶ νῦν εἶχον, ἀφίημί σε, εἶπε, τῶν ἐγκλημάτων· προσμενεῖς δὲ, ἐς ὃ ἂν ἰδίᾳ ξυγγενώμεθα. ὁ δὲ ἐπιῤῥώσας ἑαυτὸν, σοὶ μὲν χάρις, ὦ βασιλεῦ, ἔφη· διὰ δὲ τὰς ἀλιτηρίους τούτους [15] ἀπολώλασι μὲν αἱ πόλεις, πλήρεις δ' αἱ νῆσοι φυγάδων, ἡ δὲ ἤπειρος οἰμωγῆς, τὰ δὲ στρατεύματα δειλίας, ἡ δὲ ξύγκλητος ὑποψίας. δὸς εἰ βούλοιο κἀμοὶ τόπον. εἰ δὲ μή, πέμπε τὸν ληψόμενόν μου τὸ σῶμα, τὴν γὰρ [16] ψυχὴν ἀδύνατον· μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν τὸ σῶμα τεμὼν λάβοις,

οὐ γάρ με κτενέεις [17], ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι.

καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἠφανίσθη τῷ δικαστηρίῳ, τόν τε παρόντα καιρὸν εὖ τιθέμενος ὑπὲρ ὧν [18] οὐδ' ἁπλῶς ὁ τύραννος, ἀλλὰ καὶ ἐκ περιουσίας ἐρωτήσων δῆλος ἦν, ἐμεγαλοφρονεῖτο γάρ που τὸ μὴ ἀπεκτονέναι αὐτὸν· τότε μὴ ἐς τὰ τοιαῦτα ὑπαχθῆναι προορῶν. τυχεῖν δ' αὖ τούτου ἄρισα ἡγεῖτο, εἰ μὴ ἀγνοεῖτο τῆς φύσεως, ἀλλὰ γιγνώσκοιτο, ὡς ἔχοι τῷ μὴ ἄν ποτε ἁλῶναι ἄκων. καὶ γὰρ τὸ δέος τὸ περὶ τοῖς ἀνδράσιν [19], οὗ ἤδη αὐτῷ εἶχεν. ὑπὲρ ὧν γὰρ μηδὲ ἔρεσθαί τι ὁ τύραννος ὥρμησε, πῶς ἂν τούτους ἐς τὸ πιθανὸν ἀπέκτεινεν, ἐπὶ ταῖς ἐκ ἐν δικαστηρίῳ πεπιστευμέναις αἰτίαις; τοιάδε ἔγνων τὰ ἐν τῇ δίκῃ.

decerét dicaſterium; Imperator, praeſentes teſtimonium ei perhibere arbitratus, & reſponſis eius aliquantum commotus ipſe, quando quidem & vis eis inerat, & ingenium habebant; abſoluo te, dixit, ab imputatis criminibus: heic tamen manebis, quoad priuatim tecum fuero collocutus. Ille autem animo magis obfirmato, tibi, inquit, gratias habeo, Imperator. Propter ſceleſtiſſimos autem illos vrbes funditus pereunt, plenaeque inſulae exulum ſunt, continens vero terra gemitibus, & exercitus formidine, ſenatus denique ſuſpicionibus. Me igitur etiam, ſi vis, audi: ſin minus, mitte, qui meum corpus capiat, animam enim capere impoſſibile eſt: imo potius ne corpus quidem capere poſſis,

Nec me enim occides; Parcis me aufferre negatum.

Atque haec dicens e dicaſterio diſparuit, tum ratione praeſentis temporis bene conſulens, eo quod tyrannum animo minus ſincero, atque de rebus praeterea, quibus nihil opus eſſet, interrogaturum conſtaret, iam enim praeclare ſe rem geſſiſſe putabat, quod viuere Apollonium ſiuiſſet: tum &, ne poſthac ſimilis ei neceſſitas imponeretur, proſpiciens. Hoc enim quidem optime ſe conſecuturum rebatur, ſi minus indoles ſua ignota eſſet, ſed pateret, eſſe in ipſius poſitum poteſtate, vt inuitus capi haut poſſet. Cum metu etiam, quo angebatur antea, ne viris iſtis noceret, iam bene ſe res habebat. Eos enim, de quibus ne quidem quaeſtionem inſtituere auſus eſſet tyrannus, quomodo veroſimili vlla ratione interficere poſſet ob crimina, quae in iudicio euicta non eſſent? Atque haec quidem in iudicio acta inueni.

Ἐπεὶ δὲ καὶ [1] λόγος μὲν αὐτῷ ξυνεγράφη τις, ὡς πρὸς ὕδωρ [2] ἐς τὴν ἀπολογίαν ἀφηγήσοντι [3], ξυνεῖλε δὲ αὐτὸν ὁ τύραννος ἐς ἃς εἴρηκα ἐρωτήσεις, ἀναγεγράφθω καὶ ὁ λόγος. ἐκ ἀγνοῶ μὲν, ὅτι διαβάλλουσιν αὐτὸν οἱ τὰς βωμολόχους

Sed quoniam oratio ab ipſo ſcripta eſt quaedam, vt qui ad clepſydram apologiam eſſet recitaturus, tyrannus vero ad eas illum, quas dixi, interogationes redegit; orationem quoque illam in litteras referam. Equidem non ſum neſcius eam reprehendere illos, qui genus dicendi probant ſcurrilibus blandimentis con- Cap. VI.

---

13 παθών τι] ita ſcribendum pro παθόντι, quod eſt in editis, ſenſus ipſe ſuadet & MSS. omnes.

14 ἔῤῥωντό τε] ſic ſcripſi ex coniectura, in qua poſtea & Salmaſio notata me confirmarunt, editi ἔῤῥων τότε.

15 ἀλιτηρ. τούτους] delatores intelligit, quales ab Euphrate contra ipſum ſuerant ſubornati. Salmaſ. exhibebat ἀλιτρεὺς, pro ἀλιτηρίους.

16 τὸ σῶμα] agnoſcit Euſebius has voces & omnes MSS. Aldus primum omiſerat & poſt eum Morell. qui tamen in verſione Rhinuccini translatas retinuit.

17 ἀ γάρ με κτενέεις &c.] verſus Homeri Il. Π'. v. 13. Ceterum haec, vt geſta hic narrantur, repetit Cedrenus p. 245. & Tzetz. Chil. I. Hiſt. 60. Non diſſimilia ſibi tribuit Simon Magus apud Pſeudo-Clementem Recogn. l. II. p. 32. *poſſum facere, vt volentibus me comprehendere non apparcam.*

18 τόν τε παρ. καιρὸν εὖ τιθέμ. ὑπὲρ ὧν] ſenſus eſt, quem in verſione reddidi. Nempe tum ratione praeſentis, tum ratione futuri bene Apollonium diſparendo rebus ſuis proſpexiſſe: ratione praeſentis, dum hac ratione rectiſſime conſuleret ſibi, variis captioſis & importunis quaeſtionibus alias a Domitiano obtundendo: ratione futuri, dum oſtendens irritos eſſe aduerſum ſe eius conatus, eum deterruerit, ne amplius de eo fruſtra ſolicitus eſſet, in carcerem coniiciendo, atque iudicio ſiſtendo, ea enim ſunt ἐς ἃ μὴ ὑπαχθῆναι προσόρα dum ita e dicaſterio euanuit.

19 τὸ δέος τὸ π. τοῖς ἀνδρ.] *Neruam* intelligit *Ruffum* & *Orfitum* quorum periculi auertendi cauſa Domitiano ſeſtiterat Apollonius, vt ſupra oſtenſum lib. VII, cap. 14. Quod cum nullum iam eſſet amplius, ſaluo ſapientis officio tyranni manibus ſe ſubducere poterat.

CAP. VI. 1 ἐπεὶ δὲ] ſic malui cum Palatino & Vratisl. quam cum vulgatis ἐπειδὴ.

2 ὡς πρὸς ὕδωρ] vide ſupra huius libri cap. 4.

3 ἀφηγήσοντι] Euſeb. adv. Hierocl. c. 38. legit ἀφίσοντι· ditum,

ditum, tanquam castigatum minus, quam ipsi quidem esse oportere dicunt, minusque vel vocibus vel sententiis sublimem. Mihi autem virum consideranti non videtur, philosophus qui fuerit, recte indolem suam dissimulaturus fuisse, *paribus* & *imparibus* studens, & crepitaculi more lingua strepens. Rhetorum namque moribus haec conueniunt, non vero talibus viris. Eloquentiae enim vis in iudiciis, si manifesta appareat, suspectum etiam faciet dicentem, vt qui decipere velit suffragia laturos: occulta autem victrix discesserit. Nempe si lateat iudices [eloquentiae] vis, haec vera demum [in oratione] vis est. Sapienti autem viro sese defensuro, (non enim accusabit sapiens, quae ipse punire possit,) aliis opus est moribus quam iis, qui forensibus litibus terunt aetatem: oratione nempe elaborata quidem, quae tamen talis haut videatur. Ipseque paulo elatiorem se gerat oportet, & contemnenti similem. Misericordiae autem mentionem ne faciat: qui enim supplicari haut patitur, is de misericordia quid diceret? Talis autem, vt arbitror, ea videbitur oratio hisce, qui non molliter nimis me atque virum illum audiuerint, hoc autem modo ab eo adornata fuit.

Cap. VII. I. De maximis rebus inter nos, o Imperator, intercedit certamen. Tu enim in discrimine versaris, quale nullus vnquam Imperator subiit, si philosophiae nullo iure videaris esse infensus: ego autem in tanto, quanto ne Socrates quidem Athenis obnoxius fuit, quem illi qui dicam scripserant nouas quidem de rebus diuinis opiniones aiebant fouere, Deum vero ipsum neque appellabant, neque esse arbitrabantur. Cumque adeo graue vtrique nostrum impendat periculum, & tibi consulere non grauabor, quae meum quidem animum iam induxi. Nimirum postquam in istud nos certamen deduxit delator, opinio multos veritati minus consen-

ἰδέας ἐπαινέντες, ὡς ἧττον μὲν, ἢ αὐτοί φασι δεῖν, κεκολασμένον [4] ὑπεραίροντα δὲ [5] τοῖς τε ὀνόμασι καὶ ταῖς γνώμαις. τὸν δὲ ἄνδρα ἐνθυμηθέντα, ἃ μοι δοκεῖ ὁ σοφὸς ὑγιῶς ἂν ὑποκρίνασθαι τὸ ἑαυτοῦ ἦθος, πάρισα [6] ἐπιτηδεύων, καὶ ἀντίθετα, καὶ κροτάλῳ δίκην [7] κτυπῶν τῇ γλώττῃ. ῥητορικοῖς μὲν γὰρ πρὸς τρόπον ταῦτα, καὶ ὠδὲ ἐκείνοις δή. δεινότης γὰρ ἐν δικαστηρίοις ἡ μὲν φανερὰ, κἂν διαβάλοι τινὰ ὡς ἐπιβελεύοντα τοῖς ψηφισμένοις· ἡ δ' ἀφανὴς κἂν ἀπέλθοι κρατοῦσα. τὸ γὰρ λαθεῖν τοὺς δικάζοντας ὡς δεινόν ἐστιν, ἀληθεστέρα δεινότης. σοφῷ δὲ ἀνδρὶ ἀπολογουμένῳ, ἃ γὰρ κατηγορήσει γε ὁ σοφός, ἃ ἐπιτιμᾶν ἔρρωται [8], ἤθους τε δεῖ ἑτέρου παρὰ τοὺς δικανικοὺς ἄνδρας· λόγου τε κατασκευασμένου μὲν, μὴ δοκοῦντος δέ. καὶ ὑπόσεμνος ἔσω, καὶ μὴ πολὺ ἀποδέων τοῦ ὑπερόπτης εἶναι. ἔλεός τε ἀπέστω λέγοντος· ὁ γὰρ μὴ ἀντιβολῆσαι ξυγχωρῶν, τί ἂν ἔτος ἐπὶ ἐλέῳ εἴποι; τοιόσδε ὁ λόγος δόξει τοῖς γε μὴ μαλακῶς ἀκροασαμένοις ἐμοῦ τε καὶ τοῦ ἀνδρός· ξυνετέθη γὰρ αὐτῷ ὧδε.

Ὁμὲν ἀγὼν, ὑπὲρ μεγάλων σοί τε, ὦ βασιλεῦ, κἀμοί. σύ τε γὰρ κινδυνεύεις, ὑπὲρ ὧν μὴ ποτε αὐτοκράτωρ [1], εἰ πρὸς φιλοσοφίαν ἀδεμιᾷ δίκῃ διαβεβλῆσθαι δόξεις· ἐγώ τε, ὑπὲρ ὧν μηδὲ Σωκράτης ποτὲ Ἀθήνησιν, ὃν οἱ γραψάμενοι τὴν γραφὴν, καινὸν μὲν τὰ δαιμόνια [2] ἡγοῦντο, δαίμονα δὲ οὔτε ἐκάλουν, οὔτε ὤοντο [3]. κινδύνου δὲ ἐφ' ἑκάτερον ἡμῶν ὄντος χαλεποῦ ἥκοντος, οὐκ ὀκνήσω καὶ σοὶ ξυμβελεύειν, ὁπόσα ἐμαυτὸν πέπεικα. ἐπειδὴ γὰρ κατέσησεν ἡμᾶς ὁ κατήγορος ἐς τοῦτον τὸν ἀγῶνα, εἰσῆλθε τοὺς πολ-

4 ὡς ἧττον μὲν, ἢ αὐτοί φασι δεῖν, κεκολασμ.] ρmissum in vulgatis ἢ, & distinguendi ratio peruersa, obscura haec reddiderant. ἢ ergo autoritate omnium codd. MSS. hic restituimus, distinximusque paulo aliter. Sic nempe in edd. prioribus: ὡς ἧττον μὲν, αὐτοί φασι, δεῖν κεκολασμ.

5 ὑπεραίροντα δὲ] haec quoque adhuc ἀπὸ τοῦ ἧττον suspenduntur, quasi sit ἧττον δὲ ὑπεραίροντα, quod non monerem, nisi priores interpretes hic quoque deceptos esse viderem.

6 πάρισα] *paria* vertimus. Nempe Quintilianus l. IX. c. 3. PAR, inquit, *est extremis syllabis consonans.* Pluraque etiam de voce πάρισον apud Rhetores Henr. Stephanus obseruauit. *Homoeoteleuta* vulgo appellamus.

7 κροτάλῳ δίκ.] frequens loquacium hominum cum κροτάλοις comparatio. Sic apud Aristophanem in Nubib. κρόταλον inter ludicra philosophorum nomina, vbi Schol. ἔνιοι δὲ ἰυγλωττίον ὡς τὰ κρόταλα λάλον. Sic Gregorius Nyssenus adv. Eunomium scribens ἀνάκενα κρόταλα σοφισμάτων ei tribuit.

8 ἃ ἐπιτιμᾶν ἔρρωται] nempe sapiens orationis grauitate, & argumentorum pondere male vel perperam agentes ipse in ordinem redigere potest, ita vt iudicis opem non habeat opus, adeoque, nec est vt in accusando operam ponat.

CAP. VII. sect. 1. 1 αὐτοκράτωρ] editi ὁ αὐτοκρ. articulum extinximus, quem nec Vrbinas codex agnoscebat. Ceterum ad orationem hanc recte intelligendam, praecedens caput operae pretium fuerit memoria tenere, in eo enim omnia habentur explicata excusationis capita, ad quae hic fusius respondetur.

2 καινὸν μὲν τὰ δαιμόνια] optime haec explicaueris, si δαιμόνια *res diuinas* explices, vt sensus sit Socratem habitum fuisse pro *nouatore* vel *eo qui nouis studeret in doctrina de Diis.* vide a me obseruata s. l. IV. c. 18.

3 δαίμ. δὲ οὔτε ἐκάλ. οὔτε ὤοντο] nempe in Apollonio hoc inter alia crimini datum, quod *Deus* diceretur. vid. s. cap. 5. & lib. VII. cap. 11. & 20. adde ad lib. I. c. 11. n. 15.

λὼς

λὰς ἂν ἀληθὴς περὶ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ δόξα. σὲ μὲν γὰρ ᾠοντο ξυμβούλῳ τῆς ἀκροάσεως ὀργῇ χρήσεσθαι, δι' ἣν καὶν ἀποκτεῖναί με, ὅ, τι ποτέ ἐστι τὸ ἀποκτεῖναι[4]· ἐμὲ δ' ἐκποιήσειν ἐμαυτὸν τοῦ δικαστηρίου, τρόποις δ', ὁπόσοι τοῦ ἀποδρᾶν εἰσίν, ἦσαν δ', ὦ βασιλεῦ, μυρίοι. καὶ τούτων ἀκόων, ἂν ἐς τὸ[5] προκαταγιγνώσκειν ἦλθον, οὐδὲ κατεψηφισάμην τῆς σῆς ἀκροάσεως, ὡς μὴ τὸ εὐθὺ ἐχούσης· ἀλλὰ, ξυνθέμενος τοῖς νόμοις, ἔσηκα ὑπὸ τῷ λόγῳ· τοῦτο ξύμβουλος καὶ σοὶ γίγνομαι. δίκαιον γὰρ τὸ μὴ προκαταγιγνώσκειν, μηδὲ καθῆσθαι πεπεισμένον, ὡς ἐγὼ τί σε κακὸν εἴργασμαι· μήδ' ὑπὲρ μὲν τοῦ Ἀρμενίου τε[6] καὶ Βαβυλωνίου, καὶ ὅσοι τῶν ἐκείνῃ ἀρχόντων· οἷς ἵππος τε παμπόλλη ἐστὶ, καὶ τοξεία πᾶσα, καὶ ἀνδρῶν ὄχλος, καὶ χρυσῆ γῆ· ὧν ἐγὼ οἶδα ἀκόειν ξὺν γέλωτι, τὸ πείσεσθαί τι ὑπ' αὐτῶν, ὅ σε καὶ τὴν ἀρχὴν ταύτην ἀφαιρήσεται· κατ' ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ καὶ γυμνοῦ πιστεύειν, ὡς ἐστι τούτῳ ὅπλον ἐπὶ τὸν Ρωμαίων αὐτοκράτορα· καὶ προσδέχεσθαι[7] ταῦτα, Αἰγυπτίου συκοφάντου[8] λέγοντος, ὃ μηδὲ τῆς Ἀθηνᾶς ποτε ἤκουσας, ἣν σεαυτῷ προορᾶν φῄς[9]. εἰ μὴ νὴ Δία ἡ κολακευτικὴ, καὶ τὸ συκοφαντεῖν, ὅτῳ τι νῦν τοῖς ἁλιτηρίοις τούτοις ἐπιδέδωκεν, ὡς τὰς θεὰς ὑπὲρ μὲν τῶν σμικρῶν, καὶ ὁπόσα ὀφθαλμίαι τέ εἰσι, καὶ τὸ μὴ πυρέξαι, μήδ' ἀνοιδῆσαί τι τῶν σπλάγχνων, ἐπιτηδείας εἶναί σοι ξυμβούλας φάσκειν, ἰατρῶν δίκην ἐφαπτομένας, καὶ θεραπεύοντας, ὅτε ἂν πονήρως ἔχοις· περὶ δὲ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ σώματι κινδυνεύοντί σοι, μήθ' ὡς φυλάττεσθαι χρὴ ξυμβουλεύειν, μήθ' ὅ, τι[10] ἔσαι σοι πρὸς αὐτὰς ὅπλον, διδάσκειν ἥκοντας· ἀλλ' εἶναί σοι τὰς συκοφάντας Αἰγίδα Ἀθηνᾶς, καὶ Διὸς χεῖρα, εἰδέναι μὲν ὑπὲρ σοῦ φάσκοντας, ἃ μήδ' οἱ θεοὶ, προεγρηγορότας δέ σε, καὶ προκαθεύδοντας, εἰ δὴ καθεύδουσιν ἕτοι, κακοῖς, φασιν, ἐπαντλοῦντες κακὰ, καὶ τὰς ἰλιάδας ταύτας ἀεὶ ξυντιθέντες. καὶ τὸ μὲν ἱπποτροφεῖν αὐτὰς, καὶπὶ ζευγῶν ἐς τὴν ἀγορὰν ἐκκυκλεῖσθαι λευκῶν[11],

tanea de me, imo de te etiam inuaſit. Te enim cauſam audientem, irae affectum admiſſurum conſultorem exiſtimant, eique obſequentem eſſe interfecturum, qualiſcunque etiam illa fuerit caedes: me autem e dicaſterio me eſſe ſubducturum, modis quidem quibuſcunque fugam arripere quis poſſit, ſuppetebant autem eorum nobis, o Imperator, quamplurimi. Haec tamen, licet ad aures peruenisſent meas, nondum tamen aduerſum te, quaſi parum dextre cauſam iſtam ſis auditurus, ſententiam tuli, ſed legibus obſecutus examini me ſiſto: idemque vt tu quoque facias ſuadeo. Ante cauſam enim cognitam haut damnare, neque iudicem ſedere praeoccupato animo, ac ſi ego mali aduerſum te quidquam commiſerim, iuſtitia poſcit: vtque ne Armenio quidem, aut Babylonio, aut alii cuiuis eorum, qui in illis prouinciis regnant fidas quidem: quibus multus equitatus, & ſagittarii plurimi, & virorum multitudo, & aureum ſolum: de quibus tamen cum riſu te auditurum noui, quaſi aliquid ab iis tibi fieri poſſit, quod imperium iſtud tibi adimat: diffidas autem viro qui & philoſophus ſit & inermis, perinde quaſi arma ei contra Romanum Imperatorem ſuppeterent: locumque facias hiſce, Aegyptio deferente ſycophanta, de quibus ne a Pallade quidem monitus vnquam fuiſti, quam tui tamen gerere curam exiſtimas. Niſi forte aſſentandi, calumniandique facultas adeo iam praeclare iſtis hominum flagitiis ſuccedat, vt Deos in rebus exiguis quidem, lippitudine puta, aut febri euitanda, viſcerumue tumore, opportunos tibi adeſſe monitores dicas, medicorum manum tibi adhibentes, atque ſanantes te, ſi quando male corpore habeas: de imperio autem tibi, & vita periclitanti, neque conſulere quinam cauendi ſint, neque quibus armis contra eoſdem ſit vtendum edocentes praeſto eſſe: ſed eſſe ſycophantas tibi Palladiae Aegidis loco & Iouis manus, ſeſe noſſe profeſſos, quae ad tuam rem ſpectent, vel ipſis Diis ignota? pro te ſcilicet vigilantes & dormientes pro te, ſi tamen dormiunt iſti, malis mala, vt in prouerbio eſt, ſemper accumulantes, & tales Iliades iugiter componentes. Et equos quidem alere, candidiſque quadrigis in medium forum deuehi, & ex argenteis, aureiſque vaſis

4 ὅτι ποτέ ἐστι τὸ ἀποκτ.] *qualiſcunque ſit caedes*, i. e. ſiue iuſtitiae habeat ſpeciem, ſiue minus.

5 ἐς τὸ] ſic omnes MSS. optime. In editis eſt ἐν τῷ.

6 μηδ' ὑπὲρ μ. τ. Ἀρμ.] obſeruandum opponi τὸ ὑπέρ τινος πιστεύειν & τὸ κατὰ τινος πιστεύειν. Sic facile patet ſenſum eſſe: iuſtitiam requirere hoc etiam, *vt ne Armeniis quidem Perſiſque magis fidat Imperator, qui poſſint nocere, quam philoſopho inermi; cui vt ne diffidat eadem iuſtitia poſtulet.*

7 προσδέχεσθαι] conſtructio μὴ δίκαιον — πιστεύειν, καὶ προσδέχεσθαι.

8 Αἰγυπτίου συκοφάντου] intelligit delatorem quem Euphrates inſtruxerat, vel ipſum potius Euphratem vid. ſupra cap. 3. & inf. ſect. 11. fin.

9 ἣν σεαυτῷ προορ. φῄς] vide ſupra ad l. VII. c. 24.

10 ὅ, τι] ſic ſcribendum. Male editi ὅτι.

11 ζευγῶν — ἐκκυκλ. λευκῶν] honoris inſigne. Sic Platonem quadrigis albis exceptum a Dionyſio apud *Plinium* deli-

deliciis paſci, nuptiiſque, & pueris, viginti vel triginta millibus comparatis, frui, moechari item, quamdiu clanculum id fieri queat, matrimonio autem ſibi iungere quas corrupiſſent, vbi deprehenſi cum eis eſſent, plauſu porro excipi ob egregias victorias, vbi philoſophus, aut conſularis vir, nulla ſua culpa ab iis circumuentus, abs te vero exitio traditus fuerit; [haec inquam omnia] ſceleſtiſſimorum iſtorum libidini permittatur: imo & hoc, vt neque leges amplius, neque hominum conſpectum reuereantur. Quod ita autem vltra humanam ſortem ſapiant, vt magis quoque quam Dii ſcientia velint valere, ego quidem & improbo, & audire exhorreſco. Tu vero ſi approbaueris, teipſum forte criminis poſtulabunt, vt qui in rectam de rebus diuinis impingat opinionem. Spes enim eſt fore, vt aduerſus te quoque eiuſcemodi accuſationes inſtruantur, vbi reliquum neminem ſycophantae habuerint. Equidem reprehendentis magis partes me obire ſentio, quam defendentis. At veniam mihi dabis iſta in gratiam legum locuto, quas niſi dominas agnoueris, ne ipſe quidem dominari poſſis.

καὶ ἡ ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ ἐψοφαγία, καὶ γάμοι, μυριάδων δύο καὶ τριῶν ἐωνημένα παιδικά, καὶ τὸ μοιχεύειν μὲν, ὃν λανθάνωσι χρόνον, γαμεῖν δὲ ἃς ἐμοίχευσαν, ὅταν ἐπ' αὐταῖς ληφθῶσι, καὶ οἱ κροτοῦντες αὐτὰς ἐπὶ ταῖς καλαῖς νίκαις, ἐπειδὰν φιλόσοφός τις, ἢ ὕπατος, ἀδικῶν ᾖδε, ἀλλῶ μὲν ὑπὸ τύτων, ἀπόληται δὲ ὑπὸ σοῦ, δεδόσθω τῇ τῶν καταράτων τρυφῇ· καὶ τὸ μήτε νόμων αὐτοῖς ἔτι, μήτ' ὀφθαλμῶν εἶναι φόβον. τὸ δ' ἄτω τι ὑπὲρ τὰς ἀνθρώπας φρονεῖν, ὡς προγιγνώσκειν[12] βέλεσθαι τῶν θεῶν, ἐγὼ μὲν ἄτ' ἐπαινῶ, καὶ ἀκόων δέδια. σὺ δ' εἰ προσδέξοιο, γράψονται καί σε ἴσως, ὡς διαβάλλοντα ἐς τὴν περὶ τὰ θεῖα δόξαν. ἐλπὶς γὰρ καὶ κατὰ σοῦ ξυγκείσεσθαι τοιαύτας γραφὰς, ἐπειδὰν μηδεὶς τοῖς συκοφάνταις λοιπὸς ᾖ. καὶ ξυνίημι μὲν ἐπιτιμῶν μᾶλλον, ἢ ἀπολογούμενος. εἰρήσθω δέ μοι ταῦθ' ὑπὲρ τῶν νόμων, ἃς εἰ μὴ ἄρχοντας ἡγοῖο, οὐκ ἄρξεις.

II. Iam vero aduocatum quem ego habebo? Si Iouem aduocauero enim, cui obnoxiam vitam me agere noui, incantamentis me dicent vti, coelumque in terram deducere. Cum viro itaque ea de re conſultemus, quem mortuum vulgus ait quidem, ego autem nego. Is vero eſt pater tuus, apud quem eo in honore fui, in quo ille eſt tibi. Is nempe te [Imperatorem] fecit, a me autem ipſe fuit creatus Imperator. Is mihi cauſam defendenti aduocatus eſto, qui res meas multo melius, quam tu, perſpectas habet. In Aegyptum enim antea quam Imperator fieret venit, Diis Aegyptiis ſacra facturus, & mecum de imperio verba collaturus. Cumque adeo comato mihi & perinde ac nunc veſtito oblatus fuiſſet, ne verbo quidem de habitu interrogauit, omnia mea bene ſe habere arbitratus. Quin mei ſe veniſſe cauſa faſſus, multis ornato laudibus mihi valedixit, datis quae nulli alio dediſſet verbis, acceptis quae ab alio accepiſſet nullo. Animum vero, quo ad imperium ferebatur, a me potiſſimum habuit confirmatum, cum ab aliis iam coepiſſet inclinari, parum opportune omnino, ne ex tua quidem opinione.

Τίς ἂν ξυνήγορος ἔσαι μοι ἀπολογουμένῳ; εἰ γὰρ καλέσαιμι τὸν Δία, ὑφ' ᾧ βεβιωκὼς οἶδα, γοητεύειν με φήσουσι, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐς τὴν γῆν ἄγειν. διαλεγώμεθα ἂν περὶ τύτου ἀνδρὶ, ὃν τεθνάναι μὲν οἱ πολλοί φασιν, ἐγὼ δὲ οὔ φημι[1]. ἔστι δὲ ὅτος ὁ πατὴρ ὁ σός, ᾧ ἐγὼ τοσύτου ἄξιος, ὅσου περ ἐκεῖνός σοι[2]. σὲ μὲν γὰρ ἐποίησεν, ὑπ' ἐμοῦ δὲ ἐγένετο ὅτος βασιλεύς. ξυλλήπτωρ ἔσαι μοι τῆς ἀπολογίας, πολλῷ τὰ μὰ βέλτιον, ἢ σὺ, γιγώσκων. ἀφίκετο μὲν γὰρ ἐς Αἴγυπτον[3], ὅπω αὐτοκράτωρ, θεοῖς τε τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θύσων, κἀμοὶ ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς διαλεξόμενος. ἐντυχὼν δέ μοι, κομῶντί τε καὶ ὧδε ἐσαλμένῳ, οὐδὲ ἤρετο οὐδὲ ἓν περὶ τοῦ σχήματος, ἡγούμενος τὸ ἐν ἐμοὶ πᾶν εὖ ἔχειν. ἐμοῦ δ' ἔγεχ' ἥκειν ὁμολογήσας, ἀπῆλθεν ἐπαινέσας, καὶ εἰπὼν μὲν ἃ μὴ πρὸς ἄλλον, ἀκούσας δ' ἃ μὴ παρ' ἄλλυ. ἥ τε διάνοια, ἧ ἐς τὸ ἄρχειν ἐχρῆτο, ἐρρώσθη αὐτῷ παρ' ἐμοῦ μάλισα, μεθεσηκυῖα ἤδη ὑφ' ἑτέρων[4], οὐκ ἐπιτήδεια[5] μὲν, ἃ μέν σοί γε δό-

---

legimus. Rheſo *niueas citaſque bigas* Catullus tribuit. Imo & ipſi Ioui & Soli quadrigae candidae tribuuntur.

12 προγιγνώσκειν] h. l. non eſt *praenoſcere*, ſed conſtruendum cum τῶν θεῶν, & eſt, magis etiam ſcire quam Dii: praecedentia hunc ſenſum ſuadent, quibus Apollonius ſtolidum eſſe oſtendit, ab iſtis hominibus conſilium expectari, quod ne a Diis expectetur quidem.

Sect. 2. 1 ἐγὼ δὲ οὔ φημι] qui ſcilicet viros bonos *Deos* crederet, eoſque animo immortales.

2 ὅσου περ ἐκεῖνός σοι] ſenſus eſt Veſpaſianum ceu patrem eſſe reueritum Apollonium.

3 ἀφίκετο μὲν γὰρ ἐς Αἰγ.] vide ſ. lib. V. c. 27. ſq.

4 ὑφ' ἑτέρων] Dione ſcil. & Euphrate. vide l. c. c. 23. ſq.

5 ἐπιτήδεια] bene eſt, pro ἐπιτηδείως. Sic enim Graeci adiectiuis neutris vtriuſque numeri pro aduerbiis vtuntur. Nec placet lectio Vrbin. ἐπιτηδείων, quae etiam in marg. allegata Morello.

ξαι[6]. οἱ γὰρ μὴ ἄρχειν αὐτὸν πείσαντες, καὶ σὲ δήπου αὐτὸ ἀφῃρῶντο τὸ μετ' ἐκεῖνον ταῦτ' ἔχειν. ἐμοῦ δὲ ξυμβουλεύοντος ἑαυτόν τε μὴ ἀπαξιῶν ἀρχῆς, ἐπὶ θύρας αὐτῷ φοιτώσης[7], ὑμᾶς τε κληρονόμους αὐτῆς ποιεῖσθαι, εὖ ἔχειν τὴν γνώμην φήσας, αὐτός τε μέγας ἤρθη, καὶ ὑμᾶς ἦρεν. εἰ δὲ γόητά με ᾤετο, οὐδ' ἂν ξυνῆψέ μοι κοινωνίαν φροντίδων. οὐδὲ γὰρ τοιαῦτά ἥκων διελέγετο, οἷον ἀναγκάσαι τὰς μοίρας, ἢ τὸν Διὸς τύραννον[8] ἀποφῆναί με, ἢ ψεύσασθαι, διοσημείας ὑπὲρ ἐμοῦ δείξας, τὸν Ηλιον ἀνίσχοντα μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, δυόμενον δὲ ὅθεν ἄρχεται. οὐ γὰρ ἄν μοι ἐπιτήδειος ἄρχειν ἔδοξεν, ἢ ἐμὲ ἡγέμενος ἱκανὸν ταῦτα, ἢ σοφίσμασι θηρεύων ἀρχὴν[9], ἣν ἀρεταῖς ἔδει κατακτᾶσθαι. καὶ μὴν καὶ δημοσίᾳ διελέχθην ἐν ἱερῷ, γοήτων δὲ ξυνέδρια φεύγουσι μὲν ἱερὰ θεῶν, ἐχθρὰ γὰρ τοῖς περὶ τὴν τέχνην· νύκτα δὲ, καὶ πᾶν ὅ, τι ἀφεγγὲς αὐτῶν[10] προκαλλόμενοι, οὐ ξυγχωροῦσι τοῖς ἀνοήτοις οὐδὲ ὀφθαλμοὺς ἔχειν, οὐδὲ ὦτα. διελέχθη μοι καὶ ἰδίᾳ μὲν, παρετύγχανον δὲ ὅμως Ευφράτης καὶ Δίων, ὁ μὲν πολεμιώτατά μοι ἔχων, ὅδ' οἰκειότατα, Δίωνα γὰρ μὴ παυσαίμην γράφων ἐν φίλοις. τίς ἂν ἓν ἐπ' ἀνδρῶν σοφῶν, ἢ μεταποιουμένων γε σοφίας, ἐς γόητας ἔλθοι λόγους; τίς δ' οὐκ ἂν παραπλησίως φυλάξαιτο καὶ ἐν φίλοις, καὶ ἐν ἐχθροῖς, κακὸς φαίνεσθαι; καὶ οἱ λόγοι ἦσαν ἐναντιούμενοι τοῖς γόησι. σὺ μὲν γὰρ ἴσως τὸν πατέρα ἠγῇ τὸν σεαυτοῦ, βασιλείας ἐρῶντα, γόησι μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ πιστεῦσαι, καὶ ἀνάγειν ἐπὶ τὰς θεὰς ἵνα τοῦτο τύχοι, παρ' ἐμοῦ εὑρέσθαι[11]. ὁ δὲ τοῦτο μὲν καὶ πρὶν ἐς Αιγυπτον ἥκειν ἔχειν ᾤετο. μεταταῦτα δ' ὑπὲρ μειζόνων ἐμοὶ διελέγετο, ὑπὲρ νόμων, καὶ

Qui ipsi enim ne imperium capesseret dissuasere, tibi quoque ademturi erant post eum capessendi illud facultatem. Ego autem, ne indignum se putaret summa potestate, vestibulum quasi aedium eius obseruante, vosque illius haeredes vt redderet, cum ei extitissem autor; recte me consulere sibi agnoscens, & ipse in sublime hoc euectus fastigium fuit, & vos ad idem quoque euexit. Quod si magum me esse putasset, nunquam certe grauissimarum curarum participem me facturus fuisset. Neque enim aduentans de talibus mecum egit, qualia sunt, vt fata cogerem, aut Iouem ipsum meo dominio obnoxium ostenderem, vel saltem esse mentirer portenta, qui hoc de me confirmarent, solem ostentans, ab occidentali parte orientem, in orientali vero occidentem. Neque enim imperio visus mihi idoneus fuisset, si vel me eiusmodi rebus esse aptum existimasset, vel artibus istis imperium esset aucupatus, quod virtutibus erat comparandum. Quinetiam in templo palam [cum eo] disseruī: magorum vero collegia Deorum sacra fere fugiunt, sunt enim illa eius artis professoribus infensa. Noctem autem & quicquid obscurum est sibi induentes, stolidos [consultores] nec oculos habere, neque aures patiuntur. Disserui cum eo priuatim etiam, pariterque adfuere Euphrates & Dion, ille quidem infensissimus, hic coniunctissimus mihi: Dionem enim nunquam in amicis censere cessauerim. Quis vero coram sapientibus viris, aut sapientiam prae se ferentibus saltem, de magicis rebus sermones exordiatur? Aut quis non coram amicis aeque ac inimicis caueat, ne malus esse videatur? Imo plane magis aduersa sumus locuti. Nempe tu patrem fortasse, Imperii appetentem, veneficis magis, quam suae virtuti esse confisum, atque a me id consecutum, vt ad Deos eius adeptionem referret, opineris. At ille prius quam in Aegyptum veniret, eo se potiturum confidebat. Posthac vero de rebus maioribus mecum locutus est, de legibus, inquam, opibusque iuste-

6 ὑ μὴ σοί γε δόξαι] nempe opportunum videri non poterat Domitiano, vt tum imperii occupandi consilium abiiceret pater, quod sine capitis ipsius discrimine fieri non potuisset, qui a Vitellianis tum in Capitolio etiam obsessus, omni ex parte vrgebatur: ipse praeterea hoc fastigium nunquam fuisset conscensurus, nisi prior id pater conscendisset, quod in sqq. inprimis vrgetur.

7 ἐπὶ θύρας αὐτ. φοιτώσ.] sic Iuliani *Vestibulum aedium obseruasse* dicebat Genius publicus, imperium ei oblaturus, qui per somnum ei nocte antequam Augustus declararetur apparuit. vid. Ammian. Marcellin. lib. XX. c. 5.

8 Διὸς τύραννον] editi nullo sensu Δία τύραννον. Nec a MSS. duobus, nam ceteri hanc orationem omisere, praesidii quicquam. Ingenio igitur hic fuit vtendum. Non infeliciter tamen nos coniecisse, id quod in praecedentibus est ἀναγκάσαι τὰς μοίρας euincet.

9 ἀρχὴν] sic omnino legendum puto pro ἀρετὴν quod est in vulgatis.

10 αὐτῶν] hic pro αὐτῶν est, vt saepe.

11 κὴν ἀνάγειν —— εὑρέσθαι] constructio est: κὴν παρ' ἐμοῦ εὑρέσθαι ἀνάγειν ἐπὶ τὰς θεὰς ἵνα τοῦτο τύχοι. Nempe γόητες *Deos* se cogere, & ab iis obtinere optata dicunt. *Deos* nempe *inferos*, conf. inf. f. 9. Sicque adeo ad eos *referendum* id quod impetratur, humanae *virtuti* & *prudentiae* nihil relinquitur. Atque hoc est ἀνάγειν ἐπὶ τὰς θεὰς, quod παρ' Απολλωνίῳ εὑρέσθαι Vespasianus dicendus sit, si fidem inueniat magiae aduersus Apollonium calumnia, & quidem ἵνα τοῦτο τύχοι vt *imperio*, de quo sermo est, potiatur. Egregiam vero laudem *imperium*, quod *virtuti* debebatur, abiudicari virtuti Vespasiani, idque eum ad θεὰς ἀνάγειν magia Apollonii coactos statui. Simili sensu supra lib. VII. c. 39. athletae stolidi, ad magiam confugientes, τὸ νικᾶν αὐτὰς ἀφελόμενοι λογίζεσθαι τῇ τέχνῃ dicuntur. Firmatque explicationem nostram, quod in proxime praecedentibus interrogat Apollonius, an existimet Domitianus patrem γόησι μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ πιστεῦσαι;

pos-

possidendis, Diisque rite colendis, & quae ab iis bona ex legum praescripto imperantes fas sit expectare, institui voluit. Quibus omnibus res maxime aduersa venefici sunt: si ista valeant enim, actum erit de hac arte.

III. Oportet autem & istud, o Imperator, considerare. Omnes artes, quae apud mortales obtinent, diuersa quidem moliuntur, finem tamen opes propositum habent omnes perinde, exiguas aliae, aliae vicissim magnas, aliae victui sufficientes. Neque eas sordidae solum artes [spectant,] sed aliae quoque, liberales aeque, ac liberalibus affines, vera excepta philosophia. Liberales autem artes appello poësim, musicam, astronomiam, sophistarum item artem, & rhetorum qui in foro causas dicunt. Liberalibus affines mihi sunt pictoria, plastice, statuaria, gubernatoria, agricultura, si tempestatibus sese accommodet: nempe & istae artes liberalibus non multo sunt inferiores. Est etiam ars quaedam, o Imperator, quae ad veram sapientiam minime spectat & circulatorum est, quam cum diuinandi arte confundere noli: haec enim plurimi est facienda, si sit verax, an ars tamen sit, nondum noui. Magos autem mentiri sapientiam, statuo. Quod enim, quae non sunt, esse, quae vero sunt, non esse videantur, eorum quos decipiunt tribuo imaginatrici facultati. Omnis enim artis illius vis in eorum, qui decipiuntur, & spectatores se praebent, amentia posita est. Haec tamen ars est: omnes enim incantatores pecunias captant, nam eorum ad populum phalerae lucri causa illis fuere repertae. Magnas autem opes affectant, obnoxios sibi facientes cuiuscunque rei vehementer cupidos, eo quod omnia se posse profiteantur. Quas vero, o Imperator, opes meas deprehendisti, vt falsae sapientiae operam me nauare credideris, maxime cum parenti tuo pecuniae minime visus obnoxius fuerim? Vt vera autem me dicere ostendam, vbi est epistola magno animo viri, imo diuini? qui me in ea, tum ob alia, tum ob pauperiem extollit.

Imperator Vespasianus, Apollonio Philosopho, Salutem.

Si omnes, Apolloni, perinde ac tu vellent philosophari, optime certe cum philosophia ageretur, & paupertate: philosophia

ὑπὲρ πλάτε [12] δικαίε. θεοί τε ὡς θεραπευτέοι, καὶ ὁπόσα παρ' αὐτῶν ἀγαθὰ τοῖς κατὰ τὰς νόμες ἄρχεσι, μαθεῖν ἥρα. οἷς πᾶσιν ἐναντίον χρῆμα οἱ γόητες, εἰ γὰρ ἰσχύοι ταῦτα, ἐκ ἔσαι ἡ τέχνη.

Προσήκει δὲ, ὦ βασιλεῦ, καὶ κεῖνα ἐπεσκέφθαι. τέχναι, ὁπόσαι κατ' ἀνθρώπες εἰσὶ, πράτ]εσι μὲν ἄλλο ἄλλη, πᾶσαι δ' ὑπὲρ χρημάτων, αἱ μὲν σμικρῶν, αἱδ' αὖ μεγάλων, αἱδ' ὧν θρέψονται. καὶ ἐκ αἱ βάναυσοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν σοφαί τε ὁμοίως καὶ ὑπόσοφοι, πλὴν ἀληθῆς φιλοσοφίας. καλῶ δὲ σοφὰς μὲν ποιητικὴν, μεσικὴν, ἀς]ρονομίαν, σοφισὰς, καὶ τῶν ῥητόρων τὰς μὴ ἀγοραίας. ὑποσόφας δὲ ζωγραφίαν, πλασικὴν, ἀγαλματοποιὰς, κυβερνήτας, γεωργὰς, ἣν ταῖς ὥραις ἕπωνται· καὶ γὰρ αἵδε αἱ τέχναι σοφίας ἀ πολὺ λείπονται. ἔσι τὶ, ὦ βασιλεῦ, ψευδόσοφόν τε καὶ ἀγεῖρον [1], ὃ μὴ μαντικὴν ὑπολάβης· πολλῆ μὲν γὰρ ἀξία, ἣν ἀληθεύῃ, εἰ δ' ἔσι τέχνη ἔπω οἶδα [2]. ἀλλὰ τὰς γόητας, ψευδοσόφας φημί. τὰ γὰρ ἐκ ὄντα εἶναι, καὶ τὰ ὄντα ἀπισεῖσθαι [3], πάντα ταῦτα προσίθημι τῇ τῶν ἐξαπατωμένων δόξῃ. τὸ γὰρ σοφὸν τῆς τέχνης, ἐπὶ τῇ τῶν ἐξαπατωμένων τε καὶ θεωμένων ἀνοίᾳ κεῖται. ἡ δὲ τέχνη [4], φιλοχρήματοι γὰρ πάντες, ἃ γὰρ κομψεύονται, ταῦθ' ὑπὲρ μισθῆ σφίσιν ἔυρηται. μασεύσι δ' ὑπερβολὰς χρημάτων, ὑπαγόμενοι τὰς ὅτε δὴ ἐρῶντας, ὡς ἱκανοὶ πάντα. τίνα ἄν, ὦ βασιλεῦ, πλῆτον περὶ ἡμᾶς ἰδὼν, ψευδοσοφίαν ἐπιτηδεύειν με οἴει, καὶ ταῦτα, τῆ σῆ πατρὸς κρείτ]ω με ἡγεμένε χρημάτων; ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, πῶ μοι ἡ ἐπισολὴ τῆ γενναίε καὶ θείε ἀνδρὸς; ὅς με ἐν αὐτῇ ἄδει τά τε ἄλλα, καὶ τὸ πένεσθαι.

Αυτοκράτωρ Ουεσπασιανὸς, Απολλωνίῳ Φιλοσόφῳ, χαίρειν.

Εἰ πάντες, Απολλώνιε, κατὰ ταὐτά σοι φιλοσοφεῖν ἤθελον, σφόδρα ἂν εὐδαιμόνως ἔπρατ]ε φιλοσοφία τε καὶ πενία· φιλοσοφία μὲν

12 ὑπὲρ νόμε καὶ ὑπ. πλάτε] vide supra lib. VI. c. 36.

Sect. 3. 1 ψευδόσοφόν τε καὶ ἀγεῖρον] sic ex coniectura rescripsi, vulgati habent ψευδόσοφοί τε ἀγείροντες.

2 εἰ δ' ἔσι τέχνη ἔπω οἶδα] nempe δῶρον θεῶν potius censet, quam τέχνην.

3 ἀπισεῖσθαι] Eusebius bis legit ἄπισα, quod eodem redit. Melius tamen puto esse verbum, quoniam εἶναι, quod itidem verbum, praecessit.

4 ἡ δὲ τέχνη] nam μαντικὴν esse τέχνην dubitauerat. γοητείαν vero τέχνην esse non dubitat, quod ὑπὲρ χρημάτων commodi alicuius causa & lucri exerceatur. Paulo ante autem dixerat τέχνας πάσας ὑπὲρ χρημάτων πράτ]ειν.

μὲν ἀδεκάσως ἔχουσα· πενία δὲ αὐθαιρέτως. Ἐῤῥωσο.

Ταῦθ' ὁ πατὴρ ὁ σὸς ὑπὲρ ἐμοῦ ἀπολογείσθω, φιλοσοφίας μὲν τὸ ἀδέκαστον, πενίας δὲ τὸ αὐθαίρετον ἐμοὶ ὁριζόμενος. ἐμέμνητο γάρ που καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ὅτ' Εὐφράτης μὲν, καὶ πολλοὶ τῶν προσποιουμένων φιλοσοφεῖν, προσιόντες αὐτῷ, χρήματα οὐκ ἀφανῶς ᾔτουν[5]. ἐγὼ δ' οὐ μόνον οὐ προσήκειν[6] ὑπὲρ χρημάτων, ἀλλὰ καὶ κείνους ἐώθουν ὡς οὐχ ὑγιαίνοντας. διεβεβλήμην δὲ πρὸς χρήματα μειράκιον ὢν ἔτι[7]. τὰ γὰρ πατρῷα, λαμπρὰ δ' ἦν οὐσία, ταῦτα μιᾶς μόνης ἰδὼν ἡμέρας[8], ἀδελφοῖς τε τοῖς ἐμαυτοῦ ἀνῆκα[9], καὶ φίλοις, καὶ τῶν ξυγγενῶν τοῖς πένησι, μελετῶν που ἀφ' ἑτέρας[10] τὸ μηδενὸς δεῖσθαι. ἐάσθω δὲ Βαβυλὼν[11], καὶ Ἰνδῶν τὰ ὑπὲρ Καύκασόν τε[12] καὶ ποταμὸν Ὑφασιν[13], δι' ὧν ἐπορευόμην ἐμαυτῷ ὅμοιος. ἀλλὰ τῶν γε ἐνταῦθα, καὶ τοῦ μὴ πρὸς ἀργύριον βλέπειν, ποιοῦμαι μάρτυρα τὸν Αἰγύπτιον τοῦτον. δεινὰ γὰρ πεπρᾶχθαί τε μοι, καὶ βεβουλεῦσθαι φήσας, οὐδ' ὁπόσων χρημάτων ἐπαυξῆσαι, ταῦτα εἴρηκεν, ἢ ὅτι, τι ἐνθυμηθεὶς κέρδος. ἀλλ' ἔτως ἀνόητος αὐτῷ δοκῶ τις, ὡς γοητεύειν μὲν, ἃ δ' ὑπὲρ πολλῶν ἕτεροι χρημάτων, αὐτὸς ἀδικεῖν οὐδ' ἐπὶ χρήμασιν; ἀγορὰν αἵμαι προκηρύξων τοιαύτην· ἴτε, ὦ ἀνόητοι, γοητεύω γὰρ, καὶ οὐδ' ὑπὲρ χρημάτων, ἀλλὰ προῖκα. κερδανεῖτε δὲ ὑμεῖς μὲν τὸ ἀπελθεῖν ἕκαστος ἔχων ὅτου ἐρᾷ, ἐγὼ δὲ, κινδύνους καὶ γραφάς.

quidem incorrupta permanente, paupertatem vero vltro hominibus amplectentibus. Vale.

Hanc tibi cauſae meae defenſionem habeto parentis tui, philoſophiam intemeratam, pauperiem autem voluntariam mihi tribuentis. Nempe eorum, quae in Aegypto contigerant, meminerat, quando Euphrates, multique philoſophiam ſimulantium pecunias ab eo non obſcure petebant. Ego autem non ſolum pecuniae cauſa non adibam eum, verum & illos tanquam parum ſane philoſophantes arcebam. Imo adoleſcens adhuc diuitias contemſi. Quamobrem paternam haereditatem, erant autem ampliſſimae opes, rem vnius tantum diei eſſe animaduertens, fratribus meis permiſi, amiciſque, & cognatis indigentioribus, ab ipſo lare ſtudium hoc auſpicatus, quod nullius rei indigere debeamus. Omitto iam Babyloniam, & Indiam vltra Caucaſum & Hyphaſim fluuium, quae ego loca peragraui, mihi vbique ſimilis. Sed eorum, quae in iſtis regionibus a me geſta ſunt, quodque pecuniis nunquam inhiauerim, hunc ipſum Aegyptium adhibeo teſtem. Peſſima enim a me patrata facinora dicens, peſſima agitata conſilia, neque tamen quas opes malis artibus comparauerim, neque quod lucrum animo ſpectauerim oſtendit. Itane vero me eſſe putat dementem, vt incantatorem agam, & quae alii magnarum opum cauſa, ipſe gratis committam ſcelera? tales ſcilicet, vt puto, nundinas proclamans: venite ſtolidi, veneficia enim paro, idque non mercede aliqua, verum gratis. Eritque vobis lucro quidem, vt quiſque optatis potitus diſcedat, mihi vero vt periculis delationibuſque euadam obnoxius.

Αλλ' ἵνα μὴ ἐς ἀνοήτους ἴωμεν λόγους, ἐρώμεθα τὸν κατήγορον ὑπὲρ ὅτου χρὴ λέγειν πρῶτα. καί τοι τί χρὴ ἐρωτᾶν; διῆλθε γὰρ ὑπὲρ τῆς στολῆς τὰς ἀρχὰς τοῦ λόγου, καὶ νὴ Δί' ὧν σιτοῦμαί τε καὶ οὐ σιτοῦμαι. ἀπολογοῦ δὴ ὑπὲρ τούτων, θεῖε Πυθαγόρα. κρινόμεθα γὰρ ὑπὲρ ὧν σὺ μὲν εὗρες, ἐγὼ δὲ ἐπαινῶ. ἀνθρώποις ἡ

IV. Sed ne ſtolidi iſti longius nos ſermones abducant, quaeramus ex aduerſario, quanam de re dicere oporteat primum. Attamen quid interrogare neceſſe eſt? Ipſe enim de habitu ſub initium ſuae egit orationis, de cibis per Iouem item, quibus vtar, quibuſue abſtineam. De his vero tu cauſam dicas, diuine Pythagora. In ius enim ob ea vocamur, quorum tu exiſtis inuentor, ego ſectator. Hominibus terra,

5 χρήματα οὐκ ἀφαν. ἤτουν] Euphrates nempe ſ.l. V. c.25.

6 προσήκειν] eſt pluſquamperfectum Atticum ab εἰμι. Editi habebant προσήκειν.

7 μειράκιον ὢν ἔτι &c.] vide ſ.l.I. c.13.

8 ταῦτα μιᾶς μόνης ἰδὼν ἡμέρας] horum verborum geminus eſſe ſenſus poſſe mihi videtur. Vel enim hoc vult Apollonius, ſe, conſiderantem *vnius diei rem* h. e. fluxam & caducam opes eſſe, (quemadmodum vita humana alias res ἐφήμερος & μιᾶς ἡμέρας dicitur,) eas adeo contemtim habuiſſe, vt aliis permitteret. Vel hoc ait: ſe, cum vna vix die, non vſus quidem opibus illis paternis fuiſſet, ſed conſpectu atque oculis vix vſurpaſſet, aliis eas reddidiſſe. Optionem lectoribus permitto: ipſe priorem ſententiam in verſione expreſſi.

9 ἀνῆκα] vide de hac voce ſupra ad lib. I. c.13. n.9.

10 ἀφ' ἑτέρας] prouerbialis locutio, de emendatione, qua ſeipſum primum quis corrigat quam alios, vide Eraſmum in Chiliad. p. 9.

11 Βαβυλὼν] nam dona ibi a Bardane ſibi oblata non accepit. vid. lib. II. c. 36.

12 Ἰνδῶν τὰ ὑπὲρ Καύκασον] vbi itidem Apollonius aurum a Phraote ſibi oblatum accipere noluit, vide l. II.c.40.

13 καὶ ποταμὸν Ὑφασιν] ibi enim etiam oblata ſibi a Rege dona reſpuit vid. lib. III. c. 33.

o Imperator, omnia parit, & modo voluerint pacem cum brutis colere animantibus, nulla re deſtituentur neceſſaria. Alia enim ab illa metendo, alia arando accipere licet, liberos ſuos alente, prout horis ſtatutum fuerit. At homines, velut oblatorum ab ea munerum ignari, gladium contra animalia ſtrinxerunt, amictus & victus comparandi cauſa. Haec igitur Indi Brachmanes & ipſi probarunt minime, & Aegyptiis gymnoſophiſtis, quo minus probarent, perſuaſere. Inde Pythagoras cum accepiſſet, is enim Graecorum primus cum Aegyptiis verſatus eſt, animalia quidem terrae reliquit: quae ipſa parit autem, ea munda exiſtimans in cibum vertit, ſunt enim & ad corpus & ad animum nutrientum idonea. Veſtitum autem, quem ex animantibus comparatum vulgo geſtant, impurum eſſe docens, lino indutus eſt, & calceamenta iuxta eandem diſciplinam ex arborum corticibus texuit. Ex hac autem puritate, tum alia cepit emolumenta, tum hoc maxime, vt ſuam animam cognoſceret. Nam cum ea vixerit aetate, qua ob raptam Helenam Troia eſt oppugnata, & filiorum Panthi pulcerrimus extiterit, pulcerrimeque veſtitus, ea interfectus aetate eſt, quae & Homero lugendi cauſam praeberet. In multa deinde corpora vbi immigraſſet, Adraſteae lege, iuxta quam varias anima vices ſubire ſolet, tandem in hominis formam rediit; & Mneſarchidae Samio natus eſt, ſapiens ex Barbaro, & ex Troiano factus Ionius, atque ita morti inuiolabilis, vt ne Euphorbum quidem ſe eſſe dememineriſſet. Meae igitur ſapientiae indicaui Parentem, quodque non mea inuentione, ſed haereditate alterius iſta ſim conſecutus. Atque ego aduerſus eos quidem ſententiam haut tulerim, qui in Phoenicopteris deliciantur, aut Phaſianis, Pannoniiſue cattis, quas impinguare ſolent, ſuis inſeruituras conuiuiis, qui ventri in omnibus indulgent. Nec dicam ſcripſerim cuipiam piſci-

γῆ φύει[1], βασιλεῦ, πάντα, καὶ σπονδὰς ἄγειν πρὸς τὰ ζῶα βυλομένοις, δεῖ ὀδενός. τὰ μὲν γὰρ δρέπωνται αὐτῆς, τὰδ' ἀρῶνται, κυροτροφήσης[2], ὡς ταῖς ὥραις ἔοικεν. οἷδ' ὥσπερ ἀνήκοοι τῆς γῆς, μάχαιραν ἐπ' αὐτὰ ἔθηξαν ὑπὲρ ἐσθῆτός τε καὶ βρώσεως. Ινδοὶ τοίνυν Βραχμᾶνες, αὐτοί τε ἐκ ἐπήνεσαν ταῦτα, καὶ τὰς γυμνὰς Αιγυπλίων ἐδίδασκον μὴ ἐπαινεῖν αὐτά. ἔνθεν Πυθαγόρας ἐλὼν, Ελλήνων δὲ πρῶτος ἐπέμιξεν Αιγυπτίοις[3], τὰ μὲν ἔμψυχα τῇ γῇ ἀνῆκεν, ἃ δ' αὐτὴ φύει, ἀκήρατα εἶναι φάσκων, ἐσιτεῖτο, ἐπιτήδεια γὰρ σῶμα, καὶ νῶν τρέφειν. ἐσθῆτά τε, ἣν ἀπὸ θνησειδίων[4] οἱ πολλοὶ φορῶσιν, ἀ καθαρὰν εἶναι φήσας, λίνον ἠμπίσχετο. καὶ τὸ ὑπόδημα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, βύβλον ἐπλέξατο[5]. ἀπέλαυσέ τε τῶ καθαρὸς εἶναι, πολλὰ μέν· πρῶτον δὲ τὸ τῆς ἑαυτῶ ψυχῆς αἴσθεσθαι. γενόμενος γὰρ κατὰ χρόνους, ὃς ὑπὲρ τῆς Ελένης ἡ Τροία ἐμάχετο, καὶ τῶν τῶ Πάνθω παίδων κάλλιστος ὢν, καὶ κάλλιστα ἐσαλμένος, ἀπέθανε μὲν ὕτω νέος, ὡς καὶ Ομήρῳ παρασχεῖν θρῆνον[6]. παρελθὼν δ' εἰς πλείω σώματα κατὰ τὸν ἀδραστείας θεσμὸν, ὃν ψυχὴ ἐναλλάττει, πάλιν ἐπανῆλθεν ἐς ἀνθρώπω εἶδος, καὶ Μνησαρχίδῃ[7] ἐτέχθη τῷ Σαμίῳ, σοφὸς ἐκ Βαρβάρω[8], καὶ Ιων ἐκ Τρωός. καὶ ὕτω τι ἀθάνατος, ὡς μήδ' ὅτι Ευφορβον εἶναι λελῆσθαι. τὸν μὲν δὴ πρόγονον τῆς ἐμαυτῶ σοφίας εἴρηκα, καὶ τὸ μὴ αὐτὸς εὑρὼν, κληρονομήσας δ' ἑτέρω, ταῦτ' ἔχειν. κἀγὼ μὲν ὃ κρίνω τὰς τρυφῶντας ὑπὲρ τῆς Φοινικείας ὄρνιθος[9], ὃδ' ὑπὲρ τῆς ἐκ Φάσιδος[10], ἢ Παιόνων[11], ὃς πιαίνουσιν ἐς τὰς αὐτῶν δαῖτας οἱ τῇ γαστρὶ χαριζόμενοι πάντα. ὃδ' ἐγραψάμην πω ὀδένα ὑπὲρ τῶν ἰχθύων[12],

---

Sect. 4. 1 ἡ γῆ φύει] conf. ſ. huius libri cap. 5. n. 1.

2 κυροτροφήσ.] terra *mater*, nos κῦροι eius, κυροτροφεῖν igitur h. e. *nos liberos* ſuos alere dicitur. Sic Ithacam Od. I'. v. 27. ἀγαθὴν κυροτρόφον vocat Homerus.

3 Αιγυπτίοις] Aegypti autem pars Aethiopia, vnde Pythagoram iſtud vitae inſtitutum accepiſſe ait. Sane enim qui communi ſenſu ita dicuntur Aegyptii, ab omni animalium eſu non abſtinent. vide notata ad lib. V. c. 7. n. 2.

4 θνησειδίων] vid. ad cap. 1. libri I.

5 βύβλον ἐπλέξατο] quod ab Aegyptiis habuit. conf. notata ad lib. II. c. 19. & ad lib. VI. c. 11.

6 Ομήρ. παρασχ. θρῆνον] Iliad. P'. Non longe ab initio.

7 Μνησαρχίδῃ] Μνήσαρχον Laertius vocat aliique veteres.

8 σοφὸς ἐκ Βαρβ.] Βάρβαρος non ad Mneſarchum pertinet, ſed ipſum Pythagoram, qui cum Barbarus olim extitiſſet, Euphorbus ſc. Troianus, iam Graecus nouis iſtis natalibus ſit factus, vid. ſ. lib. I. c. 1.

9 Φοινικείας ὄρν.] *Phoenicopterum* intelligit, iudice magno Bocharto, Hieroz. P. II. lib. I. c. 15. p. 95. illa igitur Φοινίκεος h. l. non a patria, ſed *pennis rubentibus* dicitur. Sic Martialis lib. III. epigr. 58.

Nomenque debet quae rubentibus pennis

& libr. XIII. epigr. 71.

Dat mihi penna rubens nomen.

Nempe in deliciis illa auis Romanis. vide Plin. H. N. X, 68. & ibi a viris doctis notata.

10 τῆς ἐκ Φάσιδος] *ales Phaſiacis petita Colchis* vt Petronio dicitur, *Phaſianam* vulgo vocant. Sic *impiorum Phaſiana Colchorum* Martiali lib. III. epigr. 58. vid. de ea multa apud Bochartum l. c.

11 Παιόνων] intelliguntur, quae *Pannoniae Cattae* dicuntur Martiali lib. XIII. epigr. 69. quod obſeruatum iampridem Scaligero ad Euſebii Chronic. p. 180. *Cattas* vero eſſe credunt, quas vulgo *Martas* vocamus, ſyluestres ſiue *feles*, ſiue *muſtelas*.

12 ἰχθύων] quales apud Martial. lib. XIII. epigr. 79. ſq. commemoratos habes. Petronius ſatyrico:

— — *vltimis ab oris.*

ὡς ὠνῶνται πλείονος, ἢ τὰς κοππατίας [13] ποτὲ, οἱ λαμπροί. ἀδ' ἀλεργίδος ἐβάσκηνα ἀδενὶ, ἀδὲ Παμφύλε τινὸς [14], ἢ μαλακῆς [15] ἐσθῆτος. ἀσφοδέλε δὲ, ὦ θεοὶ, καὶ τραγημάτων, καὶ καθαρᾶς ὀψοφαγίας γραφὴν φεύγω.

Καὶ ἀδὲ ἡ ἐσθὴς ἄτυλος, ἀλλὰ κἀκείνην λωποδυτεῖ με ὁ κατήγορος, ὡς πολλᾶ ἀξίαν τοῖς γένεσι. καίτοι ἀφελόντι τὸν ὑπὲρ ἐμψύχων καὶ ἀψύχων λόγον, δι' ὧν καθαρός τις ἢ μὴ δοκεῖ, τί βελτίων ἡ ὀθόνη τᾶ ἐρίε [1]; τὸ μὲν γὰρ πραοτάτε ζώε ἐπέχθη, καὶ σπενδαζομένε θεοῖς, οἳ μὴ ἀπαξίωσι τὸ ποιμαίνειν [2]. καὶ νὴ Δί' ἠξίωσάν ποτε αὐτὸ καὶ χρυσᾶ εἶδος [3], ἢ θεοὶ ἢ λόγοι. λίνον δὲ σπείρεται μὲν ὡς ἔτυχε, χρυσᾶ δὲ ἀδεὶς ἐπ' αὐτῷ λόγος. ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μὴ ἀπ' ἐμψύχε ἐδρέφθη [4], καθαρὸν μὲν Ινδοῖς δοκεῖ, καθαρὸν δὲ Αιγυπτίοις. ἐμοὶ δὲ καὶ Πυθαγόρᾳ διὰ τᾶτο σχῆμα γέγονε, διαλεγομένοις, ἐυχομένοις, θύεσι. καθαρὸν δὲ καὶ τὸ ἐννυχέυειν ὑπ' αὐτῷ [5]. καὶ γὰρ τὰ ὀνείρατα τοῖς, ὡς ἐγὼ, διαιτωμένοις ἐτυμωτέρας τὰς αὐτῶν φήμας ἄγει [6].

um causa, quos maiore pretio emunt, quam equos olim koppae signo [tanquam eximios] notatos, qui splendide viuere amant: nec purpuram, Pamphyliamque vestem & delicatam cuipiam ego inuideam. Ipse vero, proh Deos! ob asphodelum, & secundas mensas, puraque obsonia intentatam litem amoliri laboro.

V. At nec vestis tuta, sed & illam mihi aufferre laborat accusator, quasi magnum in ea veneficis momentum sit positum. Enimuero si quis doctrinam de animatis, & inanimatis tollat, ob quae purus quis, vel impurus videatur, quid in se lintea, quam lanea vestis habebit praestantius? Haec enim animali deripitur mansuetissimo Diisque charissimo, vt qui pastores esse non sint dedignati. Imo per Iouem auro olim illud [animalium] genus siue Dei, siue fabulae honorarunt. Linum vero seritur sine apparatu, nec aurum cum eo vllibi fabulae componunt. Sed tamen, quoniam inanimato depecti non soleat, purum quidem Indis, purum etiam Aegyptiis esse videtur. Mihique etiam & Pythagorae propterea vestem praebet disputantibus, precantibus, sacrificantibus. Imo & noctem sub ea si transigamus, puritati id conducit. Nam somnia quoque eam, quam ego, sequentibus diaetam, luculenta magis oracula sua aduehere solent.

Attractus Scarus atque arata Syrtis
Si quid naufragio dedit, probatur.

13 κοππατίας] de his nota omnia ex Scholiaste Aristoph. ad nubes p. 113. Suida, ex eo emendando, & Hesychio. Maxime ex Scaligero ad Eusebium p. 116. & Salmas. ad Solin. c. 45. p. 627. sq.

14 Παμφύλε τινὸς] *Pamphylias* vestes inter molliores censeri vix memini, bene vero *Lydas*. Praeterea μοχθηρὸν hominum genus *Pamphylii*, miseram & duram vitam inter saxa & cautes degentes, iidemque latrociniis magis & fraudibus, quam luxu infames, vel luxus instrumentis comparandis celebres. quod ex vetere historia Graecorumque prouerbiis, quin & situ illius regionis pluribus facile esset demonstrare. Hinc frustra in ea gente ista luxus quaeras instrumenta. Contra notissima ex Plinio H. N. lib. XI. sect. 26. *in Ceo mulier* PAMPHILA, *quae bombycinam prima redordiri rursusque texere inuenit, non fraudanda gloria excogitatae rationis, vt denudet feminas vestis.* Ea igitur ex bombycina tam tenues texuit *vestes* (λεπτὰς Graeci vocant & ὀθόνας, vide nobis notata supra ad lib. I. c. 7. ὀθόνιον σηρικὸν Arrian. Periplo maris Erythr. p. 36.) vt transparerent corpora iis induta, iuxta Martialis illud lib. VIII. epigr. 68.

Femineum lucet sic per bombycina corpus.

atque eae sunt μαλακαὶ vt mox nostro appellantur. Similem Tarentinarum feminarum παρυφὴν διαφανῆ fuisse oportet, obseruataque huius generis alia a Io. Harduino ad Plinium l. c. Salmasio item exerc. ad Solin. p. 101. sq. qui & de ipsa arte plura disserit. Inuentricis eius & Aristoteles meminit lib. V. Hist. anim. c. 18. p. 513. vbi Λατόος filiam PAMPHILAM illam vocat. Quae quod *Ceo* orta esset, ex *Cea* insula vestem profectam Varro dicit apud eundem Plinium XII, 10. *delicatiorem* h. e. μαλακὴν, vt Philostratus noster appellat, *fericam* nempe, ex retexta bombycina, quae PAMPHILAM autorem ars habebat. Hinc mihi suspicio nata apud Philostratum pro Παμφύλε τινὸς rescribendum esse Παμφιλίε τινὸς. Nempe possessiuum a φίλος est φίλιος, vnde φίλιος ζεύς, quo nihil est tritius. Sic ergo & a Παμφίλη est Παμφίλιος, quemadmodum & a Παμφύλη Nympha possessiuum Παμφύλιος est, & Παμφυλία, quod in regionis nomen abiit. Vid. Steph. in Παμφυλ. Neque tamen nimis audacter hic quidquam mutatum velim: Memini enim supra quoque lib. III. c. 15. De Indis referri eos vestes gestare, quarum materia sit ἔριον αὐτοφυὲς λευκὸν, ὥσπερ τὸ Παμφύλων. Neque impedit quidquam oues, in Pamphyliae rupibus pastas, insignis candoris velleribus fuisse, ex quorum lana contextae vestes in pretio haberentur apud gentes, quibus cultior vita. Tales sunt quae λαμπραὶ dicuntur & *candidae*, vt adeo Pamphyliae vestes non tam μαλακαὶ sint quam λαμπραὶ, adeoque diuersae hic species explicentur.

15 μαλακῆς] μαλακὰ ἱμάτια delicata fiunt ex Varrone l. c. Matthaei quoque euangelium habet XI, 8. ad quem *serica* esse iampridem viri magni docuere; clarissimeque ex hoc Philostrati loco id patet conf. not. praec. *Molles lanas* Virgilio dici obseruatum iam est. *Mollia velamina* Ouidio, Apuleio *vestem* textu *tenuem, tactu mollem.* Simili modo λεπτὰ & μαλακὰ iungit Apollonius epist. 63. Hoc vero sensu & Lyconi philosopho ἀνυπέρβλητον μαλακότητα ἱματίων tribuit Laërt. V, 67. & Demostheni κομψὴ χλανὶς καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι probro data ap. Gellium I, 5. Tamen μαλακὰ ex Milesiis lanis confecta etiam vt ex Ctesia Apollon. in mirabilibus c. 20. obseruat.

Sect. 5. 1 τί βελτίων ἡ ὀθόνη τᾶ ἐρίε] sensus est: puritati hanc vestem conducere, quae abstinentia omni ab animantibus colatur, hanc si tollas nullam vim vel praestantiam in lintea veste, quam ὀθόνην vocat, cogitari posse, qua ad magiam eam valere suspicio esse possit.

2 εἰ μὴ ἀπαξιῶσι τὸ ποιμαίνειν] sic Apollo Νόμιος est. vide breuia scholia ad Il. B'. v. 170, vti & Pan. Mercurium etiam rei pecuariae operam dedisse notum, taceo reliquos.

3 χρυσᾶ εἶδος] arietem inauratum intelligit Neptuni & Theophanes filium, Helles exitu & Iasonis expeditione celebratum. vid. Hygin. fab. 3. &c.

4 μὴ ἀπ' ἐμψ. ἐδρέφθ.] conf. ad lib. I. c. 31.

5 τὸ ἐννυχίειν ὑπ' αὐτῷ] Pythagoram etiam σῳμασιν ἱματιλίνοις nunquam κωδίοις vsum testatur in vita eius Iamblichus cap. 21. vide s. lib. I. c. 1. n. 3.

6 ἐτυμωτ. τ. αὐτ. φήμ. ἄγει] vide disputata cum Phraote s. lib. II. c. 36.

VI. Sed

VI. Sed coma defendenda etiam est, quam alui olim, quandoquidem contra squalorem quoque reperta criminatio est. Minime autem Aegyptium haec incusare par erat, sed Iauos potius comptosque adolescentes, qui amatores aut amicas vrant, ad quas comissatum eunt. Atque illos coma quidem sua beatos per me iudicet, stillanteque ab eavnguento. Me autem ipsum paedorem, amatoremque animi alieni ab amore. His enim [istam ego orationem] opponam, nolite, o miseri, Doriensium sycophantiis vestris dehonestare inuentum. Nam comam alere a Lacedaemoniis est deriuatum, eo tempore in vsu positum eis, quo bellica laude seipsos superabant. Fuitque Spartanorum Rex Leonidas, qui comam fortitudinis causa alebat, vtque amicis venerabilis, hostibus vero terribilis magis videretur. Hinc & Sparta eius aeuo comam alebat non minus, quam Lycurgi, aut Iphiti aetate. Comae autem sapientis viri ferrum parcere oportebat. Nefas enim illud in eum admittere locum, vbi sensuum omnium sunt fontes, omniaque oracula, vnde preces procedunt, & sapientiae interpres oratio. Equidem Empedocles, praestantissimae purpurę fascia circumdata comae, per Graecorum compita magnifice incedebat, hymnos concinnans, quibus ex homine Deum se fore diceret. Ego autem neglecta coma incedens, nec dum hymnorum eius generis in eam vsum habens, in iudicium trahor & dicasteria. Quid vero de Empedocle dicam? an ipsius an hominum illius aetatis egregia indole [factum] ducam, a quibus ob ista nullas calumnias est perpessus?

VII. Sed de coma nihil amplius addam, ea detonsa est enim, praeuertitque accusationem inuidia, quae eadem aliud quoque crimen

Ἀπολογώμεθα καὶ ὑπὲρ τῆς ἕξεως ποτὲ[1] ἡμῖν κόμης, ἐπειδή τις γραφὴ καὶ αὐχμῷ ἥρηται. κρινέτω δὲ μὴ ὁ Αἰγύπτιος, ἀλλὰ τὰ ξανθὰ καὶ διεκτενισμένα μειράκια, τὰς ἑταίρας ἑξαψώμενα καὶ τὰς ἑταίρας, ἐφ' ἃς κωμάζει. καὶ αὐτὰ μὲν εὐδαίμονα ἡγείσθω καὶ ζηλωτὰ τῆς κόμης, καὶ τῷ λειβομένῳ ἀπ' αὐτῆς μύρῳ, ἐμὲ δὲ ἀναφροδισίαν πᾶσαν[2], καὶ ἐρᾶσθαι τῷ μὴ ἐρᾶν. εἰρήσεται γὰρ πρὸς αὐτὰ, ὦ κακοδαίμονες, μὴ συκοφαντεῖτε τὸ Δωριέων ἕυρημα. τὸ γὰρ κομᾶν, ἐκ Λακεδαιμονίων ἦκει[3], κατὰ χρόνους ἐπιτηδευθὲν αὐτοῖς, ἐς οὓς μαχιμώτατα αὐτῶν εἶχον. καὶ βασιλεὺς τῆς Σπάρτης Λεωνίδας ἐγένετο, κομῶν ὑπὲρ ἀνδρείας, καὶ τῷ σεμνὸς μὲν φίλοις[4] φοβερὸς δὲ ἐχθροῖς φαίνεσθαι. ταῦτά τοι καὶ ἡ Σπάρτη ἐπ' αὐτῷ κομᾷ[5], μεῖον ἀδὲν, ἢ ἐπὶ Λυκούργῳ τε καὶ Ἰφίτῳ. σοφῷ δὲ ἀνδρὸς κόμης φειδέσθω σίδηρος. ἀ γὰρ θεμιτὸν ἐπάγειν αὐτὸν, ἃ πᾶσαι μὲν αἰσθητηρίων πηγαὶ, πᾶσαι δ' ὁμφαὶ, ὅθεν εὐχαί τε ἀναφαίνονται, καὶ σοφίας ἑρμηνεὺς λόγος. Ἐμπεδοκλῆς μὲν γὰρ, καὶ πορφύρων τῶν ἀλουργοτάτων περὶ αὐτὴν ἁρμόσας[6], ἐσόδει περὶ τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀγυιὰς, ὕμνους ξυντιθεὶς, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἔσοιτο[7]. ἐγὼ δὲ ἠμελημένῃ κόμῃ χρώμενος, καὶ ὅπως τοιῶνδε ὕμνων ἐπ' αὐτῇ δεηθεὶς, ἐς γραφὰς ἄγομαι καὶ δικαστήρια. καὶ τί φῶ τὸν Ἐμπεδοκλέα; πότερ' ἑαυτῷ, ἢ τὴν τῶν ἐπ' αὐτῷ ἀνθρώπων εὐδαιμονίαν[8] ἄγειν, παρ' οἷς οὐκ ἐσυκοφαντεῖτο ταῦτα;

Μὴ πλείω διαλεγώμεθα ὑπὲρ τῆς κόμης. ἐτμήθη γὰρ, καὶ πρόλαβε τὴν κατηγορίαν ὁ φθόνος[1], δι' ὃν ὑπὲρ τῆς ἑτέρας αἰτίας χρὴ

Sect. 6. 1 ἕξεως ποτὲ] nempe non amplius se habere, sed habuisse comam dicit, quippe quam tonderi iusserit Domitianus s. l. VIII. c. 33.

2 ἀναφροδισίαν πᾶσαν] id est ἀναφροδισιώτατον. Sic πᾶσαν σύνεσιν supra iuuenem luxu diffluentem vocabat: & πᾶσαν ἀναρχίαν Graecos rex Indorum.

3 ἐκ Λακεδαιμονίων ἦκει] vide notata s. lib. IV. c. 26.

4 κομῶ τῷ σεμνὸς μὲν φίλοις] non dissimilis est, quam Plutarchus Lycurgo tribuit sententia in apophthegm. Lacon. & Lysandri initio. Vide supra notata ad lib. IV. c. 27. Ceterum Leonidae memoria in pretio apud Apollonium est, cuius supra quoque cum laude meminit l. IV. c. 23.

5 ἐπ' αὐτῷ κομᾷ] Spartanos cum Leonida ad Thermopylas Persarum copias fortiter expectantes, comam sistit pectentes, vt moris erat eis in periculis, Herodotus in Polymnia p. 286. sq. conf. supra ad lib. IV. c. 27.

6 πορφύρων τῶν ἀλουργ. π. αὐτὴν ἁρμόσας] Empedoclem πορφύραν ἀναλαβεῖν καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσᾶν Diogenes Laert. ait lib. VIII. segm. 73. quod ταινίας vocat ipse Empedocles ap. eund. s. 62. Suidas, qui Empedocli exscripsit, στίμμα χρυσᾶν. Nempe *strophia*, *coronae* h. e. στίμματα. Ita Festus: Stroppus *est, vt Atteius philologus existimat, quod graece* στρόφων *vocatur, & quod sacerdotes pro insigni habent in capite. Quidam* CORONAM *esse dicunt, aut quod pro* CORONA *insigne in capat imponatur, quale sit* strophium. *Itaque apud Faliscos, diem festum esse, quae vocatur* strupearia, *quia* CORONATI *ambulent.* Huc & Suidae pertinet locus, στρόφιον ὃ οἱ ἱερεῖς φέρουσι. Nempe στρόφια hae CORONAE vocatae, quoniam ex fascia capiti circumplexa torquebantur. ἁλουργεῖ Empedoclem χρῆσθαι Aelianus ait Var. Hist. XII, 32. *purpurea* igitur illa στρόφια h. e. *coronae* fuerint, oportet.

7 ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρ. ἔσοιτο] ob oculos manifeste habet Empedoclis ista ap. Diog. Laert lib. VIII, sect. 61.

χαίρετ' ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός,
πομπεύομαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε,
ταινίας δὲ περίσσεται, στέφεσίν τε θαλείης.

de quo supra ad librum I. cap. 1.

8 εὐδαιμονίαν] haut dubie indoles hominum hic significatur, non fortuna. Sic nempe Xenocrates εὐδαίμονα vocabat τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν. Vide plura a me annotata s. ad lib. VII. c. 37. n. 4. Mox post ἄλγειν subint. δεῖ.

Sect. 7. 1 πρόλαβε τὴν κατηγορ. ὁ φθόνος] sensus est, inuidiam, in quam adductus sit apud Imperatorem, praeἀπο-

ἀπολογεῖσθαι, χαλεπῆς ὅσης, καὶ οἵας, ὦ βασιλεῦ, μὴ σοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ Διὶ παρασχεῖν φόβον. φησὶ γὰρ τὰς ἀνθρώπους θεὸν ἡγεῖσθαί με, καὶ δημοσίᾳ τοῦτ' ἐκφέρειν, ἐμβεβροντημένους ὑπ' ἐμοῦ. καί τοι καὶ πρὸ τῆς αἰτίας ἐκεῖνα διδάσκειν ἔδει, τί διαλεχθεὶς ἐγὼ, τίδ' ὅτῳ θαυμάσιον εἰπὼν ἢ πράξας, ὑπηγαγόμην τὰς ἀνθρώπους προσεύχεσθαί μοι. ὅτε γὰρ ἐς ὅ, τι ἐξ ὅτου μετέβαλον, ἢ μεταβαλεῖ μοι ἡ ψυχὴ, διειλέχθην ἐν Ελλησι[2], καί τοι γιγνώσκων. ὅτε δόξας περὶ ἐμαυτοῦ τοιαύτας ἀπέστειλα, ὅτ' ἐς λόγια καὶ χρησμῶν ᾠδὰς ἐξῆλθον, οἷα τῶν θεοκλυτούντων φορά. ἀδ' οἶδα πόλιν ἀδεμίαν, ἐν ᾗ ἔδοξε ξυνιόντας [3] Απολλωνίῳ θύειν. καί τοι πολλοῦ ἄξιος ἑκάστοις ἐγενόμην, ὁπόσα ἐδέοντό μου. ἐδέοντο δὲ τοιαῦτα· μὴ νοσεῖν οἱ νοσοῦντες, ὁσιώτεροι μύειν, ὁσιώτεροι θύειν, ὕβριν ἐκτετμῆσθαι, νόμους ἐρρῶσθαι. μισθὸς δ' ἐμοὶ μὲν τούτων ὑπῆρχε, τὸ βελτίους αὐτοὺς αὐτῶν φαίνεσθαι. σοὶ δὲ ἐχαριζόμην ταῦτα. ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν βοῶν ἐπισάται τὸ μὴ ἀτακτεῖν αὐτὰς χαρίζονται τοῖς κεκτημένοις τὰς βοῦς· καὶ οἱ τῶν ποιμνίων ἐπιμεληταὶ, πιαίνουσιν αὐτὰ ἐς τὸ τῶν πεπαμένων κέρδος· νόσους τε ἀφαιροῦσι μελιτ[ῶν οἱ νομεῖς αὐτῶν, ὡς μὴ ἀπόλοιτο τῷ δεσπότῃ τὸ σμῆνος· οὕτω πως καὶ ἐγὼ τὰ πολιτικὰ ἐλαττώματα σοὶ διωρθούμην τὰς πόλεις. ὥς εἰ καὶ θεὸν ἡγοῦντό με, σοὶ κέρδος ἡ ἀπάτη εἶχε. ξὺν προθυμίᾳ γάρ που ἠκροῶντό που, δεδιότες μὴ πράττ]ειν ἃ μὴ δοκεῖ θεοῖς. ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο ᾤοντο· ὅτι δ' ἔστι [4] τις ἀνθρώπων πρὸς θεὸν ξυγγένεια, δι' ἣν μόνον ζώων θεοὺς οἶδε, φιλοσοφεῖ δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, καὶ ὅπῃ μετέχει τοῦ θείου. φησὶ μὲν οὖν καὶ τὸ εἶδος αὐτὸ θεῷ ἐοικέναι, ὡς ἀγαλματοποιία ἑρμηνεύει, καὶ χρώματα[5]. τὰς τε ἀρετὰς θεόθεν ἥκειν ἐπ' αὐτῷ πεπίστευται, καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν ἀγχιθέους τε εἶναι, καὶ θείους. διδασκάλους δὲ τῆς διανοίας ταύτης μὴ Αθηναίους καλῶμεν, ἐπειδὴ τοὺς δικαίους [6], καὶ τοὺς Ολυμπίους [7], καὶ τὰς τοσαύτας ἑστίας, ἐν αἷς ἐκεῖνοι ἐτιμήθησαν, ἐπὶ τὸν Ἑλλήνιον ἀνάγωμεν Διὸς βωμόν, ὃν ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος ἀνάγουσιν ἐς τὴν Ὀλυμπίαν ἑκατόμβην. ἐνταῦθα γὰρ ἐκεῖνοι ἐπὶ τὸν Ἑλλήνιον Διὸς βωμὸν ἀνάγουσιν, ὅτι ἐνταῦθα ἐκεῖνοι ἐπὶ τὸν Ἑλλήνιον Διὸς βωμὸν ἀνάγουσιν

cognomina primi [hominibus] impoſuere, quae aliquid diuinum magis continere videntur, quam hominibus conueniat, ſed ipſum Pythium Apollinem. In eius enim templum Spartanus venit Lycurgus, cum leges iam perſcripſiſſet, quibus condita eſt Lacedaemon. Hunc igitur ſalutans Apollo, ſecum quaſi, quid de eo ſit ſtatuendum, deliberat, ſub initium oraculi ſe dubitare inquiens vtrum Deum, an hominem appellare illum oporteret. Pergens autem, quae ſua ſit declarat ſententia, eique tanquam viro bono hoc ipſum nomen decernit. Nulla tamen ob id controuerſia mota Lycurgo, aut periculum inde apud Lacedaemonios natum eſt, quaſi Deus eſſe affectaret, eo quod Pythium non correxiſſet, iſtis compellatus. Quin potius oraculo aſſenſere, ante editum oraculum ea de re iam perſuaſi. Indorum porro, atque Aegyptiorum [doctrina eſt] iſta. Indos enim Aegyptii conuitiis inſectantur in ceteris quidem, eorumque explodunt de vita agenda doctrinas. Doctrinam vero, quae de omnium rerum opifice ab Indis concinnata eſt, adeo probant, vt alios etiam eandem edoceant, quamuis ab Indis ſit orta. Illa autem doctrina rerum vniuerſarum natalium atque naturae DEVM autorem ſtatuit. Huiuſque ſententiae animo concipiendae ratio eis, quod BONVS ſit ille. Si cognata igitur ſunt iſta, doctrina illa reuincor, dicoque adeo, viros bonos diuinae participes eſſe naturae. Mundum autem, qui a Deo opifice pendeat, cenſere fas eſt coeleſtia cuncta, & marina, terreſtriaque omnia, cuius ex aequo participes ſunt homines, niſi quod fortuna differant. At a viro bono etiam mundus aliquis pendet, ſapientiae minime excedens limites, quem vel ipſe tu, o Imperator, fateare, virum requirere Deo ſimilem. Huius autem mundi quae-

ἀσδε ἐπωνυμίας [8] πρῶτοι ἔθεντο, θειοτέρας ὡς τὸ εἰκὸς ἔσας, ἢ ἐπ' ἀνθρώπῳ κεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν Απόλλω τὸν ἐν τῇ Πυθοῖ. ἀφίκετο μὲν γὰρ ἐς τὸ ἱερὸν αὐτῷ Λυκοῦργος ὁ ἐκ τῆς Σπάρτης, ἄρτι γεγραμμένων αὐτῷ τῶν νόμων, οἷς ἡ Λακεδαίμων τέτακται. προσειπὼν δ' αὐτὸν ὁ Απόλλων, βασανίζει τὴν περὶ αὐτῷ δόξαν, ἐν ἀρχῇ τῷ χρησμῷ [9] φάσκων ἀπορεῖν, πότερα χρὴ θεὸν, ἢ ἄνθρωπον αὐτὸν καλεῖν. προϊὼν δὲ ἀποφαίνεται καὶ ψηφίζεται τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην [10], ὡς ἀνδρὶ ἀγαθῷ. καὶ ἰδεὶς ἐπὶ τὸν Λυκοῦργον ἀγὼν ἢ κίνδυνος ἐκ τούτων παρὰ Λακεδαιμονίοις, ὡς ἀθανατιῶντα [11], ἐπεὶ μὴ ἐπέπληξε τῷ Πυθίῳ, προσρηθεὶς τοῦτο. ἀλλὰ ξυνετίθεντο τῷ μαντείῳ, πεπεισμένοι δή πως καὶ πρὸ τοῦ χρησμοῦ ταῦτα. τὰ δὲ Ινδῶν καὶ Αιγυπτίων ταῦτα. Ινδοὺς Αιγύπτιοι τὰ μὲν ἄλλα συκοφαντοῦσι, καὶ διαβάλλουσιν αὐτῶν τὰς ἐπὶ τοῖς πράγμασι δόξας [12]. τὸν δὲ λόγον, ὃς ἐς τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων εἴρηται [13], ἔτω τι ἐπαινοῦσιν, ὡς καὶ ἑτέρους διδάξασθαι, Ινδῶν ὄντα. ὁ λόγος δὲ τῆς μὲν τῶν ὅλων γενέσεώς τε καὶ οὐσίας θεὸν δημιουργὸν οἶδε. τοῦ δὲ ἐνθυμηθῆναι ταῦτα αἴτιον, τὸ ἀγαθὸν εἶναι αὐτόν. ἐπεὶ τοίνυν ξυγγενῆ ταῦτα [14], ἔχομαι τοῦ λόγου, καὶ φημὶ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων θεοῦ τι ἔχειν. κόσμος δὲ, ὁ μὲν ἐπὶ θεῷ δημιουργῷ κείμενος, τὰ ἐν οὐρανῷ νομιζέσθω, καὶ τὰ ἐν θαλάττῃ, καὶ γῇ πάντα, ἃ μετουσία ἴση ἀνθρώποις, πλὴν τύχης [15]. ἔστι δέ τις καὶ ἐπ' ἀνδρὶ ἀγαθῷ κόσμος [16], οὐχ ὑπερβάλλων τὰ σοφίας μέτρα [17], ὅν πως καὶ αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, φήσεις, ἀνδρὸς δεῖσθαι θεῷ εἰκασμένου. καὶ τί τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τοῦ-

---

8 τὰς τοιάσδε ἐπωνυμίας] ſimili nempe modo *Cleon* cognominatus *Pythius* fuit, vt legiſſe me memini.

9 ἐν ἀρχῇ τῷ χρησμῷ] oraculum illud nobis ſeruauit Herodotus lib. I. p. m. 17.

ἥκεις ὦ Λυκόεργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ολύμπια δώματ' ἔχουσιν.
δίζω ἢ σε ΘΕΟΝ μαντεύσομαι ἠὲ καὶ ἄνδρα.
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον ΘΕΟΝ ἔλπομαί σ' Λυκόεργε.

Meminit eiuſdem Plutarch. vita Lycurgi p. 42.

10 ἐπωνυμίαν ταύτην] ſcilicet θεῷ, *Dei*, vt ex oraculo patet.

11 ἀθανατιῶντα] editi habent ἀθάνατα ζῶντα, pro quo Morellus ἀθανατίζοντα. ἀθανατίζειν vero eſt vox inuſitata plane, videturque mihi vulgata lectio ipſa veſtigia verioris luculenta habere. Nempe θανατόω & θανατιάω eſt θανάτου ἐπιθυμῶ, vt notum ex Heſychio & antiquis ſcriptoribus. Ad hanc formam igitur legendum ἀθανατιῶντα, quod *immortalem* & diuinam naturam affectantem ſignificabit, melioremque hic ſenſum fundet, quam vel ἀθανατίζοντα vel ἀθάνατα ζῶντα.

12 τὰς ἐπὶ τ. πράγμασι δόξας] h. e. doctrinam morum vitaeque inſtituendae. Ea enim eſt πρακτικὴ philoſophiae pars: in qua prout ab Indis traditur, varia reprehendebat Theſpeſion Gymnoſophiſta ſupra lib. VI. c. 10.

13 λόγον ὃς ἐς τ. δημ. τ. ὅλ. εἴρηται] qui fuſe exponitur ſupra lib. III. c. 34. ſq.

14 ἐπεὶ τοίνυν ξυγγεν. ταῦτα] ſenſus eſt, quia coniuncta haec, *Deum* eſſe, & eſſe *bonum*: Hinc & *bonos diuinae* naturae eſſe participes, *Deoſque* vocari poſſe colligo.

15 ἃ μετουσία ἴση ἀνθρώπ. πλὴν τύχης] ſenſus eſt, homines aeque rerum mundanarum participes eſſe, cum terra vna communis omnium mater omnes alat, coelum omnes tegat vnum &c. fortuna interea tamen id diſcriminis conſtituente, vt princeps ille ſit, alius ſeruus.

16 ἔστι δέ τις καὶ ἐπ' ἀνδρ. ἀγ. κόσμος] vox graeca κόσμου inſtituto praeſenti Apollonii magis opportuna eſt, quam latina *mundi*, illa enim *harmoniam* notat, *motuſque ordinatos*, vt κόσμος in animos proinde, ſine vi voci facta, competat, cui κόσμῳ praeficitur philoſophus morum director.

17 οὐχ ὑπερβάλλ. τὰ σοφίας μέτρα] h. e. inter quem & ſapientiam proportio ſit, & qui merito proinde viro bono & ſapienti tribuatur.

δε; αἱ ψυχαὶ ἀτακτῆσαι μανικώτερον ἅπτονται παντὸς σχήματος[18]: καὶ ἔωλοι μὲν αὐταῖς νόμοι, σωφροσύνη δ' ἀδαμῆ, θεῶν δὲ τιμαὶ ἄτιμοι, λαλιᾶς δ' ἐρῶσι καὶ τρυφῆς, ἐξ ὧν ἀργία φύεται, πονηρὰ ξύμβουλος ἔργων παντός. αἱ δὲ μεθύσαι ψυχαὶ πηδῶσι μὲν ἐπὶ πολλὰ[19], τὸ δὲ σκίρτημα τοῦτο ἴσχει οὐδέν, οὐδ' εἰ πάντα πίνοιεν[20], ὁπόσα, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας, ὑπνηλὰ ἐνομίσθη. ἀλλὰ δεῖ ἀνδρὸς, ὃς ἐπιμελήσεται τῶν περὶ αὐτὰς κόσμων[21], θεὸς ἀπὸ σοφίας[22] ἥκων. ὅτοσὶ γὰρ ἀπόχρη αὐτὰς ἐρώτων τε ἀπάγειν, ἐφ' οἷς ἀγριώτερον τῆς ξυνήθους ὁμιλίας ἐκφέρονται· καὶ φιλοχρηματίας, δι' ἣν ὅπῃ πᾶν ἔχειν φασὶν, ἐπεὶ μὴ καὶ τὰ σώματα ὑπέχουσιν ἐπιῤῥέοντι τῷ πλούτῳ. φόνων γὰρ ἀνασχεῖν μὲν αὐτὰς μὴ προσάπτεσθαι, ἐκ ἀδύνατον ἴσως ἀνδρὶ τοιούτῳ· ἀπονίψαι δὲ ὅτε ἐμοὶ δυνατὸν, ὅτε τῷ πάντων δημιουργῷ θεῷ[23].

nam est forma? Animae corruptae sine ratione in omnes formas se vertunt, legesque ipsis videntur obsoletae, continentia vero ipsorum & moderatio nulla, Deorum item cultus prostituti: loquacitatem autem amant & luxum, quae ignauiam pariunt, pessimum in omni negotio consiliarium. Animae vero huiusmodi quasi crapula stupidae ad multa proruunt, nec quicquam compescere vagos istiusmodi saltus potest, etiam si omnes potiones ebibant, quae modo, velut mandragora, somno inducendo inseruire creduntur. Viro nempe est opus, qui curam gerat eius ordinandae, tanquam Deus a sapientia immissus. Hic enim potis est ab amoribus animos reuocare, ad quos ferocius, quam communis consuetudo patiatur, efferuntur: ab auaritia item, ob quam satis se habere non dicunt, quamdiu ipsum os etiam suppositum non habent diuitiis affluentibus. Imo & cohibere easdem, ne caedibus se inquinent, tali viro forsitan impossibile non erit: purgare autem a caede, neque mihi possibile est, nec omnium rerum opifici Deo.

Ἐσω, βασιλεῦ, κατηγορία καὶ ὑπὲρ τῆς Ἐφέσου, ἐπειδὴ ἐσώθη. καὶ κρινέτω με ὁ Αἰγύπτιος, ὡς ἔστι πρόσφορον τῇ γραφῇ. ἔσω[1] γὰρ δή πως ἡ κατηγορία τοιαύτη. περὶ Σκύθας, καὶ Κελτοὺς, οἳ ποταμὸν Ἴστρον, ἢ Ῥῆνον οἰκοῦσι, πόλις ᾤκισαι, μείων οὐδὲν Ἐφέσου τῆς ἐν Ἰωνίᾳ[2]. ταύτην ὁρμητήριον βαρβάρων ὄσαν, οἳ μὴ ἀπροσῶνταί σου, λοιμὸς μέν τις ἀπολεῖν ἔμελλεν, Ἀπολλώνιος δὲ ἰάσατο. ἔστι μὲν γάρ τις καὶ πρὸς ταῦτα ἀπολογία σοφῷ ἀνδρὶ, ἢν ὁ βασιλεὺς τὸ ἀντίξοον ὅπλοις, ἀλλὰ μὴ νόσοις αἱρεῖν βέληται. μὴ γὰρ ἐξαλειφθείη πόλις μηδεμία, μήτε σοὶ, βασιλεῦ, μήτε ἐμοί· μήτε ἴδοιμι πρὸς ἱεροῖς νόσον[3], δι' ἣν

IIX. Instituatur etiam accusatio, o Imperator, ob Ephesum, quandoquidem salus ipsi restituta est. Imo litem aduersus me instruat Aegyptius, prout commodissimum visum fuerit ad incusandum. Vel ita enim [si placet] accusatio instruatur: Vrbs apud Scythas, Celtasque, fluuiorum Istri Rheniue accolas, colitur, Epheso Ioniae vrbe nulla re inferior. Hanc ipsam, belli arcem Barbaris praebentem, hostibus tuis, pestis perditura videbatur: Apollonius autem seruauit. Nempe aduersus talia quoque sapienti viro defensio non defuerit, si quidem Imperator armis hostes non morbis vincere voluerit. Absit enim, Imperator, vt vel tui vel mei causa vrbs vlla pereat penitus: optemque vt ne in templis qui-

18 μανικώτερον ἅπτ. παντ. σχήμ.] nempe sicut *materia* rudis & indigesta in mundi incunabulis vago impetu, sine ratione ferri animo concipitur, & in monstrosas ac ineptas corporum formas coalescere, nisi *mens* eam dirigat, vt in ordinatas & decoras coeat corporum species, vnde τὸν νῶν κοσμῆσαι τὰ πάντα aiebat Anaxagoras: ita hic quoque Apollonius eleganter animos hominum μανικώτερον moueri ait, h. e. sine ratione & stolide, nisi sapientum dirigantur & emendentur consiliis.

19 πηδῶσι μὲν ἐπὶ πολλά] h. e. vagi sunt & inordinati motus earum.

20 ἐὰν εἰ πάντα πίνοιεν &c.] sensus est, vagos & inordinatos animorum motus componi non posse soporiferis medicamentis, h. e. superficiariis remediis, quae aliquamdiu quidem consopiant affectum aliquem deprauatum, non tamen tollant penitus. Qualia v. g. contrarii affectus excitatio, occupata aliis rebus mens &c. Philosophia igitur opus esse, si harmonia huius *mundi intelligibilis* recte constitui, motusque animorum rite procedere debeant: istumque adeo, quem vocat, *mundum* ἐπ' ἀνδρὶ ἀγαθῷ εἶναι, h. e. ab eius cura pendere, ipsique incumbere, qui similis hac parte sit Deo, quod ipse etiam mundum aliquem ordinet & disponat.

21 τῶν π. αὐτὰς κόσμων] haec latine vix commode exprimas, quia idem, qui est vocis κόσμος vsus, non est vocis *mundus*. Sensus est: Philosophum curam gerere harmoniae & motuum ordinatorum animorum, qui κόσμοι dicuntur: vt adeo philosopho sit suus κόσμος cui praesit, vt Deo est suus.

22 θεὸς ἀπὸ σοφίας] alludere videtur ad notissimum illud θεὸς ἀπὸ μηχανῆς: *Deus machina immissus*, vel in scenam productus, vt aliam rebus faciem induat.

23 ὅτε τῷ πάντων δημιουργῷ θεῷ] Athenienſibus etiam maxime inuisi Diis crediti homicidae. vide Meurs. Them. Attic. lib. I. c. 15.

Sect. 8. 1 ἔσω] ita reſcripsi pro ἔστι, quod erat in vulg. Nempe quae sequuntur, non repraesentant sensum in libello comprehensum, quo Apollonii accusatio continebatur. Sed integrum relinquit aduersario ille, vt fingat, etiam circumstantias istas, atque ita magis exosum reddat factum suum: vel sic enim nihil eum obtenturum inseqq. ostendit.

2 τῆς ἐν Ἰωνίᾳ] in editis est τῶν τῆς ἐν Ἰωνίᾳ, omisi τῶν MSS. suffragante autoritate.

3 πρὸς ἱεροῖς νόσον] nempe in templis, Aesculapii in-

dem

dem morbum, quo adacti aegroti in illis decumbant, deprehendam. Sed vt negligendas esse barbarorum necessitates, neque illos in sanitatis statum asserendos esse, concedamus, vt qui inimicissimi nobis sint, nostraeque genti minime placabiles. At Ephesum tamen quis negabit liberari oportuisse? quae generis initia ex purissima Attide ducit, plus vero quam omnes Ioniae Lydiaeue ciuitates creuit, atque in mare vergit, eo quod promontorium terra, in qua ipsa est condita, efficiat: studiis item & philosophorum & rhetorum scatet, propter quos ciuitas non equitum robore quidem, sed hominum valet maxima multitudine, sapientiae studis deditissima. Quem igitur sapientem pro eiusmodi vrbis salute laborem refugere putes? si consideraverit Democritum Abderitas quondam a peste liberantem: in mentem item sibi reuocauerit Sophoclem Athenienſem, qui ventos quoque demulsisse fertur, qui vltra tempus conueniens saeuiebant: Empedocli item patrata si audiuerit, qui nubis super Agrigentinos ruptae impetum compescuit.

IX. Verum in me animaduertit accusator: id enim ipse percipis Imperator, neque eo ait, quod salutis Ephesiis extiterim autor, dicam mihi scribi; sed quod pestem ipsos inuasuram praedixerim. Hoc enim humanam excedere sapientiam, & portento simile esse, neque in veris cognoscendis eousque procedere me potuisse, magus nisi essem atque nefarius. Quid Socrates heic dicet igitur, vt ea defendat, quae a genio se didicisse aiebat? Quid Thales item, & Anaxagoras, Iones? quorum ille quidem olearum fertilitatem, alter eorum quae coelo eueniunt multa praedicentes, an magicis artibus quaeso ad haec praedicenda vsi

εἰ νοσοῦντες ἐν αὐτοῖς κείσονται. ἀλλὰ μὴ ἔγω ἐν σπουδῇ τὰ βαρβάρων, μηδὲ τάττωμεν[4] αὐτὰς ἐς τὸ ὑγιαῖνον, πολεμιωτάτας ὄντας, καὶ ἐκσπόνδους[5] τῷ περὶ ἡμᾶς γένει. τὴν δὲ Ἔφεσον, τίς ἀφαιρήσεται τὸ σώζεσθαι; βελημένην μὲν τὰς ἀρχὰς τὸ γένος ἐκ τῆς καθαρωτάτης Ἀττίδος, ἐπιδεδωκυῖαν δὲ παρὰ πάσας, ὁπόσαι Ἰωνικαί τε καὶ Λύδιοι, προβεβληκυῖαν δὲ ἐπὶ τὴν θάλατταν, διὰ τὸ ὑπερήκειν τῆς γῆς[7], ἐφ' ἧς ᾠκίσθη· μεστὴν δὲ φροντισμάτων οὖσαν, φιλοσόφων τε καὶ ῥητορικῶν, ὑφ' ὧν ἡ πόλις οὐχ ἵππῳ, μυρίασι δὲ ἀνθρώπων ἰσχύει, σοφίαν ἐπαινοῦσα. τίς δ' ἂν σοφὸς ἐκλιπεῖν σοι δοκεῖ τὸν ὑπὲρ πόλεως τοιαύτης ἀγῶνα; ἐνθυμηθεὶς μὲν Δημόκριτον ἐλευθερώσαντα λοιμοῦ ποτε Ἀβδηρίτας[8], ἐννοήσας δὲ Σοφοκλέα τὸν Ἀθηναῖον[9], ὃς λέγεται καὶ ἀνέμους θέλξαι, τῆς ὥρας[10] ὑπερπνεύσαντας· ἀκηκοὼς δὲ τὰ Ἐμπεδοκλέους[11], ὃς νεφέλης ἀνέσχε[12] φορὰν, ἐπ' Ἀκραγαντίνοις ῥαγείσης.

Ἐπικόπτει με ὁ κατήγορος· ἀκήκοας γάρ πω καὶ σὺ, ὦ βασιλεῦ, καί φησιν, οὐκ ἐπειδὴ σωτηρίας αἴτιος Ἐφεσίοις ἐγενόμην γράφεσθαί με, ἀλλ' ἐπειδὴ προεῖπον ἐμπεσεῖσθαί σφισι τὴν νόσον· τοῦτο γὰρ ὑπὲρ σοφίαν εἶναι καὶ τερατῶδες, τῆς δ' ἐπὶ τοσόνδε ἀληθείας οὐκ ἂν ἐφικέσθαι με, εἰ μὴ γόης τε ἦν καὶ ἀπόρρητος. τί γὰρ ἐνταῦθα ἐρεῖ Σωκράτης, ὑπὲρ ὧν ἔφασκε τὸ δαιμόνιόν μανθάνειν; τί δὲ Θαλῆς τε καὶ Ἀναξαγόρας, τὼ Ἴωνε; ὁ μὲν εὐφορίαν τὴν τῶν ἐλαιῶν[1], ὁ δὲ πολλὰ τῶν οὐρανίων παθῶν[2] προειπόντε;

---

primis, assidui esse solebant aegroti. Cui *incubare* propterea dicuntur phrasi Plautina in Curculione lib. II. sc. 2.

4 τάττωμεν] ita legendum puto. Editi τάττομεν habent.

5 ἐκσπόνδους] editi ἐκ ἐκσπόνδους. ἐκ omisimus, natum ex repetitione syllabae ἐκ. Nisi malis ἐκ ἐνσπόνδους, quod est in cod. Vrbin.

6 ἐκ τῆς καθαρ. Ἀττ.] Androclus nempe, Codri, Atheniensium Regis, filius, Caribus iis locis eiectis, coloniam eo deduxit, Ephesumque condidit. Strabo lib. XIV. p. 632.

7 διὰ τὸ ὑπερήκειν τῆς γῆς] Ephesum dicit προβεβληθαι ἐπὶ τ. θάλατταν h. e. in mare vergere, eo quod terra, in qua condita sit, linguam faceret, h. e. in mare longius procurreret, hoc enim est, quod ait ὑπερήκειν τὴν γῆν ἐφ' ἧς ᾠκίσθη.

8 Δημόκ. ἐλευθερ. λοιμ. π. Ἀβδ.] nihil ea de re Diogen. Laërtius, nisi quod lib. IX. s. 39. ob multa praedicta vt Deum veneratos Democritum Abderitas dicat, addique hoc poterat ceteris praetermissis a Laërtio, quae suppleuit ad finem notarum in vitam Democriti Aegidius Menagius.

9 Σοφοκλ. τὸν Ἀθην.] nempe ille θεοφιλὴς, quod autor graecus anonymus vitae eius demonstrat ex eo, quod de cratere ex Herculis templo furto ablato per somnum diuinitus fuerit admonitus, qua de re vid. etiam Ciceron. de diuinat. lib. II. Aesculapium quoque ad eum diuertisse Plutarch. in *Numa* refert: vt alia taceam eius commatis, inter quae etiam referendum quod h. l. commemoratur.

10 τῆς ὥρας] nescio an non scribendum potius τῆς χώρας, vt sensus sit eum ventos arcuisse, *illa regione* saeuientes.

11 Ἐμπεδοκλέους] Empedoclem ventos Acrigentinis noxios cohibuisse, κωλυσανέμων inde dictum memorat Porphyrius vit. Pythag. p. 193. Diog. Laert. lib. VIII. segm. 60. ceterique autores ibi a viris doctis allegati. Eorum quae hic leguntur, nullum alibi inueni vestigium: nisi forte Gorgiae Leontini versum huc referas ib. s. 61. vbi ita de Empedocle inter alia:

θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινὴ
κείριον αὐχμοῦν.

Sane enim ad vehementem pluuiam aptissime, quae de Empedocle memorat Apollonius, retuleris.

12 ἀνέσχε] male editi ἂν ἔχει.

Sect. 9. 1 εὐφορ. τὴν τῶν ἐλαιῶν] vide Diogen. Laërt. vita Thaletis sect. 26. similia de Democrito habet Plinius lib. XVIII. segm. 58.

2 τῶν οὐρανίων παθῶν] lapidem ex sole prolapsurum praedixisse Anaxagoram supra obseruatum lib. I. cap. 2. item pluuiam coelo sereno vid. ibid.

ἢ γοητέυοντε προειπεῖν ταῦτα; καὶ μὴν καὶ ὑπήχθησαν ἔτοι δικαστηρίοις ἐφ' ἑτέραις αἰτίαις[3], καὶ ὀδαμοῦ τῶν αἰτιῶν εἴρηται γόητας εἶναι σφᾶς, ἐπειδὴ προγιγνώσκουσι. καταγέλαστον γὰρ τοῦτο ἐδόκει, καὶ ὅδ' ἐν Θετταλίᾳ πιθανὸν κατ' ἀνδρῶν λέγεσθαι σοφῶν, ἃ τὰ γύναια[4] κακῶς ἤκουσεν ἐπὶ τῇ τῆς σελήνης ἕλξει. πόθεν οὖν τοῦ περὶ τὴν Ἔφεσον ἀήθως ἠσθόμην; ἤκουσας μὲν, καὶ τοῦ κατηγόρου εἰπόντος, ὅτι μὴ κατὰ τοὺς ἄλλους διαιτῶμαι· κἀμοὶ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ σιτίων, ὡς λεπτὰ καὶ ἡδίω τῆς ἑτέρων Συβαρίδος[5], ἐν ἀρχῇ εἴρηται[6]. τοῦτό μοι, ὦ βασιλεῦ, τὰς αἰσθήσεις ἐν αἰτίᾳ τινὶ ἀπορρήτῳ[7] φυλάττει, κἀκ ἐᾷ θολερὸν[8] περὶ αὐτὰς ὀδὲν εἶναι, διορᾷν τε, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ αὐγῇ, πάντα γιγνόμενά τε καὶ ἐσόμενα. ὁ γὰρ περιμενεῖγε ὁ σοφὸς τὴν γῆν ἀναθυμιῶσαν, ἢ τὸν ἀέρα διεφθαρότα, ἢν τὸ δεινὸν ἄνωθεν ῥέῃ· ἀλλὰ ξυνήσει αὐτῶν καὶ ἐπὶ θύραις ὄντων, ὕστερον μὲν ἢ θεοὶ, θᾶττον δὲ ἢ οἱ πολλοί. θεοὶ μὲν γὰρ μελλόντων, ἄνθρωποι δὲ γιγνομένων, σοφοὶ δὲ προσιόντων αἰσθάνονται. λοιμῶν δ' αἰτίας ἰδίᾳ, βασιλεῦ, ἐρώτα[9], σοφώτεραι γὰρ ἢ ἐς τοὺς πολλοὺς λέγεσθαι. ἀρ' οὖν τὸ ὕτω διαιτᾶσθαι λεπτότητα μόνον ἐργάζεται τῶν αἰσθήσεων, ἢ ἰσχὺν[10] ἐπὶ τὰ μέγιστά τε καὶ θαυμασιώτατα. θεωρεῖν δ' ἔξεσιν ὃ λέγω καὶ ἀπ' ἄλλων μὲν, ἐχ ἥκιστα δὲ κἀκ τῶν ἐν Ἐφέσῳ περὶ τὴν νόσον ἐκείνην πραχθέντων. τὸ γὰρ τοῦ λοιμοῦ εἶδος, πλωχῷ δὲ γέροντι εἴκασο[11], καὶ εἶδον, καὶ ἰδὼν εἶλον, ὁ παύσας νόσον, ἀλλ' ἐξελών. ὅτῳ δ' ἐυξάμενος, δηλοῖ τὸ ἱερὸν[12], ὃ ἐν Ἐφέσῳ ὑπὲρ τούτου ἱδρυσάμην, Ἡρακλέης μὲν ἀποτροπαίου[13] ἐστί.

fuere? Certe & illi rapti ad tribunalia fuere alias ob cauſas: neque tamen vlla parte libellorum, quibus accuſabantur, dictum magos eos eſſe, eo quod futura cognita haberent. Nempe riſu id dignum viſum eſſet; neque vel apud Theſſalos vlla veroſimilitudine viris ſapientibus exprobrare poſſis, vbi mulierculae ob deductam coelo lunam male audiebant. At vnde ergo illud quod Epheſo contigit inſolens praeſenſi? Audiuiſti ipſum dicere aduerſarium, eodem cum vulgo me victu haut vti: & ipſi quoque mihi de cibo meo, vt tenuis ſit, Sybariticiſque aliorum deliciis magis iucundus, ſub initium dictum fuit. Hoc igitur mihi, Imperator, arcanae loco eſt cauſae quae conſeruat meos ſenſus, nec iis quicquam obſcurum eſſe ſinit, ſed vt perſpiciant perinde ac in ſplendidiſſimo ſpeculo omnia [efficit,] praeſentia pariter atque futura. Neque enim expectabit ſapiens, dum vapores terra emittat, aut aër corrumpatur, ſi ex ſuperioribus forte manauerit malum; verum ſentiet talia, etiam ſi immineant, ſero quidem magis quam Dii, citius tamen quam vulgus hominum. Nempe futura *Dii* ſentiunt, *homines* praeſentia, appropinquantia *ſapientes*. Peſtis autem cauſas, o Imperator, priuatim ex me ſciſcitare: ſunt enim ſapientiae reconditae magis, quam vt in vulgus edi poſſint. Haec ergo victus ratio ſenſuum ſola efficit ſubtilitatem, virtutemue magnis rebus planeque ſtupendis idoneam. Hoc autem quod dico, cum ex aliis perſpicere licet, tum ex eo maxime, quod Epheſi morbo iſti eſt factum. Morbi enim forma mendicum referebat veteranum: vidi autem ego, & viſum deprehendi, non ſedans morbum, ſed e medio tollens. Cuius implorata [id factum ſit] ope, declarat ſacra ſtatua Epheſi huius rei gratia a me dedicata, quae Herculis eſt auerrunci.

---

3 ἐφ' ἑτέραις αἰτίαις] impietatis accuſatus Anaxagoras vide Diog. Laërt. II, 12. & ibi a viris doctis obſeruata.

4 τὰ γύναια] nempe feminae tantum Theſſalae γοητείᾳ famoſae. confer. & ſchol. ad Ariſtoph. Nubes p. 167. & ex eo Suidas in Θετταλὴ γυνή. Vt fidem ne ibi quidem, vbi maxime γοητεία frequens, reperturus ſit, qui virum, nedum ſapientem, γόητα dicat.

5 Συβαρίδος] vt hic de luxu in cibis, ita ſupra lib. IV. c. 19. de luxu in veſtibus vſurpatum.

6 ἐν ἀρχῇ εἴρηται] ſupra ſect. 4. huius apologiae.

7 ἐν αἰτίᾳ τινὶ ἀπορῥ.] paulo rarior eſt iſte praepoſitionis ἐν vſus. Nempe hoc ſibi vult. diaetam illam, *tanquam* cauſam occultam, vel *loco* cauſae occultae, iſtud emolumentum ſibi adferre. Vſum illum H. Steph. obſeruauit, ἐν φαρμάκῳ ἐσι *vice medicamenti eſt*, taliaque multa paſſim apud autores occurrunt.

8 θολερὸν] vid. notata ad lib. I. cap. 8. circa fin.

9 ἰδίᾳ βασ. ἐρώτα] nempe cauſas eſſe Imperatoris impietatem & obſcoenas nuptias dicere volebat. Vide ſupra huius libri cap. 5.

10 ἢ ἰσχὺν] malim legi ἢ ἰσχύει.

11 πτωχῷ δὲ γέρ. ἴκασο] vide ſupra lib. IV. cap. 10.

12 ἱερὸν] non *templum*, vt Interpp. priores, ſed ſtatuam, vt patet ex lib. IV. c. 10. Ceterum δὲ, hic minus commodo loco poſitum non videbitur, ſi obſeruetur illi mox ſequens κὴ reſpondere, legitur tamen apud Euſebium adu. Hierocl. c. 26. πτωχῷ ῷδε ἀγείροντι.

13 Ἡρακλέης μὲν ἀποτροπ.] nota res de Diis *auerruncis* ſiue ἀποτροπαίοις. Quantum ad Herculem ἀποτροπαῖον, alibi quoque ille cultus, ἀλέξιδος & ἀλεξικάκου nomine, eandem ob cauſam, ob quam Epheſi ἀποτροπαῖος Hercules cultus eſt Apollonii autoritate: Scholiaſt. ad Ariſtophan. Ran. p. 235. ἐν Μελίτῃ ἐστὶν ἐπιφανέστατον Ἡρακλέους ἱερὸν Ἀλεξικάκου (ſic enim lego pro ἀλεξίκακον) — ἢ δὲ ἵδρυσις ἐγένετο κατὰ μίγαν ΛΟΙΜΟΝ, ὅθεν κὴ ἐπαύσατο ἡ νόσος, πολλῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων. Eſt autem *Melite* vbi illud Herculis ἱερὸν *pagus Atticus*, vt eidem obſeruatum Grammatico. Male igitur ad *Melitam* inſulam haec referebat Burchardus Niderſtedt, *Melita* vet. & nou. lib. I. c. 6. in qua veſtigia etiam templi illius Herculis ἀλεξικάκου rimatur. Quem euitare potuiſſet errorem, ſi non ſolis ſiſus Heſychii verbis, καλεῖται ὁ ἐν Μελίτῃ Ἡρακλῆς ἀλεξίκακος, locum ſimul Ariſtophanis, cuius ille indicium facit, euoluiſſet. Ariſtides quoque orat. in Herculem τὸν ἀλεξι-

Ipſum

Ipſum autem adiutorem mihi poſcebam, quoniam ſapientia pariter valens ac fortitudine peſte Elidem quondam purgauit, vapores noxios fluuio ammiſſo purgans, quos terra exhalabat, cum imperante Augia iſthac eſſet delatus. Quem igitur, o Imperator, putes cum magus videri cum maxime ambiat, Deo tribuere, quod ipſe fecerit? aut quos habiturum artis admiratores, ſi ad Deum referat id quod mirabile eſt? Quem item Herculem inuocaturum magus qui ſit? Talia nempe miſeri illi homines ſcrobilo tribuunt, & inferis Diis, in quibus Hercules cenſeri non poteſt: purus eſt enim & benignus hominibus. Eiuſdem aliquando in Peloponneſo quoque imploraui auxilium. Lamiae enim ſpectrum quoddam Corinthum infeſtabat, adoleſcentes forma praeſtantes exedens: praeſtititque in eo certamine auxilium mihi neque magnis ad eam rem opus muneribus fuit, ſed placenta tantum ac thure, & hoc ipſo quod ſaluti hominum conducens aliquid efficiendum eſſet. Hoc ipſum enim laborum etiam mercedem eſſe duxit Euryſtheo exantlandorum. Noli aegre ferre, o Imperator, quod Herculis geſta audias. Curae enim Palladi fuit, quo-

ξυνεργὸν δ' αὐτὸν εἱλόμην, ἐπειδὴ σοφός τε καὶ ἀνδρεῖος ὢν [14], ἐκάθηρέ ποτε λοιμὸν τὴν Ἠλιν, τὰς ἀναθυμιάσεις ἀποκλύσας [15], ἃς παρεῖχεν ἡ γῆ, κατ' Αὐγείαν ἐπιὼν τυραννέουντα· τίς ἂν ὢν σοι, βασιλεῦ, δοκῇ, φιλοτιμούμενος γόης φαίνεσθαι, θεῷ ἀναθεῖναι ὁ αὐτὸς εἴργα [16]; τίνας δ' ἂν κτήσασθαι θαυμαστὰς [17] τῆς τέχνης, θεῷ παρεὶς τὸ θαυμάζεσθαι; τίς δ' ἂν Ἡρακλεῖ ἔυξασθαι, γόης ὢν; τὰ γὰρ τοιαῦτα οἱ κακοδαίμονες βόθροις ἀνατιθέασι [18], καὶ χθονίοις θεοῖς, ὧν τὸν Ἡρακλέα ἀποτακτέον· καθαρὸς γὰρ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἔυνους [19]. ἠυξάμην αὐτῷ καὶ ἐν Πελοποννήσῳ ποτέ. Λαμίας γάρ τι φάσμα κακεῖ [20] περὶ τὴν Κόρινθον ἦλυε, σιτούμενον τῶν νέων τὰς καλάς. κἀ ξυνήραλό μοι τῷ ἀγῶνος, ἐ θαυμασίων δεηθεὶς δώρων, ἀλλὰ μελιτ[ούτης, καὶ λιβάνωτῷ, καὶ τῷ ὑπὲρ σωτηρίας τι ἀνθρώπων ἐργάσασθαι τοῦτο γὰρ [21] καὶ κατὰ τὸν Ευρυσθέα, μισθὸν τῶν ἄθλων ἡγεῖτο [22]. μὴ ἄχθε, βασιλεῦ, τὰ Ἡρακλέους ἀκούων. ἔμελε γὰρ αὐτῷ τῇ Ἀθηνᾷ [23],

---

κάκιστ ἐπωνυμίαν Ἡρακλεῖ ἐν πρώτοις δεδόσθαι ait. Moxque addit Κῶοι δὲ, ὡς ἐγὼ μέμνημαι, καὶ Ἀλεξιν τὸν Ἡρακλέα νομίζουσι. At pertinent etiam ad rem noſtram, quae ſequuntur apud eundem εἶναι δ' αὐτῷ τοῦτο ἐπιδόμενον ἰᾶσθαι δὲ Ἡρακλες Ασκληπιέ. Quibus ſubiungit εἰ ταῦτ' ἀληθῆ καὶ κύρια, καλὸν ἄν τι χρῆμα καὶ τοῦτο συζυγίας πεφηνὸς εἴη ὁ καλλίνικος ἅμα τῷ ΣΩΤΗΡΙ. Eſt igitur ἀλεξίκακος Melitae, Ἀλέξις apud *Coos* Hercules, qui ἀποτροπαῖος Epheſi. Singulare autem eſt quod Lactantius habet lib. V. Inſtitut. p. 426. *Ipſius Apollonii ſimulacrum eſſe, quod ſub Herculis ALEXICACI nomine conſtitutum, ab Epheſiis honoretur.* Quod commentum eſt Lactantii, cui Philoſtratus occaſionem, niſi negligentiſſime inſpectus, dediſſe non poteſt.

14 σοφός τε καὶ ἀνδρ. ὤν,] vnde & Palladem σοφίας καὶ ἀνδρείας θεὸν eius curam geſſiſſe dicit, vid. paulo poſt not. 33.

15 τὰς ἀναθυμ. ἀποκλύσας] nempe *flumine ammiſſo*, vt habet Hygin. Fab. XXX, & vt Diodorus lib. II. ἐπαγαγὼν τὸν Πηνειὸν καλούμενον ποταμὸν Augiae ſtercus bouile Hercules purgauit. Seruius tamen Alfeo *ammiſſo* hoc factum ait, Peneum & Alfeum coniungit Apollodorus. Quod vero de Augiae ſtabulis fabula ait, de peſte σοφῶς interpretatur philoſophus.

16 τίς ἂν ὢν σοι β. δοκῇ, φιλοτιμ. γόης φ. θεῷ ἀναθεῖναι ὁ αὐτὸς εἴργασαι] inſignis locus Philoſtrati, lib. I. de vitis Sophiſt. vbi de *Protagora*, optime haec illuſtrat. Vbi Perſarum magos ἐπιθειάζειν ait οἷς ἀφανῶς θεῶσι· τὴν δὲ ἐκ φανερᾶς δόξαν τῆς θείας καταλύειν, ἃ βουλόμενος δοκεῖν παρ' αὐτῷ δύνασθαι. *Priuatim quidem peragere ea quae ad Deorum opem ſolicitandam pertineant, nolle tamen videri ab illis ſim, qua polleant, habere.*

17 θαυμαστὰς] male mutatum cupiebat Morell. in θαυμασὰ.

18 βόθροις ἀνατιθ.] vid. ſupra ad lib. VI. c. 11. fin. & lib. IV. c. 15. n. 1.

19 καθαρὸς γὰρ καὶ τ. ἀνθρώποις ἔυνους] nempe *Magici* illi *Dii*, vt vocantur in antiqua inſcriptione, *impii* ſunt & homini noxii, vnde ad eos Gutherius lib. IV. de iure Pontif. c. 8. antiquam aram epigraphen refert, in qua eſt FATIS DERVONIBVS, quod δαίμοσιν ἀνατρέπουσι h. e. *Diis euerſoribus*, interpretatur, ex gloſſa antiqua, quae *deruit* ἀνατρέπει exponit. Hinc & ἐυχαὶ καθαραὶ in oppoſitione ad preces & ſacra magica quae βέβηλα ſint, apud Heliodorum lib. VI. ſ. 14. Ceterum ad Herculis in humanum genus ἔυνοιαν ſpectant quoque quae paulo poſt habet, nullo alio inquiens ſe opus habuiſſe ad Herculem ſibi conciliandum illectamento, quam quod humano generi ſuis ſtudiis conſuleretur, quemadmodum & Euryſtheo eam ob cauſam vnice obnoxius fuerit. Eo pertinet illuſtris Diodori Sic. locus lib. IV. p. 155. Vbi Herculem inſtituiſſe ait, vt coronae non pecuniae in olympicis victori praemium eſſent: ὅτι καὶ αὐτὸς ΕΥΡΗΓΕΤΗΣΕ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ΟΥΔΕΝΟΣ λαβὼν ΜΙΣΘΟΝ. Non praetereundus Artemidori locus lib. II. Onirocrit. c. 42. vbi *Herculem* in ſomno oblatum πᾶσι τοῖς ἐυπεροιστέροις καὶ κατὰ νόμον ζῶσιν ἀγαθὸν ait, καὶ μάλισα ἰὰν πρός τινα ἀδικοῦνται. ἀεὶ γὰρ ὁ θεὸς, καὶ ὅτε ἦν ἐν ἀνθρώποις, ἐπήμυνε τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ ἐτιμώρει τοῖς δὲ παρανόμοις, καὶ τοῖς ἄδικόν τι πράτουσι τιμωρὸς ὁ θεὸς, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον. Eo etiam pertinet quod ἀνθρωποθυσίας in Italia abolendae autor fuerit, ob quam ſolam cauſam inprimis φιλάνθρωπον *Amaſin*, Aegypti regem ſupra praedicabat Apollonius. Imo & ad Herculis φιλανθρωπίαν pertinent paulo ante dicta n. 25.

20 Λαμίας γάρ τι φάσμα κακεῖ] vid. ſ. l. IV. c. 24.

21 τοῦτο γὰρ] hoc ipſum, nempe quod hominum ſalus promoueretur, praemium ſibi duxit.

22 καὶ κατὰ τὸν Ευρυσθέα, μισθ. τ. ἄθλ. ἡγεῖτο] nempe Herculem Euryſtheo nullam aliam ob cauſam obnoxium fuiſſe ait, XII. labores imperanti, quam vt humano generi benefaceret. Nam iſti labores maximam partem ad monſtra domanda, aliaſque peſtes humani generis extinguendas pertinebant, vid. Hygin. Fab. XXX.

23 τῇ Ἀθηνᾷ] quae vt ſupra oſtenſum *familiare* Domitiani *numen* & in praecipuo apud eum honore: eam vero Herculis curam geſſiſſe ait, quae nempe *Armipotenti* pariter ac ſapientiae praeſes Dea eſſet: nam & Hercules ſapientiae pariter ſtudiis floruit, vt notiſſima fabula de eligendo vitae genere prodit, qua virtutis vitiique ſiſtitur arbiter, vnde & *philoſophus* dictus eſt quibuſdam: & armorum valebat virtute, vnde Apollonio paulo ante σοφός τε καὶ ἀνδρεῖος dicitur. Praeſto autem Herculi in laboribus ſuis Palladem fuiſſe antiquiſſimus autor Homerus

ἐπειδὴ χρηστὸς καὶ σωτήριος [24] τοῖς ἀνθρώποις.

Αλλ' ἐπεὶ κελεύεις με ὑπὲρ τῆς θυσίας ἀπολογεῖσθαι, τετὶ γὰρ καὶ τῇ χειρὶ ἐνδείκνυσαι, ἄκουε ἀπολογίας ἀληθοῦς. ἐγὼ γὰρ πάνθ' ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων πράττων, ὅπως ὑπὲρ αὐτῶν ἔθυσα, οὐδ' ἂν θύσαιμι οὐδέν, οὐδ' ἂν θίγοιμι ἱερῶν ἐν οἷς αἷμα, οὐδ' ἂν εὐξαίμην ἐς μάχαιραν βλέπων ἢ θυσίαν ἣν φῄς. ὦ Σκύθην με, ὦ βασιλεῦ, ἤρηκας, οὐδ' ἐκ τῆς ἀμίκτου [1] ποθέν· οὐδ' ἐπέμιξά πω Μασσαγέταις, ἢ Ταύροις [2], ὡς κἀκείνους ἂν τῶν τῆς θυσίας ἔθους μετέβαλον, ἀνοίας δ' ἂν ποῖ ἤλαυνον [3]; πλεῖστα μὲν ὑπὲρ μαντικῆς διαλεγόμενος, καὶ ὅπῃ ἔρρωται, ἢ μή. ἄριστα δ' ἀνθρώπων ἠσθημένος, ὅτι τὰς αὐτῶν βλάβας οἱ θεοὶ τοῖς ὁσίοις τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσι, καὶ μὴ μαντευομένοις, φαίνουσι, μιαιφονίας ἅπτομαι καὶ σπλαγχνων ἀθύτων ἐμοὶ, καὶ ἀκαλλιερήτων; ἐφ' οἷς ἀπέλιπεν ἄν με καὶ ἡ τῶν δαιμονίων ἐμφὴ, μὴ καθαρὸν ὄντα. καὶ μὴν, εἴ τις ἀφελὼν τὸ τῆς θυσίας μῖσος ἐξετάζοι τὸν κατήγορον, πρὸς ἃ μικρῷ πρόσθεν εἴρηκεν, ἀπαλλάττοι με τῆς αἰτίας αὐτός. ὃν γάρ φησι προειπεῖν Εφεσίοις τὴν νόσον, θυσίας οὐδεμιᾶς δεηθέντα, τί σφαγίων ἐδεήθην [5] ἂν ἐφ' ᾧ καὶ μὴ θυσαμένῳ παρῆν εἰδέναι; μαντικῆς δὲ τί ἐδεόμην, ὑπὲρ ὧν αὐτός τε ἐπεπείσμην, καὶ ἕτερος; εἰ γὰρ ὑπὲρ Νερῶν καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν κρίνομαι, λέξω πάλιν, ἃ

niam benignus fuit & ſalutaris hominibus.

X. Sed quoniam me iubes ob ſacrificium cauſam dicere, hoc enim manu etiam ſignificabas, ingenuam audi defenſionem. Ego nempe qui omnia, quae hominibus ſalutaria ſint, facere cupiam, nunquam pro ipſis ſacrificaui tamen, neque ſacrificare velim quippiam, nec ſacra attingere cruenta, nec vota ſuſcepero cultro ob oculos poſito, aut tali quale tu intelligis ſacrificio. Non Scytham me, o Imperator, tenes, nec terra natum, in qua nulla ſocietatis iura valeant: neque vnquam cum Maſſagetis aut Tauris ſacris communibus vſus ſum, adeo vt eos etiam ad abrogandum cruentorum ſacrificiorum morem adduxerim, amentiaeque egerim reos, multis de vaticinandi facultate, & qua ratione illa valeat vel minus prolatis. Egone ergo (qui omnium mortalium maxime perſpectum habeam, quod ſua Dei conſilia puris & ſapientibus patefaciant viris, etiamſi vaticinia non captent,) caedi manus adhibeam, viſceribuſque, quorum mihi in ſacris interdictum eſt vſu, imo infandis? ob quae me diuina vis futura praecinendi relictura potius erat, impurum quippe. Praeterea, ſi quis hoc etiam ſepoſito, quod deteſtabilia plane iſta mihi ſint ſacra, examen ſubire iuſſerit aduerſarium, de eis quae paulo ante dixit, ipſemet me ille abſoluet. Quem enim Epheſiis peſtem praedixiſſe ait, nullo opus habentem ſacrificio, cur cruentis ſacris opus habere cenſet ad ea, quae ſine ſacrificio etiam praenoſcere poterat? Imo quid diuinatione opus ad ea, de quibus mihi ipſi iampridem perinde ac aliis erat perſuaſum? Si propter Neruam enim eiuſque familiares iudicium ſubeo, rurſus eadem dicam, quae dixi an-

---

Iliad. B'. v. 362. ſqq. vbi Ioui exprobrans beneficiorum in Herculem a ſe collatorum obliuionem Pallas:

ἠδίστι τῶν μέμνηται, ἃ οἱ μάλα πολλάκις υἱὸν τειρόμενον σώεσκον ὑπὸ Ευρυσθῆος ἀέθλων &c.

quae etiam allegantur Pauſan. lib. VIII. c. 18. Idem lib. V. c. 17 Palladem ei praeſto quoque fuiſſe narrat, hydram ad Amymones fluuium conficienti. Et in Megarenſium theſauro e cedro ſigna ſuperinducta auro memorat: in quibus Herculis cum Acheloo pugna, & Mars Αχελώῳ βοηθῶν, καὶ Αθηνᾶς ἄγαλμα, ἅτε ἕσα τῷ Ηρακλεῖ σύμμαχος. lib. VI. c. 20. p. 500. Imo eandem cum prae furore patrem Amphitruonem interimere vellet, τὸν λίθον τὸν σωφρονιστῆρα in eum coniecisse, quo ictus ſomno ſe dederit. vid. eund. lib. IX. cap. 2. qui & lib. III. c. 18. in ſella Amyclaei ſculptam ait Αθηνᾶν (ἐς ἐρανὸν) ἄγουσαν Ηρακλέα συνοικήσοντα ἀπὸ τότε θεοῖς.

24 σωτήριος] σωτῆρος nomen medicorum *Apollini* & *Aeſculapio* inprimis frequens, poſt quem & ipſis *medicis* id datum haut raro: Ariſtaeneti & Theophylacti Simocattae eam in rem loca allegauit vir Ill. Ez. Spanhemius diſſ. 7. de P. & V. numiſm. p. 417. edit. nou. Herculem itaque hoc loco ob praeſtitam medicinam inprimis σωτήριον vocari apparet. Eo pertinet locus Ariſtidis quoque ante allegatus, quo poſtquam Ἰὴ παιὰν Ηρακλες Ασκληπιὲ Herculi acclamatum eſſe docet, quae ad morborum pellendorum vim compellatio pertinet, addit pulcram rem eſſe, quod coniuncta adeo nomina Hercules poſſideat, καλλινίκη καὶ σωτῆρος. Eodem igitur ad morbum Epheſi pulſum reſpectu σωτήριον Herculem h. l. dici non dubito. Quamuis alias ob beluas confectas & tyrannos interemtos ΣΩΤΗΡΟΣ nomen ei tribui vt l. c. vir illuſtris obſeruauit, dubium eſſe nequeat.

Sect. 10. 1 ἐὼ' ἐκ τῆς ἀμίκτου] vide ſupra ad l. V. c. 29.

2 Μασσαγέτ. ἢ Ταύρ.] apud Scythas, in quibus Maſſagetae & Tauri, ἀνθρωποθυσίαν receptam fuiſſe notum, vid. & ſ. lib. VI. c. 20. n. 5.

3 ἀνοίας δ' ἂν ποῖ ἤλαυνον] eo, quo hic vertimus ſenſu, Budaeus verbum ἐλαύνειν accipi putat in iſtis epiſtolae Heracliti ad Hermodorum: Ηράκλειτος ἐλαύνεται ἀσεβείας quod vertit *Heraclitus arceſſitur impietatis*. Ceterum Apollonii ad eas gentes ἀποδημίας nullum alibi in hac hiſtoria extat veſtigium.

4 πλεῖστα μὲν] editi ἵνα πλεῖστα μὲν. Turbabat totam orationem illud ἵνα, a nobis propterea omiſſum.

5 τί σφαγίων ἐδεήθην] mutat σχῆμα λέξεως varietatis ſtudio. Si enim eadem pergendum conſtructione, dicendum τί σφαγίων δεῖσθαι λέγει, quod in verſione ſequendum quoque fuit.

tea,

ea, cum eam mihi dicam impingeres. Nempe Neruam omni dignum eſſe autoritate laudeque omni, conſiliorum autem parum dextrum executorem exiſtimo. Corpus enim morbo habet fractum, quo ipſo mens etiam aegritudine impletur, ita vt ne rei quidem familiari par ſit. Te autem & a corpore laudat, & a mente; faciens, vt puto, quod probabile eſt, ita enim procliuius eſſe humanum ingenium ſolet ad ea laudanda, ad quae vires ſibi haut ſuppetant. At & ſingularis eius eſt qua mecum verſatur modeſtia: neque ridentem illum me praeſente vnquam vidi, nec iocis vllo modo indulgentem, ſicut inter amicos fieri aſſolet; ſed, vt adoleſcentuli apud parentes praeceptoreſue ſuos, verecunde profert, quicquid me praeſente loquitur, imo & rubore ſuffunditur. Cumque mihi modeſtiam maxime nouerit probari, adeo eius eſt ſtudioſus vehementer, vt ipſi quoque mihi modum excedere in ſe ipſo demittendo videatur. Quomodo igitur credibile putet quiſquam principatum Neruam affectare, contentus qui ſit, ſi familiam gubernare valeat? Vel de rebus arduis mecum conferre, qui ne de exiguis quidem loqui mecum audeat? Vel communicare conſilia, de quibus ne cum aliis quidem, ſi meam ſequatur ſententiam, conferat? Aut qui ego ſapiens habear amplius, diuinatrici ſi fidem habeam arti, ſapientiae autem non habeam? Orfitum ac Rufum vero, probos quidem ac moderatos viros, quietos tamen, quod ſatis ſcio, cum de principatu occupando ſuſpectos aiunt, neſcio an in his magis, an in Nerua aberrent: an item hiſce conſiliariis principatum inuaſurum Neruam, an vero eius rei ipſi autores fore iſtos magis ſit veroſimile?

XI. Praeterea eum, qui me in ius vocare ob talia vellet, id quoque animo perpendere par erat, quo ego conſilio operam nauare res nouas molientibus poſſim? Pecunias

καὶ πρώην εἶπον[6], ἡνίκα ἠτιῶ ταῦτα. Νερόαν γὰρ ἄξιον μὲν ἀρχῆς ἡγοῦμαι πάσης, καὶ λόγου παντὸς ἐς εὐφημίαν[7] ἥκοντος, ἀγωνιστὴν δὲ φρονήσεως ἀ χρηστόν[8]. καταλέλυται γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς νόσου[9], δι' ἣν καὶ ἡ γνώμη μετὴ ἄτης, καὶ οὐδὲ τὰ οἰκοι ἱκανή. σὲ γοῦν ἐπαινεῖ μὲν σώματος[10], ἐπαινεῖ δὲ γνώμης, εἰκὸς μέν, οἶμαί, τι πράττων, προθυμοτέρα δ' ὅτως ἡ ἀνθρωπεία φύσις ἐπαινεῖν, ἃ μὴ αὐτὴ ἔρρωται. πέπονθε δέ τι καὶ πρὸς ἐμὲ χρηστὸν[11] Νερόας. καὶ ὅτε γελάσαντά πω αὐτὸν ἐπ' ἐμοῦ οἶδα, ὅτε ἐυηθισάμενόν τι τῶν εἰωθότων ἐν φίλοις· ἀλλ', ὥσπερ τὰ μειράκια πρὸς τοὺς πατέρας τε καὶ διδασκάλους τοὺς αὐτῶν, ἐυλαβῶς μὲν φθέγγεται τὸ ἐπ' ἐμοῦ πᾶν, ἐρυθριᾷ δὲ ἔτι. εἰδὼς δὲ τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινοῦντά με, ὅτω τι ἄγαν ἐπιτηδεύει αὐτὸ, ὡς καὶμοὶ ταπεινότερος τοῦ μετρίου φαίνεσθαι. πῶς οὖν πιθανὸν ἡγήσαιτο ἄν τις, ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι Νερόαν, ἀγαπῶντα εἰ τῆς ἑαυτοῦ οἰκίας ἄρξοι ἢ ὑπὲρ μεγάλων διαλέγεσθαί μοι, τὸν μήδ' ὑπὲρ μικρῶν τεθαρρηκότα; ἢ ξυνάπτειν ἐμοὶ γνώμην, ὑπὲρ ὧν μήδ' ἂν πρὸς ἄλλον[12], εἰ τὸμὸν ἐνεθυμήθη, ξυνῆψεν; ἢ πῶς ἔτ' ἐγὼ σοφὸς[13], μαντικῇ μὲν πιστεύων, ἀπιστῶν δὲ σοφίᾳ; τὸν δὲ Ορφιτον, καὶ τὸν Ροῦφον, δικαίους[14] μὲν καὶ σώφρονας, νωθροὺς[15] δὲ ἄνδρας, ὡς ἔυ οἶδα, εἰ μὲν ὡς τυραννεύσοντας διαβεβλῆσθαί φασιν, οὐκ οἶδ' εἴ τε τούτων πλέον διαμαρτάνουσιν, εἴ τε Νερόα· εἰ δ' ὡς ξυμβούλω γεγονότε πιθανώτερος ἀρχῇ ἐπιθέσθαι Νερόας, ἢ οἳ δε ξυμβουλεῦσαι;

Αλλὰ μὴν τόν γε ὑπὲρ τούτων κρίνοντα, καὶ κεῖνα εἰκὸς ἦν ἐνθυμεῖσθαι, τί ἐβούλετό μοι τὸ ξυλλαμβάνειν τοῖς ἐπὶ νεώτερα ἥκουσι; χρήμα-

6 ἃ καὶ πρώην εἶπον] ſ. lib. VII. cap. 33.

7 ἐς εὐφημίαν] ſic ex cod. Palatin. Editi ἐπ' εὐφημίαν.

8 ἄγων. δὲ φροντ. ἃ χρηστόν] ſic Vrbinas & Palatin. editi χρήσιμον. Ceterum vide ad lib. VII. c. 33. not. 2.

9 ὑπὸ τῆς νόσου] nempe vt habet Dio libri LXVIII. initio Νερόας ὑπὸ τῆς γήρως καὶ ὑπ' ἀῤῥωστίας, (ἀφ' ἧς καὶ τὴν τροφὴν ἀείποτε ἤμεν) ἦν ἀσθενέστερος.

10 ἐπαινεῖ μὲν σώματος] *nempe pulcer ac decens* Domitianus, *maxime in iuuenta, & quidem toto corpore, exceptis pedibus.* Sueton. Domit. c. 18.

11 χρηστὸν] editi χρήσιμον habebant: verum autoritate codicum noſtrorum χρηστὸν ſcripſimus. χρηστὸν autem hoc loco modeſtiam notare manifeſtum ex ſequentibus fit. Similis vocis vſus eſſe videtur Gregorio epitaph. in parentem, vbi τὸ τραχὺ & τὸ χρηστὸν opponit. τῷμὲν γὰρ καὶ τὸ τραχὺ προσῆνες, διὰ τὴν ὠφέλειαν, τῷ δὲ καὶ τὸ χρηστὸν ὕποπτον, διὰ τὸ κακοηθές.

12 πρὸς ἄλλον] ne cum alio quidem quocunque, ait, de talibus fuiſſet acturus, atque adeo multo minus mecum, quem omnium minime in operis ſuſcipiendi partes venturum noſſet cum iis, quos minime ei perficiendo ſcirem eſſe idoneos, qualis Nerua.

13 ἢ πῶς ἔγὼ σοφὸς] in vulgatis codd. additum γνώμην ἑρμηνέυειν ἀνδρὸς, quod omiſſum tamen in cod. Vrbinate, ſenſumque turbabat magis, quam iuuabat, qui iam manifeſtus eſt: nempe indignum ſapiente dicit, vt diffiſus ſapientiae, ex cuius praeceptis indolem animi Neruae indagauerat, & tyranno euertendo parum idoneam iudicauerat, diuinatrici tamen arti credat, tale quid Neruam, contradicente licet ratione & prudentia communi, praeſtare poſſe addicenti. Videntur mihi verba in editis adiecta ex marginali nota orta fuiſſe: ſc. ad vocem σοφία annotatum fuerat σοφὸς γνώμην ἑρμηνέυειν ἀνδρὸς, vt intelligeretur, quam hic σοφίαν reſpiceret: quae verba inde in textum, loco inſuper alieno, fuere intruſa.

14 δικαίους] editi τοὺς δικαίους. Sed articulo hic nihil opus.

15 νωθροὺς] vid. ſ. lib. VII. c. 33. n. 2.

τα μὲν γὰρ ἔ φησι παρ' αὐτῶν γεγεννῆσθαί μοι, δὲ δώροις ἐπαρθέντα με ταῦτα εἰργάσθαι. σκεψώμεθα δὲ, μὴ, μεγάλων δεόμενος, ἀνεβαλόμην τὰς παρ' αὐτῶν ἐνεργεσίας, ἐς ὃν ᾤοντο ἄρξειν χρόνον, ἐν ᾧ μεγάλα μὲν ἂν αἰτεῖν ὑπῆρξε, μειζόνων δ' ἀξιῶσθαι. πῶς ἂν ταῦτα ἔσαι δῆλα; ἐνθυμήθητι, βασιλεῦ, σεαυτὸν, καὶ τὸς ἔτι πρὸ σῦ ἄρχοντας, ἀδελφὸν δή πε τὸν σεαυτῦ, καὶ πατέρα, Νέρωνά τε, ἐφ' ὧν ἦρξαν. κατὰ τύτυς γὰρ μάλισα τὸς βασιλέας βεβίωταί μοι ἐς τὸ φανερὸν, τὸν ἄλλον χρόνον Ινδοῖς φοιτῶντι[1]. τύτων δὴ τῶν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ἐτῶν, τοσῦτον γὰρ τὸ ἐς σὲ μῆκος, ἔτε ἐπὶ θύρας βασιλείας ἐφοίτησα, πλὴν ἐν Αἰγύπῳ τῦ σῦ πατρὸς, ἐπεὶ μήτε βασιλεύς πω ἐτύγχανεν ὢν, ὡμολόγει τε δι' ἐμὲ ἥκειν[2], ἔτ' ἀνελεύθερόν τι διελέχθην βασιλεῦσιν, ἢ ὑπὲρ βασιλέων, δήμοις[3]. ἔτ' ἐπιτολαῖς ἐλαμπρυνάμην, ἢ γραφόντων ἐμοὶ βασιλέων, ἢ αὐτὸς ἐνδεικνύμενος γράφειν· ἔθ' ὑπὲρ δωρεῶν κολακεύων βασιλέας, ἐμαυτῦ ἀπηνέχθην. εἰ γῦν ἔροιό με, πλησίας ἐνθυμηθεὶς καὶ πένητας, πτερα τῶν ἐθνῶν τύτων ἐμαυτὸν γράφω; τῶν πλησιωτάτων φήσω. τὸ γὰρ δεῖσθαι μηδενὸς ἐμοὶ Λυδία καὶ τὸ Πακτωλῦ πᾶν. πῶς ἂν ἢ τὰς παρὰ τῶν ἔπω βασιλέων δωρεὰς ἀνεβαλόμην, ἐς ὃν ἄρξειν αὐτὸς ᾠμην χρόνον, ὃ μηδὲ τὰς παρ' ὑμῶν ἑλόμενος, οἷς βέβαιον ἡγέμην τὸ ἄρχειν; ἢ βασιλείων μεταβολὰς ἐπενόσν, μηδὲ ταῖς καθεσηκύιαις ἐς τὸ τιμᾶσθαι χρώμενος; καὶ μὴν ὁπόσα γίγνεται φιλοσόφῳ ἀνδρὶ, κολακέυοντι τὸς δυνατὸς, δηλοῖ τὰ Ευφράτε. τύτῳ γὰρ ἐντεῦθεν, τί λέγω[4] χρήματα; πηγαὶ μὲν ἂν εἰσι πλύτε, καπὶ τῶν τραπεζῶν ἤδη διαλέγεται[5] κάπηλος, ὑμε ab illis accepiſſe enim, minime ait, neque muneribus me excitatum, talia molitum. At videamus, vtrum magnis rebus inhians forte, remunerationem ab iis expectandam diſtulerim in illud tempus, quo illi ſe potituros imperio arbitrarentur, quo magna ab illis petere, maiora etiam conſequi liceret. Quomodo vero eam rem explorabimus penitus? Tui, o Imperator, ipſius, & anteceſſorum in imperio tuorum, te ſubeat recordatio, fratris inquam tui & parentis, itemque Neronis, quamdiu imperio praefuere. Sub his enim praecipue imperatoribus in aliqua claritate vixi, cum ante id tempus in Indis verſatus ſim. His igitur triginta & octo annis, (tantum enim eſt ad te vſque quod intercedit ſpatium,) neque Imperatorum frequentaui limina, (praeterquam patris tui in Aegypto, quandoquidem Imperator ille nondum erat, & mei cauſa ſe aduenisſe fatebatur:) nec quicquam ſeruile vel apud principes, vel de principibus apud populum protuli; nec epiſtolis gloriam quaeſiui, ſiue quae ad me ab Imperantibus ſcriberentur, ſiue quibus ego ſcribendis me iactarem: nec munerum cauſa Imperatoribus adulatus, a meipſo vnquam defeci. Si tamen, ad pauperes diuiteſque habito reſpectu, me interroges, in qua me iſtarum cenſeam familiarum? in ditiſſimis memet cenſere ipſum dicam. Nullius enim rei indigum eſſe Lydiae mihi Pactolique diuitiarum eſt inſtar. Quomodo igitur vel munera ab iis, qui nondum imperio potiuntur, deinceps expectarem, eo, quo ipſos regnaturos putem tempore; qui ne veſtra quidem captauerim, quibus iam confirmatum eſſe viderem imperium? Aut qui mutationibus circa imperantes animum intendam, qui ne iis quidem, qui conſtituti ſunt, ad emolumenta vtar conſequenda? Sane enim quantae obtingant opes philoſopho, qui potentioribus adulari voluerit, Euphratis res manifeſtum reddunt. Ei enim, quid dicam diuitias inde eſſe? ſcatebrae enim ſunt diuitiarum, iamque ad menſas diſputationes habet, negotiator ma-

---

Sect. 11. 1 τὸν ἄλλον χρόνον Ινδοῖς φοιτῶντι] Bardanis tempore Apollonius in Chaldaeam & Indiam profectus eſt, atque adeo inter A. C. 45. & 49. conf. lib. I. c. 18. not. 4. & *conſpectum chronologicum vitae Apollonii*. Inde vſque ad ann. 54 vel 55. qui ſunt Neronis primus & ſecundus in Aſiae partibus videtur delituiſſe, meditatus, quae ab Indis acceperat. Ita enim accipio phraſin φοιτᾶν Ινδοῖς in ſenſu metaphorico, loquendi genere Sophiſta non indigno: niſi malis Apollonium tempus XXXVIII illos annos praecedens, a praecipua occupatione eiuſdem deſignare. Iam ſi a primo vel ſecundo Neronis anno ad annum Domitiani XII. vel XIII. qui ſunt anni Chr. 92 vel 93, Circa quod tempus dictam hanc apologiam eſſe oſtendi) numerando pergas XXXVIII annos inuenies, ab Apollonio hic computatos. Scrupulum tantum mouere hic poterat epiſtola Claudii, quam inter Apollonianas n. LIII. exhibuimus. Quae, ſi genuina ſit, vltimis temporibus Claudii iam celebritatem aliquam conſecutus ſit Apollonius neceſſe eſt. vid. *not. ad illam epiſt.* Quod non obſtat ab Apollonio h. l. dictis, vbi ait μάλισα poſt Neronis initia ſe in claritate vixiſſe, a XXXIIX inde annis, praecedentes temporis partem maiorem in meditatione Indicae ſapientiae qui exegerit.

2 ὡμολ. τε δι' ἐμὲ ἥκειν] ſupra l. V. c. 23. fin.

3 ὑπὲρ βασιλ. δήμοις] vt ſolebant Sophiſtae, quorum multae extant ἐγκωμιαστικαὶ, dictae publice in ciuitatibus Imperatoribus.

4 τί λέγω] pro his vocibus ἄπλησα ſubſtituit Euſeb. adu. Hierocl. c. 32.

5 καπὶ τ. τραπεζῶν ἤδη διαλέγ.] foeneratorum intelligit menſas, hominumque *trapezitica* exercentium, qui

gna-

gnarius, cocio vilis, publicanus, daniſta, ipſe omnia factus, venalis & vendens: potentiorumque foribus magis eſt affixus, pluſque temporis ad eas conſiſtendo conſumit, quam ianitores. Foribus etiam ſaepe non ſecus ac guloſi canes intercluſus. Drachmam autem ne philoſopho quidem vnquam impertiens, opes ſuas muris includit, aliis extortis Aegyptium hunc alens pecuniis, linguamque in me acuens, exſcindi digniſſimam.

XII. Sed Euphratem tibi relinquo: tu enim, niſi adulatoribus forte delecteris, inuenies hominem longe deteriorem, quam a me fuit depictus. At vero quod reliquum eſt defenſionis audi. Quae vero illa? aut quamobrem ſuſcepta? Decantata fuit, o Imperator, de puero Arcade in ipſa accuſatione naenia, eum nempe a me conciſum, noctu an & per ſomnium dicat, nondum ſatis noui. Eſſe autem parentibus ingenuis natum hunc puerum, & forma, qua eſſe ſoleant Arcadum adoleſcentes, in ipſo ſqualore decori. Hunc aiunt ſupplicem & eiulantem eſſe iugulatum, me vero manibus ſanguine, pueri tinctis, Deos, vt veros rerum euentus patefacerent, precatum eſſe. Atque huc vſque mei quidem pertingit accuſatio. Quae ſequitur enim oratio Deos petit. Nempe aiunt audiuiſſe me Deos hoc modo precatum, extaque laeti ominis praebuiſſe, neque impiis ſacris operanti vitam eripuiſſe. Talia quod ſine noxa non audi-

ποκάπηλος[6], τελώνης[7], ὀβολοστάτης[8], πάντα γιγνόμενος τὰ πωλούμενά τε καὶ πωλοῦντα[9]. ἐντετύπωται δ' ἀεὶ ταῖς τῶν δυνατῶν θύραις, καὶ προσέσηκεν αὐταῖς πλείω καιρὸν, ἢ οἱ θυρωροί. ἀπειλήφθη δὲ καὶ ὑπὸ θυρῶν[10] πολλάκις, ὥσπερ τῶν κυνῶν οἱ λίχνοι. δραχμὴν δὲ ὐδὲ φιλοσόφῳ ἀνδρί ποτε προέμενος, ἐπιτειχίζει[11] τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον, ἑτέροις τὸν Αιγύπτιον τετονὶ βόσκων χρήμασι[12], καὶ ὀξύνων ἐπ' ἐμὲ γλῶτταν, ἀξίαν ἐκτετμῆσθαι.

Εὐφράτην μὲν δὴ καταλείπω σοι, σὺ γὰρ, ἢν μὴ κόλακας ἐπαινῇς, εὑρήσεις τὸν ἄνθρωπον κακίω, ὧν ἑρμηνεύω[1]. τῆς δὲ λειπῆς ἀπολογίας ἀκροῦ. τί ἂν αὕτη; καὶ ὑπὲρ τίνων; ᾠδετό τις, ὦ βασιλεῦ, παιδὸς Αρκάδος ἐν τῇ κατηγορίᾳ θρῆνος[2], τετμῆσθαι μὲν αὐτὸν ὑπ' ἐμοῦ, νύκτωρ εἰ δ' ὄναρ[3] φησὶν, ὅπω οἶδα. εἶναι δὲ πατέρων τε ἀγαθῶν ὁ παῖς ἔτος, καὶ τὸ εἶδος οἷοι Αρκάδων οἱ ἐν αὐχμῷ καλοί. τοῦτόν φασιν ἱκετεύοντά τε καὶ ὀλοφυρόμενον ἀπεσφάχθαι, κἀμὲ, τὰς χεῖρας ἐς τὸ τοῦ παιδὸς αἷμα βάψαντα, θεοῖς ὑπὲρ ἀληθείας εὔχεσθαι. μέχρι τούτων ἐμὲ κρίνουσιν. ὁ δὲ ἐφεξῆς λόγος τῶν θεῶν ἅπτεται. φασὶ γὰρ τοὺς θεοὺς ἀκοῦσαι μὲν ὧνδέ μου εὐξαμένου, δοῦναι δὲ ἱερὰ εὔσημα, καὶ μὴ ἀποκτεῖναι ἀσεβοῦντα. τὴν μὲν δὴ ἀκρόασιν, ὡς

καθήμενοι ἐπὶ τῇ τραπέζῃ dicti Iſocrati in *trapezitico*, imo quemcunque quaeſtum facientium. Ad illas menſas iam διαλέγεσθαι dicit Euphratem, alludens ad philoſophicas διαλέξεις, quibus miſſo nuntio iam quaeſtui intentus ſit. διαλέγεσθαι vero eum hic dicit, nullas partes ſuſcipere reneritum eorum, quae ad quaeſtum faciendum pertineant. Nam diſtinctae ſunt quaeſtuariae artis ſpecies, quae in ſqq. recenſentur, quas in ἱπποδρομικοῖς, h. e. iis, quae exercenti probroſae ſint, eſſe, colligas licet ex Polluce lib. VI. c. 31. Βίος ἐν ᾧ τις ἂν ὀνειδισθείη — κάπηλος (quanto magis igitur ὑποκάπηλος) — τελώνης &c.

6 κάπηλος, ὑποκάπ.] horum ita iunctorum facile eſt aſſequi ſignificatum. κάπηλοι ſc. mercatores, a quibus ὑποκάπηλοι acceptas merces aliis rurſus vendunt. Illi *groſſiers* Gallis vulgo, hi, *merciers*. Nos illos phraſi Apuleii *negociatores magnarios*, hos *cociones viles* Plautina voce appellauimus. Subcociones vocabat ὁ πάνυ Salmaſius, de foenore trapez. p. 245.

7 τελώνης] *publicanorum* notiſſimus pariter ac infamis maxime quaeſtus, qui publicis vectigalibus conductis, omnes promiſcue pecunia emungebant.

8 ὀβολοστάτης] δανείστην reddunt Heſychius, Harpocrat. & Pollux, quos videas licet. Hinc & verbum, ὀβολοστατεῖν, δανείζειν.

9 πάντα γιγνόμ. τὰ πωλούμ. τε καὶ πωλοῦντα] acerbe dictum in Euphratem, quem nihil non lucri cauſa *facere* dicit & *pati*: quemque proinde nec pudeat, quamcunque exercere mercaturam, fierique adeo πάντα τὰ πωλοῦντα: nec ipſum pudeat vendi, venalem ſcilicet cuiuis, eiuſque, a quo lucrum expectet, mancipium, adeoque fieri πάντα τὰ πωλούμενα. Plane hic coecutiere priores interpretes.

10 ἀπειλήφθη δὲ καὶ ὑπὸ θυρῶν] ſic MSS. Codices omnes, iuxta cum editis. Niſi quod ἀπειλήφθη legant nonnulli. Euſebius habet ἀπειλήφθη ὑπὸ θυρωρῶν. Neſcio quo ſenſu, inquit Holſtenius, *interpres hoc loco mirum delirarat, qui nobis canes neſcio quos lucernarios foribus appoſitos finxerat.* Se itaque putaſſe ait ἠπειλήθη legendum. Verum non dubito eſſe genuinam lectionem, quam Philoſtrati exhibent exemplaria. Nempe ἀπολαμβάνειν *cohibere* notat & includere, quod multis exemplis firmatum Budaeo. Ipſeque ita inf. ſ. 16. voce vtitur Apollonius, vbi de Domitiano in Capitolio obſeſſo & intercluſo ἀπειλῆψο ὑπὸ Βιτελλίε. Senſus igitur eſt oppido antecedentibus conueniens. Nempe diutius, quam ipſi ianitores, ſaepe haerebat in potentiorum liminibus Euphrates, ita vt quandoque ſub noctem, diſcedentibus illis, intercluderetur, vt canes guloſi. Puto autem dici poſſe ὑπὸ θυρῶν & ὑπὸ θυρωρῶν ἀπολῃφθῆναι, quamuis magis tamen poſterius probem.

11 ἐπιτειχίζει] muris concluſos & probe munitas ſuas quidem opes eum ſeruare ait.

12 ἑτέρ. τὸν Αιγ. τετονὶ βόσκ. χρήμασι] ἑτέροις i. e. *ab aliis* vel emendicatis, vel vi extortis, hoc ſupra quoque aliquoties ſenſu ἕτερα χρήματα dixit. Sic lib. VII. c. 23. iuſtus magnarum opum poſſeſſor & liberalis ait: χρῶμαι δ' αὐτοῖς ὥσ' ὡς ἑτέρων, ἐμὰ γάρ, ὥσ' ὡς ἐμοῖς, κοινὰ γὰρ πρὸς ἀγαθοὺς ἐσί μοι.

Sect. 12. 1 ὧν ἑρμηνεύω] Euſeb. habet ἢ ἑρμηνεύω.

2 θρῆνος] nempe παθητικῶς, pro more oratorum, in eo caſu paratragoediantem aduerſarium θρῆνον ᾆσαι dicit.

3 νύκτωρ εἰ δ' ὄναρ] haec σκάπτοντος ſunt: nempe ita aduerſarium ea de re loqui ait parum certe, vt neſciat, an id noctu reuera, an per ſomnium hoc factum eſſe velit.

ἀ καθαρὰ, τί ἂν, ὦ βασιλεῦ, λέγοιμι; ἀλλ' ὑπὲρ ὧν γέ μοι ἀπολογητέα, τίς ὁ Ἀρκὰς ἔτος; εἰ γὰρ μὴ ἀνώνυμος τὰ πατέρων, μήδ' ἀνδραποδώδης τὸ εἶδος, ὥρα σοι ἐρωτᾶν τί μὲν ὄνομα τοῖς γειναμένοις αὐτὸν; τίνος δὲ οἰκίας ἔτος; τίς δ' ἐθρέψατο αὐτὸν ἐν Ἀρκαδίᾳ πόλις; τίνων δὲ ϑωμῶν [4] ἀπαχθεὶς, ἐνταῦθα ἐθύετο; ἀ λέγει ταῦτα, καί τοι δεινὸς ὢν μὴ ἀληθεύειν. ἐκεῖν ὑπὲρ ἀνδραπόδᾳ κρίνει με [5]. ᾧ γὰρ μήτ' αὐτῷ ὄνομα, μήθ' ὧν ἔφυ, μὴ πόλις, μὴ κλῆρός ἐστιν, ἐχὶ, ὦ ϑεοὶ, τοῦτον ἐν ἀνδραπόδοις χρὴ τάτ]ειν; ἀνώνυμα γὰρ πάντα. τίς ἂν ὁ κάπηλος τῷ ἀνδραπόδᾳ; τίς ὁ πριάμενος αὐτὸ ἐξ Ἀρκάδων; εἰ γὰρ τὸ γένος τοῦτων ἐπιτήδειον τῇ σφατ]έσῃ μαντικῇ, πολλῶν μὲν χρημάτων εἰκὸς ἐωνῆσθαι τὸν παῖδα, πεπλευκέναι δέ τινα ἐς Πελοπόννησον, ἵν' ἐνθένδε ἡμῖν ἀναχθῇ [6] ὁ Ἀρκάς. ἀνδράποδα μὲν γὰρ Ποντικὰ, ἢ Λύδια, ἢ ἐκ Φρυγῶν, πρίαιτ' ἂν κἀνταῦθά γέ τις, ὧν γε καὶ ἀγέλας ἐντυχεῖν ἔστιν, ἅμα φοιτώσαις δεῦρο. ταυτὶ γὰρ τὰ ἔθνη, καὶ ὁπόσα Βαρβάρων, πάντα τὸν χρόνον ἑτέρων ἀκροώμενοι, ἔπω τὸ δουλεύειν αἰσχρὸν ἡγοῦνται. Φρυξὶ γοῦν ἐπιχώριον, καὶ ἀποδίδοσθαι τοὺς αὐτῶν, καὶ ἀνδραποδισθέντων [7] μὴ ἐπιστρέφεσθαι. Ἕλληνες δὲ ἐλευθερίας ἐρασταὶ ἔτι, καὶ οὐδὲ δοῦλον ἀνὴρ Ἕλλην πέρα ὅρων ἀποδώσεται. ὅϑεν οὐδὲ ἀνδραποδισταῖς ἔστε ἀνδραπόδων καπήλοις [8] ἐς αὐτοὺς παριτητέα. ἐς δὲ Ἀρκαδίαν καὶ μᾶλλον, πρὸς γὰρ τῷ παρὰ πάντας ἐλευθεριάζειν Ἕλληνας, δέονται καὶ ὄχλου δούλων. ἔστι δὲ πολλὴ ἡ Ἀρκαδία καὶ ὑλώδης [9], ἀ τὰ μετέωρα μόνον, ἀλλὰ

antur, quid dicere, o Imperator attinet? sed quantum ad ea, quae mihi sunt defendenda: quis quaeso ille est Arcas? Si parentum enim minime est obscurorum, & forma non illiberali, exquirendi tibi opportunitas fuit, quodnam parentum eius sit nomen? cuius item familiae ille? aut quae ipsum Arcadiae vrbs educauerit? & quibus abductus penatibus, hic fuerit immolatus? Horum omnium nullum indicium facit, vtut valeat in ceteris mentiendo. Mancipium igitur, ob quem litem mihi mouet, fuerit. Cui enim nec ipsi nomen est, nec parentes; cui nec ciuitas est item, nec tribus, eum in seruis annon censere oportebit? haec omnia enim allegari nequeunt. At quis illius mango mancipii fuit? quis illum in Arcadia emit? Si eorum enim genus diuinationi per exta est opportunum, magna pecuniae vi venditum esse puerum, est verosimile: naui autem missum in Peloponnesum esse nonneminem, vt inde nobis Arcas adueheretur. Ponticos enim Lydosque seruos, aut Phrygas heic quoque facile quis comparauerit, quorum integris gregibus occurras licet, cateruatim huc ventitantibus. Istae enim gentes, & quicquid est Barbarorum, omne aeuum obnoxiae aliis, huc vsque turpem seruitutem non esse arbitrantur. Phrygibus ergo familiare est vt & ipsi vendant suos, & si forte in seruitutem rediganturs, de iis [liberandis] non cogitent. Graeci autem libertatis adhuc dum sunt amatores, neque vel seruum quidem Graecorum quisquam, finibus Graeciae educendum vendere velit. Quapropter & plagiariis, & mangonibus illi minime adeundi. Multoque magis ad Arcades accedendum, haut est, praeterquam enim quod maxime inter Graecos libertatis sint studiosi, multitudine seruorum opus habent. Est enim Arcadia magnam partem herbarum lignorumque ferax, non montes solum, verum

---

4 τίνων δὲ ϑωμῶν] ϑωμοὶ etiam *foci* priuati. Pollux lib. I. p. 3. ϑωμοὶ ἐφ' ὧν ϑύομεν ἢ πῦρ ἀνακαίομεν: & priuatorum proinde ἑστία, vno verbo *penates*. Obseruat Charisius lib. 1. p. 10. *arae pro penatibus dicimus*. Hinc *aras* & *focos*, publicos & priuatos penates, passim iungunt. Spectat huc, quod Schol. Callimachi ad Hymn. in Del. v. 319. ait ΕΣΤΙΑ κυρίως ΒΩΜΟΣ ἐν μέσῳ τῷ δόμῳ ἑστώς. *Vesta* proprie *ara* in media domo. Nempe in penatibus *Vesta*, vt multis ostendit vir magnus Ez. Spanhem. de Vesta & Prytan. §. 14.

5 ἐκεῖν ὑπὲρ ἀνδραπ. κρίνει με] sensus est: esto, mancipium ergo sit, quod me ait mactasse. Nam cum nec nomen nec parentes, nec familia, nec tribus, nec ciuitas indicari possint, probabilius mentietur, si mancipium fuisse dicat: at vero sic quoque facile reuinci mendacium posse in sqq. ostendit.

6 ἀναχθῇ] sic cod. Palatin. Editi ἀναχθείη.

7 ἀνδραποδισθέντων] vide mox not. 8.

8 ἀνδραποδισταῖς ἔστε ἀνδραπόδων καπήλοις] horum discrimen luculenter docet Pollux lib. III. cap. 8. p. 247. cui ἀνδραποδιστὴς ὁ ἐλεύθερον καταδουλωσάμενος, ἢ τὸν ἀλλότριον οἰκέτην ὑπαγόμενος, & contra talem actionem *plagii* esse dicit, nempe nil aliud talis, quam *plagiarius*. Eidem ἀνδραποδοκάπηλος est, δοῦλα σώματα πρὸς ἀργύριον ἀντικαταλασσόμενος. Talis Eustathio ad Odyss. II. pag. 54. σωματέμπορος dicitur κἀμμεταξολεὺς ἀνδραπόδων. Iam neutri horum Apollonius ait in Graeciam esse eundum: nam ἀνδραποδισὴν insectaturi erant cognati eius, quem liberum ille in seruitutem redegisset, vel alieni serui, ab eo abducti, dominus, vt adeo ei res non successura sit perinde ac apud Phrygas, qui, vt antea aiebat, ἀνδραποδισθέντων μὴ ἐπιστρέφοντας, eos non *curabant*, vt vel libertati vel familiae suae restituerent. ἀνδραποδοκαπήλοις cur in Graeciam non eundum, magis etiam planum est, nempe quod neminem ibi, qui venderet seruos, sint reperturi.

9 ὑλώδης] paludosam vertit vir magnus, idemque esse vult, quod ἕνυδρον, quod est Arcadiae epitheton apud Callimachum. Verosimile tamen magis ab omnis generis ὕλῃ hic dici ὑλώδη Arcadiam, h. e. *herbarum aliarumue plantarum feracem*, eo quod ἐν μετεώροις quoque quae *paludosa* esse non solent, ὑλώδης dicatur. Praeterea sequentia, quae de varii generis pastoribus & δρυτόμοις mentionem iniiciunt, posteriorem interpretationem firmant.

etiam

etiam campestria loca omnia. Multis igitur opus agricolis habent, multis caprariis, subulcis item, ouiumque pastoribus, & bubulcis qui bouibus praesint & equis. Lignatoribus item plurimis opus habet illa regio, atque in his a pueris exercentur. Quod si vero etiam Arcades tales non essent, sed, vt ceteri, suos quoque possent seruos diuendere, quid quaeso famosae illi arti conferret, ex Arcadia si sit, quod mactetur? Neque enim inter ceteros Graecos sapientia eminent Arcades, vt alio homine amplius quid in extorum mantice ostendant: verum mortalium sunt simplicissimi & suillis moribus, tum in aliis multis, tum in eo quod glandibus ventrem pascant. Maiore fortean arte causam egi quam meis sit moribus conueniens, dum Arcadum mores delineare institui, & oratione in ipsam Peloponnesum sum digressus. Me enim, quae addeceat maxime defensio, quae demum sit? non mactaui, non macto, non attingo sanguinem, ne quidem si altare eo sit perspersum. Ita nempe Pythagoras sanciuit, ita, qui eum secuti sunt: Gymnosophistae item in Aegypto, & Indorum sapientes, a quibus etiam Pythagorae sapientiae initia deriuata fuere. Qui autem hoc ritu sacra faciunt, & Diis perperam agere videntur minime, & sibi ipsis, vt senescant, indulgent, corpore integris nec morbis obnoxiis: vt sapientia item semper proficere videantur, vt sint obnoxii minus, vtque vlla re ne indigeant. Neque absonum est, vt ego quidem censeo, vt Diis, qui boni sunt, precentur adhibitis sacrificiis purioribus. Idem

καὶ τὰ ἐν ποσὶ πάντα. δεῖ δὴ αὐτοῖς πολλῶν μὲν γεωργῶν, πολλῶν δὲ αἰπόλων, συφορβῶν τε καὶ ποιμένων, καὶ βυκόλων, τῶν μὲν ἐπὶ βυσί, τῶν δ' ἐφ' ἵπποις. δρυτόμων τε δεῖται πολλῶν ἡ χώρα, καὶ τοῦτο ἐκ παίδων γυμνάζονται. εἰ δὲ καὶ μὴ τοιάδε ἦν τὰ τῶν Ἀρκάδων, ἀλλ' εἶχον, ὥσπερ ἕτεροι, προσαποδίδοσθαι τὰς αὐτῶν δούλας, τί τῇ θρυλλουμένῃ σοφίᾳ[10] ξυνεβάλλετο τὸ ἐξ Ἀρκαδίας εἶναι τὸ σφαττόμενον; οὐδὲ γὰρ σοφώτατοι τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάδες, ἵν' ἕτερά τι ἀνθρώπῳ πλέον περὶ τὰ λογιστικὰ τῶν σπλάγχνων φαίνωσιν· ἀλλὰ ἀγροικότατοι ἀνθρώπων εἰσὶ, καὶ συώδεις τά τε ἄλλα, καὶ τὸ γαστρίζεσθαι τῶν δρυῶν[11]. ῥητορικώτερον ἴσως ἀπολελόγημαι τῷδε τρόπῳ[12], τὰ τῶν Ἀρκάδων ἀφερμηνεύων ἤθη, καὶ παριὼν ἐς Πελοπόννησον τῷ λόγῳ. ἡ γὰρ ἐμοὶ προσήκουσα ἀπολογία, τίς; οὐκ ἔθυσα, οὐ θύω, οὐ θιγγάνω αἵματος, οὐδ' εἰ βώμιον αὐτὸ εἴη. Πυθαγόρας τε γὰρ ὧδε ἐγίγνωσκεν, οἵ τε ἀπ' αὐτοῦ παραπλησίως, καὶ κατ' Αἴγυπτον δὲ οἱ γυμνοὶ[13], καὶ Ἰνδῶν οἱ σοφοί, παρ' ὧν καὶ τοῖς ἀμφὶ Πυθαγόραν αἱ τῆς σοφίας ἀρχαὶ ἐφοίτησαν. κατὰ ταῦτα θύοντες οὐ δοκοῦσιν ἀδικεῖν τοῖς θεοῖς[14], ἀλλὰ γηράσκειν τε αὐτοῖς ξυγχωροῦσιν, ἀρτίοις τὰ σώματα, καὶ ἀνόσοις[15]. καὶ σοφωτέροις ἀεὶ δοκεῖν[16], μὴ τυραννεύεσθαι[17], μηδενὸς δεῖσθαι[18]. καὶ οὐκ ἀπεικὸς οἶμαι ἀγαθῶν δεῖσθαι σφᾶς ὑπὲρ καθαρῶν θυμάτων[19]. δοκῶ

10 σοφίᾳ] Palatinus habet θυσίᾳ. Vtrumque ferri potest. Prius tamen magis probem, vt intelligatur μαντικὴ ἡ σφάττουσα, vt paulo ante vocabat, i. e. vno verbo *extispicium*, vel *diuinatio per exta*, quam hic σοφίαν appellitet.

11 γαστρίζ. τ. δρυῶν] βαλανηφάγοι inde dicti Apollini, vide Pausan. in Arcadicis.

12 τῷδε τρόπῳ] nempe philosopho indignum putat rhetoricari vid. supra cap. 6. fin.

13 κατ' Αἴγυπτον δὲ οἱ γυμνοὶ] vid. supra lib. VI. c. 7. n. 2.

14 οὐ δοκ. ἀδικεῖν τοῖς θεοῖς] eo nempe quod τὰ ὁμογενῆ καὶ φίλα interimerent, quod ἀδικίας esse putabat. Huc Iamblichi illa refer de vita Pythag. c. 30. pag. 152. καὶ πρὸς τὰ ὁμογενῆ ζῷα ἀνθρώπους συνίστησι, παραγγέλλων ὁμοια νομίζειν αὐτοὺς ταῦτα καὶ φίλα, ὡς μηδὲ ΑΔΙΚΕΙΝ μηδὲν αὐτῶν, μηδὲ φονίνειν, μηδὲ ἐσθίειν. Sic & pag. 164. ὡς ἄνομον καὶ παρὰ φύσιν (sic enim lego pro περὶ φ.) Pythagoraeorum animalium φόνον auersatos ait. Huc pertinet Porphyrii de abstinentia liber III. totus, quo euincere conatur, animalia ratione non carere, adeoque τὸ δίκαιον, h. e. *officia iustitiae* ad omnia animalia se extendere.

15 ἀρτίοις τὰ σώμ. καὶ ἀνόσοις] videndus Porphyrius lib. I. §. 52. sq. vbi ex instituto ostendit, quid sanitati carnium esus officiat.

16 σοφωτέροις ἀεὶ δοκεῖν] eo spectant disputata ab eodem Porphyrio lib. I. de abstin. §. 29. sq. & lib. IV. §. 20. vbi eleganter inter cetera τὸ σῶμα πιαινόμενον ἀμαύτειν τὴν ψυχὴν ποιεῖν ἀπὸ τῆς μακαρίας ζωῆς ostendit.

17 μὴ τυραννεύεσθαι] de tyrannide affectuum Apollonium loqui putem, omnium sane importuna maxime. Vt vero ad illam ab affectuum tyrannide libertatem conferat ἀποχὴ illa vid. ap. Porphyr. lib. I. §. 33. Si ad *tyrannos* tamen exrra nos hoc sit referendum, verum forte erit eo sensu, quod qui nihil speret, nihil metuat, nullaque adeo re indigeat, in eum tyranni quoque nihil videatur licere arbitrio. ἀποχὴν vero ab ἐμψύχοις efficere hoc vt *nulla re quis indigeat*, mox dicit. vid. not. sq.

18 μηδενὸς δεῖσθαι] nempe αἰτίαν τῶ πολλῶν δεῖσθαι esse carnium esum demonstrat Porphyr. lib. I. §. 47. Diogenis quoque huc trahens dictum ἐκ τῶν μαζοφάγων, inquientis, οἱ κλέπται καὶ οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἐκ τῶν κρεωφάγων οἱ συκοφάνται καὶ τύραννοι.

19 ἐκ ἀπεικ. οἶμαι ἀγαθῶν δεῖσθαι σφᾶς ὑπὲρ καθαρῶν θυμάτων] sensus, primo intuitu difficilis, planissimus redditur, si obserues, ἀγαθῶν ad *Deos* referri. Nempe ἀγαθὸν τὸ θεῖον & δεῖσθαι ἀγαθῶν h. l. *precari Deos est, qui sint boni.* δεῖσθαι ὑπὲρ καθαρῶν θυμάτων: est orare PER *sacrificia pura*, (qualia thure peragi putat) vt orabant nempe PER sacrificia sua gentiles, & nos PER sacrificium agni immaculati oramus. Eum nempe vsum praepositionis ὑπὲρ ex ipso Homero adstruere licet Il. Ω'. v. 467. vt Henrico Stephano obseruatum iam fuit. Deos igitur, qui *benigni* sint & *puri*, rectissime per *pura* & *incruenta* sacrificia orari ait Apollonius. De his autem haut dubie eandem Deis esse ait, quam sibi sententiam: qui thus scilicet, quod purissimum esse sacrificium ipse putet, in purissima terra collocantes sui de eo iudicii, quod pro purissimo nempe habeat, dederint argumentum.

γάρ μοι καὶ τὰς θεὰς, τὸν αὐτὸν ἐμοὶ νῶν ὑπὲρ θυσιῶν ἔχοντας, τὰ λιβανοφόρα τῆς γῆς ἐν καθαρῷ τῆς οἰκεμένης ἐκφυτεύειν[20], ἵν' ἀπ' αὐτῶν θύοιμεν, μὴ σιδηροφορῶντες ἐν ἱεροῖς, μηδ' αἷμα ἐς βωμοὺς ῥαίνοντες. ἐγὼ δ', ὡς ἔοικεν[21], ἐμαυτῷ καὶ τῶν θεῶν ἐκλαθόμενος, ἔθυον τρόπον, ὃν μήτ' αὐτὸς εἴωθα, μήτε τις ἀνθρώπων θύοι.

Ἀπαλλατ]έτω με τῆς αἰτίας καὶ ὁ καιρὸς, ὃν εἴρηκεν ὁ κατήγορος. τὴν γὰρ ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗ ταῦτα εἰργάσθαι μοί φησιν, εἰ μὲν ἐγενόμην ἐν ἀγρῷ, ἔθυσα[1], εἰ δὲ ἔθυσα, καὶ ἔφαγον. εἶτά με, ὦ βασιλεῦ, θαμινὰ ἐρωτᾷς, εἰ μὴ ἐπεχώριαζον τῇ Ῥώμῃ τότε; καὶ σὺ, βέλτιστε βασιλέων, ἐπεχωρίαζες, ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις θῦσαι τοιαῦτα· καὶ ὁ συκοφάντης, ἀλλ' οὐχ ὁμολογήσει! τὰ τῶν ἀνδροφόνων πράττειν, εἰ κατὰ τὴν Ῥώμην διητᾶτο· καὶ μυριάδες ἀνθρώπων, ἃς βέλτιον ξενηλατεῖν, ἢ ὑπάγειν γραφαῖς, ἐν αἷς τεκμήριον ἀδικημάτων ἔσαι τὸ ἐνταῦθα εἶναι. καί τοι τὸ ἐς τὴν Ῥώμην ἥκειν καὶ παραιτεῖται τάχα τῆς τὰ νεώτερα πράτ]ειν δοκεῖν αἰτίας. τὸ γὰρ ἐν πόλει ζῆν, ἐν ᾗ πάντες μὲν ὀφθαλμοὶ[2], πᾶσα δὲ ἀκρόασις, ὄντων τε καὶ οὐκ ὄντων, ἃ ξυγχωρεῖ νεωτέρων ἅπτεσθαι τοῖς γε μὴ λίαν θανατῶσι· τὰς δ' εὐλαβεστέρας τε καὶ σώφρονας, βραδέως ἄγει[3] καὶ ἐφ' ἃ ἔχεσι.

Τί οὖν, ὦ συκοφάντα, κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην ἔπρατ]ον; εἰ μὲν ὡς σεαυτὸν ἐρωτᾷς, ἐπειδὴ καὶ σὺ ἐρωτᾷν ἥκεις, ἀγῶνας ἡτοίμαζον, καὶ κατηγορίας ἐπ' ἄνδρας χρηστὰς, καὶ ἀπολεῖσθαι τὰς οὐκ ἀδικοῦντας, καὶ πεῖσαι τὸν βασιλέα μὴ ἀληθῆ λέγων, ἵν' ἐγὼ μὲν εὐδοκιμοίην, μιαίνοιτο δὲ ἅτος[2]. εἰ δ' ὡς φιλοσόφῳ συνῆν, τὸν Δημοκρίτου ἐπήνεον γέλωτα, ὃν ἐς πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων γελᾷ. εἰδ' ὡς ἐμοὶ,

nempe, quod ego, de ſacrificiis ſentientes Deos, exiſtimo thuriferam terram in parte mundi puriſſima conſtituiſſe, vt inde ſacrificia repeteremus, ſeceſpitam inter ſacra neutiquam geſtantes, nec ſanguinem adſpergentes altaribus. Ego autem, ita ſcilicet videtur, mei Deorumque oblitus, ſacra peregi more, quem nec ipſe familiarem habeam, neque mortalium quemquam in ſacrificiis ſequi velim.

XIII. Verum culpa me vel tempus abſoluat, quod indicauit aduerſarius. Eo namque die, quo a me factum id eſſe ait, ſi in rure fui, me ſacra illa feciſſe concedam, imo & ſi ea feci, me comediſſe largiar. Itane vero me interrogare identidem pergis, o Imperator, an Romae eo tempore vitam non egerim? Egiſti tu quoque, optime Imperator, nec tamen talia te ſacra feciſſe fateberis: imo & ipſe ſycophanta egit, nec tamen propterea homicidium ſe commiſiſſe concedet, licet Romae fuerit verſatus: imo hominum multitudo maxima [Romae tunc egere,] quibus cum mitius agas ſi exilio mulctes omnes, quam ſi obnoxios accuſationibus facias, in quibus criminis argumentum ſit, heic quod degant. Quinimo hoc ipſum, quod Romam quis veniat, eum abſoluat fortaſſis crimine rerum nouarum, quas videatur moliri. Vita enim in vrbe acta, in qua omnes ſunt oculi, nihilque non auditur, ſiue vere ita ſit geſtum, ſiue minus, non patitur res nouas moliri quemquam, niſi valde mortis ſit appetens: moderatos autem viros atque prudentes, lento greſſu incedere etiam ad res innoxias docet.

XIV. Quid igitur, o ſycophanta, ea nocte egi? quod ſi me quaſi teipſum interrogas, quandoquidem & tu ad interrogationes deueniſti, dicam me controuerſias contra viros bonos paraſſe, exitium innoxiis ſtruxiſſe, Imperatori mendacia obtruſiſſe, vt claritatem mihi, ipſi vero labem compararem. Sin tanquam philoſophum interroges; Democriti riſum celebraui, quo in res omnes humanas vtebatur. Quod ſi tanquam meipſum vero me

---

20 τὰ λιβανοφ. τῆς γῆς ἐν καθαρῷ τῆς οἰκεμ. ἐκφυτ.] *thura praeter Arabiam nullis, ac ne Arabiae quidem vniuerſae — regio eorum thurifera Saba appellata — ſpectat ortus ſolis aeſtiui.* &c. Plin. H. N. lib. XII. ſ.30. Vnde puto manifeſtum eſſe, cur *puriſſima* orbis habitabilis parte Deos *thus* plantaſſe dicat. Nempe omnibus veteribus *odoriferae* ac *diuitis* & *beatae* nomine cluet Arabia, quo nulla alia orbis habitabilis regio celebratur. Ceterum thus puriſſimum ſacrificium poſt Pythagoram Apollonium cenſuiſſe, produnt quoque tradita ſupra lib. I. c. 31.

21 ὡς ἔοικεν] κατ' εἰρωνείαν dictum: hoc ſcilicet ſibi perſuadere quis poſſit?

Sect. 13. 1 εἰ μὲν ἐγενόμ. ἐν ἀγρ. ἔθυσ.] vide eadem ſ. cap. 5. & ibi notata.

2 ἐν ᾗ π. μὲν ὀφθαλμοὶ] ad morem Perſarum puto reſpici, apud quos ὀφθαλμοὶ κῆρ ὦτα Regis, miniſtri, per quos de omnibus rebus reſciret. vid. ſ. lib. I. c. 21. n. 2. Sic igitur Romae omnes ὀφθαλμὸς ait, cum quiſque alterum obſeruet.

3 βραδέως ἄγει] ſcilicet haec ipſa curioſitas, qua omnes ſe mutuo obſeruant, cautos facit, atque adeo βραδέως ἄγει, h. e. efficit vt *lente* atque *conſiderate* incedant, ſuamque rem agant omnes.

Sect. 14. 1 ἀπολεῖσθαι] veriſſima cod. Vrbin. & Palatini lectio, Morello etiam in ſuis reperta. Male editi ἀπολογεῖσθαι.

2 μιαίνοιτο δὲ ἅτος] Imperator nempe, ad caedem iniuſtam impulſus.

in-

interroges; Philiſcus Melienſis, qui mecum annos quatuor philoſophatus fuerat, tunc aegrotabat, eiuſque ego aſſedi lectulo, tam grauiter decumbentis, vt mortuus etiam ex eo morbo fuerit. Atqui multas ego optarem mihi eſſe iyngas, quibus in animam eius vti poſſem, &, ſi quae Orphei ſunt carmina, quibus mortui reducantur, ea quoque ego per Iouem ſcire velim. Videor enim mihi vel ad inferos cupere eius gratia proficiſci, ſi quidem obtinere talia liceret: adeo me ſibi deuinxit omnibus, quae vt decet philoſophum & plane ex voto meo geſſit. Haec tibi, o Imperator, a Teleſino quoque, conſulari viro, accipere licet: nam & ipſe praeſto erat Melienſi, eadem ipſi, quae ego, nocte officia praeſtans. Quod ſi Teleſini ſuſpecta tibi ſit fides, quoniam & ipſe inter philoſophantes numeratur, medicos teſtes inuoco. Sunt autem illi Seleucus Cyzicenus, & Stratocles Sidonius: ex his, an vera dicam, perquire. Diſcipuli quoque eoſdem ſtipabant pluſquam triginta, eorundem omnium teſtes. Philiſci enim ſi huc euocare propinquos cum maxime malim, id forte ita interpretarere, quaſi differendo iudicium eludere velim: quoniam Roma relicta omnes in Melienſem terram ſtatim abiere, iuſta defuncto perſoluturi. Procedite teſtes, namque & accerſiti eius rei gratia eſtis. TESTES PRODVCENDI. Quam veritati igitur conuenienter libellus ſcriptus ſit, luculenter virorum iſtorum teſtimonium arguit. Non in ſuburbiis enim [fui] ſed in vrbe; non extra muros, ſed domi; nec apud Neruam, verum apud Philiſcum; neque mactando occupatus, verum pro eius vita precando; nec publicae rei, ſed philoſophiae cauſa; nec noua aduerſum te molitus, ſed viri mei ſimilis ſaluti intentus.

XV. Quid igitur heic puero Arcadi? quid fabulis de hoſtiis? quid de eo porro dicemus quod fidem talia inueniant? Pone enim fieri vt falſa pro veris quandoque in iudicium adducantur: abſurditati vero huius ſacrificii, quid quaeſo, o Imperator, facias? Fuerunt enim priſcis quoque temporibus extiſpices in arte ſua peritiſſimi, & quorum ſit memorabi-

Φιλίσκος ὁ Μηλιεὺς [3] ἐτῶν ξυμφιλοσοφήσας ἐμοὶ τεττάρων, ἐνόσει τότε, καὶ παρ' αὐτῷ ἀπεκάθευδον, ἄτω διακειμένῳ χαλεπῶς, ὡς καὶ ἀποθανεῖν ὑπὸ τῆς νόσου. καί τοι πολλὰς ἂν ηὐξάμην ἴυγγας [4] ὑπὲρ τῆς ἐκείνου ψυχῆς γενέσθαι μοι, καὶ νὴ Δί', εἴ τινες Ορφέως εἰσὶν ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων μελῳδίαι [5], μηδ' ἐκείνας ἀγνοῆσαι. καὶ γάρ ἄν μοι δοκῶ καὶ ὑπὸ τὴν γῆν πορευθῆναι [6] δι' αὐτόν, εἰ ἐφικτὰ ἦν ταῦτα· ἄτω με ἀνήρτητο πᾶσιν οἷς φιλοσόφως τε καὶ κατὰ τὸν ἐμὸν νοῦν ἔπρατ[τ]ε. ταῦτ' ἔστι μέν σοι, βασιλεῦ, καὶ Τελεσίνου [7] ἀκοῦσαι τὰ ὑπάτου. παρῆν γὰρ κἀκεῖνος τῷ Μηλιεῖ, θεραπεύων αὐτὸν νύκτωρ, ὁπόσα ἐγώ. εἰ δὲ Τελεσίνῳ ἀπιστεῖς, ἐπειδὴ τῶν φιλοσοφούντων ἐστί, καλῶ τοὺς ἰατροὺς μάρτυρας. εἰσὶ δ' ἄτοι Σέλευκός τε ὁ ἐκ Κυζίκου, καὶ Στρατοκλῆς ὁ Σιδώνιος, τούτους ἐρώτα εἰ ἀληθῆ λέγω. καὶ μαθηταὶ δ' αὐτοῖς ὑπὲρ τοὺς τριάκοντα εἵποντο, τῶν αὐτῶν δή που μάρτυρες. τὸ γὰρ προκαλεῖσθαι δεῦρο τοὺς τῷ Φιλίσκῳ προσήκοντας, ἀναξολὰς ἴσως ἡγήσῃ τῆς δίκης, ἐπειδὴ αὐτίκα τῆς Ρώμης ἀπῆραν ἐς τὰ Μηλιέων ἤθη, κατὰ ὁσίαν τοῦ νεκροῦ. ἴτε, ὦ μάρτυρες, καὶ γὰρ δὴ καὶ παρήγγελται ὑμῖν ὑπὲρ τούτου. ΜΑΡΤΥΡΕΣ [8]. παρ' ὅσον μὲν τοίνυν [9] τῆς ἀληθείας ἡ γραφὴ ξυνετέθη, δηλοῖ σαφῶς ἡ μαρτυρία τῶν ἀνδρῶν. οὐ γὰρ ἐν προαστείοις, ἀλλ' ἐν ἄστει οὐκ ἔξω τείχους, ἀλλ' ἐπ' οἰκίας· οὐδὲ παρὰ Νερύᾳ, παρὰ Φιλίσκῳ δέ· οὐδὲ ἀποσφάττων, ἀλλ' ὑπὲρ ψυχῆς εὐχόμενος· οὐδ' ὑπὲρ βασιλείας, ἀλλ' ὑπὲρ φιλοσοφίας· οὐδ' ἀντὶ σοῦ χειροτονῶν νεώτερον, ἀλλ' ἄνδρα σώζων ἐμαυτῷ ὅμοιον.

Τί ἂν ὁ Αρκας ἐνταῦθα; τίδ' οἱ τῶν σφαγίων μῦθοι; τί δὲ τὸ τὰ τοιαῦτα πείθειν; ἔσαι γάρ ὅτε [1] καὶ ὁ μὴ γέγονεν ἂν, ὡς γεγονὸς κριθῇ. τὸ δ' ἀπίθανον τῆς θυσίας, ὦ βασιλεῦ, ποῖ τάξεις; ἐγένοντο μὲν γὰρ καὶ πρότερον σφαγίων μάντεις, ἀγαθοὶ τὴν τέχνην, καὶ οἷοι ἐνο-

3 Μηλιεὺς] vel Μαλιεὺς: nota illa gens in Theſſalia, quae ſinui quoque nomen dedit, de qua multa viri docti ad Scylacem, p. 31.

4 ἴυγγας] ſic cod. Vrbin. eademque lectio Morello etiam obſeruata, quem miror proinde in textu poſt Aldum retinuiſſe ὑγιείας. De magorum *iyngibus*, h. e. vt Syneſius interpretabatur, συμπαθείαις, quas Magus cognoſcens ἴλκει ἄλλο δ' ἄλλο, vel (vt alii *iyngas* explicant,) *vocibus magicis*, vide notata ad lib. I. cap. 25. Vtrumque aptum ad mentem Apollonii h. l. explicandam, vel retinere vel reuocare Philiſci animam cupientis.

5 ὑπὲρ τ. ἀποθ. μελῳδίαι] qualis illa, qua Plutonem ad Eurydicen ſibi reddendam permouit Orpheus.

6 ὑπὸ τὴν γῆν πορευθῆναι] Orphei exemplo.

7 Τελεσίνου] de quo multa ſupra lib. V.

8 ΜΑΡΤΥΡΕΣ] vox iſta ad contextum orationis non pertinet. Sed *teſtes* hic producendos fuiſſe indicat. Notum ita fieri in orationibus veterum, vt vbi *lex* recitanda, *iuramentum* praeſtandum, *teſtes* producendi ab Oratore fuerunt, voces ΝΟΜΟΙ, ΟΡΚΟΣ, ΜΑΡΤΥΡΕΣ inueniantur.

9 παρ' ὅσον μὲν τοίνυν] iam auditis teſtibus orationem continuat, & ex eorum teſtimonio aduerſarium conuincit.

Sect. 15. 1 ὅτε] ſic reſcribere auſus ſum pro ποτε.

μάσαι, Μεγιστίας [2] ἐξ Ακαρνανίας, Αριστανδρος ἐκ Λυκίας [3], Αμπρακία δὲ Σιλανὸν [4] ἤνεγκε. καὶ ἐθύοντο, ὁ μὲν Ακαρνὰν Λεωνίδᾳ βασιλεῖ Σπάρτης· ὁ δὲ Λύκιος Αλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· Σιλανὸς δὲ Κύρῳ, βασιλείας ἐρῶντι. καὶ εἴ τι ἐν ἀνθρώπῳ σπλάγχνοις, ἢ σαφέστερον, ἢ σοφώτερον, ἢ ἐτυμώτερον ἀπέκειτο, ἐκ ἄπορος ἦν ἡ θυσία, βασιλέων γε παρισαμένων αὐτοῖς, οἷς πολλοὶ μὲν ἦσαν οἰνοχόοι, πολλὰ δ' αἰχμάλωτα, παρανομίαι δ' ἀκίνδυνοι, καὶ φόβος ἀδεὴς κατηγορίας, εἴ τι ἔσφαλον. ἀλλ', οἶμαι, παρίστατο τοῖς ἀνδράσιν, ὃ καμοὶ νῦν κινδυνεύοντι ὑπὲρ τοιούτων· ὅτι τὰ μὲν ἄλογα τῶν ζώων εἰκὸς, ἐπειδὴ ἐν ἀγνοίᾳ τῷ θανάτῳ σφάττεται, μὴ θολοῦσθαί τι τῶν σπλάγχνων, ὑπὸ ἀξυνεσίας ὧν πείσονται. ἄνθρωπον δὲ, ἀεί τι ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντα θανάτου, καὶ μή πω ἐφεστηκότος, δεῖμα, πῶς εἰκὸς, παρόντος ἤδη καὶ ἐνόφθαλμοῖς ὄντος, δεῖξαί τι ἐπὶ τῶν σπλάγχνων μαντικὸν, ἢ ὅλως εὐθυτον; ὅτι δὲ ὀρθῶς τε καὶ κατὰ φύσιν σοχάζομαι τούτων, σκόπει, βασιλεῦ, ὧδε. τὸ ἧπαρ, ἐν ᾧ φασι τὸν τῆς αὐτῶν μαντικῆς εἶναι τρίποδα [5] οἱ δεινοὶ ταῦτα, ξύγκειται μὲν ἐκ καθαροῦ αἵματος· πᾶν γὰρ, ὅ, τι ἀκραιφνὲς, καρδία ἴσχει, δι' αἱματηρῶν φλεβῶν ἀποχετεύσασα ἐς πᾶν τὸ σῶμα. χολὴν δ', ἐπὶ ἥπατι κειμένην, ὀργὴ μὲν ἀνίσησι, φόβοι δὲ ὑπάγουσιν ἐς τὰ κοῖλα τοῦ ἥπατος. ὑπὸ μὲν δὴ τῶν παροξυνόντων ζέουσα, καὶ μηδὲ τῷ ἑαυτῆς ἀγγείῳ φορητὸς οὖσα, ὑπλίῳ ἐπιχεῖται τῷ ἥπατι· καθ' ὃ ἐπέχει χολὴ πᾶσα τὰ λεῖά τε καὶ μαντικὰ τοῦ σπλάγχνου. ὑπὸ δὲ τῶν δειματούντων ξυνιζάνουσα, ξυνεπισπᾶται καὶ τὸ ἐν τοῖς λείοις φῶς. ὑπογοσεῖ γὰρ τότε καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ αἵματος, ὑφ' ἓ σπληνοῦται [6] τὸ ἧπαρ, ὑποτρέχον-

le nomen Megiſtias Acarnan, Ariſtander Lycius, Silanum item Ambracia genuit. Exta vero pandebant, Acarnan quidem Leonidae, Spartano regi: Lycius autem Alexandro Macedoni: Silanus denique Cyro, regno inhianti. Sique quid in hominum extis vel luculentum magis, vel quod profundioris eſſet ſapientiae, vel magis explicatum, poſitum eſſet, minime difficile fuiſſet talem comparare hoſtiam, cum Reges ad manum illis eſſent, qui multos pincernas & captiuos complures habebant; peccare item eis licebat impune, nec metus erat cauſae dicendae, ſi quem occidiſſent. At viris eadem, credo, obuerſabantur, quae mihi, qui in capitis iam ob eiuſmodi res ſum diſcrimine: quod bruta nempe animantia veroſimile ſit, ideo, quod ſine mortis ſenſu interficiantur, nihil viſceribus perturbationis admittere, dum quae ſubeunda illis ſint, intelligant minus. Hominem autem, qui ſemper animo aliquem mortis, nondum licet incumbentis, ſentit metum, quis veroſimile putet, morte iam inſtante, & oculos inſidente, extis futurorum aliquod ſignum praebere poſſe, vel alias quoque ſacrificiis eſſe idoneum? Recte autem & ſecundum naturam me iſta coniicere, hoc modo tibi, o Imperator, perſpiciendum. Hepar, in quo diuinationis ſuae tripodem eſſe dicunt eius artis periti, ex puro minime conſtat ſanguine: omnem enim, qui purus ſit, ſanguinem retinet cor, per venas in vniuerſum corpus eum diffundens. Fel autem, in hepate repoſitum, ira excitat quidem; metus autem in concauas hepatis partes ſubducit. Efferueſcens itaque [fel] apud eos, qui ira excanduerint, ita vt ſuo non amplius vaſe poſſit contineri, ſupino infunditur hepati: qua ratione laeuam hepatis totam, eaſque adeo, in quibus vis diuinatrix eſt viſceris, partes occupat. Apud metu perculſos vero contractum [hepar] ſimul etiam lucem, parte laeua reſidentem, contrahit. Tunc enim purior etiam ſe reducit ſanguinis pars, qua hepar intumeſcit, dum ſubit

2 Μεγιστίας] a Melampode genus duxiſſe dicitur, vid. Herodotum de eo lib. VII. c. 22. & noſtrum ſ. lib. IV. c. 22. Vt vero hic Μεγιστίας cum Σίλανῳ iungitur, ſic ap. Aelian. hiſt. anim. VIII, 5. Μεγιστάναι καὶ Σιλανοὶ extiſpiciis celebres iunguntur, apud quem proinde legendum Μεγιστίαι.

3 Αριστανδρος ἐκ Λυκίας] Τελμισσεὺς dicitur ille Ariſtander Plutarcho in Alexandro, & Luciano in Philopatride. Telmiſſum autem Lyciae oppidum faciunt Philo & Strabo, vt Stephano π. πόλ. obſeruatum, quamuis ad Cariam alii referant. Ceterum ex allegatis autoribus Ονειροκριτικοὶ inprimis Ariſtandrum fuiſſe patet.

4 Σιλανὸν] ſic non MSS. tantum Vrbin. & Palatin. ſed & Xenophon paſſim & Aelian. hiſt. animal. lib. VIII, 5. Editi conſtanter legebant Σιλιανὸν. Ceterum quae Cyro praedixerit *Silanus* ex extis, habes apud Xenophont. lib. I. p. 262. de Exped. Cyri. Eundem conſuluit Xenophon, Graecum quippe natione, qui de eius tamen perfidia queritur lib. V. operis eiuſd. p. 359.

5 μαντικῆς εἶναι τρίποδα] ſimile eſt, quod inf. eſt c. 31. n. 6. Alludit autem ad Pythium *tripodem*, ex eo enim reſponſa dedit Apollo: ſic ex hepate procedentibus in extiſpicina oraculis, *tripos* ibi poſitus dicitur. *Imo Deum* in extis illis tradebat horum ſacrorum diſciplina. Lactantius ad Statii Theb. V. *Fuit quoddam in extis ſignum, quod Deus appellabatur.* Eoque alludit Porphyr. de abſt. l. I. §. 52. Vbi Deum ἐν τοῖς ἀληθινοῖς σπλάγχνοις τοῦ σοφοῦ ἱδρύσθαι ait: velut in *tripode*.

6 ὑφ' ἓ σπληνοῦται] quid hoc ſibi velit, praecedentia explicant. Nempe in metu ξυνιζάνειν, *ſubſidere*, & *contrahi* hepar docet: quomodo id fiat, nunc explicat: ſanguine ſcilicet recedente ὑφ' ἓ σπληνοῦται, h. e. a quo *diſtenditur ſplenis inſtar*. Rem illuſtrat, quod nimiam ἵπαρσιν ἥπατος *Splenico* modo fieri dicat Hippocrates Επιδημ. II. ſect. 2. p. 695. Verba eius ſunt τῇ καὶ ἀδελφαίῃ ἥπαρ ἐκηρύθη σπληνικὸν τρόπον.

natu-

naturali motu ambientem hepar membranam, & lutulentae materiae innatat. Quo igitur, o Imperator, conſilio homicidium committatur, ſi nullum praebent eiuſmodi hoſtiae ſignum? Signum autem quo minus praebeant, humana efficit indoles, mortis ſenſu affecta, ipſique adeo qui moriuntur. Fortes enim cum ira mortem oppetunt, imbelles autem cum metu. Hinc ars, apud barbaros non penitus incultos, hoedos, aut agnos mactari probat: quoniam ſimpliciſſima illa ſunt animalia, nec multum ſenſu carentibus diſtant. Gallos autem gallinaceos, & ſues, ac tauros, quoniam generoſa magis & ad iram ſunt promta, ſuis arcanis non admittunt. Intelligo, Imperator, me aegre aduerſario facere, quoniam doctiorem te efficio auditorem: videriſque mihi orationem cum attentione audire. Quod ſi horum aliquid minus luculenter explicauero, vt me interroges, tibi copiam facio.

XVI. Quae ad Aegyptii libellum reſpondenda erant, dixi. Quoniam autem neque Euphratis calumniae ſunt praetereundae, tum, o Imperator, eſto iudicium, vter noſtrum melius philoſophetur. Ipſe quidem de me falſa dicere laborat; at ego id facere non aequum cenſeo. Et ille quidem te vt dominum ſeruus, ego vero vt principem ſubditus veneror. Ipſe tibi gladium contra me tradit; at minime id facio ego. Hoc vero, quod calumniandi ipſi praebet materiam, ſermones ſunt, quos in Ionia protuli. Eos nempe ille bona intentione minime prolatos eſſe ait. Atqui ad fata quae dixi ſpectabant, atque neceſſitatem. Exemplum autem dictorum Principum res mihi praebebant: quoniam in mortalium rebus maxime veſtrae eminere videntur. Philoſophabar vero de fatorum vi, quodque adeo mutari nequeant quae illa neuere, vt, ſi imperium alicui decreuerint, quod alter modo teneat, illumque hicce interficiat, ne ab eo exuatur imperio; etiam in vitam

τος φύσει τὸν περὶ αὐτῷ ὑμένα, καὶ τῷ πηλώδει ἐπιπολάζοντος. τί ἂν, ὦ βασιλεῦ, τῆς μιαιφονίας ἔργον, εἰ ἄσημα τὰ ἱερὰ ἔσαι; ἄσημα δ' αὐτὰ ἡ ἀνθρωπεία φύσις ἐργάζεται, ξυνιεῖσα τῷ θανάτῳ, καὶ αὐτοὶ οἱ ἀποθνήσκοντες. οἱ μὲν γὰρ εὐψυχοι ξὺν ὀργῇ τελευτῶσιν, οἱδ' ἀθυμότεροι ξὺν δέει. ἔνθεν ἡ τέχνη, παρὰ τοῖς ἀκ ἀνεπιστήμοσι βαρβάροις[7], χιμαίρας μὲν καὶ ἄρνας ἐπαινεῖ[8] σφάττειν, ἐπειδὴ εὐήθη τὰ ζῶα, καὶ ἀ πόρρω αἰσθήτων. ἀλεκτρυόνας δὲ καὶ σῦς, καὶ ταύρους[9], ἐπειδὴ θυμοειδῆ ταῦτα, ἀκ ἀξιοῖ τῶν ἑαυτῆς ἀπορρήτων. ξυνίημι, ὦ βασιλεῦ, παροξύνων τὸν κατήγορον, ἐπειδὴ σοφώτερόν σε ἀκροατὴν εἴργασμαι· καί μοι δοκεῖς καὶ προσέχειν τῷ λόγῳ. εἰ δὲ μὴ σαφῶς τι αὐτῷ φράζοιμι, ξυγχωρῶ σοι ἐρωτᾶν με.

Εἰρηταί μοι τὰ πρὸς τὴν τῶ Αἰγυπτίου γραφήν· ἐπεὶ δ', οἶμαι, χρὴ μηδὲ τὰς Εὐφράτου διαβολὰς ὑπερορᾶσθαι, σὺ, ὦ βασιλεῦ, δικάζοις ὁπότερος ἡμῶν φιλοσοφεῖ μᾶλλον. ἐκεῖν ὁ μὲν ἀγωνίζεται μὴ ταληθῆ περὶ ἐμῦ λέγειν· ἐγὼ δ' ἀκ ἀξιῶ[1]. καὶ ὁ μέν σε ἡγεῖται δεσπότην, ἐγὼ δ' ἄρχοντα. καὶ ὁ μὲν ξίφος ἐπ' ἐμέ σοι δίδωσιν· ἐγὼ μὲν ὄ[2]. ἀλλ' ὑπὲρ ὧν γε διαβέβληκεν, οἱ λόγοι εἰσὶν, οὓς ἐν Ιωνίᾳ εἶπον[3]. φησὶ δ' αὐτὸς ἀκ ἐς τὸ ξυμφέρον ὑπ' ἐμῦ εἰρῆσθαι. καί τοι τὰ μὲν λεχθέντα ἦν ὑπὲρ μοιρῶν, καὶ ἀνάγκης. παράδειγμα δ' ἐγένετό μοι τῷ λόγῳ τὰ τῶν βασιλέων πράγματα, ἐπειδὴ μέγιστα τῶν ἀνθρωπείων[4] δοκεῖ τὰ ὑμέτερα. μοιρῶν τε ἰσχὺν ἐφιλοσόφουν, καὶ τὸ ὅτως ἀτρεπτα εἶναι ἃ κλώθουσιν, ὡς, εἰ καὶ βασιλείαν τῷ[5] ψηφίσαιντο, ἑτέρῳ[6] δὴ ὑπάρχουσαν, ὃδ' ἀποκτείνειε τοῦτον, ὡς μὴ ἀφαιρεθείη ποτὲ ὑπ' αὐτῷ τὸ ἄρχειν,

7 π. τοῖς ἀκ ἀνεπιστήμ. βαρβ.] nempe *ἀνεπιστήμονας* quoſdam barbaros aliter ſenſiſſe certum. Notus Porphyrii locus π. ἀποχ. II, 51. *ἐπιφαίνεται γὰρ μᾶλλον, ὡς φασὶ, τοῖς τέτῳ (τῷ ἀνθρώπῳ) σπλάγχνοις τὰ μέλλοντα. καὶ πολλοί γε τῶν βαρβάρων δι' ἀνθρώπους σπλαγχνίουσι.* Exempla in Luſitanis habes ap. Strabon. lib. III. in Armeniis & Comagenis ap. Iuuenal. Sat. VI. v. 549. taceo alia. Imo & Elagabalum *exta puerilia inſpexiſſe* Lamprid. autor eſt, in vita eius cap. 8. Alia *θυμοειδέστερα* animalia barbaros quoſdam, quos in *ἐπιστήμοσιν* haut cenſeat noſter, inſpexiſſe paulo poſt patebit n. 9.

8 χιμαίρ. μὲν καὶ ἄρν. ἐπαινεῖ] ſic nempe apud Romanos ſcriptores hoedos, agnos & vitulos plerumque extiſpiciis adhibitos legas, vid. Virgil. Aen. IV. v. 57. 63. Ouidius Metam. XV. v. 575. Iuuenal. Sat. VI. v. 392. Perſius Sat. II. v. 26. Sic apud Paphios certiſſimam fidem hoedorum fibris eſſe narrat Tacitus l. II. hiſtor. cap. 3. atque horum animalium exta vetuſtiore ritu inſpecta eſſe Pauſanias docet Eliac. poſter. p. 455. *μαντικὴ δὲ ἡ μὲν ἐρίφων καὶ ἀρνῶν τε καὶ μόσχων ἐκ παλαιᾶς δήλη καθεστῶσα ἐστὶν ἀνθρώποις.* Cyprios primos addit *ſues* ei rei adhibuiſſe.

9 ἀλεκτρ. δὲ καὶ σῦς καὶ ταύρ.] vſae tamen *θυμοειδεσίρεως* huiuſmodi ad extiſpicia gentes nonnullae, minus ſcil. iudice Apollonio prudentes, *ſue Cyprii primi*, Pauſan. Eliac. Prior. p. 455. Myſii *equo* Flor. lib. IV. c. 12. quod & Tyndareus videtur feciſſe ap. Pauſan. Laconic. p. 262. *cane* Thraſybulus vſus eſt, ap. eund. Eliac. II. p. 455.

Sect. 16. 1 ἐγὼ δ' ἀκ ἀξιῶ] Palatinus addit λίγειν.

2 ἐγὼ μὲν ὄ] ſic legendum putaui pro ἐγὼ μὲν ἦν, quod erat in editis. Lectionem illam videtur agnouiſſe Rhinuccinus.

3 ὃς ἐν Ιωνίᾳ εἶπον] ſ. lib. VII. cap. 9.

4 ἀνθρωπείων] Morell. in quibuſdam inueniri ἀνθρώπων obſeruauit. Sed melius eſt *ἀνθρωπείων*.

5 βασιλείαν τῷ] apud Euſebium adu. Hierocl. c. 40. legebatur *βασιλείας τέτῳ*.

6 ἑτέρῳ] hanc lectionem firmat Euſebius & cod. Palatin. item quod ſequitur ὃδ' ἀποκτείνειε, quod minus conuenit lectioni editorum, qui habebant *ἑτέρων*.

κἂν ἀναβιῴη ὁ ἀποθανὼν ὑπὲρ τῶν δοξάντων ταῖς μοίραις. τὰς γὰρ ὑπερβολὰς τῶν λόγων εἰσαγόμεθα, διὰ τὲς τοῖς πιθανοῖς ἀπειθοῦντας. ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τοιόνδε ἔλεγον· ὅτῳ πέπρωται γενέσθαι τεκτονικῷ, ἕτος, κἂν ἀποκοπείη τὼ χεῖρε, τεκτονικὸς ἔσαι· καὶ ὅτῳ νίκην ἐν Ολυμπίᾳ δρόμε ἄρασθαι, ἕτος, ἢν εἰ πηρωθείη τὸ σκέλος, ἁμαρτήσεται τῆς νίκης. καὶ ὅτῳ ἔνευσαν μοῖραι τὸ ἐν τοξείᾳ κράτος, ἕτος, ἢν εἰ ἀποβάλοι τὰς ὄψεις, ἐκπεσεῖται τῦ σκοπῦ. τὰ δὲ τῶν βασιλέων, ἔλεγον, ἐς τὲς Ακρισίυς δή πε ὁρῶν, καὶ τὲς Λαΐυς, Ασυάγη τε τὸν Μῆδον, καὶ πολλὲς ἑτέρυς, ἓν τίθεσθαι τὰ αὐτῶν τοιαῦτα ἐν ἀρχῇ δόξαντας[7]. ὧν οἱ μὲν παῖδας, οἱ δὲ ἐγγόνυς[8] ἀποκτεῖναι οἰηθέντες, ἀφῃρέθησαν ὑπ' αὐτῶν τὸ βασιλεύειν, ἀναφύντων ἐξ ἀφανῦς ξὺν τῷ πεπρωμένῳ. καὶ εἰ μὲν ἡγάπων κολακευτικὴν, εἶπον ἂν καὶ τὰ σὰ ἐντεθυμῆσθαι, ὅτε ἀπείληφο[9] μὲν ὑπὸ τῦ Βιτελίυ ἐνταῦθα[10], κατεπίμπρατο δὲ ὁ νεὼς τῦ Διὸς, περὶ τὰς ὀφρῦς τῦ ἄετος[11]. ὃδ' ἓν κείσεσθαι τὸ ἑαυτῦ ἔφασκεν, εἰ μὴ διαφύγοις αὐτόν, καί τοι μειράκιον ἱκανῶς ἦσθα, καὶ ὅπω ἕτος. ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μοίραις ἐδόκει ἕτερα, ὁ μὲν ἀπώλετο αὐταῖς βελαῖς, σὺ δὲ τἀκείνυ νῦν ἔχεις. ἐπεὶ δ' ἁρμονίᾳ κολακευτικῇ ἄχθομαι, δοκεῖ γάρ μοι τῶν ἐκρύθμων τε καὶ ἐκ ἐυφθόγγων εἶναι, τεμνέσθω μοι ἥδε ἡ νευρά· καὶ μηδὲν ἡγῦ τῶν σῶν ἐντεθυμῆσθαί με, ἀλλὰ διειλέχθαι μόνα τὰ ὑπὲρ μοιρῶν, καὶ ἀνάγκης· ταυτὶ γάρ φησιν εἰρῆσθαί μοι ἐπὶ σέ. καί τοι τὸν λόγον τῦτον ἀνέχονται μὲν καὶ οἱ πολλοὶ τῶν θεῶν. ἐκ ἄχθεται δὲ ὅδε ὁ Ζεὺς, ἀκέων καὶ ταῦτα τῶν ποιητῶν ἐν τοῖς Λυκίοις λέγοις[12], ὤμοι ἐγὼν ὅτε[13] μοι Σαρπηδόνα·

καὶ τοιαῦτ' ἐς αὐτὸν ἀδόντων, ἐν οἷς τῦ ὑέως ἐξίεσθαί φησι ταῖς μοίραις. λεγόντων τε αὖ ἐν ψυχοσασίᾳ[14], ὅτι Μίνω τὸν ἀδελφὸν τῦ Σαρπηδόνος, ἀποθανόντα, χρυσῷ μὲν σκήπ[τ]ρῳ ἐτίμησε, καὶ δικάζειν ἔταξεν ἐν τῇ τῦ Αἰδωνέως ἀγορᾷ,

interemtus sit rediturus, quo fatorum satisfiat decretis. Excessu nempe orationis vti solemus in gratiam eorum, qui modice dictis fidem non habent: perinde ac si dicerem tale quid: cuicunque fatis est destinatum, faber lignarius vt sit; is manus licet habeat amputatas, lignarius tamen erit faber. Et cui in Olympia cursu vincere [a fatis sit destinatum,] hic etiam si crus perfregerit, victoria non excidet. Cui item vt arte sagittandi valeat fata adnuerint, is ne si oculos quidem amiserit, a scopo aberrabit. Regum autem vsus exemplo sum, ad Acrisios & Laios, Medumque Astyagem, & alios multos respiciens, qui se consuluisse talibus in principatu egregie rebus suis existimarunt: quorum tamen alii filios, alii nepotes sese interfecisse putantes, ab iis postea regno spoliati fuerunt, ex obscuro eis fatorum opera prodeuntibus. Quod si adulationem probarem, dicerem tuas etiam animo meo res obuersatas fuisse, quando obsessus a Vitellio in hac vrbe fuisti, Iouisque in Capitolio templum fuit combustum. Ille autem bene se rem habere putabat, si manibus eius non elabereris, quanquam tum adolescens admodum, nec is qui nunc esses. Attamen, quoniam aliter fatis videbatur, ille quidem, dum haec consilia ageret, periit, tu autem, quae ille habebat, nunc possides. Sed quoniam adulatorius cantus me offendit, numeris enim mihi carere & tonorum concinnitate videtur, rumpenda mihi ista est chorda. Neque existimes velim de tuis rebus me cogitasse, sed de fatis tantum & necessitate disseruisse: hoc enim est quod aduersus te a me prolatum ait [delator]. Atqui doctrinam hanc vel ipsorum Deorum plerique ferunt, neque vel ipse Iupiter indignatur talia a poëtis quoque audiens, vbi Lycias res exponunt,

Hei mihi! quum Sarpedona mihi &c.

& alia eius eius generis in ipsum vbi canunt, quibus filio se orbatum a fatis ait. Imo & alibi, vbi de manium nempe sedibus agunt, dicentes, quod Minoem Sarpedonis fratrem, mortuum, aureo sceptro decorauerit, iudicemque in foro Aidonei constituerit fato-

---

7 ἓν τίθεσθαι τὰ αὐτῶν τοιαῦτα ἐν ἀρχῇ δόξαντας] τοιαῦτα i. e. κατὰ τοιαῦτα. *si talia patrarent*, Eusebius cap. 40. αὐτῶν & ἐν ἀρχῇ omittit, quod posterius & ipse omitti malim.

8 ἐγγόνυς] sic Eusebius & MSS. nostri. Aldus ἐκ γόνυς Morell. ἐκθαγόνυς. Pertinet hoc ad Astyagem cuius nepos *Cyrus*.

9 ἀπείληφο] vide de hac voce notata supra ad sect. II. not. 10.

10 ἐνταῦθα] omittit Eusebius.

11 π. τ. ὀφρῦς τῦ ἄε.] h. e. in *Capitolio*. vid. Sueton. in vita Domitiani c. 1. Tacitus hist. lib. III. c. 74. Nempe ὀφρῦς significat montis verticem, vt vidimus passim in hac vita.

12 ἐν τοῖς Λυκίοις λόγοις] sic vocat Iliados Π'. quo describitur Lyciorum, Sarpedonis auspicia sequentium, cum Graecis, Troiam obsidentibus, pugna.

13 ὤμοι ἐγὼν ὅτε μοι Σαρπ.] initium versuum, quibus, Sarpedonis caedem deplorans Iupiter, fatorum vim ab Homero incusare fingitur: sic autem ille Iliad. Π'. v. 433. sq.

Ω μοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπήδονα φίλτατον ἀνδρῶν
Μοιρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.

14 ψυχοσασίᾳ] sic vocat Odysseae Λ'. qua Vlysses inferos, h. e. *animorum* defunctorum *sedes* legitur accessisse.

rum

rum vero non eximere potuerit legibus. Tu igitur, Imperator, cur illi succenſes doctrinae? cum Dii eam ferant, quorum ſemper ſtabiles res ſunt, nec capite ob eam plectant poëtas. Nempe parere fatis oportet, rerumque mutationes iniquo animo haut ferre, & Sophocli fidem habere,

Diis nec ſenecta ſolis nec mors obuenit,
Reliqua omnium aetas domitrix conficit
omnia,

melius quam dici a mortalium poſſit vllo dicenti. Verſatilis nempe hominum eſt fortuna, & vnius diei res, o Imperator, felicitatis duratio eſt. Ille, qui mea nunc habet, & iſtius qui res habet alter, & huius vel illius qui res habet hic vel ille, non habet. Iſta conſiderans, o Imperator, relegationes fac ceſſent, fac ſanguis ſiſtatur: atque philoſophia, ad omnia quae modo volueris vtere, vera enim [philoſophia] animi perturbationes excludit. Lacrymas autem hominibus abſterge, quorum modo multiplex echo ex mari, frequentior autem multo ex continenti reſonat, plorantium quod plorandum quisque maxime habet. Quae autem inde naſcuntur, plura, quam vt numerari poſſint, [mala], a delatorum pendent linguis, qui omnia tibi inuiſa reddunt, & te viciſſim, o Imperator, inuiſum omnibus.

Cap. IIX. Atque ita ſe habebant praeparata Viro ad defenſionem. Ad calcem autem inueni prioris orationis extrema, iſtud nempe [Homericum]

Nec me enim occides; parcis me aufferre
negatum.

& ea inſuper quae praecedebant, a quibus iſtud nexu pendebat. Poſtquam autem ex dicaſterio diſceſſit, diuino quodam, nec facile

μοιρῶν δ' ὃ παρητήσατο[15]. σύ δ', ὦ βασιλεῦ, τῷ χάειν ἄχθῃ τῷ λόγῳ; θεῶν καρτερόντων αὐτὸν, οἷς πέπηγεν ἀεὶ τὰ πράγματα, καὶ μὴ ἀποκτενόντων τὰς ποιητὰς ἐπ' αὐτῷ. προσήκει γὰρ ταῖς μοίραις ἕπεσθαι, καὶ πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων μὴ χαλεπὰς εἶναι. Σοφοκλεῖ τε μὴ ἀπιστεῖν,

— μόνοισιν ὃ γίγνεται
θεοῖσι γῆρας[16]; ὃδὲ μὴν θανεῖν ποτε,
τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς
χρόνος,

ἄριστα δὴ ἀνθρώπων λέγοντι. ἐγκύκλιοι[17] γὰρ αἱ κατ' ἀνθρώπους εὐπραγίαι, καὶ ἐφήμερον[18], ὦ βασιλεῦ, τὸ τῆς ὅλης μῆκος. τἀμὰ ἔτος[19], ἢ τὰ τότε ἕτερος, καὶ ὁ δεῖνα τὰ τοῦ δεῖνος ἔχων, ἃ οὐκ ἔχει[20]. ταῦτ' ἐννοῶν, ὦ βασιλεῦ, παῦε μὲν φυγάς, παῦε δ' αἷμα· καὶ φιλοσοφίᾳ μὲν ὅ, τι βέλει χρῶ, ἀπαθὴς γὰρ ἥ γε ἀληθής. δάκρυα δὲ ἀνθρώπων ἀφαίρει, ὧν νῦν γε[21] ἠχὼ μυρία μὲν ἐκ θαλάττης, πολλῷ δὲ πλείων[22] ἐξ ἠπείρων φοιτᾷ, θρηνούντων, ὅ, τι ἑκάστῳ θρῆνος ἄξιον. τὰ δὲ ἐντεῦθεν φυόμενα πλείω ὄντα ἢ ἀριθμεῖσθαι, ταῖς τῶν συκοφαντῶν γλώτταις ἀνῆπται[23], διαβαλλόντων σοί τε πάντα, καὶ σὲ, ὦ βασιλεῦ, πᾶσιν.

Ὧδε μὲν δὴ τῷ ἀνδρὶ τὰ ἐκ παρασκευῆς εἶχεν· ἐπὶ τελευτῇ δ' εὗρον τοῦ λόγου τὰ τελευταῖα τοῦ προτέρου[1], τὸ·

ἃ γάρ με κτανέεις, ἐπεὶ ὅτοι μόρσιμός εἰμι.

καὶ τὰ πρὸ τούτου ἔτι[2], ἀφ' ὧν τοῦτο. ἐπεὶ δὲ ἀπῆλθε τοῦ δικαστηρίου δαιμονίου τε καὶ ῥᾴδιον εἰ-

---

15 μοιρῶν δ' ὃ παρητήσατο] vt qui ibi inter ψυχὰς καλαστεθνειώτων referatur, *fatiſque* adeo ſuis obnoxiorum. alluditur ad Odyſſ. Λ'. v. 566. ſq.

16 μόνοισιν ὃ γίγν. θεοῖσι γῆρας] ſimilis Sophoclis ſententia allegatur Plutarcho de orac. def. En verba eius: πολλὰ καλὰ τοῦ θεοῦ διδόντος ἀνθρώποις, ἀθάνατον δὲ μηδέν· ὥστε θνήσκειν καὶ τὰ θεῶν, θεὸς δὲ ὤ, κατὰ τὸν Σοφοκλέα. Putatque vir diligentiſſimus Th. Gattaker. aduerſ. c. 10. ſenſum reddidiſſe Plutarchum huius ipſius Sophoclis loci, cuius verba Philoſtratus ſeruauit: Vtut Iambum ex Plutarchi loco confinxerint, quem tanquam Sophoclis ex incerto dramate ſuperſtitem circumferant:

Θνήσκει δὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν, θεοὶ δὲ ὤ.

17 ἐγκύκλιοι] *rotam fortunae* poetis paſſim dici videas: fatorumque vices κυλίνδροις Stoici comparabant. vide Gellium lib. VI. c. 2. & Ciceronem lib. de fato extr.

18 ἐφήμερον] ſic ap. Homer. Od. Φ'. v. 85. de hominibus ἐφημέρια φρονέοντες & Thucyd. lib. II. p. 134. ἐφήμερα τά τε σώματα καὶ χρήματα dicit; & Imp. Marc. Aurel. εἰς ἑαυτὸν lib. IV. §. 48. ὅλα τὰ ἀνθρώπινα ἐφήμερα καὶ ἰυτελῆ adde lib. IX. §. 14. & lib. IV. §. 36. vbi vide Gattakerum, ad ἐφήμερον animalculum eo loquendi genere reſpici docentem.

19 τἀμὰ ἔτος &c.] non dicit *mea quae nunc ſunt, non ſunt mea*, vel *ea non habeo* &c. *ſed mea, quae nunc habet alter*, & ſic deinceps; eo vt puto reſpiciens, quod improborum hominum felicitas, qui delationibus, aliiſque eius generis ſceleribus, aliena occupabant, ſplendidamque adeo ſibi parabant fortunam, parum itidem durabilis, nec digna tanto ambitu, famaeque & conſcientiae iactura, ſit futura.

20 οὐκ ἔχει] vt quae mox rurſus ei ſint dimittenda, fatis vices ſuas obeuntibus.

21 ὧν νῦν γε] ſic reſcribere auſus ſum, pro ὡς νῦν γε, quod, in prioribus editionibus repertum, ſenſum turbabat. Refero autem articulum ad ἀνθρώπων, id quod ſuadet ſequens etiam θρηνούντων.

22 πλείων] ſic Vrbinas & Palatinus optime. Editi πλείω. Referendum πλείων ad ἠχώ.

23 συκοφ. γλ. ἀνῆπται] h. e. illae in culpa ſunt, quod mala iſta fiant.

CAP. IIX. 1 τοῦ προτέρου] ſc. λόγου, quo cauſam ſuam defendit ex tempore ſ. cap 6. non permittente Domitiano, vt continua eaque praemeditata oratione vteretur.

2 καὶ τὰ πρὸ τούτου ἔτι] verba nempe διὰ δὲ τὰς ἀλιτηρίους τούτους &c. cum quibus ſupra cap. 6. verſum iſtum Homericum coniunxiſſe dicitur.

πεῖν τρόπον, ἃ ἔπαθεν ὁ τύραννος, ὅπερ [3] οἱ πολλοὶ ᾤοντο. οἱ μὲν γὰρ ᾤοντο αὐτὸν σχέτλια ὑπὲρ τούτου βοήσεσθαι, καὶ δίωξιν ποιήσασθαι τοῦ ἀνδρὸς, κηρύξειν τε ἐς τὴν αὐτοῦ πᾶσαν, μηδαμοῦ παριτητέα [4] εἶναί οἱ. ὁ δ' ὐδὲν τούτων, ἀλλ' ὥσπερ ἀγωνιζόμενος πρὸς τὴν τῶν πολλῶν δόξαν· εἰ ξυνιεὶς [5] λοιπὸν, ὅτι μηδὲν ἐπὶ τὸν ἄνδρα οἱ ἄυταρκες, εἴ δ' ὑπερεώρα, ξυμβαλώμεθα τοῖς ἐφεξῆς. Φανείη γὰρ ἂν ξυνταραχθεὶς μᾶλλον, ἢ καταφρονήσας.

Ἠκροᾶτο μὲν γὰρ ἑτέρας ἐπ' ἐκείνῃ δίκης. πόλις δ' ἦν ἀγωνιζομένη πρὸς ἄνδρα ὑπὲρ διαθηκῶν, οἶμαι. διέφευγον δ' αὐτὸν ἐ μόνον τὰ τῶν δικαζομένων ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ ὁ νοῦς τῆς δίκης. ἀνόητοι μὲν γὰρ αἱ ἐρωτήσεις ἦσαν, αἱ δ' ἀποκρίσεις ἐδ' ὑπὲρ ὧν ἡ κρίσις. ἃ σφόδρα ἤλεγχε τὸν τύραννον, ὡς ἐξεπέπληκτό τε καὶ ἠπόρει, δι' αὐτὸ μάλιστα, τὸ πεπεῖσθαι πρὸς τῶν κολακευόντων, ὅτι μηδὲν ἂν διαφύγοι αὐτόν.

Οὕτω τὸν τύραννον διαθεὶς, καὶ παίγνιον τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας [1] ἀποφήνας τὸν Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις φοβερὸν πᾶσι, πρὸ μεσημβρίας μὲν ἀπῆλθε τοῦ δικαστηρίου, περὶ δείλην [2] δ' ἐν Δικαιαρχείᾳ ἐφάνη [3] Δημητρίῳ τε καὶ Δάμιδι. καὶ τοῦτ' ἄρ ἦν [4] τὸ παρακελεύσασθαι αὐτὸν τῷ Δάμιδι, μὴ περιμείναντι τὴν ἀπολογίαν, πλεῦσαι [5] ἐς Δικαιάρχειαν. τὰ μὲν γὰρ βεβουλευμένα ἐ πρᾴλεγε· τὸν δ' ἑαυτῷ ἐπιτηδειότατον [6] ἐκέλευε πράττειν, ἃ τοῖς βεβουλευμένοις εἴπετο.

Ἐτύγχανε μὲν δὴ ὁ Δάμις τῆς προτεραίας [1]

explicando modo euenit, vt neutiquam ita se tyrannus gereret, vt plerique expectauerant. Putabant enim illi, misere ipsum ob Apollonium exclamaturum esse, & persecuturum hominem, quin & per omnes imperii sui partes edicturum, ne qua tuto ipsi incedere liceret. Ipse autem nihil horum fecit, sed quasi contra opinionem hominum niteretur [se gerebat]: an ideo, quod agnosceret sibi aduersus virum minime sufficere vires, an ex contemtu, ex iis, quae mox sequuntur, coniicere licebit: attonitum enim fuisse potius, quam contemtim habuisse videri queat.

Nempe & alii post [Apollonium auditum] Cap. IX. causae praefuit. Controuersia enim ciuitati aduersus non neminem fuit, testamentum, vt puto, concernens. Non nomina autem tantum partium, sed ipsum etiam controuersiae argumentum ei excidere. Nullus enim in interrogationibus eius sensus erat, respondebatque de rebus a statu causae plane alienis. Quae vehementer arguebant attonitum esse tyrannum atque perplexum, idque eo magis, quod ab assentatoribus plerisque persuasum esset ei, quod nulla res facile memoriam eius fugiat.

Hoc igitur modo tyrannum affectum lin- Cap. X. quens, suaeque philosophiae crepundia esse eum ostendens, qui Graecis Barbarisque terrori erat omnibus, ante meridiem e dicasterio discessit: circa ipsum vero meridiem Puteolis Demetrio Damidique apparuit. Haecque causa fuerat, cur Damidi praeciperet, vt, non expectata defensione, Puteolos proficisceretur. Nam consilia quidem sua ante non aperuit: eum tamen, qui maxime necessarius sibi esset, facere iussit quae consentanea essent deliberatis.

Aduenerat autem pridie [Puteolos] Damis, & Cap. X.

---

3 ὅπερ] vera haut dubie lectio, & Morello obseruata & in codice Vrbin. & Vatican. reperta, imo & Aldo approbata. tamen Morellus praetulerat ὥσπερ.

4 παριτητέα] sic MSS. male editi παραιτητέα.

5 εἰ ξυνιεὶς] huic respondet in sequente membro εἰ δ' ὑπερεώρα, quamobrem non dubitauimus εἰ ξυν. rescribere pro ἢ ξυν. quod erat in vulgatis.

CAP. X. 1 παίγνιον τ. ἑαυτοῦ φιλοσοφίας] videtur alludere ad Platonicum istud παίγνιον ἄνθρωπος θεῶν. Nempe vt in omnibus Deo comparat sapientem, adeo vt mundum quoque suum tribuerit sapienti supra, ab eo ornandum, ita hac quoque ex parte similem Deo facit. Platonis sententiam illam supra quoque allegatam habes l. IV. c. 36.

2 περὶ δείλην] intelligitur δείλη πρωΐα, vt dicebatur supra lib. III. c. 23. vbi vid. n. 2. i. e. tempus, quo mane in meridiem desinebat, quod luculenter paulo post cap. 12 indicatur, vbi iam praesens Puteolis Apollonius sistitur πρωΐσης τῆς ἡμέρας ἐς μεσημβρίαν. Male ergo hoc loco priores interpretes vertunt: *non multum vero post meridiem.*

3 ἐφάνη] eadem voce in causa eadem vtitur s. lib. VII. c. 41. vbi vide obseruata n. 2.

4 καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν] nempe quod Damis, homo communis luti, mirabile hoc iter, de quo plura etiam inf. habes c. 13. vna cum Apollonio conficere non posset, ideo ipsi praecipiebat, vt ante illam diem Puteolos iter ingrederetur, quod factum narratur supra libri VII. c. 41.

5 πλεῦσαι] at diserte supra l. c. Damidi, ne maritimo itinere peteret Puteolos, Apollonius suadet, eiusque rei rationem Damis comperisse ibidem narratur istam, quod vehementissima tempestate sub id tempus mare agitatum fuisset. Quid ergo? an crasse adeo sibi ipsi contradicere Philostratum putabimus, vt hic dicat iussum ab Apollonio Damidem fuisse πλεῦσαι Puteolos. Non censeo. *Corrupta* igitur mihi hic lectio esse videtur ex abbreuiata scribendi ratione, qua vocem πορεύεσθαι repraesentare solebant librarii: quae causa fuit cur in versione quoque voce magis generali sim vsus.

6 τὸν δ' ἑαυτῷ ἐπιτηδ.] ipsum Damidem intelligit.

CAP. XI. 1 τῆς προτεραίας] quarto autem die ante apologiam Damis discesserat, vid. s. l. VII. c. 41. triduo fere consumto in eo itinere, quod paucis horis absoluit Apollonius.

de

de iis, quae ante iudicium fuerant gesta, cum Demetrio fuerat confabulatus. Ille vero meticulosior, quam de Apollonio audientem par esset, reddebatur his ipsis quae audiebat. Rursumque postridie de iisdem rebus percontabatur, vna cum eo moerori indulgens in maris littore, qua parte Calypsus fabulam actam aiunt. Nempe eum venturum esse desperabant, quod tyrannum saeuum se praebere omnibus constaret. Mandatis tamen ab Apollonio obsequi volebant, ob egregiam viri indolem. Iamque defessi in Nymphaeo consederant, vbi erat crater. Est autem ille ex albo lapide, aquam salientem continens, quae tamen neque summis labris exundaret, neque si quis ex ea hausisset subsideret. De eius igitur aquae natura vbi non adeo magna animi contentione disputassent, eo quod concepta ob virum animum angeret aegritudo; orationem ad ea quae ante iudicium acta fuerant reuocauerunt.

ἀφιγμένος, καὶ τῷ Δημητρίῳ ξυγγεγονὼς ὑπὲρ τῶν πρὸ τῆς δίκης. ὃδ' ἐυλαβέστερον, ἢ τὸν ὑπὲρ Ἀπολλωνίᾳ ἀκροώμενον εἰκὸς [2], διατεθεὶς ἦν ὑφ' ὧν ἤκουσε. καὶ πάλιν τῆς ὑστεραίας ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἠρώτα, ξυναλύων αὐτῷ παρὰ τὴν θάλατταν, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὴν Καλυψὼ μυθεύματα [3]· ἀπεγιγνώσκον μὲν γὰρ ὡς ἔχ ἥξοντος, ἐπειδὴ τὰ τῆς τυραννίδος χαλεπὰ ἦν πᾶσι. τὰ δ' ὑπ' αὐτῷ προσατ[ό]μενα [4] ἐτίμων, διὰ τὴν φύσιν ἀνδρός. ἀπειπόντες ὧν, ἐκάθηντο ἐς τὸ νυμφαῖον, ἐν ᾧ ὁ πίθος [5]. λευκῷ δ' ἔτος ἐστὶ λίθῳ, ξυνέχων πηγὴν ὕδατος, ἄθ' ὑπερβάλλουσαν τῷ στομίῳ, ἄτ' ἤ τις ἀπαντλοίη ὑποδιδοῦσαν. διαλεχθέντες δ' ὑπὲρ τῆς φύσεως τοῦ ὕδατος, ὡ μάλα ἐσπουδακότως, διὰ τὴν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ ἀθυμίαν, ἐπανῆγον τὸν λόγον ἐς τὰ πρὸ τῆς δίκης.

Cap. XII. Planctum igitur redintegrante Damide, atque tale quid insuper proferente: Videbimus ne igiur aliquando, o Dii, bonum illum & probum sodalem nostrum? Apollonius, qui id audiebat, iam enim & ipse ad Nymphaeum aduenerat, videbitis dixit, quin potius iam vidistis. Num viuum? aiebat Demetrius, si mortuum enim, nunquam te flere cessaueri-mus. Protendens itaque manum Apollonius, me, inquit, prehende, sique [vmbrae instar] elabar, spectrum me arbitrare, e Proserpinae huc aduenienis domo, qualia terrestres Dii ostendere solent hominibus, quibus prae moerore excidit animus. Sin vero tangenti me praebeam, Damidi quoque persuadeas velim viuere me, neque corpus deposuisse. Dubitare igitur amplius integrum non erat illis, surgentesque adeo viro inhaerebant, eumque osculabantur. Inde vt causam egisset, scisitabantur. Demetrius enim ne quidem vsum [putabat] defensione, vt cui pereundum fuerit, etiamsi nihil peccasse eum constitisset. Damis autem eum se defendisse censebat quidem, paulo antea tamen fortassis. Neque enim

Ἀνολοφυρομένῳ δὲ τῷ Δάμιδος, καί τι καὶ τοιοῦτον ἐπόντος, ἆρ' ὀψόμεθά ποτε, ὦ θεοὶ, τὸν καλόν τε καὶ ἀγαθὸν ἑταῖρον; ἀκούσας ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐφεστὼς ἤδη τῷ νυμφαίῳ ἐτύγχανεν, ὄψεσθε, εἶπε, μᾶλλον δὲ ἑωράκατε. ζῶντα; ἔφη ὁ Δημήτριος, εἰ δὲ τεθνεῶτα, ὅπω πεπαύμεθα ἐπὶ σοὶ κλάοντες. προτείνας ὧν ὁ Ἀπολλώνιος τὴν χεῖρα, λαβοῦ μοι, ἔφη· κἂν μὲν διαφύγω σε, εἴδωλόν εἰμί σοι ἐκ Φερσεφάττης [1] ἥκον, οἷα φαίνεσιν οἱ χθόνιοι θεοὶ τοῖς ἀθυμοτέροις τὰ πένθη. εἰ δὲ ὑπομείναιμι ἁπτόμενον, πεῖθε καὶ Δάμιν ζῆν τέ με καὶ μὴ ἀποβεβληκέναι τὸ σῶμα. ἀνέθ' οἷοι ἀπιστεῖν ἦσαν, ἀλλ' ἀνασάντες, ἐξεκρέμαντο τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἠσπάζοντο. ὑπέρ τε τῆς ἀπολογίας ἠρώτων. ὁ μὲν γὰρ Δημήτριος ὠδ' ἀπολελογῆσθαι αὐτόν, ἀπολέσθαι γὰρ ἂν καὶ μὴ ἀδικοῦντα [2]. Δάμις δ' ἀπολελογῆσθαι μὲν, θᾶττον δ' ἴσως. ὡ γὰρ ἐπ'

---

2 ἢ τ. ὑπ. Ἀπολλ. ἀκρ. ἰικ.] nempe tanto viro, tanquam diuino nihil erat, quod metueret.

3 ἐν ᾗ τὰ π. τ. Καλ. μυθεύματα] vide notata supra lib. VII. c. 10.

4 τὰ δ' ὑπ' αὐτῷ προσατ[ό]μ.] nempe vt eo in loco se praestolarentur iubet s. lib. VII. c. 41.

5 ἐς τὸ νυμφαῖον, ἐν ᾧ ὁ πίθος] νυμφαῖον h. l. *nymphis* sacer locus est, qualibus tres solebant iungi & coli *nymphae*, vt cl. Gronouio ad Melae lib. II. & Thesauri antiquit. T. I. ad Nympharum Apolloniatarum & Hylae raptum fuit obseruatum. *Puteolani* vero Nymphaei nullibi mentio, quale tamen ibi fuisse haut vnum, vel aquarum calidarum & frigidarum eo loco copia persuadet, a quibus nomen etiam locus traxit obseruante Varrone, Festo, Strabone &c. *Nymphaeum* vero eius loci non aquae videtur fuisse ex petra scaturientis, & pleno riuo desluentis, quale *Nymphaeum* repraesentat pictura a L. Holstenio commentario illustrata: sed *puteus*, nam *putei* frequentes *Puteoli*, vnde πίθων in *Nymphaeo* hoc, i. e. *dolium* vel *craterem* agnoscit Philostratus.

CAP. XII. 1 ἐκ Φερσεφάττης] subintellige οἶκε, quae frequens ellipsis. Sic ἐκ θεοῦ ἥκειν s. l. I. c. 11. ἐκ τοῦ βασιλέως πέμπειν l. II. c. 28.

2 ὠδ' ἀπολελογ. αὐτόν· ἀπολ. γὰρ ἂν καὶ μὴ ἀδικ.] nempe Demetrius putabat Apollonium, Socratis exemplum secutum, apologia non fuisse vsurum, vt qui nosset frustra eam futuram apud tyrannum, a quo, vtut clarissime innocentiam suam demonstraret, interficiendus sit nihilominus.

ἐκείνης γε τῆς ἡμέρας ᾤετο. ὁ δ' Ἀπολλώνιος, ἀπολελόγημαι, ἔφη, ὦ ἄνδρες, καὶ νικῶμεν. γέγονε δέ μοι τὰ τῆς ἀπολογίας τήμερον, ὰ πρὸ πολλῶ τῆς ἡμέρας προήει γὰρ ἤδη ἐς μεσημβρίαν. πῶς ἂν, ἔφη ὁ Δημήτριος, τοσήνδε ὁδὸν ἐν σμικρῷ τῆς ἡμέρας ἤνυσας; καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, πλὴν κριῶ, ἔφη, καὶ πλερῶν κηρῶ [3] ξυγκειμένων, πάντα οἶδ, θεὸν ἐπιγράφων τῇ πομπῇ ταύτῃ. πανταχῶ μὲν, ἦ δ' ὁ Δημήτριος, τῶν σῶν ἔργων τε καὶ λόγων, θεὸν ἀεί τινα προορᾶν ἡγοῦμαι, παρ' ὃ τὰ σὰ ὄτως ἔχει. τὴν δ' ἀπολογίαν, ἥ τις γέγονε, καὶ ἅτλα ἡ κατηγορία εἶχε, καὶ τὸ τῶ δικάζοντος ἦθος, καὶ ὅ, τι ἤρετο, καὶ ὁτῳ ξυγκατέθετο, ἢ ὅτῳ μὴ, λέγε ὁμῶ πάντα, ἵνα καὶ Τελεσίνῳ ἕκαστα φράζοιμι. ὰ γὰρ ἀνήσει ἐρωτῶν τὰ σά· ὅς γε καὶ πρὸ πεντεκαίδεκα ἴσως ἡμερῶν, ἐμοὶ ξυμπίνων ἐν Ἀνθίῳ [4], κατέδαρθε μὲν ἐπὶ τῆς τραπέζης. μεσόσης δ' αὐτῷ τῆς κύλικος [5], ἔδοξεν ὄναρ, πῦρ ἐν τῇ γῇ πελαγίσαν, τὰς μὲν ἀπολαμβάνειν τῶν ἀνθρώπων, τὰς δὲ φθάνειν ὑποφεύγοντας, καὶ γὰρ δὴ καὶ ῥεῖν αὐτὸ παραπλησίως τῷ ὕδατι. σὲ δ' ἀχ ὅπερ οἱ πολλοὶ παθεῖν, ἀλλὰ διανεῦσαι αὐτῶ σχισθέντος. ἐπὶ δὲ τῷ ἐνυπνίῳ τούτῳ θεοῖς εὐξυμβόλοις ἔσπεισεν [6], ἐμοί τε παρεκελεύσατο ὑπὲρ σῶ θαῤῥεῖν. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ὰ θαυμάζω Τελεσῖνον, εἶπεν, ὑπερκαθεύδοντα [7], καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπερεγρήγορέ μω πάλαι [8]. τὰ δ' ὑπὲρ τῆς δίκης πεύσεσθε μὲν, ὰ μὴν ἐνταῦθα, δεῖλη τε γὰρ ἱκανῶς [9] ἤδη, καὶ βαδίζειν ὥρα ἐς ἄστυ. ἡδίως δ' οἱ καθ' ὁδὸν λόγοι παραπέμψαι βαδίζοντας. ἴωμεν ἂν διαλαλῶντες, ὑπὲρ ὧν ἐρωτᾶτε. λέξω δὲ τὰ τήμερον δή πω ἐν τῷ δικαστηρίῳ πραχθέντα. τὰ γὰρ πρὸ τῆς κρίσεως, ἄμφω ἴσε, σὺ μὲν

ctum id ea ipsa die esse putabat. Tum Apollonius, ego me, inquit, defendi, o Viri; superioresque causa fumus, mihique defensio hac ipsa die susceptа fuit paucis abhinc horis, vergebat autem ea iam versus meridiem. Quomodo igitur, inquiebat Demetrius, tantum itineris exigua adeo diei parte confeciſti? Tum Apollonius, praeter arietem, inquit, & alas cera conglutinatas, quicquid volueris censeo, Deo hancce adscribens vehiculationem. Ego vero omnino, inquit Demetrius, operibus sermonibusque tuis Deum semper aliquem interesse arbitror, cuius est, quod ita res tuae habeant. Defensio autem qualis extiterit, quae scriptus tibi libellus continuerit, ius item dicentis mores, quidque interrogauerit; quibus consenserit, quibus minus, vna quaeso dic omnia, vt Telesino ea sigillatim etiam exponam. Is enim de te interrogare non intermittet: qui ante quindecim circiter dies hosce, mecum Antii dum compotaret, mensae accubans obdormiuit. Cumque medium iam poculum circumferretur, somnium vidit, ignem terram inundantem, qui hominum alios statim comprehenderet, alios vero fugientes anteuerteret: nempe enim aquae adinstar manabat. Te autem minime idem cum ceteris passum esse, sed per medium ignem vtrinque discedentem tranauisse. Post istud somnium vero Diis bene somnia vertentibus libauit, meque bono animo in tua causa esse iussit. Tunc Apollonius, ego, inquit, Telesinum mihi dormire non miror, iamdudum enim vigilauit mihi. Quae vero in iudicio acta sint, audietis quidem, non heic tamen. Iam enim summa meridies, & in vrbem redeundi est tempus. Iucundi autem magis in via misti sermones, qui ambulantibus comitum sint loco. Pergamus igitur confabulantes de his quae percontamini. Exponam autem quid in dicasterio gestum sit hodie. Nam quae ante iudicium acta sint, nostis ambo: tu quidem vt qui interfueris:

---

3 πλὴν κριῶ, ἔφη, καὶ πλερῶν κηρῶ &c.] nempe *ariete* Phryxus & Helle, *alis cereis* Daedalus & Icarus vitae effugerant discrimen.

4 ἐν Ἀνθίῳ] celebre istud satis, & maritimum Italiae oppidum, Ἄντιον constanter scripsere Graeci antiquiores, Dionysius, Strabo, Ptolemaeus, Appianus: nisi quod ἐκ Ἀντίας femineo genere scriptum legatur apud Dionys. lib. V. qui inde sequuntur Graeci Ἄντιον, Ἄντειαν, Ἀνθιον, Ἀνθειαν promiscue scripsere, vt ex Stephani epitomatore & aliis iam obseruatum Cluuero. Ital. ant. l. III. p. 986. vid. & inf. c. 20 initio.

5 μεσόσης δὲ αὐτῷ τῆς κύλικος] nota in conuiuiis mensa *prima*, *secunda*, *tertia*, singulisque proprium *poculum* Διὸς σωτῆρος, ἀγαθῆ Δαίμονος, & Ἑρμῆ. horum medium μεσῆτα κύλιξ. Estque μεσότης κύλικος, idem quod μεσῆντος δείπνου, quod recte in vetere lexico explicatum, *coena media*: nec opus erat vt corrigeret Stephanus, *coena iam ad medium progressa*.

6 Θεοῖς εὐξυμβόλοις ἔσπεισεν] nempe nomine ἀγαθῆ Δαίμονος, cuius circumire solebat mensis secundis poculum, non certus aliquis intelligebatur Deus, sed quem sibi propitium quisque volebat. Vnde Horatius lib. IV. od. V. *alteris mensis* adhibitum *Augustum* ait *Deum*, nil aliud sibi volens, quam *Augustum* sibi propitium optasse Romanos, μεσόσην κύλικα bibentes, eumque adeo ἀγαθὸν Δαίμονα sibi popoſcisse. Sic igitur Telesinus, *a somnio* recens, μεσόσην κύλικι *bonos* sibi esse cupit *Deos somniorum* interpretes.

7 ὑπερκαθεύδοντα] vox non *profunde dormientem* h. l. notat, vt visum interpretibus prioribus. Sed alicuius *gratia* vel commodo *dormientem*. Nempe Telesinus dormiens & insomnio hoc instructus, ad alios de cura Deorum circa Apollonium conuincendos, *Apollonio dormit*. Firmant hunc sensum sequentia.

8 ὑπεγεγήγορέ μω πάλαι] vide supra l. VI. c. 39.

9 δεῖλη τε γὰρ ἱκαν.] hac iam phrasi tempus notari, quo meridies consummata est, ex pomeridianas horas paulo post inclinatura, ex collatione eorum, quae ad c. 10. not. 2. obseruata fuere, cum iis quae cap. sq. dicit Damis ἀλλ' ἐπειδὴ πλησ. ἑσπέρα, patet.

tu

tu autem vt qui, mea quidem sententia, non semel per Iouem, sed iterata vice id audieris, nisi forte male Demetrii memini. Quae igitur nondum nouistis ea persequar, texendi sermonis initium ab iis faciens, quae ante iudicium loquutus sum, & incessu qui nudo mihi fuit faciendus. Narrabat autem tum quae ipse dixisset, tum maxime illud, *non me enim occides*, & suum ex iudicio discessum, prout ille contigerat.

παρατυχὼν, σὺ δ' ἡκροαμένος, οἶμαι, τότε, μὰ Δί' ἐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πάλιν, εἰ μὴ ἐκλέλησμαι Δημητρίε. ἃ δ' ἔπω ἵσε δίειμι, διείρων ἀπὸ τῆς προρρήσεως[10], καὶ τῷ γυμνὸς ἐπελθεῖν[11]. διήει δὲ καὶ τὰς ἑαυτῷ λόγους, καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὸ, ἃ γάρ με κτανέεις "[12]. καὶ τὸ ἀπελθεῖν τῆς κρίσεως ὡς ἀπῆλθε.

Cap. XIII. Tunc exclamans Demetrius, ego, inquiebat, saluum te abiisse arbitrabar: at ista discriminis tibi initia sunt. Proscriptum enim te constringet, vt quo te vertas non inuenias. Verum Apollonius Demetrii valedicens timori, vtinam, inquit, vos non magis ei quam me capere sit expeditum: quomodo tamen eius nunc se habeant res ego noui. Nempe qui assentationes iugiter audire consueuit, seueras modo audiuit animaduersiones. His autem tyrannica ingenia franguntur, his irascuntur. Mihi vero quiete nunc opus est, qui, ex quo certamen istud obii, nunquam requieui. Tum Damis, ego, inquiebat, o Demetri, ita de viri huius rebus sentiebam, vt & ipse ab illa qua incedit via eum abducere fuerim conatus. Pariterque tu etiam suasor ipsi talium extitisti, ne scilicet vltro difficile adeo subiret discrimen. Sed vbi vinctus esset ille, prout mihi videbatur quidem, eiusque in summo discrimine versari mihi res viderentur; sui esse arbitrii, vt solueretur, dixit, exemptumque compede crus ostendit. Tum vero ego primum quantus vir sit intellexi, diuinum esse nimirum, & nostra sapientia multum superiorem. Quamobrem, si vel istis grauiora mihi subeunda sint, nihil metuam, licet vel capitis discrimen huius auspiciis sit adeundum. Sed quoniam vespera instat, in diuersorium pergamus, vt virum curemus. Tunc Apollonius, ego inquit, somno duntaxat indigeo: cetera enim siue suppetant siue minus, id mihi perinde erit. Post haec, peractis Apollini & Soli votis, domum ingressus est, vbi Demetrius habitabat, lotisque pedibus, cum Damidem coenare iussisset, quod cibum nondum sumsisse ipsi videretur, in-

Τότε ἀναβοήσας Δημήτριος, ἐγὼ μὲν ὤμην σεσωσμένον ἀφῖχθαί σε· σοὶ δ' ἀρχὴ κινδύνων ταῦτα. ξυλλήψεται γάρ σε καταγγελλόμενον, καὶ πάσης ἀποστροφῆς εἰργόμενον[1]. ὁ δ' ἐρρῶσθαι τῷ Δημητρίῳ δέει φράζων, εἰ γὰρ καὶ ὑμεῖς, εἶπεν, ὧδε αὐτῷ εὐάλωτοι ἦτε· ἀλλ' ὅπως μὲν τἀκείνῳ νῦν ἔχει, ἐγὼ οἶδα. κολακευόντων γὰρ ἀεὶ λόγων ἀκροατὴς γιγνόμενος, νῦν ἐπιπλητ]όντων ἠκροᾶτο[2]. ῥήγνυνται δ' ὑπὸ τῶν τοιούτων αἱ τύραννοι φύσεις, καὶ περὶ ταῦτα χολῶσιν. ἐμοὶ δὲ ἀναπαύλης δεῖ, γόνυ ἔπω κάμψαντι[3] ἐκ τοῦ ἄθλου. καὶ ὁ Δάμις, ἐγὼ, Δημήτριε, διεκείμην μὲν ὅτως, ἔφη, πρὸς τὰ τῶνδε τῶν ἀνδρὸς πράγματα, ὡς καὶ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἀπάγειν αὐτὸν, ἐφ' ἧς ἥκει. ξυνεβούλευες δέ πῃ καὶ σὺ ταῦτα, ὡς μὴ ἐς κινδύνους ἐκνοίας τε καὶ χαλεπὰς ἴοι. ἐπεὶ δ' ἐτύγχανε μὲν δεδεμένος, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο, ἄπορα δ' ἡγουμένῳ τὰ περὶ αὐτὸν· ἐφ' ἑαυτῷ, ἔφη, τὸ λελύσθαι εἶναι, καὶ τὸ σκέλος, ἐλευθερώσας τοῦ δεσμοῦ[4], ἔδειξε. τότε πρῶτον κατενόησα τοῦ ἀνδρὸς, θεσπέσιόν τε εἶναι αὐτὸν, καὶ κρείσσω τῆς ἡμεδαπῆς σοφίας. ὅθεν, εἰ καὶ χαλεπωτέροις τούτων ἐντύχοιμι, ἀδεὲς ἂν δείσαιμι ὑπὸ τούτῳ καὶ κινδυνεύων. ἀλλ' ἐπειδὴ πλησίον ἑσπέρα, βαδίζωμεν ἐς τὴν καταγωγὴν, ἐπιμέλειάν ποιησόμενοι τἀνδρός. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ὕπνου, ἔφη, δέομαι μόνου· τὰ δ' ἄλλα ἐν ἴσῳ τίθεμαι λόγῳ, κἂν παρῇ τι αὐτῶν, κἂν ἀπῇ. μετὰ ταῦτα εὐξάμενος Ἀπόλλωνι, καὶ ἔτι τῷ Ἡλίῳ, παρῆλθεν ἐς τὴν οἰκίαν, ἣν ᾤκει ὁ Δημήτριος, καὶ τῷ πόδε ἀπονιψάμενος, παρακελευσάμενός τε τοῖς ἀμφὶ τὸν Δάμιν δειπνεῖν, ἐπειδὴ ἄσιτοι αὐτῷ

---

10 ἀπὸ τῆς προρρήσεως] intelligit ea, quae supra huius libri c. 11. vocabat τὰ πρὸ τῶν δικαστηρίων, sermones nempe cum scriba ante *iudicium* habitos.

11 γυμνὸς ἐπελθ.] vide supra cap. 3.

12 τὸ ἃ γάρ με κτανέεις] supra c. 5 & 8.

CAP. XIII. 1 ἀποστροφῆς ἐιργόμ.] non intellecta haec phrasis Interpretibus prioribus. ἀποστροφὴ non *auersio* tantum, sed & *conuersio* est, & vel *locum* significat vel *homines* ad quos refugium pateat, & quo nos vertere possimus. Sic apud Euripid. Medea:

— σοὶ μὲν ἐς' ἀποστροφὴ
Ἐγὼ δ' ἔχουσα τήνδε φευξοῦμαι χθόνα.

2 ἠκροᾶτο] sic MSS. omnes. Editi ἀκροᾶται.

3 γόνυ ἔπω κάμψαντι] simili sensu phrasis occurrit de camelis passim apud nostrum, & alios scriptores optimos, vide observata supra ad lib. II. c. 13.

4 κἀμὲ τὸ σκελ. ἐλευθ. τοῦ δεσμοῦ] vide supra libri VII. cap. 38.

ἐφαίνοντο, ἔῤῥιψεν ἐς τὴν κλίνην ἑαυτόν. καὶ ἐφυμνήσας τῷ ὕπνῳ τὸ Ομήρε ἔπος[5], ἐκάθευδεν, ὡς ἐκ ἐπ' ἀξίοις φροντίσαι τοῖς παροῦσι.

lectulum se coniecit: Homerique versu hymni loco vsus in somnum, obdormiuit, quasi indignum esset, de praesentibus rebus esse solicitum.

Περὶ δὲ ὄρθρον ἐρομένε αὐτὸν τῷ Δημητρίε ποῖ τῆς γῆς τρέψοιτο, καὶ κτυπεῖσθαι δοκοῦντος τὰ ὦτα ὑπὸ ἐννοίας ἱππέων, ὃς ᾤετο ἐπικείσεσθαι ἤδη τῷ Απολλωνίῳ, διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ τυράννε, διώξεται μὲν, ἔφη, μὲ οὐδὲ αὐτὸς, οὐδὲ ἕτερος, ἐμοὶ δὲ ἐς τὴν Ελλάδα ὁ πλοῦς ἔσαι. σφαλερός γε, εἶπε, τὸ γὰρ χωρίον φανερώτατον. ὃν δὲ μήθ' ἂν ἐν τῷ ἀφανεῖ διαφύγοις, πῶς ἂν ἐν τῷ φανερῷ λάθοις; οὐ δέομαι, ἔφη, λανθάνειν. εἰ γὰρ, ὡς σὺ οἴει, τοῦ τυράννε ἡ γῆ πᾶσα, βελτίως οἱ ἐν τῷ φανερῷ ἀποθνήσκοντες, τῶν ἐν τῷ ἀφανεῖ ζώντων. καὶ πρὸς τὸν Δάμιν, αἰσθάνῃ, ἔφη, νεὼς ἀφιείσης ἐς Σικελίαν; αἰσθάνομαι, εἶπε, καὶ γὰρ ἐπὶ θαλάττῃ καταλύομεν, καὶ ὁ κηρύττων ἀγχοῦ θυρῶν· σέλλεταί τε ἡ ναῦς ἤδη· ξυμβάλλομαι δ' αὐτὸ τῇ τῶν ἐμπλεόντων βοῇ, καὶ οἷς περὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἀγκυρῶν πράττουσιν. ἐπιβῶμεν, εἶπε, τῆς νεὼς ταύτης, ὦ Δάμι, πλευσέμενοι νῦν μὲν ἐς Σικελίαν, ἐκεῖθεν δ' ἐς Πελοπόννησον. ξυνδοκεῖ μοι, ἔφη, καὶ πλεύσομεν. καὶ προσειπόντες τὸν Δημήτριον, ἀθύμως ἐπ' αὐτοῖς ἔχοντα, θαῤῥεῖν τε πείσαντες ὡς ἄνδρα ὑπὲρ ἀνδρῶν[6], ἔπλευσαν ἐπὶ Σικελίας ἀνέμῳ ἐπιτηδείῳ.

Summo autem mane cum eum interrogaret Demetrius, vbinam sibi manendum censeret, auribusque iam sonitum se percipere existimaret, vt cuius animo equi obuersarentur, quos Apollonio instare opinabatur, irato tyranno; respondit Apollonius, nec ipse, nec alius quisquam me persequetur; ego autem in Graeciam nauigabo. An tuto vero? aiebat Demetrius: illustrissima namque ea est regio: quem vero ne in obscuro quidem loco effugias, quomodo in illustri latebis? Latibulo mihi non est opus, respondit. Si enim, vt tu censes, tyrannni est vniuersa terra, melius cum iis agitur, qui palam moriuntur, quam cum iis, qui in latebris viuunt. Ad Damidem vero conuersus, an nosti, inquit, nauim, quae in Siciliam sit nauigatura? Noui, ille respondit, nempe prope mare diuersamur, & ad fores praeco est, nauisque iam in eo est vt soluat portu: id enim ego ex nauigantium colligo clamoribus, operaque, qua vt anchoras tollant, incumbunt. Conscendamus, aiebat, hanc nauim, & nunc quidem in Siciliam, inde vero in Peloponnesum nauigemus. Censeo, aiebat Damis; nauigemus ergo. Valedicentes igitur Demetrio, eorum causa subtristi, eumque forti animo esse iubentes, vt virum deceat de viris solicitum, secundo vento in Siciliam nauigarunt. Cap. XIV.

Μεσσήνην τε παραπλεύσαντες, ἐγένοντο ἐν Ταυρομενείῳ τριταῖοι. μεταταῦτ' ἐπὶ Συρακοσῶν κομισθέντες, ἀνήγοντο ἐς Πελοπόννησον περὶ μετοπώρε ἀρχάς[1]. ὑπεράραντες δὲ τὸ πελάγος, ἀφίκοντο δι' ἡμέρας ἕκτης ἐπὶ τὰς τοῦ Αλφειοῦ ἐκβολὰς, ἀφ' ὧν ὁ ποταμὸς ὅτες Αδρίᾳ

Messanam ergo praeteruecti tertio die Tauromenium peruenere. Inde Syracusas delati in Peloponnesum transierunt, autumni principio. Superato autem pelago, sexta die ad Alphei ostia venerunt, vbi fluuius ille Adriatico Cap. XV.

---

5 τὸ Ομήρε ἔπος] ex Iliad. ξ'. v. 233. sq.
ὕπνε, ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων,
εἰ μὴν δή ποτ' ἐμεῦ ἔπος ἔκλυες, ἠδ' ἔτι καὶ νῦν
πείθευ, ἐγὼ δέ κέ τοι ἰδίῃ χάριν ἤματα πάντα.

CAP. XIV. 1 ὡς ἄνδρα ὑπὲρ ἀνδρῶν] nempe vir prudens & fortis minus anxie curat res viri sui similis, vt cui vires esse ad expediendum sese rebus etiam difficilibus, & implicatis, ex seipso nouerit.

CAP. XV. 1 περὶ μετοπώρε ἀρχάς] valde mihi haec lectio suspecta fuit. Nempe Olympici ludi, quibus interfuerit Apollonius, in sequentibus mihi commemorati videbantur, diserte profecto maxime cap. 16. At illi, vt omnibus notum, in solstitium incidebant ordinarie: nec vllum extat vestigium extraordinario tempore illa aetate ea celebrata fuisse. Malebam igitur legere περὶ μὲν τῆς ὀπώρας ἀρχάς. Nempe abbreviate scripta particula μὲν & articulus cum voce ὀπώρας in vnum coalescere potuere. ὀπώρα autem θέρος Hesychio est, eundemque significatum voci ex Aristotele quoque adstruxit Budaeus. Aliquantum igitur ante solstitium in has partes aduenisse Apollonium putabam. Equidem videri alicui poterat, caput hoc totum perlegenti, nullam causam apparere, cur eo hæc tempore, quo ludi solennes agerentur in Olympia, gesta statuamus. Imo contrarium persuadere poterant paulo post sequentia verba: ἐδ' ἐπ' Ολυμπιάδα ἑδεμίαν μετέωρος ἅτω ξυνῄει ἡ Ελλὰς, ὡς ἐπ' ἐκεῖνον τότε. Quae ita accipi poterant, vt non ad Olympica solennia, sed Apollonii videndi studio vnice, Olympiam tum facti Graecorum concursus intelligerentur. Quod si admittatur, nulla hic mutatione in textu Philostrati habemus opus. At vero diserte capite sequenti iuuenis imprudentem redarguens orationem, talia ὀλυμπιάσιν minime proferenda esse dicit. Imo & de Olympica Panegyri diserte disputatur cum Isagora capite 18. Ergo tum celebrata *Olympia solennia*: verbaque allegata ita sunt accipienda, vt Apollonii quidem videndi studio confluxisse Olympiam intelligantur plurimi, animis etiam propter eum accessisse magis erectis, ita tamen, vt propterea non negetur, Olympiadem celebratam fuisse, quam CCXVIII tum Graecia celebraverit oportet, vt in Chronologica vitae Apollonii explicatione ostendo.

Sicu-

Siculoque pelago, [adhuc] potabilis infunditur. Naui igitur egressi, operaeque pretium putantes se facturos si Olympiam eant, in Olympii Iouis templo egerunt, neque ultra Scilluntem inde digressi sunt. Cumque fama frequens & constans omnem Graeciam occupasset, viuere virum, & Olympiam deuenisse; primo quidem parum fidei habere videbatur haec fabula. Praeterquam enim quod nullam de ipso probabilem spem haberent, postquam in vinculis eum esse audiuissent; id ad eorum etiam aures peruenerat, quod viuicomburio interierit: aliis viuum relictum, sed vncinis ceruici impactis tortum esse [aientibus], aliis in barathrum, aliis in puteum demersum fuisse. Postquam vero eius aduentui fides est facta, nulla vnquam Olympiade ita erectis animis confluxere Graeci, quam tunc quidem hominis visendi causa. Elienses enim ibi [fuere] & Spartani, & Corinthii ex Isthmi finibus extremis. Athenienses quoque, licet extra Peloponnesum constituti, nec ipsi tamen desiderabantur inter vrbes, quae ad Pisae accedebant portas: ipsis honestissimis Atheniensium ad templum accedentibus, vt & iuuenibus, qui ex vniuersa terra Athenas confluere solent. Imo Megarenses etiam aliquot, Olympiam tum obibant, multique Boeotiorum, & Argiuorum, Phocaeensium item Thessalorumque nobilissimi. Quorum alii quidem cum Apollonio iam antea erant versati, de nouo sapientiam sibi comparaturi, quandoquidem iam multo plura magisque miranda sese audituros arbitrabantur: alii nullam eius antea notitiam habuerant, indignum putabant vero, tantum non audiuisse virum. Interrogantibus igitur quo pacto ex tyranni manibus euasisset? nihil putabat iactanter dicendum, hoc solum igitur respondit, se causam dixisse, saluumque ita

καὶ Σικελικῷ πελάγει [2] ἐπιχεῖται πότιμος [3]. ἀποβάντες δ' ἂν τῆς νεὼς, καὶ πολλῷ ἄξιον ἡγούμενοι τὸ ἐς Ολυμπίαν ἥκειν [4], διητῶντο ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Διὸς, ὀλίγου ὑπὲρ Σκιλλοῦντα [5] ἀποφοιτῶντες. φήμης δ' ἀθρόας τε καὶ ξυντόνου κατασχούσης τὸ Ελληνικὸν, ζῇν τὸν ἄνδρα, καὶ ἀφῖχθαι ἐς Ολυμπίαν, καταρχὰς μὲν ἐδόκει μὴ ἐῤῥῶσθαι ὁ λόγος. πρὸς γὰρ τῷ μὴ ἐλπίδος τι ἀνθρωπείας ἐπ' αὐτῷ ἔχειν, ἐπειδὴ δεδέσθαι αὐτὸν ἤκουσαν· ὁδὲ ἐκείνων ἀνήκοος ἦν, ἀποθανεῖν καταφλεχθέντα· οἰδ' ἐαθῆναι ζῶντα καταπαγέντων ἐς τὰς κλεῖδας αὐτῷ ἀγκίστρων [6], οἰδ' ἐῶσθαι ἐς βάραθρον, οἰδ' ἐς βυθόν. ἐπειδὴ δὲ ἥκειν ἐπιστεύθη, ὁδ' ἐπ' Ολυμπιάδα ὁδεμίαν μετέωρος ὅτω ξυνῄει ἡ Ελλὰς, ὡς ἐπ' ἐκεῖνον τότε. Ηλις μὲν γὰρ καὶ Σπάρτη αὐτόθεν, Κόρινθος δὲ ἀπὸ τῶν τῷ Ισθμῷ ὁρίων. Αθηναῖοι δὲ, εἰ καὶ Πελοποννήσῳ ἔξω, ἀλλ' οὐκ ἐλείποντο τῶν πόλεων, αἱ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Πίσης [7], αὐτοὶ μάλιστα οἱ ἐπικυδέστατοι Αθηναίων ἐς τὸ ἱερὸν σείχοντες, καὶ νεότης ἡ ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς Αθήναζε φοιτῶσα. καὶ μὴν καὶ Μεγαρόθεν τινὲς ἐπεχωρίασαν τῇ Ολυμπίᾳ τότε, καὶ Βοιωτῶν πολλοὶ, κ' Αργόθεν, Φωκέων τε καὶ Θετταλῶν ὅ, τι εὐδόκιμον. οἱ μὲν ξυγγεγονότες ἤδη τῷ Απολλωνίῳ, ἀνακτησόμενοι σοφίαν, ἐπειδὴ πλειόνων τε καὶ θαυμασιωτέρων ἀκροάσασθαι ᾤοντο· οἰδ' ἄπειροι αὐτοῦ, δεινὸν ἡγούμενοι τοιῶδε ἀνδρὸς ἀνήκοοι φαίνεσθαι. πρὸς μὲν δὴ τὰς ἐρωτῶντας, ὅτῳ τρόπῳ διαφύγοι τὸν τύραννον; ὁδὲν ὤετο δεῖν φορτικὸν φράζειν, ἀλλ' ἀπολελογῆσθαί τε

---

2 Αδρίᾳ καὶ Σικελικῷ πελάγει] quomodo *Siculo* simul & Adriatico mari? Nempe *Siculum* mare, teste Strabone l. II. p. 123. versus septentrionem, usque ad fauces Ionii sinus, extendebant veteres Geographi. Ionium autem sinum partem maris Adriatici, vt idem docet, faciebant. Qui & lib. VII. p. 317. suo tempore totum mare, tum exterius, quod *Ionium* alias dicitur, tum interius, cui Adriae nomen moderni vindicarunt Geographi, *Adriae* nomine veniisse, ait: indeque hoc loco Philostrati *Adriam & Siculum* mare coniungi nihil est mirum.

3 πότιμος] nempe Alpheum vndis suis impermistis & integris διὰ τῆς θαλάσσης ἰὸν θεῖν, ibique aquas Arethusae miscere fontibus, nota est & perantiqua fabula, vid. ex multis Pausan lib. V. c. 7.

4 τὸ ἐς Ολυμπ. ἥκειν] ei enim proximus Alphaeus, qui ποταμός ἐστι τῆς Αρκαδίας, κατὰ Πίσαν τῆς Ολυμπίας, vt habet Plutarch. de fluminib. apud quem vt Ολύμπιε restribam pro Ολυμπίας me quidem Eustathii a Maussaco allegata non mouet autoritas. vid. not. 7.

5 ὀλίγου ὑπὲρ Σκιλλοῦντα] vide de hoc oppido Pausaniam l. V. c. 6.

6 καταπαγ. ἐς τ. κλεῖδας αὐτῷ ἀγκίστρων] κλεῖδας *humeros* non raro apud Aristotelem vertunt. quamuis propriissime κλεῖδες *cerui* sint atque *paraspagis* teste Polluce: *clauiculas* vulgo, nonnulli *iugulum* quoque dixere. *Vncinorum* non rara in tormentis veterum mentio, quos istis partibus applicatos ex hoc ipso loco discimus.

7 αἱ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Πίσης] *fontem* fuisse in Elide hoc nomine, & *vrbem*, nonnulli tradidere, a qua & *regio* nomen habuerit. *Vrbem* hoc nomine admittentes confutat Strabo lib. VIII. p. 356. Χωρίον igitur vel τόπος hic intelligitur in Elide, ubi & Iouis Olympii templum, & ἄλσος, & locus certaminibus destinatus: Stephanus: Πίσα ἐστί καὶ χωρίον, ἐν ᾧ ὁ τῷ Διὸς ναὸς ἵδρυται, καὶ ὁ Ολυμπιακὸς ἀγὼν τελεῖται. Hinc Πίσα Διὸς ap. Pindarum Olymp. II. v. 4. Διὸς ἱερὸν est veteri Grammatico, & Olymp. VIII. v. 13. Πίσας ἴυδενδρον ἐπ' Αλφεῷ ἄλσος celebratur Poetae eidem. Et Πισάτις ἐλαία Olymp. IV. 20. ei audit corona, in istis certaminibus reportata. Vrbem autem hic nemo suspicabitur eo, quod ὕδατα mentio. Nempe vt Polemon apud Schol. Pindari ad Ol. I. Πίσα τόπος ἐστὶν ὑπὸ ὑψηλῶν ὄχθων περιεχόμενος: qualium προσόδους atque accessus πύλας & θύρας appellitant. Nisi malis per Πίσαν hic ipsum intelligi templum *Iouis Olympii*, quod ita appelletur Pindari exemplo; ad cuius θύρας frequentes adfuerint, spectandi Apollonii causa, qui vt paulo ante dictum, in eo diuersabatur: id quod magis mihi probatur. Nempe ipse Philostratus Πίσης πύλας explicaturus paulo post addit ἐς τὸ ἱερὸν σείχοντες.

ἔφα-

ἔφασκε, καὶ σεσῶσθαι. πολλῶν δ' ἐξ Ιταλίας ἡκόντων, οἱ ἐκήρυτ]ον τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, διέκειτο μὲν ἡ Ελλὰς ἀπόρρω τῷ προσκυνεῖν αὐτὸν, θεῖον ἡγέμενοι ἄνδρα, δι' αὐτὸ μάλιστα τὸ μηδ' ἐς κόμπον[8] μηδένα ὑπὲρ αὐτῶν καθίστασθαι.

fuisse. Cum autem ex Italia complures ventitarent, qui res ab eo in dicasterio gestas prædicarent; ita adfecti aduersus eum Graeci fuerunt, vt parum abesset, quo minus adorarent, divinum esse existimantes virum, ob hocipsum cum maxime, quod neque fastu vllo supra ipsos sese efferret.

Νεανίσκα δὲ, τῶν ἡκόντων Αθήνηθεν, μάλα ἔυνουν τὴν Αθηνᾶν εἶναι τῷ βασιλεῖ[1] φήσαντος, πέπαυσο, εἶπεν, Ολυμπιάσιν ὑπὲρ τούτων ἐρωτῶν, καὶ διαβάλλων τὴν θεὸν τῷ πατρί[2]. ἐπιδιδόντος δὲ τῷ νεανίσκῳ τῇ ἀχθηδόνι, καὶ δίκαια πράττειν τὴν θεὸν φήσαντος, ἐπειδὴ καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπώνυμον Αθήνας[3] ἦρξεν. εἰ δὲ[4] ἔφη, καὶ ἐν Παναθηναίοις; ἐπισομίζων αὐτὸν, τῇ μὲν προτέρᾳ τῶν ἀποκρίσεων, ὡς κακῶς εἰδότα περὶ τῶν θεῶν, εἰ τυράννοις αὐτὰς ἔυνους ἡγοῖτο· τῇ δὲ ἐφεξῆς, ὡς ἂν ἀπόλοιθα τοῖς ἐφ' Αρμοδίῳ καὶ Αριστογείτονι ψηφιζομένων Αθηναίων, εἰ τὰς ἄνδρας ἐκείνας ἐπ' ἀγορᾶς νομίζοντες[5], ὑπὲρ ὧν ἐν Παναθηναίοις[6] ἔδρασαν, τυράννοις λοιπὸν χαρίζονται[7] τὸ κεχειροτονημένας αὐτῶν[8] ἄρχειν.

Cap. XVI.

Adolescentum autem, qui Athenis venerant, nonnemine maxime beneuolam Imperatori Palladem esse dicente: desine, inquiebat Apollonius, in Olympicis de eiusmodi rebus disputare, Deamque coram patre calumniari. Cumque ille verbis magis acerbis indulgeret, & recte facere Deam affirmaret, quoniam Imperator in vrbe ipsi cognomine rerum summam teneret; an vero, Apollonius inquit, in Panathenaeis etiam [tenet]? Os ei obturans prima responsione quidem, vt qui male de Diis statueret, si tyrannis eos existimet fauere: altera autem, dum parum consentaneum Athenienſium de Harmodio & Aristogitone id innuit esse decreto, si postquam eorum in foro statuas esse iussere, ob ea quae in Panathenaeis patrauerant, postea tyrannis hoc concesserint lubentes, vt eorum legati summae rerum praeessent.

Ξυμβουλεύοντος δ' αὐτῷ τὰ Δάμιδος ὑπὲρ χρημάτων, ἐπειδὴ τῶν ἐφοδίων σφίσι πάνυ σμικρὰ ἐλείπετο, ἄριον, ἔφη, τούτοις ἐπιμελήσομαι, καὶ παρελθὼν τῇ ὑστεραίᾳ ἐς τὸ ἱερὸν, δός, εἶπεν, ὦ ἱερεῦ, χιλίας μοι δραχμὰς ἀπὸ τῶν τοῦ Διὸς χρημάτων, εἰ μὴ σφόδρα οἴει χαλεπαίνειν αὐτόν. καὶ ὁ ἱερεὺς, οὐχ ὑπὲρ τούτων, ἔφη, χαλεπαίνει, ἀλλὰ μᾶλλον εἰ μὴ πλείω λήψῃ.

Cap. XVII.

Cum Damis vero de pecuniis Apollonium consuleret, quoniam viatici parum oppido ipsis esset relictum; id, dixit, cras ego curabo. Atque in templum sequente veniens die, da mihi, inquit, o sacerdos, ex Iouis thesauris drachmas mille, nisi forte moleste Iouem hoc nimium laturum putes. Tum sacerdos: minime vero tantilli causa indignabitur Iupiter, sed ideo potius, quod plura accipere noluerit.

Θετταλῷ δὲ ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ισαγόρας, ξυνόντος αὐτῷ ἐν Ολυμπίᾳ, εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Ισα-

Cap. XIIX.

Cumque Thessalus quidam, cui Isagorae nomen, cum eo Olympiae versaretur, dic mihi, aiebat, o Isagora, est ali-

---

8 μηδ' ἐς κόμπον] sic ex cod. Palatino restituimus & Vratisl. Editi habent μηδὲ κόμπου.

CAP. XVI. 1 τὴν Αθηνᾶν εἶναι τῷ βασιλεῖ] vide supra lib. VII. c. 24.

2 πατρί] *Ioui* nempe, cuius templum & statua in Olympia, vnde *Iupiter Olympius*.

3 Αθήνας] sic legendum haut dubie, maleque in vulgatis legitur Αθηναίους.

4 εἰ δὲ] editi habebant εἴθε vtinam. Verum sensus melior si εἰ δὲ rescribamus.

5 εἰ τὰς ἄνδρας ἐκ. ἐπ' ἀγορᾶς νομίζοντες] per ἄνδρας intelligit *statuas virorum*, vt alias saepe statua vel imago eius quem repraesentat nomine designatur: sensus ergo est: *Si virorum istorum statuas in foro subsistere ex decreto suo volentes* &c. Nempe in *Ceramico* positae *Harmodii* & *Aristogitonis* statuae vid. Meurs. in Pisistrato c. 14.

6 ἐν Παναθηναίοις] nempe illo festo *Pisistratum* tyrannum eos interemisse testes Thucyd. lib. VI. Maximus Tyrius Diss. VIII. Aelian. var. hist. XI, 9.

7 χαρίζονται] nempe iuuenis ex eo, iure fauere Palladem Domitiano, colligebat, quod vrbis suae, h. e. Athenienſis principatum teneret. Hunc principatum vero tyrannicum esse, & iniustam oppressionem potius, quam principatum, qui χαριζομένων τῶν πολιτῶν, h. e. *consensu ciuium* exerceatur, Apollonius ait. Neque enim eos χαρίζεσθαι, *bona voluntate ferre* posse tyrannicam vim, a qua animo quam sint auerso, eorum de Aristogitone & Harmodio tyrannicidis decreta affatim probent. Quorum honos, Panathenaeis, quibus tyrannum illi interemerant, merito tyrannum in pudorem coniiciat, ciuibus χάριν vel voluntatem in tyrannum eiusque legatos excutiat. Vnde demum nullum esse hujus Palladis in Domitianum fauoris fundamentum est consequens.

8 κεχειροτονημένας αὐτῶν] h. e. *legatos* eorum & *propraetores*, qui Imperatorum arbitrio ab iis in prouincias praetorias, qualis Achaia facta sub Vespasiano patre, mittebantur, vt *proconsules* in prouincias *consulares* a senatu: adeoque κεχειροτονημένοι a Domitiano, eo quidem tyranno, tum ablegabantur: quae vix monerem, nisi omnia hic interpretes priores perturbassent.

quid

quid Panegyris? Eſt omnino, per Iouem, ille reſpondit, rerum humanarum iucundiſſima & Diis maxime accepta. Quae igitur [Apollonius pergebat,] eius eſt materia? quo idem mihi volo ac ſi de huius ſtatuae materia interrogarem, tu vero reſponderes, ex auro eam eſſe vel ebore. Tum alter, quae vero, inquit, o Apolloni, incorporeae rei poſſit eſſe materia? Plurima, inquit Apollonius, & varia maxime. Nam in Panegyri ſacra ſunt loca & ſacrificia, & ſtadia ad currendum, & ſcena alicubi: varii generis homines, alii ex vicinis locis, alii ex longius remotis & tranſmarinis. Imo profecto artes quoque complurimas atque inuenta ad conſtituendam eam concurrere veroſimile eſt, ipſamque ſapientiam veram, poetaſque & ciuiles conſultationes, diſputationeſque; gymnicam item, & muſicam, vt apud Pythios patriis receptum eſt moribus. Videtur, inquiebat Iſagoras, o Apolloni, non ſolum corporea res eſſe Panegyris, ſed ex nobiliore etiam materia conſtare, quam ciuitates. Bonarum enim rerum optimas & nobilium nobiliſſimas in vnum colligit congregatque. Igiturne, o Iſagora, quale quid moenia cenſent nonnulli, aut naues, tale nos Panegyres exiſtimabimus eſſe? An aliter rem concipere animo par eſt? Accuratus, reſpondebat alter, o Tyanenſis, ille eſt conceptus, eumque recte amplectemur. Immo vero, reſpondit, imperfectus videbitur ei, qui de Panegyri eo, quo ego, ſenſerit modo. Videntur enim mihi & naues hominibus, & homines nauibus opus habere: neque vnquam vel cogitaturos homines de mari [obeundo] cenſeo, niſi naues extitiſſent: tutamen item viros moeniis praeſtare, & moenia viris. Panegyris autem pariter & Virorum eſſe [videtur] conuentus, & ipſe etiam

γόρα, ἔστι τί Πανήγυρις[1]; νὴ Δί', εἶπε, τό γε ἥδιστον, καὶ θεοφιλέστατον τῶν κατ' ἀνθρώπους. τίς δὲ δὴ ὕλη τούτου; ὥσπερ ἂν εἰ ἐγὼ μὲν ἠρόμην ὑπὲρ ὕλης τοῦδε τοῦ ἀγάλματος[2], σὺ δ' ἀπεκρίνω, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυντεθῆναι αὐτό. καὶ τίς, ἔφη, ὕλη, Ἀπολλώνιε, τοῦ γε ἀσωμάτου; μεγίστη, εἶπε, καὶ ποικιλωτάτη. τεμένη τε γὰρ ἐν αὐτῇ, καὶ ἱερά, καὶ δρόμοι, καὶ σκηνὴ δήπου· ἔθνη τε ἀνθρώπων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ὑμόρου, τὰ δὲ ἐκ τῶν ὑπὲρ ὁρίων τε καὶ ὑπὲρ θαλάττης. καὶ μὴν καὶ τεχνῶν πλείστων εἰκὸς αὐτὴν ξυγκεῖσθαι, καὶ σοφισμάτων, σοφίας τε ἀληθινῆς[3], καὶ ποιητῶν, καὶ ξυμβολιῶν[4], καὶ διαλέξεων[5], γυμνῆς τε ἀγωνίας, καὶ μουσικῆς, ὡς Πυθοῖ πάτριον[6]. ἔοικεν, ἔφη, Ἀπολλώνιε, οὐ μόνον σωματοειδὲς εἶναι ἡ Πανήγυρις, ἀλλὰ καὶ θαυμασιωτέρας ὕλης, ἢ αἱ πόλεις. τὰ γὰρ τῶν σπουδαίων σπουδαιότατα, καὶ τὰ τῶν ἐλλογίμων ἐλλογιμώτατα ξυγκαλεῖ καὶ ξυνοικίζει. ἆρ' ἔν, εἶπεν, ὦ Ἰσαγόρα, καθάπερ ἔνιοι τείχη καὶ ναῦς ἡγοῦνται, τὰς πανηγύρεις[7] ἡγησώμεθα; ἢ ἑτέρας ἐπ' αὐταῖς δέοι δόξης; τελεία, ἔφη, ὦ Τυανεῦ, ἥδε ἡ δόξα, καὶ δίκαιον ἕπεσθαι αὐτῇ. καὶ μὴν ἀτελής, εἶπεν, ἐνθυμουμένῳ περὶ αὐτῆς ὃν ἐγὼ τρόπον. δοκοῦσι γάρ μοι καὶ νῆες ἀνδρῶν δεῖσθαι, καὶ ἄνδρες νηῶν, καὶ μήθ' ἂν ἐνθυμηθῆναί ποτε ἀνθρώπους τὴν θάλατταν, εἰ μὴ ναῦς ἦ. σώζειν τε ἄνδρας μὲν τείχη, τείχη δὲ ἄνδρας· πανήγυρις δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον[8] εἶναι μὲν καὶ ἡ τῶν ἀνδρῶν ξύνοδος, εἶναι δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον,

CAP. XVIII. 1 ἔστι τί πανήγ.] quaeſtio nata occaſione ſolennis Panegyreos Olympicæ.

2 τοῦδε τοῦ ἀγάλμ.] Iouis Olympii ſtatuam intelligit, ea enim ex ebore & auro in Olympia poſita, vt ſupra obſeruatum.

3 σοφίας τε ἀληθινῆς] intelligit de Philoſophicis argumentis, qualia in Olympica Panegyri tractabant Sophiſtae & Philoſophi, de quibus vide plura ſupra ad lib. IV. c. 29.

4 ξυμβολιῶν] nempe ſophiſtarum in huiuſmodi conuentibus *ſuaſoriae* paſſim occurrunt: erantque tales Sophiſtarum, qui dicebantur πολιτικοὶ, vide Philoſtr. de vitis Sophiſt. *Prooem.*

5 διαλέξεων] ſophiſtarum pariter & philoſophorum, quales ſ. lib. IV. ipſe etiam in Olympia inſtituiſſe narratur Apollonius.

6 καὶ μουσικῆς ὡς Πυθοῖ πάτριον] vide notata ſupra ad l. IV. c. 23.

7 τὰς Πανηγύρεις] audax poterat videri haec emendatio, nam τὰς ἄνδρας habebant vulgati, niſi manifeſtum adeo eſſet in ſequentibus cum τείχεσι & ναῦσι comparari πανήγυρις, non ἄνδρας, omnique ſenſu careret oratio, vulgari retenta lectione. Hinc etiam linea ſequente mihi ſcribendum fuit αὐταῖς pro αὐτοῖς. Nempe cum in *Panegyri* locus variaque *aedificia*, iuxta cum *hominibus*, *actionibuſque humanis* perinde ac in *naui* vel *urbe* muris exſtructa concurrant; quaerit, an par in omnibus vtrobique ratio obtineat. Atque *loca*, quibus *Panegyres* inſtituuntur, hac quidem parte *naues* & *urbium* muros excellere oſtendit, quod haec hominibus opus habeant non minus, quam homines illis, quodque humana induſtria, vt homines ibi degant, conficiantur, ſintque adeo propter hominum in iis *conuentus*: illa vero iam ante ſint, & eo, quod ſacrum quid habeant & excellens, Πανηγύρεων ſolennitatis cauſa exiſtant, nihil ab hominibus dignitatis accipientia.

8 Πανήγυρ. δὲ κ. τ. αὐτ. λόγ.] ſenſus iſte: nauem ſine vectoribus, moenia ſine milite, qui ea tueatur, non fuiſſe futura, quod ſunt: & vice verſa. Nempe nauem non eſſe hoc, quod eſt, i. e. vehiculi genus, ſine vectore homine: & hominem non eſſe vectorem ſine vehiculo naue. Panegyrin vero eſſe locum, perinde ac hominum conuentus ſit Panegyris, ita vt homine locus opus non habeat. Nam locum, qui Panegyris ſit, eundem plane eſſe, licet ibi nulli conueniant homines. Imo quod antea talis locus eſſet, ibi hominum conuentus agere coeptum eſſe. Quo non video quid aliud velit ſibi, niſi hoc forte, quod ipſi Dii loca quaedam ſacra eſſe iubeant & venerabilia, quorum adeo ab hominibus non pendeat religio: Quae Chriſtianis oppoſita forte eſt doctrina, Deum vbique nullo loci diſcrimine adorandum putantibus.

ἐς ὃ χρὴ ξυνιέναι· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ τείχη μὲν καὶ νῆες ἂν ἐγένοντο, εἰ μὴ δι' ἀνθρώπων χείρας[9], τὰ δὲ χωρία ταῦτα ὑπὸ χειρῶν μὲν ἀνθρωπείων ἐφθάρη, τὸ, αὐτοσχέδια μὴ εἶναι, ἀφαιρεθέντα· φύσεως δ' εὖ ἥκοντα, ἐπάξια τῆ ξυμφοιτᾶν ἐς αὐτὰ ἐνομίσθη. γυμνάσια μὲν γὰρ, καὶ στοαὶ, καὶ κρῆναι, καὶ οἶκοι, τέχνῃ ταῦτα ἀνθρωπείᾳ εἰργάσθη, καθάπερ τὰ τείχη καὶ αἱ νῆες. Ἀλφειὸς δὲ ἔτος, καὶ ἱππόδρομος, καὶ στάδιον, καὶ ἄλση, πρὸ ἀνθρώπων δήπου ἐγένετο· ὁ μὲν, ἀποχρῶν ποτὸν εἶναι, καὶ λυτρόν[10]· ὁδὸν εὐρὺ πεδίον[11] ἐναγωνίσασθαι τοῖς ἵπποις· ὁδὸν ἐγκονίσασθαι καὶ διαδραμεῖν ἀθληταῖς[12], διὰ τὸ παρέχεσθαί τινα ὅρον[13], αὐλῶνα[14], σταδίου μῆκος[15]· τὰ δὲ ἄλση στεφανῶσαι τοὺς νικῶντας, καὶ τοὺς δρομικοὺς τῶν ἀθλητῶν γυμνάσαι[16]. ταῦτα γάρ που καὶ Ἡρακλεῖ[17] ἐνθυμηθέντι, καὶ τὸ αὐτοφυὲς τῆς Ὀλυμπίας ἀγασθέντι, ἐπάξιος ἐφάνη ὁ χῶρος τῶν ἔτι νῦν σπουδαζομένων ἐνταῦθα.

locus, in quo conuenire fas sit: idque eo magis, quod moenia & naues ne exstruantur quidem, nisi hominum manibus, talia autem loca manibus hominum corrumpantur quidem, si natiua ipsis dematur indoles: eo vero quod suo ingenio pulcre exsurgant, digna habeantur conuentibus celebrandis. Gymnasia enim & porticus quidem, fontesque & domus humana solent arte constitui, perinde ac moenia atque naues. *Alpheus* autem iste, & *circus*, & *stadium*, cum *lucis*, antea omnino quam homines extitere: *Alpheus* quidem potum lauacrumque praebens; *circus* autem latissimam planiciem equorum [suppeditans] certamini; *stadium* luctae puluerulentae & cursus [copiam faciens] Athletis, eo quod metam quandam & oblongum vallis tractum, stadiique amplitudinem exhibeat: luci vero coronas [praebent] victoribus, & vt certare possint athletarum ii, qui currendo se exercent. Haec igitur quondam consideranti Herculi, & naturali Olympiae pulcritudine delectato, dignus visus est locus iis, quae hodienum in eo exerceri sueuerunt.

Ἡμερῶν δὲ τετταράκοντα διαλεχθεὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ πλεῖστα σπουδάσας, καὶ κατὰ πόλεις μὲν, ἔφη, διαλέξομαι ὑμῖν ἄνδρες Ἕλληνες, ἐν Πανηγύρεσιν, ἐν πομπαῖς, ἐν μυστηρίοις, ἐν θυσίαις, ἐν σπονδαῖς[1]· ἀστεῖα[2] δὲ ἀνδρὸς δέονται. νῦν δὲ ἐς Λεβάδειαν χρὴ καταβῆναί με, ἐπεὶ τῷ Τροφωνίῳ μή πω ξυγγέγονα, καί τοι ἐπιφοιτήσας ποτὲ τῷ ἱερῷ[3]. καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐχώρει δὴ ἐπ' Ἀρκαδίας, οὐδενὸς λειπομένου τῶν θαυμαζόντων αὐτόν. τὸ δ' ἐν Λεβαδείᾳ στόμιον, ἀνάκειται μὲν Τροφωνίῳ τῷ Ἀπόλλωνος, ἔσβατον μόνοις

Cum autem dies quadraginta Olympiae disputationibus vacassent, multaque sapienter exposuissent, oppidatim, dixit, vobiscum quidem, o Graeci, deinceps differam in panegyribus, in sacris processionibus, in mysteriis, in sacrificiis, in libationibus: nempe probo viro opus [ista] habent. Nunc autem in Lebadeam me descendere oportet, quia cum Trophonio nondum sum versatus, licet aliquando illius templum visitauerim. Hisque dictis in Arcadiam profectus est, nemine relicto eorum, qui ipsum admirabantur. Lebadeae autem ostium Trophonio, Apollinis filio, sacrum est, ad quod iis solum qui oracula pe- Cap. XIX.

---

9 χείρας] hanc lectionem vulgatae χρείας praeferendam sequentia docent. Ad marginem eam Morellus annotauerat. Cod. Vrbin. quoque χειρὸς habebat.

10 ἀποχρῶν ποτὸν εἶναι καὶ λυτρόν] nempe vtroque opus athletis, quos vt laboribus agonum defunctos, anni tempestate maxime aestuante, potus cupidissimos fuisse facile intelligimus, ita lauatos etiam identidem frigida esse constat. Vt enim taceam cursores, aeque ac luctatores pugilesue, ἄκτους ante certamen fuisse, (lauari autem eos, antequam vngerentur, necesse erat,) quod obseruatum P. Fabro Agonist. lib. II. c. 3. Ita post certamen ἐγκεκονισμένους atque aestuantes lauacrorum fuisse appetentissimos, luctatores maxime, oleo ac luto inunctos, nemo non videt.

11 ὁδὸν εὐρὺ πεδίον] Hippodromum in Olympiae ἄλσει describit Pausan. Eliac. Post. cap. 20. 21.

12 ὁδὸν ἐγκονίσ. καὶ διαδραμ. ἀθλητ.] stadii Olympici descriptio est apud eund. Pausan. libro cit. cap. 20. vide & de eo Gell. lib. I. noct. Att. c. 1.

13 ὅρον] Etymolog. magni autor, στάδιον ἀπὸ τῆ διασήματος τῆ ὁρισθέντος.

14 αὐλῶνα] ἐπιμήκη vel παραμήκη τόπον vocat Eustathius. Vnde & ad conualles translatum. τὸ ἐπιμηκὲς tamen hac voce isto loco potissimum respicere mihi Apollonius videtur.

15 σταδίου μῆκος] certa stadii longitudo, sexcentum nempe pedum, qui aliquanto longiores erant in stadio Olympico. vid. Gellium l. c. & ad eum viris doctis notata.

16 τοὺς δρομικ. τ. ἀθλητ. γυμνάσαι] nempe inter arbores cursu exercebantur, describitque illos δρόμους & γυμνάσια, quibus exercebantur cursu in Olympicis certaturi, Pausan. Eliac. Poster. cap. 23.

17 Ἡρακλεῖ] eum enim ludorum in Olympia primum esse autorem, notum.

CAP. XIX. 1 σπονδαῖς] haec verior lectio est, Aldo etiam probata. Morelliana habebat σπουδαῖς, errore forte typographorum, nam in versione tale nihil. Codex Vrbinas tamen iungens vtramque lectionem ἐν σπονδαῖς ἐν σπουδαῖς habebat: vbi manifestum, alteram lectionem emendationem esse, quae in textum ex margine irrepsit.

2 ἀστεῖα] *probum* verto. Vt apud Plutarchum Themistocle ἀστεῖος ἄρχων *bonus princeps* est.

3 καὶ τοι ἐπιφοιτ. π. τῷ ἱερῷ] vid. l. IV. c. 23.

runt,

tunt, aditus patet. Non in ipso autem conspicitur templo, sed paulo vltra templum in tumulo. Illud autem [ostium] ferrei obelisci vndique ambientes claudunt. Descensus porro talis, vt considentes intro abripiantur. Demittuntur autem eo, albis vestibus induti, mellitas placentas manibus portantes, quibus reptilia demulceant, quae intrantibus obrepunt. Redditque terra alios quidem non longe, alios vero longissime ab ostio. Nam & vltra Locridem Phocidemque emittuntur: plerique tamen circa Boeotiorum fines. Templum ingressus igitur, volo, inquit, demitti, de philosophia consulturus. Cumque prohiberent sacerdotes, & populo quidem dicerent, se nunquam incantatori homini permittere velle, sacram specum vt perveſtiget: ipsi autem Apollonio, homines nefarios tantum & impuros oraculum consulere; eo quidem die secus Hercynae fontes considens, de causa modoque oraculi disputauit: solum nempe illud per consultorem ipsum responsa edit. Vespera autem vbi aduentauit, ad ostium cum sequacibus accedens adolescentibus, & quatuor ex obeliscis reuellens, claues qui continebant, quibus aditus panderetur, sub terram penetrauit cum pallio, quasi ad disputationem sese componens. Quod ita Deo acceptum factum fuit, vt sacerdotibus apparens Trophonius, seuere non tantum in eos ob virum illum animaduerterit, verum etiam praeceperit, vt ipsum in Aulidem prosequerentur, quod illic emersurus sit ex antro, modo maxime omnium admirando. Nempe die septimo inde emersit, quo nemo alias unquam eorum, qui fatidicam specum intrauere, afferens libellum

τοῖς ὑπὲρ χρησμῶν φοιτῶσιν. ὁρᾶται δ' οὐκ ἐν τῷ ἱερῷ, μικρὸν δ' ἄνω τοῦ ἱεροῦ ἐν γηλόφῳ[4]. ξυγκλείουσι δ' αὐτὸ σιδήρεοι ὀβελίσκοι[5], κύκλῳ περιβάλλοντες. ἡ δὲ κάθοδος, οἵα ἰζήσαντα ἐπισπάσασθαι[6]. λευκῇ δ' ἐσθῆτι ἐσταλμένοι[7] πέμπονται, μελιτούτ[τ]ας ἐπάγοντες[8] ἐν ταῖν χεροῖν, μειλίγματα ἑρπετῶν[9], ἃ τοῖς κατιοῦσιν ἐγχρίπτει. ἀναδίδωσι δ' ἡ γῆ τοὺς μὲν ἀ πόρρω, τοὺς δὲ πορρωτάτω[10]. καὶ γὰρ ὑπὲρ Λοκροὺς ἀναπέμπονται, καὶ ὑπὲρ Φωκέας, οἱ δὲ πλεῖστοι περὶ τὰ Βοιωτῶν ὅρια. παρελθὼν ἔν ἐς τὸ ἱερὸν, βούλομαι, ἔφη, καταβῆναι ὑπὲρ φιλοσοφίας. ἀντιλεγόντων δὲ τῶν ἱερέων, καὶ πρὸς μὲν τοὺς πολλοὺς λεγόντων, μὴ ἄν ποτε γόητι ἀνθρώπῳ παρασχεῖν ἔλεγχον τοῦ ἱεροῦ, πρὸς δὲ τὸν ἄνδρα πλατ[τ]ομένων, ἀποφράδας, καὶ ἀ καθαρὰς[11] χρῆσαι τὴν μὲν ἡμέραν ἐκείνην διειλέχθη περὶ τὰς πηγὰς τῆς Ερκύνης[12], ὑπὲρ αἰτίας τοῦ μαντείου καὶ τρόπου μόνον γὰρ ἐκεῖνο δι' αὐτοῦ χρᾷ τῷ χρωμένῳ[13]. ἑσπέρα δ' ὡς ἐγένετο, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ στόμιον μετὰ τῶν ξυνακολουθούντων νέων, καὶ τέτ[τ]αρας τῶν ὀβελίσκων[14] ἀνασπάσας, οἱ ξυνέχουσι τὰς τῆς παρόδου κλεῖδας, ἐχώρει ὑποχθόνιος αὐτῷ τρίβωνι[15], καθάπερ ἐς διάλεξιν[16] ἑαυτὸν στείλας. ὅτῳ τι τῷ θεῷ φίλα πράττων, ὡς ἐπισάντα τοῖς ἱερεῦσι τὸν Τροφώνιον, ἐς ἐπίπληξίν τε αὐτοῖς καταστῆναι ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, ἐς Αυλίδα τε ἕπεσθαι κελεῦσαι πάντας, ὡς ἐκεῖ ἀναδυσομένῳ[17] θαυμασιώτατα ἀνθρώπων. ἀνέσχε γὰρ δι' ἡμερῶν ἑπτὰ, ὅσων μή πω τις τῶν ὑπελθόντων τὸ μαντεῖον, φέρων βιβλίον[18] προσφορώ-

4 μικρὸν δ' ἄνω τοῦ ἱερ. ἐν γηλ.] sic & Pausanias in Boeoticis p. 313. vbi diligentissime hoc antrum descripsit: ἐντῷ ἄλσει fuisse ait Τροφωνίου, τὸ δὲ μαντεῖον ὑπερ τὸ ἄλσος ἐπὶ τοῦ ὄρους.

5 σιδήρ. ὀβελίσκοι] Pausan. l. c. ἐφεστήκασι δὲ ἐπὶ τῇ κρηπῖδι ὀβελοὶ καὶ αὐτοὶ χαλκοῖ.

6 οἵα ἰζήσαντα ἐπισπάσασθαι] diligentius haec exponit Pausanias: ὁ δὲ κατιὼν κατακλίνας ἑαυτὸν ἐς τὸ ἔδαφος — προεμβάλλει ἐς τὴν ὀπὴν τοὺς πόδας, καὶ αὐτὸς ἐπιχωρεῖ, τὰ γόνατα ἐς τῆς ὀπῆς ἐντὸς γενίσθαι προθυμούμενος. τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα αὐτίκα ἑφελκύσθη τε καὶ τοῖς γόνασιν ἐπιδραμεν, ὥσπερ ποταμῶν ὁ μέγιστος καὶ ὠκύτατος, συνδεθέντα ὑπὸ δίνης, ἀποκρύψειεν ἄνθρωπον.

7 λευκῇ δ' ἐσθῆτι ἐσταλμένοι] Pausan: habitum consultoris ita describit χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν, καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθεὶς, καὶ ὑποδησάμενος ἐπιχωρίας κρηπῖδας. Lucianus quoque in dialog. mort. p. 222. eius rei meminit ἐσταλμένους ταῖς ὀθόναις irrepere inquiens.

8 μελιτ[τ]ούτας ἐπάγοντες &c.] Pausan: ἔχων μάζας μεμαγμένας μέλιτι Sic & Lucian. l. c. μάζαν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων.

9 ἑρπετῶν] nempe dracones antrum illud fouisse videtur, illos enim ἱερὰς Τροφωνίου l. c. tradit Pausanias; illud vero genus animantium μειλιτ[τ]ούτους maxime placatur.

10 τὰς δὲ πορρωτάτω] apud Plutarchum tamen de Socrat. Gen. p. 592. narrat Timarchus ad ipsum *ostium*, vbi ingressus fuerat, se quoque eductum fuisse: παρὰ τὴν εἴσοδον ὅπερ ἐξ ἀρχῆς κατεκλίθη. Et ita ordinarie factum Pausanias quoque narrat, qui *Demetrii* satellitem, ingressum deprae-

dandi animo, obseruat τεκμὸν ἐτίθεσθαι ἀναφανῆναι, καὶ ἀ κατὰ στόμα ἐκβληθῆναι τὸ ἱερόν.

11 καθαρὰς] ita vt scriberem sensus suasit, vulgati habent καθαρὰς.

12 πηγὰς τ. Ερκύν.] fluuius antro proximus, vbi lauabantur & vngebantur descensuri. Fontes autem eius fluuii duo, ex quibus bibebant consultores, *Lethes* alter, alter *Mnemosynes*, vt notum ex Pausania l. c.

13 δι' αὐτοῦ χρᾷ τῷ χρωμένῳ] cui nempe in specu varia obiiciuntur visa, voces audiuntur, vide Plutarch. & Pausan. ll. cc. cum alia oracula per προφήτας & ὑποφήτας suas respondeant, qualis *Pythia* apud Delphos.

14 ὀβελίσκων] vid. not. praec. 3.

15 αὐτῷ τρίβωνι] cum aliis, vt supra dictum, lintea vestis esset induenda.

16 διάλεξιν] nempe ita familiarem se fore Trophonio nouerat, vt, quasi cum pari, cum eo sit collocuturus.

17 ἐκεῖ ἀναδυσομένῳ] nempe non eodem loco ex Trophonio emergebant, vt paulo ante indicatum, quo illud ingressi fuerant: ideoque Trophonius monet, quo loco Apollonius inde redierit.

18 φέρων βιβλίον] nempe vt Pausanias Boeotic. c. 39. fin. refert, omnes, qui in Trophonium descendebant, cogebantur visa auditaque sibi in tabulas referre. Apollonius igitur in ea tabula Pythagoreae philosophiae descripsit praecepta, quae ipsi Trophonius, interrogatus quae optima esset philosophia, occecinerat.

τατον τῇ ἐρωτήσει. ὁ μὲν γὰρ κατῆλθεν εἰπών, τίνα, ὦ Τροφώνιε, καὶ σὺ τὴν τε ἀρίστην[19], καὶ καθαρωτάτην φιλοσοφίαν ἡγῇ; τὸ δὲ βιβλίον τὰς Πυθαγόρᾳ εἶχε δόξας, ὡς καὶ τῷ μαντείῳ τῇ σοφίᾳ ταύτῃ ξυντιθεμένῳ.

conuenientissimum interrogationi. Descenderat enim interrogans: quamnam, o Trophoni, tu quoque optimam, & purissimam philosophiam esse putas? Continebatque libellus opiniones Pythagorae, quasi oracuło etiam illi philosophiae suffragante.

Ἀνάκειται τὸ βιβλίον τοῦτο ἐν Ἀντίῳ[1], καὶ σπουδάζεται διὰ τὴν αἰτίαν. τὸ δὲ Ἄντιον, Ἰταλῶν τῶν ἐπὶ θαλάττῃ. ταῦτα μὲν δὴ καὶ τῶν Λεβαδέων οἰκούντων ξυγχωρῶ ἀκροάσασθαι. περὶ δὲ τοῦ βιβλίου τούτου γνώμην ἀποφαίνομαι· διακομισθῆναι μὲν αὐτὸ βασιλεῖ Ἀδριανῷ ὕστερον, ὅτε δὴ[2] καί τινας τῶν τοῦ Ἀπολλωνίου ἐπιστολῶν, ἃ γὰρ δὴ πάσας γε· καταμεῖναι δὲ[3] ἐς τὰ βασίλεια τὰ ἐν τῷ Ἀντίῳ, οἷς μάλιστα δὴ τῶν περὶ τὴν Ἰταλίαν βασιλείων ἔχαιρεν.

Asseruatur autem is libellus Antii, quod ob eam causam adeunt curiosi. Est vero Antium ciuitas Italiae, secundum mare posita. Et ista quidem a Lebadeensibus me audisse fateor. At de libello ipse quid sentiam exponam: nempe ad Adrianum postea delatum [censeo,] vna cum Apollonii epistolis aliquot, omnes enim ad eum non peruenere: relictumque in palatio quod Antii erat, quo maxime omnium eorum quae in Italia essent [ille Imperator] delectabatur. Cap. XX.

Ἀφίκοντο δ' αὐτῷ καὶ ἐξ Ἰωνίας οἱ ὁμιληταὶ πάντες, οὓς ὠνόμαζον Ἀπολλωνίους οἱ Ἕλληνες[1]. καὶ ξυμμιχθέντες τοῖς αὐτόθεν, νεότης ἐγένοντο, θαυμάσαι ἄξιοι τοῦ πλήθους, καὶ τῆς ἐς τὸ φιλοσοφεῖν ὁρμῆς. ῥητορικὴ μὲν γὰρ ἀπέκειτο ἀμελουμένη, καὶ σμικρὰ προσεῖχον τοῖς τὴν τέχνην ξυγκροτοῦσιν, ὡς μόνης διδασκάλου τῆς γλώττης. ὠθίζοντο δὲ ἐπὶ τὴν ἐκείνου φιλοσοφίαν πάντες. ὅθ', ὥσπερ τοὺς Γύγας φασὶ καὶ τοὺς Κροίσους ἀκλείστους παρέχειν τοὺς τῶν θησαυρῶν θύρας, ἵν' ἀπαντλεῖν εἴη τοῖς δεομένοις, ἕως παρεῖχε τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν τοῖς ἐρωτῶσι, περὶ παντὸς ἐρωτᾶν ξυγχωρῶν. Cap. XXI.

Venerunt ad eum ex Ionia quoque discipuli omnes, quos Apollonios Graeci vocabant: iisque permisti, qui istis locis habitabant, iuuenum coetum absoluebant admiratione dignum, tum numeri, tum ardoris in philosophica studia ratione. Rhetorica enim quidem neglecta iacebat, nec multum curabant eius disciplinae professores, vt quae linguam duntaxat instituerent. Ad Apollonii vero philosophiam confertim adproperabant omnes. Ipse autem, perinde ac Gygas aiunt, & Croesos apertas thesaurorum habuisse fores, vt haurire inde possent, si quibus opus esset; ita omnibus, qui modo quaererent sapientiam, impertitus est suam, de quibuscunque vellent, interrogandi copia omnibus facta.

Διαβαλλόντων δ' αὐτὸν ἐνίων, ὅτι τὰς τῶν ἡγεμόνων ἐπιδημίας ἐκτρέποιτο, καὶ ἀπάγει τοὺς ἀκροατὰς ἐς τὰς ἡσυχίας μᾶλλον[1]· καί τινος ἀποσκώψαντος, μετελαύνειν αὐτὸν τὰ πρόβατα[2], ἐπειδὰν τοὺς ἀγοραίους προσιόντας μάθῃ, νὴ Δί', εἶπεν, ἵνα μὴ ἐμπίπτωσι τῇ ποίμνῃ λύκοι. τίδ' ἐβούλετο αὐτῷ τοῦτο; τοὺς ἀγοραίους ὁρῶν ἀποβλεπομένους ὑπὸ τῶν πολλῶν, καὶ προϊόντας ἐκ πενίας ἐς πλοῦτον, ἀπεχθείας τε ὅτως ἀσπαζομένους[3], ὡς αὐτὸ τὸ ἀπέχθεσθαι πωλεῖν, ἀπῆ- Cap. XXII.

Cumque eum calumniarentur nonnulli, quod magistratus accedere suos nollet, eosque ad otium traduceret potius: nonnemine etiam in eum ludendo, *abigere eum*, inquiente, *pecudes, vbi forenses homines aduentare sentiret; sic est, per Iouem*, respondit, *nempe ne lupi gregem inuadant*. Quid autem haec verba sibi volebant? Nempe forenses in autoritate apud vulgus esse animaduertens, & ex pauperibus diuites euadere, atque adeo ob odia hominum coli, vt inimicitiarum quoque pretium reportarent, adolescentes ab

19 ἀρίστην] hanc ex ingenio lectionem restituimus, vulgati ἀρετὴν habebant.

CAP. XX. 1 ἐν Ἀντίῳ] vid. supra c. 12. n. 3.
2 ὅτε δὴ] sic MSS. omnes, editi ὅτε δὲ.
3 καταμεῖναι δὲ] adiecimus δὲ ex cod. Vrbin.

CAP. XXI. 1 Ἀπολλωνίους ἡ Ἕλλας] sic cod. habet Vrbinas: Vaticanus & Vratisl. habent Ἀπολλωνίους ἡ Ἕλλας, qualem lectionem Rhinuccini quoque & Morelli sequitur interpretatio. Editi Ἀπολλωνίους ἡκιὰς. An forte ἡκιὰς vox noua & vulgo incognita, ab ἥκω, quae idem sit quod φοιτητής?

CAP. XXII. 1 ἰς τὰς ἡσυχίας μᾶλλον] vetus contra philosophiam eiusque Doctores querela, quod ἄπρακτοι essent, quam depellit Aelianus post alios V. H. III, 17. VII, 14.
2 μετελαύν. αὐτὸν τὰ πρόβ.] nempe *scomma* in eo est, quod προβάτων nomine *simplicitatem* exprobret Apollonii discipulis: qui scilicet rerum gerendarum, atque conuersationis cum principibus viris, ignari, refugere etiam debeant conuersationem prudentiorum. Quod scomma scommate vlciscens Apollonius, imo vt *lupos* vitent *oues* suae necesse ait esse.
3 ἀπεχθείας τε ὅτως ἀσπαζομ.] familiari haec ellipsi explicanda, ἀπεχθείας ἕνεκα τε ὅτῳ ἀσπαζομένους, qua obseruata omnia quadrata currunt, quae perturbatissima interpretes fecere.

eo-

eorum congressu abduxit. Eos vero qui cum talibus hominibus familiariter viuerent grauibus verbis castigauit turpem iis labem quasi absterfurus. Etenim iam alias quidem iis infensus erat, Romani tamen carceres, vinctique in iis, & pereuntes, eo ipsum aduersus artem illam animo induerant, vt omnes istas calamitates rabulis potius, & dicendi elatis facultate, quam ipsi tyranno, tribuenda esse censeret.

C. XXIII. Eo autem tempore, quo in Graecia philosophatus est, tale in coelo apparuit ostentum. Solis orbem corona ambiens, Iridi similis, radios eius obscurabat. Tendere autem ad rerum mutationem ostentum, omnibus statim liquebat. Achaiae igitur rector Athenis in Boeotiam eum inuitans, audiui, inquit, Apolloni, te rerum diuinarum pollere scientia. Annon vero etiam, inquit Apollonius, rerum humanarum [me scientia pollere] audiuisti? Audiui, inquit ille, & credo. Quoniam igitur, aiebat Apollonius, id mihi tu quoque tribuis, suadeo vt nolis Deorum rimari curiose consilia, ita enim rerum humanarum scientia suadet. Cum autem blandis verbis Apollonio instaret, vt animi sententiam exponeret, vt qui se diceret metuere, ne omnia in noctem verterentur; bono animo esto, Apollonius dixit, aliquod enim ex ista nocte lumen suborietur.

C. XXIV. Post haec Apollonius, vbi animo suo Graeciae rebus prospiciendo satisfeciisset, biennio in ea commoratus, in Ioniam nauigauit, vniuersa eum comitante sodalium turba. Smyrnae autem & Ephesi vt plurimum philosophiae operabatur; ita tamen vt ceteras etiam ciuitates inuiseret: neque vlla earum fuit, cui parum videretur iucundus, imo potius quem expeterent maxime dignus, maximoque bonis omnibus emolumento esse [videbatur].

Cap. XXV. Iamque in eo erant Dii, vt Domitianum ab imperio inter homines depellerent. Clementem enim interemerat, virum con-

γε τὰς νέας τῶ ξυνεῖναι σφίσι. καὶ τὰς ξυγγενομένας αὐτῶν, ἐνθυμεῖται πικρότερον, οἷον ἀποπλύνων βαφῆς ἀτόπου. διεβέβλητο μὲν γὰρ πρὸς αὐτὰς καὶ τὸν ἄλλον χρόνον. ὑπὸ δὲ τῶν ἐν Ρώμῃ δεσμωτηρίων[4], καὶ τῶν δεδεμένων τε καὶ ἀπολλυμένων, ὕτω διετέθη πρὸς τὴν τέχνην[5], ὡς πάντα ταῦτα τῶν συκοφαντούντων, καὶ τῶν δεινότητι ἐπηρμένων ἡγεῖσθαι μᾶλλον, ἢ τῶ τυράννου.

Περὶ δὲ τὸν χρόνον, ὃν ἐν τῇ Ελλάδι ἐνεσπούδαζεν, ἐπεῖχε τὸν ἀρανὸν διοσημία τοιαύτη. τὸν τῶ Ηλίου κύκλον περιελθὼν στέφανος[1], ἐοικὼς Ιριδι, τὴν ἀκτῖνα ἠμαύρου[2]. ὅτι μὲν δὴ ἐς νεώτερον ἡ διοσημία ἔφερε, δῆλα ἦν πᾶσιν. ὁδ' ἄρχων τῆς Ελλάδος[3], καλέσας αὐτὸν ἐξ Αθηνῶν ἐς Βοιωτίαν, ἀκούω σε, εἶπεν, Απολλώνιε, σοφὸν εἶναι τὰ δαιμόνια. εἴ γε, ἔφη, ἀκούεις ὅτι καὶ τὰ ἀνθρώπεια[4]; ἀκούω, εἶπε, καὶ ξύμφημι. ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, ξυνομολογεῖς, μὴ πολυπραγμόνει θεῶν βυλάς, τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἀνθρώπων σοφία ἐπαινεῖ. ἐπεὶ δὲ ἐλιπάρει τὸν Απολλώνιον, εἰπεῖν ὅποι διανοεῖται, δεδιέναι γὰρ μὴ ἐς νύκτα μεταξῆ πάντα· θάρρει, ἔφη, ἔσαι γάρ τι ἐκ τῆς νυκτὸς ταύτης φῶς.

Μεταταῦθ' ὁ μὲν, ἐπειδὴ τῶν κατὰ τὴν Ελλάδα ἱκανῶς εἶχε, δυοῖν ἐνδιατρίψας ἐτοῖν, ἔπλει ἐς Ιωνίαν, ξυνεπομένης αὐτῶ τῆς ἑταιρείας. καὶ τὸν μὲν πλέω χρόνον ἐφιλοσόφει περὶ τὴν Σμύρναν τε καὶ τὴν Εφεσον, ἐπιὼν καὶ τὰς ἄλλας, καὶ ἐν ὑδεμιᾷ τῶν πόλεων ἀηδὴς δοκῶν, ἀλλὰ καὶ ποθεῖσθαι ἄξιος, καὶ κέρδος μέγα τοῖς δεξιοῖς.

Εὐθὺν δὲ[1] θεοὶ Δομετιανὸν ἤδη τῆς τῶν ἀνθρώπων προεδρίας. ἔτυχε μὲν γὰρ Κλήμεντα[2]

---

4 ὑπὸ δὲ τ. ἐν Ρώμῃ δεσμωτ. &c.] nempe inde est, quod in sermonibus quoque apologeticis grauissime in homines istos inuehatur, supra cap. 5. versus finem, & cap. 7. sect. 16. fine.

5 διετίθη πρ. τὴν τέχνην] editi habent διετίθετο. Secuti sumus lectionem MSS. τέχνην autem intelligit τῶν ἀγοραίων *Causidicorum* s. *forensium*.

CAP. XXIII. 1 στέφανος] illud nomen liberti est, a quo interemtus periit Domitianus vid. cap. seq.

2 ἠμαύρου] haec vox haut dubie occasionem Riccioli dedit, in Almagest. p. 366. vt inter eclipses hoc phaenomenon referret, *annularem eclipsin* vocans, quod an ita sit, valde mihi dubitationi obnoxium videtur. Ex eo enim, quod coelo nubilo, formato circa solem orbe, iridis coloribus puto, hinc inde intercepti & obscurati fuere solis radii, eclipsin effingi nolim. Esto tamen eius rei apud doctiores naturae mystas arbitrium.

3 ἄρχων τ. ἑλλάδος] vt ἡγεμὼν Ασίας de vitis Soph. l. II. p. 585. quae itidem proconsularis prouincia.

4 ὅτι καὶ τὰ ἀνθρώπεια] quippe qui philosophus esset. philosophiam autem τῶν θείων καὶ ἀνθρωπείων ἐπιστήμην definiunt Pythagoraei, vide Mich. Psellum comp. de V. vocib. & X. categor. init.

CAP. XXV. 1 εὐθὺν δὲ] δὲ addidi fide MSS. nostrorum omnium.

2 Κλήμεντα] vide de morte eius Dion. lib. LXVII. p. 766. Sueton. Domit. c. 16.

ἀπεκτονὼς, ἄνδρα ὕπατον, ᾧ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτῆς [3] ἐδεδώκει. πρόσαγμα δ' ἐπεπείητο περὶ τρίτην, ἢ τετάρτην ἡμέραν τῆς φόνου, καὶ κείνην ἐς ἀνδρὸς φοιτᾶν [4]. Στέφανος τοίνυν ἀπελεύθερος [5] τῆς γυναικὸς, ὃν ἐδήλου τὸ τῆς διοσημίας σχῆμα, εἴτε τὸν τεθνεῶτα ἐνθυμηθεὶς, εἴτε πάντας [6], ὥρμησε μὲν ἴσα τοῖς ἐλευθερωτάτοις ποτὲ Ἀθηναίοις ἐπὶ τὸν τύραννον. ξίφος δ' ὑφείρας τῷ τῆς ἀριστερᾶς πήχει, καὶ τὴν χεῖρα ἐπιδέσμοις ἀναλαβὼν, οἷον κατεαγυῖαν, ἀπιόντι τοῦ δικαστηρίου προσελθὼν, δέομαί σου, ἔφη, βασιλεῦ, μόνου, μεγάλα γὰρ, ὑπὲρ ὧν ἀκροάσῃ. ὡς ἀπαξιώσαντος δὲ τοῦ τυράννου τὴν ἀκρόασιν, ἀπολαβὼν αὐτὸν ἐς τὸν ἀνδρῶνα, ὃ τὰ βασίλεια, ὃ τέθνηκεν, εἶπεν, ὁ πολεμιώτατός σοι Κλήμης, ὡς σὺ οἴει, ἀλλ' ἔστιν ὃ ἐγὼ οἶδα, καὶ ξυντάττει ἑαυτὸν ἐπὶ σέ. μέγα δ' αὐτοῦ βοήσαντος περὶ ὧν ἤκουσε, τεταραγμένῳ προσπεσὼν ὁ Στέφανος, καὶ τὸ ξίφος τῆς ἐσκευασμένης χειρὸς ἀνασπάσας, διῆκε τοῦ μηροῦ, πρὸς μὲν τὸν αὐτίκα θάνατον ὀλιγίαν [7], πρὸς δὲ τὸν μετὰ ταῦτα οὐκ ἄκαιρον. ὁδ', ἐρρωμένος μὲν καὶ ἄλλως τὸ σῶμα, γεγονὼς δὲ περὶ τὰ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτη, ξυνεπλάκη τρωθείς. καὶ καταβαλὼν τὸν Στέφανον, ἐπέκειτο, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀρύττων, καὶ τὰς παρειὰς ξυντρίβων πυθμένι χρυσῆς κύλικος, αὐτοῦ κειμένης περὶ τὰ ἱερά. ἐκάλει δὲ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν [8] ἀρωγόν. συνέντες δ' οἱ δορυφόροι κακῶς πράττοντος, εἰσῆλθον ἀθρόοι, καὶ τὸν τύραννον ἀπέκτειναν, λειποθυμοῦντα ἤδη.

Ταῦτ' ἐπράττετο μὲν κατὰ τὴν Ῥώμην. ἑωρᾶτο δ' Ἀπολλωνίῳ κατὰ τὴν Ἔφεσον [1]. διαλεγόμενος γὰρ περὶ τὰ τῶν ξυστῶν ἄλση [2] κατὰ μεσημ-

fularem, cui ſororem ſuam matrimonio locauerat. Decreueratque etiam tertia quartaue poſt illam caedem die, vt & ipſa virum ſequeretur. Stephanus igitur feminae libertus, quem oſtenti figura oſtenderat, ſiue interemti habita ratione, ſiue omnium, eadem virtute, qua olim libertatis amantiſſimi Athenienſes, Tyrannum inuaſit. Breuem igitur gladium ſiniſtrae manus cubito ſubnectens, manumque tanquam fractam faſciis inuoluens, & eum ex dicaſterio digreſſum adortus, opus habeo, dixit, o Imperator, vt tecum arbitris remotis colloquar: magna enim ſunt, de quibus me audies. Cumque tyrannus colloquium non abnueret, in cubiculum, vbi Imperator res ſuas ſibi habebat, deducto eo, non eſt, aiebat, mortuus, vt tu arbitraris quidem, inimiciſſimus tibi Clemens, ſed degit in loco quem ego ſcio, atque aduerſus te nunc quidem ſe comparat. Illo vero magnum ob ea, quae audierat, edente clamorem, adortus perturbatum Stephanus, gladiumque de manu ad id compoſita educens, per femur eum adegit [vulnere] quidem ad ſubitam mortem minus opportuno, opportuno tamen morti quae ſequi paulo poſt poſſet. At ille quidem, & alias corpore robuſtus, & annos vix natus quinque ſupra quadraginta, vulnere accepto manus cum Stephano conſeruit, Stephanoque proſtrato, incubuit, oculos eius fodicans, & genas tundens aureo calice, qui ibi ſacrorum cauſa aſtabat. Palladem vero etiam, vt ſibi auxilio eſſet, inuocabat. Audientes igitur corporis cuſtodes aegre ipſi eſſe, confertim irruerunt, iamque animi deliquium paſſum tyrannum interfecerunt.

Et haec quidem Romae agebantur. Epheſi autem ea quaſi coram intuebatur Apollonius. Dum enim inter arbores quae in xyſto erant meridiano diſputabat tempore, in quod etiam

C. XXVI.

---

3 τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτῆς] vxorem Clementis *Flauiam Domitillam* vocat Dio l. c. Eamque Domitiani συγγενῆ fuiſſe ait. Quod *ſororem* dicit Philoſtratus, non facile cum Suetonio conciliaueris, qui in vita Veſpaſiani patris c. 3. *Domitillam*, Domitiani ſororem vnicam, fatis conceſſiſſe dicit, antequam ad Imperium perueniret pater eius Flauius Veſpanius. Forte pro ἀδελφὴν hic legendum ἀδελφιδῆν, vt *ſororis filia* intelligatur. Quo minus dubitem, veram hanc emendationem eſſe, fere mihi perſuadet hoc, quod Flauii Clementis filios, quos ſucceſſores ſibi deſtinauerat Domitianus (teſte Suetonio vit. eius c. 15,) & qui haut dubie fuerunt illi ipſi, quos inſtituendos Quintiliano crediderat, a Rhetore hocce ſororis Domitiani Nepotes dici videam lib. IV. Inſtitut prooem. Si itaque *Flauii Sabini* illi fuerunt, & tamen *ſororis* Domitiani nepotes, *coniugem Sabini*, *Flauiam Domitillam*, *Domitillae*, Domitiani ſororis, filiam fuiſſe, neceſſe eſt.

4 ἐς ἀνδρὸς φοιτᾶν] ſubint. τόπον vel tale quid quemadmodum in actibus Apoſt. Iudas moriens ἀπελθεῖν dicitur εἰς τὸν ἴδιον τόπον: vt ſenſus ſit quo maritus Domitillae praeiuerat, eo ſequi ipſam paulo poſt Domitiani conſilio debuiſſe. Similes ellipſes ſup. ἐς θεῶν ἥκειν. item ἐς βασιλέως πίνειν, ἐκ φερσεφάττης ἥκειν aliaque eius generis: in *Deorum templa venire*: *in Regia bibere*. *Ex Proſerpinae regnis* redire.

5 Στέφαν. τ. ἀπελεύθ.] rem omnem de caede Domitiani, non multum diuerſis allegatis circumſtantiis Dio & Suetonius exponunt.

6 εἴτε πάντας] nempe omnibus graue atque noxium tyranni imperium, quorum liberationem proinde forti animo agentem Stephanum, hoc facinus ſuſcepiſſe ait.

7 ὀλιγίαν] Dionem ob oculos habuiſſe Philoſtratum non dubito. Sic enim ille verbis plane iiſdem: καὶ ἐκεῖνος ἔπληξε μὲν τὸν Δομιτιανὸν ἀμὴν καιρίαν. Subintelligendum πληγήν.

CAP. XXVI. 1 ἑωρᾶτο δ' Ἀπολλων. κατὰ τ. Ἔφεσον] quod etiam firmat Dio ſub fin. libri LXVII.

2 π. τὰ τ. ξυστῶν ἄλση] nempe in *xyſtis* arbores ad curricula conſitae, quae hic ἄλση τῶν ξυστῶν vocantur, vide plura obſeruata ſupra lib. IV. c. 3. n. 1.

in

in palatio imperatoris gesta incidebant; primo quidem quasi pauore perculsus vocem submisit; deinde minore, quam qua esse solebat in dicendo, vi orationem continuauit, vt solent, qui inter dicendum aliud quid cogitant. Postea conticuit, illorum ad instar, qui excidunt oratione, acriterque in terram despiciens, & tribus quatuorue passibus progressus, caede tyrannum, caede, clamauit; non vt qui e speculo quodam veritatis imaginem traheret, sed vt qui res ipsas intueretur, & opem ferre ad ea quae agebantur statueret. Stupente autem tota Ephesiorum ciuitate, (disputanti enim praesto erat omnis,) sustinens sese, sicut facere solent, qui obseruant quem habitura sit res quaedam dubia exitum; bono animo estote, o Viri, dixit, hodie enim occisus est tyrannus: quid hodie dico? imo modo, ita me Pallas adiuuet; modo inquam, hoc ipso tempore quo verba protuli, post quae conticui. Cumque furorem id esse Ephesii arbitrarentur, vera autem esse, quae diceret, optarent, sed tamen metuerent ne periculo sibi esset, quod talia auribus ad misissent; non miror, inquiebat, esse qui dictis locum non faciant, quae ne Roma quidem nouit omnis. Sed iam ecce noscit, discurrunt enim per vrbem. Iamque fidem eis habent hominum myriades, imo exultant prae gaudio duplo plures, & quadruplo, omnisque, qui ibi est, populus. Huc quoque ea de re fama penetrabit. Et a vobis quidem eam ob rem peragenda sacra ad tempus istud differantur, quo de hisce ad vos afferetur nuncius. Ego autem vado, vt ob ea quae oculis vidi ipse, vota Diis persoluam.

C. XXVII. Cum fidem ista nondum inuenirent, bonum nuntium afferentes cursores aduenere, sapientiae Viri testimonium perhibentes. Nam & cum caede tyranni, & cum die quae illam attulit, & cum meridie, & interfectoribus, quos ille fuerat adhortatus, ita res sese habebat, vt differenti viro singillatim haec manifestauerant Dii. Post dies vero inde triginta, scribente ad eum Nerua, Romanum se iamiam imperium Deorum arbitrio tenere atque Apollonii, illud autem facilius se tuiturum, si ad se veniat Apollonius, a consiliis sibi futurus; ille quidem ei rescripsit,

Βρίαν, ὅτε δὴ καὶ τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις ἐγίγνετο, πρῶτον μὲν ὑφῆκε τῆς φωνῆς, οἷον δείσας. εἶτ' ἐλλιπέστερον, ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἡρμήνευσεν, ἴσα τοῖς μεταξὺ λόγων διορῶσί τι ἕτερον. εἶτα ἐσιώπησεν, ὥσπερ οἱ τῶν λόγων ἐκπεσόντες· βλέψας τε δεινὸν ἐς τὴν γῆν, καὶ προβὰς τρία ἢ τέτταρα τῶν βημάτων, παῖε τὸν τύραννον, παῖε ἐβόα· ἀχ ὥσπερ ἐκ κατόπτρου τινὸς εἴδωλον ἀληθείας ἕλκων, ἀλλ' αὐτὰ ὁρῶν, καὶ ξυλλαμβάνειν δοκῶν[3] τὰ δρώμενα. ἐκπεπληγμένης δὲ τῆς Ἐφέσου, παρῆν γὰρ διαλεγομένῳ πᾶσα, ἐπισχὼν, ὅσον οἱ διορῶντες ἐς' ἂν γένηταί τι τῶν ἀμφιβόλων τέλος· θαῤῥεῖτε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, ὁ γὰρ τύραννος ἀπέσφακται τήμερον. τί λέγω τήμερον; ἄρτι, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν[4], ἄρτι, περὶ τὸν καιρὸν τῶν ῥημάτων, οἷς ἀπεσιώπησα. μανίαν δὲ ταῦθ' ἡγεμένων τῶν κατὰ τὴν Ἔφεσον, καὶ βουλομένων ἀληθεύειν αὐτὸν, δεδιότων δὲ τὸν τῆς ἀκροάσεως κίνδυνον, ἐ θαυμάζω, ἔφη, τῶν μή πω προσδεχομένων τὸν λόγον, ἓν μήδ' ἡ Ῥώμη γιγνώσκει πᾶσα. ἀλλ' ἴδε γιγνώσκει, διαφοιτᾷ γάρ. καὶ πιστεύουσι μὲν ἤδη μύριοι, πηδῶσι δ' ὑφ' ἡδονῆς δὶς τόσοι, καὶ διπλάσιοι τούτων[5], καὶ τετραπλάσιοι, καὶ πάντες οἱ ἐκείνῃ δῆμοι. ἀφίξεται τοῦτο τὸ ῥῆμα καὶ δεῦρο. καὶ τὸ μὲν θύειν[6] ὑμᾶς ἐπ' αὐτοῖς ἀναβεβλήσθω ἐς καιρὸν, ὃν ἀπαγγελθήσεται ταῦτα· ἐγὼ δὲ εἶμι προσευξόμενος τοῖς θεοῖς, ὑπὲρ ὧν εἶδον.

Ἔτ' ἀπιστουμένων τούτων, ἦλθον οἱ τῶν εὐαγγελίων δρόμοι, μάρτυρες τῆς σοφίας τοῦ ἀνδρός. καὶ γὰρ ἡ τοῦ τυράννου σφαγὴ, καὶ ἡ τοῦτο ἐνεγκοῦσα ἡμέρα, καὶ ἡ μεσημβρία, καὶ οἱ κτείνοντες, πρὸς οὓς ἡ παρακέλευσις, ὅτως εἶχεν, ὡς οἱ θεοὶ τούτων ἕκαστα διαλεγομένῳ τῷ ἀνδρὶ ἀνέφαινον. τριάκοντα δ' ἡμέραις μεταταῦτα, ἐπιστείλαντος αὐτῷ τοῦ Νέρβα, τὴν μὲν ἀρχὴν ἤδη τῶν Ῥωμαίων ἔχειν, θεῶν τε βουλαῖς, κἀκείνου, κατασχεῖν δ' ἂν αὐτὴν ῥᾷον, εἰ ξύμβουλος αὐτῷ ἔλθοι· τὸ μὲν αὐτίκα ἐκεῖνος γρά-

---

3 ξυλλαμβάνειν δοκῶν] δοκῶν quod in editis exciderat, reuocauimus omnium MSS fide. Vitium animaduerterat Morell. qui ξυλλαμβάνων forte rescribendum esse in margine annotauerat.

4 νὴ τὴν Ἀθηνᾶν] de hoc iuramenti genere, vide notata ad lib. VII. c. 12. & lib. IV. c. 17. n. 5. Hic autem per Palladem iurat, insultans Domitiano occiso, qui in peculiari eius Deae tutela se esse temere crediderat. Vide paulo ante not. 8.

5 καὶ διπλάσιοι τούτων] loquitur, quasi praesens intuitus famam dimanantem, & ad plures sensim peruenientem ex ea laetitiam.

6 τὸ μὲν θύειν] editi τὸ μὲν μὴ θύειν. Reiecimus μή, nihil enim ad sensum, omittebant quoque Vrbin. & Vratisl. Intelligit sacra ἐυχαριστήρια ob caesum tyrannum obeunda.

CAP. XXVII. 1 ἐκεῖνος] ita scribere ausus sum pro ἐκεῖνο, namque ineptum ad αἴνιγμα duo pronomina demonstratiua referri.

φει πρὸς αὐτὸν αἴνιγμα[2]· "ξυνεσόμεθα, ὦ βα-
"σιλεῦ, χρόνον ἀλλήλοις πλεῖστον, ὃν μήτε ἡ-
"μεῖς ἑτέρῳ, μήτ' ἄλλος ἡμῶν ἄρξοι." ξυνιεὶς ἴ-
σως ἑαυτῷ τε, ὡς μετ' ὀλίγον μεταστησομένῳ
ἀνθρώπων· Νερῶᾳ τε, ὡς χρόνον βραχὺν ἄρ-
ξοντος. ἐς ἐνιαυτὸν γὰρ καὶ μῆνας τέτταρας[3]
τὰ τῆς βασιλείας αὐτῷ πρᾶξε, σωφρονεστάτῳ
δόξαντι.

aenigmata quae tum essent, ista: *Nos quidem, o Imperator, vna viuemus inuicem longissimo tempore, quo neque in alios nosmet, neque in nos alii imperium tenebunt.* Nempe hoc sibi, vt vero est simile, volebat: & seipsum paulo post ex humana vita esse transferendum, & Neruae quoque breuem futurum esse principatum. Annum enim & menses quatuor ipsius durauit imperium, summae moderationis laudem consecuti.

Ἵνα δὲ μὴ ἀμελῶν φαίνοιτο φίλῳ τε ἀγαθῷ
καὶ ἄρχοντος, ξυνέθηκε μετὰ ταῦτα πρὸς αὐ-
τὸν ἐπιστολήν, ξύμβουλον τῶν ἀρχικῶν. καὶ κα-
λέσας τὸν Δάμιν, σῇ, ἔφη, δείσῃ ταῦτα· τὰ
γὰρ ἀπόῤῥητα τῆς ἐπιστολῆς, γέγραπται μὲν
πρὸς τὸν βασιλέα, ἔστι δ' οἷα ἢ ὑπ' ἐμοῦ λέγε-
σθαι, ἢ διὰ σοῦ. καὶ ὀψὲ ὁ Δάμις ξυνεῖναί φη-
σι τῆς τέχνης, τὴν μὲν γὰρ ἐπιστολὴν ἄριστά τε
αὐτῷ, καὶ ὑπὲρ μεγάλων ξυγγεγράφθαι,
πεμφθῆναι δ' ἂν καὶ δι' ἑτέρου. τίς δ' ἡ τέχνη
τἀνδρός; πάντα τὸν χρόνον, ὃν ἐβίω, λέγεται
θαμὰ ἐπιφθέγγεσθαι· λάθε βιώσας[1]· εἰ δὲ
μὴ δύναιο, λάθε ἀποβιώσας. ἀπάγων δ' ἂν ἑαυ-
τῷ τὸν Δάμιν, ἵνα μὴ ὑπὸ μάρτυσι καταλύοι,
τὴν ἐπιστολὴν ἐσκέψατο, καὶ τὸ ἀναφοιτῆσαι
αὐτὸν ἐς τὴν Ῥώμην. αὐτὸς μὲν δὴ παθεῖν τι ἀ-
πιὼν αὐτός φησιν, δῆθεν εἰδὼς τὰ μέλλοντα. τὸν
δ' ἓν εἰδότα, μηδὲν μὲν οἱ εἰπεῖν, ὥσπερ εἰώθα-
σιν οἱ μηκέτ' ἀλλήλοις ὀψόμενοι, τοσοῦτον αὐτῷ
περιεῖναι τοῦ πεπεῖσθαι ὅτι ἀεὶ ἔσαι[2]. παρεγ-
γυῆσαι δέ ὦδε· ὦ Δάμι, κἂν ἐπὶ σεαυτοῦ φιλο-
σοφῇς, ἐμὲ ὅρα[3].

Ne tamen nulla eius cura esse videretur a- C. XXIIX.
mici optimi, optimique principis, epistolam posthac ad eum scripsit, qua quomodo respublica gerenda esset, ipsum monuit. Damidem igitur ad se vocans, tuam, inquit, operam res ista poscit, arcana enim, quae sunt in epistola, scripta sunt ad Imperatorem quidem, sed talia sunt tamen, vt vel a me ea coram exponi fas sit, vel te internuntio. Sero autem astum se percepisse ait Damis. Epistolam enim optime quidem, & de rebus maximis ab eo exaratam dicit: aliam tamen ob causem etiam se missum esse. Quisnam igitur astus viri? Omni quo vixit aeuo crebro hancce protulisse fertur sententiam: *Viue latenter: sin minus id potes, latenter ex vita discede.* Damin igitur submouens a se, ne coram testibus ex hac vita discederet, epistolae istius vsus commento est, itinerisque Romam ab eo suscipiendi. Et Damis quidem, cum discederet, animo se nonnihil commotum esse ait, quamuis quid sit euenturum ignoraret. Apollonium autem, probe eius rei gnarum, nihil tamen sibi dixisse eorum, quae dicere solent, qui se deinceps amplius visuri haut sint: adeo persuadendi cupidum fuisse, se semper esse victurum. Ita vero hortatum esse: o Dami, quando soli etiam tibi relictus philosophiae operam dabis, in me intuere.

Τὰ μὲν δὴ ἐς Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα Δάμιδι
τῷ Ἀσσυρίῳ ἀναγεγραμμένα ἐς τόνδε τὸν λό-
γον τελευτᾷ. περὶ γὰρ τρόπου καθ' ὃν ἐτελεύτα[1],

Atque ea quidem, quae de Apollonio C. XXIX.
Tyanensi Assyrius Damis est commentatus, in istam desinunt narrationem. De genere enim mortis eius, si mortuus ta-

---

2 γράφει πρὸς αὐτὸν αἴνιγμα &c.] hanc aenigmaticam epistolam ob oculos habuit Cedrenus pag. 244. scribens: τῷ μετὰ τὸν Δομετιανὸν μέλλοντι βασιλεύσαι Νερούᾳ τὴν τελευτὴν γράμμασιν οἰκείοις προεσήμανεν.

3 καὶ μῆνας τέτταρας] sic & Eusebius & Aurelius Victor. Sed Dio l. LXIX. p. 771. nouem insuper dies habet. Diem addit vnam Clemens Alex. & Theophil. Antiochen. Demit Eutropius & Chronicon Alex. Conciliare vero ista conatus fuit Pagius Critica Annal. Baron. ad ann. 98. §. 2.

CAP. XXIIX. 1 λάθε βιώσας] Pythagoricum hoc est. Marinus vita Procli: τοσοῦτον ἐλάνθανεν ὅσον οὐδὲ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ λάθε βιώσας τοῦ καθηγεμόνος ἀτάλειπτον φυλάττοντες. Alii illud ad Epicurum referunt, vt patet ex libello Plutarchi, quo illud reprehendit. Huic autem alterum istud εἰ δὲ μὴ δύναιο λάθε ἀποβιώσας addidit Apollonius, quod an interpretatus genuino sensu Damis fuerit, dubito. Forte ita explices, vt velit mundo huic renunciandum esse & eius impedimentis, quod *latere* in mundo, *mori* mundo, *crucifigi* & *sepeliri* est, hocque est quod ait λάθε βιώσας Quod ipsum si fieri nequeat, mortem potius subeundam esse tranquille & sine tumultu, quam mutandum vitae institutum, ad illam regulam, λάθε βιώσας, semel compositum. Hocque est εἰ δὲ μὴ δύναιο λάθε ἀποβιώσας.

2 ὅτι ἀεὶ ἔσαι] sic legisse Rhinuccinum ex versione eius constat, quam etiam retinuit Morellus, hancque lectionem firmant cod. Vaticanus, Vrbin. & Vratisl. Sed tamen in textu retinuerat Morellus lectionem edit. Aldinae ὅ, τι ἂν ἔσαι, cuius quis esse possit sensus, ego non video.

3 ἐμὲ ὅρα] vt nempe eius exemplo sapientiae studia tractet.

CAP. XXIX. 1 περὶ γὰρ τρόπου καθ' ὃν ἐτ.] quod A. V. C. 849 vel 850 factum putant plerique, Nerua imperante. Certe nihil post haec tempora ab eo gestum vspiam legitur: firmatque hunc calculum, quod Damidem ad *Neruam* misisse paulo ante dicitur, vt clam moreretur, vt & epistola ad Neruam c. praec. qua morte coniungendos

men

men est, varie relatum est quidem, Damidi tamen eorum dictum est nihil. Mihi vero ne id quidem praetermittere fas puto, oportet enim, vt finem historia ista habeat suum. Neque de aetate viri quippiam Damidi allatum; verum aliis ad octogesimum, aliis vltra nonagesimum, aliis vltra centesimum [annum viuendo dicitur] peruenisse, toto corpore consenescens, vegetus tamen, & suauior quam iuuenes esse solent. Nempe & in rugis quidam est decor, qui maxime in eo enitebat, quod & imagines viri demonstrant in templo Tyanensi, & litterarum monimenta, quibus magis Apollonii senecta quam Alcibiadis quondam celebratur iuuenta.

ἔγε ἐτελεύτα[2], πλείας μὲν λόγοι, Δάμιδι δὲ ἀδεὶς εἴρηται. ἐμοὶ δὲ οὐδὲ τοῦτο χρὴ παραλελεῖφθαι, δεῖ γάρ πως τὸν λόγον ἔχειν τὸ ἑαυτῷ πέρας. οὐδ' ὑπὲρ ἡλικίας τἀνδρὸς εἴρηται οὐδὲν τῷ Δάμιδι, ἀλλὰ τοῖς μὲν ὀγδοήκοντα, τοῖς δ' ὑπὲρ τὰ ἐννενήκοντα, τοῖς δὲ καὶ πρόσω τῶν ἑκατὸν ἐλθεῖν[3], γηράσκων πᾶν τὸ σῶμα καὶ ἄρτιος, νεότητος δὲ ἡδίων. ἔστι γάρ τις ὥρα καὶ περὶ ῥυτίσιν, ἣ μάλιστα περὶ ἐκεῖνον ἤνθησεν, ὡς εἰκόνες τε δηλοῦσι τἀνδρὸς ἐν τῷ Τύανα δ' ἱερῷ[4], καὶ λόγοι, μᾶλλον ὑμνοῦντες τὸ Ἀπολλωνίου γῆρας, ἢ τὴν Ἀλκιβιάδου ποτὲ νεότητα.

C. XXX. Tradunt autem quidam Ephesi eum decessisse, duarum ancillarum ministerio vsum: (Iam ante enim fatis concessisse libertos eius, de quibus ab initio diximus). Cumque ipse alteram libertate donasset, exprobrasse id ei alteram, quod ipsam quoque eiusdem beneficii non esset dignatus. Apollonium igitur, te vero etiam, dixisse, seruire illi oportet, hoc enim bonorum tibi erit initium. Mortuo igitur Apollonio, eam quidem alteri esse mancipatam, illam autem leuiculam ob causam mangoni vendidisse, & abeo emisse eam nonneminem, vtut formosa admodum haut esset. Is tamen amore eius captus, mercator licet esset minime contemnendus, vxorem eam sibi nuncupauit, filiosque suscepit ex ea. Alii in Lindo mortuum [aiunt,] Palladis templum ingressum, atque in eo conspectui hominum subductum. Alii in Creta [exitum eius contigisse,] modo magis etiam mirabili quam qui in Lindo [dicunt disparuisse]. Nempe in Creta commoratum esse Apollonium, in maiore quam antea autoritate, ingressumque Dictynnae templum nocte intempesta esse. Tem-

Τελευτῆσαι δ' αὐτὸν, οἱ μὲν ἐν Ἐφέσῳ, θεραπευόμενον ὑπὸ δυοῖν δμωαῖν, τεθνάναι γὰρ ἤδη οἱ ἀπελεύθερα, περὶ ὧν κατ' ἀρχὰς εἶπον. ἐλευθερώσαντα δὲ τὴν ἑτέραν, αἰτίαν πρὸς τῆς ἑτέρας ἔχειν, ἐπεὶ μὴ τῶν αὐτῶν ἠξίωτο. τὸν δ' Ἀπολλώνιον, καὶ δουλεῦσαι, φάναι, προσήκει σε αὐτῇ, τοῦτο γάρ σοι ἀγαθοῦ ἄρξει. τελευτήσαντος δ' ἐκεῖνον, ἡ μὲν δουλεύειν ἐκείνῃ, ἦδ', ἐκ μικρᾶς αἰτίας, ἀποδόσθαι αὐτὴν καπήλῳ, παρ' ὃν πρίασθαί τις ἀδ' εὐπρεπῆ ὄσαν. ἀλλ' ἐρᾶν ἔτος, καὶ χρηματιστὴς ἱκανὸς ὤν, γυναῖκά τε ἀνείπειν, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐγγράψαι. οἷδ' ἐν Λίνδῳ, τελευτήσαι αὐτὸν, παρελθόντα ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς[2], καὶ ἔσω ἀφανισθέντα. οἱ δ' ἐν Κρήτῃ φασὶ θαυμασιώτερον ἢ οἱ ἐν Λίνδῳ. διατρίβειν μὲν γὰρ[3] ἐν τῇ Κρήτῃ τὸν Ἀπολλώνιον, μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦτο θαυμαζόμενον, ἀφικέσθαι δ' ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Δικτύννης[4] ἀωρί. φυ-

se & Neruam breui ait. Praeterea tota huius vitae chronologia non patitur vlterius terminum, quem attigit, proferre. Equidem Chronici Alexandrini autor A. C. 123 ad Aproniani & Pampini (legendum *Poetini*) consulatum ista habet: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς κατεστρέψατο τὸν βίον, qui annus fuit Hadriani VII. Verum illam sententiam plane cum ista historia conciliare non possis. Hinc tamen forte nata, quae de Apollonio iuniore, temporibus Hadriani Suidas annotauit.

2 ἔγε ἐτελεύτα] haec verba, in editione Morelliana transposita, & ad lineam praeced. post λόγοι τελεύτᾳ reiecta, Aldinae editionis omniumque MSS. autoritate suo loco restituimus. Ceterum dubie de morte Apollonii Philostratus loquitur, quod apud haut paucos obtinuisset sententia, Apollonium, prout ab Indis ei fuerat praedictum supra lib. III, mortem non occubuisse: quo spectant toto hoc & sq. capite narratae fabulae. Haecque opinio diuinis honoribus ei tribuendis occasionem dedit. Tyanenses templum Apollonio exstruxerant. vid. s. l. I. c. 5. & paulo post sub fin. huius cap. Imaginem eius, qualem in templis complurib⁹ saepe vidisset, imperatori Aureliano per somnum apparuisse, vt eum a Tyanensium exitio auerteret, autor est Vopiscus vit. Aurel. c. 24. Antoninum Caracallam ἥρῳον ei exstruxisse a Dione habemus l. LXXVII. p. 878. Imperator Alexander Seuerus in *Lario* eius imaginem habebat, teste Lampridio. Aurelianum quoque ei imaginem, templum, statuas vouisse refert l. c. Vopiscus. Nonnullos miracula se patrare nomine eius putasse, Eusebius autor est adu. Hierocl. cap. 42. sq. Lactantii aetate statuam eius, sed Herculis nomine colebant Ephesii, teste ipso Lactantio lib. V. c. 3. Nisi tamen is error Lactantii sit, vt notauimus ad lib. VIII. c. 7. sect. 8. Eunapii de Apollonio iudicium retulimus in not. ad titulum huius operis. Vt magnam fuisse oporteat de Apollonio, plus quam homine, opinionem.

3 τοῖς δὲ, καὶ πρόσω τῶν ἑκατὸν ἐλθ.] quam sententiam firmat haec ipsa historia, vide chronologiam a nobis ei praefixam. Ioan. Antiochenus ex Domnino chronographo XXXIV. annos, menses VIII. eum vixisse ait, putem Domninum scripsisse LXXXIV.

4 ἐν τῷ Τύανα δ' ἱερῷ] de quo vide & s. lib. I. c. 5.

CAP. XXX. 1 π. ὧν κατ' ἀρχὰς εἶπον] lib. I. c. 4.

2 ἐς τὸ ἱερ. τ. Ἀθηνᾶς] de hoc Palladis templo in Lindo, Rhodi oppido, habemus ista apud Strabonem l. XIV. p. 655. ἱερὸν δέ ἐστιν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἱκέφυιες, τῶν Δαναΐδων ἵδρυμα.

3 μὲν γάρ] addidi γάρ fide MSS. nostrorum omnium.

4 Δικτύννης] Dianae nomen, apud Cretenses solenne,

λακὴ δὲ τῷ ἱερῷ κυνῶν ἐπιτέτακται, φρουροὶ τῶν ἐν αὐτῷ πλούτων, καὶ ἀξιῶσιν αὐτοὺς οἱ Κρῆτες μήτε τῶν ἄρκτων, μήτε τῶν ὧδε ἀγρίων λείπεσθαι. οἱ δ' ὅθ' ὑλακτεῖν ἤκοντα, σαίνειν τε αὐτὸν προσιόντες, ὡς μηδὲ τὰς ἄγαν ἐθάδας. οἱ μὲν δὴ τῷ ἱερῷ προϊσάμενοι, ξυλλαβόντες αὐτὸν ὡς γόητα, καὶ λῃστὴν, δῆσαι, μέλιγμα τοῖς κυσὶ προβεβλῆσθαί τι ὑπ' αὐτῶν φάσκοντες. ὁ δ' ἀμφὶ μέσας νύκτας ἑαυτὸν λῦσαι. καλέσας δὲ τοὺς δήσαντας, ὡς μὴ λάθοι, δραμεῖν ἐπὶ τὰς τοῦ ἱεροῦ θύρας, αἳδ' ἀνεπετάσθησαν. παρελθόντος δ' ἔσω, τὰς μὲν θύρας ξυνελθεῖν, ὥσπερ ἐκέκλειντο, βοὴν δὲ ἀδύτων παρθένων ἐκπεσεῖν. τὸ δὲ ἆσμα ἦν, στεῖχε γᾶς· στεῖχε ἐς ἀρανὸν, στεῖχε. οἷον, ἴθι ἐκ τῆς γῆς ἄνω.

plo autem tuendo canes praesunt, diuitiarum quae ibi asseruantur custodes, eosque Cretenses neque vrsis neque aliis immanibus beluis putant esse inferiores. Illos igitur ne latratu quidem aduentantem [perhibent] excepisse, sed accedentes ei blanditos magis, quam quibus familiares essent maxime, fuisse. Templi igitur antistites deprehensum eum tanquam magum ligabant, offam eum placandis obiecisse canibus dicentes. Ipse vero media nocte sese vinculis exsoluit, iisque vocatis qui in vincula eum coniecerant, ne clanculum ageret, ad templi portas adcurrens apertas eas habuit. Vbi intrasset vero, fores sponte sua [aiunt] coiuisse, prout antea fuerant clausae, vocemque interea concinentium virginum ex templo resonasse. Canticum vero hoc erat, *Veni e terra: veni in coelum, veni.* Quasi dicant: *ex terra ad loca superiora adscende.*

Περὶ ψυχῆς δὲ ὡς ἀθάνατος εἴη, ἐφιλοσόφει ἔτι, διδάσκων μὲν ὅτι ἀληθὴς ὁ ὑπὲρ αὐτῆς λόγος, πολυπραγμονεῖν δὲ μὴ ξυγχωρῶν[1] τὰ ὧδε μεγάλα. ἀφίκετο μὲν γὰρ ἐς τὰ Τύανα μειράκιον, θρασὺ περὶ τὰς ἔριδας, καὶ μὴ ξυντιθέμενον ἀληθεῖ λόγῳ. τῷ δὲ Ἀπολλωνίᾳ ἐξ ἀνθρώπων μὲν ἤδη ὄντος, θαυμαζομένῳ δ' ἐπὶ τῇ μεταβολῇ, καὶ μήθ' ἁντιλέξαι θαρρῆσαι μηδενὸς ὡς οὐκ ἀθάνατος εἴη, λόγοι μὲν οἱ πλείους ὑπὲρ ψυχῆς ἐγίγνοντο· καὶ γὰρ νεότης τις ἦν αὐτόθι, σοφίας ἐρῶντες. τὸ δὲ μειράκιον, ἀδαμῶς τῇ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ ξυντιθέμενον, ἐγὼ, ἔφη, ὦ παρόντες, τὸν μῆνα δέκατον Ἀπολλωνίῳ διατελῶ εὐχόμενος, ἀναφῆναί μοι τὸν ὑπὲρ ψυχῆς λόγον. ὁ δ' ἔτω τεθναίη, ὡς μήθ' ἑφίσασθαι δεομένῳ, μήθ' ὡς ἀθάνατος εἴη πεῖθειν. τοιαῦτα μὲν τὸ μειράκιον τότε. πέμπτῃ δὲ ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ, περὶ τῶν αὐτῶν σπουδάσαν[2], κατέδαρθε μὲν ἃ διελέγετο. τῶν δὲ ξυσπουδαζόντων νέων οἱ μὲν πρὸς βιβλίοις ἦσαν, οἱ δ' ἐσπού-

De anima vero, quod nempe sit immortalis, philosophatus est etiam [post mortem:] veram quidem esse docens istam de ea doctrinam, non ferens tamen vt curiose de rebus tam arduis disputaretur. Venit enim Tyana adolescens, disputandi oestro ferox, nec facile veritati cedens. Cumque iam e viuis Apollonius excessisset, magnaque de eo post istam mutationem opinio obtineret, nec quisquam auderet in dubium vocare, immortalis quod esset; plurimi inde de anima orti fuere sermones: erat enim ibi iuuenum turba, sapientiae studiis dedita. Adolescens autem ille, opinioni de immortalitate animae neutiquam assentiens, ego, dixit, o viri quotquot adestis, mensem iam decimum precor Apollonium, vt mihi veram de anima doctrinam reuelet, ipse vero vsque adeo mortuus est, vt neque oranti apparuerit, neque immortalem se esse mihi persuaserit. Haec quidem tum adolescens est locutus. Quinto vero inde die, de eodem argumento cum disseruisset, eodem loco vbi disseruerat obdormiuit. Iuuenum autem, qui cum eo disputaverant alii libris erant intenti, alii se exercebant, geome-

---

testis Callimachus Hymn. in Dian. v. 204.

ἔπι ἄνασσ' ἰνῶπι, φαεσφόρε, καὶ δέ σε κεῖνης
Κρηταίες καλέουσιν ἐπωνυμίην ἀπὸ νύμφης.

Locutus autem in praecedentibus fuerat de Nympha Dianae, *Dictynna*, quae *Britomartis* alias etiam dicta, & apud Aeginetas Ἀφαία, teste Pausan. in Corinthiac. Huius itaque *Nymphae* nomine apud *Cretenses* quoque celebrari *Dianam* Callimachus ait. Quem parum dextre interpretatus fuerat Io. Meursius in Miscell. Lacon. lib. I. c. 2. Vbi ex his ipsis versibus *Callimachi* probare conatur ἔπιος Dianae esse apud Cretenses nomen: cum ipse potius Poeta ἔπιος nomine, quo apud Laconas teste Palaephato in Hist. Incredibil. cluebat, eam compellet, *Cretensibus* vero *Dictynnam* eam dici innuat, quod ipsum quoque l. c. Palaephatus firmat. *Templum* vero *Dictynnae* de quo hic agitur Herodotus quoque memorat lib. III. c. 59. in *Cydonia* illud a *Samiis* conditum dicens. Vnde & Κυδωνιάς in Orphicis hymnis ea vocatur. Montem *Cydoniae*, in quo illud positum, Τίτυρον, vel, vt in MSS. est, Τύρον vocat Strabo, ipsum templum Δικτύννιον. Paulo post tamen idem in *Polyrrheniis*, Cydoniatarum vicinis, aliud Δικτύννης ἱερὸν commemorat. Imo & aliud *Phalasarnis*, Cretae oppido, commemorat Dicaearchus, in vita Graeciae, vbi de Creta:

— — φασὶ δ' ἐν Κρήτῃ πόλιν
Εἶναι Φαλάσαρνα, κειμένην πρὸς ἥλιον
Δύοντα, κλειτὸν λιμέν' ἔχουσαν, καὶ ἱερὸν
Ἀρτέμιδος ἅγιον, καὶ καλεῖσθαι τὴν θεὸν
Δίκτυνναν. — —

CAP. XXXI. 1 μὴ ξυγχωρῶν] sic omnes MSS. nostri male editi: καὶ ξυγχωρεῖν.

2 περὶ τῶν αὐτῶν σπουδάσαν] sic Vratisl. nec multo aliter Vatican. & Vrbin. qui habent περὶ αὐτῶν σπουδάσαν. Male editi rursus: περισπουδασάντων.

tri-

tricas figuras in puluere deſcribentes. Ille vero, ceu furore correptus, exiliens, ſemiſopitus, ſudore pariter manabat multo, & iam fidem tibi habeo, exclamabat. Cumque eum interrogarent praeſentes, quid factum ſit ipſi? Nonne videtis, dixit, ſapientem illum Apollonium, qui & diſceptationi noſtrae adeſt auditor, & de anima ſtupenda carmina canit? Vbinam vero eſt, inquiebant illi, quod nobis appareat nuſpiam, cum tamen id expetamus magis, quam omnium mortalium potiri bonis? Tum adoleſcens, videtur diſputationis de iis, quibus fidem habere nolui, mecum ſolo inſtituendae cauſa, veniſſe. Audite igitur quae de iſta doctrina velut e tripode effundat:

Mens nunquam moritur, tua non eſt, nempe Pronoeae eſt.

Corpora cant: Haec acris equi vinclisque ſoluti
More ruens, agilis, raro ſeſe aethere miſcet:
Difficiliſque iugi pertaeſa, iugique moleſti.
Ad te quid vero iſta tamen ſupereſſe negantem
Te iſtis? Quid brutis compar tamen iſta requiris?

Atque iſte Apollonii tripos, luculenta oracula fundens, poſitus fuit arcanorum animae cauſa, vt laeti propriaeque naturae conſcii eamus, quo fata iubent. In ſepulcrum autem viri, aut cenotaphium, nuſquam me incidiſſe memini, quamuis terrae, qua late patet, maximam partem obiuerim, bene autem in ſermones incidi paſſim, plane admirabiles. At & ipſa ſacra habetur Tyanenſis vrbs, neque miſſis ab

δαζον, γεωμετρικὰς ἐπιχαράττοντες τύπους [3] τῇ γῇ. τοῦ δ', ὥσπερ ἐμμανὴς, ἀναπηδῆσαν ὠμόϋπνον, ἰδρῶτί τε πολλῷ ἐῤῥεῖτο, καὶ ἐβόα, πέϑομαί σοι. ἐρομένων δ' αὐτὸ τῶν παρόντων, ὅ, τι πέπονϑεν; οὐχ ὁρᾶτε, ἔφη, ὑμεῖς Ἀπολλώνιον τὸν σοφὸν, ὡς παρατυγχάνει τε ἡμῖν ἐπακροώμενος τῷ λόγῳ, καὶ περὶ ψυχῆς ῥαψῳδεῖ ϑαυμάσια; πῇ δ' ἔτος, ἔφασαν, ὡς ἡμῖν γε οὐδαμῇ φαίνεται, καί τοι βουλομένοις ἂν τοῦτο μᾶλλον, ἢ τὰ πάντων ἀνϑρώπων ἀγαϑὰ ἔχειν; καὶ τὸ μειράκιον, ἔοικεν ἐμοὶ μόνῳ διαλεξόμενος ἥκειν, ὑπὲρ ὧν μὴ ἐπίστευον. ἀκούετ' ἂν οἷα τῷ λόγῳ ἐπιϑειάζοι.

Ἀθάνατος ψυχὴ, κ' οὐ χρῆμα σὸν, ἀλλὰ προνοίης.

Ἢ μετὰ σῶμα μαρανθὲν, ἄτ' ἐκ δεσμῶν ϑοὸς ἵππος

Ῥηϊδίως προθοροῦσα, κεράννυται ἠέρι κώφῳ [4],

Δεινὴν καὶ πολύτλητον ἀποστέρξασα λατρείην.

Σοὶ δὲ τί τῶν δ' ὄφελος [5], ὁπότ' ἀκέτ' ἐὼν [6] τότε δόξεις;

Ἢ τί μετὰ ζωοῖσιν ἐὼν, περὶ τῶν δὲ ματεύεις;

Καὶ σαφὴς ἔτος Ἀπολλωνίου τρίπους [7] ἔσηκεν ὑπὲρ τῶν τῆς ψυχῆς ἀπορρήτων, ἵν' εὐθυμοί τε καὶ τὴν αὐτῶν φύσιν εἰδότες [8], οἷ τάτδε μοῖραι πορευοίμεθα [9]. τάφῳ μὲν οὖν ἢ ψευδοταφίῳ τοῦ ἀνδρὸς οὐδαμῇ προστυχὼν οἶδα, καί τοι τῆς γῆς, ὁπόση ἐστὶν, ἐπελθὼν πλείστην, λόγοις δὲ παντα χῇ δαιμονίοις [10]. καὶ ἱερὰ Τύανα δὲ [11] βασι-

3 τύπους] ſic MSS. noſtri pro τόπους, quod erat in editis: eadem lectio Salmaſio etiam obſeruata.

4 κεράννυται ἠέρι κώφῳ] nempe hoc quoque Pythagoricum eſt: ſic aurea carmina ſub fin.

ἢν δ' ἀπολείψας σῶμ' εἰς αἰϑέρ' ἐλεύϑερος ἔλϑῃς &c.

Quo & Plutarchi illud pertinet, ſecundum Pythagoram dicentis τὴν ψυχὴν ἐξιέναι εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἀναχαρεῖν, τὸ ὁμογενὲς. Nempe per τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν aetherem intelligit, qui ὁμογενὴς noſtrae animae dicitur, quod eam *aetheream* naturae credant Pythagoraei. vide notata ſ. ad l. I. c. 8.

5 σοὶ δὲ τί τῶν δ' ὄφελος] haec ita accipio: quid tibi opus ea me dicere, qui ſemel adamatae opinioni tuae, (δόξῃ) inhaeres, te non ſuperfore nempe corpori occidenti: id enim eſt ὁπότ' ἀκέτ' ἐὼν τότε δόξεις· nam illud τότε refertur ad tempus, quo σῶμα μαραίνεται. Vel etiam, tu quid talia rimaris, qui iam obbrutuiſti? nam rationi locum illum iuuenem reliquiſſe nullum, ϑρασύτητι τῆς ἰδέας, vt bruta inuicem belligerantia, vnice indulgentem, ſupra ſub huius capitis initium dictum.

6 ἐὼν] ſic MSS. noſtri, ſic Salmaſ. emendabat. Editi habent ἰὼν.

7 ἔτος Ἀπολλωνίου τρίπους] alluſum ad Apollinis tripodem: tripodiſque ſymbolo indicata vis & autoritas iſtorum ab Apollonio prolatorum, quae velut ex tripode ſint dicta. Simile eſt, quod ſupra habes cap. 7. ſect. 15. vbi vid. n. 5.

8 τὴν αὐτῶν φύσιν εἰδότες] huc pertinent illa in Aur. Carm.

Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλοὺς τε κακοὺς λύσειας ἅπαντας
ἢ πᾶσιν δείξαις οἷα τὰ Δαίμονες χρῶνται.

Nempe Δαίμων nil aliud in iſtis, quam quod φύσις noſtro, *animi indoles*. Sic & Hierocles interpretatur οἷα ψυχῇ.

9 οἷ τάτδε μοῖραι πορευοίμεθα] πορευοίμεθα pro πορευόμεθα ex MSS. noſtris repoſuimus: Salmaſ. mallet πορεύοιμεθα.

10 λόγοις δὲ παντα χ. δαιμονίοις] λόγοι & δαιμόνιοι malebat Salmaſ. Sed nihil opus ea mutatione: nempe verbum ἐντυγχάνειν tertium caſum regit: Senſuſque ille eſſe videtur, *vbique ſe incidiſſe in miros de Apollonio ſermones & ſtupendos:* male iſta etiam accepta ab interpretibus. Δαιμόνιος pro mirabili ſupra quoque vſurpatum noſtro lib. I. c. 2

11 καὶ ἱερὰ Τύανα δὲ] frequens ἱερὰ in nummis inter vrbium ſplendidos titulos, & plerumque coniungitur cum ἄσυλος, quemadmodum inter alios in nummis Tyri legitur ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ, quod Maximinus in litteris ad *Tyri* incolas apud Euſebium Hiſt. Eccl. IX, 7. interpretari videtur, ϑεῶν ἀϑανάτων ἵδρυμα καὶ οἰκητήριον eam vocans. Sic igitur *Tyana*, vrbs Apollonii patria, ἐπιδημία eius venerabilis, & in qua praeterea, vt ſupra monitum a noſtro, templum Apollonii eſſet, tanquam ἵδρυμα eius & οἰκητήριον, ἱερᾶς titulo ornata fuit. Opportune ſe nummus offert ex Cimelio Regis Galliae cum inſcriptione: ΤΥΑ-

λείοις ἐκπεπoιημένα τέλεσιν[12]. ἀδὲ γὰρ βασιλεῖς ἀπηξίωv αὐτὸν, ὧν αὐτοὶ ἠξιῶντο[13].

Imperatoribus legatis obnoxia est. Neque enim Imperatores dedignati sunt iisdem honoribus virum honorare, quibus ipsi honorari sueuerunt.

Ex

ΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΤΖΕΤΖΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΚΟΥ

περὶ

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ

Χιλ. Α'. ις. ξ'.

Ex

IOANNIS TZETZAE

LIBRO HISTORICO

De

APOLLONIO TYANENSI

Chil. I. Hist. 60.

Ο Απολλώνιος αὐτὸς Νέρωνος ὢν ἐν χρόνοις,
Ο Τυανεὺς, ὁ πάνσοφος, ὁ προειδὼς τὰ πάντα[1],
Αντιοχείᾳ μὲν ποιεῖ, ναὶ μὴν καὶ Βυζαντίῳ,
Μὴ παρεισδύνειν κώνωπας[2], ἕτερα τὲ τοιαῦτα.
Και πελαργὸς ἐγγλύψας δε πώποτε μαρμαρίνας,
Εκ Βυζαντίδ πελαργὸς ἐξήλασε[3] μακρόθεν,
Οφεις νεκρὸς δεξαμεναῖς ριπτοῦντας Βυζαντίων,
Καὶ τῷ φαρμάκῳ κτείνοντας τὸς πίνοντας ἀθρόως.
Ποτὲ γὰρ ἔθνος βάρβαρον ἐλάυνει Βυζαντίοις,
Αποδημοῦντος ἄνακτος[4] τότε τῶ Βυζαντίων,

Apollonius hic, Neronis qui fuit temporibus,
Ille Tyaneus, sapientissimus, qui praesciebat omnia,
Antiochiae quidem facit, imo & Byzantii,
Ne ingrederentur culices, aliaque huiusmodi,
Atq; ciconias cum scalpsisset olim marmoreas,
Ex Byzantio ciconias expulit longe,
Serpentes mortuos cisternis iniicientes Byzantiis,
Atque veneno occidentes bibentes confertim.
Olim enim gens Barbara inuasit Byzantios,
Absente rege tunc Byzantiorum:

ΝΕΩΝ .... ΠΡ. Τ. ΙΕΡ. ACT. ΑΥ. ET. ΚΑ. Quam ita supplet & explicat, qui hunc nummum edidit, Io. Harduinus, in nummis populorum & vrb. Τυανέων Κωπαδόκων πρώτης, ἱερᾶς, ἀσύλου, αὐτονόμου, ἔτους κά qui *annus* sit postremus Imperatoris Hadriani, cuius effigiem nummus hic praeferat.

12 βασιλ. ἐκπεποιημένα τέλεσιν] spectat hoc ad αὐτονομίαν *Tyanensium*, de qua in nummo paulo ante allegato. Nempe τέλη sic ponitur pro τοῖς ἐν τέλει, quod *magistratus* notare triuiale: Sicque Xenophonti quoque τὰ τέλη *magistratus* notare iampridem obseruatum Budaeo, idem sequitur Philostr. vitis Sophistar. I. *Scopeliano*, quem Σμυρναίων τέλεσι ξυνεῖναι ait ὑπὲρ τῶν πολιτικῶν. Imo & supra lib. V. c. 27. vbi Vespasiano Aegyptum intranti τὰ τῶν Αἰγυπτίων τέλη obuiam iuisse ait. Simili modo voce δυνάμεις vtitur eiusd. libri c. 35. vbi vide not. 11. βασιλείοις ἐκπεποιημένα τέλεσι igitur *Tyana* dicuntur, quod prouincialibus *magistratibus*, ab Imperatoribus constitutis, non obnoxia sint, sed *suis* regantur magistratibus: quales *peregrinos* dixit Cicero Ep. ad Atticum I. libri VI, quod *Romani* non sint. Consistebat autem in eo αὐτονομία, quod *suis legibus*, & *magistratibus suis* regerentur qui ea fruebantur, vnde αὐτοκέφαλοι dicuntur Imperatori Constantino Porphyrogen. in Chorograph. qua de re plura obseruata viris doctis passim, maxime illustri Spanhemio ad Iuliani Oration. I. p. 37. Verbum ἐκποιεῖσθαι frequens non absimili sensu. Sic enim ἐκποιεῖσθαι filius dicitur qui *emancipatur*, h. e. *expatria potestate dimittitur*, quemadmodum contraria ratione εἰσποιεῖσθαι dicitur ipsi Philostrato nostro in hac vita l. IV. c. 38. qui adoptatur, & in filii familias conditionem transit. Sic dimissa igitur ex potestate Romanorum magistratuum vrbs, cui αὐτονομία concessa, simili ratione ἐκποιεῖσθαι dicitur. Hoc autem, vt ex aliis causis, ita ex pietate quoque quibusdam vrbium a Romanis concessum. Sic oraculi Apollinis religione, quod apud Abaeos in Phocide erat, eos Abaeis dedisse αὐτονόμους σφᾶς εἶναι Pausanias testis est. l. X. Eandemque causam αὐτονομίας *Tyanis* concessae Philostratus innuere videtur. Apud priores interpretes peruersissima hic omnia.

13 ὧν αὐτοὶ ἠξιῶντο] vt scilicet vrbs, in qua sacra & templum Apollonii esset, ἱερὰ atque αὐτόνομος clueret, quod indulgeri solebat alias ciuitatibus νεωκόροις, h. e. quae in Imperatorum honorem templa haberent exstructa & sacra solennia obirent, vt in vulgus notum, iis maxime, qui nummos antiquos, in quibus vrbium huiusmodi νεωκόρων, cum titulis ἱερῶν ἀσύλων αὐτονόμων &c. mentio, tractauerunt.

1 προειδὼς τὰ πάντα] conf. vitam Apollonii a Philostrato concinnatam lib. VII. c. 14. adde lib. I. c. 19. & Euseb. adu. Hierocl. cap. 7.

2 Κώνωπας] conf. ea de re Ioann. Malalam Chronogr. p. 342. & Cedren. Chron. p. 197. 246.

3 πελαργὸς ἐξήλ.] ea de re quoque egere scriptores citati.

4 Αποδημοῦντος ἄνακτος &c.] frustra eam rem alibi expositam quaeras, perinde ac nomen principis illius, eiusque coniugis. Manifestum est acta haec fuisse priusquam Romanis Principibus pareret Byzantium.

Bar-

Barbari vero in vrbem irruerunt turmatim.
Principis autem vxor, ex prudentibus cum esset,
Testaceis vasculis serpentes quodammodo iniectos
Omnibus ciuibus dedit suae patriae,
Vt a moenibus eiacularentur fundis aduersus exercitum Barbarorum.
Quo facto internecio inuasit Barbaros,
Vt contra quos serpentes tum militarent.
In patrias postea reuersis Barbaris,
Serpentes aciem duxerunt in Byzantios,
Multos eorum morsibus occidentes venenatis.
Deinde exercitus quidam ciconiarum serpentes consumit.
Cum autem serpentes ad cisternas proiicerent,
Et maiorem internecionem facerent Byzantiis,
Marmoreas ciconias, quas dixi, cum formasset
Apollonius, ipse veras eiecit.
Iste praedixit terraemotum Antiochenae vrbi,
Et de Nerone ipso praedixit tyranno:
Post paulum sane fit magnum quid etiam non magnum.
Et sane aliquando Nerone bibente in mensa,
Fulmen effusum rapuit e manu scyphum,

Noxa autem nulla fuit illi tyranno.
Atque olim rursus detentus cum aliis astrologis,
Ad Domitianum dixit, qui iusserat hunc occidi:
Non quidem me occides, quoniam nequaquam fato obnoxius sum.
Et sane detonsa quidem longa, quam habebat, barba,
Coniectus est in carcerem, vt interficeretur,
Vno autem momento visus est in locis Dicaearchiae.
Deinde Ephesi cum esset, Ioniae vrbe,
Romae autem tyrannus ille tum occideretur,
Tanquam illic assistens, atque videns haec omnia,
Percute scelestum, percute, affatim clamabat.

Οἱ βάρβαροι τῇ πόλει δὲ προσέβαλον ἀθρόως.
Ἡ τοῦ κρατοῦντος δὲ γυνὴ, τῶν ἐχεφρόνων ὄσα,
Εν ὀστρακίνοις σκεύεσιν ὄφεας πῶς βαλοῦσα,
Πᾶσι πολίταις δέδωκε τοῖς ἑαυτῆς πατρίδος,
Απὸ τοῦ τείχους σφενδονᾶν πρὸς στρατιὰν βαρβάρων.
Οὗ γεγονότος, ὄλεθρος ἐμπίπτει τοῖς βαρβάροις,
Ως κατ' αὐτῶν τῶν ὄφεων τότε στρατευομένων.
Εις τὰς πατρίδας τὸ λοιπὸν στραφέντων τ' βαρβάρων,
Οἱ ὄφεις ἐπεστράτευσαν κατὰ τῶν Βυζαντίων,
Πολλοὺς αὐτῶν ἐδήγμασι κτείνοντες ἰοβόλοις.
Εἰτα στρατὸς τις πελαργῶν τοὺς ὄφεις ἀναλίσκει.
Ως δὲ τοὺς ὄφεις πρὸς αὐτὰς δεξαμενὰς ἐρρίπτουν,
Καὶ πλείονα τὸν ὄλεθρον ἔδρων τοῖς Βυζαντίοις,
Τοὺς μαρμαρίνους πελαργούς, οὓς ἔφην, σοιχειώσας
Ο Απολλώνιος, αὐτὸς τοὺς ἀληθεῖς ἐλαύνει.
Οὗτος προεῖπε καὶ σεισμὸν Αντιοχείας πόλει[5],
Καὶ περὶ Νέρωνος αὐτοῦ προεῖπε[6] τοῦ τυράννου·
Μετὰ μικρὸν δὴ γίνεται μέγα τι καὶ ὐ μέγα.

Καὶ δή ποτε τοῦ Νέρωνος πίνοντος ἐν τραπέζῃ,
Σκῆπτος χεθεὶς ἐξήρπασεν ἐκ τῆς χειρὸς τὸ σκύφος.
Βλάβη δ' ὐδόλως γέγονεν ἐκείνῳ τῷ τυράννῳ.
Καί ποτε πάλιν κρατηθεὶς σὺν ἄλλοις ἀστρολόγοις,
Πρὸς Δομετιανὸν εἶπεν[7], εἰπόντα τοῦτον κτεῖναι,
Ου μὲν μὲ κτανεῖς, ἐπεὶ ὅτοι μόρσιμός εἰμι.

Καὶ δὴ καρεὶς[8] μὲν τὴν μακρὰν, ἣν εἶχε, γενειάδα,
Παρενεβλήθη τῇ εἱρκτῇ μέλλων ἀναιρεθῆναι,
Μίᾳ ροπῇ ἐφάνη[9] δὲ τόποις Δικαιαρχείας.
Εἰτα πρὸς Εφεσον τυχὼν[10], τῆς Ιωνίας πόλιν,
Εν Ρώμῃ τοῦ τυράννου δὲ, τοῦτότε, κτεινομένου,
Ωσπερ ἐκεῖσε παρεσὼς καὶ βλέπων πάντα ταῦτα,
Παῖε τὸν ἀλιτήριον, παῖε, συχνῶς ἐβόα.

5 σεισμὸν Αντιοχ. πόλει] conf. Philostr. lib. VI. c. 38. & ad eum locum a nobis obseruata.

6 καὶ περὶ Νέρωνος αὐτοῦ προεῖπε] vid. Philostr. lib. IV. c. 45.

7 πρὸς Δομετ. εἶπεν] consulendus Philostr. lib. VIII. cap. 6. & 8.

8 καὶ δὴ καρεὶς] vide eundem lib. VII. c. 34.

9 μιᾷ ροπῇ ἐφάνη] nempe paulo ante meridiem causam Romae apud Domitianum qui dixisset, ipsa meridie Puteolos venit, quod superat ordinarias naturae vires, quae tantillo spatio id itineris conficere humano corpori negat. Hocque est quod tanquam singulare hic obseruat Tzetzes. Conf. Philostr. lib VIII. c. 12

10 πρὸς Εφεσον τυχὼν] sequentem historiam habes apud eundem lib. cit. c. 25. 26. & Dion. Cassium sub fin. l LXV.

Ὡς δὲ συνέβη πρὸς μικρὸν τὸν τύραννον ἐνστῆναι,
Καὶ τὸν ἐχθρὸν καταβαλεῖν, ὠχρία πάλιν ἔτος,
Εως ἐλθών τις δεύτερος, συναρήγων Στεφάνῳ,
Τὸν Στέφανον ἀνήγειρε, καὶ κτείνυσιν ἐκεῖνον.
Οἶδα μυρία τῦ ἀνδρὸς Απολλωνίᾳ τέτᾳ,
Προρρήσεις καὶ τεράστια, μακρὸν δὲ λέγειν πάντα.
Οθεν τὸν λόγον ἐνθαδὶ τὸν περὶ τύτᾳ παύω.
Γράφᾳσι ταῦτα πάτρια[11], καὶ χρονικῶν τι πλῆθος[12],
Φιλόστρατος καὶ Μάξιμος[13] ὁμῦ καὶ Μοιραγένης[14],
Καί πλῆθος ἄλλο πάμπλειστον[15], ἅστερ ἀσθένω λέγειν.
Καὶ σοὶ δὲ τὸ περίεργον, ἄκαιρον ἔστι, τέκνον,
Αναζητεῖν καὶ τὰ σαφῆ τίσι βιβλίοις κεῖται,
Καὶ τὰς ἐμὰς καινοτομεῖν ἄτω ματαίως χάρτας.

Cum autem accideret aliquantisper tyrannum instare,
Atque inimicum deiicere, pallebat rursus iste:
Donec veniens quispiam secundus auxilio ipsi Stephano,
Stephanum erexit, atque ita occidunt illum.
Noui innumeras viri Apollonii huius
Praedictiones, atque portenta, longum autem dicere omnia.
Vnde sermonem hic, qui est de illo, finiam.
Scribunt haec patria & Chronicorum quaedam multitudo,
Philostratus & Maximus simul & Moeragenes,
Et turba alia plurima, quos non valeo dicere:
Ac tibi quoque superuacaneum quod est, importunum est, fili,
Exquirere quae manifesta, quibus in libris ponantur,
Et meas istis praeter morem inepte interpolare chartas.

11 πάτρια] nempe Tyanis, quae patria Apollonio, templum viri & sacra fuere, in quo templo asseruata haut pauca, quae ad memoriam eius pertinent, fuisse, pariter ac in ipsis vrbis ἀρχείοις quis dubitet? Sic enim Philostr. ex vrbibus, h. e. publicis vrbium monimentis, & templis se plura collegisse ait ad Apollonium spectantia lib. I. c. 2. Illa igitur quae Tyanis reperiebantur sunt quae πάτρια hic Tzezae dicuntur.

12 χρονικῶν τι πλῆθος] an intelligit annales in vrbibus asseruatos, ex quibus Philostratus profecit? an recentiorem Chronographorum scripta, qualia hodie quoque supersunt, in quibus Apollonii mentio, Cedreni, Malalae, Codini?

13 Μάξιμος] vide ad Philostratum lib. I. c. 3.

14 Μοιραγέν.] vide ad eund. l. c.

15 πλῆθος ἄλλο πάμπλ.] in quibus Damis inprimis, Lucianus, Dio Cassius, Eunapius, Hierocles, Eusebius, Lactantius, Aeneas Gazaeus, ex paulo antiquioribus nominandi. Suidam enim & Byzantinos scriptores atque alios, qui res Apollonii attigerunt, nunc taceo. Eorum loca quae nobis se obtulere passim in notis ad Philostratum occasione data allegauimus.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ

APOLLONII TYANENSIS EPISTOLAE.

PRAEFATIO

AD

EPISTOLAS APOLLONII TYANENSIS.

EPiſtolarum Apollonii haut rara in vitae & rerum ab eo geſtarum hiſtoria, quam Philoſtrato debemus, memoria extat. Collectionem earum minime contemnendam Imperatori Hadriano oblatam, & ab eo Antii, qua maxime ille, inter omnes Italas, vrbe delectabatur, cum aliis quibuſdam Apollonii ſcriptis, in bibliotheca repoſitam fuiſſe, relatum eſt noſtro lib. VIII. cap. 20. Vbi tamen addit, collectionem illam antiquam licet, non tamen integram ſatis fuiſſe.

Longe plures igitur vidiſſe ipſum Philoſtratum credere par eſt Apollonii epiſtolas: qui ſane eum multas ſcripſiſſe ad Reges ait, ad Sophiſtas, ad Delphos, ad Indos, ad Aegyptios, de Diis, de gentibus, de moribus & legibus, quibus eorum mores & inſtituta emendauerit & quicquid praeter ius & fas fieret, correxerit. Atque harum ſubſidio multum ſe in concinnanda Viri hiſtoria adiutum eſſe fatetur lib. I. c. 2. Ex his vero plurimarum collectionem a ſeipſo factam narrat l. VII. c. 35. Extat etiam mentio earum varia apud Suidam. Is enim v. Μᾶσσώνιος de mutuis refert Apollonii Muſoniique epiſtolis, quarum nonnullae in Philoſtrati hiſtoria lib. V. c. 46, & in editis collectionibus n. XLII-XLVII. extant. Idem epiſtolarum ad Scopelianum, de quibus paulo poſt, meminit, v. Σκοπελιανὸς, & quales in editis n. XIX-XXI. habentur: ad Baſſum item Corinthium v. Βάσσος, quales ſunt in collectionibus editis n. XXXVI. atque ſequentes.

Quam hodie vero tenemus, harum epiſtolarum collectio vnde manauerit, ſatis exploratum non habeo, non multum repugnaturus ſi quis ex Italiae codicibus eam deriuatam dicat, ex illo Bibliothecae Hadriani apud Antiates exemplare deſcriptis. Sane Philoſtrati illam non eſſe collectionem, cuius ipſe, vt paulo ante vidimus meminit, facile ex eo licet deprehendere, quod deſiderentur in ea haut paucae, quarum apud ipſum Philoſtratum in Hiſtoria Apollonii mentio extat, & quarum vel argumenta, vel integras ipſas ſcriptor ille repraeſentauit.

Sunt autem Philoſtrato memoratae Apollonii epiſtolae, & quarum in iſtius collectionis editionibus vulgatis nulla eſt mentio, ſequentes: Ad Clazomenium Sophiſtam, Scopelianum, qua Eretrienſium in Ciſſia, Babyloniae prouincia, miſerum ſtatum & delineauit viuidiſſime, & vt declamatione pro ſua dicendi facultate eundem pingeret, Sophiſtam hortatus eſt, lib. I. c. 23. Quam epiſtolam eo quidem loco non exhibet, meminiſſe eius contentus: fragmentum tamen ipſius ſequenti capiti 24. inſeruit. Memoria rurſum ſola epiſtolae extat lib. I. c. 32. cui inſeruerat Apollonius ſententias quaſdam, quae ipſi inter diſſerendum cum Bardane, Babyloniae Rege exciderant, cuius generis & alia haut pauca ceteris ſuis epiſtolis dicitur admiſcuiſſe. Libro porro II. cap. 26. mentio fit epiſtolae, vt puto, qua Euphratem increpans Apollonius, *at Phraotem*, inquit, *Indum reuereamur*. Ad Athenienſes lib. IV. c. 22. epiſtolam ſcripſiſſe dicitur, qua cruenta & barbara eorum caſtigauit ſpectacula, cuius etiam fragmentum inſigne ſubtexitur. Sed & inter praeteritas in vulgatis editionibus cenſendae, quas de maris fluxu atque refluxu ad Indos

philoſophos dedit, quarum inſigne fragmentum inſertum legitur libri V. capiti 2. item ad Hiſpaniae Baeticae ἐπίτροπον, qua Gadira eum inuitat l. V. c. 10. Accedat porro eidem cenſui epiſtola ad adoleſcentem proteruum libri VI. cap. 27. in qua Satyrum a ſe domitum narrabat. Ea item cui ſententiam inſeruit de illis qui principum limina obſeruant, quorum alios lotis, alios lauandis ſimiles aiebat lib. VII. c. 31. vt & illa, qua Arcadis Iuuenis caſtimoniam celebraſſe legitur libro eodem capite poſtremo. Porro ad Neruam epiſtola, qua ei, Romam inuitatus, vtrumque breui mortali hac vita defuncturum praedicit, atque hoc ipſo negatam excuſat praeſentiam, quae integra legitur lib. VIII. c. 27: cuius libri capite ſequente alia ad eundem etiam commemoratur de republica adminiſtranda, quae itidem in collectionibus virorum doctorum editis deſideratur. Nam epiſtolam ad Domitianum taceo, qua ſupplex vincula ab eo ſibi iniecta deprecatus quibuſdam creditur. Eius enim fidem impugnat Philoſtratus lib. VII. c. 35. vt quae, Ionice ſcripta, nec linguam nec mores Apollonii ſapiat; quin & taedioſa prolixitate ab eius ingenio abludat, cum ipſe Laconicam breuitatem ſit imitatus, vt ſcytala miſſas omnes eius epiſtolas diceres.

Forte in Philoſtratea harum epiſtolarum collectione comparebant quoque Titi Veſpaſiani litterae, quibus reſpondet Apollonii epiſtolae, quae antepenultimum in vulgatis editionibns locum occuparat, & quam Laconicae plane breuitatis atque acuminis legimus Hiſtoriae Apollonii lib. VI. c. 29. Niſi tamen ea verba oretenus prolata fuerint potius, quae nuntius ab Apollonio miſſus, vt fieri in eiuſmodi negotiis ab eo ſolebat, illi renuntiaret, quod fere Philoſtrati eo loco verba indicant, qui non *reſcripſiſſe* ſed εἰπεῖν iſta Veſpaſianum aiebat. Ceterum omnino litterae iſtae, non minus quam Phraotae ad Indos, aliorumque res Apollonii concernentes, vel ad eum ab aliis ſcriptae epiſtolae, quae in edita collectione comparent, locum heic merebantur.

Atque iſtae quidem ſunt, quarum apud Philoſtratum veſtigia legas, Tyanenſis epiſtolae. Haut pauciora apud Stobaeum occurrunt in Sermonibus, ex quo fragmenta nonnulla huic collectioni noſtrae ſubiecimus, quamobrem locis hic parcimus indicandis, Lectores ad calcem epiſtolarum, hic a nobis exhibitarum, ablegantes. Vbi etiam laciniam epiſtolae eiuſdem, a Porphyrio nobis ſeruatam in fragmento de Styge, inuenient.

Ex his facile, vt ſperamus, lectores prudentiores ipſi colligent, non ſine conſilio, quas ex Philoſtrati hiſtoria addere poteramus ſiue epiſtolas, ſiue epiſtolarum fragmenta, in editis collectionibus harum epiſtolarum praetermiſſa, a nobis quoque in hac collectione neglecta fuiſſe. Quid opus enim erat eodem non nimis ſpiſſo volumine eandem rem repetere iterum, maxime cum Lectoribus, qui iſtorum quoque lectionem vna iungere cuperent, eo quod modo dedimus indicio, ſatis conſuli poſſet.

Imo & eas Tyanenſis epiſtolas, quae in prioribus editionibus comparebant, Philoſtrati vero hiſtoriae inſertae a nobis deprehendebantur, omittendas, eandem ob cauſam, duximus eſſe; qua tamen re ne Lectores forte offendi perturbarique poſſint, indice cauere conati ſumus, quo omnes qui extant Apollonii epiſtolae continerentur, & vbi inueniantur clare & luculenter indicaretur.

Indolem quod attinet harum epiſtolarum & ſtylum, Laconicae imprimis breuitatis, quam in eis obſeruauit Philoſtratus lib. VII. c. 35. conſpicua ſatis in

eis

eis est affectatio. Dialectus Ionica, vt eidem dictum, nuspiam hic comparet. Ceterum vt alias, quemadmodum apud Philostratum est I, 17. dicendi genere non vtebatur sesquipedali, nec poetica dictione intumescente, nec peregrinis ignotisue scatente vocibus, multo minus nimia illa Atticismi delectabatur affectatione: sententias vero adhibebat breues & adamantinas, vocesque maxime proprias, & rebus conuenientissimas, ita vt quae ab eo proferebantur grauitatem quandam, perinde ac Principum edicta, habere viderentur; ita eandem indolem in epistolis quoque seruauit. In quibus neque elegantiae fastidiosae studiosum, quod in Dione passim ipse reprehendebat, nec dictionis & sententiarum sordide negligentem deprehendas, sed σεμνότητος illius inprimis tenacem, quam in dictione eius commendat Philostratus in vita eius III, 41: eumque tuentem characterem atque ἰδέαν quae Philosophum maxime deceret. Vnde & in epistola ad *Aspasium*, (sic enim legendum, non Ασπασίαν, quae praua lectio multis viris doctis imposuit, ad illam epistolam demonstrauimus,) post veteres, quodnam esse epistolae debeat ingenium, optime perspexisse ex Philosophis Tyanensem & Dionem, Philostratus docet, ex Imperatoribus Brutum, vel quicunque is sit, qui ab epistolis ei fuit, ex Sophistis Atticum Herodem, nisi quod in hoc ad excessum fere Atticismi affectatio vigeat.

Editiones quod attinet harum epistolarum hucusque prostantes, prima, quae mihi innotuit, Bartholomaei Iustinopolitani est, qua, vna cum Phalaridis & Bruti epistolis, Apollonianas quoque barbara versione explicatas complexus est. Lucem ea adspexit A. 1502. in 4. Mouit autem haut dubie ea versionis barbaries P. Nonaium, vt nouam adornaret harum epistolarum interpretationem, quae inserta legitur Farragini Epistolarum Laconicarum, quam Gilberto Cognato Nozerino debemus, & quae Basileae primum 1554. in 12. inde Coloniae 1606. in 12 prodiit. Ex hac farragine in Thesaurum suum Epistolarum Laconicarum easdem retulit Ioannes Buchlerus a Gladbach. Graece rursum prodiere A. 1577 in 8 cura & typis Henrici Stephani, inter Epistolia, Dialogos breues, Oratiunculas & Poematia ex variis vtriusque linguae scriptoribus collecta. Hinc iam viderit Eilhardus Lubinus quo iure in titulo suae editionis, qua Epistolas Apollonii cum Anacharsidis, Euripidis & Theanus epistolis coniunxit, glorietur, nunc primum a se Graece & Latine illas epistolas proferri, quod factum ex officina Commeliniana A. 1601. in 8. Quamuis negandum non sit nouam esse, quam ille in hac editione exhibuit, versionem. Quam tamen, recentissima tum licet esset, sequi vel visum vel datum non fuit iis, qui magnae collectioni Epistolarum Graecanicarum, quae Ioanni Cuiacio vulgo adscribitur, praefuerunt, procusae Coloniae Allobrogum A. 1606. fol.

Nobis in hac nostra editione Stephani, & Lubini, Cuiaciique exemplaribus licuit vti, in quibus tamen exiguam in textu deprehendimus diuersitatem. Versionem Lubini retinuimus, ita emendatam tamen, vt noua in plerisque videri possit. Notulas adiecimus breues, difficilioribus quibusdam locis & ex recondita philosophia petitis inprimis necessarias, quibus quid profecerimus cordatiorum Lectorum esto iudicium, a quibus in obscurissimis rebus titubantes veniam facile nobis pollicemur.

Cum vero Epistolae Apollonii haut postremae sint in ingenii foetibus ab Apollonio relictis, eaeque solae hodie superstites, quid impedit ea occa-

sione de reliquis scriptis eius, antequam hinc discedamus, pauca addere, cum opportunum magis ei rei locum vix expectare posse videamur? Dispescamus ea in Philosophica & Theurgica.

Ad Philosophica primo loco *Hymnum* in Μνημοσύνην, *memoriam*, refero, de quo videndus Philostratus lib. I. c. 3. Nempe in eo ex Pythagoraeorum ingenio *Mnemonysen* celebrauit, quae inter Indos quoque in praecipuo erat honore, & cuius cultura non postrema in sublimibus Pythagorae doctrinis absolueretur: vide nobis obseruata ad Philostrati vitam Tyanensis lib. II. c. 30. Philosophicus itaque hymnus ille haut dubie fuit, quales Procli quoque complures etiamnum extant, in Solem, in Venerem, in Musas, & reliqui, sublimi sapientia ex Pythagorae & Platonis schola refertissimi. Sed ille hymnus in Μνημοσύνην memoriam ferre non potuit, vt qui nostra aetate cum reliquis Apollonii scriptis, tantum non omnibus, profunda obliuione sepultus iaceat.

Proximum inter *Philosophica* Tyanensis locum Ομιλίαι πρὸς Αιγυπτίους *Orationes ad Aegyptios* tenere debebant, quarum mentio est apud Philostrat. III, 15: si quidem, quod prima fronte videtur, opus ea essent ab ipso Apollonio litteris mandatum. Verum conferenti caput 11. libri VI eiusdem Philostrati historiae, facile patet, intelligi orationem ad Thespesionem Gymnosophistam, quam ex ore Apollonii excepit Damis, atque, vt facere solebat, in suas Ephemerides retulit.

His igitur omissis ad *dogmata Pythagoraea*, ab eo in libro descripta, progredior, quae ex antro Trophonii retulit, in quod descenderat, consulturus Trophonium, quaenam optima esset philosophia. Librum enim eum non a Trophonio Apollonium accepisse puto, verum Trophonio ipsum obtulisse, vt interrogaret, an approbaret eo descriptas sententias, ex Pythagoraeae philosophiae fontibus deriuatas. Ceterum rem ipsam exponit Philostratus vita Apoll. lib. VIII. c. 20. addens, eum librum in imperatoris Hadriani Bibliothecca apud Antiates asseruatum, ibique visum a se ipso fuisse.

Porro Διαθήκας siue *Testamentum Apollonii* in hunc censum venire etiam posse putem, cum soleant in eius generis scriptis Philosophi, quae ad philosophiam suam, vitamque ad eius praecepta exactam pertinent, haut raro attingere, vt pluribus exemplis ex Diogenis historia Philosphorum posset probari, nisi notissimum id omnibus existimarem. Praeterea quid opus aliunde petitis argumentis? cum ipse luculenter testatus Philostratus sit lib. I. cap. 3. ex hisce testamenti Tyanensis tabulis patere, diuino eum impetu actum in philosophicis versatum esse. Ceterum solum istud ex omnibus Apollonii scriptis Ionica dialecto concinnatum fuisse, obseruat idem, libro VII. cap. 35.

Agmen claudat huius generis scriptorum *Apologia* ad Domitianum Imperatorem, qua Philosophiae & morum suorum causam agere parabat, sed quam tamen recitare coram Imperatore, causam cognoscente, prohibitus est, vt patet ex Philostr. lib. VIII. cap. 6. Ea oratione penitus satisfecit Euphratis, Aegyptii Philosophi, ψευδέσι γράμμασι, quorum Suidas meminit v. Σοφοκλῆς, & quidem, vt puto, ex Philostrato l. I. c. 13. vbi itidem Euphratis ψευδῆ γράμματα commemorat. Iis vero quid sibi velit, satis explicat libro VIII. cap. 4, capita nempe delationis aduersus Apollonium, scripto ex Aegypto ad Imperatorem Domitianum transmissa. Integram illam Tyanensis apologiam, satis prolixam,

apud

apud Philoſtratum habes lib. VIII. c. 7. qui etiam c. 6. eam contra delicatulos quoſdam, dictionis nitorem in ea deſiderantes, tuetur: maſculam Philoſophi indolem magis decere vt naturali pulcritudine exſurgat oratio, non maculoſa nec turgida, docens, quam mellitos verborum globulos & omnia dicta factaque quaſi papauere & ſeſamo ſparſa.

In *Theurgicis*, vt ad ea iam accedam, ſaltem ex Philoſtrati mente cenſendi erunt *περὶ μαντείας ἀστέρων βίβλοι δ' de Diuinatione ex aſtris libri IV.* quos ex *ἀπορρήτοις σπουδαῖς* h. e. ſacris atque arcanis congreſſibus cum Indis, ſtudiorum cauſa ſuſceptis, deriuatas eſſe idem teſtatur. Atque ſe quidem addit *τὰ μὲν δὴ τῶν ἀστέρων, καὶ τὴν τοιαύτην μαντικὴν πᾶσαν, ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην ἡγεῖσθαι φύσιν, εἰ δ' εἰ κέκτηταί τις εἰδέναι, Aſtrorum ſcientiam atque eiuſcemodi diuinationem omnem, humanae naturae ſuperare metas, putare, neque an quiſquam poſſideat, ſatis perſpectum habere.* Quibus verbis ſane non eam, quam vulgo dicimus, Aſtrologorum Manticen intelligit. Eam enim in humanarum artium cenſu habet, & *θειοτέραν* illi *μαντικῇ* opponit in vitis Sophiſtarum, prooemio. Vbi *ἀρχαίαν σοφιστικὴν* a *φιλοσοφόντων* inſtitutione quid differat oſtendens, illam ſimilem eſſe ait *τῇ ἀνθρωπίνῃ μαντικῇ, ἣν Αἰγύπτιοί τε καὶ Χαλδαῖοι, καὶ πρὸ τούτων Ἰνδοὶ ξυνέθεσαν, μορίοις ἀστέρων σοχαζόμενοι τοῦ ὄντος·* hanc vero *τῇ θεσπιῳδῷ τε καὶ χρησηριώδει.* Quae cauſa etiam fuit, quod Damis, indivulſus alias Apollonii comes, & fidiſſimus *φοιτητὴς*, ad ſacra illa admiſſus non ſit, ſolo illo cum Iarcha, Indorum ſapientum Principe, iiſdem operante, de quibus omnibus ipſum adi Philoſtratum lib. III. c. 41.

Operi illi eodem loco aliud iungitur *περὶ θυσιῶν, de ſacrificiis*, quo, prout eius argumentum Philoſtrato explicatum eſt, docuit *ὡς ἄν τις ἑκάστῳ θεῷ προσφόρως τε καὶ κεχαρισμένως θύοι, quo pacto quis Deorum cuiuis, vt gratum ei ſit atque conueniens, poſſit ſacrificare.* Hoc vero in praecipuis theurgiae partibus, valdeque tenuit occupatum Iamblichum in abſtruſo illo de myſteriis Aegyptiorum opere: Hoc inter extremas metas Apollonio pollicetur Pythagoraea philoſophia, lib. VI. cap. 11. paſſimque de eo Apollonius noſter gloriatur. Nempe ſine illa arte euocationes Deorum heroumque, & magis familiaria cum eis commercia celebrari non poterant: inde *θυσίαις* iungit *κλήσεις αἷς Θεοὶ χαίρουσι, euocationes* quibus Dii gaudeant loc. cit. Philoſtratus. Atque ea ars fuit qua inſtructus cum Achille ad tumulum ſuum agere potuit Apollonius, vid. Philoſtr. lib. IV. c. 2. & 16. & qua ante eum cum Pallade, Muſis aliiſque numinibus conuerſatus eſt familiariter Pythagoras, vt apud eundem eſt libro I. c. 1, alios enim nunc praetereo. Ceterum quantum ad ipſum *librum de ſacrificiis*, eum quoque fructum eſſe *ἀπορρήτων* cum Indis *σπουδῶν*, Philoſtratus ait, ſeque in multis eum vidiſſe templis addit, ciuitatibus item multis, & priuatis Virorum doctorum bibliothecis. Grauitate eum compoſitum eſſe decenti cenſet, ſed *ἑρμηνείᾳ* opus ait habere, quod ipſum quo ſpectet hic prolixius non excutio, cum ea de re coniecturas meas propoſuerim in obſeruationibus ad libri III. c. 42. Eiuſdem operis rurſus mentio fit libro IV. cap. 19. quo iſta *τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ ἐνδιδάσκειν* dicitur, h. e. vernacula lingua, quae Cappadocum extitit.

Poſtremo huc pertinent *oracula* Apollonii de rebus futuris, Conſtantinopoli aereis columnis inciſa, de quibus ita Codinus, de originibus Conſtantinopolitanis p. 30. *Κατ' ἐξαίρετον εἰς τὰς χαλκὰς πύλας τῶν ἐσχά-*

τῶν ἡμερῶν, τῶν μελλόντων, εἰσὶ πᾶσαι αἱ ἱστορίαι, ἃς ἐξυλώσατο Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς, εἰς μνήμην τῶν ἐντυγχανόντων, διὰ τὸ ἀνεξάλειπτον εἶναι. Eo loco ante omnia pro εἰς τὰς χαλκᾶς πύλας legendum moneo εἰς τὰς χαλκᾶς στύλας vel si malis εἰς τὰς χαλκᾶς στήλας, prius tamen ego praetulero. Quod miror Lucae Holstenii effugisse acumen, qui πύλας retinet & *portas* vertit: maxime cum sequens mox verbum ἐξυλώσατο, iuxta cum eo, quod addit, durationis causa ita factum esse, facile ipsum de vera lectione admonere potuissent: siquidem tritius nihil est, quam vt perennatura columnis inscribantur. Nota de Henochi columnis fabula, & Aegyptiorum στῆλαι aliaque eius generis infinita. Verto igitur locum Codini: *Inprimis vero in aeneis columnis, extremorum temporum, quae ventura sunt, res gestae sunt omnes, quas quidem columnas Tyanensis Apollonius posuit, vt memoriae legentium inseruiant, eo quod temporis non ita sint obnoxia iniuriis.*

Verum satis de istis quoque, nec est cur diutius Lectorum patientiam praefando fatigemus. Per nos igitur non mora est; ad ipsas qui velit Apollonii epistolas accedat, & si quid nobis humani contigisse animaduertat, se quoque hominem meminerit esse.

INDEX
EPISTOLARVM APOLLONII.

Maior numerus ordinem in hac editione nostra seruatum indicat: *minor* eum, qui in prioribus editionibus obseruatur. Insertas Vitae Apollonii epistolas, hoc loco quas repetendas non duximus, *minore tantum* numero signamus, loco indicato, quo in ea vita inueniuntur. Quas nos addidimus primi epistolas, vel epistolarum fragmenta, numero *solo maiore* notamus. Sub *asterisco* * addidimus eas, quae vel totae vel ex parte in Philostrati historia habentur, plane vero in prioribus editionibus praetermittuntur, & quarum ex praefatione notitia vberior petenda est.

I	1	Εὐφράτῃ	Euphrati
II	2	τῷ αὐτῷ	Eidem
III	3	τῷ αὐτῷ	Eidem
IV	4	τῷ αὐτῷ	Eidem
V	5	τῷ αὐτῷ	Eidem
VI	6	τῷ αὐτῷ	Eidem
VII	7	τῷ αὐτῷ	Eidem
VIII	8	τῷ αὐτῷ	Eidem
IX	9	Δίωνι	Dioni
X	10	τῷ αὐτῷ	Eidem
XI	11	Καισαρέων προβούλοις	Caesareensium Curatoribus
XII	12	Σελευκέων τοῖς προβούλοις	Seleucienſium Curatoribus
XIII	13	τοῖς αὐτοῖς	Eisdem
XIV	14	Εὐφράτῃ	Euphrati
XV	15	τῷ αὐτῷ	Eidem
XVI	16	τῷ αὐτῷ	Eidem
XVII	17	τῷ αὐτῷ	Eidem
XVIII	18	τῷ αὐτῷ	Eidem
XIX	19	Σκοπελιανῷ σοφιστῇ	Scopeliano Sophistae
XX	20	τῷ αὐτῷ	Eidem
XXI	21	τῷ αὐτῷ	Eidem
	*	τῷ αὐτῷ	Eidem. Philostr. I, 24
XXII	22	Λεσβώνακτι	Lesbonacti
XXIII	23	Κρίτωνι	Critoni
XXIV	24	Ἑλλανοδίκαις καὶ Ἠλείοις	Hellanodicis & Eleis

XXV	25	Πελοποννησίοις	Peloponneſiis
XXVI	26	τοῖς ἐν τῇ Ολυμπίᾳ θεηκόροις	Sacrorum in Olympia curatoribus
XXVII	27	τοῖς ἐν Δελφοῖς ἱερεῦσιν	Sacerdotibus apud Delphos
XXVIII	28	Βασιλεῖ Σκυθῶν	Regi Scytharum
XXIX	29	νομοθέτῃ	Legislatori
XXX	30	ταμίαις Ρωμαίων	Procuratoribus Romanorum
XXXI	31	διοικηταῖς Ασίας	Procuratoribus Aſiae
XXXII	32	Εφεσίων γραμματεῦσι	Epheſiorum ſcribis
XXXIII	33	Μιλησίοις	Mileſiis
XXXIV	34	τοῖς ἐν Μουσείῳ σοφοῖς	ad viros doctos in Muſeo
XXXV	35	Εστιαίῳ.	Heſtiaeo
XXXVI	36	Κορινθίῳ Βάσσῳ	Baſſo Corinthio
XXXVII	37	τῷ αὐτῷ	Eidem
XXXIIX	38	τοῖς ἐν Σάρδεσιν	Sardenſibus
XXXIX	39	τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem
XL	40	τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem
XLI	41	τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem
XLII	42	Πλατωνικοῖς	Platonicis
	43	Εφόροις	Lacedaemoniorum Ephoris *Philoſtr.* IV, 27.
	44	Μουσωνίῳ	Muſonio *Philoſtr.* IV, 46.
	45	Μουσώνιος Απολλωνίῳ	Muſonius Apollonio *Ib.*
	46	Μουσωνίῳ	Muſonio *Ib.*
	47	Μουσώνιος Απολλωνίῳ	Muſonius Apollonio *Ib.*
	48	Ουεσπασιανῷ	Veſpaſiano Patri, *Philoſtr.* VI,
	49	τῷ αὐτῷ	Eidem *Ib.*
	50	τῷ αὐτῷ	Eidem *Ib.*
XLIII	51	τοῖς οἰησόφοις	Iis qui ſapientes ſe credunt.
XLIV	52	Εστιαίῳ τῷ ἀδελφῷ	Heſtiaeo fratri
XLV	53	τῷ αὐτῷ	Eidem
XLVI	54	Γορδίῳ	Gordio
XLVII	55	Τυανέων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ	Senatui populoque Tyanenſium
XLIIX	56	Διοτίμῳ	Diotimo
XLIX	57	Φερουκιανῷ	Pheruciano
L	58	Ευφράτῃ	Euphrati
LI	59	τῷ αὐτῷ	Eidem
LII	60	τῷ αὐτῷ	Eidem
LIII	61	Κλαύδιος Τυανέων τῇ βουλῇ.	Claudius Imp. Senatui Tyanenſium
LIV	62	δικαιωταῖς Ρωμαίων	Praeſidibus Romanorum
LV	63	τῷ ἀδελφῷ	Fratri
LVI	64	Σαρδιανοῖς	Sardianis
LVII	65	Συγγραφεῦσι λογίοις.	Doctis autoribus.
LVIII	66	Ουαλερίῳ	Valerio
LIX	67	Βασιλεὺς Βαβυλωνίων Γάρμος Νεογύνδῃ Ινδῶν βασιλεῖ.	Rex Babyloniorum Garmus Neogyndae Regi Indorum
LX	68	Ευφράτῃ	Euphrati
LXI	69	Λεσβώνακτι	Lesbonacti
LXII	70	Λακεδαιμόνιοι Απολλωνίῳ.	Lacedaemonii Apollonio
LXIII	71	Απολλώνιος ἐφόροις καὶ Λακεδαιμονίοις.	Apollonius Ephoris populoque Lacedaemoniorum
LXIV	72	τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem
LXV	73	Εφεσίων τοῖς ἐν Αρτέμιδος	Epheſiis in Dianae templo operantibus,
LXVI	74	τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem
LXVII	75	τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem
LXIIX	76	Μιλησίοις	Mileſiis
LXIX	77	Τραλλιανοῖς	Trallianis
LXX	78	Σαΐταις	Saitis
LXXI	79	Ιωσιν	Ionibus
LXXII	80	Εστιαίῳ	Heſtiaeo

LXXIII	81	τῷ αὐτῷ	Eidem
LXXIV	82	τοῖς Στωικοῖς	Stoicis
LXXV	83	τοῖς ἐν Σάρδεσιν	Sardenſibus
LXXVI	84	τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem
LXXVII	85	φοιτηταῖς.	Diſcipulis
	86	Σιτοκαπήλοις	Frumenti mercatoribus *Philoſtr.* I, 15.
	87	Βασιλεὺς φραώτης Ιάρχα καὶ τοῖς π. αὐτὸν σοφοῖς.	Phraotes Rex Iarchae & Sapientibus apud eum *Philoſtr.* II, cap. vlt.
	88	Απολλώνιος τοῖς αὐτοῖς	Apollonius iiſdem *Philoſtr.* III, 51.
	89	Τίτῳ βασιλεῖ	Tito Imperatori *Philoſtr.* VI, 29.
	*	Τίτος Απολλωνίῳ	Titus Apollonio. Id. ibid.
	90	Δημητρίῳ Σγιεῖ	Demetrio Sunienſi
	91	Ουεσπασιανὸς Απολλωνίῳ	Veſpaſianus Pater Apollonio. *Philoſtr.* VIII, 7.2.
	*	Νερόᾳ Απολλώνιος	Apollonius Neruae *Philoſtr.* VIII, 27.
	*	τοῖς Αθηναίοις	Athenienſibus *Id.* IV, 22.
	*	Ιάρχᾳ καὶ Ινδοῖς	Iarchae & Indis Id. V, 2.
LXXIIX		τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem *Porph.* de Styge p. 285.
LXXIX		Ευφράτῃ	Euphratae haec & ſequentes ex Stobaei ſermonibus huc translatae fuere loca in notis indicata.
LXXX		τῷ αὐτῷ	Eidem
LXXXI		τοῖς φοιτηταῖς	Diſcipulis
LXXXII		τοῖς αὐτοῖς	Eiſdem
LXXXIII		Δηλίῳ	Delio
LXXXIV		τοῖς φοιτηταῖς	Diſcipulis
LXXXV		Ειδομενεῖ	Idomeneo
LXXXVI		Μακεδόνι	Macedoni
LXXXVII		Αριστοκλεῖ	Ariſtocli
LXXXIIX		Σατύρῳ	Satyro
LXXXIX		Δαναῷ	Danao
XC		Δίωνι	Dioni
XCI		Αδελφοῖς	Fratribus
XCII		Διονυσίῳ	Dionyſio
XCIII		Νεμηνίῳ	Numenio
XCIV		Θεαιτήτῳ	Theaeteto
XCV		πρὸς τὸν δεῖνα	ad incertum

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ[1] ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ

EPISTOLAE APOLLONII TYANENSIS.

I Euphratae.

MIhi cum Philoſophis amicitia eſt: cum Sophiſtis vero, & Grammatiſtis, aut ſi quod conſimile aliud hominum improborum genus, neque nunc quidem amicitia colitur, nec impoſterum coli velim. Haec vero ad te quidem nihil, niſi forte tu quoque ſis vnus ex illis. Hoc vero omnino tibi etiam dictum putes: cura adfectus tuos, & Philoſophus eſſe, neque inuidere aliis, qui vere philoſophantur, conare, cum tibi & ſenectus iam vicina, & mors ſit.

II. Eidem.

Natura, inſtitutione, poſſeſſione, vſu virtus adquiritur. Cuius quidem gratia quoduis praedictorum vt amplectamur, meretur, Conſiderandum igitur, nunquid tibi quoque horum qnidpiam adſit. Aut a Sophiſtica deſiſtendum, aut gratis illa cum omnibus in quos incideris communicanda. Quandoquidem tibi, non minora quam Megabyzo iam parta.

III. Eidem.

Obiiſti gentes ad Italiam vſque, a Syria facto initio, oſtentans te in duplicata veſte quam Regiam vocant. Pallium autem

Α'. Ευφράτῃ[2].

Ἐμοὶ πρὸς φιλοσόφους ἐστὶ φιλία· πρὸς μέν τοι σοφιστὰς[3], ἢ γραμματιστὰς, ἢ τοιοῦτο γένος ἕτερον ἀνθρώπων κακοδαιμόνων[4], ὅτε νῦν ἐστι φιλία, μήτε ὕστερόν ποτε γένοιτο. τάδε μὲν ἂν ἀ πρός σε, πλὴν εἰ μὴ καὶ σὺ τούτων εἶς. Ἐκεῖνα δὲ καὶ πάνυ πρός σε· θεράπευέ σε τὰ πάθη, καὶ πειρῶ φιλόσοφος εἶναι, καὶ μὴ φθονεῖν τοῖς ὄντως φιλοσόφοις, ἐπεί σοι καὶ γῆρας ἤδη πλησίον, καὶ θάνατος.

Β'. Τῷ αὐτῷ.

Ἡ ἀρετὴ φύσει, μαθήσει, χρήσει[1]. δι' ἣν ἕκαστον ἂν εἴη τῶν προειρημένων ἀποδοχῆς ἄξιον[2]. σκεπτέον ἔτι σοι τούτων ἐστίν. ἢ σοφιστὰς παυστέον λοιπὸν, ἢ προϊκά γε χρηστέον αὐτῇ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας. ἐπειπερ ἤδη σοι καὶ τὰ Μεγαβύζου.

Γ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐπῆλθες ἔθνη τὰ μεταξὺ τῆς Ἰταλίας[1], ἀπὸ Συρίας ἀρξάμενος, ἐπιδεικνὺς σεαυτὸν ἐν ταῖς τῆ βασιλέως λεγομέναις διπλαῖς[2]. τρίβων δ' ἦν

Ep. I. 1 *ἐπιστολαὶ Ἀπολλωνίου*] quae ſpectant ad has epiſtolas, digeſta habes in praefatione ad eas.

2 *Ευφράτῃ*] de hoc & Apollonii cum eo controuerſiis in vita Apollonii paſſim multa. vide inprimis lib. V. c. 35. ſq. Epiſtolarum quoque Apollonii ad Euphratem mentio libro eodem cap. 39.

3 *σοφιστὰς*] vox hic in deteriorem partem accipitur, *pro eo, qui oſtentationis aut quaeſtus cauſa philoſophatur.* Vt Cicero Acad. Qu. lib. II. *Sophiſtam* definit. Quae exacte conuenit definitio ingenio Euphratae, maxime prout illud delineatur in vita Apollonii tum alibi paſſim, tum libro VI. inprimis & VII.

4 *κακοδαιμόν.*] *improborum* verti: contextu ſuadente, idque ferente vocis indole & vſu. Nempe *ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων* iuxta Heraclitum. Et *ὁ τῶν ἡμῶν θεὸς* (vel *δαίμων*) iuxta Menandrum. Vnde Plato vocem *εὐδαίμονος* explicat apud Clement. Alexandr. Strom. II. p. 417. & eius diſcipulus Xenocrates apud Ariſtotelem Topicor. II, 6. Contenti erimus, explicationem ex Apuleio in Apolog. Socr. appoſuiſſe: *Bona*, inquit, *cupido animi BONVS DEVS eſt:* moxque addit *εὐδαίμονας dici, quorum Daemon bonus, id eſt animus virtute perfectus eſt.* Quo etiam illud Poetae ab Apuleio allegatum ſpectat:

Dii ne hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale an ſua cuique Deus ſit dira cupido.

κακοδαίμων igitur cuius *Daemon* h. e. animus malus. Eo ſenſu vox recurrit epiſt. 3. & in vita Apollonii aliquoties. vid. lib. VII. c. 39. n. 4.

Ep. II. 1 *φύσει, μαθήσει, κτήσει, χρήσει*] vel vt vulgo philoſophi: *φύσει, μαθήσει, ἀσκήσει.*

2 *ἀποδοχῆς ἄξιον*] habes eandem phraſin infra ep. 12. Sic & Paulus I. ad Timotheum cap. 4. *πιστὸν λόγον* dicit, *καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον.* Sic de Theophraſto Diogenes Laertius lib. V. ſect. 37. *τοσοῦτον δ' ἀποδεχῆς ἀξιοῦτο παρ' Ἀθηναίοις* Similia loca a viris doctis obſeruata vide ad illum Diogenis locum.

3 *τὰ Μεγαβύζου*] *Μεγαβύσιοι λόγοι* in prouerbium abierunt, ad ſignificanda ſuperbe dicta, vide Iunii adagia. *Megabyzes* nempe Perſa, in ſatrapis Regiis, cuius paſſim apud Herodotum mentio. Hic tamen ad opes eius reſpici magis putem. Nempe iſtud genus hominum vt animo erat impotente & ſuperbo, ita *opibus* quoque valebat. Sic alias quoque *Perſarum gazae* in proverbio ſunt.

EP. III. 1 *τὰ μεταξὺ τῆς Ἰταλίας*] Apollonius ex ipſius Syriae oppido aliquo ſcribens, dicere potuiſſe videtur Euphratem *ἐπελθεῖν ἔθνη τὰ μεταξὺ τῆς Ἰταλίας*, h. e. *gentes eum obiiſſe quae locum inter, in quo degebat, & Italiam poſitae eſſent.*

2 *ἐν ταῖς τῆ βασιλ. λεγομ. διπλαῖς*] quid ſint *βασιλέως διπλαὶ* difficile dictu. Doctiſſ. Langius in appendice ad Gloſſ. Graec. p. 59. hoc ipſo loco Apollonii allegato *διπλὰς* interpretatur *diplomata quaeuis.* Quid ego ſentiam, exponam: *διπλὰς* nempe pallium duplicatum interpretari non dubito, quale & Cynici geſtabant, *διπλοΐδα* enim talem veſtem, *διπλαγίδα, διπλᾶ ἱμάτια, διπλόον εἷμα*: item *διπλᾶ* & *διπλᾶν* abſolute vocare ſolebant. *Διπλαῖ* Suidae quoque

σοί[3] ποτε[4], καὶ πώγων λευκὸς, καὶ μέγας, πλέον δὲ ἀδέν. εἶτα πῶς διὰ θαλάτ]ης νῦν ὑποστρέφεις, ἄγων φορτίδα μεσὴν ἀργυρίε, χρυσίε, σκευῶν παντοδαπῶν, ἐσθήτων ποικίλων, κόσμε τῦ λοιπῦ, τύφε, καὶ ἀλαζονείας, καὶ κακοδαιμονίας[5]; τίς ὁ φόρτος καὶ ὁ τρόπος τῆς καινῆς ἐμπορίας; Ζήνων τραγημάτων ἦν ἔμπορος[6].

tibi olim fuit, & candida barba[3], eaque maxima: praeterea nihil. At quomodo iam mari inde reuerteris, adducens nauem onerariam, plenam argento, auro, variis vasibus, pictis vestibus, & reliquo ornatu, fastu item & superbia, atque improbitate? Quodnam illud onus, & qui modus mirabilis mercaturae? Nempe Zeno ciborum erat mercator viliorum.

Δ'. Τῷ αὐτῷ.

Ολίγων δεῖ σῦ τοῖς παισὶν, εἰ φιλοσόφε παῖδες ἔισαν[1]. ἔδει μὲν ἂν μηδὲ φροντίσαι πλείω σοι γενέσθαι τῶν ἱκανῶν, ἄλλως τε καὶ μετὰ ἀδοξίας τινός. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἐγένετο, δεύτερον ἂν εἴη μεγάλη σπεδῇ νεῖμαί σε τισὶ ἔνια τῶν ὄντων· ἔχεις δὲ καὶ πατρίδα, καὶ φίλες.

IV. Eidem.

Paucis liberis tuis opus erat, si Philosophi liberi essent. Par erat igitur, vt ne de pluribus quam necessariis tibi adquirendis sollicitus esses, tum alio modo quocunque, tum eo inprimis qui cum turpitudine esset coniunctus. Id tamen cum factum sit semel, proximum erat consilium, magno studio partem facultatum quibusdam elargiri. Habes autem & patriam, & amicos.

Ε'. Τῷ αὐτῷ.

Τῶν Επικύρε λόγων[1] ὁ περὶ ἡδονῆς ἀδενὸς ἔτι συνηγόρε δεῖται τῶν ἐκ τῦ κήπε[2], καὶ τῆς ἐκείνε διατριβῆς· πέφηνε γὰρ ὢν καὶ κατὰ τὴν ςόαν ἀληθέςατος. Εἰ δὲ ἀντιλέγων προκομιεῖς τὰς Χρυσίππε σχολὰς καὶ δόγματα, γέγραπταί τι καὶ ἐν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασι· Ευφράτης ἔλαβε, καὶ πάλιν ἔλαβεν· Επίκυρος δὲ ἐκ ἔλαβεν.

V. Eidem.

Doctrinarum Epicuri illa, quae de voluptate agit, nullo amplius patrono indiget, ex horto, & schola illius: nam etiam in Stoa verissimus esse videtur. Quod si his contradicendo Chrysippo disputata, & placita attuleris; scriptum etiam aliquid extat in Imperatoris litteris: *Euphrates accepit*, & *rursus accepit:* Id vero ne Epicurus quidem fecit.

ς'. Τῷ αὐτῷ.

Ηρόμην πλυσίυς τινὰς, εἰπερ ἀνιῶνται[1]. Τί δ' ἀ μέλλομεν; ἔφασαν. Ηρόμην ἂν, καὶ τὴν αἰ-

VI. Eidem.

Interrogabam diuites quosdam, an aegre & cum molestia vitam ducant, qui vero non duceremus? dixerunt. Interrogabam ergo et-

---

dictum videtur. De quo plura vide apud Salmas. de pallio p. 396. seq. Putem accipi igitur in genere pro philosophi pallio διπλὰς. sed βασιλέως διπλαὶ quid sit obscurum videtur. Nisi forte sint διπλαὶ λαμπρότεραι. Quales Sophistas gestasse veteres Grammatici obseruant, qui τρίβωνας φοινικοῦς *purpureos* Sophistis, φαιὰς philosophis tribuunt, v. ex Damascio apud Photium obseruata Gresollio theatri Rhet. l. III. c. 16. Est autem *Purpureus* color *Regius*. Et qui *Malchus* dicebatur h. e. *Regius* Syro vel Phoenicio nomine, *Porphyrius* Graeco vocabatur Sic inuenio διπλὰς tribui *Dictatori* siue δισυπάτῳ, primae dignitatis magistratui in Grammatica MS. Mich. Pselli Δικτάτωρ ὁ δισύπατος, διπλῷ διπλῆ χλαίνᾳ ap. Langium Gloss. Graec. voce δισύπατος.

3 τρίβ. δ' ἦν σοι] barba & pallium, philosophiam iactantium passim ridetur. vid. Gellium Noct. Attic. lib. XIII. c. 9. & ibi obseruata viris doctis.

4 ποτε] rescripsi pro τότε quod Steph. Lubinus & Cuiacius agnoscebant.

5 κακοδαιμονίας] vide ad epistol. I. not. 4.

6 Ζήνων τραγημ. ἦν ἔμπορος] puto haec exprobrationis habere sensum. Nempe καινὴν ἐμπορίαν Euphratae, quem Stoicae philosophiae addictum fuisse ex ep. 5. etiam colligere est, opponit τῇ ἐμπορίᾳ Zenonis, veri philosophi. Cuius quod summa esset temperantia, vt in prouerbium quoq; abierit Ζήνωνος ἐγκρατέςερος, quemadmodum est apud Laert. l. VII. c. 27. τραγημάτων cum ἔμπορον dicit. τραγήματα enim cibos simplices magis notant, qualibus Apollonius quoque, legum temperantiae obseruantissimus, vesci solebat, vt passim est in vita eius. Sic lib. I. c. 8. τραγήματα καὶ λάχανα ἐσιτεῖτο, καθαρὰ εἶναι φάσκων, ὁπόσα ἡ γῆ αὐτὴ δίδωσι. Taceo alia loca.

EP. IV. 1 εἰ φιλοσόφε παῖδες εἶησαν] nati proinde & educati, vt Philosophum decet, atque adeo φύσει pariter ac μαθήσει ad philosophicam αὐτάρκειαν, quae paucis contenta viuit, comparati.

EP. V. 1 τῶν Επικύρε λόγων &c.] huius epistolae sensum esse puto, tam verum esse, quod *Stoicus* bona fide sit *Euphrates*, quam quod *Epicurea* de *voluptate* doctrina *Stoica* sit, cui nihil scilicet aduersum magis quam *Stoica* seueritas. Si itaque, inquit, mihi affirmanti, *voluptuarios* philosophos *Stoicos* esse, atque *Epicurum* sequi, *Chrysippi* doctrinam opponas; tibi ego Imperatoris litteras producam, ex quibus te semel atque iterum pecunias accepisse reuincam, quod identidem a nostro Euphratae exprobratur, epistola nempe 51. adde vit. Appollon. VI. c. 38. At eas cum ne Epicurus quidem acceperit, melius ei, quo tamen nihil magis aduersum *Stoae* creditur, quam tibi, stoicismum licet profitenti, cum *Stoa* conuenire patet.

2 τῶν ἐκ τῦ κήπε] simili modo dicimus τὰς ἀπὸ ςοᾶς *Stoicos*. Sic igitur & οἱ ἐκ τῦ κήπε sunt *Epicurei*, in *hortis* enim philosophatum Epicurum esse notum omnibus.

EP. VI. 1 εἴπερ ἀνιῶνται] sic ex coniectura rescripsi. Editi enim habebant εἰ περαίνονται.

iam,

iam, quae eos angeret, cauſam. At illi diuitias cauſam eſſe aiebant. Tu vero, o miſer, nuper diues euaſiſti.

VII. Eidem.

Vbi quam celerrime Aegas delatus fueris, ibique nauim exoneraueris, ſtatim quam celerrime tibi in Italiam redeundum eſt, ibique ſimiliter adſentandum aegrotis, ſenibus, vetulis, orbis, diuitibus, delicatis, Midis, Getis. Omnia aiunt res bonas mercaturum mouere oportere. At mihi contingat piſcatoriam illam nauem tuam terebrare in Themidos domo.

VIII. Eidem.

Nonne etiam tu alicuius rei dicam ſcribes? Quod ſi audendi animos ſumeres, ipſe quoque haberes, quae diceres, vſitata iſta & obuia: Omne balneum Apollonius deuitat. Nempe extra domum nunquam prodit, pedeſque ſuos tuetur impollutos. Nunquam aliquod corporis membrum mouere conſpicitur. Semper ſcilicet anima eius in motu eſt. Nutrit in capite comam. Nempe Graecus id quoque facit, quia Graecus, non Barbarus. Veſtem geſtat lineam. [Geſtat] & quicquid eſt hominum in ſacris puriſſimum. Diuinatione vtitur. Nempe plurima obſcura ſunt, & alio modo cognoſcere futurorum quippiam impoſſibile eſt. Sed non decet tale quid Philoſophum. Attamen Deum decet. Sed & corporis aegritudines tollit, & adfectus ſedat. Id vero crimen cum Aeſculapio commune

τίαν τῆς ἀνάγκης. Ητιῶντο πλοῦτον. Σὺ δ', ὦ τάλαν, νεόπλουτος.

Ζ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐὰν ὅτι τάχος εἰς Αἰγὰς ἀφίκῃ, καὶ κενώσῃς ἐκεῖ τὴν ναῦν, ἰτέον ἐστί σὺ πάλιν ὅτι τάχος εἰς τὴν Ιταλίαν, καὶ κολακευτέον ὁμοίως νοσοῦντας, γέροντας, γραῦς, ὀρφανὺς, πλουσίους, θρυπτομένους, Μίδας, Γέτας. Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον καλῶν[1] σείειν. Ἐμοὶ δὲ εἴη τὴν ἁλιὰν τρυπᾶν ἐν Θέμιδος οἴκῳ[2].

Η'. Τῷ αὐτῷ

Ἀρά τι καὶ σὺ γράψαις ἂν; Εἰ γὰρ ἄτω γένοιο γενναῖος[1], καὶ ἔχοις δ' ἂν εἰπεῖν τὰ συνήθη ταῦτα καὶ πρόχειρα[2]· λυτρὸν ἅπαν Απολλώνιος παραιτεῖται[3]. καὶ τῆς οἰκίας[4] ἀδέποτε πρόεισι, καὶ σωζομένους ἔχει τοὺς πόδας. ἀδδὲν ὁρᾶται τῶν τοῦ σώματος κινῶν. δι' ὅλης γὰρ τὴν ψυχὴν κινεῖ. κομᾷ τὴν κεφαλήν[5]. καὶ γὰρ ὁ Ελλην[6], ὅτι Ελλην, καὶ ὁ Βάρβαρος. Εσθῆτα φορεῖ λινῆν[7]. καὶ τῶν ἱερῶν τὰ καθαρώτατα[8]. μαντικῇ χρῆται[9]. πλείω γὰρ τὰ ἄδηλα, καὶ ἄλλως ἀμήχανον προαίσθεσθαί τι τῶν ἐσομένων. Αλλ' ἀ πρέπον φιλοσόφῳ τὸ τοιοῦτον· ὃ πρέπει καὶ θεῷ[10]. Καὶ σωμάτων δὲ ὀδύνας ἀφαιρεῖ, καὶ πάθη πάνει· τοῦτό πῃ καὶ πρὸς τὸν Ασκληπιον

EP. VII. 1 ἐμπ. καλῶν] editi κάλων. Quo admiſſo, non video quem ſenſum habere poſſit quod Lubinus vertebat: *funium mercatorem.* Neque κάλος funis eſt, ſed κάλως. Κάλος vero *lignum* eſt, a quo portando *Calones* dictos Feſtus monet. ἔμπορον κάλων igitur vocare malim, reſpicientem ad impotentiam animi Euphratae, qua inter diſputandum ligno petierat caput Apollonii: qua de re vid. vita Apollon. l. V. c. 38. Sed & frigidum illud videtur conuitium. Malui itaque legere καλῶν. Nempe ironice ait *omnia bonas merces mercaturum mouere debere*, quandoquidem Euphrates opibus, tanquam bonis inhians mercibus, nihil non facere ſuſtineat. Ceterum ἐμπορίαν hanc Euphrati quoque obiiciebat ſupra ep. III.

2 ἁλίαν τρυπᾶν ἐν Θέμιδος οἴκῳ] Αλία vas eſt, in quo ſal conterebant. Pollux l. X. c. 41. καὶ ἁλία δὲ σκεῦός τι ἦν πύξινον, ᾧ τὰς ἅλας ἐντρίβεσιν. Similia apud Heſychium habes & Etymologum. Eadem vaſa ἁλιάδες quoque dicuntur, vt ex Polluce conſtat. Lubinus itaque vertit *At mihi contingat ſalinum terebrare in Themidos domo:* quod quid ſibi velit obſcurius. At ἁλιὰς *nauiculam piſcatoriam* notat, vt ex Suida, Heſychio, & Sophoclis interprete patet, quam ἁλιὰν eodem iure dici non dubito, quemadmodum ἁλία & ἁλίας *ſalinum* vas appellatur. Senſum itaque putaui eſſe, Apollonium velle in *domo iuſtitiae*, h. e. iuſtitia annuente, terebrare *nauem*, qua *piſcetur opes* Euphrates, impoſturis ſcilicet eius palam omnibus factis.

EP. VIII. 1 εἰ γὰρ ἄτω γένοιο γενναῖος] nempe palam accuſare magis γενναῖον, quam clanculum obtrectare, quod Euphratem feciſſe patet ex vita Apollon. lib VI. c. 7. γενέσθαι autem, quod praeceſſit, idem eſſe, quod *accuſare*, etiam abſolute poſitum, Budaeo iam obſeruatum.

2 συνήθη ταῦτα καὶ πρόχειρα] i. e. quae ſiue tibi ſiue aliis maleuolis meis frequentiſſime in ore verſantur.

3 λυτρ. ἅπ. Απολλ. παραιτ.] vide vitam Apollonii lib. I. c. 16. Haec vero omnia accuſationis capita, inſtitutionem vitae Pythagoraeam concernunt, quam ſequebatur Apollonius. conf. inf. epiſt. 43. quae etiam apud Domitianum apologia ei defendenda fuerunt l. VIII. c. 6. & 7.

4 καὶ τῆς οἰκίας] ita inf. ep. 43. ait de eo qui familiaris ſuus eſſe velit, λεγέτω καὶ μένων ἔνδον, *ipſi dicendum etiam, quod domi maneat.* Ceterum hiſce reſpondetur ad praecedentem illam accuſationem, nempe balneis ſe non opus habere, qui purum habeat & corpus reliquum & pedes maxime, cum domo non egrediatur. Ita eſſe patet ex ſequentibus, quibus ſemper ei, quod vitio vertitur, ſubiungitur reſponſio, quod niſi obſerues, merae tenebrae hic omnia.

5 κομᾷ τὴν κεφαλ.] Pythagorae exemplo vide vitam Apollonii lib. I. c. 8.

6 ὁ Ελλην] maxime autem Lacedaemonii comam alebant. vide obſeruata ad vitam Apollon. l. IV. c. 16. VIII. c. 7. ſect. 5. & 6.

7 λινῆν] exemplo Pythagorae & Indorum, vide ad vitam Apollonii lib. I. cap. 1. & in apologia ad Domitianum lib. VIII. c. 7.

8 τῶν ἱερῶν τὰ καθαρώτατα] Aegyptios puto reſpici & Indos, ipſumque Pythagoram, quos hac ex parte imitatum Apollonium patet ex ll. cc. Ἱερῶν τὰ καθαρώτατα ſubint. ἱερά vel γένη vel tale quid.

9 μαντικῇ χρῆται] ea de re vide Apollonii Apologiam ad Domitianum in vita eius lib. VIII. c. 7.

10 ὃ πρέπει καὶ θεῷ] acuta reſponſio, vel exceptio potius, quaſi dicat: cum Deum deceat, cur non deceat Philoſophum, cuius finis eſt ὁμοιωθῆναι τῷ θεῷ, maxime iuxta Pythagoram & Platonem.

κοινὸν τὸ ἔγκλημα. Σιτεῖται μόνος. οἱ δὲ λοιποὶ ἐσθίουσι[11]. Βραχέα λέγει, καὶ ἐπὶ βραχύ. σιγῆσαι γάρ ἐστιν δυνατός[12]. Σαρκῶν ἀπέχεται[13] πασῶν, καὶ θηρίων πάντων. διὰ τοῦτο ἄνθρωπός ἐστι[14]. Εἰ ταῦτα ἐρεῖς, Εὐφράτα, γεγράφθαι, ἴσως ἐκεῖνο προσθήσεις, εἴτι ἦν[15], ἔλαβεν ἂν ἀργύριον, ὡς ἐγὼ, δωρεὰς, πολιτείας. Εἰτι ἦν, οὐκ ἂν ἔλαβεν. ἀλλὰ τῇ πατρίδι μὲν ἔλαβεν ἄν. ἡ πατρὶς δὲ, ἢ μὴ οἶδεν ὃ εἶχε[16].

Θ'. Δίωνι[1].

Αὐλοῖς καὶ λύρᾳ κρεῖττόν ἐστι τέρπειν, ἢ λόγῳ[2]. Τὰ μὲν γὰρ ἡδονῆς ὄργανα, καὶ Μουσικῆ ὄνομα τῇ τέχνῃ· λόγος δὲ ταληθὲς εὑρίσκει. Τοῦτό σοι πρακτέον, τοῦτο γραπτέον σοι, ῥητέον, ἢν καὶ περὶ τούτου φιλοσοφῇς.

Ι'. Τῷ αὐτῷ.

Ζητοῦσί τινες τὴν αἰτίαν δι' ἣν πέπαυμαι διαλεγόμενος ἐν πολλοῖς[1]. Εἰδέτωσαν οὖν, οἷς ἂν εἰδέναι μέλῃ τὸ τοιοῦτον· ἀδύνατος ὠφελῆσαι λόγος ἅπας, ὃς ἂν εἷς ὢν μηδὲ πρὸς ἕνα λέγηται[2]. Ὁ τοίνυν ἄλλως διαλεγόμενος, δόξης ἥττων ὢν διαλέγοιτ' ἄν.

ΙΑ'. Καισαρέων[1] προβούλοις.

Πρῶτον εἰς πάντα θεῶν ἄνθρωποι δέονται καὶ περὶ παντὸς, ἔπειτα πόλεων. Τιμητέον γὰρ δεύτερον πόλεις μετὰ θεοὺς[2], καὶ τὰ πόλεως προκριτέον παντὶ νῷ ἔχοντι· Εἰ δὲ μὴ πόλις μόνον εἴη, ἀλλὰ καὶ μεγίστη τῆς Παλαιστίνης, ἀρίστη τε τῶν

habet. Comedit ſolus. Nempe reliqui vorant. Pauca loquitur, & de paucis. Nempe tacere poteſt. Ab omnibus carnibus abſtinet, & animantibus cunctis. Scilicet eo quod homo ſit. Hanc ſi ſcriptam, o Euphrata, dicam fateare, forte & hoc addes: Si aliquanti eſſet, certe argentum accepiſſet, quemadmodum & ego, munera item & dignitatem in ciuitate. Imo vero ſi ſit aliquanti, non acceperit potius. Saltem in patriae gratiam accepiſſet. At patria non eſt, quae, quid teneat, ignoret.

IX. Dioni.

Rectius tibiis atque lyra quam oratione [aures] oblectare poſſis. Iſta enim voluptatis ſunt inſtrumenta, eſtque Muſicae nomen arti. Oratio vero veritatem inuenit. Hoc tibi agendum, hoc ſcribendum, hocque dicendum, ſiquidem veritatis cauſa etiam philoſopharis.

X. Eidem.

Quaerunt quidam cauſas quare publice diſputare deſierim. Sciant igitur, quibuſcunque hoc ſcire curae eſt: quod nulla oratio prodeſſe queat, quae, vna cum ſit, ad vnum tamen non dirigatur. Quicunque ergo aliter diſputat, diſputet ambitioni obnoxius.

XI. Caeſareenſium Curatoribus.

Primo ad omnia & ſuper omnia homines Diis opus habent, deinde ciuitatibus. Nam poſt Deos ciuitates colendae ſunt, & quae ad ciuitatem ſpectant ab omnibus, qui ratione valent, [ceteris rebus] praeferuntur. Quod ſi non ciuitas ſit ſolum, ſed Palaeſtinae praeter-

11 σιτεῖται μόνος. οἱ δὲ λ. ἐσθ.] videtur alludere ad Socratis dictum ap. Stob. Serm. XVII. οἱ μὲν λοιποὶ ζῶσιν ἵν' ἐσθίωσιν. αὐτὸς δὲ ἐσθίω ἵνα ζῶ. Nempe hoc σιτεῖσθαι, illud ἐσθίειν eſt noſtro. conf. ad vitam Apollonii l. I. c. 9. n. 3.

12 δυνατὸς] male editi ἀδύνατος. Nempe *ſilentium* a Pythagoraeis, qualis Apollonius, magni aeſtimatum. Quod vt ipſe coluerit, eoque δυνατώτατος extiterit, narratur in vita Apollonii l. I. c. 14. ſqq.

13 σαρκῶν ἀπέχεται] vid. vitam Apollonii lib. I. cap. 8. & Apolog. ad Domitian lib. VIII. c. 7.

14 διὰ τοῦτο ἄνθρωπός ἐστι] nempe contra humanitatem eſſe putabant Pythagoraei, *cognati* generis nobiſcum quae ſint, animalibus veſci. vide Porphyr. de abſtin. lib. III. toto.

15 εἴ τι ἦν] vltimum hoc probrorum, quae Apollonio obiicere Euphrates poſſit: *Si ſit aliquod Apollonii pretium, aliqua eruditio, aliqua virtus, certe & ipſum opes fuiſſe conſecuturum & honores*, quos Euphrates ampliſſimos erat indeptus. Quod probrum in laudem ſuam vertens Apollonius reſpondet: *Imo potius ſeſi alicuius ſit pretii, talia non accepturum fuiſſe:* cum Philoſophi ſcilicet ſit talia ne optare quidem. Cui non abſimilis Socratis eſt cum Antiphonte diſputatio apud Xenophontem ἀπομνημ. lib. I. p. 729. ſq. Sed excipere Euphrates vlterius fingitur: *at ſaltem in gratiam patriae accepturum*, quam ſcilicet opibus & honoribus auctus & re iuuare & fama illuſtrem reddere queat. Reſpondetque Apollonius: *patriam eam non eſſe, quae, quid habeat, ignoret.* Id eſt: quae de bonis ſuis verum judicium non poſſit ferre, recteque eorum delectum inſtituere. Verbo: *Sapientis* patriam non eſſe inter ſtultos, & in mundo ſed in coelis potius, vt Anaxagoras aiebat, quamobrem non ſit, cur quae vulgo creditur patria, non eſt tamen, eum ſolicitum habeat.

16 ἡ πατρὶς δὲ, ἢ μὴ οἶδεν ὃ εἶχε] vid. not. praec. poſtrema.

EP. IX. 1 Δίωνι] *Pruſaeenſis* eſt, cognomento *Chryſoſtomus*, ad quem hic ſcribit: cum quo multa Apollonio interceſſit amicitia. vid. vitam eius lib. VI. c. 37. Dionis vitam in vitis Sophiſtarum habes l. I.

2 ἢ λόγῳ] nempe Dion elegantiae & venuſtatis ad oblectandum compoſitae in oratione ſtudioſus, quod in eo taxaſſe Apollonius, allegata hac ipſa epiſtola, memoratur Philoſtrato vita eius VI, 40.

EP. X. 1 πέπαυμ. διαλεγόμ. ἐν π.] de eodem argumento agit quoque ep. 34.

2 ὃς ἂν εἷς ὢν μηδὲ πρὸς ἕνα λέγηται] cum nempe diuerſis hominum ingeniis moribuſque eadem non poſſit accommodata eſſe oratio.

EP. XI. 1 Καισαρέων] Caeſaream Palaeſtinae intelligi, ad cuius vrbis magiſtratus hic ſcribit Apollonius, ex ipſa hac epiſtola patet. Ex qua etiam conſtat, Caeſareenſes Apollonium honore inſigni aliquo adfeciſſe, iure ciuitatis forte donatum, quibus in hac epiſtola gratias agit.

2 τιμητέον γὰρ δεύτ. πολ. μετ. θεούς] vide ſimilia epiſt. ſeq. 12.

ea

ea [ciuitas] maxima, & omnium quotquot ibi sunt, magnitudine prima, legibusque & institutis, & maiorum siue bellica laude, siue pacis artibus, vt vestra est ciuitas; inter omnes alias maxime admiranda erit & colenda, & mihi, & vnicuique, qui ratione sit praeditus. Hoc igitur praeferendi fundamentum est ex ratione communi, si tamen commune sit quod ex iudicio est. Quod si insuper ciuitas virum prior honore affecerit, (ciuitas cum sit ipsa,) eamque peregrinum quidem, & procul a se remotum; quid aut illi viro ad retribuendum, aut nobis inuicem dignum reperietur? Illud vnum fortassis, vt, Deo ingenii sui quadam felicitate amicus, omnia fausta ciuitati comprecetur, suique voti compos fiat. Id quod ego quoque vobis praestare perseuerabo: cum maximopere gaudeam moribus Graecis, propriam sibi virtutem per litteras publicas declarantibus. Apollonidem vero, Aphrodisii filium, iuuenem confirmatissimae indolis, & vestro nomine dignae, vtilem vobis efficere studebo ad omnia, bona fortuna adiuuante.

XII. Seleucienſium Curatoribus.

Ciuitas, quae ita aduersus Deum & homines honore dignos adfecta est, illa & beata est, & illis quibus testimonium virtutis praestat in studio virtutis prodest. Primum igitur in gratia facienda esse nec difficile est, nec quicquam ea re in hominum rebus pulcrius. Retributionem autem inuenire, non solum facile non est, sed etiam impossibile [inuenire eam,] quae penitus [illud] exaequet. Nam quod ordine secundum est, nunquam per naturam primum fieri potest. Quare necesse est, vt Deus propter vos inuocetur, vt retribuat vobis, non facultate solum, sed etiam reipsa nos superantibus. Mortalium enim talia [praestare] nemo potest. Quod vero cupitis, vobiscum vt sim, id quoque vestrae putem esse aduersus me beneuolentiae, quemadmodum & ego optarem, vt mihi apud vos esse liceat. Legati vestri eo mihi sunt cariores, quod & amici sint, Hieronymus nempe & Zeno.

XIII. Iisdem.

Straton quidem ex mortalibus discedit,

αὐτόθι μεγέθει, καὶ νόμοις, καὶ ἐπιτηδεύμασι, καὶ προγόνων κατὰ πόλεμον ἀρεταῖς, ἔτι τε ἤθεσι κατ' εἰρήνην, καθάπερ ἡ ὑμετέρα πόλις, μάλιστα πασῶν τῶν ἄλλων ἐμοίγε θαυμαστέα τιμητέα τε, καὶ ἄλλῳ δὲ ὁμοίως παντὶ νοῦν ἔχοντι. Τοῦτο μὲν οὖν ἐκ λόγου κοινοῦ τὸ προκριτικόν, ἂν ᾖ τὸ κατὰ σύγκρισιν τῶν πολλῶν. Οταν δὲ καὶ ἄρχῃ πόλις ποτὲ τῆς πρὸς ἕνα τιμῆς ἄνδρα, πόλις ὅσα[3], καὶ τοῦτον ἑαυτῆς ξένον, καὶ ἄποθεν· τί ἢ τοῦτο τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἀμοιβήν, ἢ ἡμῖν ἀλλήλοις τισὶν ἄξιον εἴη; Τοῦτο μόνον ἴσως, εἰ θεοφιλής τις ὢν τύχοι διά τινα φύσεως ἐπιτηδειότητα[4], τὸ εὔχεσθαι τῇ πόλει τἀγαθὰ, τυγχάνειν τε τῆς εὐχῆς. Οπερ ἂν διατελέσαιμι κἀγὼ πράττων ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπείπερ ἥσθην ἤθεσιν Ελληνικοῖς, φαίνεσι τὸ ἴδιον ἀγαθὸν καὶ διὰ γραμμάτων κοινῶν. Απολλωνίδην δὲ τὸν Αφροδισίου, νεανίαν ἐρρωμενεστάτης φύσεως, ἀξίας τε τοῦ ὑμετέρου ὀνόματος, πειράσομαι χρήσιμον ὑμῖν παρασκευάζειν εἰς ἕκαστα, μετὰ τῆς τύχης τινὸς ἀγαθῆς.

ΙΒ'. Σελευκέων τοῖς προβούλοις.

Πόλις ἥτις ἂν ἄτω πρός τε θεοὺς ἔχει, καὶ ἀνθρώπων πρὸς τὰς ἀξίας ἀποδοχῆς[1], αὐτή τε εὐδαίμων, καὶ εἰς ἀρετὴν ὠφέλησε τοὺς μαρτυρηθέντας. Αρξασθαι μὲν οὖν χάριτος οὐ δυσχερές, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις τὸ κάλλιστον. Αμοιβὴν δ' οὐ μόνον οὐ ῥᾴδιον[2], ἀλλὰ καὶ παντελῶς ὁμοίαν εὑρεῖν ἀδύνατον. Τὸ γὰρ πῳ τῇ τάξει δεύτερον, οὐδέποτε τῇ φύσει πρῶτον[3]. Ωστε θεὸν ἀνάγκη παρακαλεῖν ὑπὲρ ὑμῶν, ἀμείψασθαι τοὺς οὐ τῇ δυνάμει μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις κρείττους γενομένους. Ανθρώπων γὰρ οὐδεὶς τἀγαθηλικαῦτα δυνατός. καὶ τὸ ἐθελῆσαι δ' ἄν με παρ' ὑμῖν γενέσθαι, τῆς ὑμῶν ἂν εἴη χάριτος καὶ αὐτὸ εἰς ἡμᾶς, ὡς ἔγωγ' ἂν εὐξαίμην παρ' ὑμῖν καὶ γεγενῆσθαι. Οἱ πρέσβεις ὑμῶν τιμιώτεροι, διότι καὶ φίλοι, Ιερώνυμος, καὶ Ζήνων.

ΙΓ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Στράτων μὲν ἐξ ἀνθρώπων οἴχεται, πᾶν ὅσον

3 πόλις ὅσα] cui propterea *primae* competunt, vt priuatus honorare vrbem incipere debeat potius, quam vrbs priuatum.

4 διά τινα φύσεως ἐπιτηδειότητα] haec est ipsa animi virtus, quae εὐδαίμονας facit, vt aduersus habitus κακοδαίμονας, vide supra ad ep. 1. not. 4.

EP. XII. 1 ἀξίας ἀποδοχῆς] vide s. ep. 2. n. 1.

2 οὐ μόνον οὐ ῥᾴδιον] ita ex coniectura rescripsimus. Editi male οὐ μόνον ῥᾴδιον.

3 τὸ γὰρ πῳ τῇ τάξει δεύτερον, οὐδέπ. τ. φύσει πρῶτον] sensus est, eum qui *prior beneficium facit*, per hoc ipsum pretium ei addere, quod *prior* id faciat: cui simile pretium *gratia relata* habere nequeat. Quoniam scilicet τάξει δευτέρα quae sit, non possit fieri πρώτη, nam factum infectum fieri nequit: & quod *prius* factum est, id fieri non potest *posterius*.

ἦν αὐτῷ θνητὸν ἐπὶ γῆς καταλιπών. Χρὴ δὲ τὰς ἔτι κολαζομένας ἡμᾶς ἐνθάδε[1], ζῆν ἄλλως λεγομένας, ἔχειν τινὰ τῶν ἐκείνᾳ πραγμάτων ἐπιμέλειαν. Ἄλλοις μὲν ἂν ἄλλό τι ἔργον δικαίως γένοιτο νῦν, ἢ καὶ ὕστερον, οἷς μὲν ὡς οἰκείοις, οἷς δὲ ὡς αὐτὸ μόνον ἀνδράσι φίλοις, ἂν ἐν ἑτέρῳ γνωσθησομένοις χρόνῳ, τούτων εἴπερ ἦν τῶν ὀνομάτων ἀληθές τι καὶ πρόσθεν. Ἐγὼ μέντοι καὶ ταύτῃ βελόμενος ἐξαιρέτως ὑμέτερος εἶναι, τὸν ἐκ Σελευκίδος υἱὸν αὐτῷ γενόμενον, Ἀλέξανδρον[2], καὶ μεταδώσω παιδείας τῆς ἐμῆς. πάντως δ' ἂν μετέδωκα καὶ χρημάτων, ὁ τὰ μείζονα δοὺς, εἴπερ ἔχειν ἦν ἄξιον.

ΙΔ'. Εὐφράτῃ.

Πυνθάνονταί μ' πολλοὶ πολλάκις, τίνος ἕνεκεν ἀ μετεπέμφθην[1] εἰς Ἰταλίαν, ἢ ἀ μεταπεμφθεὶς ἀφικόμην, ὥσπερ σὺ, καὶ εἴτις ἕτερος. Ἐγὼ δὲ περὶ τἀ δευτέρᾳ[2] μὲν ἂν ἀποκρινᾶμαι, μὴ καὶ δόξω τισὶν εἰδέναι τὴν αἰτίαν[3], ἀδ' εἰδέναι μοι μέλον. Περὶ δὲ τἀ προτέρᾳ[4] τί ἂν καὶ δεοίμην ἕτερον λέγειν, ἢ ὅτι ἂν μᾶλλον μετεπέμφθην, ἢ ἀφικόμην;

ΙΕ'. Τῷ αὐτῷ.

Τὴν ἀρετὴν ἀδέσποτον εἶναι Πλάτων ἔφησεν[1]. Εἰ δὲ μὴ τιμᾷ τοῦτό τις, καὶ γέγηθεν ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὤνιος γίνεται χρημάτων, πολλοὺς δεσπότας ἑαυτῷ ποιεῖ.

Ις'. Τῷ αὐτῷ.

Μάγους οἴει δεῖν ὀνομάζειν τοὺς ἀπὸ Πυθαγόρᾳ φιλοσόφους, ὧδέπῃ καὶ τοὺς ἀπὸ Ὀρφέως. Ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Διὸς οἶμαι δεῖν ὀνομάζεσθαι μάγους, εἰ μέλλουσιν εἶναι θεῖοί τε καὶ δίκαιοι.

ΙΖ'. Τῷ αὐτῷ.

Μάγους ὀνομάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι[1]· Μά-

mortale quidquid habuit in terra relinquens. Decet ergo nos qui hic punimur adhuc, vel, vt vulgo loquuntur, viuimus, aliquam rerum eius curam habere. Et alii quidem aliud opus merito suscipiant, siue nunc statim, siue post paulo, alii vt familiares, alii vt amici tantum: non alio rectius tempore cognoscendi, si quidem antea etiam aliquid in ea appellatione veri extiterit. Ego sane ista etiam vice eximie vester esse studens, natum ipsi ex Seleudice filium, Alexandrum, meae doctrinae participem etiam faciam. Pecuniam etiam iam ipsi dedi omnino, qui plura etiam sim daturus, si quidem plura eum accipere conueniens fuerit.

XIV. Euphratae.

Saepe multi ex me quaerunt, quare in Italiam non accersitus fuerim, vel etiam, non accersitus licet, [vltro] eo sim profectus, quemadmodum tu, & alii forsan. Ego vero de posteriori hoc non respondebo, ne quibusdam causam scire videar, quam scire ne curo quidem. De priori autem quid aliud dicere deberem, quam quod studiosius accersitus sim, quam eo abierim?

XV. Eidem.

Virtutem nullius dominio subiectam Plato dicit. Nisi vero istud eius in pretio quis habuerit effatum, eoque delectetur, sed [contraria ratione] pecuniis fiat venalis, ille multos sibi dominos comparat.

XVI. Eidem.

Magos dicendos esse censes Philosophos, Pythagoram, vel etiam Orpheum secutos. Ego vero etiam Iouem sequentes Magos dicendos existimo, si diuini & iusti esse voluerint.

XVII. Eidem

Persae Deos Magos appellant. Magus er-

EP. XIII. 1 κολαζομένας ἡμᾶς ἐνθ.] nempe nota est Platonicorum & Pythagoraeorum doctrina de anima, in hoc corpore *poenas* subeunte peccatorum, antea admissorum, quam in hanc vitam deueniret. Vide congesta Sandio in tr. de origine animae.

2 Ἀλέξανδρον] puto *Alexandrum* intelligi *Peloplatonem* de quo vide Sophist. vit. l. II. n. 5.

EP. XIV. 1 ἀ μετεπέμφθην] ab Imperatoribus nempe, qui Philosophos ad se inuitare solebant.

2 δευτέρᾳ] sic legendum haut dubie. Editi hic πρωτέρᾳ habebant.

3 εἰδέναι τὴν αἰτίαν] quae erat gloriae & opum studium, quo acti Sophistarum plerique Romam festinabant.

4 πρωτέρᾳ] editi hic male δευτέρᾳ.

5 μᾶλλ. μετεπεμφθ. ἢ ἀφικόμ.] Vespasianis maxime imperantibus, vt ex vitae Apollonii lib. VI. patet, itemque a Nerua, vt patet ex fine libri VIII.

EP. XV. 1 Πλάτων ἔφησ.] de rep. lib. X. p. 617. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον &c.

EP. XVII. 1 Μάγους ὀνομάζ. τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι] θεοὺς quos intelligat, ipse mox explicat, sc. θεραπευτὰς τῶν θεῶν, quos eosdem & τῇ φύσει θεοὺς h. e. *ingenio & indole diuinos* vocat. Nempe ita Indorum sapientes θεοὺς se dicebant. vid. vit. Apollonii l. III. c. 18. & ipsum Apollonius, vid. inprimis Apologiam ad Domitianum lib. VIII. c. 5. it. c. 7. §. 7. adde notata ad lib. I. c. 2. n. 15. Hi nempe θεοὶ καταχθόνιοι, vt in aureis carm. appellantur. Certe enim ipsos Deos coelestes Μάγους vocari nemini veterum dictum, sed θεοσεβεῖς tantum καὶ θεολόγους καὶ ἱερέας, vt vocem post alios recte explicat Hesychius.

go Deorum miniſter, aut indole qui ſit diuina. Tu vero non Magus, ergo Atheus.

γος ἂν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν, ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος. Σὺ δ' ὁ Μάγος, ἀλλ' ἄθεος.

XVIII. Eidem.

Heracletus Phyſicus hominem natura irrationalem eſſe dixit. Si vero illud verum eſt, vt verum eſt, merito omni ei facies prae pudore tegenda, qui ſtulte opinione intumeſcit.

ΙΗ'. Τῷ αὐτῷ.

Ηράκλειτος, ὁ φυσικὸς, ἄλογον εἶναι κατὰ φύσιν ἔφησε τὸν ἄνθρωπον [1]. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ἐγκαλυπτέος [2] ἑκάστοις ὁ ματαίως ἐν δόξῃ γενόμενος.

XIX. Scopeliano Sophiſtae.

Vniuerſi ſermonis characteres quinque ſunt: Philoſophus, Hiſtoricus, Iuridicialis, Epiſtolicus, & ille qui in commentariis adhibetur. Quorum characterum ordine ſuo naturali hic diſpoſitorum, rurſus primus euadit, qui ſecundum cuiuſque facultatem, & ingenium, maxime ei conuenit. Secundus, ille qui natura ſua eſt optimus, imitatione ab eo expreſſus, ſi quis a natura non habeat. Illud vero quod optimum eſt, & inuentu & diiudicatu eſt difficile. Adeo, vt a natura proprius cuique character conuenientior ei ſit, quemadmodum & eſt firmior.

ΙΘ'. Σκοπελιανῷ [1] σοφιστῇ.

Πέντε εἰσὶ σύμπαντες οἱ τοῦ λόγου χαρακτῆρες, ὁ φιλόσοφος, ὁ ἱστορικὸς, ὁ δικανικὸς, ὁ ἐπισταλτικὸς, ὁ ὑπομνηματικός [2]. ἐγκειμένων δὴ τῶν γενικῶν χαρακτήρων τῇ τάξει, πάλιν γίνεται πρῶτος μὲν ὁ κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν ἢ φύσιν ἴδιος ὤν. δεύτερος δὲ ὁ ἐν μιμήσει τοῦ ἀρίστου τῶν ἐκ φύσεως, ἤν τις ἐνδεὴς εἴη. τὸ δὲ ἄριστον δυσεύρετον τε καὶ δυσεπίκριτον, ὥστε οἰκειότερος ἑκάστῳ χαρακτὴρ ὁ ἴδιος, ἐπειπερ καὶ βεβαιότερος.

XX. Eidem.

Si tibi vis animi eſſet, quemadmodum eſt, prudentia etiam tibi opus eſſet. Nempe etiam ſi prudentia tibi eſſet, vis animi vero abeſſet, vis animi quoque eſſet comparanda. Semper enim alterum alterius indiget, vt viſus lumine, & lumen viſu.

Κ'. Τῷ αὐτῷ.

Εἰ σοὶ δύναμίς ἐστιν, ὥσπερ ἐστὶν, καὶ φρόνησιν ἂν εἴη σοι κτητέον. καὶ γὰρ εἰ φρόνησις ἦν, δύναμις δὲ ἀπῆν, ὁμοίως ἔδει σοι δυνάμεως. δεῖται γὰρ ἀεὶ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ὥσπερ ὄψις φωτὸς καὶ φῶς ὄψεως.

XXI. Eidem.

A Barbaris abſtinendum, nec elargiendum ipſis. Nefas enim, Barbari cum ſint, ipſos beneficium accipere.

ΚΑ'. Τῷ αὐτῷ.

Βαρβάρων ἀφεκτέον, καὶ οὐκ ἀρκτέον αὐτῶν. Οὐ γὰρ θέμις, βαρβάρους ὄντας, εὖ πάσχειν.

XXII. Lesbonacti.

Decet pauperem eſſe, vt virum fortem, diteſcere vero, vt humanae ſortis memorem.

ΚΒ'. Λεσβώνακτι.

Δεῖ πένεσθαι μὲν ὡς ἄνδρα, πλουτεῖν δὲ ὡς ἄνθρωπον.

XXIII. Critoni.

Artem medicam Pythagoras rem diuiniſſimam eſſe dixit. Quod ſi ars medica res diuiniſſima, cum corpore etiam animae cura habenda eſt. Alias animal non ſanum erit, quod parte quidem ſui potiore aegrotet.

ΚΓ'. Κρίτωνι.

Τὸ θειότατον Πυθαγόρας ἰατρικὴν ἔφασκεν [1]. εἰ δὲ ἰατρικὴ τὸ θειότατον, καὶ ψυχῆς ἐπιμελητέον μετὰ σώματος [2]. ἢ τὸ ζῶον οὐκ ἂν ὑγιαίνοι, τῷ κρείττονι νοσοῦν.

EP. XVIII. 1 ἄλογον εἶναι κ. φύσ. ἔφ. τ. ἄνθρ.] ſimile Heracliti dictum refert Clemens Alexandr. Strom. lib. V. p. 602. τὸ λόγῳ τῷ δέοντος αἰεὶ ἀξύνετοι γίγνονται ἄνθρωποι, καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον.

2 ἐγκαλυπτέος] faciem tegere pudoris ſignum. Hinc ἐγκαλυπτήρια ſe celebraturum dicebat eleganter *Hermocrates* Sophiſta, interrogatus quando ἀνακαλυπτήρια ſit celebraturus, quod *puderet* eum ſponſae ſe indignae. vide Philoſtrati alterius vitas Sophiſtarum lib. II. *Hermocrate.*

EP. XIX. 1 Σκοπελιανῷ] eius vitam habes in vitis Sophiſtarum a Philoſtrato delineatam. Mentio quoque eius in vita Apollonii Tyan. l. I. c. 23. 24.

2 ὑπομνηματ.] qualis in Caeſaris commentariis de bello Gall. item in Xenophontis ἀπομνημονεύμασι Socratis.

EP. XXIII. 1 τὸ θει. Πυθ. ἰατρικὴν ἔφασκε] hinc medicinam & ipſum exercuiſſe docet Iamblichus de vita Pythag. lib. I, 29. Et diſcipuli eius πάνυ σφόδρα περὶ τὴν ἰατρικὴν ἐσπούδασαν, vt eſt apud Aelian. var. hiſtor. IX, 22.

2 καὶ ψυχῆς ἐπιμελητ. μετὰ σώματος] quemadmodum Pythagorae medicina ad vtrumque pertinebat. Porphyrius in vita eius: κάμνοντας τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς ψυχὰς νοσοῦντας παρεμυθεῖτο. Quo pertinet, quod apud Aelianum habetur, var. hiſt. l. IV. c. 17. Eo in oppido aduentante famam diuulgatam eſſe ὅτι ἀφίκετο ὁ διδάξων ἀλλ' ἰατρεύσων.

ΚΔ'.

ΚΔ'. Ελλανοδίκαις[1], καὶ Ηλείοις.

Αξιῶτέ με τῷ ἀγῶνι τῶν Ολυμπίων παραγενέσθαι, καὶ διὰ τῦτο ἐπέμψατε πρέσβεις. ἐγὼ δὲ ἀπαρεγενόμην[2] ἂν ἐπὶ σωμάτων θέαν, καὶ ἄμιλλαν, εἰ μὴ τὸν μείζονα τῆς ἀρετῆς ἀγῶνα καταλείψειν ἔμελλον.

ΚΕ'. Πελοποννησίοις.

Ολύμπια τὸ δεύτερον[1]. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐγένεσθε πολέμιοι, τὸ δεύτερον δὲ φίλοι.

Κς'. Τοῖς ἐν Ολυμπίᾳ θεηκόροις.

Θεοὶ θυσιῶν ἀδέονται. τί ἂν ἄν τις πράττων χαρίζοιτο αὐτοῖς; φρόνησιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κτώμενος, ἀνθρώπων τε τὰς ἀξίας εἰς δύναμιν εὖ ποιῶν. Ταῦτα φίλα θεοῖς· ἐκεῖνα δὲ[1] ἀθέων.

ΚΖ'. Τοῖς ἐν Δελφοῖς ἱερεῦσιν.

Αἵματι βωμὰς μιαίνεσιν ἱερεῖς, εἶτα θαυμάζεσί τινες πόθεν αἱ πόλεις ἀτυχῶσιν, ὅταν μεγάλα δυστυχήσωσιν. ὦ τῆς ἀμαθίας. Ηράκλειτος δ' ἦν σοφὸς· ἀλλ' ἀδὲ ἐκεῖνος Εφεσίας ἔπεισε πηλῷ πηλὸν[1] καθαίρεσθαι.

ΚΗ'. Βασιλεῖ Σκυθῶν[1].

Ζάμολξις[2] ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν καὶ φιλόσοφος, ἔπερ μαθητὴς Πυθαγόρᾳ ἐγένετο. καὶ εἰ κατὰ τὸν χρόνον τοιῦτος ἦν ὁ Ρωμαῖος, ἐκὼν ἂν ἐγένετο φίλος. εἰ δὲ ὑπὲρ ἐλευθερίας οἴει δεῖν ἀγῶνα καὶ πόνον ἔχειν, ἄκυε φιλόσοφος, τυτέστιν ἐλεύθερος.

XXIV. Praefectis Olympico certamini, & Eleis.

Ad Olympicum certamen me accedere dignati eſtis, & propterea miſiſtis legatos. Ego vero ad corporum ſpectaculum, & certamen, minime accederem, niſi maius virtutis certamen [non comparenti] vna eſſet negligendum.

XXV. Peloponneſiis.

Olympicum certamen poſtea inſtitutum eſt. Et prius quidem hoſtes eratis, ſed & poſtea amici facti haut eſtis.

XXVI. In Olympia curam ſacrorum gerentibus.

Dii victimis non indigent. Quid ergo faciens gratiam eorum inierit? Putem ego, ſi animum recte inſtitutum poſſideat, & hominibus, id qui mereantur, quantum poſſit beneficiat. Haec Diis cara ſunt: illas vero Athei quoque obtulerint.

XXVII. Sacerdotibus apud Delphos.

Sanguine aras foedant ſacerdotes, poſtea demirantur quidam, quare ciuitatibus male eueniat, quando in maioribus calamitatibus verſantur. O ruditatem! Erat Heracletus etiam ſapiens. At neque ille quidem Epheſiis perſuaſit, vt luto lutum purgarent.

XXVIII. Regi Scytharum.

Zamolxis vir bonus & Philoſophus extitit, vt qui Pythagorae fuerit diſcipulus: Et ſi illo tempore tanta Romani nominis fuiſſet autoritas, ſua ſponte eorum amicus euaſiſſet. Quod ſi pro libertate bellum & labores ſubeundos cenſes, philoſophus audi, id eſt liber.

EP. XXIV. 1 Ελλανοδικ.] huius epiſtolae illuſtrationem petas licet ex Philoſtrato vit. Apollonii Tyanenſ. l. IV. c. 24. vbi ad Olympia inuitatus ab Hellanodicis Apollonius fuiſſe refertur.

2 ἀπαρεγενόμ.] negationem in editis omiſſam, neceſſario ſenſus poſtulat. Nam Apollonius hoc ſibi vult: ſe quidem parum curare iſta certamina σωματικὰ in Olympiis, nec proinde, inuitatum licet, venturum, niſi in confluxu totius Graeciae virtutis quoque eſſent expectandi ἀγῶνες. Forte tamen hic ſenſus elici etiam poſſit omiſſo ἂ, & per interrogationem, negationi aequipollentem, iſtis prolatis.

EP. XXV. 1 Ολυμπία τὸ δεύτερ.] hoc, puto, ſibi vult. Olympiorum inſtituta eſſe ſolennia a Graecis, atque Peloponneſiis maxime, vt poſtquam longaeuis diſtracti bellis, pace coaluiſſent, tranquillitati & ὁμονοίᾳ tuendae inſeruirent: qui ſcopus aliis quoque *ſacris* huiuſmodi *communibus* fuit praefixus. At exprobrat Peloponneſiis Apollonius quod iſtum ſcopum non attigerit horum ſacrorum inſtitutio.

EP. XXVI. 1 ἐκεῖνα δὲ] nempe θυσιῶν προσφοράς. Confer Apollonio diſputata apud Aegas in Aeſculapii templo, vt eſt in vita eius lib. I. c. 10. & 11.

EP. XXVII. 1 πηλῷ πηλὸν] ſordes nempe, quae ſint ab animali noſtra natura, & corpore, ſordibus animalium mactatorum. Ceterum iſtius dicti Heraclitei mentio quoque apud Eliam Cretenſem ad Gregorii Nazianzeni orat. XXIII. p. 836. vbi de iis agens, qui ſacrificiis ſuis Deos deliniri poſſe putarent, *quos quidem*, ait, *irridens Heraclitus, purgantur, inquit, cum cruore polluuntur, non ſecus ac ſi quis in ludum ingreſſus luto ſe abluat. Etenim illud exiſtimare, quod per brutorum animantium corpora & ſanguinem, quae illi Diis ſuis offerebant, corporum ſuorum labes ex impuris & exſecrandis coitibus ipſis illitas, repurgarent, perinde' eſt, ac ſi quis ſordes ex luto corporibus impactas luto abſtergere conetur.*

EP. XXXVIII. 1 Σκυθῶν] Sarmatas & Dacos intelligi dubium non eſt, hae enim Scythicae nationes in ipſis imperii Veſpaſiani initiis Moeſiam vaſtabant & Pannoniam. vide Tacitum Hiſtor. lib. IV. c. 54. & Ioſephum de B. I. lib. VII. c. 22.

2 Ζάμολξις] ipſe Scytha, de quo multa apud vitae Pythagorae ſcriptores.

3 τυτέστιν ἐλεύθερος] notum in Paradoxis Stoicis: *ſolus ſapiens liber.*

XXIX. Legislatori.

Festi dies morborum sunt causae. Labores enim remittunt, ventris vero impletionem intendunt.

XXX. Procuratoribus Romanorum.

Esto penes vos summa potestas. Quod si tamen imperandi nouistis artem, quare vestrae ciuitates, quantum ad vos, deterius habent? Quod si non nouistis, prius discere debebatis, postea imperare.

XXXI. Procuratoribus Asiae.

Quorsum prodest ex agrestibus arboribus, quae in noxam hominum nascuntur, ramos amputare, & radices incolumes relinquere?

XXXII. Ephesiorum Scribis.

Marmorum, & variarum picturarum, & ambulacrorum, ac theatrorum nullus in ciuitate vsus, nisi pariter in ea sapientia & lex valeat. Sapientia & lex autem res plane diuersae ab istis sunt, non ipsa illa.

XXXIII. Milesiis.

Liberi vestri patribus opus habent, iuniores senioribus, feminae viris, viri principibus, principes legibus, leges Philosophis, Philosophi Diis, Dii fide. Bonis maioribus prognati estis, praesentia igitur odio habetote.

XXXIV. Viris doctis in Museo.

Veni in Argiuorum terram, & Phocidem, & Locridem, & Sicyonem, & Megaram, &, cum olim disputationes mihi sint institutae, disputandi ibi finem feci. Quod si quis ex me causam requirat, ego vobis, & Musis dicam: Barbarus factus sum, non quod diu a Graecia abfuerim, sed quod diu in Graecia fuerim.

XXXV. Hestiaeo.

Virtus & opes apud nos contraria maxime

ΚΘ'. Νομοθέτῃ.

Αἱ ἑορταὶ νόσων αἰτίαι. τὰς μὲν γὰρ πόνους ἀνιᾶσι, τὸ ἐμπίπλασθαι δὲ αὔξουσι[1].

Λ'. Ταμίαις[1] Ρωμαίων.

Ἀρχὴν ἄρχετε πρώτην. εἰ μὲν ἂν ἄρχειν ἐπίσασθε, διὰ τί τὸ παρ' ὑμᾶς χεῖρον ἑαυτῶν αἱ πόλεις ἔχουσι; εἰ δὲ οὐκ ἐπίσασθε, μαθεῖν ἔδει πρῶτον, εἶτα ἄρχειν.

ΛΑ'. Διοικηταῖς[1] Ἀσίας.

Τί ὄφελος, ἀγρίων δένδρων, φυομένων ἐπὶ βλάβῃ, τοὺς κλάδους κόπτειν, ἐᾶν δὲ τὰς ῥίζας[2];

ΛΒ'. Ἐφεσίων γραμματεῦσι[1].

Λίθων ἐν πόλει, καὶ γραφῶν ποικίλων, καὶ περιπάτων, καὶ θεάτρων οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ νοῦς ἐνείη καὶ νόμος. Νοῦς δὲ καὶ νόμος παρὰ τούτων ἐστὶν, οὐ ταῦτα.

ΛΓ'. Μιλησίοις.

Οἱ παῖδες ὑμῶν πατέρων δέονται[1], οἱ νέοι γερόντων, αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν, οἱ ἄνδρες ἀρχόντων, οἱ ἄρχοντες νόμων, οἱ νόμοι φιλοσόφων, οἱ φιλόσοφοι θεῶν, οἱ θεοὶ πίστεως. προγόνων ἀγαθῶν ἐστε, τὰ παρόντα μισεῖτε.

ΛΔ'. Τοῖς ἐν Μουσείῳ[1] σοφοῖς,

Ἐγενόμην ἐν Ἄργει, καὶ Φωκίδι, καὶ Λοκρίδι, καὶ ἐν Σικυῶνι, καὶ ἐν Μεγάροις, καὶ, διαλεγόμενος τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, ἐπαυσάμην[2] ἐκεῖ. τί οὖν, εἴτις ἔροιτο τὸ αἴτιον, ἐγὼ φράσαιμ' ἂν ὑμῖν τε καὶ Μούσαις· ἐβαρβαρώθην· οὐ χρόνιος ὢν ἀφ' Ἑλλάδος, ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι.

ΛΕ'. Ἑστιαίῳ[1].

Ἀρετὴ καὶ χρήματα παρ' ἡμῖν ἀλλήλοις ἐναν-

EP. XXIX. τὸ ἐμπίπλ. δ' αὔξ.] nempe festa *otio* & *conuiuiis* maxime celebrare solebant.

EP. XXX. 1 Ταμίαις] male Lubinus: *Quaestoribus*. Intelligit *Procuratores* in prouinciis, inter quos & Praesides praetoria & proconsulari dignitate, illud initio fuit discrimen, quod sine imperio illi essent, quodque iure apud eos agere non liceret. Quamuis posterius hoc sequentibus temporibus illis concessum. Claudio enim imperante statutum, parem vim rerum habendam, a Procuratoribus Imperatoris iudicatarum, ac si magistratus Romani constituissent. vide Sueton. in Claud. c. 12. & Lipsium in Excurs. ad lib. XII. Annal. Taciti p. 531. Hinc ἀρχὴ πρώτη h. l. tribuitur *Procuratoribus*.

EP. XXXI. 1 Διοικηταῖς] hi quoque *Procuratores* sunt. Nomen de pecuniae publicae *Procuratoribus* vsurpatum Polybio in Excerptis p. 126. De *Procuratoribus* Augustorum in prouinciis diserte Strabo lib. XVII. p. 840. εἰς μὲν τὰς Καίσαρος (ἐπαρχίας) ἡγεμόνας καὶ ΔΙΟΙΚΗΤΑΣ πέμπει.

2 κλάδους κόπτειν, ἐᾶν δὲ τὰς ῥίζας] h. e. actiones quasdam vitiosas punire, non operam dare vero, vt vitiorum habitus, qui radicum habent instar, quibus manentibus infausti illi rami non succrescere non possint, euellantur.

EP. XXXII. 1 Γραμματεῦσι] mentio quoque Γραμματέως in Actibus Apostol. cap. 19. Ex quo loco pariter ac antiquis nummis, Ephesi pariter atque aliarum Asiae ciuitatum, facile patet, primariam Γραμματέως fuisse in eis dignitatem, illi enim passim Γραμματέων nomine signantur. vide obseruata illustri Spanhemio epist. 2. ad Morell. p. 105. sq.

EP. XXXIII. 1 πατέρων δέονται] qui scilicet non nomine tantum tales sint, sed reipsa, omnes numeros officii istius implentes.

EP. XXXIV. 1 τοῖς ἐν Μουσείῳ] museum Alexandrinum intelligit, de quo vide ad Sophistarum vitas in *Polemone* obseruata.

2 διαλεγόμ. τοῖς ἔμπρ. χρ. ἐπαυσ.] confer s. epist. 10.

3 ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι] nempe diuturna cum Graecis conuersatione didicit postremo, disputando & differendo nihil apud eos profici, sed aliis eos opus habere remediis, quibus aegri eorum animi sanentur.

EP. XXXV. 1 Ἑστιαίῳ] frater ille Apollonii, vt patet ex epist. 52. De eo vide dicta in vita Apollonii lib. I. c. 21.

τιώτατα. Μειόμενον γὰρ τὸ ἕτερον, αὔξει τὸ ἕτερον, αὐξανόμενον δὲ μειοῖ. πῶς ἂν δυνατὸν ἀμφότερον περὶ τὸν αὐτὸν γενέσθαι; πλὴν εἰ μὴ τῷ τῶν ἀνοήτων λόγῳ, παρ' οἷς καὶ ὁ πλοῦτος ἀρετή. μὴ δὴ τοσοῦτον ἡμῶν ἀναισθητεῖν ἐπίτρεπε τοῖς αὐτόθι, μὴ δὲ ἕα πλείους ἡμᾶς ὑπολαμβάνειν μᾶλλον, ἢ φιλοσόφους. καὶ γὰρ αἴσχιστον ἀποδημεῖν ἡμᾶς[2] διὰ χρήματα δοκεῖν, [ὀλιγωρούντων αὐτὰ] ἐνίων, ἵνα μνήμην ἑαυτῶν καταλίπωσι, μηδὲ ἀρετὴν ἀσπασάμενοι.

Λς'. Κορινθίῳ Βάσσῳ[1].

Ην Πραξιτέλης Χαλκιδεὺς [2] μαινόμενος ἄνθρωπος. ἧκός ποτε ξιφήρης ἐπὶ θύρας τὰς ἐμὰς, ὑπό σε καλεῖς, τὸν φιλόσοφον[3], καὶ ἀγωνοθέτην τῶν Ισθμίων. τοῦ φόνου δὲ ἦν μισθὸς δεδομένος, ἡ τῆς γυναικός σου κοινωνία, καὶ, μιαρὲ Βάσσε, πολλάκις εὐεργέτης ἐγενόμην σου.

ΛΖ'. Τῷ αὐτῷ.

Εἰ πυνθάνοιτο Κορινθίων τις, πῶς ὁ Βάσσου πατὴρ ἀπέθανεν; ἐροῦσιν ἅπαντες ἀστικοὶ, καὶ οἱ μέτοικοι, φαρμάκῳ. τίνος δόντος; ἐροῦσι καὶ οἱ ὅμοροι, τοῦ φιλοσόφου. καὶ ὁ μιαρὸς τῷ πτώματι τοῦ πατρὸς ἑπόμενος ἔκλαιεν.

ΛΗ'. Τοῖς ἐν Σάρδεσιν[1].

Ἀρετῆς μὲν ὑμῖν πρωτεῖον οὐκ ἔστι, ποίας γὰρ ἀρετῆς; εἰ δὲ κακίας φέρεσθε τὰ πρῶτα, πάντες ὑφ' ἓν φέρεσθε. τοῦτο φήσουσι περὶ τῶν ἐν Σάρδεσιν οἱ ἐν Σάρδεσιν. τίνες; οὐδεὶς γὰρ οὐδενὶ τῶν αὐτόθι φίλος, ὡς ἀρνεῖσθαί τι τῶν ἀτόπων δι' εὔνοιαν.

ΛΘ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Αἰσχρὰ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ταγμάτων ὑμῶν· Κόδδαροι, Ξυρισίταυροι[1]. Ταῦτα τοῖς τέκνοις τίθεσθε τὰ πρῶτα, καὶ εὐτυχεῖτε γίνεσθαι τούτων ἄξιοι.

Μ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Κόδδαροι, καὶ Ξυρισίταυροι. Τὰς δὲ θυγα-

inuicem censentur. Istorum enim quodcunque imminutum fuerit, incrementa alteri addit,& quod creuit alterum imminuit. Qui ergo fieri possit vt vtrumque vni obtingat? nisi stultorum opinione, quibus etiam opes virtus esse videntur. Tu igitur noli permittere, vt adeo nos ignorent vestrates, nec sine eos pro diuitibus nos potius, quam pro Philosophis habere. Turpissimum est enim, diuitiarum studio nos peregre agere videri, maxime cum sint homines, qui, vt memoriam post se relinquant, [easdem contemnunt,] nullo licet virtutis amore teneantur.

XXXVI. Corinthio Basso.

Erat Praxiteles Chalcidensis insaniae oestro percitus. Ille gladio accinctus ad aedes meas peruenit, a te missus, Philosophus qui sis, & in Isthmiis agonotheta. Caedis merces illi concessa erat vxoris tuae consuetudo. Cum tamen te, impurissime Basse, saepius beneficiis adfecerim.

XXXVII. Eidem.

Si quis Corinthiorum quaerat, quomodo Bassi sit mortuus pater? ciues respondebunt omnes,iuxta & inquilini, veneno. [Sin quaerat,] quis dederit? etiam vicini respondebunt, Philosophus. Et tamen sceleratus ille parentis funus secutus fleuit.

XXXVIII. Sardensibus.

Virtutis apud vos principatus non est: Cuius enim esset virtutis? Quod si malitiae principatum reportatis, omnes eodem reportatis modo. Hoc dicent de Sardibus ipsi, quotquot sunt, Sardenses. Qui vero? Nempe nemo ibi degentium alteri est amicus, vt beneuolentia ductus quippiam, quod turpe sit alteri, dissimulet.

XXXIX. Iisdem.

Turpia vel classium vestrarum nomina sunt: Coddari, Xyrisitauri. Haec liberis vestris proponitis tanquam praestantissima, & felices vos iudicatis, si talia obtineatis.

XL. Iisdem.

Vos Coddari, & Xyrisitauri. At filias, &

---

2 ἡμᾶς] Ita omnino legendum pro ὑμᾶς. Scripta nempe haec epistola ab Apollonio in itinere, quod lucri causa ab eo susceptum suspicabantur populares eius.

3 [ὀλιγωρούντων αὐτὰ] verba ista ex coniectura addita, vncinis propterea inclusimus. Locum enim mutilum esse dubitare nolim, adeo quocunque te vertas nullum idoneum sensum ex eo extundas, nisi hoc vel simili modo suppleas. Quibus admissis iam ita plana sunt omnia, vt explicatione opus non habeant.

EP. XXXVI. 1 Βάσσῳ] de quo vid. vitam Apollonii. lib. IV. c. 26.

2 Πραξιτέλ. χαλκιδ.] rursus de eo inf. ep. 59. itemque ep. 74. in simili negotio. nec non ep. 77.

3 τὸν φιλόσοφον] talem enim se Bassus iactabat.

EP. XXXVIII. 2 τοῖς ἐν Σάρδεσ.] ad has Sardianorum factiones seditionesque etiam spectare videntur ep. 56. & 75.

EP. XXXIX. 1 Κόδδαροι, Ξυρισίταυροι] de his siue factionum siue classium apud Sardicenses nominibus difficile aliquid certi afferre, cum nusquam in tota antiquitate haec nomina occurrere amplius, quam in ista & sequenti epistola meminerim.

VXO-

vxores veſtras quomodo appellabitis? nam & hae ex iſtis ſunt ordinibus, imo longe adhuc ſunt audaciores.

τέρας ὑμῶν, καὶ τὰς γυναῖκας πῶς ἂν προσαγορέυοιτε; τῶν γὰρ αὐτῶν ταγμάτων εἰσὶ καὶ αὐταὶ, καὶ θρασυτέραι.

XLI. Iiſdem.

Neque ſeruos quidem veſtros vobis bene velle veriſimile eſt: primo quidem ſerui quod ſunt: deinde quod plerique contrariorum ordinum. Nam & ipſi pariter ac vos ordinem ſuum habent & familiam.

ΜΑ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Οὐδὲ τὺς οἰκέτας ὑμῖν εὐνοεῖν εἰκὸς, πρῶτον μὲν ὅτι οἰκέται· εἶθ' ὅτι τῶν ἐναντίων ταγμάτων οἱ πλεῖσοι. κἀκεῖνοι γὰρ ὁμοίως ὑμῖν ἀπὸ γένους.

XLII. Platonicis.

Si quis Apollonio pecunias dederit, &, qui dat, dignus iudicatus fuerit ab eo; ſi opus habuerit, accipiet. Philoſophiae vero mercedem, ne ſi indigeat quidem, accipiet.

ΜΒ'. Πλατωνικοῖς.

Ἐάν τις Ἀπολλωνίῳ χρήματα διδῶ, καὶ ὁ διδὺς ἄξιος νομίζηται, λήψεται δεόμενος. Φιλοσοφίας δὲ μισθὸν οὐ λήψεται[1], κἂν δέηται.

XLIII. Ad eos qui ſapientes ſibi videbantur.

Si quis ſe meum familiarem dictitat, idem etiam intus domi agentem ſe dicat ab omni balneo abſtinere, animalia non occidere, nec carnes comedere, ſine adfectibus eſſe, ſine inuidia, malignitate, odio, calumnia, inimicitia: ſeque ex liberorum denique genere eſſe. Aut cauendus eſt, vt qui figmenta afferat vitae & morum, verborumque mendacium: vitae plane diuerſae argumenta.

ΜΓ'. Τοῖς οἰησόφοις.

Εἰ λέγει τις εἶναι γνώρμος ἐμὸς, λεγέτω καὶ, μένων ἔνδον[1] ἀπέχεσθαι λυτρῶ παντὸς, ζῶα μὴ κτείνειν, μηδὲ ἔδειν σάρκας, ἀπαθὴς εἶναι, φθόνυ, κακοηθείας, μίσυς, διαβολῆς, ἔχθρας· τῶ τῶν ἐλευθέρων ὀνομάζεσθαι γένυς. ἢ φυλακτέος, πλάσματα φέρων τρόπυ τε καὶ ἤθυς, καὶ λόγων ψευδῶν, ἀλλοτρίυ βίυ πίστιν.

XLIV. Heſtiaeo fratri.

Quid mirum, ſi cum alii homines me diuinum, quidam etiam Deum eſſe cenſeant, ſola id adhuc patria ignoret, propter quam potiſſimum illuſtris eſſe ſtudui? Idipſum enim, ne vobis quidem, fratribus, quantum video, innotuit, quod multos antecellam ſermone, & moribus: alias enim quomodo alium me, quam qui ſim exiſtimaſſetis? O grauem ignorantiam, opus habentium, ſibi vt praeeatur monendo de iis, in quibus ſolis vel indoctiſſimi inſtitutionem non expectent: [ignorantiam] inquam patriae & fratrum. Equidem non latet me quam pulcrum ſit, omnem terram patriam cenſere, omnes homines fratres & amicos, cum Dei genus ſint, eiuſdemque naturae: cum item affectuum omni modo, atque omnibus, eadem ſit communitas, quocunque loco & quacunque conditione quis degat, ſiue Barbarus, ſiue Graecus ſit, aut alias homo. At nulla ſapientia vinci poteſt

ΜΔ'. Ἑστιαίῳ τῷ ἀδελφῷ.

Τί θαυμαστὸν, εἴ με τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἰσόθεον ἡγυμένων, τινῶν δὲ καὶ θεὸν[1], μόνη μέχρι νῦν ἡ πατρὶς ἀγνοεῖ, δι' ἣν ἐξαιρέτως ἐσπούδασα λαμπρὸς εἶναι; τυτὶ γὰρ ἐφ' ὑμῖν τοῖς ἀδελφοῖς, ὡς ὁρῶ, γέγονε φανερὸν, ὡς εἴην πολλῶν ἀμείνων λόγυς τε καὶ ἤθος. ἐπεὶ πῶς ἄν μυ κατεγινώσκετε; χαλεπὴν κατάγνωσιν, ὑπομνήσεως τὴν ἀρχὴν δεομένων, περὶ ὧν μόνων οὐδὲ τῶν ἀμαθεσάτων ἄν τις περιμείνειε διδαχθῆναι[2]· λέγω δὲ πατρίδος τε καὶ ἀδελφῶν. καί τοι οὐ λέληθεν ἡμᾶς, ὡς καλῶς ἔχον ἐσί πᾶσάν τε γῆν πατρίδα νομίζειν, καὶ πάντας ἀνθρώπυς ἀδελφυὺς καὶ φίλυς, ὡς ἂν γένος μὲν ὄντας θεῦ[3], μιᾶς δὲ φύσεως· κοινωνίας δὲ ὄσης, λόγῳ τε παντὶ, καὶ πᾶσι, παθῶν τῆς αὐτῆς, ὅπηγε, καὶ ὅπως ἄν τις τύχη γενόμενος, εἴτι δὴ Βάρβαρος, εἴτι καὶ Ελλην, ἄλλως τε καὶ ἄνθρωπος. ἀλλ' ἔσι γάρ πως τὸ συγγενὲς ἀκατασό-

---

EP. XLII. 1 λήψ. δεόμ. φιλοσ. δὲ μισθὸν οὐ λήψ.] gemina inf. habes in ep. 59.

EP. XLIII. 1 μένων ἔνδον] ita ſupra ep. 8. Inter ea, quae Euphrates criminari in Apollonio poſſet, hoc erat: τῆς οἰκίας οὐδέποτε πρόεισι.

2 λύτρα παντὸς &c.] nempe ea omnia ex inſtitutione Pythagorica quam ſequebatur Apollonius: conf. ſ. ep. 8.

EP. XLIV. 1 ἰσόθεον ἡγεμ. τιν. δ. καὶ θεὸν] vide obſeruata ad vitae Apollonii l. I. c. 2. not. 15. & ibi allegata loca: it. lib. VIII. cap. penultimo.

2 π. ὧν μον. οὐδ. τ. ἀμαθ. ἄντ. περιμ. διδαχθ.] nempe ipſam vitam & mores ſuos ad conuincendos indoctiſſimos ſatis eſſe putat, θεῖον ſe eſſe ἢ καὶ θεὸν, vt ea de re non opus ſit eos ab aliis admoneri.

3 ὡς ἂν γένος μὲν ὄντας θεῦ] nota illa ſententia Arati, & Cleanthis in hymno, Paulo quoque Apoſtolo in oratione ad Athenienſes allegata.

φιγον, καὶ πᾶν ἀνακλητικὸν αὐτῷ τὸ οἰκεῖον. ὅτω ὁ Ομηρικὸς Οδυσσεὺς, ὥς φασιν, ὅτε ἀθανασίαν, ὑπὸ θεᾶς διδομένην, Ιθάκης πρὸτίμησεν [4]. ὁρῶ δ' ἐγώ γε τὸν νόμον τόνδε καὶ διὰ τῶν ἀλόγων ζώων πεφοιτηκότα. ὃ γὰρ ὁπόσον πτηνὸν καλιῶν ἀπόκοιτον ἰδίων. πᾶν τε βύθιον παρασύρεται μὲν ὑπὸ τῦ φέροντος, ἐπάνεισι δὲ μὴ νικηθέν. θηρία μὲν γὰρ ὅτε κόρος ἔπεισεν ἔξω φωλεῶν μεῖναί τινα τότων. ἡ φύσις ἤνεγκεν ἄνθρωπον, καὶ ταῦτα σοφὸν λεγόμενον. ᾧ κὰν πάντα τὰ λοιπὰ γῆ πᾶσα παρέχῃ, μνήματα μὲν ὐκ ἔχει δεῖξαι τὰ πατέρων.

ΜΕ'. Τῷ αὐτῷ.

Ει τῶν ὄντων τιμιώτατον φιλοσοφία, πεπιστεύμεθα δ' ἡμεῖς φιλοσοφεῖν, ὐκ ἂν ὀρθῶς ὑπολαμβανοίμεθα μισάδελφοι, καὶ ταῦτα δι' αἰτίαν ἀγεννῆ τε ἅμα καὶ ἀνελεύθερον. χρημάτων γὰρ δήπυ χάριν ἡ ὑποψία, τότων δε καὶ πρὶν ἢ φιλοσοφεῖν ἐπειρώμεθα καταφρονεῖν. ὥστε τῦ μὴ γράφειν εὐλογώτερον ἂν εἴη πρόφασιν ἑτέραν ὑπονοεῖν. ἐφυλατ]όμην γὰρ ἀληθῆ μὲν γράφων ἀλαζὼν δοκεῖν, ψευδῆ δὲ ταπεινὸς, ὧν ἑκάτερον ἐπίσης ἀνιαρὸν ἀδελφοῖς τε καὶ φίλῳ παντί. νυνὶ μέν τοι καὶ τῦτο δηλῶ. συγχωροίη γὰρ ἂν ἴσως τὸ δαιμόνιον, ὅτι, συμβαλὼν τοῖς ἐν Ρόδῳ φίλοις, μετ' ὀλίγον ἐκεῖθεν ἐπάνειμι πρὸς ὑμᾶς, λήγοντος ἔαρος.

Μς'. Γορδίῳ.

Ηδικῆσθαι φασὶν Εστιαῖον ὑπὸ σῦ, καὶ ταῦτα φίλε γεγονότος· εἶγε σύ τινος φίλος. ὅρα δὴ Γόρδιε μὴ πεῖραν λάβῃς ἀνδρὸς ὃ δοκῶντος, ἀλλὰ ὄντος. ἄσπασαι τὸν υἱὸν Αριστοκλείδην, ὃν ἔυχομαι μὴ παραπλησίον σοι γενέσθαι [1]. καὶ σὺ δ' ἦς νέος ἄμεμπτος.

ΜΖ'. Τυανέων τῇ βυλῇ, καὶ τῷ δήμῳ.

Προστάτ]ασιν ὑμῖν ἐπανιέναι πείθομαι. Τῦτο γὰρ δὴ πρὸς ἕνα πόλει πρεπωδέστερον εἴη, εἰ ἕνεκα τιμῆς μεταπέμποιτο πολίτην ἑαυτῆς. καὶ ὃν ἀπεδήμησα δὲ χρόνον, ἀποδεδήμηκα περιποιῶν [1] ὑμῖν, εἰ καὶ ἐπαχθὲς εἰπεῖν, ἔυκλειάν τε καὶ ὄνομα, καὶ φιλίαν πόλεων ἐπιφανῶν, ὁμοίως δε καὶ ἀνδρῶν. εἰ δὲ καὶ μείζονος ἔτι καὶ κρείττονος ἀξίαν ἐπιδείξασθαι δυνατὸν, ἐπιδείξομαι. ἐπεὶ καὶ τὸ μὴ ἐπιδεῖν ἐνίοτε τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπιδεῖν ἐστιν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἐπιδείξομαι, καὶ ἐπιδείξω τὸν ἄνδρα ὑμῖν ἐπιδείξω, ὃν ἐπιδεῖν ὑμῖν ἐστιν ἐπιδείξω.

cognationis affectus: omniſque res id, quod cognatum eſt ſibi, ad ſe trahit. Sic Homericus Vlyſſes, vt aiunt, ne immortalitatem quidem a Dea oblatam Ithacae praetulit. Ego vero hanc legem etiam inter bruta animantia valere video. Nam quidquid volatile eſt, ſeorſim extra ſuos nidos non cubat. Et quidquid in mari degit, ab illo, qui ceperit, abſtrahitur quidem; non victo tamen affectu eo redire cupit. Feras vero ne fames quidem compellit, vt extra luſtra ſua maneant. Natura hominem produxit, eumque quidem ſapientia celebratum. Cui omnis terra reliqua omnia licet vel maxime largiatur, monumenta tamen parentum quae oſtendere poſſit non habet.

XLV. Eidem.

Si rerum omnium Philoſophia eſt praeſtantiſſima, nos autem philoſophari credimur; minus recte fratres odiſſe exiſtimabimur, idque ob cauſam parum laudabilem, & illiberalem. Nam opum gratia [id fieri] ſuſpicio eſt, quas etiam antequam philoſophari coepiſſem contemnere ſtudui. Adeo vt, cur non ſcripſerim, aliam quamcunque cauſam excogitare rationi conueniens fuerit. Nempe cauebam ne veritatem ſcribens ſuperbus viderer, aut animi abiecti [ſi ſcriberem] falſa: quorum vtrumque aeque moleſtum eſt fratribus, & amico cuiuis. Iam vero id vobis etiam ſignifico. Conceſſerit enim Deus fortaſſis, vt, vbi amicos in Rhodo conueni, non multo poſt inde ad vos veniam, vere finito.

XLVI. Gordio.

Iniuria a te adfici dicunt fratrem Heſtiaeum, idque cum eius amicus factus ſis, ſi modo cuiuſpiam tu es amicus. Caue ergo, o Gordi, ne periculum facias viri, qui non videtur [vir eſſe,] ſed eſt. Saluta filium Ariſtocliden, quem opto vt tibi ſimilis ne euadat. Nempe & tu iuuenis eras omni reprehenſione carens.

XLVII. Senatui, populoque Tyanenſium.

Vobis, vt redeam iubentibus, pareo. Hoc enim in priuato ciuitati honorificum maxime putem, ſi honoris gratia ciuem illa ſuum accerſere poſſit. Sane & quo peregrinatus ſum tempore, peregrinabar, (quamuis id dicere ſit inuidioſum) vt gloriam vobis, & nomen, & amicitiam illuſtrium ciuitatum, pariterque virorum pararem. Quod ſi autem vos maiori ad-

4 ὅτε ἀθαν. ὑπὸ θεᾶς διδ. Ιθ. πρὸτ.] nempe a Calypſo, vid. Homerum Odyſſeae Ε'. v. 102. ſq.

EP. XLVI. 1 μὴ παραπλ. σ. γεν.] mutatione nempe morum, procedentibus annis, in deterius facta, tuo exemplo.

EP. XLVII. 1 ἀποδεδήμηκα περιποιῶν] cum his conferenda ſunt quae Apollonius apud Smyrnaeos differuiſſe refertur lib. IV. de vita eius c. 7.

adhuc, & meliori existimatione digni estis, vires meae, meique ingenii conatus, eousque tantum efficiendo atque nitendo valuere.

XLVIII. Diotimo.

Falsus es, dum me aliqua re opus habere existimasti, aut a te ipso, cum quo nihil vnquam commune habui, aut ab alio quopiam, tui simili, & similiter. Nec illud quod expendere parabas vlli tuo cedebat commodo, cum ego gratiam facere soleam nulla etiam in me facta impensa. Namque ita solum mores meos tuebor. Quod talibus autem moribus, talique dispositione, aduersus omnes sim ciues meos, (nolo enim iam dicere aduersus omnes homines) id cognoscere licet aliorum ciuium exemplo, qui beneficiis a me adfecti sunt, quoties aliqua re opus habuerunt, nunquam vt paria referrent compellati. Noli igitur indignari, quod reprehensus, prout decebat, familiaris meus, eo quod aliquid a te initio accepisset, statim quod acceperat Lysiae reddiderit, amico tuo, amico etiam meo, cum neminem nosset seruorum a te relictorum. Quod si aduersi de me sermones feruntur, ferantur sane etiam imposterum. Quid enim mirum? Nempe necessum est, vt de omni eo quod emineat, quodcunque illud sit, aduersi sermones ferantur. Sic de Pythagora etiam, de Orpheo, de Platone, de Socrate contraria non solum dicebantur, sed etiam scribebantur; quandoquidem simile quid de ipso Deo etiam [dicentibus contigit]. Sed boni viri verum admittunt sermonem, vt cum quo aliqua sit eis cognatio, mali vero [amplectuntur] contrarium. Estque istud hominum genus deridendum, loquar autem de deteriore illo genere. Tantum solum de me iamiam meminisse conueniens erat, quod mihi etiam Dii, ceu viro diuino, testimonium perhibuerint. De se ipso vero praeclarum aliquid dicere & magnum, odiosum est. [Plurimum] valere te iubeo.

τονος ὑμεῖς ὑπολήψεως ἄξιοι, τό γε ἐμὸν, καὶ τὸ παρὰ τῆς ἐμῆς φύσεως, ἐπὶ τοσοῦτον ἐξήρκει μόνον δυνάμεώς τε καὶ σπουδῆς.

ΜΗ'. Διοτίμῳ.

Ἐπλανήθης, οἰηθεὶς δεῖσθαί μέ τινος, ἢ παρ' αὐτοῦ σοῦ, πρὸς ὃν ὀδὲ [1] ἦν μοί ποτε κοινόν τι γεγονὸς, ἢ παρ' ἄλλου τινὸς, ὁμοίως τε καὶ ὁμοίως. ἦν δὲ ὀδὲ τὸ ἀναλωθὲν εἴς τι τῶν σοὶ σωτηρίων, πολύν τε χάριν εἰμὶ ποιῶν, καὶ δίχ' ἀναλώματος [2]. τηρήσω [3] γάρ μου τὸ ἔθος μόνως ἔτως. ὅτι δὲ τοῦτον ἔχω τὸν τρόπον, καὶ ταύτην τὴν διάθεσιν πρὸς ἅπαντας μου τοὺς πολίτας, ἐῶ γὰρ λέγειν ὡς καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ἔξεστι μαθεῖν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν, εὖ παθόντων μὲν ὁσάκις ἐδεήθησάν τινος, ἀμοιβὴν δὲ αἰτηθέντων μηδεμίαν. Μὴ δὴ δυσχεράνῃς, εἰ δεόντως ἐπιτιμηθεὶς ὁ ἐμὸς, ὑπὲρ τοῦ προσέσθαι τι τὴν ἀρχὴν, ἀπέδωκεν εὐθὺς ὃ ἔλαβε Λυσίᾳ, τῷ φίλῳ σου, φίλῳ δὲ καὶ ἐμῷ, ἐπεὶ μηδένα ἠπίστατο τῶν καταλελειμμένων [4] σου παίδων. εἰ δὲ δύο λόγοι περὶ ἐμοῦ λέγονται, λεχθήσονται δὲ καὶ ἐσύστερον. τί θαυμαστόν; ἀνάγκη γὰρ περὶ παντὸς ἄκρου δοκοῦντος καθοτιοῦν ἐναντίους λέγεσθαι λόγους. ἔτως περὶ Πυθαγόρου, περὶ Ορφέως, περὶ Πλάτωνος, περὶ Σωκράτους, οὐκ ἐλέχθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγράφη τὰ ἐναντία· ὅπου γε τὰ ὅμοια καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ. ἀλλ' οἱ μὲν ἀγαθοὶ δέχονται τὸν ἀληθῆ λόγον, ὡς ἂν ἔχοντές τι συγγενὲς [5], οἱ δὲ φαῦλοι τὸν ἐναντίον. καί ἐστι τοῦ τοιούτου γένους καταγελᾶν, λέγω δὲ τοῦ χείρονος. τοσοῦτο μόνον δίκαιον ὑπομνῆσαι περὶ ἐμαυτοῦ τὸ νῦν, ὅτι περὶ ἐμοῦ καὶ θεοῖς [5] εἴρηται ὡς περὶ θείου ἀνδρὸς, οὐ μόνον ἰδίᾳ τισὶ πολλάκις, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ. ἐπαχθὲς λέγειν τὶ περὶ αὐτοῦ πλεῖον, ἢ μεῖζον. ὑγιαίνειν εὔχομαι.

EP. XLVIII. 1 ὀδὲ] editi ὀδὲν, quod mutandum putaui ob subsequens τι.

2 πολύν τε χάρ. εἰμὶ ποιῶν κοὐ δίχ' ἀναλ.] editi habebant πολύτι χάριν δήμοι παθὼν, ὃ δίχ' ἀναλώματος. τηρήσει γάρ μου τὸ ἔθος μόνως ἔτως Lubinus vertebat: *quodque multum mea causa sustinuisti, idque non sine sumtu. Namque ita solum mores meos obseruabis.* Locum corruptum esse non dubitabam, & lectionem vt potui meliorem effingere conatus fui. Vt sensus iam sit: *nullo emolumento suo Diotimum in Apollonium impensas facere, qui nullo etiam beneficio antea obstrictus, benefacere soleat.* Atque hunc sensum sequentibus maxime congruum, in versione etiam repraesentaui. Graeca vero, quae editi exhibebant, neque intelligi, neque verbis latinis verti posse putaui, a quibus tamen ne longe nimis nostra recederet emendatio, operam dedi.

3 τηρήσω] editi τηρήσει, sed hoc quoque mutandum putaui.

4 τῶν καταλελ.] articulum, omissum in reliquis, agnoscebat editio Stephani. Sensum autem plenum hic esse puto, quamuis Lubinus assecutus non fuerit. Diotimus nempe mercaturae causa peregre egerat alicubi, qua iter fecerat Apollonius, ibique ex familia eius nonnemini pecuniam dederat, ipsius necessitatibus inseruituram. Eam ob rem familiarem suum increpauit Apollonius, pecuniamque reddere iussit Lysiae, Diotimi amico, quod neminem nosset famulorum quos eo loco alebat Diotimus, vt res suas curarent.

5 θεοῖς] puto Indorum Philosophos intelligi, qui *Deos* se appellabant, itaque ab Apollonio quoque appellati fuere passim. vide vitam eius maxime lib. III. cap. 18. Eorum autem testimonio sibi ipsi etiam mirum se placere testatur in oratione ad Thespesionem lib. VI. & alibi passim.

ΜΘ'. Φερκιανῷ.

Πάνυ τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπό σε γράμμασιν ἥσθην. πολλὴν γὰρ οἰκειότητα, καὶ γένους ἀνάμνησιν εἶχε, καὶ πέπεισμαι δι' ἐπιθυμίας εἶναί σοι θεάσασθαί με, καὶ ὑπ' ἐμοῦ θεαθῆναι. αὐτὸς ἦν ἀφίξομαι πρὸς ὑμᾶς ὅτι τάχιστα. ὅθεν ἔχε τῶν αὐτόθι. συμμίξεις δέ μοι πλησίον γενομένῳ, πρὸ τῶν ἄλλων οἰκείων τε καὶ φίλων. ἐπεὶ καὶ προσήκει σοι τὸ τοιοῦτο.

Ν'. Ευφράτῃ.

Εν γένει δαιμόνων ὁ σοφώτατος Πυθαγόρας[1] ἦν. σὺ δὲ ἔτι μοι δοκεῖς πορρώτατω φιλοσοφίας εἶναι, καὶ ἀληθινῆς ἐπιστήμης, ἢ οὐκ ἂν ὅτε ἐκεῖνον κακῶς ἔλεγες, ὅτε τινας τῶν ζηλούντων αὐτὸν μισῶν διετέλεις. ἄλλο τί σοι νῦν πρακτέον ἂν εἴη· φιλοσοφίας γὰρ ἥμβροτες, οὐδ' ἔτυχες μᾶλλον, ἢ Μενελάου Πάνδαρος, ἐν τῇ τῶν ὅρκων συγχύσει[2].

ΝΑ'. Τῷ αὐτῷ.

Επιτιμῶσί σοί τινες, ὡς εἰληφότι χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως[1]. ὅπερ οὐκ ἄτοπον, εἰ μὴ φαίνοιο φιλοσοφίας εἰληφέναι μισθὸν[2], καὶ τοσαυτάκις, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ παρὰ τοῦ πεπιστευκότος εἶναί σε φιλόσοφον.

ΝΒ'. Τῷ αὐτῷ.

Εάν τις ἀνδρὶ Πυθαγορείῳ συγγένηται, τίνα παρ' αὐτοῦ λήψεται, καὶ ὁπόσα; Φαίην ἂν ἔγωγε· νομοθετικὴν, γεωμετρίαν, ἀστρονομίαν, ἀριθμητικὴν, ἁρμονικὴν, μουσικὴν, ἰατρικὴν, πᾶσαν θείαν μαντικὴν[1]. τὰ δὲ καλλίω, μεγαλοφροσύνην, μεγαλοψυχίαν, μεγαλοπρέπειαν, εὐσέβειαν, εὐφημίαν, γνῶσιν θεῶν καὶ δόξαν, εὐδησίν δαιμόνων οὐχὶ πίστιν[2], φιλίαν ἑκατέρων, αὐτάρκειαν, ἐκτένειαν, λιτότητα, βραχύτητα τῶν ἀναγκαίων[3],

XLIX. Pheruciano.

Litteris a te missis maximopere delectatus sum. Multam enim familiaritatem, & generis recordationem continebant. Credoque tibi vt me videas, & a me videaris in votis esse. Ipse ergo ad vos veniam, idque quantocyus. Quare isthac maneas velim. Conuersaberis vero mecum, vbi appropinquauero, prae reliquis familiaribus & amicis. Nempe hoc tibi a me debetur.

L. Euphratae.

In Deorum genere sapientissimus Pythagoras erat. Tu vero a vera Philosophia & scientia mihi adhuc longissime distare videris, alias sane neque ipsi maledixisses, neque quosdam imitatorum eius odio prosequi pergeres. Aliud ergo iam tibi faciendum erit. Nam a Philosophia aberrasti, nec eam magis es assecutus, quam Pandarus Menelaum, in pactorum solutione.

LI. Eidem.

Reprehendunt te quidam, quod pecuniam ab Imperatore acceperis: quod absurdum non est, nisi videaris Philosophiae mercedem accepisse, & toties, & tam magnam, & ab illo, qui te Philosophum esse putabat.

LII. Eidem.

Si quis ad virum Pythagoraeum accedat, quaenam ab ipso, & quanta accipiet? Dicam ego. Artem condendi leges, Geometriam, Astronomiam, Arithmeticam, Harmonicam, Musicam, Medicinam, vniuersam diuinam diuinationem. Et quae pulcriora adhuc, animi magnitudinem, grauitatem, constantiam, bonam famam, cognitionem Deorum non opinionem, scientiam Daemonum certam non credulum assensum, amicitiam vtrorumque, suis vt sit contentus, assiduitatem, frugalitatem, facilitatem rerum necessariarum, sensuum in-

---

EP. L. 1 ἐν γένει δαιμ. ὁ σοφ. Πυθαγ.] Θεοὶ nempe καταχθόνιοι in Aureis Carm. homines excellenti virtute. Et finis aur. Carm. de illa, sapientiae praecepta obseruante:

ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει

& paulo post:

Εσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος οὐκέτι θνητός

Viuusque creditus a multis Pythagoras a Ioue descendisse, & Apollo esse Hyperboreus, vt ex iis, qui vitam eius scripsere, notissimum est, quemadmodum simili ratione Apollonius Indorum quoque sapientes, imo & seipsum, *Deos* passim vocat. vid. ad ep. 48. not. vlt.

2 ἢ Μενελάου Πάνδαρος ἐν τ. τ. ὅρκ. συγχύσει] τῶν ὅρκων σύγχυσις est *pactorum solutio*, eorum nempe, quibus bellum monomachia inter Paridem & Menelaum conficiendum esse pacti erant Graeci & Troiani, de qua Iliados Homericae Δ' agitur, quae ipsa nomen inde sortita est. Ibi igitur Pandarus telo petens Menelaum, postquam victus ab eo esset Paris, excidit scopo, nam leuiter tantum ferire Menelaum ei datum fuit.

EP. LI. 1 ὡς εἰληφ. χρήμ. π. τ. βασιλέως] ab Imp. Flauio Vespasiano, qua de re plura in vita Apollonii lib. VI. c. 38. adde & supr. ep. 5.

2 εἰ μὴ φαίν. φιλοσ. εἰληφ. μισθὸν] similia habes supra ep. 42. ex quibus optime haec illustrantur.

EP. LII. 1 θείαν μαντικὴν] ita vocat vt τῇ τῶν γοήτων μαντείᾳ contradistinguat. μαντικὴ autem illa diuina quae sit, solicite ostendit Philostr. vita Apollonii lib. V. cap. 12. eamque discrimine eius a γοητικῇ ostenso, Apollonio vindicat

2 εὐδ. δαιμ. οὐχὶ πίστιν] πίστις hic aequipollet δόξῃ & assensum notat sine ratione euidente.

3 βραχύτητα τῶν ἀναγκαίων] per ἀναγκαῖα intelligit ea quae ad hancce vitam sustinendam pertinent, qualia edere & bibere, ceteraque naturae opera, in quibus βραχύτητα

tatem,

tegritatem, agilitatem, respirationem facilem, colorem conuenientem, sanitatem, tranquillitatem, immortalitatem. A te vero quid consequuntur qui te vident? Nempe virtutem illam, quam habes.

LIII. Claudius Tyanensium Senatui.

Apollonium ciuem vestrum, Pythagoreum philosophum, qui pulcre Graeciam obiuit, & iuuenibus nostris plurimum profuit, condignis honoribus quod adfeceritis, quibus viros bonos, & qui reuera Philosophiae praesunt, aequum est, ideo beneuolentiam nostram per litteras vobis notam facere voluimus.

LIV. Romanorum Praesidibus.

Portuum, & aedificiorum, & porticuum [aedibus & templis] circumpositarum, atque ambulacrorum plerisque vestrum cura est. Puerorum vero in vrbibus, & iuuenum, & mulierum neque vobis, neque legibus cura est. An vobis igitur imperium tradi bonum erat?

LV. Fratri Apollonius.

Naturale est, vt quaeuis res consummata denique transeat: hocque ipsum rebus omnibus senectam inducit, post quam non subsistere possunt amplius. Ne igitur te offendat vxoris in ipso aetatis flore iactura, nec quoniam mors aliquid dicitur, tu vitam potiorem esse iudica, quae omnino deterior esse apud eos censetur, quibus [bona] mens est. Te igitur fratrem praesta eius, qui communissima professione philosophus, peculiari vero Pythagoraeus est, & Apollonius, vtque antiquum obtineat familia tua effice. Si quid enim in priori coniuge reprehensum a nobis sit, non sine causa id reformidare videbamur. Sin vero illa honestatis obseruans extitit, virique amans, proptereaque existimatione digna, quid animo agitantes similia de altera non etiam expectemus? Quam verisimile est etiam melio-

ἐυαισθησίαν, ἐυκινησίαν[4], ἐυπνοίαν, ἐυχροίαν, ὑγείαν, ἐυψυχίαν, ἀθανασίαν[5]. παρά σε δὲ τί λαβόντες ἔχουσιν οἱ ἰδόντες; ἢ δηλονότι τὴν ἀρετὴν, ἣν ἔχεις[6].

ΝΓ'. Κλαύδιος Τυανέων τῇ βουλῇ.

Ἀπολλώνιον, τὸν ὑμέτερον πολίτην, Πυθαγόρειον φιλόσοφον, καλῶς ἐπιδημήσαντα τῇ Ἑλλάδι, καὶ τοὺς νέους ἡμῶν ὠφελήσαντα, τιμήσαντες ἀξίαις τιμαῖς, αἷς πρέπει τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, καὶ ἀληθῶς προϊσαμένους φιλοσοφίας, τὴν ἔυνοιαν ἠθελήσαμεν ὑμῖν δι' ἐπιστολῆς φανερὰν γενέσθαι.

ΝΔ'. Δικαιωταῖς Ῥωμαίων.

Λιμένων, καὶ οἰκοδομημάτων, καὶ περιβόλων, καὶ περιπάτων ἐνίοις ὑμῶν πρόνοια· παίδων δὲ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ νέων, ἢ γυναικῶν, ἆρ' ὑμῖν, ἅτε τοῖς νόμοις φροντίς. ἢ καλὸν ἂν ἦν τὸ ἄρχεσθαι;

ΝΕ'. Τῷ ἀδελφῷ Ἀπολλόνιος[1].

Φύσιν ἔχει τῶν τελειωθέντων ἕκαστον ἀπεῖναι, καὶ τοῦτο παντὶ γῆρας ἐστὶ, μεθ' ὃ μηκέτι μένει. μὴ δή σε λυπείτω τῆς γυναικὸς ἡ ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ἀποβολή· μὴ δὲ, ἐπεὶ θάνατός τι λέγεται, κρεῖττον αὐτῇ τὸ ζῆν ὑπολάμβανε, χεῖρον ὂν τῷ παντὶ, τοῖς νῦν ἔχουσι. γενοῦ δὴ ἀδελφὸς, τὸ μὲν κοινότατον, φιλοσόφῳ, τὸ δ' ἐξαίρετον Πυθαγορείῳ, καὶ Ἀπολλωνίῳ. καί σε τὴν οἰκίαν τὴν αὐτὴν ποίησον[2]. εἰ μὲν γὰρ ἐνεκαλεῖτό τι τῇ προτέρᾳ[3], κἂν εἰκότως ἐδοκοῦμεν ἀποδειλιᾶν. εἰ δ' ἡμῖν σεμνή τε διετέλεσεν οὖσα, καὶ φίλανδρος, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιζητήσεως ἀξία, τί καὶ διανοηθέντες οὐκ ἂν ὅμοια καὶ περὶ τῆς μελλούσης προσδοκοίημεν; ἦν εἰκὸς ἂν ἐθελῆσαι καὶ ἀμείνονα

hanc commendat etiam Epictetus Enchirid. c. 63. Ἀφύλας, inquit, σημεῖόν, τὸ ἰνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα, οἷον ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποκαθεῦδειν, ὀχεύειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον &c.

4 ἐυκινησίαν] hanc Stephani & Cuiacii lectionem praeferre visum ei quam Lubinus exhibet, qui habet ἐυνικησίαν, & vertit *superandi facilitatem.*

5 ἀθανασίαν] vide ad ep. 50.

6 τὴν ἀρετὴν ἣν ἔχεις] id est *speciem* virtutis, non veram virtutem, hanc enim non habebat Euphrates.

EP. LIII. 1 Κλαύδιος] Imperatoris Claudii in Apollonium beneuolentia penitus praeterita vitae eius scriptori. Hanc itaque ille vel non vidit epistolam, vel fidem ei non habuit. Ceterum hanc epistolam ita cum Apollonii historia concinnandam duco. Diutissime in itinere ad Indos & in Asia commoratus Apollonius, Tyanensium decreto perhonorifico domum est reuocatus, aliisque honoribus auctus. Factum id paulo ante Claudii excessum, hancque epistolam, si fidem tamen meretur, paulo antequam vita discederet, Claudius scripserit oportet. Certe enim reliquo tempore in Indis versatum sub Vespasianis & Nerone ΜΑΛΙΣΤΑ εἰς τὸ φανερὸν vixisse se ait l. VIII. c. 7. s. 11. vt non neget penitus aliqua regni Claudii parte sed iamiam inclaruisse.

EP. LIV. 1 Δικαιωταῖς] Pro-Consules & Praetores Prouinciarum videtur intelligere, apud eos enim proprie iure agere licebat, vt notum antiquitatum Romanorum vel tyronibus, quamuis sub Claudio ea procuratoribus nonnunquam sit facta potestas.

EP. LV. 1 Ἀπολλώνιος] ed. habebant Ἀπολλωνίᾳ, male.

2 καί σε τὴν οἰκίαν τ. αὐτ. ποίησον] ad verbum: *familiam tuam eandem fac*, quae nempe antea erat: h. e. matrem familias ei redde, ducta vxore: quem sequentia manifestissime sensum postulant, a quo plane aberrauerat Lubinus?

3 τῇ προτέρᾳ] subint. γυναικί. Nempe suadet, vt familiam nouo matrimonio restituat, & eandem faciat. Id enim merito quidem reformidare cum, qui vxorem stolidam & parum commodam habuisset; at cum suauissima fuerit & optima, quam frater amiserat, id ipsum mouere eum debere, vt ad nouas nuptias festinet.

γεν-

γενέσθαι, μηδαμῶ τῆς προτέρας ἀμελείᾳ κακωθείσης[4]. δυσωπείτω δέ σε καὶ τῶν ἀδελφῶν ὕτω μέχρι νῦν ἔχοντα. τῷ πρεσβυτάτῳ[5] μὲν γὰρ οὐδὲ γάμος ἀδέπω· τῷ νεοτάτῳ δὲ ἐλπὶς μὲν ἔτι παιδοποιίας, ἐν προκοπῇ δέγε τῷ χρόνῳ. καὶ ἡμεῖς μὲν ἑνὶ γεγόναμεν· τρισὶ δ' ἡμῖν οὐδὲ εἷς. ἴσος δὲ καὶ ὁ κίνδυνος τῇ πατρίδι, καὶ τῷ βίῳ τῷ μεθ' ἡμᾶς. εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀμείνους τῶ πατρὸς, ἄλλως δὲ, καθ' ὃ πατὴρ, χείρους, πῶς οὐκ ἂν βελτίους ἐξ ἡμῶν εἰκὸς ἂν ὑπάρξαι; γενέσθωσαν οὖν τινὲς οἷς παραθησόμεθα γῶν ὀνόματα, ὡς ἡμῶν οἱ πρόγονοι συνύφηναν. ὑπὸ δακρύων δ' οὐχ οἷός τε ἐγενόμην πλείονα γράψαι, καὶ οὐδὲ εἶχον ἀναγκαιότερα τούτων.

rem esse velle, si in priorem quidem contemtu iniurium te non viderit esse. Praeterea res fratrum tuorum te moueat quaeso, ita hucusque comparata. Maior enim natu vxorem nunquam duxit. De iuniore adhuc procreandae sobolis spes est, vt tamen haut exiguam temporis moram id requirat. Nosque tres quidem vni nati parenti sumus: nobis vero tribus ne vnus quidem. Aequale sane inde periculum & patriam & posteritatem manet. Si enim nos patre nostro meliores sumus, (alias licet, quatenus pater est, eo inferiores,) qui verisimile non sit ex nobis meliores prodituros? Nascantur ergo, quibus nostra quoque nomina relinquamus, vt & patres nostri [seriem illam posteritatis] contexuerunt. Prae lacrumis autem plura scribere non potui, neque istis necessaria magis [quae scriberem] habui.

Νς'. Σαρδιανοῖς[1].

Κροῖσος ἀπέβαλε τὴν Λυδῶν ἀρχὴν, Αλυν διαβάς. ἐλήφθη ζῶν, ἐδέθη πέδαις, ἐπὶ πῦρ ἀνεβιβάσθη, τὸ πῦρ εἶδεν ἡμμένον, αἰρόμενον εἰς ὕψος· ἔζησεν, ἐδόκει γὰρ τῷ θεῷ τετιμημένος. τί οὖν ὕστερον ὅτος ὁ πρόγονος ὑμῶν ἅμα καὶ βασιλεύς; ὁ ταῦτα παθὼν παρὰ τὴν ἀξίαν, τραπέζης ἐκοινώνησε τῷ πολεμίῳ, σύμβουλος ἦν ἕυνος, πιστὸς φίλος. ὑμῖν δὲ ἄσπονδα, καὶ ἀκήρυκτα, καὶ ἀμείλικτα, ἔτι τε ἀνίερα, καὶ ἄθεα τὰ πρὸς γονεῖς, πρὸς τέκνα, τὰ πρὸς φίλους, συγγενεῖς, φυλέτας. ἐχθροὶ γεγόνατε, μήτε τὸν Αλυν διαβάντες, μήτε δεξάμενοί τινα ἄνθρωπον ἔξωθεν[2]. καὶ ἡ γῆ φέρει καρπὸν ὑμῖν, ἄδικος ἡ γῆ[3].

LVI. Sardianis.

Croesus Lydorum principatum perdidit Haly superato. Captus est viuus, ligatus compedibus, in rogum impositus, ignem vidit accensum, & in altum sublatum: vixit tamen, nam Deo carus fuit. Quid autem postea egit hic vester progenitor simul & rex? Qui nullo suo merito talia passus erat, ad mensam hostis sui adhibitus est, consiliarius ei fuit beneuolus, & amicus fidus. Apud vos autem perfida omnia, illegitima, implacabilia, quin etiam profana, & impia, aduersus parentes, liberos, amicos, cognatos, tribules. Infesti estis, neque Halyn superantes ipsi, neque extraneos suscipientes. Et terra vobis fructum fert? iniustam terram!

Νζ'. Συγγραφεῦσι λογίοις.

Φῶς παρουσία πυρὸς, ἢ οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο. πῦρ μὲν οὖν αὐτὸ τὸ πάθος, καὶ ᾧ γίνεται, καίεται γῶν. φῶς δὲ ταῖς ὄψεσι μόνον αὐγὴν ἑαυτῶ παρέχεται, μὴ βιαζόμενον αὐτὰς, ἀλλὰ πείθον. τοίνυν καὶ λόγος, ὁ μὲν ὥσπερ πῦρ, καὶ πάθος· ὁ δὲ ὥσπερ αὐγὴ καὶ φῶς ἐστιν· ὃ κρεῖττον ὄν, εἰ μὴ μεῖζον εὐχῆς τὸ ῥηθησόμενον, εἴη μοι.

LVII. Ad scriptores eruditos.

Lumen ignis est praesentia; Certe enim alio ille modo non extiterit. Ignis ergo ipsum illud est, quo afficimur, & cui ille obtigerit, is vritur. Lumen vero oculis tantum sui splendorem exhibet, non vim faciendo sed leniter persuadendo in eos agens. Sic etiam sermo, alius ignis quasi est, & id quod aegre nobis facit: alius splendoris & luminis instar habet. Quod melius cum sit, nisi id, quod dicam, voto est maius, mihi vt obtingat velim.

---

4 μηδ. τ. προτ. ἀμ. κακωθ.] sensus est, nouae vxori incitamento hoc fore ad bene gerendam rem, quod videat priorem in pretio aliquo fuisse, quam luctu etiam decenter prosequatur Hestiaeus, qui est frater Apollonii, ad quem hic scribit.

5 τῷ πρεσβυτάτῳ] ipsum nempe Apollonius sese intelligit, qui erat fratrum post Hestiaeum πρεσβύτατος. Nam Εστιαῖον quidem natu maximum fuisse suspicor ex vita Apollonii l. I. c. 13. Fratrum minimi ibi mentio nulla, forte quod aetas tenerior eiusdem nihil suppeditaret memoratu dignum. Nam patre moriente ipse Apollonius, qui aetate eum antecedebat, maiorennis nondum fuit.

EP. LVI. 1 Σαρδιανοῖς] similis argumenti ad Sardianos inf. epistola est n. 75.

2 ἐχθροὶ γεγόν. μήτε τὸν Αλ. διαβ. μήτε δεξάμ. τινα ἄνθρ. ἔξωθεν] exprobrat illis τὸ ἄμικτον, quantum ego perspicio, atque τὸ ἄξενον, quod scilicet nulla cum hominibus commercia amicitiae obeant, vel ad alios commeando, vel ad se commeantes benigne & hospitali beneuolentia suscipiendo. Idem vitium exprobrabat Iudaeis Apollonius apud Philostr. vita eius lib. V. c. 29. & Lacedaemoniis Thespesion apud eundem lib. VI. c. 20.

EP. LVII. 1 συγγρ. λογίοις] spectat haec epistola ad ea, quae leguntur vit. Apollonii lib. IV. c. 30.

LIIX. Valerio.

Nulla omnino res interit, niſi in ſpeciem, quemadmodum nec gignitur quicquam, niſi ſpecie. Vbi enim aliquid ex ſtatu *eſſentiae* in *naturae* ſtatum tranſit, id generatio videtur: mors contra, vbi ex ſtatu *naturae* ad ſtatum *eſſentiae* redit. Cum interea vere nihil quidquam generetur, aut corrumpatur, ſed tantum conſpicuum ſit modo, modo conſpectui ſubducatur rurſum, illud quidem propter materiae craſſitiem, hoc vero propter *eſſentiae* tenuitatem, quae ſemper eadem eſt, motu tantum & quiete differt. Illud enim proprium neceſſario mutationis, quae extrinſecus non aduenit, ſed qua totum in partes tranſmutatur: partes autem in totum reuertuntur, dum omne, quicquid eorum eſt, coniungitur. Quod ſi aliquis dicat: quidnam illud eſt, quod modo viſibile, inuiſibile modo, ſiue iiſdem fieri ſolet ſiue diuerſis? Reſponderit aliquis, vt fert generis cuiuſuis rerum in mundo poſitarum ingenium, plenum quod ſit, id viſibile fit propter craſſitiei renitentiam: inuiſibile autem fit, ſi vacuum quaſi fiat raritate ſua: materia, quae vi quadam detinetur, ex continente eam vaſe aeterno, quod nec ortum habet nec interitum, diffluente. Quid vero dicemus de errore quem tanto tempore nemo redarguit? Arbitrantur nempe nonnulli, vbi patiendo tantum operam praeſtitere, ibi ſe aliquid effeciſſe, ignari, quod quidquid naſcitur per parentes non a parentibus [tanquam cauſa effectrice] naſcatur, quemadmodum quidquid e terra creſcit, non

ΝΗ'. Ουαλερίῳ.

Θάνατος ἀδὲις ἀδενὸς, ἢ μόνον ἐμφάσει, καθάπερ ἀδὲ γένεσις ἀδενὸς, ἢ μόνον ἐμφάσει. τὸ μὲν γὰρ ἐξ ὐσίας τραπὲν εἰς φύσιν[1], ἔδοξε γένεσις· τὸ δὲ ἐκ φύσεως εἰς ὐσίαν, κατὰ ταῦτα θάνατος. ὅτε γιγνομένϗ καθ' ἀλήθειάν τινος, ὅτε φθειρομένϗ ποτέ· μόνον δὲ ἐμφανὲς ὄντος, ἀοράτϗ τε ὕστερον, τὸ μὲν διὰ παχύτητα τῆς ὕλης, τὸ δὲ διὰ λεπτότητα τῆς ὐσίας, ἔσης μὲν ἀιὲι τῆς αὐτῆς, κινήσει δὲ διαφερούσης καὶ στάσει. τοῦτο γὰρ πϗ τὸ ἴδιον[2], ἀνάγκη, τῆς μεταβολῆς, ἐκ ἔξωθεν γινομένης ποθέν· ἀλλὰ τοῦ μὲν ὅλϗ μεταβάλλοντος εἰς τὰ μέρη, τῶν μερῶν δὲ εἰς τὸ ὅλον τρεπομένων, ἑνότητι τοῦ παντός. εἰ δὲ ἐρήσεταί τις· τί τοῦτό ἐςι τὸ ποτὲ μὲν ὁρατὸν, ποτὲ δὲ ἀόρατον, ἢ τοῖς αὐτοῖς γινόμενον, ἢ ἄλλοις[3]; φαίη τις ἂν, ὡς ἔθος ἑκάστϗ ἐςὶ τῶν ἐνθάδε γενῶν, ὃ πληρωθὲν[4] μὲν, ἐφάνη διὰ τὴν τῆς παχύτητος ἀντιτυπίαν· ἀόρατον δέ ἐσιν, κενωθὲν διὰ λεπ[τ]ότητα[5]. τῆς ὕλης βίᾳ περιχυθείσης[6] ἐκρυείσης[7] τοῦ περιέχοντος αὐτὴν αἰωνίϗ μέτρϗ[8], γενητοῦ δὲ ἀδαμῶς, ἀδὲ φθαρτοῦ. τί δὲ καὶ τὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τοσοῦτον ἀνέλεγκτον; οἴονται γάρτινες, ὃ πεπόνθασιν αὐτοὶ, τοῦτο πεποιηκέναι, μὴ εἰδότες, ὡς ὁ γεννηθεὶς διὰ γονέων γεγέννηται, ἐχ ὑπὸ γονέων[9], καθάπερ τὸ διὰ γῆς φυὲν, ἐκ

EP. LVIII. 1 τὸ μὲν γὰρ ἐξ ὐσίας τραπὲν εἰς φύσιν] nempe cum Pythagoraeis & Platonicis rerum ὐσίας vel, vt Platonici loquuntur, *ideas* aeternas ſtatuit. Quae vbi per γένεσιν *generationem* ſenſibili modo exiſtere incipiunt εἰς φύσιν τρέπεσθαι dicuntur: hincque patet, cur ſpecietenus tantum *generationes* fieri dicat, ſiue *ortus* rerum & *interitus*. Nempe quod *oritur* non tum demum exiſtere incipit, ὐσία enim eius aeterna eſt, εἰς φύσιν τρέπεται tantum, h. e. *ſenſibilem ſpeciem* induit, & in regnum naturae inducitur. Contra quod perit, e regno naturae educitur rurſum, *ſenſibili ſpecie* exuta, manente ὐσίᾳ. Verti autem ὐσίαν *eſſentiam*, quae puriorem rerum naturam hoc loco ſignificat, corporea & ſenſibili veſte exutam, quod vocem magis conuenientem inuenire non poſſem.

2 τοῦτο γὰρ πϗ τὸ ἴδιον &c.] ſenſum me aſſecutum confido. Hoc ipſum, nempe κινήσεως καὶ στάσεως *motus* & *quietis* vices, proprias eſſe dicit mutationi, quae extrinſecus non adueniat, & quae proinde neceſſario ſit ab intrinſeco rei motu & quiete, quibus illa modo in partes diſcerpatur, modo ex illis, vt vnum ſit rurſus, coniungatur. Ita nempe huiuſmodi motu modo ὐσίας ex mundi intelligibilis ἑνότητα, in *multiplicitatem* mundi ſenſibilis tranſire, modo verſa vice.

3 ἢ τ. ἀυτ. γιν. ἢ ἄλλ.] nempe res per vices ortum interitumque ſuum habentes, prout vices ſuas obierint breui temporis ſpatio, vel *iiſdem* hominibus vel *aliis* denuo apparent, vt ſit perpetuus earum apparentium & diſparentium circulus.

4 πληρωθὲν] nimirum ſtatum *idealem*, vel vt noſter loquitur ὐσίας, concipimus tanquam ἀραιὸν *rarum* & *tenuem*, qui eſt fere hominum de *ſpirituali* natura conceptus. Quando itaque ὐσία per generationem phyſicum ſubit ſtatum, corporeamque naturam induit, tum πληρῶται *rara* & *tenuis* eius natura, h. e. *inſpiſſatur*, *impletur*, atque ſicut noſter ait, ἑνὶ *viſibilis* fit propter *craſſioris naturae* (παχύτητος) quae a materia eſt, ἀντιτυπίαν, (*impenetrabilitatem* fere philoſophi dicunt,) quae ſcilicet efficit, vt reflexi in quouis corpore lucis radii viſui illud ſiſtant. Hinc & ſequentia confido clara eſſe.

5 κενωθὲν διὰ λεπτότητα] editi habebant ἐι κενωθὲν. Redundabat ἐι, niſi legere velis ἐι κενωθείη. Senſus perſpicuus: vt nempe ὐσία viſibilis fiebat *corporea natura* IMPLETA & quaſi *inſpiſſata*, ita eadem inuiſibilis fit, *raritati* ſuae priori reſtituta & quaſi VACVA a craſſiore natura corporea.

6 τῆς ὕλης βίᾳ περιχυθείσης] perſeuerat in allegoria. Nempe cum materiam *implere* dixiſſet ἀραιότητα τῆς ὐσίας, *capacitatem & vacuitatem eſſentiae*. Certe ab *eſſentia* περιχίεται i. e. *ambitur* & cingitur materia, ſicut liquor a vaſe. Id vero βίᾳ δι dicitur fieri: quia ſtatus ille ὐσίας non eſt naturalis, vt quae ad perfectiorem ſtatum ſit nata.

7 ἐκρυείσης] male in editis additum τε, quod omiſimus.

8 ἀιωνίϗ μέτρϗ] per ἀιώνιον μέτρον intelligit id ipſum, quod ὐσίαν antea vocauit, quae *materia*, cuiuſdam βάσις ad inſtar impleta εἰς φύσιν τρέπεται, adeoque viſibilis fit, quo ipſo ea, quam vocamus, γένεσις, *generatio* perficitur. Diffluente vero materia ob tenuitatem ſuam, quam ὐσία tanquam βάσις quoddam continet, inuiſibilis fit res, ὐσία interea, vt quae ſit μέτρον ἀιώνιον, perſiſtente. Atque hoc nobis dicitur *corruptio*.

9 διὰ γονέων γεγέν. ἐχ ὑπὸ γον.] redarguit errorem eorum, qui in generationibus gignentes cauſas *efficientes* ſtatuunt, qui potius ſint cauſae *patientes*, vt in quibus ὐσία, iam exiſtens, nouo tantum *modo* & πάθει induatur. Sed iſta ex ſequentibus rectius intelligentur.

ἐκ γῆς[10] φύεται. πάθος τε οὐδὲν τῶν φαινομένων περὶ ἕκαστον, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ ἓν ἑκάστῳ[11]. τοῦτο δὲ τί ἂν ἄλλό τις εἴποι, ἢ τὴν πρώτην οὐσίαν, ὀρθῶς ἂν ὀνομάσειεν; ἣ δὴ μόνη ποιεῖται καὶ πάσχει, πᾶσι γινομένη πάντα, θεὸς ἀΐδιος, ὀνόμασι δὲ καὶ προσώποις ἀφαιρεμένη τὸ ἴδιον, ἀδικουμένη τε. καὶ τοῦτο μὲν ἔλαττον. τότε δὲ κλαίεταί τις, ὅταν θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γένηται τρόπου μεταβάσει, καὶ οὐχὶ φύσεως[12]. ὡς δὲ ἔχει τὸ ἀληθὲς οὐ πενθητέον σοι θάνατον, ἀλλὰ τιμητέον, καὶ σεβαστέον. τιμὴ δὲ ἡ ἀρίστη τε καὶ πρέπουσα, εἰ ἀφεὶς θεῷ τὸν ἐκεῖ γενόμενον[13] ἀνθρώπων τῶν πεπιστευμένων τὰ νῦν ἄρχοις, ἧ πρότερον ἦρχες. αἰσχρὸν εἰ χρόνῳ μὴ λογισμῷ γένοιο βελτίων[14], εἰ χρόνος καὶ τὰς κακὰς λύπης ἔπαυσε. μέγιστον ἀρχὴ ἱκανή. καὶ περὶ μεγίστων ἄρχων, ἄριστος, ὃς ἐὰν αὐτῷ πρότερον ἄρχῃ. πῶς δὲ καὶ ὅσιον ἀπεύχεσθαι τὸ βουλήσει θεοῦ γενόμενον; εἰ τάξις ἐστὶ τῶν ὄντων, (ἔστι δὲ,) καὶ θεὸς ἐπισατεῖ ταύτης, ὁ δίκαιος οὐ βουλήσεται τὰ ἀγαθά, πλεονεκτικὸν γὰρ καὶ παρὰ τάξιν τὸ τοιοῦτον· ἡγήσεται δὲ τὰ γινόμενα συμφέρειν. πρόελθε, καὶ θεράπευσαι· δίκασον, καὶ παρηγόρησον τοὺς αἰτίους, τῶν δὲ δακρύων ὅτως ἀποτρέψεις. οὐ τὰ ἴδια τῶν κοινῶν, ἀλλὰ τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων προτιμητέον. οἷον δέ σοι καὶ τὸ τῆς παραμυθίας εἶδος· σὺν ὅλῳ τὸν υἱὸν ἔθνει πεπένθηκας. ἄμειψαι τοὺς μετά σου λελυπημένους· ἀμείψῃ δὲ, ἐὰν

efficiente terra producitur. Rerum vero visibilium modus nullus singulorum est *indiuiduorum*, sed [omnis modus] vnius est rei singularis. Hoc vero quo alio quis nomine vocans, quam *primae essentiae*, recte nominauerit? quae sane sola efficit, & patitur, & fit omnia in omnibus, Deus aeternus: nominum tantum, & repraesentationum varietate proprium [nomen] amittens, iniuste licet. Et hoc quidem minimum est. At vero tum plorat etiam aliquis, quando Deus ex homine fit, modo mutato, non ipsa natura & essentia. Si veritatis autem ratio habenda, mors tibi non dolenda, sed colenda, & reuerenda est. Cultus vero optimus & te decens, si Deo relinquens eum, qui isthuc peruenit, hominibus tuae fidei iam concreditis imperes, vt ante imperasti. Turpe tibi si temporis diuturnitate, non ratione melior euadas, quandoquidem tempus etiam malis hominibus dolorem leniat. Maxima res est magistratus amplior dignitas. Qui vero magnis rebus praeest optimus fuerit, sibi ipsi sibi prius praeesse didicerit. Qui autem fas sit illud deprecari, quod consilio Dei factum est? Quod si ordo quidam in rebus est (est autem,) eique Deus praesidet; sapiens certe bona sibi ipse non eliget: (id enim appetitus esset iniusti & praeter ordinem fieret:) quae sibi euenient autem, ea vtilia existimabit. Prodi, teque ipsum sana; iudicia exerce & emenda reos, & sic lacrumis valedices. Non priuata publicis, sed publica priuatis praeponenda sunt. Quantum autem tibi est consolationis genus! Cum vniuersa prouincia filium tuum luxisti. Gratus esto aduersus illos qui tecum lugent: eris autem gratus, si

---

10 οὐκ ἐκ γῆς] ἐκ causam *effectricem* notat, qualis terra non est ratione vegetabilium, sed patitur tantum seminum in se latentium nouam *modificationem*, vt scholarum voce vtar, quod simile scopo Apollonii elegantissime conuenit.

11 πάθος τε οὐδ. τ. φαιν. π. ἕκ. ἀλ. μᾶλ. περὶ ἓν ἑκάστῳ] ita malim, quam cum editis περὶ ἑνὸς ἑκάστου. Sensum putamus verbione recte nos expressisse, ex mente Apollonii ἕκαστοι singuli sunt, *numero*, vt scholae loquuntur, *diuersi*. περὶ ἕκαστον autem οὐδὲν πάθος εἶναι ait, h. e. istas *passiones* & (vt barbare quidam appellant) *modificationes*, quibus vestitae res oculis nostris subiiciuntur, non esse *diuersarum substantiarum indiuiduarum*, atque *singularium*, sed πάθος εἶναι π. ἓν ἑκάστῳ: quemuis *modum* vel πάθος, ἑκάστου, *cuiusuis rei*, esse περὶ ἓν i. e. *vnius eiusdemque substantiae*. Quam πρώτην οὐσίαν & ipsum *Deum* esse in sequentibus ait, qui variis materiae πάθεσι s. modis indutus, ipse sit omnia. Vt pateat ex his, magis vero etiam ex sequentibus, quibus dicit *vnam* illam & primam οὐσίαν omnia & AGERE & PATI & *esse* & *fieri* omnia &c. Apollonium nostrum non longe abfuisse a Benedicti Spinosae sententia, quam paulo ante nostram aetatem ille non tam inuenit primus, quam recoctam denuo ornare conatus fuit, vt nuper viris eruditis obseruatum, qui Spinosismum ante Spinosam in multis veterum philosophorum deprehenderunt. Non mirum autem, Apollonium θειοτέρας philosophiae magistrum eo collineasse. Nam nostra quoque aetate quosdam, qui Theosophi maxime videri voluerant, iisdem, quibus Spinosa incessisse vestigiis obseruatum, notaque sunt, quae Henrico Moro peculiari tractatu eam in rem sunt disputata, imo & quae nostra memoria celebri philosopho ex Gallis exprobrata fuerunt.

12 τρόπου μεταβάσει καὶ οὐχὶ φύσεως] τρόπου scripsi pro τόπου, quod in editis erat. Nempe τρόπος est quod antea πάθη, & πρόσωπα, sensus autem clarissimus. Nempe *Deus* iam antea erat homo, nam *Deus omnia ipse*, vt paulo ante dictum. Atque adeo hucusque προσώποις tantum καὶ ὀνόμασι vel τρόποις, *modis*, *specie*, & *nomine*, amissum Dei nomen. Per mortem cessant ista πρόσωπα & τρόποι. Iamque τρόποις adeo mutatis non ipsa natura, quae iam antea erat diuina, θεὸς γενέσθαι *Deus fieri* dicitur, qui ad puriorem οὐσίας statum, remota crassiore materia eiusque modis redit, atque *diuinam* & *speciem* & *nomen* recuperat.

13 ἀφεὶς θεῷ τὸν ἐκεῖ γενόμενον] genuina vis verborum ex toto *systemate* Apollonii ista colligitur. Nempe ἀφιέναι θεῷ, est *permittere aliquem* τῇ πρώτῃ οὐσίᾳ, ferre vt ad *primam* illam *essentiam*, modis φυσικοῖς & materialibus positis, redeat simplicitate summa. Particula ἐκεῖ ad illam οὐσίαν eiusque statum refertur. Itaque eum qui in istam οὐσίαν iam redierit, recuperata simplicitate, post *modos* διαφορᾶς speciem inducentes positos, permittendum illi οὐσίᾳ h. e. θεῷ dicit.

14 εἰ χρόνῳ μὴ λογισμ. γίνοιο βελτ.] nempe tempus infandum etiam dolorem mitigat: adde Senec. consol. ad Marciam cap. 8. Notusque senarius Graecus.

Λύπης δὲ πάσης ἐστὶν ἰατρὸς χρόνος.

Id vero *ratione* non praestare, quod *tempus* possit, indignum sapiente. Indignum eodem, a *tempore* demum, ignobilissimarum etiam animarum medico, sanationem expectare.

ipse

ipse lugere desieris, si non vlterius processeris. Amicos te non habere ais: at filium habes. Mortuum ne etiam? Affirmauerit qui vere sapiat. Nam quod est, non perit, vt quod per hoc ipsum sit, quod sine fine sit extiturum: vel certe statuendum erit, ex nihilo etiam aliquid fieri posse. Quomodo autem fiat, cum nunquam aliquid in nihilum abeat? Dixerit alius insuper, & pietatem & iustitiam te laedere. Pietatem quidem in Deum, iustitiam in filium, imo & pietatem in filium. Visne autem discere, quid mors sit? Tolle me e medio, post hanc vocem me [ex corpore] dimittens: quam nisi vestieris denuo, extemplo me teipso meliorem reddidisti. Habes tempus, habes vxorem prudentem, viri amantem, omnibus rebus instructus es, a te ipso, quod desideras, sume. Romanorum quispiam, priscis temporibus, vt imperii autoritatem decoremque tueretur, proprium filium interemit, eumque victorem interemit quidem. Quingentis vrbibus praees, Romanorum nobilissimus. Eam autem tuam facis conditionem, qua ne familiae quidem tuto praeesse quis possit, nedum vrbibus, & prouinciis. Apollonius sane si adesset, Fabullae, ne lugeret, persuasisset.

λυπάμενος παύσῃ τάχιον, ἐὰν μὴ προέλθῃς. φίλους ἂν ἔχεις· υἱὸν δὲ ἔχεις. καὶ νῦν τὸν τεθνηκότα; φήσει τις τῶν νεῶν ἐχόντων. τὸ γὰρ ὂν οὐκ ἀπόλλυται, διὰ τοῦτο ὄν, ὅτι ἔσται διὰ παντός· ἢ καὶ τὸ μὴ ὂν γίνεται[15]. πῶς δ' ἂν γένοιτο μὴ ἀπολλυμένου τοῦ ὄντος[16]; εἶπεν ἂν ἕτερός τις[17], ὡς ἀσεβεῖς τε καὶ ἀδικεῖς. ἀσεβεῖς μὲν τὸν θεὸν, ἀδικεῖς δὲ τὸν υἱόν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκεῖνον ἀσεβεῖς[18]. βάλει δὲ μαθεῖν οἷον ἐστι θάνατος; ἄνελέ με, πέμψας μετὰ ταύτην τὴν φωνὴν[19]. ἢν ἐὰν μὴ μεταμφίεσῃ, παραχρῆμα κρείττονά με σεαυτοῦ[20] πεποίηκας. ἔχεις χρόνον, ἔχεις γυναῖκα ἔμφρονα, φίλανδρον, ὁλόκληρος εἶ, παρὰ σεαυτοῦ λαβὲ τὸ λεῖπον. Ρωμαῖός τις[21] τῶν πάλαι γεγονότων, ἵνα σώσῃ τὸν τῆς ἀρχῆς νόμον τε καὶ κόσμον, υἱὸν ἴδιον ἀπέκτεινε, καὶ στεφανώσας ἀπέκτεινε. πόλεων ἄρχεις πεντακοσίων[22], Ρωμαίων εὐγενέστατος. ταῦτα σαυτὸν διατίθῃς, ἐξ ὧν ὀδ' οἰκίας τις εὐσταθῶς ἄρξει, μήτιγε πόλεών τε καὶ ἐθνῶν. Ἀπολλώνιος εἰ παρῆν, Φαβύλλαν[23] ἂν μὴ πενθεῖν ἔπεισε.

LIX. Rex Babyloniorum Garmus Neogyndae Indorum Regi.

Nisi curiosus esses in negotiis ad te nihil pertinentibus, iustitiam non exerceres, neque in Indis imperans Babyloniis ius diceres. Quae enim tibi cum populo nostro cognatio? Iam vero imperium meum tentasti, mihi litteris adblanditus, tantisque imperiis relictis, & a-

ΝΘ'. Βασιλεὺς Βαβυλωνίων Γάρμος Νεογύνδῃ[1] Ινδῶν βασιλεῖ.

Εἰ μὴ περίεργος ἦς, οὐκ ἂν ἦς ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις πράγμασι δίκαιος, οὐδ' ἂν ἄρχων ἐν Ινδοῖς ἐδίκαζες Βαβυλωνίοις. πόθεν γάρ σοι γνώριμος ἦν ὁ ἡμέτερος δῆμος[2]; νῦν δὲ ἐπείρασας ἀρχὴν τὴν ἐμὴν, ὑποκορίζόμενος ἐπιστολαῖς, καὶ τοιαύτας ἀρχὰς καθιείς, καὶ πρόσχημα ποιού-

15 ἢ καὶ τὸ μὴ ὂν γίνεται] firmat his praecedentia: quam difficile est, inquiens, concipere, ex nihilo fieri aliquid, tam difficile statuere, aliquid in nihilum redigi. Si hoc igitur quis putet, etiam illud vt admittat, necesse esse ait.

16 πῶς δ' ἂν. γέν. μὴ ἀπολλυμ. τοῦ ὄντος] perfecto & necessario nexu haec duo coniungi principia dicit: *ex nihilo nihil fit*: &: *aliquid in nihilum non resoluitur*. Nam si aliquid in nihilum resoluatur: quid impedit ex nihilo fieri aliquid, cum eadem sit inter aliquid & nihilum, vicissimque inter nihilum & aliquid distantia. Porro: si aliquid in nihilum non possit resolui, sequetur ex nihilo etiam nihil fieri, quomodo enim fiat? cum status nihili non detur, nunquam in nihilum redacto quod est aliquid.

17 εἶπεν ἂν ἕτερός τις] haec argumenta, velut obuia, alii se permittere dicit, se quidem vrgere nolle. Παρόδους Rhetores vocant.

18 ἀσεβεῖς μὲν τὸν θεὸν, ἀδικεῖς δὲ τὸν υἱόν, μᾶλλον δὲ κἀκεῖνον ἀσεβεῖς] in Deum *pietatem* laedere dicatur, vt qui ordinem eius improbet; in filium *iustitiam*, cui restitutionem purioris οὐσίας status inuideat; imo & *pietatem* in filium laedere, qui ipse diuinae iam sit naturae & *Deus*: vt pietatem adeo laedat, qui in ipsum quocunque modo sit iniurius.

19 ἄνελέ με πέμψας μετὰ ταύτην τὴν φωνὴν &c.] hoc nempe sibi vult, mortem nihil aliud esse, quam *vltimam spiritus* & vocis *emissionem*. Ipsamque animam illam vocem spiritumque esse credere videtur, quae, nisi materia vestiatur, diuinae iam naturae restituatur.

20 κρείττονά με σεαυτοῦ] οἱ κρείττονες Dii vocari solent.

21 Ρωμαῖός τις] T. Manlium respicit. Vide rem omnem apud Liuium lib. VIII. c. 7. Florum lib. I. c. 14. & alios, viris doctis ad Florum obseruatos.

22 πόλεων ἄρχεις πεντακοσίων] hinc patet *Valerium* illum Asiae fuisse Proconsulem, eius enim quingentae vrbes numerantur ap. Iosephum Bell. Iudaic. II, 16. p. 806. τίδὲ αἱ πεντακοσίαι τῆς Ασίας πόλεις, ἐχὶ δίχα φευγᾶς ἵνα προσκυνῶσιν ἡγεμόνα; sic & Philostratus noster vitis Sophist. l. II. *Herode* §. 3. vbi Romani in Asia magistratus conqueruntur Asiae vrbium reditus omnes Herodem in Troadensium balnea impendere.

23 Φαβύλλαν] vxorem haut dubie Valerii intelligit.

EP. LIX. 1 Γάρμος Νεογύνδῃ] Babyloniae regnum eo, quo Apollonius ibi degebat, tempore Bardanes tenebat, neque circa illa tempora Garmus occurrit. Indiam quod attinet cis Gangem, Phraotes ibi illa aetate rerum summae praeerat. Indiae vero vltra Gangem Regem delineatum habemus a Philostrato, vt barbaris moribus hominem: nomen ille non addidit. At eum in Babyloniae regno obnoxiis prouinciis, magis dissitis, aliquid molitum, haut verosimile. Quid huic itaque epistolae faciant, alii viderint: Nec quomodo locum ea inter Apollonii epistolas tueatur video.

2 δῆμος] ita rescribere ausus sum, quid enim esset δήμιος, quod erat in editis?

μενος τῆς πλεονεξίας τὴν φιλανθρωπίαν. περαγεῖς δὲ ὁδὲν, ὁ γὰρ λαθεῖν δύναιο.

Ξ'. Ευφράτῃ.

Ην Πραξιτέλης Χαλκιδεὺς[1] μαινόμενος ἄνθρωπος. ἕτος ὤφθη παρὰ ταῖς θύραις ταῖς ἐμαῖς, ξίφος ἔχων, ἐν Κορίνθῳ, μετά σε γνωρίμε. τίς ἂν ἡ τῆς ἐπιβελῆς αἰτία; ὁ γὰρ πώποτε σὰς βῶς ἤλασα[2].

ἐπειδὴ μάλα[3] πολλὰ μεταξύ,
ὄρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα,

τῆς τε ἐμῆς φιλοσοφίας, καὶ σῆς.

ΞΑ'. Λεσβώνακτι.

Ανάχαρσις ὁ Σκύθης ἦν σοφὸς. εἰ δὲ Σκύθης, ὅτι καὶ Σκύθης.

ΞΒ'. Λακεδαιμόνιοι Απολλωνίῳ.

Τὰν δεδομέναν τιμὰν[1] σοι ἀπεσάλκαμεν. τόδε ἀντίγραφον σημηνάμενοι τῇ δαμοσίᾳ σφραγίδι, ἵνα ἴδῃς.

ΞΓ'. Απολλώνιος Εφόροις, καὶ Λακεδαιμονίοις.

Ανδρας ὑμῶν ἐθεασάμην ὑπήνην μὴ ἔχοντας[1], τὰς μηρὰς καὶ τὰ σκέλη λείας τε καὶ λευκὰς[2], μαλακὰς χλανίδας ἠμφιεσμένας, λεπτὰς[3], δακτυλίους πολλὰς καὶ καλὰς περικειμένας, ὑποδεδεμένας ὑπόδημα τὸ Ιωνικὸν[4]. ὡς ἐπέγνων ἂν τὰς λεγομένας πρέσβεις· ἡ δὲ ἐπιστολὴ Λακεδαιμονίους ἔφασκεν.

ΞΔ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Καλεῖτέ με πολλάκις, βοηθὸν ὑμῖν τῶν νόμων, καὶ τῶν νέων ἐσόμενον. ἡ Σόλωνος δὲ πόλις ὁ καλεῖ με[1]. Λυκοῦργον αἰδεῖσθε.

ΞΕ'. Εφεσίων τοῖς ἐν Αρτέμιδος[1].

Εθος ὑμῖν ἅπαν ἁγιστείας, ἔθος δὲ βασιλικὸν

uaritiae humanitatem praetendens. Nihil autem efficies, quia latere non potes.

LX. Euphratae.

Praxiteles Chalcidenſis furioſus homo erat. Ille apparuit ante fores meas gladium tenens, in media Corintho, vna cum tuo quodam familiari. Quaenam igitur harum inſidiarum cauſa? Nunquam enim boues tuos exagitaui, quandoquidem

Interſunt plurima valde,
Vmbriferi montes, reſonantis & aequoris vndae,

inter meam Philoſophiam, & tuam.

LXI. Lesbonacti.

Anacharſis Scytha ſapiens erat. Eſto vero Scytham fuiſſe, & Scytha igitur [ſapiens erit].

LXII. Lacedaemonii Apollonio.

Tributos tibi honores tranſmiſimus, hoc Antigraphum publico ſigillo obſignantes, vt certo cognoſcas.

LXIII. Apollonius praeſidibus, & Lacedaemoniis.

Conſpexi viros veſtrates barbam non habentes, femora & crura laeues, & candidos, mollibus tenuibuſque tunicis amictos, annulos multos & pretioſos illorum digitis circumdatos, Ionicis calceis calceatos. Non agnoui ergo eos, legatos qui ſe aiebant. At Epiſtola Lacedaemonios illos dicebat.

LXIV. Iiſdem.

Vocatis me ſaepius, legibus iuuenibuſque veſtris auxilium laturum. At Solonis ciuitas me non vocat. Lycurgum reuereminі igitur.

LXV. Epheſiis qui in templo Dianae verſantur.

Omnem vos ſacrificiorum morem, omnem

EP. LX. 1 Πραξιτέλ. Χαλκιδ.] eius in ſimili negotio mentio ſ. ep. 17.

2 ὁ γὰρ πώπ. σὰς βῶς ἤλασα] prouerbiale loquendi genus: ſenſus eſt: nunquam iniuria te affeci. Deſumtum ex Iliad. A'. v. 154. adde Eraſm. Chiliad. p. m. 418.

3 ἐπειδὴ μάλα &c.] haec ex eodem libro Iliados deſumta v. 157. ſq. Vbi haec Achilles profert, Agamemnoni exprobrans, quod nulla re laeſus a Troianis, in ipſius vnice gratiam huius belli moleſtias ferendas ſuſceperit.

LXII. 1 τὰν δεδομ. τιμὰν] pertinet haec epiſtola ad narrata Philoſtrato, vita Apollon. lib. IV. c. 31. vbi Lacedaemonii iura hoſpitii & amicitiae Apollonio, in Olympiis agenti, cum aliis honoribus per legatos obtuliſſe dicuntur.

EP. LXIII. ὑπήνην μὴ ἔχ. &c.] eadem haec libro cit. c. 27. exprobraſſe Lacedaemoniis Apollonius narratur, verbis iiſdem: vt hanc epiſtolam ob oculos habuiſſe Philoſtratum non dubitem.

2 λείας] albos & glabros notare eos, qui ſint parum generoſae indolis, frequens. Hinc γαστέρας ἀργὰς, *ventres albos* ſunt qui interpretentur. Et Dio orat. 62. ὑπὸ ἀργίας καὶ σκιᾶς λευκὸν ait. λευκὸς item ἄνθρωπος, παχὺς, ἀργὸς in Cratetis verſibus apud Pollucem lib. 9. iunguntur. Vulgatum & illud ὁδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτοτομεῖν.

3 μαλακὰς χλανίδας ἠμφιεσμ. λεπτὰς] de λεπτοῖς ἱματίοις vid. obſeruata ad Philoſtr. vita Apollon. I, 7. de μαλακοῖς VIII, 7. 4 not. 15.

4 τὸ Ιωνικὸν] famoſus Ionum luxus τρυφεραμπεχόνων vid. Athenaeus lib. VII. p. 524. 526.

EP. LXIV. 1 Σόλ. δὲ π. ὁ καλεῖ με] hoc videtur innuere: Athenienſes ſe non vocare, quod omnia bene apud eos habeant, Solonis legibus adhuc vigentibus. Lacedaemoniis ergo etiam Lycurgi leges diligenter obſeruandas ait, & ſic non opus fore Apollonii auxilio. Attamen in Athenienſibus quoque multa reprehendiſſe Apollonium lib. IV. vitae eius narratur.

EP. LXV. 1 τοῖς ἐν Αρτέμιδος] editi Αρτέμιδι, quod mutandum putaui. Nempe ſcribit Epheſiis, qui in *Dianae*

regii

regii cultus tenetis consuetudinem. Atqui conuiuatores quidem & epulones estis minime contemnendi: pessimi vero noctu dieque Deae contubernales & vicini. An non enim quisquis fur, aut latro, aut plagiarius, atque adeo quisquis impius, & sacrilegus extitit, isthac prodiit? Nempe est hoc [templum] eorum, a quibus aliorum res tutae non sunt, tutamen.

LXVI. Iisdem.

Venit e Graecia vir natalibus Graecus, non Athenienſis, neque Megarenſis, Apollonii ei est nomen, vestrae Deae cohabitaturus. Date mihi locum, vbi expiatione mihi non erit opus, quamuis aeternum intus manenti.

LXVII. Iisdem.

Sacrificantibus templum patet, orantibus, canentibus, supplicibus, Graecis, Barbaris, liberis, seruis. Plusquam diuina lex. Agnosco symbola Iouis, & Latonae: modo sola obtineant ista.

LXVIII. Milesiis.

Terrae motus terram vestram concussit: vt & aliorum multorum saepius. Verum quidquid aduersi fatali necessitate eis euenit, tolerarunt, alii alios miseratione, non odio prosequentes. Vos soli ipsis etiam Diis arma & ignes infertis: & eiusmodi Diis, quibus vtroque statu hominibus, & post & ante pericula, sit opus. Sed & Philosophum vos, Graecorum amicum, qui cladem istam publice ostendit, futurosque terrae motus praedixit, eum inquam, cum terram Deus concuteret, eius rei cau-

κῆς τιμῆς. ἀλλ' ὑμεῖς ἐσιάτορες μὲν καὶ δαιτυμόνες ὀ μεμπτοὶ· μεμπτοὶ δὲ σύνοικοι τῇ θεῷ, νύκτας τε καὶ ἡμέρας. ἢ οὐκ ἂν ὁ κλέπτης τε καὶ ληστὴς, καὶ ἀνδραποδιστὴς, καὶ πᾶς εἴτις ἄδικος, ἢ ἱερόσυλος ἦν ὁρμώμενος αὐτόθεν; τὸ γὰρ τῶν ἀποστερόντων τεῖχός ἐστιν[2].

Ξς'. Τοῖς αὐτοῖς.

Ηλθεν ἐκ τῆς Ελλάδος[1] ἀνὴρ Ελλην τὴν φύσιν[2], οὐκ Αθηναῖος, οὐδὲ Μεγαρεύς. Απολλωνίῳ ὄνομα[3], παροικήσων ὑμῶν τῇ θεῷ. δότε μοι τόπον, ἔνθα μὴ καθαρσίων δεήσει μοι[4], καίπερ ἔνδον ἀεὶ μένοντι.

ΞΖ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Ανεῖται θύσι τὸ ἱερὸν, εὐχομένοις, ὑμνοῦσιν, ἱκέταις, Ελλησι, βαρβάροις, ἐλευθέροις, δούλοις. ὑπερφυῶς θεῖος ὁ νόμος. ἐπιγινώσκω τὰ σύμβολα τὰ Διὸς τε καὶ Λητοῦς[1], ἐὰν μόνα ταῦτα[2].

ΞΗ'. Μιλησίοις.

Σεισμὸς[1] ὑμῶν τὴν γῆν ἔσεισε· καὶ γὰρ ἄλλων πολλῶν πολλάκις. ἀλλ' ἔπασχον μὲν ἀτύχως ἐξ ἀνάγκης, ἐλεοῦντες δὲ, ὀ μισοῦντες ἀλλήλους ἐφαίνοντο. μόνοι δ' ὑμεῖς καὶ θεοῖς ὅπλα, καὶ πῦρ ἐπηνέγκατε[2]· καὶ θεοῖς τοιούτοις, ὧν καὶ οἱ ἑτέρωθεν δέονται, καὶ μετὰ κινδύνους, καὶ πρὸ κινδύνων. ἀλλὰ καὶ φιλόσοφον ἄνδρα ὑμεῖς, Ελλήνων φίλον[3] δημοσίᾳ τὸ πάθημα φήναντα πολλάκις, καὶ προαγορεύσαντα γενομένους σεισμοὺς, αὐτὸν, ὅτε ἔσεισεν ὁ θεὸς[4], ποινῶν ἐλέ-

templo operam nauabant eique praeerant. Exprobrat autem eis *asyli* ius, quo gaudebat, vt notissimum, templum istud, omnibus foedis hominibus securitatem praestans.

2 τεῖχός ἐστιν] hanc lectionem necessitas nobis extorsit, nullum sensum enim fundebat, quod editi habent τύχης.

EP. LXVI. 1 ἐκ τῆς Ελλάδος] sic Asiae pars dicta, Graecis vrbibus condita, vt passim ex nummis vrbium in istis partibus Sardianorum & ceteris patet.

2 Ελλην τὴν φύσιν] seipsum Apollonium intelligere patet, ex vltimis epistolae verbis. Se itaque Ελληνα ait, & ex Hellade aduenire, non Hellade, quae Athenarum vel Megarae sedes, sed Hellade de qua not. 1.

3 Απολλωνίῳ ὄνομα] paulo audacius hic emendaui. Editi enim habebant γελοῖον ὄνομα, quod ortum putaui ex compendio scribendi, ita nempe librarius scripserat: Απλιου, vnde extritis pauliſper & obscuratis ductibus Γελοῖον natum. Certe de seipso loqui Apollonium, vltima huius epistolae clarissime euincunt.

4 ἔνθα μὴ καθαρσίων δεήσει μοι] haec mihi rursus respicere videntur ad priuilegia asyli, quibus gaudebat Ephesinum Dianae templum, quae impurissimorum hominum colluuiem assidue inuitabant.

EP. LXVII. 1 ἐπιγινώσκω τὰ σύμβ. Διὸς τε καὶ Λητοῦς] Ioue & Latona nata est cum Apolline Diana: in istis itaque omnibus, quae recensuit, Iouis & Latonae se symbola agnoscere ait Philosophus, h. e. religionem istam & cultus dignam iudicare Iouis & Latonae prole.

2 ἐὰν μόνα ταῦτα] nempe hoc prole Iouis & Latonae minus dignum putat, & inter symbola Iouis & Latonae minime referendum, quod impurissimorum hominum colluuiem templum istud foueat & tueatur.

LXIIX. 1 σεισμὸς &c.] de hoc terrae motu vide iam obseruata ad vitam Apollonii lib. IV. c. 20.

2 θεοῖς ὅπλα καὶ πῦρ ἐπην.] quid rei sit non liquet, cum monimenta vetera nihil differte hac de re prodant. Videntur Deorum templa incendisse post terrae motum Milesii, cladis forte impatientia moti.

3 φιλόσοφον ἄνδρα ὑμεῖς, Ελλήνων φίλον] haec in editis ita repraesentabantur, vt post ἄνδρα lacunae fieret indicium, sequentia vero verba ita legebantur ὑμεῖς Ελλήνων δύο, deprehendere autem mihi visus sum verba ἀλλὰ καὶ φιλόσοφον ἄνδρα cum sequentibus apte satis cohaerere, modo vel omittantur ista ὑμεῖς Ελλήνων δύο vel paulo aliter legantur. Nec dubito deprauatam earum lectionem lacunae, quae nulla hic sit, suspicandae occasionem dedisse. φιλόσοφον vero ἄνδρα, qui terrae motum praedixerit, eiusque propterea autor a Milesiis fuerit creditus, seipsum intelligit Apollonius: praedixisse enim eum hanc cladem patet ex vita eius, loco paulo ante cit.

4 ὁ θεὸς] Neptunus, ad quem referunt terrae motus, σεισίχθων quoque inde appellatus.

γετε, καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ὦ τῆς δημοσίας ἀμαθίας. καὶ πατὴρ ὑμῶν λέγεται Θαλῆς[5].

sam esse quotidie dicitis. O publicam ruditatem! Et tamen pater vester Thales dicitur.

ΞΘ'. Θραλλιανοῖς.

Πολλοὶ πολλαχόθεν, ἄλλοι κατ' ἄλλας αἰτίας, νεώτεροί τε καὶ πρεσβύτεροι, φοιτῶσι παρ' ἐμέ. τὰς φύσεις ὧν ἐνὸς ἑκάστου σκέπτομαι, καὶ τοὺς τρόπους, ὡς ἔνι μάλιστα συνετώτατα· τό τε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἑκάστου δίκαιον ἦθος, ἢ τοὐναντίον. εἰς τήνδε τὴν ἡμέραν[1] οὐκ ἂν ἔχοιμι προκρίναι Τραλλιανῶν ὑμῶν, οὐ Λύδους, οὐκ Ἀχαιούς, οὐκ Ἰωνας· ἀλλ' οὐδὲ τοὺς τῆς ἀρχαίας Ἑλλάδος[2] Θουρίους, Κροτωνιάτας, Ταραντίνους, ἢ τινὰς ἄλλους τῶν ἐκεῖ λεγομένων εὐδαιμόνων Ἰταλιωτῶν[3], ἢ ἑτέρων τινῶν. τίς οὖν ἡ αἰτία, δι' ἣν ἀποδέχομαι μὲν ὑμᾶς, οὐ γίνομαι δὲ τοιούτοις ἀνδράσι σύνοικος, καί περ ὢν γένος ὑμέτερον[4]; ἄλλοτέ ποτ' ἂν εἴποιμι. νῦν δὲ μόνον ὑμᾶς ἐπαινεῖν καιρὸς, ἄνδρας τε τοὺς ἡγεμένους ὑμῶν, ὡς πολὺ κρείττους τῶν παρ' ἑτέροις ἀρετῇ καὶ λόγῳ, καὶ μᾶλλον παρ' οἷς γεγένηνται[5].

LXIX. *Trallianis.*

Multi e multis locis, alii aliis de causis, iuuenes & senes, adire me solent. Vniuscuiusque igitur naturam considero & mores, quam exactissime id fieri potest; vniuscuiusuis item aduersus patriam mores, siue bonos siue contrarios. In hunc autem vsque diem non habeo, cur praeferam vobis Trallianis siue Lydos, siue Achiuos, siue Ionas; sed neque ex antiqua Graecia Thurios, Crotoniatas, Tarentinos, aut alios, qui locis istis beati Itali dicuntur, aut quoscunque alios. Quaenam igitur causa, quod vos probem quidem, neque tamen apud huiusmodi viros habitem, quum vestri sim generis licet? Id alia dicam occasione. Iam vero solummodo vos laudandi tempus est, procereſque vestros, vt qui virtute & sapientia aliarum vrbium principes longe antecellant, maximeque principes earum a quibus originem ducunt.

Ο'. Σαΐταις.

Ἀθηναίων ἀπόγονοί ἐστε[1], καθάπερ ἐν Τιμαίῳ Πλάτων φησίν[2]. οἱ δὲ τὴν κοινὴν ὑμῖν θεὸν ἐξορίζουσι τῆς Ἀττικῆς, Νηίθ[3] μὲν τὴν ἐφ' ὑμῶν, Ἀθηνᾶν δὲ[4] τὴν ὑπ' αὐτῶν ὀνομαζομένην, οὐ μένοντες Ἕλληνες. ὅπως δ' οὐ μένοντες ἐγὼ φράσω. γέρων σοφὸς οὐδεὶς Ἀθηναῖος[5], οὐ γὰρ ἔφυ γένυς[6]

LXX. Saitis.

Ab Athenienſibus oriundi estis, quemadmodum in Timaeo Plato dicit. Illi vero communem vestram Deam ex Attica exterminant, quae a vobis Neith, ab illis Minerua appellatur, non manentes Graeci. Qui vero Graeci non maneant, ego dicam. Senex sapiens Athenienſis nemo: neque enim

---

5 Θαλῆς] qui Physicus erat insignis, ex cuius disciplina aliter imbutos Milesios esse oportere innuit.

EP. LXIX. 1 ἡμέραν] Lubini editio ὑμετέραν habebat, quod versione is etiam expresserat, parum luculenta. ὑμετέραν Cuiaciana editio habebat post Stephanum, verterat tamen, quicunque est interpres, ac si ἡμέραν legisset, quae vera est haut dubie lectio.

2 ἀρχαίας Ἑλλάδος] μεγάλην Ἑλλάδα veteres vocant. vid. Cluuerus noster Ital. Antiqu. lib. IV. c. 16. ἀρχαίαν Ἑλλάδα vocari non memini.

3 εὐδαιμόνων Ἰταλ.] qui ita dicti, quod Pythagorae formati disciplina bene instructi essent, & morati bene.

4 γένος ὑμέτερον] parentes itaque Apollonii, vel maiores Trallibus orti. Nisi potius Pythagoraeam respiciat disciplinam, propter quam sit συγγενὴς eorum, nam eam quoque συγγένειαν dici triuiale est.

5 παρ' οἷς γεγένηνται] sic Stephani editio. Ceterae male γεγένηται. Ortum autem primum Trallenses Argiuis debent & Thracibus. vid. Strabo lib. XIV. p. 649. Puto tamen ad Lydos potissimum respici, Cares, Ionas, Milesios &c. quibus olim habitatas Tralles idem obseruauerat p. 648. Nam eos ipse paulo ante nominauerat Apollonius, Trallensibusque dixerat haut posse praeferri.

EP. LXX. 1 Ἀθην. ἀπόγονοί ἐστε] sic Callisthenes & Phanodemus apud Proclum, lib. I. ad Timaeum Platonis p. 30. Quamuis Theopompus Saitas potius Athenienſium patres dicat, apud eundem, ex quo id referre etiam videtur Diodorus Sic l. I. Contradixit tamen ei Atticus apud eundem Proclum. En verba Procli: τοὺς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν καὶ Φανόδημος πατέρας τῶν Σαϊτῶν ἱστοροῦσι γενέσθαι. Θεόπομπος δὲ ἀνάπαλιν, ἀποίκους αὐτῶν εἶναί φησιν. Ἀττικὸς δὲ ὁ Πλατωνικὸς διὰ βασκανίαν φησὶ μεταποιῆσαι τὴν ἱστορίαν τὸν Θεόπομπον, ἐπ' αὐτῷ γὰρ ἀφικέσθαί τινας ἐκ τῆς Σάεως, ἀναγεμένης τὴν πρὸς Ἀθηναίους συγγένειαν.

2 Πλάτων φησίν] id quidem differte non dicit Plato, sed hoc tantum, Athenienſium amicos esse & cognatos esse Saitas. Hocque agnoscit Proclus, verbis paulo ante citatis immediate ista subiungens: ὁ δὲ Πλάτων τοσοῦτον μόνον εἶπε περὶ αὐτῶν, ὅτι φιλαθηναῖοί τε οἱ Σαΐται, καί τινα τρόπον οἰκεῖοι. En & ipsum locum Platonis, qui est in Timaeo T. III. Opp. p. 21. ἐσί τις κατ' Αἴγυπτον, ἐν τῷ Δελτα, περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν σχίζεται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός. τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς, ὅθεν δὴ καὶ Ἄμασις ἦν βασιλίνη. οἰ τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηΐθ, ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. μάλα δὴ φιλαθηναίοι, καί τινα τρόπον οἰκεῖοι τῶνδε εἶναί φασιν.

3 Νηίθ] ita vocat Plato loco modo citato, Proclo est Νηΐθως. In Apollonii epistolarum editionibus erat Νῆν.

4 Ἀθηνᾶν δὲ &c.] Cic. de Natura Deorum lib. III. *Minerua secunda orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt.* In ea vrbe oraculum Mineruae, & πρόπυλαια huic Deae ab Amasi constructa Herodotus memorat lib. II.

5 γέρων σοφὸς οὐδεὶς Ἀθηναῖος] idem Soloni Aegyptius sacerdos exprobrabat apud Platon. Timaeo p. 22. ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν.

6 ἔφυ γένυς] ita rescripsimus pro ἔφυ γυνή, quod antea editum fuit nullo sensu, quodque etiam prioribus interpretibus meras tenebras offudit. γένυς autem & γένειον idem, vt docet Hesychius, *mentumque* & *barbam* notat: ait autem οὐκ ἔφυ γένυς, *non nata est barba*, vt in senibus fieri solet. hic φύειν ad barbam refertur. Opportunus Luciani locus, apud quem ita Cupidinem affatur Iupiter Dial. Deor. p. 187.

tota

tota cuiquam barba eſt nata: ſiquidem nemo aliquam habet. Adulator in portis, ſycophanta ante portas, leno etiam ante longos muros, paraſitus in Munychia portu, & in Piraeeo. Dea vero ne Sunium quidem habitat.

LXXI. Ionibus.

Graecos appellandos vos exiſtimatis eſſe ob genus, & priſcam coloniam. Graecis vero quemadmodum conſuetudines, & leges, & lingua, & mores ſunt proprii: ita etiam habitus, & ſpecies hominum. At veſtrum pleriſque ne quidem nomina Graeca amplius remanent, ſed ob nouam hanc felicitatem etiam maiorum veſtrorum ſymbola perdidiſtis. Recte vero iidem ne ſepulcris quidem vos reciperent, vt qui illis ignoti euaſeritis. Sane cum prius heroum nomina fuerint vobis, & naualibus pugnis illuſtrium, & legumlatorum: iam Lucullorum ſunt, & Fabriciorum, & beatorum illorum Luciorum. Ego vero Mimnermus potius dicerer.

LXXII. Heſtiaeo.

Pater noſter Apollonius, tribus genitus Menodotis. Tu vero ſubito cupis appellari Lucretius, aut Lupercus, a quonam vero horum genus ducis? Turpe ſane ſi nomen cuiuſdam habeas, ſpeciem eius non habeas.

LXXIII. Eidem.

Longius a patria abſumus bona cum fortuna. Vel ſic tamen ciuitatis negotia in mentem mihi venere. Properat enim fatum ad finem illorum virorum, qui primos honores in ciuitate ſortiti erant. Impoſterum autem pueri imperabunt, & paullo poſt illos infantes. Hinc vero metus ne a iuuenibus tractata publica res concidat. At tibi quidem metu non opus eſt: quia vitae maximam partem tranſegimus.

πᾶσα παντὸς, ὅτι μηδεμία μηδενός. ὁ κόλαξ παρὰ ταῖς πύλαις, ὁ συκοφάντης πρὸ τῶν πυλῶν, ὁ μαστροπὸς καὶ πρὸ τῶν μακρῶν τειχῶν[7], ὁ παράσιτος πρὸ τῆς Μυνυχίης[8] καὶ πρὸ τοῦ Πειραιῶς. ἡ θεὸς δὲ οὐδὲ Σούνιον ἔχει[9].

ΟΑ'. Ιωσιν[1].

Ἕλληνες οἴεσθε δεῖν ὀνομάζεσθαι διὰ τὰ γένη, καὶ τὴν ἔμπροσθεν ἀποικίαν. Ἕλλησι δ' ὥσπερ ἔθη καὶ νόμοι, καὶ γλῶττα, καὶ βίος ἴδιος, ἅτω καὶ σχῆμα, καὶ εἴδος[2] ἀνθρώπων. ἀλλ' ὑμῶν γε οὐδὲ τὰ ὀνόματα μένει τοῖς πολλοῖς· ἀλλ' ὑπὸ τῆς νέας ταύτης εὐδαιμονίας[3] ἀπολωλέκατε τὰ τῶν προγόνων σύμβολα. καλῶς οὐδὲ τοῖς τάφοις ἐκεῖνοι δέχοιντ' ἂν, ἄτε ἀγνῶτας αὐτοῖς γενομένους. ἴτε πρότερον ἡρώων ἦν ὀνόματα, καὶ ναυμάχων, καὶ νομοθετῶν· νυνὶ δὲ Λακκέλλωντες, καὶ Φαυρικίων, καὶ Λευκίων[4] τῶν μακαρίων[5]. ἐμοὶ μὲν εἴη μᾶλλον ὄνομα Μίμνερμος[6].

ΟΒ'. Εστιαίῳ.

Ὁ πατὴρ ἡμῶν Απολλώνιος ἦν τρὶς τοῦ Μηνοδότου· σὺ δὲ ἅπαξ ἐθέλεις ὀνομάζεσθαι Λακρίτιος, ἢ Λύπερκος. τίνος σὺ τούτων ἀπόγονος; αἰσχρὸν εἰ ὄνομα μὲν ἔχεις τινὸς, τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ μὴ ἔχοις[1].

ΟΓ'. Τῷ αὐτῷ.

Πατρίδος ἐσμὲν πορρώτερω σὺν δαίμονι· ἤδη δὲ τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἐν νῷ ἐβαλόμην. ὀδεύει μοῖρα πρὸς τέλος ἀνδρῶν[1], οἱ τὰν πρώταν λελόγχασι τιμάν. ἄρξει δὲ τὸ λοιπὸν παιδάρια, καὶ μικρὸν ἐπάνω τούτων μείρακες. ἐνταῦθά πω δέος, μὴ σφαλῇ τὰ ὑπὸ νεῶν κυβερνώμενα. σοὶ δ' οὐδέος, ἐπεὶ βεβιώκαμεν.

διότι μὴ πώγωνα μήτε πολιὰς ΕΦΥΣΑΣ, διὰ τοῦτο ΒΡΕΦΟΣ ἀξιοῦς νομίζεσθαι. Sic igitur Athenienſium γένους μὴ φύει, qui ſemper ſunt παῖδες, & ſenem qui ſit, h. e. *prudentia ſenili* praeditum, habent neminem.

7 μακρῶν τειχῶν] de quibus vid. Meurſ. Athen. Attic. lib. III. c. 11.

8 Μυνυχίης] portus, vt notum, Athenienſis, vt & Piraeeus, de quo Meurſ. libro ſingulari.

9 οὐδὲ Σούνιον ἔχει] Sunium extremum Atticae promontorium, vt ſenſus ſit: iam tota fere Deam exulare Attica, vitia vero omnia mediis regnare Athenis. Illuſtriſſima enim ipſius vrbis loca nominat, quae flagitia occupent hominum, in extremum Atticae angulum Dea relegata.

EP. LXXI. 1 Ιωσιν] pertinet haec epiſtola ad ea, quae narrantur lib. IV. vitae Apollonii c. 5. eaque egregie illuſtrat.

2 εἶδος] externum habitum & geſtum notari putem, qui ſuus ſingulis eſt gentibus. Galli dicunt *la mine*. Similis vſus vocis in epiſt. ſeq.

3 ὑπὸ τ. νέας ταύτης εὐδαιμονίας] ſcilicet variis ornata a Romanis beneficiis Ionia, Romanos mores ipſaque nomina imitabatur.

4 Λευκίων] ſic malebam, quam Λευκανίων, quod erat in editis.

4 τῶν μακαρίων] notus apud Graecos ἐν ἡρωικοῖς huius vocis vſus.

5 Μίμνερμος] eſt igitur *Mimnermi* nomen inter ea, quae ridicula viderentur, & parum grata, qualia nos quoque nonnulla exiſtimamus, quorum rarior proinde ſolet eſſe vſus.

EP. LXXII. 1 τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ μὴ ἔχοις] nempe aliud εἶδος Romani, aliud Graeci hominis. Sic voce etiam vtebatur epiſt. praec. ex qua huius quoque epiſtolae ſenſus & ſcopus illuſtratur.

EP. LXXIII. 1 ὀδεύει μοῖρα πρ. τέλος ἀνδρ.] h. e. fatum morte aufferre breui parat.

ΟΔ'. Τοῖς Στωϊκοῖς[1].

Ὡρα καὶ λιμὸς ἦν Βάσσῳ[2], καίπερ ὄντων τῷ πατρὶ συχνῶν χρημάτων. πρῶτον μὲν οὖν ἔφυγε Μεγάραδε σὺν ἑνὶ τῶν λεγομένων ἐρασῶν, ἅμα δὲ καὶ μαστροπῶν. τροφῆς γὰρ ἀμφοτέροις ἔδει, καὶ ἐφοδίων. ἔπειτα ἐκεῖθεν εἰς Συρίαν. ὑπεδέχετο δὲ τὸν ὡραῖον Εὐφράτης, καὶ εἴτις ὁμοίως ἐδεῖτο τῶ τότε καλῶ, ὥστε αἱρεῖσθαί τι τῶν ἀτόπων[3] δι' εὔνοιαν.

ΟΕ'. τοῖς ἐν Σάρδεσιν[1].

Ο παῖς Αλυάτεω σῶσαι τὴν ἑαυτῶ πόλιν ἀδύνατος ἐγένετο, καὶ ἀμήχανος, καίπερ ὢν βασιλεύς τε καὶ Κροῖσος[2]. ὑμεῖς δὲ ποίῳ πεποιθότες ἄρα λέοντι πόλεμον ἄσπονδον ἤρασθε, παῖδες, νέοι πάντες, ἄνδρες, γέροντες, ἀλλὰ καὶ παρθένοι, καὶ γυναῖκες[3]; Ερινύων νομίσαι ἄν τις τὴν πόλιν εἶναι, καὶ οὐχὶ Δήμητρος[4]. ἡ δὲ θεὰ φιλάνθρωπος· ὑμῖν δὲ τίς ἔτος ὁ χόλος;

ΟΣ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Εικὸς εἰς πόλιν ἀρχαίαν τε καὶ μεγάλην ἐθελῆσαι φιλόσοφον ἀρχαῖον παραγενέσθαι. καὶ παρεγενόμην ἂν αὐτὸς ἑκών, κληθῆναι μὴ περιμείνας ὡς ὑφ' ἑτέρων πολλῶν, εἰ ποιήσειν μίαν ὑμῶν τὴν πόλιν ἔμελλον ἤθει, καὶ φύσει, καὶ νόμῳ, καὶ θεῷ. καὶ τὸ ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, πάντως ἂν ἐποίησα· σάσις δὲ, ὡς ἔφη τις, πολέμου χαλεπώτερον.

ΟΖ'. Φοιτηταῖς.

Διὰ φιλοσοφίαν εἴρηται τῶν εἰρημένων ἕκαστον, οὐ δι' Εὐφράτην. μὴ τὸ Πραξιτέλους[1] ξίφος, ἢ τὸ Λυσίου φάρμακον πεφοβῆσθαί μέ τις δόξῃ. καὶ τοῦτο γάρ ἐστιν Εὐφράτης.

ΟΗ'. Ιάρχα καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν σοφοῖς.

- οὐ μὰ τὸ Ταντάλιον ὕδωρ ὃ με ἐμυήσατε.

LXXIV. Stoicis.

Forma Baſſo erat & res domi anguſta, quamuis patri eius magnae fuiſſent facultates. Primum igitur Megaram fugit, vna cum amatorum, vt vocant, aliquo, lenone etiam comite: victu enim vterque laborabat, & viatico: inde poſtea in Syriam. Recepit vero delicatulum Euphrates, aut ſi quis alius illo, tum quidem formoſo, ita opus haberet, vt abſurdiſſimam rem amoris cauſa amplecti vellet.

LXXV. Sardenſibus.

Alyattae filio ad ciuitatem tuendam nec vires nec conſilia ſuppetebant, rex eſſet licet, & Croeſus. Vos autem qualinam leone confiſi bellum inexpiabile maluiſtis, iuuenes, pueri, ſenes, imo puellae etiam, & mulieres? Furiarum aliquis hanc ciuitatem eſſe cenſeat, non Cereris amplius. Haec enim Dea hominum amans eſt: Veſter autem quis iſte furor?

LXXVI. Iiſdem.

Par erat, vrbem antiquam & magnam antiquus Philoſophus vt accedere cuperet. Acceſſique etiam ſponte, non exſpectans vt inuitarer ſicut ab aliis multis, ſi forte veſtram ciuitatem moribus, & ingeniis, legibuſque & Deo conciliare poſſem. Et ſane quantum in me fuit, omnino feci. Seditio vero, vt dixit quidam, bello ipſo grauior.

LXXVIII. Diſcipulis.

Quidquid a me prolatum eſt Philoſophiae, non Euphratis cauſa prolatum eſt. Praxitelis gladium, aut Lyſii venenum me extimuiſſe nemo cenſeat. Haec enim ſunt Euphratae opera.

LXXIIX. Iarchae & ſapientibus apud eum.

- non per Tantali aquas quibus me initiauiſtis.

EP. LXXIV. 1 Στωϊκοῖς] ad eos haec perſcripta, vt turpitudinem Euphratae cognoſcerent, quem Stoicam philoſophiam profeſſum eſſe ſupra vidimus.

2 Βάσσῳ] ille ipſe eſt ad quem ſ. ſcribebat ep. 36.

3 ὥστε αἱρ. τῶν ἀτόπων] haec ſuſpendenda ab ὁμοίως ἐδεῖτο, vt ſenſus ſit: omnibus patuiſſe Baſſum catamitum, qui *ſimili modo* ac Euphrates opus eo haberent, ita vt rem abſurdiſſimam, παιδερασίαν nempe, δι' εὔνοιαν *amore acti*, non verentur amplecti.

LXXV. 1 τοῖς ἐν Σάρδ.] ſimilis argumenti epiſtolam, ad eandem Sardianorum ſeditionem pertinentem habes ſupra n. 56. Imo ſpectare huc etiam videntur ep. 38. & ſq.

2 καὶ Κροῖσος] hoc eſt opibus immenſis valens, ob quas in prouerbium abiit Croeſi nomen.

3 παρθένοι καὶ γυναῖκες] ita ſupra epiſt. 40. de feminis Sardenſibus τῶν γὰρ αὐτῶν ταγμάτων ἐισὶ καὶ αὐταὶ καὶ θρασύτεραι.

4 Δήμητρος] cuius numinis, Sardianis maxime venerabilis, veſtigia habemus in nummo Sardianorum Traiani Imperatoris, in quorepraeſentato Proſerpinae raptui, verba leguntur inſcripta ΕΠΙ. ΑΡΙΖΗΛΟΥ. Γ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ quem apud Franc. Gotifredum ſe vidiſſe memorat Luc. Holſtenius not. & caſtigat. ad Stephanum p. 284.

EP. LXXVII. 1 Πραξιτέλους] de quo vide & ſ. ep. 36. & 59.

EP. LXXIIX. οὐ μὰ τὸ Ταντάλιον ὕδωρ] vide Philoſtr. vita Apollon. lib. III. cap. 25. & 32. item cap. 51. ibique a nobis obſeruata. Extat vero hoc fragmentum apud Porphyr. lib. de *Styge* ſub fin.

LXXIX. Euphratae.

Animus ſecum, quid corpori ſit ſatis, non expendens, nec ipſi ſibi vt contentus ſit ſibique ſufficiat poteſt praeſtare.

ΟΘ'. Ευφράτῃ.

Ουκ ἐπιλογιζομένη ἡ ψυχὴ τὸ τῦ σώματος ἄυταρκες, ἃ δύναται ἑαυτὴν αὐτάρκη ποιῆσαι.

LXXX. Eidem.

Mortalium praeſtantiſſimi ſermonibus breuiſſimi eſſe ſolent. Loquaculi igitur ſi ea afficerentur moleſtia, qua afficiunt, minus eſſent in dicendo futuri prolixi.

Π'. Τῷ αὐτῷ.

Οι κράτιστοι τῶν ἀνθρώπων βραχυλογώτατοι. οἱ ἂν ἀδολέσχαι εἰ ἠνιῶντο, ὡς ἀνιῶσι, οὐκ ἂν ἐμακρηγόρων.

LXXXI. Diſcipulis.

Dixit Simonides ſilentii nunquam, at ſaepe poenituiſſe ſermonum.

ΠΑ'. Τοῖς φοιτηταῖς.

Σιμωνίδης ἔλεγε μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις.

LXXXII. Iiſdem.

Loquacitas multa habet praecipitia, at tutum eſt tacere.

ΠΒ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει, τὸ δὲ σιγᾶν ἀσφαλές.

LXXXIII. Delio.

Illiberale eſt mentiri, ingenuum veritas decet.

ΠΓ'. Δηλίῳ.

Ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γενναῖον.

LXXXIV. Diſcipulis.

Ne putes me facile quiduis aliis ſuadere; ipſe enim maza & reliquo victu non abſimili vſus, iſtorum vobis ſuaſor exiſto.

ΠΔ'. Τοῖς φοιτηταῖς[1].

Μηδέν με δόξῃς ῥαδίως ἄλλοις παραινεῖν. αὐτὸς γὰρ ἐπὶ τῆς μάζης[2], καὶ τῆς ἄλλης τῆς ἀκολούθου ταύτῃ διαίτης ὢν, τοιαῦτα ὑμῖν παρεγγυῶ.

LXXXV. Idomeneo.

Paucis contenti vt eſſemus nauauimus operam, non eo animo, vt vilibus atque exiguis vteremur ſemper, ſed vt animum aduerſus ea obfirmaremus.

ΠΕ'. Ειδομενεῖ.

Εζηλώσαμεν τὴν αὐτάρκειαν, οὐχ ὅπως τοῖς εὐτελέσι καὶ λιτοῖς πάντως χρώμεθα, ἀλλ' ὅπως θαῤῥῶμεν πρὸς αὐτά.

LXXXVI. Macedoni.

Iracundiae flos eſt inſania.

ΠϚ'. Μακεδόνι.

Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος μανία.

LXXXVII. Ariſtocli.

Affectus irae, niſi curetur ſaneturque, in morbum degenerat naturalem.

ΠΖ'. Αριστοκλεῖ.

Τὸ τῆς ὀργῆς πάθος μὴ καθομιλούμενον, μηδὲ θεραπευόμενον, φυσικὴ νόσος γίνεται.

LXXXIIX. Satyro.

Plerique mortalium, propriorum criminum aduocatos, aliis commiſſorum accuſatores ſe gerunt.

ΠΗ'. Σατύρῳ.

Οι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν μὲν ἰδίων ἁμαρτημάτων συνήγοροι γίνονται, τῶν δὲ ἀλλοτρίων κατήγοροι.

EP. LXXIX. Ευφράτῃ] haec epiſtola, vel fragmentum potius epiſtolae, ſeruatum eſt a Ioanne Stobaeo ſermone X de *iniuſtitia*.

EP. LXXX. τῷ αὐτῷ] iſta etiam lacinia Stobaeo debetur, exhibita ab eo ſermone XXXVI de *garrulitate*.

EP. LXXXI. φοιτηταῖς] hoc quoque in Stobaeanis eſt, ſerm. XXXIII de *taciturnitate*.

EP. LXXXII. τοῖς αὐτοῖς] eſt apud Stobaeum ſerm. XXXVI de *garrulitate*.

EP. LXXXIII. Δηλίῳ] habes apud Stobaeum ſerm. XI de *veritate*.

EP. LXXXIV. 1 φοιτηταῖς] eſt in Stobaeanis ſerm. XVII de *continentia*.

2 μάζης] μάζη Heſychio ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ: *farinae oleo & aqua permiſtae*. Ariſtophanis Scholiaſtae ad εἰρήνην p. 624. & ex eo Suidae τροφὴ ἀπὸ γάλακτος καὶ σίτου *cibus ex frumento & lacte*. Vilior autem cibus μάζα, & ἄρτος poſtponendus. Hinc prouerbium apud Zenobium ἀγαθὴ μάζα μετ' ἄρτον, feſtiſque diebus in Prytaneo ἄρτος apponi, nefaſtis μάζαν, Solon inſtituit, vt apud Athenaeum eſt lib. IV. p. 137. qui & l. XIV. p. 663. δημοτικὴν καὶ κοινὴν τροφὴν *mazam* dicit.

EP. LXXXV. Ειδομενεῖ] hoc quoque fragmentum ex Stobaeo eſt ſerm. XVII de *continentia*.

EP. LXXXVI. Μακέδονι] habet Stobaeus ſerm. XX de *Ira*.

EP. LXXXVII. Αριστοκλεῖ] vide Stobaeum l. c.

EP. LXXXIIX. Σατύρῳ] eſt apud Stobaeum ſerm. XXIII de *Amore ſui*.

ΠΘ'. Δανάῳ.

Ου κάμνει τὰ πράγματα πεπρασσόμενα.

P'. Δίωνι.

Τὸ μὴ γενέσθαι, οὐδέν. τὸ δὲ γενέσθαι, πόνος.

PA'. Αδελφοῖς.

Ουδενὶ φθονητέον· ἀγαθοὶ μὲν γὰρ ἄξιοι, κακοὶ δ' ἂν εὐτυχῶσι κακῶς ζῶσι.

PB'. Διονυσίῳ.

Καλὸν, πρὶν παθεῖν, διδαχθῆναι πηλίκον ἐστὶν ἡσυχία.

PΓ'. Νεμηνίῳ.

Ου θρηνητέον οἵων φίλων ἐστερήθημεν, ἀλλὰ μνημονευτέον, ὅτι μετὰ τῶν φίλων τὴν καλλίστην βιοτὴν ἐβιοτεύσαμεν.

PΔ'. Θεαιτήτῳ.

Τὸ λυπέμενον ἀλλοτρίοις κακοῖς παραμυθοῦ.

PE'. Πρὸς τὸν δεῖνα.

Βραχὺς ὁ βίος, ἀνθρώπῳ εὖ πράττοντι, δυσυχοῦντι δὲ μακρός.

LXXXIX. Danao.

Opus peractum non angit.

XC. Dioni.

Non esse, nihil est: esse vero est aerumna.

XCI. Fratribus.

Nemini inuidendum: boni enim merentur, mali misere viuunt fortuna etiam secunda.

XCII. Dionysio.

Pulcrum est, antequam ferenda sint mala, quanta res sit tranquilla patientia, discere.

XCIII. Numenio.

Amici, quibus priuati fumus, non lacrymis ambitiose sunt prosequendi, verum memoria colendi, quod iucundissima vita nobis cum amicis sit acta.

XCIV. Theaeteto.

Quae aegre nobis faciunt iis solatium ex aliorum malis quaerendum est.

XCV. Ad incertum.

Breuis est vita, homini, cui ex voto omnia succedunt, longa ei, qui fortuna vtitur parum fauente.

EP. LXXXIX. Δανάῳ] vid. Stob. serm. XXIX de *assiduitate* p 206.

EP. XC. Δίωνι] vide Stob. serm. eod.

EP. XCI. Αδελφοῖς] ex Stob. serm. XXXIIX de *Inuidia* p. 225.

EP. XCII. Διονυσίῳ] ex Stob. serm. LVI. p. 375.

EP. XCIII. Νεμηνίῳ] ex Stobaeo serm. CXXIII *Consolator.*

EP. XCIV. Θεαιτήτῳ] ex Stobaeo serm. eod.

EP. XCV. πρὸς τὸν δεῖνα] ex Stobaeo serm. CXX de *comparatione vitae & mortis.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΑ

ΥΠΟ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ

ΤΟΝ ΤΥΑΝΕΑ

ΔΙΑ ΤΗΝ ΙΕΡΟΚΛΕΙ ΠΑΡΑΛΗΦΘΕΙΣΑΝ ΑΥΤΟΥΤΕ

ΚΑΙ ΧΡΙΣΤΟΥ ΣΥΓΚΡΙΣΙΝ.

EVSEBII PAMPHILI

ANIMADVERSIONES IN PHILOSTRATI

DE

APOLLONIO TYANENSI COMMENTARIOS

OB INSTITVTAM CVM ILLO AB HIEROCLE

CHRISTI COMPARATIONEM ADORNATAE.

DE HIEROCLE,
AVTORE SERMONIS ΦΙΛΑΛΗΘΟΥΣ,
VETERVM ET RECENTIORVM SCRIPTORVM TESTIMONIA.

Lactantius Inſtit. lib. V. cap. 2.

ALius eandem materiam mordacius ſcripſit, qui erat tum e numero Iudicum, & qui autor inprimis faciendae perſecutionis fuit: quo ſcelere non contentus, etiam ſcriptis eos, quos afflixerat, inſecutus eſt. Compoſuit enim libellos duos non contra Chriſtianos, ne inimice inſectari videretur; ſed ad Chriſtianos, vt humane ac benigne conſulere putaretur, in quibus ita falſitatem ſcripturae ſacrae arguere conatus eſt, tanquam ſibi eſſet tota contraria. Nam quaedam capita, quae repugnare ſibi videbantur, expoſuit, adeo multa, adeo intima enumerans, vt aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videatur. Quod ſi fuit, quis eum Demoſthenes poterit ab impietate defendere? qui religionis, cui fuerat accenſus, & fidei, cuius nomen induerat, & ſacramenti, quod acceperat, proditor factus eſt: niſi forte caſu in manus eius diuinae litterae inciderunt. Quae igitur temeritas erat, id audere diſſolüere, quod illi nemo interpretatus eſt? bene, quod aut nihil didicit, aut nihil intellexit. Tantum enim abeſt a diuinis litteris repugnantia, quantum ille abfuit a veritate & fide. Praecipue tamen Paulum Petrumque lacerauit, ceteroſque diſcipulos, tanquam fallaciae ſeminatores, quos eoſdem tamen rudes & indoctos fuiſſe, teſtatus eſt. Nam quoſdam eorum piſcatorio artificio feciſſe quaeſtum: quaſi aegre ferret, quod illam rem non Ariſtophanes aliquis, aut Ariſtarchus commentatus ſit.

Idem ibid. c. 3.

Item cum facta eius [Chriſti] mirabilia deſtrueret, nec tamen negaret, voluit oſtendere, Apollonium vel paria vel etiam maiora feciſſe. Mirum quod Apuleium praetermiſit, cuius ſolent & multa, & mira memorari. Cur igitur, o delirum caput, nemo Apollonium pro Deo colit? Niſi forte tu ſolus, illo ſcilicet Deo dignus, cum quo te in ſempiternum verus Deus puniet. Si magus Chriſtus, quia mirabilia fecit; peritior vtique Apollonius, qui (vt deſcribis) cum Domitianus eum punire vellet, repente in iudicio non comparuit; quam ille, qui & comprehenſus eſt, & cruci affixus. At enim ex hoc ipſo fortaſſe inſolentiam Chriſti voluit arguere, quod Deum ſe conſtituerit; vt ille verecundior fuiſſe videatur, qui cum maiora faceret, vt hic putat; tamen id ſibi non arrogauerit. Omitto nunc ipſa opera computare, quia in ſecundo & ſuperiore libro, de fraude ac praeſtigiis artis magicae dixi. Nego eſſe quenquam, qui non optet in primis id ſibi poſt mortem contingere, quod etiam Reges maximi concupiſcunt. Cur enim ſibi homines ſepulcra magnifica? cur ſtatuas? cur imagines comparant? Cur aliquibus claris factis, aut etiam pro ciuibus morte ſuſcepta, ſtudent opiniones hominum promereri? Cur denique ipſe ingenii tui monimentum hoc deteſtabile, ſtultitia, tanquam coeno aedificatum, conſtituere voluiſti, niſi quod immortalitatem de memoria nominis ſperas. Stultum igitur eſt, id putare Apollonium noluiſſe, quod optaret vtique, ſi poſſet: quia nemo eſt, qui immortalitatem recuſet, maxime cum dicas & adoratum eſſe a quibuſdam, ſicut Deum; & ſimulacrum eius ſub Herculis * Alexicaci nomine conſtitutum, ab Epheſiis etiam nunc honorari. Non potuit ergo poſt mortem Deus credi, quia & hominem, & magum fuiſſe conſtabat; & ideo alieni nominis titulo affectauit diuinitatem, quia ſuo

* Herculi *Apotropaeo* ſtatuam poſitam eſſe Epheſi, poſtquam a peſte vrbem liberaſſet Apollonius, ipſe dicit, in apologia ad Domitianum, apud Philoſtratum lib. IIX. cap. 7. ſect. 9. Non tamen erat, cur propterea dicam Lactantio ſcriberet vir non indoctus, eo quod ἀλεξικάκῳ Herculi eam ſtatuam dicatam, is doceat: non ſenſu enim ſed litteris tantum illae differunt voces, eſtque frequentior ἀλεξικάκου Herculis appellatio, vt ad Philoſtrati loc. cit. notauimus. Id magis annotari merebatur Lactantio dictum, quod ipſius Apollonii imago Herculis Alexicaci nomine apud Epheſios fuerit conſecrata. Eius ſane rei apud Philoſtratum neque vola neque veſtigium eſt, cum eo quem indicauimus loco, tum libro IV. cap. 11. Certe nihil ſuo hic honori tribui voluiſſe Apollonium, cuius iuſſu ſtatua eſt poſita, ſed Herculis vnice, quem adiutorem is habuerat, ex verbis ipſius conſtat. Fuerit itaque haec coniectura Lactantii, ſed nullo fundamento nixa, atque ex eorum temporum moribus orta tantum: quibus fieri ſolebat, vt Imperatorum facie Dei in nummis aliiſque monimentis fingerentur. Quod tamen ſi factum hic eſſet, vix dubitem inter crimina locum reperturum fuiſſe, ob quae apud Domitianum cauſa ipſi agenda fuit. Sed nullum eius rei indicium eſt in apologia Apollonii, ex qua tamen, ſect. inprimis 9. patet, omnia diligenter interius accepta fuiſſe, quae Epheſi geſta in eo negotio Apollonio fuerunt.

ncc poterat, nec audebat. Noſter vero & potuit Deus credi, quia magus non fuit; & reeditus eſt, quia verus fuit. Non, inquit, hoc dico, idcirco Apollonium non haberi Deum, quia noluerit, ſed vt appareat nos ſapientiores eſſe, qui mirabilibus factis non ſtatim fidem diuinitatis adiunximus, quam vos, qui ob exigua portenta Deum credidiſtis. Non eſt mirum, ſi tu, qui a Dei ſapientia longe remotus es, nihil prorſus intelligis eorum, quae legiſti; cum Iudaei, qui a principio prophetas lectitauerant, quibuſque ſacramentum Dei fuerat aſſignatum; tamen quid legerint, ignorauerint. Diſce igitur, ſi quid tibi cordis eſt, non ſolum iccirco a nobis Deum creditum Chriſtum, quia mirabilia fecit, ſed quia vidimus in eo facta eſſe omnia, quae nobis annuntiata ſunt vaticinio prophetarum. Fecit mirabilia; magum putaſſemus: vt & vos nuncupatis; & Iudaei tunc putauerunt; ſi non illa ipſa facturum Chriſtum prophetae omnes uno ſpiritu praedicaſſent. Itaque Deum credimus, non magis ex factis operibuſque mirandis; quam ex illa ipſa cruce, quam vos ſicut canes lambitis; quoniam ſimul & illa praedicta eſt. Non igitur ſuo teſtimonio, (cui enim de ſe dicenti poteſt credi?) ſed prophetarum teſtimonio, qui omnia, quae fecit, ac paſſus eſt, multo ante cecinerunt; fidem diuinitatis accepit; quod neque Apollonio, neque Apuleio, neque cuiquam magorum potuit aut poteſt aliquando contingere. Cum igitur talia ignorantiae ſuae deliramenta fudiſſet, cum veritatem penitus excidere connixus eſſet; auſus eſt libros ſuos nefarios ac Dei hoſtes, φιλαλήθεις annotare. O caecum pectus! O mentem cimmeriis, vt aiunt, tenebris atriorem! Diſcipulus hic fortaſſe Anaxagorae fuerit, cui niues atramentum fuerunt. Atqui eadem caecitas eſt, & vero, falſitatis; & mendacio, veritatis nomen imponere. Videlicet homo ſubdolus voluit lupum ſub ouis pelle celare; vt fallaci titulo poſſet irretire lectorem. Verum eſto; inſcitia hoc, non malitia feceris. Quam tandem nobis attuliſti veritatem? Niſi quod aſſertor Deorum, eos ipſos ad vltimum prodidiſti. Proſecutus enim ſummi Dei laudes, quem Regem, quem maximum, quem opificem rerum, quem fontem bonorum, quem parentem omnium, quem factorem altoremque viuentium confeſſus es; ademiſti Ioui tuo regnum, eumque ſumma poteſtate depulſum, in miniſtrorum numerum redegiſti. Epilogus itaque te tuus arguit ſtultitiae, vanitatis, erroris. Affirmas Deos eſſe; & illos tamen ſubiicis, & mancipas ei Deo, cuius religionem conaris euertere.

Idem de mortibus Perſecutorum cap. 16.

Quid opus eſt illa narrare, praecipue tibi, Donate chariſſime, qui praeter ceteros tempeſtatem turbidae perſecutionis expertus es? Nam cum incidiſſes in Flaccinum praefectum, non puſillum homicidam, deinde in Hieroclem ex vicario praeſidem, qui auctor & conſiliarius ad faciendam perſecutionem fuit, poſtremo in Priſcillianum ſucceſſorem eius, documentum omnibus inuictae fortitudinis praebuiſti.

Epiphanius Haereſ. 67.

Κυληϊανὸς μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θηβαΐδος, Ἀλεξανδρείας δὲ Ἱεροκλῆς.

Culeianus Thebaidis, Alexandriae Hierocles magiſtratus munus obibat.

Aeneas Gazaeus in Theophraſto p. 24.

Ἱεροκλῆς δὲ, οὐκ ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ὁ προκαλλόμενος τὰ θαυμάσια, ἄπιστον καὶ τοῦτο [τοῖς τῷ Ἀπολλωνίῳ περὶ τῆς μνημοσύνης τοῦ προγόνου σώματος μεμυθολογημένοις] προσέθηκεν. ὅτι νέος ἡταιρηκὼς, Κερκυραῖος δὲ ὁ νέος, μετὰ ἐραστοῦ Μύρωνος ἔπλει. καθορμισθείσης δὲ τῆς νεὼς εἰς τινα χῶρον ἔρημον, ἀποχωρήσας ὀλοφύρεται, ἀναμνησθεὶς ὅτι παρ' ἐκεῖ τῶν ἐραστῶν τις ἐν τῷ πρὸ βίῳ τῆς ὥρας τοῦ νέου διαμαρτὼν ἀπεπνίγη. καὶ δακρύει ὅτι μὴ αὐτῷ πρότερον ἐχαρίσατο.

Hierocles, non ille, quo praeceptore ſum vſus, ſed qui mirabiles res propoſuit, id quoque omnem ſuperans fidem, [ad ea quae Apollonius, de prioris cuiuſdam corporis memoria fabulatus fuerat,] adiecit. Iuuenem, aliis corporis vſum praebentem, Corcyraeus autem is erat, cum Myrone amatore nauigaſſe. In deſertum itaque locum appellente naue, ea relicta, miſerabiliter illum eſſe lamentatum, recordatum nimirum, quod in vita priori eius amatorum nonnemo, pulcritudine ſua frui quod non potuiſſet, ſuſpendio finiuerit vitam. Idque lacrymis eum deploraſſe, quod hanc ei gratiam non feciſſet.

Metaphraſtes Vitae *Aedeſii*.

Poſt hanc calamitatem incidit in HIEROCLEM (Aedeſius,) qui totam Aegyptum adminiſtrabat. Hunc cum in Dei martyres iniuria ſaeuientem animaduertiſſet, ſanctaſque Dei virgines tradentem lenonibus, nec tantam iniquitatem perferre poſſet, ſimile fraterno facinus aggreditur. Namque diuino repletus zelo procedit, & verbis ac factis Hieroclem confundit, manu enim ſua plagas illi in os infligit, humique ſupinum proſternit & caedit, ac monet ne audeat contra naturae leges Dei ſeruos offendere[1].

Ioannes Ionſius de *Hierocle*, *φιλαλήθους* ſermonis autore, tum aliis eius nominis de Script. Hiſt. Philoſ. III, 18.

§. I. HIEROCLES, Philoſophus Alexandrinus, Apollonii Tyanei, Philoſophi Pythagorici, hiſtoriam[2] tradidit, ſed ita, vt eum cum Chriſto Seruatore noſtro comparauerit, & ob virtutes atque operationes miras aequalem huic fecerit, quod ante eum ab aliis quoque factum fuiſſe indicat Auguſtinus Epiſt. V. fol. 16. *Quis autem vel riſu dignum non putet, quod Apollonium & Apuleium ceteroſque Magicarum artium peritiſſimos conferre Chriſto vel etiam praeferre conantur?* conf. Epiſt. XLIX. fol. 132. Marcellinum ad Auguſtinum Epiſt. IV. fol. 11. qui *Apollonium*, inquit, *ſuum nobis, & Apuleium, alioſque magicae artis homines in medium proferunt, quorum maiora contendunt extitiſſe miracula.* Titulus operi fuit Philalethes[3], vt indicat Euſebius iſte, qui octo ſermonibus (totidem enim libris Apollonii vitam deſcripſerat Philoſtratus, quem Hierocles ſequebatur,) Hieroclis ſententiam reiicit atque refutat. Poſteaquam haſce Hieroclis contra Chriſtum blaſphemias, cui ſpurciſſimum Magum Apollonium comparare auſus eſt, Euſebius refutauerat, addit breuem refutationem librorum eiuſdem Hieroclis[4] de fato & prouidentia, quorum Photius Ecl. CCXIV. ſeptem fuiſſe indicat, quoſque ad Olympiodorum Philoſophum miſerat. Hieroclem de prouidentia in Regia Bibliotheca Pariſiis num. MDCCLXXIX extare aiunt. Probare in illis voluit, omnes quotquot Platonem & Ariſtotelem inter ſe diſſentire ſtatuunt, falſos omnino eſſe & neutrius mentem aſſecutos. Sexto libro affirmauit omnes a Platone Philoſophos, ipſum etiam Ariſtotelem, ad Ammonium uſque Alexandrinum, Plotini & Origenis Praeceptorem, eandem cum Platone ſententiam tenuiſſe. Septimo autem ſiue ultimo libro, eos qui Ammonium ſecuti ſunt, Plotinum ſcilicet, Origenem, Porphyrium, Iamblichum & deinceps ordine ceteros, vſque ad Plutarchum Athenienſem, vere Platonicos fuiſſe probauit ſtylo perſpicuo atque Philoſopho, iudice Photio Ecl. CCXLII. vbi eum Alexandriae diſcipulis ſuis, quorum unus erat Theoſebius, Iſidori, ſub Zenone clari, Praeceptor, Gorgiam Platonis mira ingenii felicitate atque facundia expoſuiſſe tradit. Tandem Ecloga CCLI Photius egregium ex eius de prouidentia libro fragmentum affert, & Alexandri Aphrodiſei Peripatetici ſententiam fuiſſe ab eo improbatam refert. Vixit autem hic Alexander tempore Seueri Imp. itidemque de providentia librum ſcripſit, quem citat Euſebius praep. Euang. lib. VI. cap. 7. Cyrillus lib. II. III. IV. & V. contra Iulianum. Eius *περὶ εἱμαρμένης* fragmenta ſuperſunt.

§. II. Aetatem Hieroclis, alias dubiam, ex iis, quae diximus, facile erit colligere. (1) Vixit Hierocles noſter vel aetate Plutarchi Athenienſis, vel non diu poſt, cum inter celebriores Philoſophos, qui a Platone ad ſua tempora vixiſſent, Plutarchum hunc poſtremum

1 Huc refert H. Valeſius notis ad Euſeb. de martyribus Palaeſtin. c. 5. quod is dicit de Aedeſio, eum *λόγοις τε καὶ ἔργοις τὸν δικαίαν ἀσπάζεσθαι καὶ ἀτιμίᾳ περιβάλλειν*, & quod in Menaeo Graecorum legitur, eum *αὐτοχείρως τὸν ἄρχοντα τύψαι*.

2 *hiſtoriam tradidit*] id quidem dicere nolim, neque eius rei vllum veſtigium extat in antiquis monimentis. Nempe duo Hieroclis libri, quibus ſcripturas inprimis noſtras impugnauit, Lactantio teſte, illi argumento vix pares erant. Prouocans igitur tantum ad eos, qui hiſtoriam Apollonii ſcripſiſſent, & paradoxis quibuſdam ex iiſdem allegatis, liquere inde garriebat, Chriſto noſtro Apollonium longe praeſtare, vt patet ex iis, quae *αὐτολεξεὶ* Euſebius exhibet confutationis ſuae cap. 2. & quae omiſſa, ſuperſtitione quorundam, in quibuſdam exemplaribus fuerant. Si aliter res ſe haberet, quae cauſa erat, cur toto illo ſcripto Euſebius hiſtoriam Philoſtrati inſectaretur, eius verba referret, confutaret, exploderet? ab Hierocle prolatorum, quae quidem ad hiſtoriam ſpectent, vix verbulo quidem mentionem amplius faciens, & in ipſo titulo quoque operis Philoſtratum explodendum proponens.

3 *Philalethes*] *λόγον φιλαληθῆ* conſtanter vocat Euſebius, Lactantius libros duos fuiſſe ait.

4 *eiuſdem Hieroclis de fato*] opus Hieroclis de fato, cuius excerpta apud Photium habemus, & de quo plura Pearſonus & Dacerius, alterius, quam noſtri Hieroclis eſſe certum eſt, ſaltem opus eſſe diuerſum liquet ab eo, quod Euſebius confutauit. Nempe, qui legerit Euſebio de fato diſputata operis huius cap. 44, is facile animaduertet, doctiſſ. Ionſium iudicium hic ferre non lectis Euſebianis. Tam enim illa ad Hieroclis de fato libros, a Photio excerptos, pertinent nihil, quam parum conueniens fuiſſet diſputationi de Apollonio & Chriſto iſtam telam adtexere. Neque verbum neque ſententia ex illis in Euſebianis comparet. Sed potius, vt Apollonium Tyanenſem tantum non eſſe appareat, quantus Hierocli, Nicomediae iudici, viſus eſt, nedum vt cum Chriſto noſtro comparari mereatur, fundamentali in doctrina quoque errore eum contaminatum fuiſſe oſtenditur, allegatis iis, quae *de fato* apud Philoſtratum ille diſſeruiſſe narratur lib. VII. cap. 9. & lib. VIII. cap. 7. ſect. 16.

fa-

faciat. Sed succeſſionem Philoſophorum in Schola Athenienſi iam dedimus in Proclo. Inde, quia eorum hic crebra fit mentio, qui fuerint, quoſque habuerint ſucceſſores & diſcipulos, manifeſtum reddetur. Vixit autem hic Plutarchus aliquanto tempore poſt Iamblichum, vt verba Photii innuunt Ecl. CCXIV. Iamblichus vero Iuliano Auguſto floruit, vt ex huius ad Iamblichum epiſtolis conſtat. Vixit item ante Iſidorum illum, qui Marinum Procli diſcipulum audiuit teſte Photio Ecl. CCXLII.

§. III. (2) Hierocles libros illos ſuos ad Olympiodorum, Philoſophiae apprime ſtudioſum, & ciuilis ſcientiae probe gnarum, ποιητὴν τὸ ἐπιτήδευμα iuxta Photium Ecl. LXXX, ſiue χρυσοποιητὴν, qui χημευτικὴν & χρυσοποιΐαν profiteretur, explicante Cl. Reineſio, Var. II, 5 miſit, qui inſuper legationibus Romanis clarus multas barbaras gentes Romano imperio adiunxit, de quo Photius Ecl. CCXIV. Viuebat tum temporis ſub Honorio & Theodoſio II Olympiodorus Philoſophus, ad quem Iſidorus Pelus. l. II. epiſt. CCLVI. *Demiror qui fiat, vt, cum Platonem mireris, eius tamen conſilia & praecepta parui pendas.* Idem videtur eſſe Olympiodorus ille Peripateticus, quem Alexandriae Philoſophiam docentem audiuit Proclus Platonicus, teſte Marino vita Procli, & Suida Μαρῖνος. Proclus vero poſtea Athenis Philoſophiam docuit, & de conſenſu Orphei, Pythagorae & Platonis, alioſque libros ſcripſit: de quo ſupra. Scripſit Olympiodorus commentaria in Meteorologiam Ariſtotelis, ſed iuuenis forte, vt poſtea legationibus functus ſit. Doctiſſimus Phil. Labbaeus eiuſdem in Platonis Phaedonem, Gorgiam, Philebum & Alcibiadem primum commentaria in membranis adhuc latere indicat, libello de Graecis Platonis & Ariſtotelis interpretibus. Scripſit aetate iam grandis, vt apparet, hiſtoriarum aliquot libros, exorſus eos ab Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ. Deſinens, morbo forte letali impeditus, duodeuigeſimo poſt anno, cum poſt Honorium rerum potiretur Valentinianus A.C.CDXXV. Eclogam eius operis habet Photius tamen LXXX. Extat quoque fragmentum eius parte II. Corporis Byz. Hiſtoriae. Ipſe vero Olympiodorus apud Photium Ecl. LXXX tradit, ſe ad Hunnos & Donatum miſſum eſſe Legatum, & in itinere Athenis Leontium, inuitum etiam, in Sophiſticum thronum euexiſſe, ſociumque ſuum Philtatium, Virum doctum, ibidem artem libros conglutinandi inueniſſe. Haec Photius Ecl. LXXX ex Olympiodori Hiſtoriis, quem eundem cum Olympiodoro eſſe illo iudico, ad quem tanquam magnae autoritatis & eruditionis virum libros ſuos mittit, eiuſque iudicio ſubmittit Hierocles noſter, quem inde colligimus Theodoſii II temporibus floruiſſe [1]. Diuerſus eſt Olympiodorus ille ὁ Ἀθηναίων προστάτης, qui de Diogene Cynico nonnihil tradidit, teſte Laertio lib. VI. *Diog.* Fuit & Olympiodorus Alexidis, apud Laërtium lib. III. *Plat.* Olympiodorus Tibicen Magiſter Epaminondae fuit teſte Ariſtoxeno apud Athenaeum IV, 28. Olympiodorus Medicus apud Plinium Hiſt. nat. I, 12. Sed haec obiter.

§. IV. Quae cum ita ſint, errare conſtat eos, qui Euſebium hunc [2], qui Hieroclis noſtri libros de fato & comparatione Apollonii Tyanei cum Chriſto refutauit, eſſe opinantur illum Caeſarienſem Euſebium, Pamphili, Hiſtoriarum Eccleſiaſticarum Scriptorem, ante natum noſtrum Hieroclem iam defunctum. Omnes quotquot de fato ſcripſiſſe nouerat autores Euſebius l. VI. de praep. Euang. vbi ipſe de fato agit, adducit, non facta Hierocliis noſtri mentione, quem vel maxime nominaſſet, ſi tum vixiſſet.

§. V. Scripſit Hierocles noſter non modo comparationem Apollonii cum Chriſto, & de fato atque prouidentia, verum etiam εἰς τὰ χρυσᾶ ἔπη τῶν Πυθαγορείων βιβλίον, *in aurea*

---

1 *temporibus Theodoſii II. floruiſſe.*] his duobus argumentis, ex quibus aetatem Hieroclis, librorum de fato autoris, (quem eundem & aurea carmina ſcripſiſſe fatetur,) colligit Ionſius, tertium accedit ex eo, quod praeceptorem ſibi aureorum carminum autorem fuiſſe Aeneas Gazaeus innuat in Theophraſto p. 7. quod obſeruatum cl. Fabricio Bibliothecae Graec. lib. II. cap. 12. §. 7. & ante eum Cudvvortho in ſyſtem. mundi intellect. pag. 273. Qui tamen certo ex Aeneae verbis hoc colligi haut poſſe, quod in Aur. Carm. commentatus ſit, largitur, en ipſa ea, ſic enim Aeneas: ἔτι παρ' ὑμῖν εἰσιν οἱ τῆς φιλοσοφίας δεικνύντες τὰς τελετὰς, οἷος ἦν Ιεροκλῆς ὁ διδάσκαλος. Sane enim *Philoſophiae τελετὰς* h. e. *myſteria monſtrantes*, in genere quoſuis Philoſophiae abdita pandentes notant, nihilque neceſſe eſt ad commentarium in aurea carmina reſpici. Eſſe tamen eum Aeneae praeceptorem, qui de fato ſcripſit, temporum ratio, prout eam Ionſius colligit, abunde ſuadet: quem ſimili ratione cum Theoſebii extitiſſe magiſtro, & cum commentarii in Gorgiam Platonis autore eundem eſſe conficitur, quo denuo aetas illius illuſtratur, vide eam in rem a Dacerio obſeruata.

2 *errare conſtat eos, qui Euſebium hunc* &c.] diſerte tamen Euſebio Pamphili, Caeſarienſi librum, contra Hieroclem tribuit Photius cod. XXXIX. p. 24. Imo cum tota argumentatio Ionſii eo nitatur, quod Hieroclis de fato opus pateat confutatum fuiſſe ab Euſebio; idque falſum eſſe oſtenſum ſit p. praec. not. 3. totam iam labare manifeſtum eſt. Atque id nobis ſufficere poterat. Cum vero Hieroclem praeterea, *praeceptorem* ſuum, diſerte etiam ab eo, qui contra Chriſtianos ſcripſit pro Apollonio, diſtinguat Aeneas Gazaeus, vt lib. c. cl. Fabricio & Cudvvortho ante eum obſeruatum, omnino hoc quoque magis labefactabitur Ionſii ſententia, ſi certum ſit Aeneae praeceptorem de fato & in aurea carmina ſcripſiſſe. Ceterum ſi ita liberum ſit Ionſio iuniorem Euſebium confingere, a quo confutatus Hierocles ſit, Lactantii quoque, quam agnoſcunt omnes, aetatem deſtruat oportet, nam & ei, vt vidimus, allegatum eſt iſtud Hieroclis contra Chriſtianos opus. Vnde hoc ſaltem certo colligitur, diuerſos eſſe ſermonis Φιλαλήθους & libri de fato autores. Adde Caueum Hiſt. Litter. *Euſeb.* Tillemontium T. V. Moniment. ad Hiſtor. Eccl. ſpectantium p. 606, P. Baelium Lexico critico; cl. Fabricium Bibl. Gr. l. c.

car-

carmina Pythagoreorum librum [3], obseruante Suida Ἱεροκλῆς. Extat is manuscriptus in Bibliotheca Regis Christianissimi Num. MLIX & in Bibliotheca Iesuitarum Num. XLVI Parisiis. Discipulum eius fuisse Theosebium notat Photius Ecl. CCXLII & Suidas l. c. Apostolius adag. λέσχη ἐγκάθη citat Hieroclis librum primum φιλοσοφουμένων. Idem Apostolius & Etymologici M. autor, vterque prou. ἐμποδών ἐστι, citat Hieroclis librum secundum φιλοσοφουμένων παρὰ τῶν φιλοσόφων. Et vix dubitandum, quin nostrum signet Hieroclem. Diuersus ab hoc est Hierocles ille Arcesilai Philosophi familiaris apud Laertium lib. II. Mened. & lib. IV. Arc. itemque Hierocles ille Stoicus apud Gellium IX, 5. Hierocles Alabandeus orator Meneclis itidem Oratoris frater, Ciceronis erat Magister teste Cicerone ipso Bruto & Strabone lib. XIV. Hierocles Heliogabali Aug. maritus, iuxta Theodorum Metoch. Hist. Rom. fol. XCVII.

Ioannes Pearsonus deiis, qui Hieroclis nomine claruerunt, ex Prolegom. eius ad Hieroclis Comment. in aurea carmina.

I. Primus, quantum memoria teneo, qui Hieroclis nomine inter Graecos doctrina celebres insignitus est, fuit Meneclis frater, e regione Caria, ex vrbe Alabanda, vbi Cicerone puero floruit, & Oratoriam professus est. Aliter quidem docere nos nuper voluit vir doctissimus Gerardus Ioannes Vossius, libro de Historicis Graecis tertio; qui Hieroclem hunc patria quidem Alabandensem fatetur, sed Rhodum commigrasse tradit, testemque migrationis Strabonem laudat: quod an veritati consentaneum sit videamus. Verba Strabonis lib. XIV. in codicibus editis haec sunt. Ἀνδρες δὲ ἐγένοντο λόγῳ ἄξιοι, δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, ὃν ἐμνήσθημεν μικρὸν ἐπάνω, καὶ Ἱεροκλῆς, οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, ὅ, τε Ἀπολλώνιος καὶ ὁ Μόλων. *Viri memorabiles Alabandenses fuerunt Oratores duo fratres, Menecles, de quo paulo ante diximus & Hierocles, qui in Rhodum commigrauerunt; item Apollonius & Molo.* Ita Interpres, & haec Vossio fauent. Sed monuit Criticorum Princeps Isaacus Casaubonus locum esse mutilum, & deesse particulam καὶ, legendumque omnino καὶ Ἱεροκλῆς, καὶ οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον: vt illud μετοικήσαντες non ad Meneclem & Hieroclem, qui praecedunt, sed ad eos qui sequuntur, Apollonium scilicet & Molonem referatur. Quam ego correctionem minime contemnendam, potius corroborandam sentio. Nam primo Apollonium & Molonem Alabandenses fuisse & Rhodum postea commigrasse fatentur omnes: deinde cum Geographus ipse paulo ante eos, qui alibi nati, Rhodi Oratoriam professi sunt, commemorasset, horum quidem diserte meminit, Meneclis autem vel Hieroclis ibidem docentis mentionem nullam facit, Oratores adeo celebres loco tam opportuno nequaquam omissurus, si in eadem vrbe cum Apollonio & Molone vnquam docuissent. Ceterum Ioannes Meursius, vir diligens & harum rerum praecipue callens, correctionem Casauboni emendatione alia plane euertere in Apollonio suo conatur. Vbi enim nos legimus ὅ, τε Ἀπολλώνιος καὶ ὁ Μόλων, ac si duo essent, vt reuera sunt: ille leui transpositione in hunc modum restituit, ὅ, τε Ἀπολλώνιος, ὁ καὶ Μόλων, atque ita ex duobus vnum facit, qui & Apollonius Molo diceretur. Sed fugit eum ratio, cum diligentissimum Geographum sic emendaret, vel potius corrumperet. Quis enim putabit Strabonem, dum Alabandenses Oratores enumerat, Molonem nominare, Apollonium omittere: & cum ante vtriusque vt Alabanda nati, vt Rhodi profitentis, simul meminisset, nunc in ipsa patriae descriptione vnius tantum mentionem facere voluisse? Quid quod, quicquid alii de Apollonio Molonis, vt Plutarchus & Porphyrius, aut de Apollonio Molone, vt Iosephus, Suetonius & Quintilianus scribunt, Strabo semper Molonem diserte distinguit ab Apollonio? Καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς, καὶ Μόλων· ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς. *Quemadmodum Apollonius cognomento mollis & Molo; erant enim Alabandenses*, Meneclis Rhetoris discipuli. non dixit ὁ Μαλακὸς καὶ ὁ Μόλων, quod certe debuit, si vtrumque Apollonium, vnum Malacum, alterum Molononem dicere voluisset. Rursus ἐπεδήμησε δὲ πρότερον Ἀπολλώνιος· ὀψὲ δὲ ἦκεν ὁ Μόλων. *Prior Rhodum se contulit Apollonius: postea autem venit Molo.* Si vterque fuisset nomine Apollonius, nunquam scripsisset πρότερον Ἀπολλώνιος, sed πρότερον ὁ Μαλακὸς, ὀψὲ δὲ ὁ Μόλων. Certissimum igitur est distingui apud Strabonem Apollonium & Molonem, & correctionem Casauboni emendationi Meursii praeferendam. Quare καὶ οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, ὅ, τε Ἀπολλώνιος καὶ ὁ Μόλων, ita apud Strabonem verterem. *Memorabiles quidem Alabandenses Menecles & Hierocles, item Apollonius & Molo, qui* (ex Alabanda patria sua, vbi Meneclem audiuerant) *Rhodum commigrarunt.* Habemus igitur tandem Hieroclem Alabanda natum, ibidemque Oratoriam professum. Et scripsisse eum Orationes ex Cicerone constat. Ita enim ille in Bruto. *Genera Asiaticae dictionis*

3 *in aurea carmina Pythagorae librum*] vide tamen ea de re paulo post Dacerium & ad eum notata, qui hac ex parte a Ionsio & Pearsono dissentit, recte omnino, si, quod antea obseruatum, aureorum carminum autor Aeneae Gazaei extitit magister: quod tamen mihi non satis liquere libenter fateor.

duo sunt: vnum sententiosum & argutum, qualis in historia Timaeus, in dicendo autem, pueris nobis, Hierocles Alabandeus, magis etiam Menecles frater eius fuit; quorum vtriusque orationes sunt inprimis, vt in Asiatico genere, laudabiles. Quod fuerit iudicium hominum de hoc Hierocle, cognoscere licet ex Cicerone l. 2. de Oratore. *Intelligemus, vt hodie Albandensem illum Meneclem & eius fratrem Hieroclem, quos ego audiui, tota imitetur Asia; sic semper fuisse aliquem, cuius se similes plerique esse vellent.* Quae sententia Ciceronis, docet ipse in Oratore ad Brutum: *Tertium est, in quo fuerunt fratres illi, Asiaticorum Rhetorum Principes, Hierocles & Menecles, minime mea sententia contemnendi. Etsi enim a forma veritatis & ab Atticorum regula absunt; tamen hoc vitium compensant vel facultate vel copia.* Atque haec de Alabandensi Rhetore, quem nostrum esse non posse certissimum est, vtpote qui pene quadringentis annis Philosopho antiquior fuerit. Meminit & Hieroclis cuiusdam Scholiastes ad Pindari Pythia ode 4. Ιεροκλῆς δέ φησι τὺς ἐκ Λακεδαίμονος ἀποικίσαντας, Ἀπόλλωνι αὐτὴν (Θήραν) ἀνιερῶσαι. & paulo post. Ιεροκλῆς δέ φησι κεῖσθαι τὴν πόλιν ἐπὶ λόφῳ μαστοειδῦς λευκογείου. Hunc Hieroclem eundem fuisse cum Alabandensi unico hoc argumento, nimis fortasse leui, non tamen reticendo, coniicio. Menecles & Hierocles fratres erant, in eodem dicendi genere versati; Scholiastes autem vtrumque simul laudat. Nam cum Meneclem prius ideo nominasset, quod probabiliorem ceteris rationem reddidisset, cur Battus oraculum consuleret, seditionem nempe in insula Thera ortam: statim subiungit verbis modo prolatis, *Hieroclem docuisse, eos qui ex Lacedaemone coloniam in Theram deduxerant, eandem Apollini consecrasse; & vrbem Cyrenem in colle, veteris formam referente, collocatam fuisse.* Hinc mihi quidem verisimile videtur, fratrem vtrumque historiam illam de aduentu Batti in Cyrenaicam oratorio more pertexuisse.

II. Si tamen coniectura haec minus cuiquam arrideat, potiusque ad aliquem, quem Historica scripsisse certum est, referenda haec esse autumauerit; sit nobis secundus Hierocles ille, cuius Stephanus Ethnicographus meminit, qui libros scripsit, quos φιλίσορας nominauit. Ita enim ille in Ταρκυνία. καὶ Ταρκυναῖοι ἔθνος Τπερβορέων, παρ' οἷς οἱ γρύπες τὸν χρυσὸν φυλάσσουσιν, ὡς Ιεροκλῆς ἐν τοῖς φιλίσορσιν. *Etiam Tarcynaei gens quaedam inter Hyperboreos, apud quos gryphes aurum custodiunt, vt Hierocles in Philhistoricis.* Insigne fragmentum ex eodem opere excerptum apud eundem Stephanum extat in Βραχμᾶνες. Ιεροκλῆς ἐν τοῖς φιλίσορσί φησι· μετὰ ταῦτα σπουδῆς ἄξιον ἐνομίσθη, τὸ Βραχμάνων ἰδεῖν φῦλον, ἀνδρῶν φιλοσόφων καὶ θεοῖς φίλων, ἡλίῳ δὲ μάλιστα καθωσιωμένων. ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας πάσης, καὶ ὑπαίθριοι τὸν ἀεὶ χρόνον βιοτεύουσι, καὶ ἀληθειαν τιμῶσι. χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῆ, τῇ ἐκ πετρῶν λίθων, τὰ μηρύματα μαλακὰ καὶ δέρματα ὁ δὴ συνυφαίνουσιν. ἐξ ὧν ὑφάσματα γινεται μήτε πυρὶ καιόμενα, μήτε ὕδατι καθαιρόμενα, ἀλλ' ἐπειδὰν ῥυπᾳ καὶ κηλίδος ἐμπλησθῇ ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται. *Postea operae pretium videbatur Brachmanas visere, homines philosophiae deditos, & Diis charos, Soli vero praecipue dedicatos. Ceterum ab esu carnium prorsus abstinent; sub dio totam aetatem degunt & veritatem colunt.* Quae autem sequuntur cum corrupta sint, prius vt emaculentur, quam vertantur, opus est. Corrigo itaque & lego χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῆ τῇ ἐκ πετρῶν· λίθων γὰρ μηρύματα μαλακὰ καὶ δερματώδη συνυφαίνουσιν. Correctionem confirmant illa Plutarchi, libro de Oraculorum defectu. τῆς δ' ἐν Καρύστῳ Πέτρας, χρόνος ἡ πολὺς ἀφ' ἧ πέπαυται μηρύματα, λίθων μαλακὰ νηματώδη συνεκφέρουσα. Vides ex petra Carystia λίθων μηρύματα eaque μαλακὰ καὶ νηματώδη, vt apud Stephanum δερματώδη reposuimus, νηματώδη etiam reposituri, nisi quod nimis a veteri lectione recedat, & δερματώδη ferri possit. Quod autem de lino viuo asbestino loquatur Plutarchus, certum est: ex eo enim mantilia, retia & capitis inuolucra confecta esse dicit, ab ignis iniuria tuta, iisdem pene cum Hierocle verbis tradens, ὅτε περικαιομένης, ἀλλ' ὅσ' ἂν ῥυπαινθῇ χρωμένων ἐμβαλόντες εἰς φλόγα, λαμπρὰ καὶ διαφανῆ κομίζονται. Atque ita tandem reliqua apud Stephanum vertimus. *Vtuntur autem veste linea, ex petris facta: lapidum enim filamenta quaedam mollia & quasi cutanea contexunt, ex quibus vestimenta fiunt, neque igne comburenda, neque aqua purganda; sed cum sordibus scateant, in flammam coniecta, pura & splendida euadunt.* Aliud Hieroclis eiusdem fragmentum, ex eodemque opere, conseruatum habemus in Tzetzis Chiliadibus. Quod licet ipsissimis eius verbis conceptum non sit, tamen & libri argumento, & aetati autoris vix aliunde eruendae non parum lucis afferet.

Ιεροκλῆς ὡσαύτως φιλίσορσιν ἐν λόγοις,
Ἐξῆς δὲ, λέγων, εἴδομεν χώρην ἀυχμηροτάτην,
Ηλίῳ φλεγομένην τε καὶ περὶ ταύτην ἄνδρας
Γυμνὺς, ἀνεστίους τε πρὸς χώραις τῆς ἐρήμου.

Ων

Ων οἱ μὲν ἀπεσκίαζον τὸ πρόσωπον ὠτίοις,
Τὰς πόδας δ' ἀνατείνοντες τὸ σύμπαν ἄλλο σῶμα.
Τούτων δὲ Στράβων μέμνηται, καὶ γε τῶν ἀκεφάλων,
Καὶ τῶν δεκακεφάλων τε καὶ τετραχειροπόδων·
Ουσπερ ἐγὼ οὐκ ὄπωπα, φησὶν ὁ Ιεροκλῆς.
Ταῦτα Ιεροκλῆς μέν.

Hierocles similiter in libris Philhistoricis
Deinde, inquit, vidimus regionem siccissimam,
Soleque exustam & in ea viros
Nudos atque tecto carentes, locis in desertis.
Quorum quidam obumbrabant faciem auribus,
Pedes autem extendentes: etiam corpus reliquum.
Quin horum Strabo meminit, nec non Acephalorum,
Et decem capita habentium, quatuorque manuum atque pedum.
Quos ego nusquam vidi, inquit Hierocles.
Haec quidem Hierocles.

Atque ista Ioannes Tzetzes Chil. 7. Hist. 144. ex quibus liquet, Hieroclem illum quamplurimas regiones peragrasse, resque in itinere visas aut aliunde cognitas scripto tradidisse, & libros, quibus haec omnia complexus est, φιλίστορας nominasse. Patet etiam ex Strabone Historico, qui sub Tiberio scripsit, iuniorem, (illum enim laudat,) Stephano autem Ethnicographo, a quo ipse laudatur, antiquiorem fuisse.

III. Post Oratorem & Historicum, tertius nobis erit ex porticu philosophus, toties Tauro Platonico, & cum Stoica disciplina non bene conuenienti, laudatus, vt tradit in noctibus Atticis Agellius. *Taurus autem noster, quoties facta mentio Epicuri esset, in ore atque in lingua habebat verba haec Hieroclis Stoici, viri sancti & grauis:* ἡδονῆς τέλος πόρνης δόγμα οὐκ ἔστιν πορνεία οὐδὲν πόρνης δόγμα. Ista Agellius de Tauro l. IX. c. 5.

Haec Taurus ex Hierocle, sed corrupta, & nihili, ex vitiosa editione facta, in hunc modum nitori pristino restituenda. Ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστι πρόνοια οὐδὲν· πόρνης δόγμα. Duo nempe Epicuri dogmata iugulat, & ex philosophorum scholis ad lupanaria amandat vir sanctus & grauis: finem omnium seu summum bonum in voluptate situm esse: illud primum. Prouidentiam, qua regi mundum vulgus autumat, nihil esse: hoc secundum. Et hic fortasse Hyllarimensis est, de quo Stephanus: Υλλάριμα πολίχνιον Καρίας, ὅθεν ἦν Ιεροκλῆς, ὁ ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθείς. Nullam enim aliam ob rationem, quam quod philosophus dicatur, nostrum fuisse Hyllarimensem illum coniecit Vossius; nos igitur potiori iure Stoicum hunc fuisse dicamus, quoniam noster non ex athleta, sed ex iudice factus est philosophus, vt mox ostendemus. Vtcunque sit, Stoicus ille non potest idem esse cum eo quem nos edimus, quia Tauro antiquior est, quem Platonicam philosophiam exponentem non solum Agellius, sed & Herodes Atticus, referente Philostrato, sub Hadriano Caesare audiuit.

IV. Alius etiam a nostro *videtur* Hierocles, ex quo Athenaeus lib. XIV. refert quid sit σαῖς, inquit Ger. Vossius. Imo vero si omnino fuerit Hierocles iste, non modo *videtur* alius, sed vt sit necesse est. Scripsit enim ante Athenaeum, qui sub Pertinace Deipnosophistas edidit, centum & quinquaginta annis ante Libanium & Acacium, quibus florentibus noster obiit. Neque vero ille apud Athenaeum refert quid sit σαῖς, sed quid σαιτίτας, *placenta* scilicet ita Epicharmo nominata, quae σαῖς ἐστιν ὑγρὸν, εἰς πήγανον ἐπιχεόμενον, μέλιτος ἐπιβαλλομένου καὶ σησάμης καὶ τυροῦ, ὡς Ιεροκλῆς φησιν. σαιτίτας nempe dictus est, quod sit σαῖς liquidum sartagini affusum, adiecto melle, cum sesamo & caseo, vt inquit Hierocles. Apertissime autem fallitur vir doctissimus, Dalechampium secutus, cum ita explicat, quid sit σαῖς, nempe liquor, vinum puta, aqua vel alius. Nemo enim unquam vinum aut aquam aut similem aliquem humorem σαῖς nominauit. Reuera non quid σαῖς esset, sed quamobrem placenta σαιτίτας diceretur, scilicet quod ἐκ σαιτὸς ὑγροῦ fieret, docere voluit, quisquis est; non enim Hieroclem, sed Iatroclem nominatum puto; & legendum omnino, ὡς Ιατροκλῆς φησιν, apud Athenaeum censeo. Vt enim Harpocration Mendesius, ita & Iatrocles scripsit de placentis. κρεμνίτης, πλακοῦς ποιὸς, διὰ κρίμνων γινόμενος, ὡς Ιατροκλῆς ἐν τῷ περὶ πλακούντων ἀναγράφει. Athenaeus paulo ante: & idem rursus, Κοιρίναι. τούτων μνημονεύει Ιατροκλῆς ἐν τῷ περὶ πλακούντων. Vt igitur alibi, Παῖσα πλακούντια παρὰ Κώοις, ὥς φησιν Ιατροκλῆς·

ita hic quid sit Σταυίτας ostendens, ὡς Ἱατροκλῆς φησι sine dubio scripsit. Hunc igitur ex numero eorum qui sub Hieroclis nomine innotuerunt expungentes, ad alios & his & nostro iuniores transeamus.

V. In 16. Geoponicorum libro tria capita sunt quae Φερoκλέους nomen prae se ferunt: sed cum liber ille ad rem Veterinariam pertineat, Ἱεροκλέους legendum esse ostendunt Hippiatrica. Binos autem libros scripsit Hierocles περὶ τῆς ἵππων θεραπείας, hoc est, *de morbis equorum curandis*, vt ipse testatur in prooemio ad secundum Hippiatricorum capite sexagesimo; eosque a Basso rogatus cum confecisset, eidem postea dedicauit. Suntque hi duo libri quasi fundamenta Collectionis Veterinariae, ad quorum formam methodumque reliquorum Epistolae aut ἀποσπασμάτια redigi videantur. Fuit autem Hierocles ille non ἱππιατρὸς, aut inter equites Caesarianos in armis versatus, vt Absyrtus, & Theomnestus, sed iurisprudentiam coluit & causis agendis in foro operam dedit. Locuples ipse mihi testis in Operis Prooemio. Αλλ' εἰ καὶ κατακύειν ἡμᾶς ἑτέρων τὰ νῦν ἐχρῆν, ἔν τε δικαστηρίοις παρέχειν χρείαν τοῖς δεομένοις, καὶ σπυδὴν περὶ τάυτας ποιεῖσθαι τὰς διατριβάς· ὐκ ἀτιμασέον ὅμως τὴν σὴν ἀξίωσιν ἄριστε Βάσσε. *Etiamsi nos alios potius audire hoc tempore oporteat, & in iudiciis copiam nostri postulantibus praebere, atque hisce exercitiis operam dare; non tamen negligendum fuit optime Basse, quod tu requiris.*

VI. Praeter hunc & alius Hierocles Grammaticus, qui Συνέκδημον siue Notitiam Imperii Constantinopolitani euulgauit, editus ab Episcopo Abrincatensi, sed imperfectus, a V. Cl. L. Holstenio in corpore Historiae Byzantinae perfectior edendus.

VII. Tandem aliquando, recensitis illis quos a nostro plane distinguimus, ad ipsum Philosophum veniamus. Hunc ego pro certo affirmare non ausim, negare tamen non possum fuisse illum ipsum, qui aduersus Christianae religionis symmystas & scripsit mordacia & acerba gessit.

VIII. Primum autem legendo obseruaui, fuisse eum in Bithynia Iudicem, imperante Diocletiano, iudiciumque aduersus Christianos flagrante persecutione, exercuisse. Autor est oculatus Tragoediae testis Lactantius. *Alius eandem materiam mordacius scripsit, qui erat tunc e numero Iudicum, & qui autor inprimis faciendae persecutionis fuit.* Ita ille lib. 5. de Iustitia c. 2. de alio nescio quo priora, de nostro haec certissime locutus. Non igitur, vti alter, antistitem se philosophiae tunc temporis profitebatur, sed sub solo Iudicis officio Christiano nomini infensus apparuit. *Quo scelere non contentus, etiam scriptis eos quos afflixerat insecutus est.* Sed quemadmodum inter Graecos rerum naturae periti primo σοφοὶ, postea modestiori vocabulo φιλόσοφοι dicebantur: ita cum Celsus, qui primus aduersus religionem nostram ex professo scripsit, inimicissimum veritati librum λόγον ἀληθῆ nuncupasset, Hierocles titulo minus ambitioso suum φιλαλήθη indigitauit. Fatetur Eusebius ἀλαζονικώτερον τῷ φιλαλήθης ἐπιγεγραμμένον Κέλσῳ ἀληθῆ λόγον. Et vt ad Hieroclem haec pertinere certo constet, qui a Lactantio nullibi nominatur, ecce quae Eusebius post verba, vt refutarentur repetita, subiungit. Ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς Ἱεροκλεῖ τῷ τὸν καθ' ἡμῶν ἐπιγεγραφότι φιλαλήθη λόγον. *Haec*, inquit, *ipsius Hieroclis verba sunt in Oratione contra nos scripta, cui titulus Philalethes.* Ita semper Eusebius, ac si vnum tantum librum scripsisset, cum duos fuisse ex Lactantio pateat. *Composuit enim libellos duos, non contra Christianos, ne inimice insectari videretur, sed ad Christianos, vt humane & benigne consulere putaretur.* Integer itaque titulus ita erat conceptus

Λόγοι Φιλαλήθους, πρὸς Χριστιανούς

De binis itaque res est certa. Idem capite sequenti: *Ausus est libros suos nefarios, ac Dei hostes, φιλαλήθεις id est, veritatis amatores annotare.* Eusebius vero velut librum singularem nominat, quia ex duobus vnum tantum tetigit, nec eum, vt opinor, integrum, sed partem illam tantum, qua ausu plane nouo & reliquis Christianismi hostibus intacto, Apollonium Tyaneum Christo Deo nostro comparauit, aequauit, praetulit. Atqui alia quam plurima, praeter infamem illam comparationem, aduersus nos effuderat Hierocles, *in quibus*, teste Lactantio, *ita falsitatem Scripturae Sacrae arguere conatus est, tanquam sibi esset tota contraria. Nam quaedam capita, quae repugnare sibi videbantur, exposuit, adeo multa, adeo intima enumerans, vt aliquando ex eadem disciplina fuisse videatur.* Vt etiam quaedam particularia notemus, *praecipue Paulum Petrumque lacerauit, ceterosque discipulos tanquam fallaciae seminatores: quos eosdem tum rudes & indoctos fuisse testatus est, nam quosdam eorum piscatorio officio quaestum fecisse. Ipsum autem Christum affirmauit a Iudaeis fugatum, noningentorum hominum manu latrocinia fecisse. Item cum facta eius mirabilia destrueret, nec tamen negaret, voluit ostendere Apollonium vel paria vel etiam maiora fecisse.* Reliqua igitur quae de contrarieta-

etate Sacrarum Scripturarum, de Pauli Petrique diſſidio, & Apoſtolorum imperitia effutiuit, ex Celſo excerpſerat, aut etiam ex Porphyrio, qui eadem, teſte Hieronymi prooemio Commentarii in Epiſtolam ad Galatas, in primo operis ſui aduerſum Chriſtianos libro, copioſe tractauerat. Πρὸς μὲν γὰρ τὰ λοιπὰ τῶν ἐν τῷ Φιλαλήθει, οὐδὲν ἂν εἴη σπουδαῖον ἐπὶ τοῦ παρόντος ἴσασθαι, μὴ αὐτῷ ἴδια τυγχάνοντα, σφόδρα δὲ ἀναιδῶς ἐξ ἑτέρων ἀκ αὐτοῖς μονονυχὶ νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ῥήμασι καὶ συλλαβαῖς ἀποσεσυλημένα. *Nam in reliquis, quae in Philalethe continentur, non erit operae pretium impraeſentiarum commorari, cum ipſius propria non ſint, ſed ex aliorum ſcriptis, iiſdem non tantum ſententiis, ſed verbis etiam atque ſyllabis nimis impudenter ſublecta.* Euſebius igitur ea tantum in libris Hieroclis refutare aggreſſus eſt, quae de Apollonio ſcripſerat, reliqua vero intacta praetermiſit, vt iam pridem ab Origene in libris aduerſus Celſum refutata, aut a ſeipſo in iis quae contra Porphyrium meditabatur propediem refellenda. Nullo igitur modo concedendum eſt Illuſt. Cardinali Baronio, Euſebium omnes impudentis hominis conatus temerarios hoc Commentario infregiſſe, cum minimam eorum partem attigiſſe ſe fateatur. Et omnino notandum eſt, Euſebii librum contra Hieroclem, peſſime a Florentino Interprete verſum, nec vt videtur hactenus ſatis intellectum, vix attigiſſe ea, quae ab Hierocle ſunt profecta, neque comparationi Apollonii cum Chriſto inhaerere; imo vero ab eo argumento prorſus abſtinuiſſe & Philoſtrati libros octo de vita Apollonii tantum percurrere, & quicquid ei tanquam Philoſopho tribuitur libenter concedere, quicquid ad eum ſupra mortalium ſortem euehendum comparatum eſt, excutere, eleuare, conuellere.

IX. Ceterum Hieroclem illum, de quo haec diximus, tum ingenii acumine tum ardore animi, cupidineque perſequendi Chriſtianos Diocletiano adeo placuiſſe probabile eſt, vt ex Iudice Nicomedienſi Praefectus Alexandriae factus eſſe videatur. Certe Epiphanius de eiuſdem temporis inaudita ſaeuitia agens haer. 67. ſiue Hieracitarum Haereſi habet: Κυληιανὸς μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θηβαΐδος, Αλεξανδρείας δὲ Ιεροκλῆς. *Praeerat tum Thebaidi Culeianus, Alexandriae vero Hierocles.* Vnde haud difficulter tandem adduci me patiar, vt cum Voſſio credam, hunc hoſtem religionis noſtrae Hyllarimenſem Hieroclem fuiſſe. Sed ea lege, vt illa Stephani verba aliter mihi liceat interpretari, non vt ex poeta, cum Simlero, neque ex athleta, cum Voſſio, ſed ex perſecutore factus ſit Philoſophus: ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθεὶς, inquit Stephanus, aut forte Hermolaus: ἆθλα autem & ἀθλήσεις creberrime dicuntur certamina illa, quae Chriſtiani cum Ethnicis inierunt, perſecutioneſque quas perpeſſi ſunt. Vnicum Euſebium nominabo huius ipſius temporis calamitates perſequentem. Τί χρὴ πολλὰ λέγειν, καὶ καινοτέρας ἐπὶ καινοτέραις τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην θεοπρεπῶν μαρτύρων ἀθλήσεις παρατίθεσθαι; Quidni igitur Hierocles, ἀπὸ τούτων τῶν ἀθλήσεων, *ab hac ipſa perſecutione*, tribunal reliquerit, praefecturam exuerit, praeſertim Conſtantino Magno non tantum lethales illas flammas extinguente, ſed veritatis lucem admittente? Quidni ad vitam Philoſophicam, & ſtudia literarum, quibus etiam antea operam non vulgarem dediſſe videtur, inſperata rerum mutatione perculſus, ſe contulerit? Quae ſi cui ſatis veriſimilia videantur, huic certe non difficulter perſuaſero eundem fuiſſe & Iudicem, & Philoſophum noſtrum; qui Epiphanio ἔπαρχος Αλεξανδρείας, Suidae φιλόσοφος Αλεξανδρεύς. Atque haec de libris duobus, quos Iudex ſcripſit, & φιλαλήθεις nominauit: reliqua vero, quae iam Philoſophiam profeſſus edidit, recenſeamus.

X. Inter Opera vero Philoſophica, ſiue Iudex, ſiue alius fuerit, primum iure merito locum ſibi vendicat Υπόμνημα εἰς τὰ χρυσᾶ Πυθαγόρᾳ ἔπη, *Commentarius in aurea Pythagorae Carmina*, opus nunquam ſatis laudatum. Neque enim Carmina iſta tantum interpretari, aut Grammaticorum inſtar Scholia conficere in animo habuit, ſed omnia Pythagoricae diſciplinae lineamenta breui quaſi tabula depingere. Ipſius verba proferam, quia meliora proferre non poſſum. Τοιαύτη τῶν χρυσῶν Επῶν ἡ ἐξήγησις ἡμῖν γέγονε, περιέχουσα ἐν αὐτῇ Πυθαγορείων δογμάτων μετρίαν σύνοψιν. *Haec eſt Aureorum Carminum explicatio noſtra, Pythagoricorum in ſe dogmatum ſynopſin continens.*

XI. Proximum huic locum habeat praeclarum illud Opus, περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης, καὶ τῆς τῷ ἐφ' ἡμῖν πρὸς τὴν θείαν ἡγεμονίαν συντάξεως; *de Prouidentia & Fato, arbitriique noſtri cum diuina gubernatione congruentia.* Erat autem totum Opus in ſeptem Libros diſtinctum. Επτὰ δὲ λόγοι αὐτῷ ἐπιμερίζονται τὴν σπουδὴν, inquit Photius Bibliothecae Codice 214, quorum etiam argumenta ibidem percurrit.

XII. Hunc, a Voſſio praetermiſſum, ſequatur, qui tanti illi eſt, Οικονομικὸς, *cuius particulae*, inquit, *hae erant; De amore fraterno & quomodo vtendum ſit cognatis, & ſimiles.* Voluit igitur Vir doctiſſimus ingens Volumen ab Hierocle in Oeconomicis factum, cuius partes eſſent illae a Stobaeo citatae; Scilicet, τίνα τρόπον θεοῖς χρηστέον, ſeu *de Vſu Deorum; πῶς τῇ πα-*

πατρίδι χρηστέον, siue *quales in patriam esse debeamus;* πῶς χρηστέον γονεῦσιν, *siue quomodo erga parentes gerere nos oporteat;* πῶς συγγένεσι χρηστέον, *quomodo vtendum cognatis;* περὶ τῦ γάμυ id est *de nuptiis;* περὶ φιλαδελφίας, *de amore fraterno.* Ego vero aliter omnino sentio, οἰκονομικὸν scilicet fuisse maioris operis partem unam, eodem plane cum reliquis modo, in eodem cum iis volumine coniunctum. Neque enim verisimile est Stobaeum, cum reliquas particulas ad caput suum retulerit, vnam tantum ad operis totius titulum referre voluisse. Praeterea ea quae ex Oeconomico citat, ad rei familiaris administrationem proprie spectant, πρὸ πάντων γε περὶ τῶν ἔργων ὑφ' ὧν οἶκος συνέχεται, *ante omnia,* inquit, *de operibus quibus res domestica continetur.* Partitur itaque officia ad familiam pertinentia inter patrem matremque familias; rustica, forensia, & ciuilia viro, mulieri domestica negotia tribuens. Peculiaris igitur pars est οἰκονομικὸς, ab officio erga Deos, patriam, parentes, fratres, cognatosque distincta, vnumque caput vel librum fortasse in opere maiori constituens: quod quidem ego Ἱεροκλέυς φιλοσοφύμενα nominatum puto.

XIII. Etiam Hyllarimensem signari suspicor a Michaele Apostolio centuria 8. prov. 20. vbi citatur ἐν δευτέρᾳ φιλοσοφυμένων παρὰ τῶν φιλοσόφων, *libro secundo de iis, qui a philosophis in sapientiae studio instituuntur.* Ita Vossius prorsus male; non enim sunt οἱ φιλοσοφύμενοι de quibus Hierocles scripsit, sed τὰ φιλοσοφύμενα, vt Demetrii Ixionis ἐτυμολογύμενα, quorum meminit Athenaeus; neque τῶν φιλοσόφων legendum est, sed περὶ, vt apud Etymologum & Suidam reperitur, vnde Apostolius hausit: neque περὶ φιλοσόφων pars tituli est, sed tantum indicat Hieroclem lib. II. φιλοσοφυμένων, dum de philosophis loqueretur, ea verba habuisse, quae sequuntur. Ita enim Suidas in ἐμποδών· ἐχρήσατο δὲ τῇ λέξει Ἱεροκλῆς τε καὶ ἄλλοι, ἀντὶ τῦ ἐμποδίυ. φησὶν ἐν β' φιλοσοφυμένων περὶ τῶν φιλοσόφων. τίς γὰρ αὐτῶν οὐχὶ καὶ ἔγημε, καὶ παῖδας ἀνείλατο, καὶ οὐσίας ἐπεμελήθη, μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος. Apud Apostolium pro αὐτῶν perperam scribitur αὐτὴν, quod Pantinum in errorem duxit plane iocularem. Suidae igitur verba, vt & Etymologi, sic accipienda sentio. *Vtitur hac voce* ἐμποδὼν *Hierocles cum aliis loco* ἐμποδίυ: *vt cum lib. II.* φιλοσοφυμένων *in hunc modum de philosophis loquitur: Quis enim eorum non vxorem duxit, liberosque suscepit, & rei curam gessit, quoties nihil impedimento esset?* Reliqua quae apud Suidam sequuntur, & cum his, nullo alio autore nominato, nulla occasione interposita cohaerere fortasse videantur, omnino ab hoc fragmento Hieroclis remouenda sunt, autorique suo restituenda. Post illa scilicet philosophi nostri μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, sequitur apud Suidam, ἐπεὶ ὁ οὐκ εἰδὼς τῦ εἰδότος ἐν οὐκ εἰδόσιν, ὡς εἶπε Πλάτων, πιθανότερος ὑπάρχει. φενακισθεὶς Ἰλλῦς μεμερμνημένη σωμυλία λογιώτερον πάντων ἔκρινε παιδευτῶν τῆς Κωνσταντίνυ διὸ καὶ πολλὴν αὐτῷ δίδωσι παραμυθίαν ἐκ τῶν δημοσίων. *Vt ingenue fatear, hunc locum non satis intelligo,* inquit Aemilius Portus, qui Suidam adeo infeliciter transtulit, maculisque plurimis aut affectum inuenit, aut affecit. Neque satis ei fuit non intellexisse, insuper emendatione corrupit, nam pro τῆς Κωνσταντίνυ legit τῶν, atque ita Imperatorem nobis pro vrbe dedit, & tempora Constantini cum regno Zenonis pariter confudit. Imposuit illi vocabulum, Ἰλλῦς, quod nomen viri fuisse ignorauit; inde reliqua plane tenebris inuoluta vt viderentur necesse fuit. At Ἰλλῦς vel Ἴλλος Graecis, Hyllus, aut Illus Latinis dictus, sub Zenone vixit, eique familiaris admodum fuit. Suidas ipse, Ἴλλος, ὄνομα κύριον, ὃς ἦν μάγος Ζήνωνος. At Zenoni operam in arte magica praestitisse, aut omnino magum fuisse Illum, non memini. Imo errorem ex scripturae compendio natum pro certo habeo: scripsit aut Suidas aut librarius, μαγ^ος vel breuius, vt in MS. codice Manuelis Moschopuli expressum vidi, μ^ος: hoc qui sequebantur μάγος effecere, cum μάγιστρος abbreuiatura illa intelligeretur. Victori in Chronico Hyllus Patritius, & simpliciter Patritius nominatur: at Marcellino Illus natione Isaurus signanter *dignitate Magister officiorum* dicitur: Et Ioannes Antiochenus, nondum editus, καὶ ἐγένετο ὁ Ἰλλῦς συγκλητικὸς, καὶ ὕπατος, καὶ μάγιστρος, καὶ πατρίκιος. Non igitur magus sed μάγιστρος Zenoni Illus fuit. De hoc igitur Illo Patritio & magistro intelligenda sunt ista apud Suidam, quae ex voce ἐμποδὼν citauimus: neque vero Hieroclis nostri fragmento adiungenda, cum sint sine dubio hausta ex Damascii libro de vita Isidori (toties in collectaneis illis exscripto) vt patet ex narratione ipsius Suidae in Παμπρέπιος, & iis quae in excerptis a Photio in bibliotheca conseruatis etiamnum extant. Fragmentum igitur prius Hieroclis fuit, idque opinor ex librorum aliquo quos φιλοσοφύμενα nominauit, qualem titulum Origenes vsurpauit; & latent eius φιλοσοφύμενα adhuc in bibliotheca Florentina, iudicio viri doctissimi Lucae Holstenii dignissima quae edantur. Vtrum inter haec περὶ δικαιοσύνης tractauerit, aut omnino *de iustitia* unquam scripserit, nescio: semel enim Stobaeo citatur sub Ἱεροκλέυς, saepius sub Ἱέρακος nomine. Et fieri potest, vt ab Hierace Alexandrino potius illa scripta sint, quem Ammonio aequalem tradit apud Photium Damascius. Restant Ἱεροκλέυς

κλέους φιλοσόφου ἀστεῖα, Hieroclis philosophi facetiae, quae an nostri sint, ipse, qui edidit, dubitauit, & videntur sane esse alicuius Hieroclis iunioris.

XIV. Praeter haec, concinnauit etiam Hierocles in Platonis Gorgiam commentarium, non manu sua scriptum, sed ab ore eius a discipulo exceptum: de quo memorabile est, quod narrat apud Photium Damascius. Οὗτος (Ἱεροκλῆς) ποτὲ τὸν Πλάτωνος Γοργίαν τοῖς ἑταίροις ἐξηγεῖτο. εἷς δέ τις τῶν ἀκροατῶν Θεοσέβιος ἀπεγράψατο τὴν ἐξήγησιν. πάλιν δ', οἷα εἰκὸς, ἐκ δευτέρου τοῦ Ἱεροκλέους εἰς τὸν Γοργίαν καταβαλλομένου, μετά τινα χρόνον, τὴν ἐξήγησιν ὁ αὐτὸς ταύτην ἀπεγράψατο. καὶ ἀντιπαραβαλὼν τὰ πρότερα καὶ τὰ ὕστερα, εὗρεν ὀλίγα τῶν αὐτῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν· ἑκάτερα δὲ ὅμως, ὁ καὶ παράλογον ἀκοῦσαι, τῆς Πλάτωνος ἐχόμενα, καθόσον οἷόν τε, προαιρέσεως. τοῦτο μὲν οὖν ἐπιδέδεικται τοῦ ἀνδρὸς ἡλίκον ἦν ἄρα τὸ τῶν φρενῶν πέλαγος. *Hierocles hic aliquando Platonis Gorgiam sociis explicabat. Vnus vero auditorum, Theosebius, explicationem descripsit. Iterum vero, vt par erat, cum Hierocles post aliquod tempus secundo interpretaretur, idem etiam hanc explicationem descripsit, & collatis prioribus cum secundis, in nullo, vt ita dicam, eadem inuenit. Vtraque tamen quod vix auditu credibile est, Platonis, quoad eius fieri poterat, institutum continebant. Hinc colligitur quanta in illo viro fuerit ingenii copia.* Ita a scriptis ad dictata peruenimus, & ne quid videamur omittere, age ab illis ad dicta veniamus. Tradidit itaque idem Theosebius, Hieroclis discipulus, apud Suidam, vel potius Damascium, eum ἐξηγούμενον, (non inter narrandum, vt Curterius & Portus, sed dum Platonem explicaret,) aliquando dixisse, κύβοις ἐοικέναι τοὺς Σωκράτους λόγους· ἀπτῶτας γὰρ εἶναι πανταχοῦ ὅπη ἂν πέσωσι. *Socratis scilicet sermones tesseris esse similes: stare enim semper erectos, quacunque cadant.* Rursus, cum Byzantii in iudicium adductus plagis caesus esset, mananti ex corpore lacerato sanguine iudicem aspersit, simulque illud Vlyssis apud Homerum vsurpauit,

Κύκλωψ τῇ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα.

Haec habui, quae de philosophi nostri scriptis dictisque traderem; qualia vero ea sint, aut quanti inter eruditos aestimanda, non aliunde melius quam a Criticorum veterum iudicio cognoscere poterimus. Primum itaque legimus apud Suidam & paulo integrius apud Photium aut Damascii, aut alterius philosophi, certe a Damascio traditam, hanc de Hierocle nostro sententiam: ὅτι ὁ Ἱεροκλῆς, ὁ τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβὰς ὑψηλοφροσύνῃ καὶ μεγαληγορίᾳ κοσμήσας, μετὰ τοῦ σεπτοῦ καὶ μεγαλοπρεποῦς ἔργος τε τὴν διάνοιαν εἰς ὑπερβολὴν ἦν, καὶ διαφέρων εὐγλωττίᾳ καὶ εὐπορίᾳ τῶν καλλίστων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, κατέπλατ[τε πανταχῇ τὰς ἀκροωμένας, πρὸς τὴν Πλάτωνος ἀμιλλώμενος ἀεὶ καλλιῤῥημοσύνην καὶ πολύνοιαν. *Sciendum quod Hierocles, qui scholam Alexandrinam sublimitate & magnitudine animi ornauit, praeter magnificentiam venerandam* (& constantiam, Suidas enim & alii codices apud Photium pro σεπτοῦ ἀτρέπτου exhibent) *etiam ingenii vbertate admodum affluebat; & cum linguae praestantia, pulcerrimorumque nominum & verborum facilitate ac copia excelleret, omnes vbique auditores in sui admirationem rapiebat, tam orationis venustate quam sententiarum varietate cum Platone semper contendens.* Quo philosophi nostri encomio quid vberius? quid luculentius? Et tamen Suidas post operum enumerationem haec statim subiungit. ἐν οἷς φαίνεται ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ζωὴν ὑψηλόφρων, τὴν δὲ γνῶσιν οὐκ ἀκριβής. *ac si vita sublime aliquid spirasset, scientia nihil accuratum.* Ne haec Hierocli nostro labes adhaereseeret, Curterius particulam οὐκ e Suida tollit, & cum vitae sublimis tum scientiae accuratae philosophum latine exhibet. Ceterum non vidit ille, in Graecis autoribus corrigendis minime felix, verba haec Damascii esse, non Suidae, qui vitae Isidori partem maximam in collectanea sua transtulit. Id enim si vidisset, negationem nunquam sustulisset, aut ea iniuriam nomini Hieroclis factam putasset. Iamdudum enim obseruauit Photius Damascium in eo opere, quotquot verbis extollit, & aut ob doctrinae excellentiam, aut ob ingenii solertiam, supra humanam conditionem, vt plane diuinos celebrat, horum se iudicem constituere, nullum non perstringere, in singulis etiam aliquid eorum, propter quae prius laudauerat, desiderare, ipsi Isidoro haud parcere. Vel hinc liquet ista etiam apud Suidam in Ἰσίδωρος, τὴν ζωὴν μὲν ἦν φιλόσοφος· τὰ δὲ πρὸς ἐπιστήμην ὑ διεξητασμένος, ex eodem Damascio pariter petita esse, & cum iis, quae de Hierocle dixerat, plane consentire, adeoque negationis particulam, e Suida per Curterium sublatam, omnino restituendam videri. Neque vero existimationi autoris nostri quicquam officere putemus, quod minus ab eo laudetur, qui omnes etiam, quos laudat, pariter vituperat. Fateor equidem alicubi, aut a Damascio aut Isidoro, Hieroclem in ordinem philosophorum medium esse redactum: nam cum Pythagoram & Platonem diuinos appellet, Aristotelem vero & Chrysippum deprimat; his verbis de autore nostro sententiam fert. τῶν δὲ νεωτέρων Ἱεροκλέα τε καὶ εἴ

τις

τις ὅμοιος, ἐδὲν μὲν ἐλλείποντας εἰς τὴν ἀνθρωπίνην παρασκευὴν, τῶν δὲ μακαρίων νοημάτων πολλαχῆ πολλῶν ἐνδεεῖς γενομένους, φησίν: *ex Philosophis iunioribus Hieroclem & ei similes quod ad humanam apparatum attinet nullibi deficere, at beatorum diuinorumque conceptuum vtplurimum expertes esse, ait.* Atque haec de Hieroclis Philosophia. De stylo, omni exceptione maius est Photii Graecorum Patriarcharum longe doctissimi iudicium. Ἐστι δὲ ἡ φράσις τῷ ἀνδρὶ σαφὴς μὲν καὶ καθαρὰ, καὶ σπουδῇ φιλοσόφῳ πρέπουσα· ἁ μέν γε τοῖς κεκαλλωπισμένοις καὶ περιττοῖς ἐξωραίζομένη χρώμασί τε καὶ ποικίλμασι τῆς ῥητορείας; *Est autem phrasis Hierocli aperta atque pura, & rebus philosophicis apta, at non superuacuis pulcrisque coloribus & Rhetorices variis pigmentis decorata.* Qua & sobria & accurata Viri summi sententia contenti, huic de Autore dissertationi finem imponimus.

A. DACERII de Hierocle praemissa Gallicae versioni Comment. in Aurea Carm. p. 239[1].

Imperante Diocletiano Hierocles extitit, Bithynus, qui Nicomediae iuri dicendo praefuit, & cui Alexandriae praefecturam postea Imperator demandauit, Christianorum misere afflictorum praemium. Is crudelissimae persecutionis scelere non contentus, libris etiam eos insectatus est duobus, quibus φιλαληθὴς nomen fecit, in quibus ita falsitatem scripturae arguere conatus est, tanquam sibi esset tota contraria, nam quaedam capita quae repugnare sibi videbantur exposuit: inque iisdem cum Iesu Christo Apollonium Tyanensem comparauit, imo ei hunc praetulit.

Exiguo interiecto temporis spatio Hieroclem Hyllarimensem (quod Cariae est oppidum) floruisse inuenimus, qui vbi athleticam exercuisset aliquamdiu, gymnasium schola permutauit, ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθεὶς *ab agonibus ad Philosophiam traductus*, vt apud Stephanum est Grammaticum.

Duos hosce Hierocles hucusque viri eruditi confuderunt. Eundem enim esse cum Athleta praefectum Alexandrinum Vossio fuit persuasum. Nec multum ab eius sententia discedere video ex Anglorum doctissimis Ioannem Pearsonum, ea tamen lege, vt illa Stephani verba aliter liceat ipsi interpretari. Nempe Graecam vocem ἀθλήσεις, quam de Gymnasticis certaminibus accipimus, Christianis subeundos contra gentiles agonas interpretatur, ferendasque ab illis persecutiones. Quod vt firmet, Eusebii allegauit locum, de glorioſis martyrum certaminibus loquentis, quae θεοπρεπῶν μαρτύρων ἀθλήσεις appellat. Verum doctissimum illum Anglum fugit, ἀθλήσεις eo sensu dici quidem posse, si vox referatur ad eos qui ferant, non item si ad eos spectet qui inferant mala. Sic enim dicere licet *Martyr iste certaminibus glorioſe defunctus coronam retulit*, hic enim de martyre ferente sermo est; de iudice autem qui praesit impiis huiusmodi persecutionibus, nemo dicat: *eum certamine defunctum ad quietem se composuisse*. Neque enim iudicem *certare* dicimus.

Cum Pearsoni itaque suffragium quo Vossio est succenturiatus, alio fundamento nullo nitatur, quam interpretatione illa parum solida[2], eius ad persuadendum nulla esse potest autoritas. Sed en tibi alias quoque rationes, quibus illa Vossii labefactari sententia possit. Quae abunde docent neque tempus, neque varia diuersitatis indicia, quae in vtroque illo Hierocle comparent, eum satis examinasse.

Non, puto, longius Athletae & Iudicis distare officium, quam horum virorum ab altero distat alter, siue animum spectes, siue ingenium.

Iudicem totum ex crudelitate saeuitiaque & iniustitia compositum fuisse veteribus est obseruatum.

In Philosopho vero, solam aequitatem, & candorem atque humanitatem inuenimus.

Iudicem mediocri ingenio, iudicandi facultate exigua, neque satis exercitio exculta fuisse, in examinandis praetera excutiendisque rebus frigidum extitisse, frontis expudoratae, pessimae fidei, obseruatum est. Neque eis firmandis alia re opus est, quam vt legantur quae ab Eusebio seruata habemus eius fragmenta. Certe fastidium illa mouent, sine ratione, sine iudicio, sine ingenio effusa.

Contra in philosopho ingenii vim luculentam, profundam, mentis integritatem sum-

---

1 omisimus ea quae de ceteris viris claris, quibus commune Hieroclis nomen, disseruit Dacerius, ne eadem repetendo lectores obtundamus. Sunt enim ea omnia ex Pearsonianis excerpta. Ea igitur retinuimus tantum quae ad nostrum Hieroclem maxime pertinebant, & in quibus tam a Pearsono quam Vossio discedit vir doctus.

2 pone vero Pearsoni explicationem parum solidam esse, rei ipsi tamen, de qua agitur, eo nihil decedit. Cur enim *Hierocles* ex athleta philosophus fieri non potuerit, exemplo, vt traditum nonnullis, Pythagorae, Chrysippi & aliorum, cui inde Philosopho, vt fieri ea aetate solebat, Alexandriae magistratus ab Imperatoribus sit delatus.

mam,

mam, iudicium exquisitum, ingenii aciem & sapientiam cum magno veritatis amore coniunctam animaduertimus.

Vix porro fieri posse videtur, vt eiusdem parentis sint foetus Religioni Christianae oppositum opus, & in aurea carmina commentarii. In illis enim friuola omnia, nihil nouum, singulare nihil. Ipsaque argumenta eius ex Celsi atque Porphyrii scriptis ad verbum sublecta maximam partem fuerunt, centies licet confutatis, contemtisque centies: eaque, quod maxime obseruari meretur, saepissime Hieroclis Philosophi sententiis penitus aduersantur.

Contraria ratione in Commentariis ad aurea carmina, si paucas excipias opiniones, in quibus accipiendis nimis se facilem praebuit magistro suo Philosophus iste, solida omnia inueniuntur. Nuspiam sublimibus magis de natura Dei officiisque hominum sententiis occurras, nuspiam doctrinas sanctas magis, magisque Religioni Christianae consentaneas. Certe nulla parte hoc opus cedit omnibus illis, quae modo veteribus philosophis in litteras relata fuerunt. Scripturas nostras autorem eius euoluisse patet. Tantum tamen abest, vt proterue sacros hosce fontes ingrediatur, vt potius ex iis hausisse eum auidissime appareat, vsumque esse non infeliciter hac lucis scaturigine, ad plurima theologiae gentilis capita dilucidanda; imo & ad perficiendam eandem, atque ab erroribus, quos dissipare soli naturali lumini non facile licebat, variis repurgandum.

Forte satis roboris istis suspicionibus haut inest, vt duos ex vno Hierocles faciendos esse nobis persuadeant. Neque non fieri possit, imo & euenisse est verosimile, vt qui plurimum facultatis atque ingenii in philosophicis scriptis demonstrasset, labatur sibique ipsi imponat, vbi ad veritatem oppugnandam accingitur, mendaciumque ornandum. Sane Porphyrius, pulcerrimorum scriptorum autor, quae hodienum ab eruditis cum voluptate leguntur,

Quantum mutatus ab illo est

in libris, quos contra Christianam religionem concinnauit! quam illa iudicandi vi, quam illa solida argumentandi facultate destituitur! Quid possit enim diuinissimum ingenium, vbi contra Deum armatur? Fatemur. Neque tamen in postremo hoc scripto aeque a se dissidet Porphyrius, quam autor Commentarii in aurea carmina, si eundem esse cum libro contra Christianos sit fatendum[3].

En aliam vero rationem, cui satis inesse roboris existimo. Apollonium Tyanensem, celebrem illum impostorem, quem φιλαληθὴς autor, Hierocles, stolidissime Christo Saluatori praeferebat, liberae voluntatis in homine arbitrium sustulisse, omniaque fatali necessitati subiecisse constat, eique errori libri sui aduersus Hieroclem Eusebius partem impendit. Firmiter itaque persuasum est mihi, Eusebium, si idem fuisset φιλαληθὴς λόγος cum commentariis in aurea Carmina autor, non obliturum fuisse armorum, quae ex istis Commentariis, ad penitus euertendum istum Apollonii de libertate hominis errorem, petere poterat. Neque contentum obiecisse aduersario, quod Christo Saluatori hominem anteponat decumano errore contaminatum, veritatique se opponentem, qua semel sublata neque vitio, neque sapientiae, neque stultitiae, neque aequitati, neque iustitiae, locus sit superfuturus; additurum fuisse hominem eum Christo praeferre, a quo ipse toto coelo dissentiat: quippe quo melius Philosophorum nemo doctrinam de voluntatis humanae libertate assertum iuisset[4]. Potuisset praeterea Eusebius ex commentariis in aurea carmina ceterisque Hieroclis philosophicis scriptis plurima decerpere, quibus pleraque fabulas & commenta explodaret, quibus Apollonii vitam exornare

3 forte haec cl. viri responsio non suffecerit κριτικατέροις. Ipsum nempe Hieroclis λόγον φιλαληθῆ non habemus, totumque adeo de eo iudicium patrum nititur in eum, iustissimo zelo prouocatis, conuitiis. Ea vero quae supersunt fragmenta eius, nihil sunt ineptiora Porphyrianis. Nec multo magis fauent patrum testimonia Porphyrianis quam Hierocleanis. *Impudentiam* Augustinus ep. 89. Porphyrio ob hoc opus exprobrat, qui aliis scriptis, maxime sententiis moralibus, summam modestiam prae se fert. ἀπορίαν λόγων Euseb. H. E. VI, 19. quibus alias est foecundissimus. *Stultitiam* Hieronym. in ep. ad Demetriadem: qui & θεσπιάσαι alibi & *rabiem* ei tribuit, vt cetera taceam. Nempe animi prudentissimorum quoque odio & impietate perciti, μανικοὺς τόνους protulerunt, vt Epictetus aiebat: id quod Hierocli quoque potuit euenire.

4 huius argumenti vt aliqua vis sit, probandum ante omnia erat, commentarios in aurea carmina antea editos fuisse quam λόγον φιλαληθῆ, atque ad Eusebii notitiam quoque peruenisse, quorum vtrumque nemo probare facile possit. Si vero argumentum ita forte quis proponat: Apollonius fatum statuit, quod impugnat autor commentariorum in aurea carmina, ergo hic non potest idem esse cum autore λόγου φιλαληθοῦς; nexum in hoc argumento desiderarem. Cur enim magnum philosophum credere non possit, Christoque, de quo parum praeclare statuit praeferendum, qui in aliqua sententia a seipso dissedat. Certe enim Deum, & infallibilem φιλαληθῆ autor non dixit Apollonium, sed hominem excellentem, Christoque multis numeris praestantem, quem tamen in numero Deorum propterea censendum non putet. Praeterea existimare potuit Hierocles, Apollonio de fato dicta, cum sua sententia de libertate minime pugnare, cum ille fatalem necessitatem in rebus aliis non agnoscat, quam quae ad corporis fortunaeque bona pertinent, quae κλήρου τύχης tribuuntur: cum contra animi bona, eisque aduersa, liberae hominis voluntati ab eo relinquantur, in κλήρου ἀγαθοῦ δαίμονος censenda, vt ex Platonicorum maxime & Pythagoraeorum placitis Apollonii sententiam explicabamus ad Philostr. lib. III. c. 7. f. 16.

Philoſtratus ſtuduit, cum nihil aeque quam Hieroclis doctrina falſae illi philoſophiae ſit aduerſum[5]. Ex his vero ſatis puto probabiliter poſſe concludi, aureorum carminum autorem impium illum Hieroclem non extitiſſe, contra quem calamum Euſebius ſtrinxit.

Verum ecce & alias rationes, e temporis petitas circumſtantia, quibus argumentorum vim non facile fortaſſis denegaueris.

Hieroclem Alexandriae praefectum, duorumque contra Chriſtianos librorum autorem, ante annum C. 340 viuis exceſſiſſe oportet. At Philoſophi Hieroclis diſcipulum Theoſebium Damaſcius vidit, qui Iuſtiniani Imperatoris vixit aetate, quod ipſe teſtatur loco paulo poſt allegando. Iam igitur fieri vix poteſt, vt homo, qui A. C. 528. in viuis adhuc fuit, diſcipulum viderit viri qui ante A. C. 340 ad plures iam abiiſſet. Vnde ſequitur, veroſimile parum eſſe, quod Hierocles philoſophus, qui & commentariorum in aurea carmina eſt autor, ſit idem cum Hierocle Alexandriae praefecto, Chriſtiani nominis infenſiſſimo hoſte[6].

Si ad vitam philoſophi quae pertinent nobis paulo diligentius eſſent ſeruata, ex iis forte maior aliquanto vis allegatis a me argumentis accederet. Verum exigua ſunt, quae de ea ad noſtram memoriam peruenerunt, illa nempe quae a Damaſcio Photioque, &, qui eos ſecutus eſt, Suida habemus.

Elogia quibus ab iis ornatur minime conueniunt in Hieroclem, Chriſtiani nominis hoſtem. Neque enim de praefecto Alexandrino dixerit quiſpiam, ſcholae eum florem & incrementa promouiſſe. Tantumque abeſt vt cum Platone is de ſtyli elegantia & ſententiarum certare poſſit ſublimitate, [quod Hierocli Damaſcius tribuit,] vt potius, quemadmodum ſupra oſtenſum eſt, exigua eius ingenii virtus extiterit. Praeterea Alexandriae praefectum carcere & verberibus male mulctatum eſſe Byzantii veroſimile non eſt, quae omnia longe melius in philoſophum ex athleta competere videntur.

Philoſophica Hieroclis ſcripta Damaſcio conſpecta ſunt, tractatus de *prouidentia & fato, noſtraque libertate cum decretis concilianda diuinis*, libris ſeptem. Trium priorum fragmenta Photius conſeruauit.

Oeconomicus item eius extitit, & tractatus de *vitae agendae regulis variorum philoſophorum*[7].

Commentaria in Platonis Gorgiam quoque confecit, de quibus elegans Damaſcii extat apud Photium narratio[8].

Magnam autem in hiſce Hieroclis ſcriptis iacturam res litteraria fecit. Magis tamen aegre mihi facit operis *de iuſtitia* interitus, illud enim reliquorum omnium iacturam poterat compenſare. Opus illud ſolida & ſublimi doctrina refertiſſimum fuiſſe non dubito, ſi de eo ex commentariis in aurea carmina liceat iudicium ferre, in quibus naturam iuſtitiae penitiſſime hunc philoſophum perſpexiſſe animaduertimus.

Extat quoque libellus Ἱεροκλέους ἀστείων, h. e. *facetiarum Hieroclis* titulo, quae eſt quorundam ſimplicius dictorum collectio, prolatorum ab iis, qui e ſchola recentes prodiiſſent, quorum omni aeuo ea fuit exiſtimatio, ſimplices magis quod ſint atque impoliti, quam qui negotiis vitaeque actiuae aſſueuiſſent[9].

Miror autem Hierocli adſcribi potuiſſe tam friuolum opus, tam parum viri graui-

---

5 hoc argumentum vellem paulo luculenter magis deductum eſſet, vt pateat, quae ſint inſtrumenta conuellendi fabulas Philoſtrati, in philoſophicis, quae ſub Hieroclis nomine feruntur, ſcriptis obuia. Certe fabulae Philoſtrati eius generis θαύματα continent, qualia a *Theurgia* ſua minime aliena putabant illi philoſophi, vt ex ſcriptis a Porphyrio, maxime in vita Plotini, Marino item in vita Procli, Eunapio in vita Iamblichi, ipſiuſque Iamblichi de myſteriis Aegyptiorum opere, atque aliis conſtat. *Theurgiae* vero illi manifeſte etiam fauet Hierocles in comment. ad χρυσᾶ ἔπη. v. 49. ſq. Nec improbare poteſt, qui Pythagorica tantopere probat. Pythagorae autem vitam non paucioribus ſcatere theurgicis, quam Apollonii, notum. Praeterea de hoc quoque argumento viri cl. valet, quod antea obſeruauimus: eius nullam vim eſſe ante, quam philoſophica Hieroclem prius quam λόγον φιλαληθῆ edidiſſe, eumque lectum ab Euſebio eſſe conſtiterit.

6 hoc argumentum totum nititur eo quod Hierocles, Theoſebii praeceptor, ſit autor aureorum carminum: quo admiſſo omnino concedam & ipſe, eum non eſſe eundem cum λόγῳ φιλαληθεῖ autore. At nondum probatum eſt, Theoſebii praeceptori commentaria in aurea carmine deberi; neque eius rei probandae vlla ſuppetit via, niſi quod philoſopho profeſſione dignum ſit illud opus, qualis Theoſebii magiſter fuit: quae valde infirma eſt probatio. Quid quod & Alexandriae praefectus, philoſophus & Sophiſta, quibus crebro talia munera demandabantur, eſſe potuerit, multique, qui profeſſione φιλόσοφοι non fuere, φιλοσόφως ſcripſerint multa. Haec ergo omnia lubrica, nec certi quidquam ſtatui poſſe putem, quamuis mihi quoque animus in eam magis propendeat ſententiam, philoſophi eſſe, Theoſebii praeceptoris, non praefecti Alexandrini in aurea carmina opus.

7 eius praecipua capita a Dacerio recenſita hic repetere nil attinebat, pariter ac varias ſententias ex eo opere a Photio repraeſentatas, conf. &, Pearſ. §. 12. &, quem allegat, Voſſius, qui *oeconomici* iſtas partem eſſe putabat. Aliter Pearſon. ibid.

8 hanc quoque repetere nolui ex Dacerio. vid. Pearſon. §. 14.

9 iſtarum ineptiarum ſpecimen a Dacerio allegatum, hic praetermiſſum eſt.

tate

tate dignum. Ipse stylus longe esse aetate ipsius inferius probat, voces enim in eo sunt obuiae, quas neque IVti neque Vti post C. N. seculi probauerit, & quae penitus destructurae essent laudes, quibus dicendi in hoc philosopho facultatem veteres commendarunt.

In Regis Galliae bibliotheca magnus occurrit epistolarum Sophistae Libanii, nunquam hucusque editarum numerus. In iis haut paucae sunt in quibus Hieroclis, nescio cuius, fit mentio[10], earumque aliquae ipsi etiam Hierocli inscribuntur, ex quibus Rhetorem, eloquentia celebrem, sed qui pauperiem depellere nunquam, probitati nimium deditus, potuerit, eum fuisse colligas. Haec autem indoles est ab ingenio autoris commentariorum in aurea carmina minime aliena, vt aduersissima est Alexandrini praefecti moribus, quem sua crudelitas & iniustitia locupletem fecerat. Tempus quoque non male respondet ei, quo Pythagoraeus noster maxime floruit. Libanii enim Hierocles quinto seculo adhuc viuere potuit.

* * *

Alia viris doctis de Hierocle, siue nostro, siue aliis, occasione eius disputata, praetermittimus, Baronio puta ad Ann. 68. n. 31. Rad. Cudvvortho Syst. mundi intellect. p. 272. sq. Ludou. Morerio in lexico: cuius errores nonnullos pro more castigauit Petr. Baelius in lexico: Gul. Caueo in Historiae Litterariae parte vtraque. N. Tillemontio in Monimentis ad Histor. Eccl. pertinentibus T.V. p. 606. Cum, si quae apud eos singularia sint, Ionsio & Pearsono Dacerioque praetermissa, ea obseruationibus nostris ad istos maximam partem inseruerimus.

De Eusebii libro adu. Hieroclem iudicium

GVL. CAVEI

Ex Scriptor. Eccles. Histor. Litter. P. II. p. 99.

Λόγου φιλαληθῶν partem, de comparatione Apollonii cum Christo, refutandam in se suscepit Eusebius, in libro adu. Hieroclem; quod & satis ieiune praestitit, cum potius Philostrati libros de vita Apollonii in eo opusculo breuiter percurrit & refellit.

---

10 eiusdem rei mentionem facit Vir Reu. Gul. Caue hist. litter. P. II. p. 99. Recte & ipse iudicans temporum rationem non pati, vt eum esse λόγυ φιλαληθῶς autorem censeamus.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ[1],

ΠΡΟΣ ΤΑ ΥΠΟ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ ΤΟΝ ΤΥΑΝΕΑ ΔΙΑ ΤΗΝ ΙΕΡΟΚΛΕΙ[2] ΠΑΡΑΛΗΦΘΕΙΣΑΝ ΑΥΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΣΥΓΚΡΙΣΙΝ[3].

EVSEBII PAMPHILI ANIMADVERSIONES IN EA QVAE PHILOSTRATVS DE APOLLONIO TYANENSI EST COMMENTATVS OB INSTITVTAM AB HIEROCLE ILLIVS CVM CHRISTO COMPARATIONEM ADORNATAE.

Ἆρ' οὖν, ὦ φιλότης, καὶ ἐκεῖνά σε τὸ ξυγγραφέως ἄξιον ἀποθαυμάζειν, ἃ, τῷ ἡμετέρῳ σωτῆρί τε καὶ διδασκάλῳ τὸν Τυανέα ξυγκρίνων, παρεδοξολόγει; πρὸς μὲν γὰρ τὰ λοιπὰ τῶν ἐν τῷ φιλαλήθει[1], ὅτῳ γὰρ ἓν ἔχειν αὐτῷ τὸν καθ' ἡμῶν ἐπιγράφειν ἐδόκει λόγον, ὀδὲν ἂν εἴη σπουδαῖον ἐπὶ τοῦ παρόντος ἴσασθαι[2], μὴ αὐτὸ ἰδίᾳ τυγχάνοντα, σφόδρα δὲ ἀναιδῶς ἐξ ἑτέρων, οὐχ αὐτοῖς μονονοὺ νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ῥήμασι, καὶ συλλαβαῖς ἀποσεσυλημένα. τύχοι μὲν ἂν καὶ αὐτὰ τῆς προσηκούσης κατὰ καιρὸν ἀπελέγξεως, δυνάμει δ' ἤδη, καὶ πρὸ τῆς ἰδίας[3] κατ' αὐτῶν γραφῆς, ἀνατέτραπται, καὶ προαπελήλεγκται, ἐν ὅλοις ἑπτὰ ξυγγράμμασι, τοῖς Ὠριγένει γραφεῖσι, πρὸς τὸν ἀλαζονικώτερον

TEn', amice, illa quoque scriptoris suspicere par est, quae cum magistro, ac Saluatore nostro Tyanensem componens paradoxe iactauit? Et reliquis quidem, quae *Philalethe* continentur, (hoc enim praeclaro titulo suum illud contra nos opus inscribere merito sibi visus est,) haud ita magnum operae pretium fuerit hoc tempore immorari: quippe quae non propria illius, sed ex aliorum scriptis, non sententiis modo, verum dictionibus quoque iisdem, ac totidem pene syllabis, impudenter sunt sublecta. Sed tamen & ipsa suo tempore decentem sortientur refutationem: tametsi potestate, etiam ante quam peculiaris eis scriptio opponatur, euersa sint atque iampridem explosa, voluminibus integris octo, ab Origene conscriptis, aduersus Celsi, magis Cap. I.

---

1 Ευσεβίε τ. παμφ.] titulum ita vt in Reg. cod. reperi, expressi: alter enim ille Ευσεβίε Καισαρείας τε Παμφίλε ineptus & ab editoribus ad libidinem inuersus videbatur. HOLSTEN.

Integer titulus in Aldi & Morelli editione ita repraesentabatur Ευσεβίε Καισαρείας τε Παμφίλε Αντιῤῥητικὸς πρὸς τὰ Ιεροκλέους, Απολλώνιον τὸν Τυανέα τῷ σωτῆρι Χριστῷ παραβάλλοντος. Quem tamen ex cod. Regio exhibet Holstenius, eundem ex eodem, vt puto, codice, in margine etiam exhibebat Morellus, eumque retinendum nos putauimus, quod argumento huius libri videretur conuenientior. Nempe quod vir magnus Io. Pearsonus quoque agnouit, *Eusebius vix attigit ea, quae ab Hierocle sunt profecta, neque comparationi Apollonii cum Christo inhaeret: imo vero ab eo argumento prorsus abstinuit, & Philostrati libros VIII. de vita Apollonii tantum percurrit: & quicquid ei tanquam Philosopho tribuitur libenter concedit, quicquid ad eum supra mortalium sortem euehendum comparatum est, excutit, eleuat, conuellit.* Photius tamen in Bibliotheca p. 13. hunc librum ἀνασκευατικὸν βιβλιδάριον appellat, πρὸς τὲς ὑπὲρ Απολλωνίε τε Τυανέως Ιεροκλέους λόγους. Eusebii autem Caesarienſis illud esse opus frustra dubitare sonsium ostensum in notulis nostris ad Hieroclis, quam dedit, ἱστορίαν, huic opusculo praemissam. Ceterum in prioribus editionibus parum accurate ad libros Philostrati reuocata fuit huius libri partitio, qua parte vbi aberratum fuit, id emendauimus.

2 Ιεροκλεῖ] de quo fuse in iis quae praemisimus huic scripto, virorum doctorum obseruationibus.

3 σύγκρισιν] de ea & *libri* titulo in quo hanc σύγκρισιν instituit Hierocles, vide virorum doctorum obseruationes praemissas huic tractatui.

CAP. I. 1 ἐν τῷ φιλαλήθει] Hoc libro suo contra Christianos nomen fecerat Hierocles, cuius partem stolida illa comparatio absoluebat, vide loca cit. Noster in singulari semper φιλαλήθη λόγον. Lactantius tamen institut. l. V. cap. 2. semper in plurali libros vocat, & *duos* fuisse ait.

2 ἴσασθαι] hanc vocem ex MSS. addidi, sine qua mutilus & mancus hic locus. Interpres (Acciolus) sensum eius non est assecutus, quem sic exprimere debuisset: *Et reliquis quidem quae Philalethe continentur (hoc enim praeclaro titulo suum illud contra nos opus sibi exornandum putauit) haud ita magnum operae pretium fuerit hoc tempore refellendis immorari: quippe quae non propria illius sed ex aliorum scriptis, non sententiis modo, verum dictionibus quoque iisdem, ac totidem pene syllabis satis impudenter sublecta. Quibus & ipsis sua quandoque, vt par est, fortassis refutatio opponetur: tametsi re quidem* &c. his enim tandem respondent illa φέρε μόνην ἐπὶ &c. HOLST.

3 δυνάμει δ' ἤδη καὶ πρὸ τῆς ἰδίας] sensus est Hieroclis deliramenta cetera in *Philaletha* proposita, de scripturis nempe sibi ipsis contradicentibus, & aspersas Christo atque Apostolis calumnias, δυνάμει confutatas iam esse, dum scilicet similia a Celso proposita Origenes exploserit. Vnde manifestum est male in Aldi & Morelli editione mox legi πρὸς τῆς ἰδ. pro eo quod recte est in Holst. ed. πρὸ τ. ἰδ. nempe ἰδίᾳ κατ' αὐτῶν γραφῇ, est quod paulo ante προσήκουσα ἀπέλεγξις & opponitur τῷ δυνάμει προαπελήλεγχθαι. Veram lectionem Acciolus quoque secutus esse videtur, verterat enim: *Tametsi reipsa quidem iampridem, licet non destinato contra se stylo, satis illa euersa videantur.*

super-

ſuperbe quam *Philalethes* inſignitam titulo, *orationem veram.* Quam accurate ſub examen reuocans, totidem libris quot diximus, allegatus ſcriptor, compendio quicquid de eo argumento cuiquam vel dictum vel dicendum occupauit atque diſcuſſit. Ad quos proinde cognoſcendarum adcurate magis rerum noſtrarum cupidos bona fide ablegantes, ſolam age in praeſenti cum domino noſtro Ieſu Chriſto in oratione illa *Philalethe* inſtitutam comparationem expendemus: rem opera noſtra indignam deputantes, de reliquis etiam, quae aliunde eſt ſuffuratus, cum eo digladiari. Merito autem de iis vnice quae ad Apollonium ſpectant modo diſpiciemus, quandoquidem vni etiam huic prae omnibus, qui contra nos ſtili vnquam aciem diſtrinxerunt, peculiare eſt, hominem cum Saluatore noſtro contendere illum, atque comparare.

Cap. II. Admiratur ergo atque amplectitur hoc, quod diuina quadam atque arcana ſapientia, non magicis artibus miracula [Apollonius] ille patrauerit: id ita reuera ſe habere & credens ipſe, & ſine probatione firmum eſſe & indubitatum iubens. Audi vero quae dicat iiſdem ſyllabis: *Vltro citroque iactant, laudibuſque Ieſum tollunt, vt qui caecis videndi dederit facultatem, & alia id genus miranda praeſtiterit.* Tum, quibuſdam interiectis, iſta ſubiungit. *Videndum vero quanto melius & prudentius nos talia, & quam habemus de viris praeſtantibus ſententiam, admittamus.* Et poſt iſta quoque Proconneſium Ariſteam & Pythagoram, rurſumque antiquiores nonnullos in tranſitu velut percenſens, ſubiungit haec dicta: *at maiorum noſtrorum aeuo, Nerone imperante, Apollonius floruit Tyanenſis, qui a prima pueritia, & ex quo*

τῷ φιλαλήθει [4] ἐπιγεγραμμένον Κέλσῳ ἀληθῆ λόγον. ᾧ τὰς εὐθύνας ἀπαραλείπλως, ἐν ὅσοις εἰρήκαμεν, ὁ δεδηλωμένος παραγαγὼν, ξυλλήβδην ὅσα ἐς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν παντὶ τῷ εἰρηταί τε καὶ εἰρήσεται, προλαβὼν διελύσατο. ἐφ' ἃ τὲς ἐπ' ἀκριβὲς τὰ καθ' ἡμᾶς διαγνῶναι ἔχοντας φιλαλήθως [5] ἀναπέμψαντες, φέρε μόνην ἐπὶ τῷ παρόντος τὴν κατὰ τὸν κύριον ἡμῶν Ιησῦν Χριςὸν τῷ φιλαλήθει τετὶ λόγῳ παράθεσιν ἐπισκεψώμεθα· μηδέν τι σπουδαῖον ἡγούμενοι, πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἑτέρωθεν ὑποσεσυλημένων αὐτῷ διαμάχεσθαι. μόνα δὲ εἰκότως νυνὶ τὰ περὶ τὸν Απολλώνιον ἐποψόμεθα, ἐπεὶ καὶ μόνῳ, περὶ τὲς [6] πώποτε καθ' ἡμῶν γεγραφότας, ἐξαίρετος νῦν τέτῳ γέγονεν ἡ τῇδε πρὸς τὴν ἡμέτερον σωτῆρα παράθεσίς τε καὶ ξύγκρισις.

Θαυμάζει ἂν καὶ ἀποδέχεται, θείᾳ τινὶ καὶ ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ, ἀχὶ δὲ γοητείας σοφίσμασι [1] τεθαυματῤγηκέναι φάσκων αὐτὸν, καὶ ταῦτα, ἀληθῶς ὅπως ἔχειν πιςεύων, καὶ ἀναποδείκτως ἀπισχυριζόμενος. ἄκρε δ' ἂν ἃ φησιν αὐταῖς συλλαβαῖς· "ἄνω καὶ κάτω [2]" θρυλλῶσι, σεμνύνοντες τὴν Ιησῦν, ὡς τυφλοῖς" ἀναβλέψαι τε παρασχόντα, καί τινα τοι" αῦτα δράσαντα θαυμάσια." εἶτά τινα μεταξὺ εἰπὼν, ἐπιλέγει· "σκεψώμεθά γε μὴν [3] ὅσῳ βελ" τίον καὶ συνετώτερον ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα τὰ τοι" αῦτα, καὶ ἣν περὶ τῶν ἐναρέτων ἔχομεν γνώμην" ἀνδρῶν." ἐπὶ καὶ τέτοις τὸν Προκονν ήσιον Αριςέαν [4], καὶ Πυθαγόραν, καὶ ἄν ἀρχαιοτέρως παρελθὼν [5], ἐπιφέρει λέγων· ἀλλ' ἐπὶ τ προγόνων ἡμῶν κατὰ" τὴν Νήρωνος βασιλείαν, Απολλώνιος ἤκμασεν ὁ" Τυανεὺς, ὃς ἐκ παιδὸς κομιδῇ νέε, χ ἀφ' ἕπερ ἐν"

---

4 τῷ φιλαλήθει] vid. paulo ante not. 1.

5 φιλαλήθως alluſum ad titulum operis Hieroclis.

6 περὶ τὲς] malim ego παρὰ τὲς.

CAP. II. 1 ἀχὶ δὲ γοητείας σοφίσμασι] γοητείαν male legebatur: ſubſtitui ex MSS. γοητείας HOLSTEN.

2 ἄνω χὴ κάτω] in editione Holſtenii legebatur ἄνω δὲ χὴ κάτω. Sed δὲ rectius omiſſum in ceteris putaui.

3 σκεψώμεθά γε μὴν] locus hic foede mutilatus in priore editione legebatur, quem magna lacuna liberaui. In Regio codice ſupplementum orae adſcriptum erat, id cum Philoſtrati editor ignoraret, quorſum referendum eſſet, ſcholii inſtar in calcem libri reiecit, lacerum & ſatis vitiatum. Librarius religioſior, offenſus horrendis blaſphemiis, quas mortalis ille γυμνῇ κεφαλῇ in Chriſtum Dominum noſtrum effundit, caſtrare locum maluit, ne piae aures ei inceſtarentur. Nec ipſe ſuo ordini reſtituere fuiſſem auſus, niſi infra totidem litteris repeterentur: Et totum Euſebii librum veluti ἀλεξίκακον & Scorpiacum huic veneno oppoſitum vidiſſem. HOLSTEN. Partem huius laciniae repetitam inf. habemus, c. 20.

4 Προκοννήσιον Αριςέαν] de Proconneſii Ariſteae τερατολογίαις nota omnia ex Herodoto Melpom. p. 230. Strabone lib. XIII. Apollonio Hiſt. Mir. c. 2. Maximo Tyrio Diſſ. XXII & XXIIX Suida item & Plinio l. VII. Hiſt. Nat. ſect. 53. Ceterum infeliciter ab Hierocle allegatum eius exemplum, inter eos, quorum eximia virtus fuerit, diuinis tamen propterea qui non ſint affecti honoribus. Certe enim ei vt Deo ſacra inſtituta a Siculis, vt ex Herodoto & aliis ad Apollonii l. c. docuit Meurſius p. 37. Et de Pythagora quae non commenti ſunt plerique, vt Deum eum fuiſſe, ipſumque Hyperboreum Apollinem perſuaderent. Multa eam in rem legere eſt paſſim apud eos qui vitam illius ſcripſere.

5 παρελθὼν] infeliciter, niſi fallor, doctiſſimo Holſtenio haec fuere conuerſa: *Deinde Ariſteam Proconnenſem & Pythagoram praetermittens ſubiungit his verbis.* Quis enim in illis ſenſus, & quid praeſtet noſtra interpretatio iudicabunt cordatiores. Nempe ὡς ἐν παρόδῳ de illis egerat Hierocles, vnde eos παρελθεῖν, h. e. *quaſi in tranſitu de iis egiſſe*, figura vſum forte etiam, quam πάροδον vocamus, ait Euſebius.

"Αιγαῖς τῆς Κιλικίας [6] ἱεράσατο τῷ φιλανθρώ-
"πῳ Ασκληπιῷ, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ διεπρά-
"ξατο, ὧν, τὰ πλείω παρεὶς, ἡμῖν ποιήσομαι μνήμην." εἶτα καταλέγει, ἀπὸ πρώτου ἀρξάμενος, τὰ παράδοξα, μεθ' ἃ καὶ ἐπιλέγει ταῦτα κατὰ λέξιν. "τίνος ὧν ἕνεκα τούτων ἐμνήσθην; ἵνα
"ἐξῇ συγκρίνειν τὴν ἡμετέραν ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν
"ἐφ' ἑκάστῳ κρίσιν, καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν κυφό-
"τητα [7]. εἴπερ ἡμεῖς μὲν τὸν τοιαῦτα πεποιηκότα θ
"θεὸν [8], ἀλλὰ θεοῖς κεχαρισμένον ἄνδρα ἡγούμεθα.
"οἱ δὲ δι' ὀλίγας τερατείας τινὰς τὸν Ιησοῦν Θεὸν ἀ-
"γαγορεύσι." τούτῳ ἐπιφέρει μεθ' ἕτερα, φάσκων·
"κἀκεῖνο λογίσασθαι ἄξιον, ὅτι τὰ μὲν τοῦ Ιησοῦ
"Πέτρος καὶ Παῦλος, καί τινες τούτων παραπλήσιοι,
"κεκόμπασιν, ἄνθρωποι ψεῦσαι, καὶ ἀπαίδευτοι,
"καὶ γόητες. τὰ δὲ Απολλωνίου Μάξιμος ὁ Αιγι-
"εὺς [9], καὶ Δάμις [10] ὁ φιλόσοφος, ὁ συνδιατρίψας
"αὐτῷ, καὶ φιλόστρατος ὁ Αθηναῖος, παιδεύσεως μὲν
"ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντες, τὸ δ' ἀληθὲς τιμῶντες, διὰ
"φιλανθρωπίαν ἀνδρὸς γενναίου καὶ θεοῖς φίλου
"πράξεις μὴ βουλόμενοι [11] λαθεῖν." ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς Ιεροκλεῖ τῷ τὸν καθ' ἡμῶν [12] ἐπιγεγραφότι λόγον, εἴρηται.

Aegis, Ciliciae oppido, hominum amantissimi Aesculapii sacris vacauit, multas res admirandas gessit, quarum vobis, maiore parte omissa, memoriam refricabo. Deinde, ab initio exorsus, stupenda eius facta recenset, quibus expositis ista verbotenus subiungit. *Quo ergo fine ista commemoro? Nempe vt liceat contendere inuicem accuratum nostrum solidumque de re quauis iudicium, & animi in Christianis leuitatem. Quandoquidem nos quidem, tam magna operatum non Deum tamen, sed Deorum amicum esse arbitramur. Illi vicissim ob exiguas quasdam praestigias Iesum Deum esse praedicant.* Istis post alia quaedam haec subiungit verba: *Id quoque dignum consideratione est, quod a Iesu quidem gesta Petrus & Paulus, iisque similes alii quidam, miris modis extulerint, mendaces homines indoctique & praestigiatores: Apollonii autem res Maximus Aegiensis, & Damis Philosophus, sodalis eius, Athenensis Philostratus, qui praeclare doctrina profecerant, & veritatis erant cultores, humanique generis commodis studentes, viri magni diisque amicissimi res ignotas esse noluere.* Haec Hierocli ad verbum prolata sunt, qui contra nos disputationem scripsit.

Δάμις μὲν οὖν, ὁ τὰ πολλὰ ξυνδιατρίψας τῷ Απολλωνίῳ, ἀπὸ τῆς Ασσυρίων γῆς ὁρμώμενος, αὐτόθι τε πρῶτον ἐπὶ τῆς ἰδίας χώρας αὐτῷ ξυμμίξας, τὴν ἐξ ἐκείνου μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῷ γενομένην ξυνουσίαν ἰσόρησεν. ὁ δὲ Μάξιμος, κομιδῇ βραχέα τῶν κατὰ μέρος αὐτῷ πεπραγμένων ἀνεγράψατο· ὅ γε μὴν Αθηναῖος φιλόστρατος, τὰ φερόμενα πάντα ὁμοῦ, ἀπό τε τῶν Μαξίμου, καὶ αὐτοῦ Δάμιδος, καὶ ἄλλων [2] ξυναγαγεῖν ἑαυτὸν φήσας, πάντων μάλιστα ἐντελῆ τὴν ἀπὸ γενέσεως, καὶ μέχρι τελευτῆς ἱστορίαν, τοῦ κατὰ τὸν ἄνδρα βίου, πεποίηται. Cap. III.

Damis igitur, qui plurimum cum Apollonio est versatus, ex Assyria profectus, atque ibi primum in patria cum illo versatus, quae ab isto tempore cum eodem illi intercessit, conuersationem in litteras retulit. Maximus autem paucis singularia quaedam facta eius descripsit. Athenensis demum Philostratus omnia, quae ferebantur, ex Maximi ipsiusque Damidis atque aliis scriptis collegisse sese affirmans, omnium perfectam maxime ab incunabulis, vsque ad exitum vitae viri historiam contexuit.

Εἰ δὴ οὖν ἔξεστι τὴν ἐπικατηγορουμένην ἡμῶν εὐχέρειάν τε καὶ κυφότητα, καὶ τὴν τοῦ φιλαλήθους ἀκριβῆ, καὶ βεβαίαν ἐφ' ἑκάστῳ παραθεῖναι Cap. IV.

Quod si igitur liceat nostram, quam incusauit simplicitatem leuitatemque, & Philalethis accuratum solidumque de vnaquauis re

---

6 ἀφ' ὅπερ ἱ Αιγ. τῆς Κιλικ.] vide Philostr. lib. I. de vita Apollon. Tyan. c. 7.

7 κυφότητα] nempe leuitatis est temere credere. Hinc sapiens: *qui cito credit, leuis est corde.*

8 ὁ θεόν] at certe, quem tantis laudibus post ornat, Damis, ipseque Philostratus in ea fere sententia sunt, quod DEVS fuerit Apollonius, vide obseruata ad Philostr. vita Apoll. lib. II. c. 1. & l. IIX. c. 29.

9 Μάξιμος ὁ Αιγιεὺς] vide obseruata ad vitam Apollonii lib. I. c. 3. n. 5.

10 Δάμις] vide ibid. not. 1.

11 πράξεις μὴ βουλόμενοι] negligentia librarii omissam particulam μὴ addo: HOLSTEN. Nempe μὴ in editis priua omissum fuerat.

12 καθ' ἡμῶν] non κατὰ Χριστιανῶν, sed πρὸς Χριστιανοὺς inscriptus fuit, vt ex Lactantii loco obserues licet. Eusebius igitur de re loquitur, non de verbis & titulo: sane enim opposita Christianis ille erat λόγος.

CAP. III. 1 Δάμις μὲν οὖν] quae toto hoc capite refert Eusebius, excerpsit ex ipso Philostrato lib. I. c. 3.

2 καὶ ἄλλων] epistolas inprimis respicit Apollonii, variaque monimenta in ciuitatibus & templis reperta, ad quae l. c. Philostratus prouocat.

iudi-

iudicium inuicem contendere; age inquiramus, non quidem vter diuinae magis sit indolis; neque vter stupenda magis, aut plura patrauerit miracula. Neque [de eo disquiremus,] quod solum ab antiquis, ante innumeros annos florentium Ebraeorum sapientibus Saluatorem nostrum & Dominum Iesum Christum venturum in mundum, diuina inspiratione sit praedictum. Neque quod quam plurimos ille ad diuinae suae disciplinae doctrinam adduxerit: nec quod ingenuos verosque nactus discipulos fuerit, pene lubenter pro illius doctrina mortem subire paratos: neque quod frugalis vitae scholam solus, posteris quoque temporibus duraturam, patefecerit: neque quod propria sibi virtute diuina salutem vniuerso parauerit mundo, etiamnum vndiquaque innumeram multitudinem ad diuinam suam doctrinam adducens: neque quod vnus ex omnibus, qui vnquam vixere, a cunctis fere mortalibus, imperantibus & subditis, variis modis oppugnatus vicerit tamen, multoque superior iis, qui acerbissime eum insectabantur infidelibus, extiterit, diuina & ineffabili virtute sibi dum viueret aduersatos institutione diuina facile in partes trahens, firmatam vero a se traditamque diuinam doctrinam ad aeuum finem non habiturum per vniuersum terrarum orbem conseruans: neque quod adhuc dum diuinae potentiae suae virtutem demonstret, miseros quosdam & infaustos daemonas, corporibus hominum animisque insidiantes, solo sacratissimo nomine suo appellato expellens, prout ipsa edocti experientia sumus. Similia enim quaerere in Apollonio, imo [de iis] vel interrogare fortassis summae foret stoliditatis. Solam igitur Philostrati pensitemus historiam, ex qua euincemus, non inter bonos quidem, imo nec mediocris indolis viros eum censeri iure posse, (ne dum vt Saluatori nostro Christo Apollonium conferre deceat:) prout quidem ex scriptione colligere est autoris, qui, Philaletha iudice, plurimum quidem in eruditione profecit, sed parum certe veri-

κρίσιν, φέρε διαπυθώμεθα, ἐχ ὅς τις θειότερος γεγόνοι· ἐδ' ὁποῖος θαυμασιώτερά τε καὶ πλείω διεπράξατο παράδοξα· ἐδ' ὡς μόνος παρὰ τοῖς ἀνέκαθεν, πρὸ μυρίων ὅσων γενομένων, Ἑβραίων σοφοῖς ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἥξειν ἐς ἀνθρώπους κατὰ θείαν ἐπίπνοιαν προπεφήτευτο· ἐδ' ὡς πλείους ἐπὶ τὸν τῆς θείας διδασκαλίας αὐτοῦ λόγον πρὸτρέψατο· ἐδ' ὡς γνησίους, καὶ ὄντως ἀληθεῖς ἐκτήσατο φοιτητάς, μονονχὶ καὶ ὑπεραποθνήσκειν ἑτοίμους τῶν λόγων αὐτοῦ παρεσκευασμένους· ἐδ' ὡς μόνος σώφρονος βίου διδασκαλεῖον, καὶ ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον, ξυνεστήσατο· ἐδ' ὡς τῇ ἰδίᾳ θεότητί τε καὶ ἀρετῇ πᾶσαν ἔσωσε τὴν οἰκουμένην, καὶ εἰσέτι καὶ νῦν μυρία πληθη πανταχόθεν ἐπὶ τὴν θείαν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἐπαγόμενος· ἐδ' ὡς τῶν πώποτε μόνος πρὸς ἁπάντων, σχεδὸν εἰπεῖν, ἀνθρώπων, ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, πλείοσις ἔθεσιν ἤδη πολεμούμενος, κρείττων, καὶ πολὺ δυνατώτερος τῶν πικρῶς ἐλαυνόντων ἀπίσων[1] ἀποδεδειχται, θείᾳ καὶ ἀῤῥήτῳ δυνάμει, τοὺς μὲν κατὰ καιρὸν ἐπανισαμένους αὐτοῦ, τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ μετιὼν ῥᾳδίως, τὸν δὲ παγέντα πρὸς αὐτοῦ[2], καὶ παραδοθέντα θεῖον λόγον, ἐς ἄπειρον ἀιῶνα καθ' ὅλης κρατύνων οἰκουμένης· ἐδ' ὡς εἰσέτι καὶ νῦν τῆς ἐνθέου δυνάμεως τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυται, μοχθηρούς τινας, καὶ φαύλους δαίμονας, ψυχαῖς ἀνθρώπων καὶ σώμασιν ἐφεδρεύοντας, ἀπελαύνων[3] διὰ μόνης τῆς ἀῤῥήτου προσηγορίας αὐτοῦ[4], ὡς αὐτῇ πείρᾳ κατειλήφαμεν. ταῦτα γὰρ περὶ τοῦ Ἀπολλωνίου ζητεῖν, μὴ καὶ τὸ ἐρωτᾶν, ἀνόητον· μόνην δὲ ἐπισκεψώμεθα τὴν τοῦ φιλοσράτου γραφήν, δι' ἧς εὐθυνοῦμεν, ὡς ἐχ ὅτι γε ἐν φιλοσόφοις, ἀλλ' ἐδ' ἐν ἐπιεικέσι, καὶ μετρίοις ἀνδράσιν ἄξιον ἐγκρίνειν, ἐχ ὅπως τῷ σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ παρατιθέναι τὸν Ἀπολλώνιον, ὅσον ἐπὶ τῇ γραφῇ τοῦ, παρὰ τῷ Φιλαλήθει παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖσον ἥκοντος[5], τὸ δ'

CAP. IV. 1 ἀπίσων] sic rectius MS. quam ἁπάντων, vt antea legebatur, HOLSTEN.

2 πρὸς αὐτοῦ] ita scribendum pro πρὸς αὐτὸν, quod ante editum. Sic ipse Eusebius cum secundo casu eo sensu praepositionem πρὸς iungit paulo post: ἡ πρὸς αὐτῶν ἐπικαλουμένη ἰυχίρεια.

3 ἀπελαύνων] nempe Eusebii adhuc aetate diabolicas praestigias impedire atque eludere efficaciter valebant Christiani: quae eorum in Daemonas potestas Valeriani persecutioni occasionem dedit, instigante eum Mago Aegyptio Macriano. Vt enim H. E. VII, 10. ait Eusebius: καὶ γὰρ ἦσαν ἱκανοὶ παῤῥόντες καὶ ὁρῶντες, καὶ μόνον ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβελὰς, τελετὰς δὲ ἀνάγνους, καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους, καὶ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν.

4 προσηγορίας αὐτοῦ] sacrum nimirum Iesu nomen efferentes diabolicas dissipabant machinationes Christiani: quo pertinent Eusebii quoque in loco alleg. verba ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι. Hinc Cyprian. ep. 76. *Per exorcistas voce humana & potestate diuina flagellari diabolum ait.* Nempe vt de Idolorum vanitate ait idem: *adiuratum per Deum verum.* Adde Act. Apostol. XIX, 13.

5 τοῦ π. τ. φιλαλήθει παιδεύσ. μὲν ἐπὶ πλ. ἥκ.] respicit verba Hieroclis supra cap. 2. allata, quibus eruditionis laudem Philostrato tribuit, qui est, quem ξυγγραφία hic vocat Eusebius. Ex cuius vtcunque eruditi, minus veracis tamen

ἀλη-

ἀληθὲς μὴ τιμῶντος ξυγγεγραφέως. τοιοῦτος γὰρ ἦν μετὰ τῶν ἄλλων[6] καὶ ὁ Ἀθηναῖος Φιλόστρατος· ἐξ ὧν ῥᾳδίως ἂν καταμάθωμεν καὶ τῶν λοιπῶν, τῶν κατ' αὐτὸν παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἠκόντων, αὐτὸ δὲ τὸ ἐξητασμένως μὴ ἀπηκριβωμένων τῆς κατὰ τὸν Ἀπολλώνιον ἱστορίας. τούτων γὰρ ἡμῖν διευκρινηθέντων, ὁμοῦ τῷ τε Φιλαλήθους, τὰ ἀνωτάτω τε καθ' ὅλων δικαστήρια διειληφότος[7], ἢ κατὰ χριστιανῶν βεβαία; καὶ ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ δοκεῖ, ἀκριβὴς ἐφ' ἑκάστῳ κρίσις, φανερὰ καταστήσεται. ἡμῶν τε αὖ, οἱ μωροὶ, καὶ ἐσκολημένοι, νενομίσμεθα παρ' αὐτοῖς, ἡ πρὸς αὐτῶν ἐπικαλυμένη εὐχέρειά τε καὶ κακότης[8].

tatis est studiosus. Nempe talis omnino erat iuxta cum ceteris Philostratus Athenienſis: ex quo facile etiam iudicium feramus licet de ceteris, qui iuxta Philaletham plurimum quidem in eruditione profecerunt, exquisitum tamen studium in historia Apollonii ponere minime laborarunt. Ista nempe si probe examinauerimus, simul & Philalethae, suprema iudicia per totam prouinciam administrantis, contra Christianos iudicium an verum sit, &, vt ipsi videtur, vndiquaque accuratum, patescet: nostrumque item qui stolidi, & rustici inficetique istis hominibus videmur, tantopere ab eis reprehensa simplicitas, & animi leuitas.

Ἄλλος μὲν ἦν ὁμόσε χωρῶν[1], αὐτόθεν διέβαλλεν ἂν βλασφημῶν, ὡς ἐχθρὸν αὐτῷ καὶ πολέμιον, τὸν καθ' ὃν τὸν λόγον ἐποιεῖτο. ἐγὼ δὲ, ὦ ἑταῖρε, σοφόν τινα τὰ ἀνθρώπινα τὸν Τυανέα γεγονέναι ἡγούμην, καὶ ἔτι γε αὐτῆς ἔχεσθαι διανοίας ἐκὼν εἶναι βουλοίμην, καί σοι μὲν αὐτὸς[2] ἐμαυτῷ περὶ αὐτοῦ δόξαν ἐκθείην ἄν, ἐρωτῶντι. φιλοσόφων μὲν ὅτῳ τίς βούλοιτο καταλέγειν τὸν ἄνδρα, παρὰ μηδὲν διενοχλοῦντα ταῖς περὶ αὐτοῦ μυθολογίαις, ἔστω· εἰ δ' ὑπερπηδᾶν τὰς ὅρους, καὶ φιλοσοφίας ὑπέρτερα φρονεῖν, εἴ τέ τις Δάμις Ἀσσύριος, εἴτε Φιλόστρατος, εἴτέ τις ξυγγραφεὺς, ἢ λογογράφος θεασύνοιτο, λόγῳ μὲν ἐκτρεπόμενος γοητείαν, ἔργοις δὲ πλέον ἢ ῥήμασιν ἐπιφορτίζων τὸν ἄνδρα, προσωπεῖόν δίκην τὴν Πυθαγόρειον ἐπιμορφαζόμενος ἀγωγήν· οἰχήσεται μὲν ἡμῖν ὁ Φιλόσοφος[3], ὄνος δὲ τῇ τοῦ λέοντος ἐπικρυπτόμενος δορᾷ[4], σοφιστής τις ἀληθῶς ἀ-

Atque alius quidem aduersis signis concur- Cap. V.
surus, conuitiis statim dilaturus erat, tanquam hostem & inimicum sibi, eum, aduersus quem instituenda oratio erat. Ego vero, amice, humanae sapientiae egregie callentem fuisse Tyanensem & olim existimaui, & adhuc quoque eandem non inuitus retinere sententiam velim, imo & tibi meam de eo opinionem, si interroges, exponere non dubitem. Cum quouis philosophorum vt componat virum, modo fabulis de eo nihil turbarum det, patior: sin limites vero transilire, & quae philosophiae vires excedant statuere ausit, siue Assyrius quidam Damis, siue Philostratus, siue alius quicunque autor vel Historicus, verbis quidem magiae ab eo depellens crimen, re tamen magis quam verbis hominem grauatus, ceu laruam aliquam Pythagoricum ei vitae institutum aptans; tum quidem non philosophus nobis procedet, sed asinus leonis tectus exuuiis, & sophista circulatorem per ciuitates

---

scriptis, se hoc saltem euicturum esse ait, Apollonium, si talis fuerit, qualem ipse delineat, neque Philosophum neque bonum virum fuisse, nedum vt cum Christo mereatur componi. Parum exacte haec Acciolus reddiderat, vt alia pleraque.

6 μετὰ τῶν ἄλλων] *iuxta cum ceteris*; qui de vita nempe Apollonii commentati fuerant, ad quos supra c. 2. prouocabat Hierocles: erant autem illi Maximus Aegiensis, Damisque Ninius.

7 τὰ ἀνωτ. δὲ καθ' ὅλ. δικαστήρια διειληφ.] nempe Nicomediensis in Bithynia iudex Hierocles, (quem φιλαλήθους nomine semper, petito ex inscriptione libri nomine, noster vocat,) primum extitit, vt ex Lactantio notum: inde praefectus Alexandriae factus, vt ex Epiphanio colligitur Haer. 67. Ceterum hanc eius dignitatem iisdem plane verbis rursum infra designat Eusebius c. 20. init. Ibi tamen legitur τὰ ἀνωτάτω καὶ καθόλου, vnde & hic ita malim quam καὶ καθ' ὅλων. Intelligo autem per δικαστήρια καθ' ὅλων, quorum autoritatem tota aliqua prouincia reuereatur, qualia apud nos quoque prouincialia iudicia.

8 κακότης] nempe eam exprobrabat Hierocles Christianis, supra c. 2. allegatis verbis, vbi hac ipsa voce in eo negotio vtitur.

CAP. V. 1 ὁμόσε χωρῶν] phrasis non intellecta Acciolo. ὁμόσε χωρεῖν dicuntur aduersae acies, collatis signis concurrentes: quot exemplis affatim in vulgatis quoque lexicis probatur.

2 καί σοι μὲν αὐτὸς] sic malim legere quam καὶ σοὶ τὴν αὐτὸς. quod editum antea est.

3 ὁ φιλόσοφος] ita rescripsi pro ὁ φιλόσοφος quod antea editum. Emendationem luculenter firmat mox sequens aduersatiua, ὁ φιλόσοφος, ὄνος δὲ &c. item cetera quae subiungit σοφιστής τις ἀληθῶς ἀγείρων, αὐτό τε τοῦτο γόης ἀτεχνῶς ΑΝΤΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ φωραθήσεται.

4 ὄνος δὲ τ. τ. λέοντος ἐπικρυπτ. δορᾷ] ad fabulam de asino Cumano, leonina pelle induto, respici certum est, quam scite narrat Lucianus in Piscatore pag. m. 409. qui ad eandem etiam alludit in Pseudologista; ὁ δὲ δεῖ τινος ἀποδύσαντος τὴν λεοντῆν ὡς φανερὸς γένοιο καὶ θηλυς ὤν. Vti turque prouerbio inde ducto Socrates quoque apud Platonem in Cratylo: vide plura ap. Erasm. in Prouerb. *Induitis me leonis exuuium.* p. m. 283. Cui tamen non assentior, existimanti, Lucianum in Philopseude demutasse nonnihil de prouerbio, cum ait, τοσοῦτον χρόνον ἐλελήθει ὑπὸ τῇ λεοντῇ, γελοῖόν τινα πίθηκον περιείλλων, quod ita interpretatur Erasmus: *tantum temporis non animaduerti, eum sub leonis exuuio ridiculam quandam simiam tectam habere.* At plane inaudita res simia cum leonis exuuiis, ineptum-

agens;

agens; imo omnino magus manifeste pro philosopho deprehendetur.

Cap. VI. Hoc vero quomodo affirmare possim, quibusue rationibus motus, interrogas: accipe igitur. Limites [dantur] naturae, qui initia, mediumque, & fines vniuersitatis rerum contineant, mensuram & leges rerum omnium, quibus tota haec machina, mundique totius aedificium absoluitur. Illi [limites] vero lege immutabili scitisque inuiolabilibus prouidentiae, omnibus rebus prospicientis, sunt positi, consilii summe sapientis custodes. Non igitur quicquam eorum loco se moueat, ordinemue commutet licet, quae semel sunt constituta. Atque adeo naturae lege retinetur quo minus diuinum ordinem transiliat, quemcunque audentior subierit, vltra [naturae leges] eundi, impetus. Non igitur praeter naturam, in aquis viuere natus piscis, vbi in terras tralatus fuerit, viuere poterit: non terris innutritum animal aquas subibit, constans ibi domicilium sibi vt deligat. Non quisquam eorum qui terrae affixi sunt, magno licet saltu in sublime se tollat, ad aerem vsque eleuabitur, vt cum aquilis per eum feratur, vtut velit cum maxime. Et tamen illis in terram quoque se demittere datum, deorsum inclinantibus virium impetum, & laxantibus alas, suaeque indolis vim remittentibus: quoniam & hoc diuinis sancitum legibus est, vt ex sublimi id, quod in aere suspenditur, possit descendere: non autem versa vice in altum tolli, quod humi repit terraeque affixum degit. Eadem ratione mortale hominum genus, animae particeps corporisque, limitibus circumscriptum est diuinitus. Nec corpore itaque per aerem vehi datum est ipsi, morae in terra faciendae pertaeso, nisi poenae statim stoliditatis praebere exemplum velit; neque animo sublatus cogitatione assequi poterit quae supra eum sunt posita, quin potius in morbum incidet atrabiliarem. Prudenter igitur fecerit sanis pedibus corpus in terra sustinens, animum vero doctrina ac philosophia suffulciens. Optare tamen etiam licebit, vt desuper ex coelestibus sedibus adiutor subueniat, indeque deriuandae salutis doctor sibi existat. Validissimo enim argumento, ad aegrotum accedere medicum fas est, & magistrum disci-

γείρων κατὰ τὰς πόλεις, αὐτό τε τῦτο, γόης ἀτεχνῶς ἀντὶ φιλοσόφυ φωραθήσεται.

Πῶς δὲ τῦτό φημι, καὶ πόθεν ὁρμώμενος, ἐρωτᾷς· μάνθανε. ὅροι φύσεως, ἀρχὰς, καὶ μέσα, καὶ τέλη τῆς τῶν ὅλων ὐσίας περιειληφότες, μέτρα καὶ θεσμὸς ἅπασι, δι' ὧν τόδε τὸ πᾶν μηχάνημά τε, καὶ ἀρχιτεκτόνημα τῦ παντὸς κόσμυ τελεσιυργεῖται. διατεθεῖναί τε νόμοις ἀλύτοις, καὶ δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις τῆς τὰ πάντα οἰκονομύσης προνοίας, τὸ πάνσοφον βέλημα διαφυλάτ]οντες. ἤκιν κινήσειέ τι, καὶ μεταθείη τῆς τάξεως, τῶν ἅπαξ διατεθειμένων. κεκράτηται δ' ὧν θεσμῷ φύσεως τὸν θεῖον ὑπεραναβαίνειν νόμον πᾶς, ὅτῳ τις θρασύτερος τῦ ἐπέκεινα βαίνειν ἔνεστι πόθος. ὅτ' ὧν παρὰ φύσιν, ὁ ἔνυδρος ἐπὶ τὴν χέρσον μεταβὰς, βιῶναι δυνήσεται ἰχθὺς· ὁ τὸ ἐν χέρσῳ τραφὲν τοῖς ὕδασι καταδύσεται, τὴν ἐκεῖσε διηνεκῆ μονὴν ἀσπαζόμενον. ὁ, μέγα πηδήσας, μετέωρός τις τῶν ἐπὶ γῆς ἀρθήσεται πρὸς ἀέρα; ξυμπερεμπολεῖν ἀετοῖς, ἐπιθυμῶν· καὶ μὴν κεῖνοί γε, κἂν ἐπὶ γῆς ἔλθοιεν, βρίσαντες ἐπὶ τὸ κάτω τὴν δύναμιν, καὶ τῷ πτερῷ χαλάσαντες, καὶ ἀνέντες τὴν φύσιν· ἐπεὶ καὶ τῦτο θείοις ὥρισαι νόμοις, τῷ ὕψυς τὸ μετέωρον ὑποκαταβαίνειν δύνασθαι· ὁ μὴν καὶ ἔμπαλιν τὸ ταπεινὸν, καὶ γεῶδες, ἐπὶ τὸ μετέωρον αἴρεσθαι. ταύτῃ δὴ καὶ τὸ θνητὸν ἀνθρώπων γένος, ψυχῆς μετέχον καὶ σώματος, ὅροις περιγέγραπται θείοις. ὅτ' ὧν τῷ σώματι δι' ἀέρος ἔλθοι ποτὲ, τῶν ἐπὶ γῆς καταφρονήσας διατελεῖν, μὴ ὀχὶ τἀπίτιμον αὐτίκα τῆς ἀνοίας παρασχών· ὁ τὴν ψυχὴν ἀρθεὶς φρονήματι καθίζεται τῶν ἀνεφίκτων, ἢ μελαγχολίας νοσήματα ἂν περιπέσοι. σωφρονεῖ δ' ἂν ἀρτίοις μὲν τὸ σῶμα ποσὶν ἐπὶ γῆς φερόμενος, τὴν δὲ ψυχὴν παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ σκηρίπτων[1]. ἔυξαιτο δὲ καί τινα ξυνεργὸν ἄνωθέν ποθεν ἐκ τῶν κατ' ὀρανὸν διατελεῖν, καὶ τῆς ἐκεῖσε διδάσκαλον αὐτῷ φανῆναι σωτηρίας. ἐῤῥωμένῳ γάρ τοι παραδείγματι[2], νοσοῦντι μὲν τὸν ἰατρὸν ἐπιφοι-

que exiguo animali, quale simia, bene amplas aptare exuuias. Nempe ad duo simul Lucianus eo loco respicit prouerbia, alterum ὄνος ὑπὸ λεοντῇ, alterum πίθηκος ἡρῷος προσωπεῖον περιθέμενος. Vertendum erat: *tanto tempore sub leonina pelle delituit, atque simiam ridiculam veſtitu texit.* Luculenter rem firmat locus in paulo ante allegatis *piscatoribus*, vbi similiter coniungit vtrumque, sed paulo clarius: ἐκ ἔνεγκα τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκος ὄντες ἐτόλμησαν ἡρῴων προσωπεῖα περιθέσθαι, ἢ τὸν ἐν Κυμῃ ὄνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος ἠξίᾳ λίαν αὐτὸς εἶναι.

CAP. VI. 1 σκηρίπτων] σκηρίπτεσθαι, ἐπερείδεσθαι βάδδῃ ἢ ἄλλῳ τινί &c. Hesych. Similia legas apud Suidam.

2 ἐῤῥωμ. γάρ τοι παραδείγμ.] sensum esse puto: exemplum medici & aegroti, praeceptoris & in disciplinam admissi, satis validum esse vt persuadeat nobis, conueniens esse, vt reuelatione nobis sapientia coelestis subueniat. ὁ μὴν καὶ ἀνάπαλιν, *non versa autem vice*, vt nos propriis viribus sublimia petamus, altumque sapiamus. Si ad aegrotum enim medicus veniat, ad nos quoque aegrotos medicum venire debere, non nos ad ipsum: si conueniens sit

τᾷν θέμις, καὶ τὸν διδάσκαλον εἰσαγομένῳ τοῖς μαθήμασι ξυμφέρεσθαι, καὶ τὸν ἄνω πᾶ, καὶ ἐν ὕψει, ξυγκατιέναι τοῖς ταπεινοῖς· ἃ μὴν καὶ ἀνάπαλιν. ὅθεν δὴ θείαν μὲν φύσιν, εὐεργέτιν ὖσαν, καὶ σώτειραν, καὶ προνοητικὴν τῶν ὄντων, ἀνθρώποις ποτὲ ἐς ὁμιλίαν ἐλθεῖν, ἀδεὶς ἂν ἀπείρων λόγος, ὅρῳ θείας προνοίας[3], καὶ τᾶτα ξυγκεχωρημένα. ἀγαθὸς γὰρ ἦν κατὰ τὸν Πλάτωνα· ἀγαθῷ δὲ ἀδεὶς περὶ ἀδενὸς ἐγγίνεται φθόνος[4]. ἄκρων σωμάτων μόνων, ἀγαθὸς ὤν, ὁ τόδε τὸ πᾶν διακυβερνῶν ἐπιμελήσεται, πολὺ πλέον δὲ ψυχῶν, αἷς τὸ ἀθάνατόν τε καὶ αὐτοκρατορικὸν[5] κεχάρισται γέρας. ταύταις δῆτα[6], οἷα τῆς οἰκονομίας ἁπάσης κύριος ὢν, καὶ χαρίτων, ὧν ἂν, δωρούμενος αὐτὰς, εὐεργετοῖ τὴν φύσιν, ὅσαις ἀντιληπτικαῖς, ἀκτῖνας ὥσπερ τᾶ παρ' ἑαυτᾶ φωτὸς δωρήσεται ἀφθόνως· τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ἐς' ὅτε, τὰς μάλιστα προσεχεῖς ἐς τὴν τῶν ἐπὶ τὰ τῇδε[7] σωτηρίαν τε καὶ ἀντίληψιν ἐκπέμπων. ὧν εἴτῳ εὐτυχῆσαι γένοιτο, τὴν διάνοιαν ὅτος ἀποκαθαρθεὶς, καὶ τὴν τῆς θνητότητος ἀποσκεδάσας ἀχλὺν, θεῖος ἀληθῶς ἀναγραφήσεται, μέγαν τινὰ θεὸν ἀγαλματοφορῶν τῇ ψυχῇ. κινήσειε δῆτα οἷα τηλικᾶτος[8]· τὸ πάντων ἀνθρώπων γένος, καὶ μᾶλλον Ηλίᾳ τὴν οἰκειμένην καταλάμψειε, τᾶργον τῆς ἀϊδίᾳ θεότητος καὶ ἐς τὸν ἐπιόντα ξυνοραᾶσθαι καταλείπων χρόνον, ἃ μεῖον τῶν ἐξ ἀψύχᾳ ὕλης δημιουργημάτων[9] τὸ τῆς ἐνθέᾳ παράδειγμα φύσεως παρεσχημένος. καὶ ταύτῃ μὲν ἀνθρωπεία φύσις τῇ ὑπὲρ ἀνθρώπων κοινωνήσαι ἄν. ἄλλως δ' ἃ θέ-

pulo condescendere, & loco superiore atque in sublimi positum ad inferiores sese demittere: non versa vice. Quamobrem diuinam quidem naturam, vt quae benefica sit & salutaris, rebusque prospiciat, cum hominibus aliquando conuersatam esse, nulla prohibuerit ratio, limitibus diuinae prouidentiae subnixa, vt qui & ipsi minime istud prohibeant. *Bonus enim erat* [Deus,] vt inquit Plato: *bonum vero nulla rei cuiusquam subit inuidia.* Non corporum tantum igitur, bonus qui sit, huius vniuersi gubernator geret curam, verum multo magis etiam animorum, quibus immortalitatis ac dominii concessum est munus. Animis igitur, tanquam totius familiae, donorumque, quorum largitione naturae benefaciat, dominus, eo quod illis recipiendis apti nati sint, radios quasi lucis suae liberaliter impertietur: Apparitorum suorum quandoque maxime sibi coniunctos, in salutem atque adiumentum eorum, qui in terrenis hisce principatum tenent, ablegans. Quorum aliquo si cui bona sua fortuna potiri detur, ille mente purgatus, & mortalis naturae dissipata caligine, vere diuinus censebitur, magnum aliquem Deum animo circumferens. Tantus autem qui sit quam non vim exerat! omne humanum genus, ipsumque mundum multo etiam, quam sol iste, magis collustrauerit: aeternae diuinitatis opus posteris etiam spectandum relinquens temporibns, neque inferius opificiis ex bruta materia factis naturae diuinae argumentum suppeditans. Atque hactenus quidem natura humana particeps fieri possit naturae humanae excellentioris. Alia vero ratione li-

---

vt magistrum εἰσαγόμενος, ipsius μαθήμασι sit obaudiens: non vero ipsum se doctorem esse stolida opinione praesumat; conueniens etiam esse, vt nos diuinae sapientiae praeceptis obaudiamus, non ipsos verae scientiae causam nos esse nobis posse arbitremur. Atque adeo sapientiam & λόγον aeternum, quae sit super omnia, ad nos descendere, non vero ad eam nos subuolare oportere: quae Pelagio opposita, obscuriora erant in Accioli versione, diligentius proinde paulo a nobis illustranda.

3 ἀδ. ἂν ἀπείρ. λόγος ὅρῳ θ. προνοίας] nempe supra dixerat, non posse mutari ὅρῳ θείας προνοίας διατεθειμένα. Prudentissimeque facere, qui, viribus naturae recte vtentes, vltra non sapiant. Cetera rationi conueniens esse, *adiutorem* ad veram sapientiam *diuinum* expectare. Et ne diuinae naturae cum humana conuersationem itidem ὅρον προνοίας excedere quis dicat, eum potius ξυγχωρῆσαι *permittere* hoc ostendit.

4 ἀγαθὸς γὰρ ἦν φθόνος] ipsa Platonis verba sunt desumta ex eius Timaeo p. 29. T. III.

5 αὐτοκρατορικὸν] Acciolus verterat *liberae voluntatis arbitrium*. Nec inepte fortassis τὸ αὐτοκρατορικὸν retuleris ad vim animi, qua seipsum κρατεῖ vel κινεῖ.

6 ταύτας δῆτα] haecce periodus, impeditior, expeditissima fit, si naturalem ei ordinem restituamus hoc modo: ταύταις δῆτα (ψυχαῖς), ὅσαις ἀντιληπτικαῖς, ἀκτῖνας ὥσπερ τᾷ παρ' ἑαυτᾷ φατὸς δωρήσεται ἀφθόνως, οἷα τῆς οἰκονομίας ἁπάσης καὶ τῶν χαρίτων ὢν κύριος, ὧν ἂν, δωρούμενος αὐτὰς, εὐεργετοῖ τὴν φύσιν &c.

7 ἐπὶ τὰ τῇδε] omittendas voculas ἐπὶ τὰ olim putabam, vt sensus sit: Deo proximos quandoque mitti salutis causa eorum, qui *heic* in terris degant. ὑσίαις φροντίσι tamen mihi liquebat scribere Eusebium, ita vt editum est, potuisse. Nam οἱ ἐπὶ τὰ τῇδε sunt *qui rebus heic obuiis*, id est in hac terra nostra viuentibus praesunt, & dominium in eos exercent, id est humani animi, quibus & paulo antea τὸ αὐτοκρατορικὸν tribuebat. Ceterum videtur mihi in hisce & quae sequuntur Arianae impietatis nonnihil delitescere. Fallor enim, an id agit Eusebius, vt Christum Saluatorem μᾶλλον ἡλίᾳ τὴν οἰκειμένην καταλάμψαντα, diuinam istam virtutem exeruisse innuat, quod τῶν μάλιστα θεῷ προσεχῶν τινος ἐντύχησε h. e. *quod, non ipse quidem Deus, sed naturae cuidam angelicae, quae diuinae sit proxima, coniunctus fuerit*, propterea θεῖος ἀληθῶς ἀναγεγραμμένος. Nempe diserte etiam addit sub finem huius capitis, alia quam ista ratione cum diuina natura humanam non posse coniungi, Platonicas scilicet secutus notiones, solis angelis mediatoribus τὸ ἀνθρώπινον cum τῷ θείῳ conciliare posse.

8 τηλικᾶτος] refero ego ad *Deum*, quem ἀγαλματοφορεῖσθαι τῇ ψυχῇ dixerat paulo ante.

9 ἃ μεῖον τῶν ἐξ ἀψύχᾳ ὕλης δημ.] nempe opera ἀναστάσεως nouae creationis in mentibus hominum, omnino & futuris, vt paulo ante dixerat, perdurant temporibus, nulla aeternitate finienda, & creatione materialium rerum tantum praestant, quantum ipsa natura spiritualis materia: vt omnia hic plana esse confidam.

mites

mites nefas tranſilire, neque corpus alis deſtitutum habentes, ea quae alis ſint peragenda moliri, neque eum, qui homo ſit, ſuperioribus competentia naturis temere affectare licet.

Cap. VII. Ad Lib. I. Qualem igitur nobis, iſta cum ita ſe habeant, Apollonium ſiſtis, ſcriptor egregie? Si vt diuinum philoſophoque maiorem, &, vt verbo abſoluam, excellentiore, quam humana ſit, natura praeditum, fac vt per totam mihi ſerues hiſtoriam hoc quod ponis, atque argumentum diuinitatis etiamnum demonſtra. Quidni enim abſurdiſſimum fuerit, fabrorum architectorumque, etiam poſt mortem artificum, longiſſimo tempore perdurare opus, immortalem fere ſtabiliens autorum memoriam: diuinam vero naturam, homines irradiantem, admittere tenebras, parumque durabilem eſſe: neque in aeternum ſubſiſtere virtutem, contentam minime, in Damidem aliquem, alioſque breuis aeui homines pauperem exercuiſſe liberalitatem, ſed in multitudinis hominum infinitae, non eius tantum quo inclaruit aeui, verum etiam poſthac extiturorum emolumentum redundantem. Atqui ea ratione antiqui ſapientes, virtutis ſuae imitatores ſucceſſoreſque ſibi parauerunt, immortale humano generi emolumentum praebentes. Quod ſi mortalem vero naturam adſcribas viro, caue ne plus, quam ea ferat, illi tribuens, praeter rationem egiſſe accuſeris.

Cap. VIII. Atqui omnino ita ab eo virum repraeſentatum habemus, vt qui diuini ſit generis, Deique marini formam & ſpeciem ab ipſis natalibus induerit". Matri enim eius, vt ait, ventrem ferenti, marini Dei oblata eſt ſpecies, Proteus inquam, apud Homerum alias aliaſque figuras induens. Ea vero, nihil perterrita,

μις τὰς ὄρας ὑπερβαίνειν, ἀδ' ἄπτερον ἔχοντα τὸ σῶμα, τὰ τῶν πτηνῶν ἐπιτηδεύειν, ἀδ' ἄνθρωπον ὄντα, τὰ τῶν δαιμόνων πολυπραγμονεῖν.

Τί δῆτα ἡμῖν ἐπὶ τούτοις τὸν Ἀπολλώνιον εἰσάγεις, ὦ ξυγγραφεῦ; εἰ μὲν δὴ θεῖον, καὶ φιλοσόφε κρεῖττονα, τήν τε φύσιν, ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑπὲρ ἄνθρωπον, τήρει μοι δι' ὅλης τῆς ἱστορίας τὴν ὑπόθεσιν[1], καὶ τὸ ἔργον εἰσέτι νῦν ἐπιδείκνυθι τῆς θεότητος. ἢ γὰρ ὐκ ἀτοπώτατον, τεκτόνων μὲν καὶ οἰκοδόμων, καὶ μετὰ τὴν τῶν δημιουργῶν τελευτὴν, ἐπιμήκιστον τὸ ἔργον διαρκεῖν, ἀθάνατόν πῃ σχεδὸν τῶν συσησαμένων τὴν μνήμην σηλιτεῦον· θείαν δὲ ἄρα φύσιν ἀνθρώποις ἐπιλάμψασαν, σκότιόν πῃ, καὶ μινυνθάδιον ἀποτελεῖν, ὐχὶ δὲ ἐς αἰῶνα τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυσθαι, μὴ ἐς ἕνα τινὰ Δάμιν, ἢ καὶ ἄλλως βραχεῖς πτωχεύσασαν[2] τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐς μυρίων ὅσων ὠφελείας, ἃ τῶν καθ' ὧν ἐγνωρίζετο μένον, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τὴν πάροδον ποιουμένη. ταύτῃ τοίνυν καὶ τοὺς πάλαι σοφοὺς ζηλωτάς τε καὶ διαδόχους ποιήσασθαι[3] τῆς ἀρετῆς, ἀθάνατον ὡς ἀληθῶς ἀνθρώποις παρεσχημένους τὸ κατόρθωμα. εἰ δὲ θνητὴν θ' ὑπογράφεις τἀνδρὸς τὴν φύσιν, ὅρα μὴ πλέον, ἢ προσῆκε ταύτῃ, χαριζόμενος, δίκην ἀποίσεις παρανομίας.

Ἀλλὰ μὴν εἰσῆκται αὐτῷ θεῖος ἄνθρωπος, καὶ θαλατλίᾳ δαίμονος σχῆμά τε καὶ προσωπεῖον ἀπὸ γενέσεως ἀναλαμβάνων". κυήσῃ γὰρ ὥς φησι τῇ αὐτοῦ μητρὶ[1], Φάσμα ἦλθε θαλατλίᾳ δαίμονος[2], Πρωτεύς, ὁ παρὰ τῷ Ομήρῳ ἐξαλλάττων[3]. ἡ δὲ, ὀδὲν δείσασα, ἤρετο αὐτὸν τί ἀπο-

---

CAP. VII. 1 τήρει μοι δι' ὅλ. τ. ἱστορ. τὴν ὑπόθεσιν] nempe in ſequentibus multa obſeruat Euſebius a Philoſtrato de Apollonio dicta, quae in *Deum*, aut humanam naturam ſupergreſſum minime quadrent: ideoque ſi Deum eſſe ſerio ſtatuat Apollonium, vel ſaltem homine maiorem, ὑπόθεσιν ὐκ ἐτήρησεν.

2 μὴ ἐς ἕνα τινα Δάμιν — πτωχεύσασαν] πτωχεύειν εἰς τινα eſt mendice & parum liberaliter ſe aduerſus aliquem gerere, quem ſenſum eſſe phraſeos, ab Acciolo, vt multa alia, parum intellectae, linguae analogia ſatis prodit. πτωχεύσασα autem ait ſapientiam Apollonii diuinam, ſi tanta quidem fuerit, nunc autem nulla eius amplius vis ſuperſit: quod exigua res & indigna diuina virtute videatur, pauculos quoſdam vnius aetatis homines afficere, imo ne ad ἀκμὴν quidem eos perducere; Damin enim in medioxumis philoſophis, qui cum eo liberaliter egerit, vix cenſeat. Vt adeo, niſi Euſebii aeuo virtutem Apollonii eiuſque doctrinae efficaciam luculenter tueri liceat, ita vt eius ἐνεργείᾳ hominum animi percellantur, vt Chriſti percellebantur virtute; nihil diuini ei ineſſe ſit iudicandum. Idque eo magis valere dicit, quod illi quoque philoſophi, qui tamen nullam ſibi arrogaſſent diuinam virtutem, ad poſteros tamen & ſectatores propagauerint inuenta ſua, vt adeo eorum ἀρετὴ minus fuerit πτωχεύσασα, quam Apollonii virtus, res vnius aetatis.

3 ποιήσασθαι] per enallagen pro ἐποιήσαντο.

CAP. VIII. 1 κυήσῃ γὰρ ὥς φησι τῇ αὐτοῦ μητρί] αὐτοῦ ex Philoſtrato pro αὐτῇ repoſui. HOLSTEN.

Male vero: nam apud Philoſtratum quoque αὐτῇ legendum non αὐτοῦ vide vit. Ap. I, 4. Praeterea apud Philoſtratum plane alia conſtructio eſt, quae hoc loco non poſſit obtinere, niſi articulo τῇ deleto: vt monſtroſa plane ſit Holſteniana lectio. Retinendum puto quod editi habebant, nihil neceſſe enim in iis mutare quidquam.

2 θαλατλίᾳ δαίμ.] Ἀγυπτίᾳ δαίμονος legebatur ap. Philoſtr. vid. l. c. Vt noſtro θαλατλίᾳ δαίμονος, ita ἁλίοιο γέροντος nomine venit Homero Odyſſ. Δ'. v. 365, 391. adde v. 384. vbi γέροντ' ἅλιος & Ποσειδάωνος ὑποδμὼς dicitur.

3 ὁ παρὰ τ. Ομήρ. ἐξαλλάττων] Odyſſ. Δ'. v. 456. locum integrum exhibeo, ad vitam Apollon. l. c.

κυήσοι; ὁ δὲ, ἐμὲ, εἶπε· σὺ δὲ τίς, εἰπόντος, Πρωτεὺς, ἔφη, ὁ Αἰγύπτιος. εἶτα δὲ λειμῶνά τινα, καὶ Κύκνους τὴν γυναῖκα μαιέυεσθαι γράφει", ὁπόθεν αὐτὸ τοῦτ' εἰλήφθη [4] μὴ εἰπών. ὁ γὰρ δὴ καὶ τούτου ὑφηγητὴν Δάμιν τὸν Ασσύριον ὑπογράψεται [5]. ἀλλὰ καὶ ὀκ ἐς μακρὸν τῆς αὐτῆς ἱστορίας, αὐτῷ Δαμίδι, οἷα δὴ θείας ὄντα φύσεως, τὸν Απολλώνιον εἰσάγει, αὐτὰ δὴ ταῦτα λέγοντα". "Εγὼ, ὦ ἑταῖρε, πασῶν τῶν φωνῶν ξυνίη-"μι, μαθὼν ὀδεμίαν". καὶ "μὴ θαυμάσῃς, οἶδα "γὰρ καὶ ἃ σιωπῶσιν οἱ ἄνθρωποι". καὶ πάλιν" ἐν Ασκληπιοῦ τιμώμενον [6] πρὸς τοῦ δαίμονος, καὶ πρόγνωσίν [7] τινα, καὶ ἀδίδακτον [8], ἔχειν ἐκ παιδὸς, κρεῖττονά τε ἀτεχνῶς ἀνθρώπου φύναι [9] αὐτὸν, ἐξ αὐτῆς γενέσεως, καὶ δι' ὅλης ἡμῖν τῆς ἱστορίας ὑπογράφει. λύσαντος γὰρ ἑαυτὸν ποτε ἀπὸ τῶν δεσμῶν, ἐπιφέρει λέγων" · "τότε πρῶ-"τον ὁ Δάμις φησὶν, ἀκριβῶς ξυνεῖναι τῆς Α-"πολλωνίου φύσεως, ὅτι θεία τε εἴη, καὶ κρείτ-"των ἀνθρώπου. μὴ γὰρ θύσαντά τι, πῶς γὰρ ἐν "δεσμωτηρίῳ; μὴ δὲ εὐξάμενον, μηδὲ εἰπόντα [10] "τι, καταγελάσαι τοῦ δεσμοῦ". ἐπὶ τελευτῇ δὲ", τάφον μὲν αὐτοῦ μηδόλως ποι γῆς εὑρίσκεσθαι, χωρῆσαι δὲ ἐς οὐρανὸν αὐτῷ σώματι μεθ' ὕμνων", καὶ χορείας λέγει. εἰκότως δὴ ἄν, οἷα τὸν τοσοῦτον, "θειότερον ἢ Πυθαγόρας, Εμπεδοκλῆς τε "καὶ Πλάτων, Φιλοσοφίᾳ τὸν ἄνδρα προσελυ-"λυθέναι φησίν". ὀκοῦν ἐν θεοῖς ἡμῖν ἀναγεγράφθω ὁ ἄνθρωπος.

Καὶ ὁ φθόνος ἀπέσω τῆς τῶν φωνῶν ἁπασῶν αὐτοφυοῦς καὶ αὐτοδιδάκτου ξυνέσεως". τί δῆτα ἂν ἐς διδασκάλου ἄγοι [1] αὐτὸν", καὶ τὸν μηδεμίαν φωνὴν μεμαθηκότα διαβάλλει, ὡς ἂν ἐξ ἀσκήσεως, καὶ μελέτης, ἀλλ' ὀκ ἐκ φύσεως Αττικοῦ γενόμενον τὴν γλῶτταν; φησὶ γὰρ, ὡς "προϊὼν ἐς ἡλικίαν, γράμματά τε [2]

quid paritura esset? eum interrogauit. Is vero, me, respondit, ipsum. Quis tu autem? interrogante ea, Proteus, ille inquit, Aegyptius [sum]. Tum pratum quoddam & cycnos mulieri obstetriciam operam praestitisse scribit", vnde hoc ipsum depromtum sit nullo facto indicio. Neque enim [puto] huius quoque rei autorem Assyrium Damin allegabit. At & non multo post initia eius historiae, ad ipsum Damidem, quasi diuinae particeps sit naturae, haecce verba Apollonium proferentem inducit": *Ego, amice, omnes intelligo linguas, licet nullam didicerim:* item: *noli mirari, nam & quae silentio homines premunt noui.* Et rursum" in Aesculapii templo a Deo honorifice eum habitum [ait]; & rerum futurarum scientiam, sine institutione a puero habuisse: humanaque manifeste excellentiorem nactum indolem esse, statim ab ipsis natalibus, per totam quoque historiam scribit. Cumque adeo vinculis se aliquando exsoluisset, sequentia subiungit verba": *Tum primum se, Damis, penitius, ait, Apollonii indolem perspexisse, nempe diuina quod esset, & humana excellentior. Neque enim sacris peractis, (quomodo id enim in custodia potuisset?) neque precationibus vsum, neque verbulum emittentem, vincula eum ludibrio habuisse.* Sub finem vero historiae", nusquam gentium sepulcrum eius inueniri scribit, ipsoque corpore in coelum eum inter choreas abiisse". Merito eum igitur, quippe tantus qui sit, *magis diuine quam Pythagoras, Empedocleque & Plato, ad philosophiam ait accessisse*". In Deorum itaque censum nobis veniat homo.

" L. I. c. V.
" L. I. cap. XIX.
" L. I. c. IX.
" L. VII. c. XXXVIII.
" L. VIII. c. XXXI.
" L. VIII. c. XXX.
" L. I. c. II.

Abſit inuidia quoque a linguarum omnium, quae sponte ei venit nulloque praeeunte magistro, cognitione". Ad quid igitur in scholam eum deducit", atque illi qui nullam edoctus est linguam detrahit, quasi vsu & exercitio non vero natura Atticam eloquentiam sit assecutus? Nempe ait, *ad aetatem vbi peruenisset, literarum doctrinam eum*

Cap. IX.
" L. I. c. XIX.
" L. I. c. VII.

4 εἰλήφθη] male εἰληφθεν in editis, manifesto errore, quem sustulit iam HOLSTENIVS.

5 ὁ γὰρ δὴ — ὑπογράψεται] malim ὑπογράφεται. Nam loquitur de facto Philostrati, qui ista vt cetera ex Damide non retulit. Ferri tamen ὑπογράψεται posse putem, vt sensus sit: non sperare Eusebium, Philostratum eam rem a Damide se accepisse affirmaturum. Cum ille rerum tantum scripserit historiam ab Apollonio gestarum, postquam in comitatum eius ipse adscitus esset: vt obseruatum Philostrato ipsi vita Apollon. I, 3.

6 τιμώμενον] repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum εἰσάγειν quod praecessit.

7 πρόγνωσιν] eius rei per totam Apollonii historiam sparsa argumenta lib. I. Videri potest cap. 2. & 12. sub fin. it. cap. 22.

8 ἀδίδακτον] respicit ad paulo ante allegata ex cap. 19. Nam alias & c. 20. & sqq. varii Apollonii praeceptores referuntur, quorum & paulo post apud nostrum mentio.

9 κρεῖττονά τε ἀτεχν. ἀνθρ. φύναι] vide a nobis obseruata ad l. I. c. 3. n. 15. item ad libri VIII. c. 12, 13.

10 μὴ δὲ εὐξάμενον μηδὲ εἰπόντα τι] apud Philostr. legitur μήδ' εὐξάμενόν τι μηδὲ εἰπόντα.

CAP. IX. 1 ἐς διδασκάλου ἄγοι] subint. φροντιστήριον vel tale quid, nota & frequentissima Graecis ellipsi, apud Philostratum identidem obseruata. Respicit autem ad *Euthydemi* scholam, in qua eloquentiae studiis operatus est Apollonius referente Philostrato.

2 γράμματά τε] Philostrati editi habebant ἐς ἢ γράμματα omisso τε, quod plane alium sensum facit: nempe Apollonium ad aetatem pronectum, qua institui litteris iuuenes solent, memoriae vim & ceterarum virtutum, quas ad *intellectum* referunt, argumenta dedisse.

& me-

& memoriae vim ſtudiique pertinaciam patefeciſſe, & lingua eſſe Attica vſum. Item: *annos natum XIV Tarſum a parente deductus eſt ad Euthydemum, Phoenicia oriundum, qui rhetor bonus erat illumque inſtituit: eumque ille amplectebatur magiſtrum.* Porro: *cum illo philoſophiae vacabant Platonis & Chryſippi ſectatores, & Peripatetici. Quin etiam Epicuri dogmata audiuit: neque enim iſta neglexit. Pythagorica vero ineffabili quadam mentis vi comprehendit.* Tam varia, qui nullum linguae vllius magiſtrum habuit, diuinaque virtute, etiam quae ſilentio premunt homines, ante animaduertit", vſus tamen inſtitutione fuit.

"Lib. I. c. XIX.

Cap. X. Philoſtratus vero, rurſus interiectis quibuſdam, eum extollit, quod ad magnam linguae brutorum animantium cognitionem peruenerit; pergitque dicendo": *Cognitionem etiam linguae brutorum animantium ſibi comparauit. Id vero didicit, dum per iſtos Arabiae populos iter faceret, qui & ſcientia & vſu eius rei maxime pollebant. Eſt enim hoc Arabum, vt cygnos hodienum, aliaſque fatidicas aues ſciſcitentur perinde atque oracula. Coniiciunt vero brutas voces draconum paſti, vt alii putant, corde, vt alii, hepate.* Hic nempe omnino draconum, ſiue cor, ſiue hepar Pythagoricum illum, a victu abhorrentem animantium, & ne diis quidem ſanguine rem ſacram facere ſuſtinentem, vero ſimile eſt comediſſe, quo ſcilicet in ſapientiae gentis iſtius partes ipſe quoque veniret. Apud magiſtros enim eiuſmodi, qua alia ratione, niſi eadem quae praeceptores ſequendo, in inſtituto ſuo proficere potuiſſet? Tenemus igitur inter Apollonii praeceptores, quorum catalogum dedimus, Arabum etiam ſapientes, artis auguralis, qua ipſe praeſtabat, doctores: cuius, vt veroſimile eſt, adiumento, poſtea aliquando de paſſer-culo", quid ſibi velit, dum ſocios ad paſtum inuitaret, vaticinatus, rem maxime mirandam praeſtare praeſentibus omnibus eſt

"L. I. c. XX.

"L. IV. c. II.

καὶ μνήμης ἰσχὺν ἐδήλωσε, καὶ μελέτης κράτος.„ καὶ ἡ γλῶττα αὐτῷ[3] Ἀττικῶς εἶχε". καὶ "γε-„γονότα δὲ αὐτὸν ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, ἄγει ἐς„ Ταρσὸς ὁ πατὴρ, παρ' Εὐθύδημον τὸν ἐκ Φοινί-„κης, ὃς ῥήτωρ τε ἀγαθὸς ἦν, καὶ ἐπαίδευε τῶ-„τον· ὁ δὲ τῷ διδασκάλῳ εἴχετο". εἶτα "ξυνε-„φιλοσόφουν αὐτῷ, Πλατώνειοί τε καὶ Χρυ-„σίππειοι, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. διήκουε[4]„ δὲ καὶ τῶν Ἐπικούρου λόγων, οὐδὲ γὰρ τούτους ἀπ-„εσπούδαζε. τοὺς δὲ Πυθαγορείους[5] ἀῤῥήτῳ τινὶ„ σοφίᾳ[6] ξυνελάμβανε". τοσαῦτα, ὁ μηδεμίαν μαθὼν φωνὴν, θείᾳ τε δυνάμει, "ἃ καὶ σιω-„πῶσιν ἄνθρωποι" προλαβὼν", ἐξεπαιδεύετο.

Ὁ δὲ, διαλιπὼν αὖθις, αὐτὸν θαυμάζει[1] ἐς ὅσον ξυνέσεως τῆς τῶν ζώων φωνῆς ἦλθε· καὶ ἐπιφέρει λέγων". "καὶ ἐς ξύνεσιν δὲ[2] τῆς„ τῶν ζώων φωνῆς ἦλθε. ἔμαθε[3] δὲ τοῦτο διὰ„ τῶν Ἀράβων[4] πορευόμενος, ἄρτια γιγνωσκόν-„των τε καὶ πραττόντων αὐτό[5]. ἔστι γὰρ τῶν„ Ἀραβίων, κύκνων ἤδη καὶ ὀρνίθων[6] μαντευομέ-„νων ἀκούειν, ὁπόσα οἱ χρησμοί. ξυμβάλλονται„ δὲ τῶν ἀλόγων, σιτέμενοι τῶν δρακόντων, οἱ„ μὲν, καρδίαν φασὶν, οἱ δὲ, ἧπαρ". ἐνταῦθα πάντως πᾶ δρακόντων καρδίας δήπᾶ καὶ ἥπατος τὸν Πυθαγόρειον, ἐμψύχων τε τροφῆς ἀπεχόμενον, καὶ μηδὲ θύειν δαίμοσιν ἐπιτολμῶντα, εἰκὸς ἦν ἀπογεύσασθαι, ὡς ἂν καὶ τῆς παρὰ τούτοις κοινωνήσοι σοφίας. πρὸς γὰρ τοιῶνδε διδασκομένων, πῶς ἂν ἄλλως, μὴ ἐχὶ τὰ ὅμοια τοῖς διδασκάλοις ζηλώσαντι, κατωρθώθη τὸ ἐπιτήδευμα; ἔχομεν δὴ ἔν, πρὸς τοῖς καταλελεγμένοις[7], καὶ τὸν Ἀράβων σοφὸν διδάσκαλον τῆς κατὰ τὴν οἰωνιστικὴν τἀνδρὸς ἐπιστήμης· ἀφ' ἧς εἰκότως ὁρμώμενος, ὕστερόν ποτε τὸν στρουθὸν", ὅτι καὶ βούλοιτο, ξυγκαλῶν τοὺς ἑταίρους ἐπὶ τροφὴν, προειπὼν, θαῦμα μεγίστου παρέχειν ἔδο-

---

3 αὐτῷ] omittitur apud Philoſtratum hoc pronomen.

4 διήκουε] apud Philoſtr. eſt διήκεσε.

5 τοὺς δὲ Πυθ.] apud Philoſtr. eſt τοὺς δέ τι Πυθ. pro quo in codd. MSS. legebatur τοὺς δέ γε.

6 σοφίᾳ] Philoſtrati editi male φιλοσοφίᾳ.

CAP. X. 1 διαλιπὼν αὖθις, αὐτὸν θαυμ.] male locata in editis diſtinctio nonnihil obſcuritatis his offundebat. Nempe minus commode illi: διαλιπὼν αὖθις αὐτὸν, θαυμάσει.

2 καὶ εἰς ξύνεσιν δὲ] particulae καὶ & δὲ apud Philoſtr. deſiderantur.

3 ἔμαθε] editi καὶ ἔμαθε. Omiſi καὶ quod apud Philoſtratum quoque omiſſum deprehendebam.

4 διὰ τῶν Ἀράβων] Philoſtr. διὰ ταυτηὶ τῶν Ἀραβίων.

5 γιγνωσκ. τε καὶ πραττ. αὐτό] Philoſtr. γιγνωσκόντων τε αὐτὸ καὶ πραττόντων, quod elegans magis mihi videtur.

6 κύκνων ἤδη καὶ ὀρνίθ.] Philoſtr. ἤδη κοινὸν, ὀρνίθων &c. quod magis mihi probatur. Nam & poſt ſpeciem genus nominari non adeo conueniens, & cycni inter augurales aues non adeo celebres, imo *cornicem* ea in re celebriorem opera apud Arabas, vt obſeruatum Porphyrio de abſt. lib. III. p. 104.

7 ἔχομεν δὴ ἕν πρ. τ. καταλελ.] haec eo ſpectant, quod iſta de Arabibus narratione contradicat ſibi ipſi Philoſtratus, cum alibi ſapientiam Apollonii αὐτοδίδακτον eſſe ſtatuat. Quod paulo ante ei exprobratum c. 9.

ξε τοῖς παρῶσι. ταύτῃ δὴ καὶ τὴν ἀπεσφαγμένην ὅσον ὕπω λέαιναν, ἅμα τοῖς ἐκτὼ σκύμνοις, κατὰ τὴν Ασσυρίων ὁδὸν θεασάμενος", αὐτίκα, τῷ μαθήματι ξυμβαλὼν, τῆς ἐσομένης αὐτῷ παρὰ Πέρσαις διατριβῆς τὸν χρόνον ἐμαντεύσατο.

visus. Similiter, caesam modo leaenam, vna cum octo catulis, in itinere per Assyriam conspicatus", illico, ex isto coniecturam faciens documento, faciendae sibi apud Persas morae tempus praedixit. " Lib. I. cap. XXII.

Ακόλυθα δὲ τῇ παρὰ τοῖς Αραβίοις φοιτήσει ἐγχειρεῖν αὐτὸν καὶ παρὰ Πέρσαις, ὁ αὐτὸς ξυγγραφεὺς ἱστορεῖ. τῷ γάρ τοι Δάμιδι, ὃς μόνος φοιτητὴς ἦν αὐτῷ, καὶ ἑταῖρος, ἀπαγορεύσας[1] παρὰ τοὺς Μάγους ἰέναι", μόνος αὐτὸς, ὡς ἂν μὴ μετ' ἀγνώμονος δηλαδὴ τὰ τῆς μαγείας μανθάνοι, μεσημβρίας τε, ὡς ἀμφὶ μέσας νύκτας, τὰς μετ' αὐτῶν ἐποιεῖτο σχολάς. ἔτι δὲ Ουαρδάνῃ Βαβυλωνίῳ ἐς λόγους ἐλθόντα βασιλεῖ, ὧδέ πως λέγειν αὐτὸν παρατίθεται". "σοφίαν δέ μοι "Πυθαγόρου, Σαμίου ἀνδρὸς, ὃς θεοὺς θεραπεύ-"ειν[2] ὧδέ μὲ ἐδιδάξατο, ὡς ξυνιέναι σφῶν ὁρω-"μένων τε καὶ οὐχ ὁρωμένων· φοιτᾶν τε ἐς διά-"λεξεις θεῶν". τίς δ' αὐτῷ ταῦτα ξυγχωρήσειεν, ὅτε Πυθαγόρᾳ μὲν οὐδεμία τις τοιαύτη καταλέλειπται γραφὴ, οὐδ' ἀπόῤῥητά τινα ξυγγράμματα[4], ὡς κἂν ὑπονοῆσαί αὐτὸν ἐξ ἐκείνων ἁρμᾶσθαι. ὁ δέ γε διδάσκαλος αὐτῷ τῆς κατὰ Πυθαγόραν φιλοσοφίας, οὐδέν τι διαφέρειν τῶν Επικουρείων, πρὸς αὐτῶν μεμαρτύρηται τῶν φιλοσοφάτων, ὧδέ πως εἰρηκότος", "Διδάσκαλος μὲν "ἦν[5] αὐτῷ τῶν Πυθαγόρου λόγων, ὁ πάνυ σπου-"δαῖος, οὐδ' ἐνεργῷ τῇ φιλοσοφίᾳ χρώμενος, γα-"στρός τε ἥττων[6], καὶ Αφροδισίων· καὶ κατὰ τὸν "Επίκουρον ἐσχημάτιστο. ἦν δὲ οὗτος Ευξενος, ὁ ἐξ "Ηρακλείας[7] τοῦ Πόντου. τὰς δὲ Πυθαγόρου γνώ-"μας[8] ἐγίγνωσκεν, ὥσπερ οἱ ὄρνιθες ἃ μανθά-"νουσι παρὰ τῶν ἀνθρώπων". Φεῦ τῆς ἀτοπίας, εἰ παρὰ τούτου λέγοι τις τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς διαλέξεως τὴν ξύνεσιν αὐτὸν εἰληφέναι. ἀλλὰ δὴ ξυγκεχωρήσθω καὶ ἑτέρων ὑφηγητῶν αὐτὸν ἀκηκοέναι, καί τοί γε τοῦ ξυγγραφέως τοῦτο μηδαμοῦ ἐπισημηναμένου· τίς δὴ ἂν τούτων ξύνεσίν τε καὶ φοίτησιν θεῶν, ὁρωμένων καὶ οὐχ ὁρωμένων, αὐτός τε ὡς ὑπὸ Πυθαγόρου εἰδέναι,

Consentanea autem disciplinae apud Arabes apud Persas quoque aggressum eum fuisse, idem autor commemorat. Damidem enim, qui solus ipsi erat discipulus sociusque, prohibens ad magos accessu", solus ipse, (eam ob causam scilicet, ne illum, quem planissime liquebat rerum magicarum penitus esse imperitum, condiscipulum haberet,) circa meridiem, vti & circa medias noctes, eorum scholas obiuit. Praetereaque ad Bardanis Babylonii regis admissum colloquium, his fere verbis vsum eum fuisse[Philostratus] refert": *Sapientiam autem amplector Pythagorae Samii, qui & colere Deos me ita docuit, vt mente eos complectar, siue videndos se praebeant siue minus, pariter, atque in colloquia cum Diis descendam.* Sed enim quis hoc illi concesserit? Cum Pythagoras eius generis scriptum reliquerit nullum, neque aliquod scriptum eius extet arcanum magis, vt vel suspicari liceat talibus eum subsidiis vsum. Imo magister, quo ille in Pythagorica philosophia vsus est, nihil Epicureis fuisse melior, ipsius Philostrati testimonio perhibetur, ita loquentis": *Praeceptor quidem Pythagoricae disciplinae ei fuit, bonae minime frugis, neque opera pariter ac verbis philosophatus, ventrique & Veneri deditus, & ad Epicuri disciplinam compositus. Isque Euxenus erat, Heraclea in Ponto oriundus, Pythagorae autem sententias ita nouerat, sicut aues ea, quae ab hominibus edocentur.* Vah absurditatem! si ab hoc quispiam affirmet conuersandi cum Diis peritiam Apollonium accepisse. Verum concedamus alios quoque eum audiuisse [Pythagorae] interpretes, tametsi noster historicus eius rei ne minimum quidem indicium faciat: at quis eorum cognoscere Deos, eorumque commerciis frui, siue viden- Cap. XI. " L. I. cap. XXVI. " L. I. cap. XXXII. " L. I. c. VII.

dos

CAP. XI. 1 ἀπαγορεύσας] ita legendum esse solo clarius, si locum Philostrati conferas: firmantque hanc lectionem sequentia: ὡς ἂν μὴ μετ' ἀγνώμονος &c. Quorum nullus esse potest sensus, si retineamus lectionem depraua-tam editorum, qui habent ἀπαγορέυσαντι.

2 θεὸς θεραπεύειν] Philostratus omittit particulam τε quam hic insertam habent edita Eusebiana, melius eam ego quoque omitti putem, illi τε enim nihil respondet, & sequentia duo cola inter se rectius illa particula iunguntur, tanquam partes continentia cultus, quem a Pythagorae sapientia se accepisse ait.

3 ὡς] Philostr. habet καὶ. vide tamen ad eum notata. l. I. c. 32. n. 3.

4 ἀῤῥητά τινα ξυγγράμματα] h. e. scripta variis inuolucris sensum inuoluentia, vt solebant symbolis suis vti ad tegendas reconditas doctrinas illi philosophi, symbolicam imitati Aegyptiorum sapientiam passim.

5 μὲν ἦν] Philostr. habet μὲν γάρ ἦν.

6 γαστρός τε ἥττων] Philostr. γαστρός τε γὰρ ἥττων ἦν.

7 ὁ ἐξ Ηρακλείας] ἐξ omissum, restitui ex Philostrato.

8 γνώμας] Philostr. δόξας.

dendos se praebeant siue minus, vel ipsum se a Pythagora edoctum, vel alios docere posse professus est? Atqui ne celebratissimus Plato quidem magis quam alius quisquam Pythagoricae particeps philosophiae: neque Archytas, neque ipse, qui Pythagorae familiares sermones literis mandauit, Philolaus, neque alii, si qui sunt ex viri illius familiaribus, qui sententias illius atque dogmata litteris posteritati consignarunt, talem vnquam sapientiam iactauere. Aliunde igitur, neque a Pythagora vero, talia edoctus, illo praetextu autoritatem quaerens, a philosophi illius nomine appellari voluit. Vt autem vel maxime, praeter omnem rationem, mendacium illud verum esse aliquis concedat; non video tamen, quo pacto ab ipso dicere possit Samio illo, qui plurimos ante annos viuis excessit, ista sese accepisse. Ergo Arabibus hunc quoque doctorem eius arcanae, quae putatur, de Diis scientiae fas erit accensere. Si diuinae ergo indolis fuit; historia magistros ei perperam affinxisse deprehenditur. Sin ea verax narratio est, falsa erit fabula, neque verum, quod de eius diuinitate est scriptum.

διδάσκεσθαί τε ἑτέρους ἐπηγγέλλετο; καὶ μὴν ὅδ' ὁ περιβόητος Πλάτων, πάντων γε μᾶλλον τῆς Πυθαγόρου κεκοινωνηκὼς φιλοσοφίας, ὅτ' Ἀρχύτας[9], ὅτ' αὐτὸς ἐκεῖνος, ὁ τὰς Πυθαγόρου γραφῇ παραδοὺς ὁμιλίας, Φιλόλαος[10], ὅδ' εἴ τινες ἄλλοι γνώριμοι τἀνδρὸς γεγονότες, οἳ δόξας τε αὐτοῦ καὶ γνώμας γραφῇ τοῖς μετ' αὐτὸν παραδεδώκασιν, ἐπὶ τοιαύτῃ τινὶ ἐσεμνύναντο σοφίᾳ. ὅκῃ ἑτέρωθεν, ἀλλ' ὅκ ἀπὸ Πυθαγόρου, τὰ τοιάδε μαθὼν, προσχήματι σεμνολογῶν, ἐπιγράφεται τὴν τοῦ φιλοσόφου πρόσρησιν. ἵνα δὲ καὶ παραλογώτατα τὸ ψεῦδος[11] ὡς ἀληθές τις γεγονέναι ξυγχωρήσειεν, ὅκ οἶδ', ὅπως ἐξ αὐτοῦ λέγων[12] ἐκεῖνα τοῦ Σαμίου, πρὸ μυρίων ὅσων ἐτῶν ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, τὰ περὶ τούτων αὐτὸν μεμαθηκέναι. ὅκῃ πρὸς τοῖς Ἀραβίοις καὶ τοῦτον διδάσκαλον αὐτοῦ, τῆς δὴ νομιζομένης ἀπορρήτου περὶ θεῶν ἐπιστήμης, ἐπιγραπτέον. εἰ δὴ ὅν θείας ἦν φύσεως, κατέψευσται αὐτοῦ τοὺς διδασκάλους ὁ λόγος. εἰ δ' ἀληθὴς ἦν ὅτος, ψευδὴς ἦν ὁ μῦθος, καὶ ὅκ ἀληθὴς ἡ περὶ τοῦ θείου γεγονέναι αὐτὸν γραφή.

Cap. XII. Non mihi est animus diligentius de Protei "L. I. c. IV. spectro" inquirere, eiusque argumenta vt edat "L. II. c. V. postulare, vt item, de cygnis quae habet", probet, quos ridicule matrem eius, ipsum iam parientem, circumstetisse, eique obstetriciam praestitisse operam narrat. Imo "ibid. neque vt fabulae" de fulmine testem producat expeto. Neque enim istorum etiam conscius Damis, ad quem prouocauit, nobis prodibit, qui diu post demum Nini, Assyriae vrbe, viro se adiunxit. Nempe ego quidem lubentissime probabilibus rebus, & ad verum propius accedentibus fi-

Οὐπω μοι τοῦ Πρωτέως τὸ φάσμα" πολυπραγμονεῖν ἔπεισι, καὶ τὴν περὶ τούτου πίστιν αἰτεῖν, ὅδε τῶν παρ' αὐτῷ κύκνων" τὰς ἀποδείξεις, ὡς γελοίως τίκτουσαν αὐτὸν τὴν μητέρα καὶ περισῆσαι[1], κ' μαιᾶσθαι ἰσορεῖ. ἀλλ' ὅδε περὶ τοῦ σκηπτοῦ[2] μυθολογίας" τὸν μάρτυρα παρέχειν ἀξιῶ. ὅ γὰρ δὴ καὶ τούτων, ὡς ἔφη, Δάμις ἡμῖν ξυνίσωρ[3] ἀφίξεται, μακρῷ ὕστερον ἐν Νίνῳ τῆς Ασσυρίας τἀνδρὶ ξυνάψας. ἐγὼ μὲν ὅν ἓν μάλα προθύμως τοῖς εἰκόσι τε καὶ ἀληθείας ἐχο-

---

9 Ἀρχύτας] vter vero? nam duo fuisse videntur in Pythagorae διαδοχῇ. Alter qui ipsum audiuit Pythagoram. Iamblich. l. I. c. 23 μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ πρεσβύτῃ νέοι Φιλόλαος, καὶ Ευρυτος, καὶ Ἀρχύτας τε ὁ πρεσβύτερος. Illeque Philolai magister, vt apud Diogenem est, qui Philolaus primus Pythagorica dogmata scriptis prodidit. Vt posterioris Archytae alicuius esse oporteat, si quae sint Pythagorica scripta. Posterioris meminisse videtur apud Photium Anonymus, ἴνατον ἀπὸ Πυθαγόρου διάδοχον Πλάτωνα γεγονέναι Ἀρχύτᾳ πρεσβυτέρῳ μαθητὴν inquiens. Vt Archytam illum octauum in ea successione fuisse oporteat, iuniorem priore, quem ipsi Pythagorae Tarenti successisse dicit Iamblichus. Quamobrem apud Photium τουτέρῳ pro πρεσβυτέρῳ legi malim. Sane ipse Philostratus hic Archytae Philolaum, tanquam posteriori priorem, opponere videtur. Iunioris vero Archytae vitam Diogenes scripsit. Scriptaque eius varia, ad quae hic digitum intendit Eusebius, habes apud Menagium ad Diogen. Laert. lib. VIII. s. 80. quibus addendus videtur liber περὶ παιδων ἀγωγῆς ipsi Philostrato allegatus lib. VI. de vita Apollon. c. 31.

10 γραφῇ παραδοὺς ὁμιλ. Φιλόλαος] simile hoc opus fuisse videtur Epicteticis Arriani dissertationibus, quales Pythagorae dissertationes scripsit quoque Moderatus Gaditanus, V. Stephanus Γάδειρα· ὕτω τὰ πέντε βιβλία ἐπιγέγραπται τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν Μοδεράτῳ Γαδειρίνῳ. Ceterum primus Philolaus fuit, qui Pythagorica publicauit: Diogen. lib. VIII. s. 85. Μέχρι δὲ Φιλολάου ὅκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα.

11 τὸ ψεῦδος] quasi nempe Pythagorica illa sint & a Pythagoraeis accepta.

12 λέγων] subint. ἰσι, h. e. λέγει. Ceterum κατὰ τὸ ῥητὸν verbis supra allegatis dicit Apollonius σοφία μοι Πυθαγόρᾳ, ὃς θεὸς θεραπεύων ὧδέ με ἐδίδαξατο, quae tamen an satis aeque ac dextre interpretetur Eusebius, vt alia plura, hic quidem disquirendi locus non est.

CAP. XII. 1 περισῆσαι] restituenda ex Philostrato vox fuit, quae exciderat in editis.

2 τοῦ σκηπτοῦ] legendum τῷ σκηπτῷ, vt ex Reg. MS. & Philostrato emendaram. HOLSTEN. Nempe in Eusebii editis inepte scriptum erat περὶ τὰς κήπας.

3 ξυνίσωρ] ξυνίσωρ reposui pro ξὺν ἴσῳ (quod erat in prioribus editionibus) sententia flagitante. HOLSTEN.

μένος

μένοις πειθόμενος, εἰ καὶ μείζονά τινα καθ' ὑπερβολὴν ἐς ἔπαινον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λέγοιτ' ἂν, πιστὰ καὶ παραδεκτέα εἶναί μοι δοκῶ, ὅτι μὴ μόνα τὰ τερατώδη, καὶ λήρου πλέα. ἄκων φθονήσειν, εἴ φησιν ὁ ξυγγραφεὺς γένος τε ἀρχαῖον", καὶ τῶν οἰκιστῶν ἀνημμένον τῷ ἀνδρὶ γεγονέναι. καὶ πλουτῶν εἰ ὅτως ἔτυχεν ὑπὲρ τοὺς ἐγχωρίους ἅπαντας· διδασκάλων τε", νέον ὄντα, οὐ μόνον τῶν δεδηλωμένων τυχεῖν, ἀλλ', εἰ δοκεῖ, καὶ τούτων[4] αὐτὸν διδάσκαλον καὶ καθηγητὴν γεγονέναι. ἔστω δ' ἐπὶ τούτοις ἐντρεχὴς καὶ τὰ κοινὰ, ὡς τὸν ἐς Ασκληπιοῦ θεραπείας χάριν ἀφιγμένον, διὰ γνώμης ἀρίστης, ἀπαλλάξαι τῆς ἀῤῥωστίας. νοσοῦντι γὰρ δὴ ὑδέρου πάθει κατάλληλον ἐγκρατείας ὑποθέσθαι δίαιταν τῷ κάμνοντι, καὶ ταύτῃ αὐτὸν ὑγιᾶ καταστῆσαι, καὶ τούτῳ γε τῆς φρονήσεως ἀποδεκτὸν τὸ μειράκιον. καὶ ὡς τὸν πολυτελῶς[5] θύειν παρεσκευασμένον εἶρξεν", οἷα εἰκὸς ἐπὶ κακίᾳ διαβεβοημένον· καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν ἐγχωρίων ἁπάντων πλουσιώτατόν[6] τε καὶ περιφανέστατον αὐτὸν ὑποτίθεται". καὶ ἐν σώφροσι δ' αὐτὸν φθόνος οὐδεὶς ἀναγράφειν, ὅτι τε πρὸς τὸν ἐρασθέντα", πειρώμενον αὐτοῦ τῆς ὥρας, διελοιδορήσατο, καὶ γυναικείας ὅτι καθαρὸν ἑαυτὸν μίξεως διὰ τέλους, ὡς ὁ λόγος φησὶν", ἤγαγε. πιστὰ δ' ἔστω καὶ τὰ τῆς πενταετοῦς κατὰ Πυθαγόραν σιωπῆς" αὐτοῦ, καὶ τὰ, ὅπως ταύτην διήνυσεν, ἐπαίνου ἄξια. ταῦτα δὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀνθρώπινα, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίας καὶ ἀληθείας ὑπόῤῥω, δέχοιμ' ἄν, περὶ πολλοῦ τὸ εὐγνωμόν τε καὶ φιλαλήθες τιμώμενος. τὸ γέ τοι κρεῖττον ἀνθρώπου τὴν φύσιν ὑποτίθεσθαι, καὶ παρὰ πόδας[7] ἐναντιολογεῖν, τῆς τε δοθείσης ἀμνημονεῖν ὑποθέσεως, ἔχειν ψόγον ἂν, καὶ διαβολὴν αὐτῷ τε τῷ γράφοντι, καὶ πολὺ πρότερον τῷ γραφομένῳ, περιάψειν ἡγοῦμαι.

dem habens, licet etiam quaedam magnifice magis, per exaggerationem, ad commendationem viri boni afferantur, ea credenda esse amplectendaque mihi persuadeo, modo ne monstrosa sint plane, & stolidis figmentis referta. Neque adeo inuideam, quod dicat historicus, genus esse viro antiquum", & quod in primos conditores [patriae] desinat. Quod item ciuium omnium ditissimum dicat fuisse: Praeceptoresque " adolescentem non clarissimos tantum esse nactum, verum etiam, si ita placeat, eorum ipsum magistrum extitisse atque doctorem. Esto autem praeterea, etiam in rebus [ordinariis &] vulgaribus sagax: ita vt ad Asclepieum medicinae causa accedentem ", optimo consilio ab aegritudine liberarit. (Aquae intercutis enim morbo laboranti, conuenientem aegro in victu temperantiam quod praeceperit, eumque adeo restituerit sanitati, ob hoc quoque prudentiae [argumentum] laudandus adolescens.) Ita [porro in rebus vulgaribus sagax sit,] vt & magnifice sacris operantem abegerit", quippe affatim ob vitia famosum: (nempe hominem vt regionis illius maxime diuitem repraesentat, maximeque conspicuum.) Neque inuideam in castissimis eum censeri, quodque amantem", aetatem eius corrumpere tentantem, obiurgatum repulerit; quod item a muliebri commercio puram semper, vt historia refert", vitam egerit. Fidem etiam inueniant, quae ad [obseruatum] ipsi iuxta Pythagorae instituta quinquennio silentium spectant", & quicquid, dum illud obiuit, laude fecit dignum. Haec, inquam, & quicquid eius est generis, humanam sortem non excedentia, & verae philosophiae consentanea, neque nimis ab ipsa veritate aliena, non inuitus admiserim; magni sane candorem faciens, & studium veritatis. At vero hominis illius indolem humana maiorem fingere, statimque sibi ipsi contradicere, & parum memorem esse antea positorum, id reprehensionem mereri: atque tum ipsi scriptori, tum multo etiam magis ei, de quo scribit, turpitudinem afferre arbitror.

L. I. c. IV. *L. I. c. III.* *L. I. c. IX.* *L. I. c. X.* *L. I. c. XII.* *Lib. I. cap. XIII.* *Lib I cap. XIV & XVI.*

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ξυγγράμματος. ἐπίωμεν δὲ τὰ ἐκ τοῦ δευτέρου. τὴν ἀπὸ Περσίδος ἐπ' Ινδοὺς πορείαν ἄγει παραλαβὼν αὐτὸν

Atque haec quidem sunt, quae ex primo libro [obseruanda fuere.] percurramus ea etiam quae in secundo occurrunt. Itinere ex Persida in Indiam eum porro prosecuta [historia]

Cap. XIII.

Ad Lib. II.

---

4 τούτων] sic restitui pro τοῦτον, postulante sententia, & ipsa historia Philostrati concinente, qui Euxeno, magistro in Pythagorica sapientia suo, longe superiorem fuisse discipulum Apollonium dicit.

5 καὶ ὡς τὸν πολυτ.] suspenditur oratio per particulam ἐς a superioribus ἔστω δ' ἐπὶ τούτοις ἐντρεχὴς καὶ τὰ κοινὰ, ὡς τὸν Ασκληπιοῦ ἀφιγμένον ἀπαλλάξαι τῆς ἀῤῥωστίας — καὶ ὡς τὸν πολυτ. &c.

6 καὶ γ. δ. καὶ τ. ἐγχωρ. ἀπ. πλουτ.] qualium scelera facilius in vulgus emanare solent, vt adeo Apollonius sine diuina scientia, ex fama, quae ad hominem istum spectabant, potuerit rescisci.

7 παρὰ πόδας] ita Reg. cod. pro edito παραδόξως, quod nauci est. HOLSTEN. Hanc lectionem & ipse probo: suspicatus olim fueram, παραδόξως legendum esse.

fin-

deducit. Deinde cum aliquid ei obuenisset plane absonum, hoc est insolitum, daemon scilicet aliquis, quem Empusam quoque appellat" (*L. II. c. IV.*): eum in via vbi esset conspicatus, conuitiis iuxta cum sociis abegisse, narrat. Animantibus vero eis, quibus vescerentur, oblatis" (*Lib. II. c. VII. fin.*), ad Damin dixisse, se quidem ipsi & sociis concedere non illibenter vt carnibus vescantur: abstinentiam enim ab iis ad nullam eorum spectare vtilitatem: sibi autem hoc conducere ad votum, quod puer fecerit philosophiae. At vero cui incredibile non videatur, quod ne eum quidem, quem vnum habere videbatur vitae imitatorem, praeceptisque philosophiae quem instituebat, non prohibuerit, coniunctissimum licet, victu animantium, quippe impurus qui esset iuxta Pythagorae instituta. At ipse, nescio qua ratione ductus, sibi quidem id minus expedire ait: illis tamen quid ex abstinentia ab animantibus commodi prouenire possit, non videre fatetur.

Cap. XIV. Post haec Philostratus, qui veritatis amantissimus Philalethae testimonio perhibetur, quae veritatis specimina edat considera. Ad Indos delatum Apollonium interpretem sibi ait asciuisse" (*Lib. II. c. XXVI.*), atque per eum collocutum esse cum Phraota, id enim Indiae Regi nomen fuisse. Nempe qui paulo ante, secundum Philostratum" (*Lib. I. c. XIX.*), linguarum omnium erat callentissimus, iam iuxta eundem interprete habet opus. Et rursum qui ea nouit, quae animo homines premunt & tantum non vt Deus illorum

Muti est concipiens animum sensusque tacentis,

iam per interpretem, quo victu Rex vtatur, interrogat. Ducem item aliquem viae ad Brachmanas sibi dari non renuit. " Interea Indorum Rex" (*Lib. II. c. XL.*), Barbarus licet natalibus, interprete subito summoto, (*Lib. II. c. XVII.*)

ὁ λόγος. εἶτά τι πεπονθότ' ἀπειρόκαλον, ὅπερ τι παράδοξον, δαιμόνιόν τι, ὃ καὶ Εμπουσαν ὀνομάζει", κατὰ τὴν ὁδὸν ἰδόντα, λοιδορίαις ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπελάσαι φησί. καὶ ζώων δὲ αὐτοῖς ἐς τροφὴν προσαχθέντων", εἰρηκέναι αὐτὸν τῷ Δάμιδι, ὡς ἄρα ξυγχωροίη αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἑταίροις[1] σιτεῖσθαι τῶν κρεῶν· τὸ γὰρ ἀπέχεσθαι αὐτῶν, αὐτοῖς μὲν ἐς ὀδὸν ὁρᾶν προβαῖνον[2], ἑαυτῷ δὲ ἐς ἃ ὡμολόγηται πρὸς φιλοσοφίαν ἐκ παιδός. καί τοι τίς ἂν ἀπορήσειεν, ὅτι μήδ' αὐτὸν, ὃν μόνον ἐδόκει τῷ βίῳ ζηλωτὴν κεκτῆσθαι, καὶ πρέπτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, εἶργέ τε, οἷα φίλτατον, τῆς τῶν ἐμψύχων, ὡς ἂν ἀχ ὁσίας, κατὰ Πυθαγόραν, τροφῆς. ὅθ', ἀκ οἶδ' ὁποίῳ λόγῳ, λέγει[3] μὲν ἀ ξυνοίσειν ἑαυτῷ· κείνοις δ' ἀδὲν ὁρᾶν ἀπὸ τῆς ἀποχῆς προβαῖνον ὡμολόγει.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Φιλόστρατος, ὁ τ' ἀληθὲς τιμᾶν πρὸς τῷ Φιλαλήθει μεμαρτυρημένος[1], ὅρα τῆς ἀληθείας ὁποῖα δείγματα παρίσησι. γενόμενον παρ' Ινδοῖς τὸν Απολλώνιον παρασήσασθαί φησιν ἑρμηνέα", καὶ δι' αὐτοῦ προσδιαλέγεσθαι Φραώτῃ, τοῦτο δ' εἶναι τῷ βασιλεῖ τῶν Ινδῶν ὄνομα. καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν, κατ' αὐτὸν", πασῶν γλωττῶν ξυνεὶς, νῦν αὖ, κατὰ τὸν αὐτὸν, ἑρμηνέως δεῖται. κ πάλιν ὁ τὰ κ' διανοίας[2] ἀνθρώπων εἰδὼς, κ μόνον ἀχὶ κατὰ τ παρ' αὐτοῖς θεὸν[3],

κωφὸς τε ξυνιεὶς, καὶ ἀ λαλοῦντος ἀκούων, ὁποία τίς εἴη τῷ βασιλεῖ δι' ἑρμηνέως ἐρωτᾷ δίαιτα, ἡγεμόνα τε ἀξιοῖ" τῆς ἐς Βραχμᾶνας πορείας γενέσθαι τίν' αὐτῷ. καὶ μεταξὺ ὁ μὲν τῶν Ινδῶν βασιλεὺς", καὶ ταῦτα Βάρβαρος ὢν τὴν φύσιν, τὸν ἑρμηνέα ἐκποδὼν μετασησά-

---

CAP. XIII. 1 ἑταίροις] ita malui quam ἑτέροις, quod erat in editis.

2 ἐς ὀδὸν ὁρ. προβαῖνον] male Philostrati editi ὡς habebant pro ἐς, & προσβαίνον pro προβαῖνον, quam vtramque lectionem ex Eusebio & MSS. reiecimus suo loco.

3 λέγει] verissima lectio, quam sola tamen coniectura ducti restituimus: nam editi habent λόγῳ, quod incuria amanuensis natum ex praecedente proximo loco λόγῳ. Vnde iteratum λόγῳ frustra esse alii suspicati, plane omisere, indeque porro formam *infinitam* in *subiunctiuam* mutauere, ξυνοίσειν legentes pro ξυνοίσειν, quae iam inde corruptelae Holstenii textum occupauere.

CAP. XIV. 1 πρὸς τ. φιλαλ. μεμαρτυρ.] vide supra cap. 2.

2 ὁ τὰ κατὰ διανοίας] verior haec editionis Holstenianae lectio est. Nam Aldus & Morellus ediderant ὁ κατὰ διάνοιαν.

3 κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς θεόν] verterat interpres, *quasi Deus illis insitus*, ac si genium hominibus singulis adiunctum, μυσαγωγὸν τῷ βίῳ Eusebius intellexisset: quem non δαιμόνιον solum, sed & θεὸν ipse Plato frequenter appellat: Et Apuleii de Deo Socratis liber extat, hoc est περὶ τοῦ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου, vt Plutarchus & Maximus Tyrius suos inscripsere. Et hunc siue *Deum* siue *genium, arbitrum omnium non modo actorum verum etiam cogitationum* Apuleius vocat, quem in ipsis *penitissimis mentibus vice conscientiae diuersari* affirmat, quem *domesticum speculatorem, intimum cognitorem, individuum arbitrum* appellat. Verum Eusebius hoc loco non *genium*, sed *Apollinem* intelligit, cuius hoc quod sequitur oraculum apud Herodotum lib. I. p. 11. de ipso *Apolline* profertur. Meminit eius etiam Tertullianus lib. de Orat. c. 13. *Deus autem non vocis sed cordis auditor est sicut conspector. Daemonium oraculi Pythii* & mutum intelligo & non loquentem audio, *inquit*. Cuius auctoritate versum hunc ita reddidi, *Muti concipiens* &c. Interpres: *surdi concipiens animum pariterque tacentis*. Inferius (c. 41.) idem repetitur. HOLSTEN.

Nempe ὁ παρ' αὐτοῖς θεὸς est, *qui apud ipsos*, (gentiles nempe, & aduersarios Eusebii inprimis, Hieroclem, Eusebium & reliquos,) *habetur Deus*.

μενος, Ελλάδι χρῆται πρὸς αὐτὸν τῇ ὁμιλίᾳ, παιδείαν καὶ πολυμάθειαν ἐνδεικνύμενος. ὁ δὲ ὡδ' ὡς, ὅτι δὴ καὶ αὐτὸς τῆς παρ' αὐτοῖς ἐκ μαθῶς ἔχοι φωνῆς, δέον ἀντεφιλοτιμήσατο [4].

Graece cum ipso loquitur, doctrinae atque eruditionis edens argumenta. Apollonius vero ne sic quidem, vt se quoque vicissim linguae, quae apud Indos obtineret, peritum ostenderet, contra, vt par erat, contendit.

Ἀλλὰ καὶ λαλοῦντος Ελλάδι γλώττῃ τῷ Ινδῷ, ἐκπλήττεται, ἢ φησιν ὁ Φιλόστρατος, ἀκόλουθα, ὡς ἔοικεν, ἑαυτῷ γράφων. πῶς γὰρ ἂν ἐξεπλάγη, μὴ ἐχὶ Βάρβαρον οἰηθεὶς, καὶ θαυμάσας [1]; καὶ ὅτι δὴ τὸν τοιοῦτον ἄ ποτ' ἂν Ελληνίσαι προσεδόκησεν; εἶθ', ὥσπερ τι παραδόντι παράδοξον καταπλαγεὶς, καὶ τὸ τότε ἔτι [2] ἀγνοῶν αἴτιαν, "εἰπέ μοι, ἔφη ὁ Απολλώνιος", ὦ βασιλεῦ, πό- "θεν ἅτως ἔχεις φωνῆς Ελλάδος; Φιλοσοφία "τε ἡ περί σε πόθεν ἐνταῦθα; ὧδε γὰρ ἐς δι- "δασκάλους οἶμαί γε ἀναφέρεις, ἐπεὶ μὴ εἶναι "Ινδοῖς εἰκὸς [3] διδασκάλους τότε". ἅυται αἱ παράδοξοι τῷ πάντα προγνῶσει διειληφότος φωναὶ, ἃς ὁ βασιλεὺς ἀμειβόμενος, ὅτι τε σχολὴ διδασκάλους, καὶ οἵ τινες ἅτοι; ἕκαστά τε πατρόθεν τῶν περὶ αὐτὸν ξυμβεβηκότων φράζει".

Inde porro cum ius quibusdam diceret Indus" de thesauro in agro reperto, an emtori an venditori agri eum reddere par sit; Apollonius, in omnibus philosophi vsus acumine, Diisque charissimus, sententiam vbi esset interrogatus, emptori eum addixit, ratione ad verbum hac addita: *Quod Dii vendenti hautquaquam agellum etiam fuerint ademturi, improbus nisi sit, emtori vero vicissim latentia etiam sub terra bona concessuri, nisi vendente sit longe melior.* Vt iuxta illum concludendum sit, eos qui opibus affluunt, praestantque diuitiis, quanquam foedissimi sint & perditissimi, pro ter beatis tamen, Deoque dilectissimis esse habendos: infelices autem miserosque solos esse eos, qui cum paupertate maxime conflictentur: licet Socratem ipsum vel maxime, ac Diogenem, ipsumque etiam Pythagoram in his esse contingat, & quemcunque eorum, qui frugalissimi viri, & egregiae probitatis censentur. Dicat enim quis, istam rationem sequens, neutiquam iuxta eam

Cap. XV.

" *L. II. cap. XXIX.*

Cap. XVI.

" *Lib. II. c. XXXIX.*

" *Lib. II. cap. XXXI.*

Εἶτα καί τισι τῷ Ινδῷ δικάζοντος", περὶ θησαυροῦ φωραθέντος ἐν ἀγρῷ, πότερα τῷ πριαμένῳ, ἢ τῷ τὸ χωρίον ἀποδομένῳ, δέον οἶμαι [1] τοῦτον; ὁ πάντως φιλόσοφος, καὶ θεοῖς κεχαρισμένος, ἐρωτηθεὶς, ἐπικρίνει τῷ πριαμένῳ, λογισμὸν δὴ αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιπών· "ὡς ἐκ ἂν "οἱ θεοὶ τὸν μὲν ἀφεῖλον καὶ κατὰ τὴν γῆν [2], εἰ "μὴ φαῦλος ἦν, τῷ δ' ἄν [3] καὶ τὰ ὑπὸ γῆν δῶ- "ναι, εἰ μὴ βελτίων ἦν τοῦ ἀποδομένου". ὡς κατ' αὐτὸν δὴ ξυνάγεσθαι, τοὺς μὲν εὐπόρους, καὶ πλούτῳ διαφέροντας, κἂν αἰσχρότατοι καὶ πανωλέσατοι τυγχάνοιεν, τρισευδαίμονας καὶ θεοφιλεῖς ἡγεῖσθαι· μόνους δ' ἄρα κακοδαίμονάς τε καὶ ἀθλίους τοὺς πενεστάτους· κἂν Σωκράτης, κἂν Διογένης, κἂν αὐτὸς ἐκεῖνος Πυθαγόρας τυγχάνῃ, κἂν ἄλλος, οἱ πάντων ἀνδρῶν σωφρονέστατοί τε καὶ ἐπιεικέστατοι. εἴποι γὰρ ἄν τις ἑπόμενος τῷ λόγῳ μὴ

---

4 ἀντεφιλοτιμήσ.] sic ex coniectura rescripsi, cum esset in editis ἀπεφιλοτιμήσατο.

CAP. XV. 1 μὴ ἐχὶ βάρβ. οἰηθ. καὶ θαυμάσ.] eo respicit, quod Apollonio Philostratus φιλοσοφεῖν δόξαι Φραώτην testetur l. II. c. 26. initio. Quodque adeo moribus minus Barbarus ei visus sit. Vereor autem, ne suum hic Eusebium destituat acumen, cur enim mirari non potuerit Apollonius, linguam Graecorum callere Phraotem, quem moribus minus Barbarum deprehenderat, non video.

2 ἔτι] ita scribendum esse sententia suadebat. Editi habebant εἶτ'.

3 Ινδοῖς εἰκὸς] saltem restituendum ex Philostrato εἰκός, quod exciderat apud Eusebium. Cetera apud eum totum hoc κῶλον ita habet: ἐ γὰρ ἐς διδασκάλους γε οἶμαι ἀναφέρεις, ἐπεὶ μηδὲ εἶναί τινας ἐν Ινδοῖς εἰκὸς διδασκάλους τότε.

CAP. XVI. 1 οἶμαι] parum opportunum isti loco mihi videtur verbum οἶμαι, malim substituere δεῖναι, quod etiam in versione expressi.

2 κἀν τὴν γῆν] editi κἀν κατὰ τὴν γῆν. Omisimus κατὰ quod natum videtur ex repetito κἀν, forma scribendi abbreuiata. Omissum κατὰ etiam in textu Philostrati.

3 τῷ δ' ἄν] omnino ex Philostr. restituendum ἄν pro ἂν quod erat in editis Eusebii.

Deos

Deos hominibus illis pauperculis, his ipsis, [inquam,] qui philosophia praestantes fuere, ipsa quoque ad victum spectantia subtracturos fuisse, nisi pessimis illi moribus extitissent: neque illis, qui soluti sunt moribus, affatim etiam minus necessaria praestituros, nisi prioribus extitissent meliores. Vnde nemini obscura istius conclusionis est absurditas.

Cap.XVII. *Ad Lib.III.* Hisce ex secundo libro expositis ad tertium pergemus, consideraturi quae ad Brachmanas, fama adeo celebratos, pertinent: qua parte magis occurrunt incredibilia, quam de Thule referuntur. Imo si quid aliud vnquam scriptoribus fabulosis monstrosum excogitatum fuit, id omne verosimile valde, imo verissimum, si cum istis compares, videbitur. Quibus omnino mentem aduertere etiam operae pretium est propter Philalethae iactantiam, nobis credulitatem morumque leuitatem tribuentis, sibi vero ac sui similibus accuratum solidumque, ac scientia nixum iudicium. Vide igitur quibus se iactet portentis, sanctis Euangelistis nostris Philostratum anteponens, vt qui eruditione non modo profecerit maxime, sed veritatis etiam sit maxime studiosus.

Cap.XIIX. Primum igitur quidem in itinere Apollo-
"*Lib. III. c. III.* nii" ad Brachmanas femina quaedam ab eo colore inducitur, a capite ad femur vsque candidissima, reliqua vero corporis parte nigra. Montes porro, pergentibus in itinere ad Brach-
"*Lib. III. c. IV.* manas [oblati], pipere consiti", eiusque coloni simiae, draconesque quidam magnitu-
"*Lib. III. c. VIII.* dine stupenda", de quorum capitibus ignis flammae scintillent, quos si quis perimat, in eorum capite mirabiles inueniat lapillos, Gygae lapidi, cuius apud Platonem mentio, similes. Et haec quidem sunt quae, ante quam ad Brachmanum tumulum perueniatur, occur-
"*Lib. III. c. XIV.* runt. Vt vero hunc quoque attigerunt", Sandaracinum illic puteum vidisse ait, aquae plane mirabilis: iuxtaque craterem, ignem continentem, ex quo plumbei coloris flamma sursum tendat. Tum & dolia duo lapidis nigricantis, alterum imbrium, alterumque ventorum, vnde Brachmanes iis quibus faueant indigenis [ventos ac pluuiam] impertiantur. Quin statuas quoque apud eos esse *Po-*

ἀν κατ' αὐτὸν τὰς θεὰς, τὰς μὲν πένητας, τάττας δὴ αὐτὰς, οἳ κατὰ φιλοσοφίαν διήνεγκαν, ἀφελέσθαι καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν, μὴ ἔχει πάντως φαύλας ὄντας τὸν τρόπον· τοῖς δὲ τὸ ἦθος ἀκολαστοτέροις] ἄφθονα καὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα παρασχεῖν, εἰ μὴ βελτίους ἐτύγχανον τῶν προτέρων. ἐξ ὧν παντί γε καταφανὴς ἡ τῆς ξυμπεράσματος ἀτοπία.

Ταῦτα καὶ ἀπὸ τῆς δευτέρας παραθέμενοι, ἴωμεν ἐπὶ τὸ τρίτον, τὰ κατὰ τὰς βεβοημένας ἐποψόμενοι Βραχμᾶνας· ἔνθα δὴ τὰ ὑπὲρ Θούλην ἄπιστα. καὶ εἴ τί περ ἄλλο τερατῶδές ποτε μυθολόγοις τισὶν ἀναπέπλασται, ἓν μάλα πιστὰ καὶ ἀληθέστατα, ὡς ἐν παραθέσει τούτων, ἀναφανήσεται. οἷς καὶ τὸν νοῦν ἐπισχῆσαι ἄξιον τῆς τοῦ φιλαλήθους ἕνεκεν αὐθαδείας, ἡμῖν μὲν εὐχέρειαν, τῇ κηφότητα τρόπου περιάπτοντος, αὐτῷ δὲ, τῇ τοῖς αὐτῷ παραπλησίοις, τὴν ἀκριβῆ τῇ βεβαίαν μὴ ξυνέσεως κρίσιν. ὅρα γὰρ ἐφ' οἷς σεμνύνεται παραδόξοις, τὰ ἡμετέρων θείων εὐαγγελιστῶν προκρίνων τὸν φιλόστρατον, ὡς μὴ μόνον παιδείας ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντα, ἀλλὰ καὶ ἀληθείας ἐπιμεμελημένον.

Πρῶτα μὲν οὖν ἐν τῇ πρὸς τοὺς Βραχμᾶνας πορείᾳ τοῦ Ἀπολλωνίου" γυνή τις αὐτῷ, τὴν χροΐαν, ἐσάγεται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐς ὀσφὺν λευκοτάτη', τὸ δὲ ἕτερον μέρος τοῦ σώματος μέλαινα. τὰ δὲ, προϊόντων τῆς ἐπὶ τοὺς Βραχμᾶνας ὁδοῦ, ὄρη, καταπεφυτευμένα τὸ πέπερι", καὶ τούτου πίθηκοι γεωργοὶ, καὶ παράδοξοί τινες τὸ μέγεθος δράκοντες", ὧν ἀπὸ κεφαλῆς λαμπάδες ἀπορρίπτωνται πυρὸς, ὃς εἴ τις ἀνέλοι, εὕροι ἄν φησι παράδοξος λίθος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, τῷ τοῦ Γύγου, τοῦ παρὰ τῷ Πλάτωνι, παραπλησίως. καὶ ταῦτα μὲν τὰ πρὸ τοῦ τῶν Βραχμάνων λόφου. ὡς δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἀφίκοντο", Σανδαρίκινον ἐνταῦθα φρέαρ ὕδατος ἰδεῖν, παράδοξος, καὶ κρατῆρα πλησίον πυρός, ὃ φλόγα ἀναπέμπεσθαι μολυβδώδη. δύο τε πίθους λίθου μέλανος· τὸν μὲν ὄμβρων, τὸν δὲ ἀνέμων, ἀφ' ὧν τοὺς Βραχμᾶνας, οἷς ἂν εἶεν ἵλεω τῆς χώρας, χορηγεῖν. ἀλλά γε καὶ ἀγάλματα παρ' αὐτοῖς Ἀθηνᾶς Πολιάδος, καὶ

CAP. XVII. 1 ἡμῖν μὲν ἐυχέρειαν &c.] vide supra c. 2.

CAP. XVIII. 1 ἀπὸ τ. κεφ. ἐις ὀφ. λευκ.] ex memoria sua potius quam ex Philostrato haec depromit Eusebius, quae tamen eum hic destituit. Nam Philostratus quidem illam feminam a capite vsque ad mammas, nigram, inde reliquo corpore candidam fuisse ait.

Ἀπόλλωνος Πυθίᾳ, καὶ Διονύσῳ[2], καὶ ἄλλων τινῶν Ἑλληνικῶν θεῶν. Ἰάρχαν δὲ", τὸν ἐπὶ πάντων, διδάσκαλον καλεῖσθαι. ὃν καὶ ἰδεῖν καθεζόμενον, πολλῷ γε δεῖ φιλοσοφικῶς, σατραπικῷ δ' ἂν μᾶλλον σχήματι, ἐφ' ὑψηλοτάτῳ δίφρῳ. χαλκῷ δὲ μέλανος ἦτος ἦν, καὶ πεποίκιλτο χρυσέοις ἀγάλμασιν, οἷα δὴ εἰκὸς, τεχνεργῶν βαναύσων τρόπον, πυρὶ καὶ σιδήρῳ μοχθοῦντας τὰς φιλοσόφους τεχνεργεῖν, ἢ καὶ, θαυματοποιῶν δίκην, αὐτόματον ἀποτελεῖν τὸ δημιούργημα. οἱ δὲ τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτὸν διδάσκαλον δίφροι χαλκοῖ μέν, φησιν, ἄσημοι δ' ἦσαν, καὶ ἧττον ὑψηλοί. ἔδει γάρ πῃ τυράννῳ πάντως σχήματι προνομίας τῆς ἐν ἀγάλμασι, καὶ χρυσῷ τὸν τῆς θείας φιλοσοφίας διδάσκαλον ἀξιοῦσθαι.

liadis Mineruae, Pythiique Apollinis, & Bacchi, aliorumque quorundam Deorum, quos Graeci colunt. Iarcham autem", qui omnibus praesit, appellari *magistrum*: quem viderit considentem, habitu adeo a philosophico dissidente, vt satrapam retulerit potius, in sublimi collocatus solio. Erat autem illud ex aere nigro, aureisque ornatum statuis, quales scilicet, fabrorum more verosimile sit sapientes, igni ferroque adhibito, fabricare; quin & praestigiatorum ritu ita opus instruere, vt sponte sua moueatur. Ceterorum autem, qui assidebant magistro, sedes, aereae quidem, vti ait, signis tamen ornatae non erant, minusque sublimes. Nempe erat conueniens omnino regio ornatui praerogatiua, in statuis illis consistens, [conueniens item] auro honorare diuinae philosophiae magistrum. " *Lib. III. c. XVI.*

Πρῶτον δὲ τὸν Ἰάρχαν ἰδόντα, φησὶ, τὸν Ἀπολλώνιον, ἐξ ὀνόματός τε προσειπεῖν[1] Ἑλλάδι τῇ φωνῇ, καὶ ἣν αὐτῷ παρὰ Φραώτου κομίζει ἐπιστολὴν αἰτῆσαι, κατὰ πρόγνωσιν ἤδη τοῦτο προειληφότα. ἐνδείξασθαί τε τὸ ἔνθεον τῆς προγνώσεως, προειρηκότα, ὡς ἄρα ἑνὶ γράμματι, τῷ δέλτα, λείποι ἡ ἐπιστολή. ἄρξασθαί τε ἀπειροκάλως εὐθὺς ἀπὸ πρώτης ὁμιλίας, ἀπειροπλούτου δίκην, ἐνεπιδείκνυσθαι τὸ τῆς προγνώσεως πλεονέκτημα, πατέρα καὶ μητέρα καταλέγοντα τοῦ Ἀπολλωνίου, γένος τε καὶ τροφὴν, καὶ παιδείαν, καὶ τὰς κατὰ χρόνους ἀποδημίας, καὶ τὴν ἐς αὐτὸν πορείαν, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν πεπραγμένα αὐτῷ, καὶ ὡμιλημένα. εἶτα δέ φησιν" ὅτος ὁ θαυμάσιος συγγραφεὺς, τοὺς Βραχμᾶνας ἅμα τῷ Ἀπολλωνίῳ, χρισαμένους ἠλεκτρίνῳ φαρμάκῳ, λούσασθαι· καὶ περισάντας ὡς ἐν χορῷ τὴν γῆν τύψαι ταῖς ῥάβδοις. τὴν δὲ κυρτωθεῖσαν ἀναπέμψαι αὐτοὺς ἐς δίπηχυ τοῦ ἀέρος, ἑσάναι τε αὐτοὺς μετεώρους ἐν αὐτῷ ἀέρι ἐπὶ τι χρόνου διάστημα, ἕλκειν δὲ καὶ πῦρ ἀπὸ τοῦ Ἡλίου, ὅτε βούλοιντο, αὐτομάτως. τούτοις δ' ἐπιφέρει παράδοξον ὁ θαυματολόγος". ὡς ἄρα τρίποδες Πυθικοὶ τέτταρες ἐξεκυκλήθησαν[2], αὐτόματοι φοιτῶντες· καὶ εἰκάζει δὴ ἂν αὐτοὺς τοῖς Ομη-

Iarcham autem, vbi primum Apollonium conspexisset, nominatim eum salutasse ait Graeca lingua, reddique sibi epistolam, quam a Phraota ipsi afferebat, postulasse, mente praesaga ea de re iam antea edoctum. Nempe demonstrasse diuinitus sibi res antea perspectas esse, praedicendo vna littera, *Delta*, deficere epistolam. Coepisse autem parum modeste prima statim conuersatione, more eorum qui vastis diuitiis abundant, absconditarum rerum iactare scientiam, patrem recensendo Apollonii & matrem, & genus omne, educationemque, & institutionem, variisque temporibus susceptas peregrinationes, & quod ad ipsum instituerat iter, quaeque ipsi in eo gesta dictaue fuerant. Inde porro egregius ille scriptor narrat", electrino vnguento vnctos Brachmanas cum Tyanensi, balneo vsos esse, eumque ambientes, choro quasi, terram scipionibus feriisse; eam vero in gibbum resilientem, altitudine bicubitali eos in aërem extulisse, pensilesque aliquandiu in ipso aere illos substitisse. Deriuare item eos vbi voluerint, ex sole ignem, sponte sequentem. Atq; istis omnibus rem plane stupendam portentosus ille scriptor iungit"; vt tripodes nempe, Pythiis similes, quatuor, sponte sua mouentes, in medium processerint; eosque Ho- Cap. XIX. " *Lib. III. c. XVII.* " *Lib. III. c. XXVII.*

---

2 — καὶ Διονύσῳ] in editis additum Δηλίῳ, quod Eusebii esse nequit, qui ignorare non poterat *Delii* cognomen in Bacchicis haut esse. Puto ego docta manu quadam Δηλίῳ in margine primo adnotatum fuisse, vt scilicet notaretur apud Philostratum pro Ἀπόλλωνος Πυθίου legi, Ἀπόλλωνος Δηλίου: idque postea indoctum librarium in textum post Διονύσῳ imperite intrusisse.

3 σατραπικῷ] ita legendum omnino pro σατραπικῶς quod erat in editis.

CAP. XIX. 1 προσειπεῖν] ita ex Philostrato scribendum, male enim in editis Eusebii est προειπεῖν.

2 ἐξεκυκλήθησαν] vox in theatris vsitata de illis, quae machinis occultis in scenam prouehebantur, vtitur eadem, vbi de his Brachmanum artibus loquitur, Thespesion Gymnosophista apud Philostratum lib. VI. de vita Apollonii cap. 10, vbi vide notata. Loco autem vbi haec referuntur proprio verbum ἐξιστορήθησαν Philostr. adhibuit.

meri-

mericis ſimiles eſſe ait. Pincernas autem in iis ex aere, ſi materiam ſpectes, qui miniſtrarent, ſtatuit quatuor. Addit etiam, vt terra ſponte gramina ſubſtrauerit. Tripodum autem binos ait vino manaſſe, reliquorum vero alterum calidae admiſcendae copiam feciſſe, alterum frigidae. Aereoſque pincernas vinum pariter & aquam larga hauſiſſe menſura; calices enim circumlatos eſſe, vt fieri in compotationibus aſſolet.

ρείοις· οἰνοχόους τ' ἐπὶ τούτοις ἐκ χαλκοῦ διακόνους τὴν ὕλην[3] ἵσησι τέτ]αρας. ἐπιλέγει δὲ ὡς ἄρα καὶ ἡ γῆ αὐτομάτως ὑπεςρώννυτο αὐτοῖς πόας. τῶν δὲ τερπόδων οἱ μὲν δύο, φησὶν, οἶνον ἀπέρρεον, οἱ δὲ ἕτεροι δύο, ὁ μὲν ὕδατος θερμοῦ κρᾶσιν παρεῖχεν, ὁ δ' αὖ ψυχροῦ. τοὺς δὲ οἰνοχόους τοὺς χαλκοῦς, ἀρύεσθαι ἐυμέτρως τοῦ τε οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος· περιελαύνειν γε κύκλῳ τὰς Κύλικας, ὥσπερ ἐν τοῖς πότοις[4].

Cap. XX. Ista Hierocli, ſupremis in prouinciis praefecto dicaſteriis, multa inſtituta diſquiſitione, vera eſſe videntur atque explorata, noſtra autem ſimplicitas, leuitaſque animi longe maxima ab eo damnatur. Ipſe autem talia credens Philoſtrato, his ipſis verbis ſe iactat, inquiens: *Videamus enim, quanto nos melius haec atque prudentius admittamus, & quae de praeclaris virtute viris ſententia noſtra ſit.*

Ταῦτα Ιεροκλεῖ, τὰ ἀνωτάτω καὶ καθόλου δικαςήρια πεπιςευμένῳ μετὰ πολλῆς ἀνετάσεως ἀληθῆ καὶ πιςὰ εἶναι δοκεῖ. καὶ ἡμῶν μὲν εὐχέρεια, καὶ κακότης[1] πλείση ὅση κατέγνωσαι παρ' αὐτῶ. αὐτὸς δὲ, τοιαῦτα φιλοςράτῳ πιςεύων, αὐτοῖς δὴ ῥήμασι σεμνύνεται λέγων "σκεψώμεθά γε μὴν[2] ὅσῳ βέλτιον, καὶ ξυνετώτερον ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα τὰ τοιαῦτα, καὶ ἢν περὶ τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν ἔχομεν γνώμην".

Cap. XXI. In apparato porro hoc modo conuiuio, iuxta ipſum Philoſtratum", Indorum inducitur Rex, compotationem inſtituens cum philoſophis. Hunc vero ſuperbe ſe geſſiſſe & in philoſophiam debacchatum narrat, crapula item apud eos incaluiſſe, cumque ipſo ſole de principatu contendiſſe, aliaque elato animo iactitaſſe. Rurſum autem per interpretem iſta ab eo accepiſſe Apollonium; viciſſimque Regem allocutum eſſe, Iarcha vicem interpretis ſuſtinente. Qui autem admiratione dignum haut exiſtimemus, quod ſuperbum tantopere, abſurde adeo debacchari, & crapulae indulgere veroſimile queat videri, quem ne ad philoſophorum quidem, nedum Deis ſimilium virorum penates par erat accedere? Quid vero eſt, quod ſemideos eos appello, & dignitati virorum illudo? quando-
"Lib. III. c. XXV.

Επὶ τοιούτῳ δὴ τῷ συμποσίῳ, κατὰ τὸν αὐτὸν Φιλόςρατον", βασιλεὺς ἐγχωριάζων Ινδοῖς εἰσάγεται, συμπίνων τοῖς φιλοσόφοις. τοῦτον δὲ ἐνυβρίζειν καὶ ἐμπαροινεῖν φιλοσοφίᾳ, μεθύσκεσθαί τε παρ' αὐτοῖς, καὶ ἀντιπαρεξάγειν τῷ ἡλίῳ, καὶ ἁλαζονεύεσθαι ἰσορεᾶ. καὶ πάλιν τὸν Απολλώνιον δι' ἑρμηνέως τὰ παρὰ τούτου μανθάνειν· καὶ αὖ πάλιν πρὸς αὐτὸν διαλέγεσθαι, ὑφερμηνεύοντος τοῦ Ιάρχα· καὶ πῶς ἐ θαυμάζειν ἄξιον, ὅπως τὸν ἄτως ὑβρισὴν, καὶ ἀτοπώτατον, παροινεῖν καὶ μεθύσκεσθαι παρὰ τηλικούτοις εἰκὸς ἦν. οὐ δὲ παρελέναι ἄξιον ἐν φιλοσόφων, μή τί γε καὶ ἰσοθέων ἑσίᾳ; τί δέ μοι ἰσοθέους τούτους καλεῖν, καὶ τῆς ἀξίας ἐνυβρίζειν τοὺς ἄνδρας; ὁπότε, πυθομένου τοῦ Απολλωνίου", τίνας ἑαυτοὺς ἡγοῦνται; θεοὺς, ἔφη ὁ Ιάρχας. ὡς καὶ" τοῖς σημπόταις, οἷα δὴ θεοὺς[1], φιλοσόφου μὲν ἥκιςα τρόπῳ, πολλοῦ γε δεῖ, μή τί γε μᾶλλον, ὃ ἔφησε, θεοῦ ἀξίως, τὴν φιάλην ἐπικύπτων[2] ἐξῆρχεν. ἡ δέ, φησὶν ὁ συγγραφεὺς, ὡς
"Lib. III. c. XIIX.
"Lib. III. c. XXXII.

3 χαλκοῦ διακόνους τὴν ὕλην] aegre mihi facit vox διακόνους interpoſita vocibus natura ſua coniungendis, neque hac ratione diuellendis, niſi inuito linguae genio, eam itaque omitti plane malim, nihil enim ea eſt opus.

4 πότοις] male in editis habebatur ποταμοῖς, quod ſecure nimis ſecutus fuit Acciolus, qui vertit: *ſed & calices actos in gyrum quaſi vorticoſo flumine impellebant.* Eo tutius autem πότοις ſubſtituas, quod ipſa hic Philoſtrati verba retinuerit Euſebius, in cuius textu πότοις codicum omnium conſenſu legitur. Eandem lectionem Salmaſium quoque reſtituiſſe, poſt animaduerti.

CAP. XX. 1 τὰ ἀνωτάτω &c.] eadem verbis iiſdem habes ſupra cap. 5.

2 ἡμῶν μὲν εὐχ. κακότ.] ipſa Hieroclis verba, quibus eam Chriſtianis exprobrabat, habes ſupra c. 1.

3 σκεψώμ. γε μήν] vides hic integrum illum locum adduci quem ſupra p. 512. mutilatum eſſe monui, & huius indicio reſtitui. HOLSTEN.

CAP. XXI. 1 οἷα δὴ θεοὺς] verba iſta mihi praeter rem videntur, neſcio vnde, in textum eſſe admiſſa.

2 ἐπικύπτων] ita certiſſime reſtituendum ex Philoſtrato: vide obſeruata ad lib. III. c. 32. n. 5. & lib. II. c. 28. n. 6.

ἄρα ἐπότιζε[3] ἱκανῶς πάντας", ἐπεδίδα[4], καθάπερ αἱ ἀπόρρητοι πηγαὶ τοῖς ἀνιμωμένοις.

narrante hiſtorico, omnibus affatim potum praeberet, liberaliter [latices] ſubmittebat, perinde ac fontes occulti haurientibus [aquas] ſubmittere ſolent].

Μετὰ ταῦτα κοιναὶ λόγων ὁμιλίαι, καὶ σπουδαιολογίαι τῶν φιλοσόφων, τῷ μὲν Ἰάρχα διδάσκοντος" ὡς ἄρα ποτὲ αὐτῷ ἡ ψυχὴ ἐν ἑτέρῳ, ἀνθρώπῳ βασιλέως, γένοιτο σώματι, καὶ τοιάδε τινὰ αὐτῷ πεπραγμένα εἴη· τῷ Ἀπολλωνίῳ δὲ", ὡς νηὸς Αἰγυπτίας ποτὲ γένοιτο κυβερνήτης, καὶ τοσαῦτα διαπράξοιτο. πεύσεις τε καὶ ἀποκρίσεις ἑκάσῳ, ὧν καὶ τῆς σοφίας ἄξιον μηδαμῶς παρεκθέσθαι τὴν μνήμην. ἔρεσθαι δέ φησι" τὸν Ἀπολλώνιον, εἰ ἔστι παρ' αὐτοῖς χρύσεον ὕδωρ; ὦ τῆς σοφῆς καὶ παραδόξου πύσματος. καὶ περὶ ἀνθρώπων δὲ ὑπὸ γῆν οἰκούντων, καὶ Πυγμαίων ἄλλων, καὶ Σκιαπόδων ἀνερωτᾷ. καὶ εἰ γίγνοιτο παρ' αὐτοῖς ζῷον τετράπουν, ὃ λέγεται Μαντιχόρα[1], τὴν κεφαλὴν ἀνθρώπῳ εἰκάσθαι, λέοντι δὲ ὁμοιοῦσθαι τὸ μέγεθος, τὴν δὲ οὐρὰν ἐκφέρειν πηχυαίας καὶ ἀκανθώδεις τὰς τρίχας[2], ἃς βάλλειν ὥσπερ τοξεύματα ἐς τοὺς θηρῶντας; καὶ τοιαῦτα μὲν τὸν Ἀπολλώνιον ἀνερωτᾶν, τὸν δὲ Ἰάρχαν διδάσκειν αὐτὸν, περὶ μὲν τῶν Πυγμαίων, ὡς ἄρα εἶεν οἰκοῦντες μὲν ὑπόγειοι, διατρίβοντες δὲ ὑπὸ τὸν Γάγγην ποταμὸν ζῶντες· περὶ δὲ τῶν ἄλλων, ὡς ἀνύπαρκτα εἴη.

Succedunt inde mutui ſermones & philoſophicae diſputationes, Iarcha docente" vt ſua olim anima in alio, hominis, qui Rex fuerit, extiterit corpore, atque talia quaedam in eo patrauerit: Apollonio viciſſim", vt nauis Aegyptiae extiterit gubernator, quaeque ſibi geſta tum fuerint, narrante. Quaeſtiones vero & reſponſiones vtriuſque ſunt tales, qualium ne mentionem quidem feciſſe, ſapientia maxime erat dignum. Interrogaſſe ergo Apollonium refert", aureane apud eos aqua inueniretur? o plenam ſapientiae, o admirandam quaeſtionem! Interrogaſſe item de hominibus ſubterraneas regiones incolentibus, aliis item qui Pygmaei dicantur, & Vmbripedes. An item apud eos quadrupes obuium ſit animal, Mantichora, quod hominem capite referat, mole corporis leonem exaequet, caudaeque loco promittat cubitales ſetas, acanthis ſimiles, quas veluti ſagittas in venatores iaculetur. Atque haec Apollonium quidem [ait] interrogaſſe, Iarcham autem de Pygmaeis quidem eum docuiſſe, ſubterraneas ſpecus eos habitare, ſub Gange fluuio vitam degentes; de ceteris vero, nuſpiam ea exiſtere.

Cap. XXII.
" *Lib. III. c. XIX & XX.*
" *Lib. III. c. XXIII.*
" *Lib. III. c. XLV.*

Ἕλιον ἐπὶ τούτοις φυόμενον αὐτοῖς ἀπὸ γῆς ἐς ἐσθῆτος ὕλην ὁ Φιλόστρατος ἀναγράφει", πάντως δή πω τῶν φιλοσόφων ἰσὸν ἐποιχομένων, καὶ ταλασιουργίας ἐς ἐσθῆτος κατεργασίαν ἐκπονουμένων· ἤδη γὰρ εἰσῆκται[1] παρ' αὐτοῖς γυναικεῖον φῦλον· εἰ μὴ ἄρα τοῦτο φήσειεν αὐτόμαλον αὐτοῖς παρεῖναι, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ἀπὸ γῆς ἐς ἐσθῆτος ὕλην φυόμενα, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐδηλώσαμεν.

Praeterea lanam commemorat Philoſtratus" e terra illis prouenientem, vt veſtibus materiam praebeat; philoſophis nempe pectine telas omnino percurrentibus, & lanificium ad veſtes comparandas exercentibus: (neque enim muliebris ſexus contubernio apud eos admittitur:) niſi & lanam dicat ſponte ſua

C. XXIII.
" *Lib. III. c. XV. fin.*

---

nempe κύπτοντας πίνειν eſt canum aliorumque eius generis animalium, vt liquet ex obſeruatis poſteriore loco, idque adeo viris grauibus, nedum philoſophis, valde indignum, bibere ex tantae molis crateribus, vt pronis etiam ex iis potus eſſet hauriendus.

3 ἐπότιζε] delenda erat vox nihili ἐπόντιζε, & ex Philoſtraſto atque Reg. cod ἐπότιζε ſubſtituendum. HOLST.

4 ἐπεδίδα] Holſtenius ex Philoſtrato addenda poſt ἐπεδίδα putabat verba τὸ νᾶμα ἀφθόνως, ſine quibus cetera non cohaerere putabat. Sed pace eius dictum ſit, ſine iſtis etiam apte cohaerent reliqua, nam ἐπιδιδόναι πηγή, nulla alia re addita, dici fons poteſt. Sic enim apud Atticos Scriptores ipſumque Philoſtratum paſſim aliqua res ἐπιδιδόναι dicitur, non addito in ſexto caſu re, qua proficit vel incrementa capit, qua adeo ex ipſis circumſtantiis ſit intelligenda. Omittenda itaque ea verba hic duximus, cum neque neceſſitas ea poſtulet, neque eorum in codd. Euſebianis veſtigium vllum appareat.

CAP. XXII. 1 Μαντιχόρα] apud Philoſtr. eſt Μαρτιχόρα. vide ad eundem notata.

2 τὰς τρίχας] manca omnino ſine iſtis vocibus oratio, quas ex Philoſtrato proinde reſtituendas Euſebio putauimus, pariter ac voculam καὶ ante ἀκανθώδεις.

CAP. XXIII. 1 εἰσῆκται] vox Euſebii aetate in hoc negotio frequentiſſima, inde συνείσακτοι dicti feminae, variis miniſteriis deſtinatae, & in clericorum, ſeueriorem etiam vitam profeſſorum, contubernio viuentes, de quibus multa in antiquis Eccleſiarum canonibus. Epiphanius haer. LXIII. de quodam in Palaeſtina Epiſcopo, qui e confeſſorum numero fuerit: ἐσχηκότος δὲ τοιαύτας γυναῖκας, ΕΞΥΠΗΡΕΤΟΥΜΕΝΑΣ αὐτῷ, φημὶ δὲ συνΕΙΣΑΚΤΟΥΣ. Idem de *Hieracitis*: χλευάζονται τελειότατα δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος συνΕΙΣΑΚΤΟΥΣ γυναῖκας, δι' ἃς ἐωθασι φιλοτιμεῖσθαι ἔχειν εἰς ΥΠΗΡΕΣΙΑΝ. Vides συνεισάκτους dici mulieres illas, quae *miniſterii* cauſa cum iſtis hominibus viuant, γάμῳ καὶ συνουσίας χωρὶς, vt Chryſoſtomus orat. εἰς τὰς ἔχοντας συνεισακτ. docet, T. 6. p. 214. edit. Sauil. vide plura de his apud Cotelerium ad Hermae Vis. I. not. 1. & ad Vis II. not. 13. & Beuereg. in Can. III. Concilii Niceni I. Hinc Euſebius apte vocem εἰσάγεσθαι ex vſu illius aeui adhibet, de mulieribus loquens, quae philoſophorum ſi non libidini, miniſteriis ſaltem, de quibus hic ſermo, vacare debebant.

apud

apud eos miraculo quodam in ſacerdotum gratiam transformari in veſtes. Geſtare porro quemuis eorum baculum refert & annulum, arcana praeſtantem virtute. Sequuntur inde Brachmanis miracula, vt daemone malo correptum miſſa epiſtola reſtituerit", vt item ſolo attactu eum, qui luxatam habebat apophyſin oſſis maioris femoris, ſanauerit": vt oculis item capto viſum, atque manu laboranti, integram eam reſtituerit".

"Lib. III c. XXXIIX.

"Lib III. c. XXXIX.

" ibid.

C. XXIV. Bene eueniat autori, qui nos opera ſubleuat. Nempe quam vera iſta ſint etiam manifeſtum eſt, quando tonitrua ventoſque in doliis", & tripodas ex ſaxo proprio motu obambulantes", aeneoſque pincernas, calices in orbem circumferentes, commemorans primum, haec ipſa quaſi vera narrando, reliqua etiam omnia meras fabulas eſſe prodit atque arguit.

" Lib. III. c. XIV.

"Lib. III. c. XXVII.

Cap. XXV. Refert autem Philoſtratus" etiam Damin dixiſſe, ſe non praeſente quoque cum Iarcha Apollonium philoſophatum eſſe, munuſque ab eo tuliſſe annulos ſeptem, planetarum nominibus inſignitos: quos etiam geſtauerit, vnum poſt alium, pro ratione nominum diebus impoſitorum. Haec tamen iſto quidem loco referens, qui veritatis ſtudioſus Philalethae iudicio eſt, alio ſcripti illius loco, quaſi damnans Brachmanum incantamenta, vtque ab iis immunem praeſtet Apollonium curae habens, ſubiungit verbotenus iſta": *Videns autem tripodas apud Indos, pincernaſque, & quaecunque ſuo motu acta procedere dixi, neque interrogauit qua arte confecta haec ſint, neque diſcendi ea ipſum voluptas inceſſit. Verum laudauit quidem, imitari tamen dignatus haut fuit.* Illene vero [hoc fecerit?] qui Damide ſubmoto cum iis conuerſari magni faciebat, atque ſodalem vnicum, quicquid etiam eſt, [cum iis] quod egit, ignorare oportere cenſebat? Qui vero imitari dignatus haut ſit? qui planetarum nominibus inſignitos annulos accepit", eoſque per omnem vitam geſtare neceſſarium ſibi duxit, prout ferrent nomina cuiuſuis diei: & quidem eo quod arcana, vti ipſe ais, virtute praeſta-

" Lib III. c. XLI.

"Lib. V. c. XII.

"Lib. III. c. XV.

ραδόξως δὶ ἱερέας [2] ἐς ἐσθῆτα μεταφύεσθαι. φέρειν δ' ἕκασον αὐτῶν ῥάβδον, καὶ δακτύλιον, ἀπόῤῥητον ἔχοντα ἰσχύν. εἶτα παραδοξοποιίαι τῶ Βραχμᾶνος, ὡς δαιμονῶντα δὶ ἐπιστολῆς ἀναλέσοιτο", ὡς χωλεύοντα καταψήσας τὸν γλουτὸν θεραπεύσειεν", ὡς τυφλῷ τὸ βλέπειν, καὶ ἀδρανεῖ τινι τὴν χεῖρα σῶαν χαρίζοιτο".

Πολλὰ καὶ ἀγαθὰ γένοιτο πραγμάτων [1] ἡμᾶς ἀπολύσαντι τῷ συγγραφεῖ. δῆλα γὰρ ὡς ἀληθῆ καὶ ταῦτα, ὅτε βροντάς τε καὶ ἀνέμους ἐν πίθοις", τρίποδάς τε ἐκ λίθου φοιτῶντας αὐτομάτως", καὶ οἰνοχόους ἀπὸ χαλκοῦ περιελαύνειν ἐν κύκλῳ τὰς κύλικας προϊσορήσας, διὰ τῆς περὶ τούτων, ὡς ἀληθῶν, ἀφηγήσεως, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἐξέφηνέ τε καὶ διήλεγξε τὴν μυθολογίαν.

Εἰρηκέναι δέ φησιν ὁ Φιλόστρατος" τὸν Δάμιν, δίχα τῆς αὐτοῦ παρουσίας καὶ τῷ Ιάρχα συμφιλοσοφῆσαι τὸν Απολλώνιον, εἰληφέναι τε παρ' αὐτοῦ δακτυλίους ἑπτὰ, ἐπωνύμους ἀστέρων, οὓς καὶ φορεῖν αὐτὸν καθ' ἕνα πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἡμερῶν. ταῦτα δὲ νῦν εἰπὼν, ὁ τ' ἀληθὴς τιμᾶν παρὰ τῷ Φιλαλήθει [1] νενομισμένος, μεθ' ἕτερα τῆς γραφῆς, ὡς ἂν δὴ γοητείαν τῶν Βραχμάνων καταγνούς, καὶ ταύτης ἐλεύθερον κατασῆσαι τὸν Απολλώνιον φροντίσας, ἐπιφέρει, φάσκων κατὰ λέξιν". "ἰδὼν δὲ παρὰ τοῖς Ινδοῖς τοὺς τρίποδας, καὶ τοὺς οἰνοχόους, καὶ ὅσα αὐτόματα ἐσφωτᾶν [2] εἶπον, ἔθ', ὅπως σοφίζοιντο αὐτὰ, ἤρετο [3], ὅτε ἐδεήθη μαθεῖν· ἀλλ' ἐπῄνει μὲν, ζηλῶν δὲ οὐκ ἠξίου". καὶ πῶς, ὦ ἄνερ, οὐκ ἠξίου ζηλῶν; ὁ δίχα τοῦ Δάμιδος σπουδὴν ποιούμενος συμφιλοσοφεῖν αὐτοῖς; καὶ τὸν μόνον, ὅ, τι καὶ πράττοι, λανθάνειν δέον ἑταῖρον ἡγούμενος. πῶς δὲ οὐκ ἠξίου ζηλῶν; ὁ τοὺς τῶν ἀστέρων ἐπωνύμους καταδεχόμενος δακτυλίους", καὶ τούτους ἀναγκαῖον τιθέμενος διὰ παντὸς τοῦ βίου φέρειν πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἡμερῶν· καί τοι γε, ἀπόῤῥητον, ὡς φῂς αὐτὸς, ἔχοντας ἰσχύν. εἰ δὲ

---

2 δ' ἱερέας] haec adduntur, ad exprimendam Philoſtrati ſententiam τοῦτο ἱερεῖν ἐσθῆτα ποιοῦνται, nempe non ordinarius ille veſtitus, ſed eorum qui ſacerdotalia obirent officia.

CAP. XXIV. 1 πραγμάτων ἡμᾶς ἀπολύσαντι] nempe ita ſtrenue & aperte mentiri innuit Philoſtratum, vt fabulis manifeſtis ſuſpecta reliqua etiam faciat; vt adeo refutationis opera ſubleuetur ipſe, mentiendi in aduerſario impudentia.

CAP. XXV. 1 παρὰ τῷ φιλαλήθει] ſupra c. 2.

2 ἰσφοιτᾶν] ita Philoſt. habet & Euſeb. inf. c. 30. ἰκφοιτᾶν habebant editi

3 ἤρετο] editi ὅτε ἤρετο. Hoc ὅτε tamen omittendum putaui, nam vt taceam Philoſtratum, ipſe id omittit Euſebius inf. c. 30.

καὶ

καὶ δοθείη τὸ μὴ ζηλᾶν ἠξιωκέναι αὐτὸν, ὡς μὴ εὖ πράττοντας ἂν ἐζήλω δηλονότι. πῶς ἂν ἐπήνει, ἐφ' οἷς μὴ ἠξίω ζηλᾶν; εἰδ' ὡς θείως ἐνεργοῦντας ἐπήνει, πῶς ἂν ἐζήλω τὰ ἐπαίνων ἄξια; ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὴν παρὰ τούτοις διατριβήν, παλινοστοῦντα αὐτὸν ἅμα τοῖς ἑταίροις, ἐληλυθέναι φησὶν" ἐς τὴν τῶν Ωριτῶν[4] χώραν, ἔνθα χαλκαῖ μὲν αὐτοῖς αἱ πέτραι, χαλκῆ δὲ ἡ ψάμμος, χαλκοῦ δὲ ψῆγμα οἱ ποταμοὶ ἄγουσι. καὶ τοσαῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸ τρίτον σύγγραμμα.

rent. Vt vero concedamus etiam, imitari ista eum noluisse, propterea certe non imitatum esse manifestum erit, quod recte sibi haut facere viderentur. Quomodo igitur ob ea laudauit, quae non dignaretur imitari? Et, si tanquam arte diuina operantes collaudauit, cur imitatus haut est, laudem quae mererentur? Porro vero post moram apud hos factum, Apollonium vna cum suis reuertentem, ad Oritarum ait" venisse regionem, vbi aerea saxa, arenaque aerea, aerisque ramenta fluuii vehunt. Atque ista sunt, quae in tertio libro continentur.

"Lib. III. c. LIV.

Ἐπίωμεν δ' ἤδη τὰ ἑξῆς. ἐπανελθόντα, φησὶν", αὐτὸν τῆς Ινδῶν χώρας ἐπὶ τὴν Ελλάδα, κοινωνὸν τῶν θεῶν πρὸς αὐτῶν τῶν θεῶν ἀνακεκηρύχθαι, οἱ καὶ τοὺς κάμνοντας ὡς αὐτὸν ἐφ' ὑγείᾳ παρέπεμπον. καὶ δῆτα ὡς ἐξ Αράβων, καὶ Μάγων, καὶ Ινδῶν παράδοξόν τινα, καὶ θεῖον αὐτὸν ἡμῖν ἀγαγὼν, παραδόξων ἐντεῦθεν ἀφηγημάτων κατάρχεται. καὶ τὸ ἄν τις εἴποι εὐλόγως, ὅτι δὴ εἰ θειοτέρας ἢ κατ' ἄνθρωπον φύσεως ἦν πάλαι, ἀλλ' ὁ νῦν ἔδει, πρὸ τῆς δὲ ἑτέρων μεταλήψεως, τῶν θαυμασίων κατάρχεσθαι. περιττὴ δ' ἂν καὶ ἡ ἐξ Αράβων αὐτῷ, Μάγων τε καὶ Ινδῶν, διὰ σπουδῆς ἐπεχειρεῖτο πολυμάθεια, εἰ δή τις κατὰ τὴν δοθεῖσαν ὑπῆρεν ὑπόθεσιν. ἀλλ' ἔτος, κατὰ τὸν ἀληθῆ συγγραφέα[1], νῦν δὴ παρέσι, μετὰ τοσούτους διδασκάλους τὴν σοφίαν ἐνδεικνύμενος.

Sequentia iam percenseamus. Ex India in Graeciam reducem" ab ipsis Diis refert socium Deorum eum esse declaratum: qui & aegrotos ad eum, sanitatis recuperandae causa, remiserunt. Iamque quasi ab Arabibus, Magisque & Indis stupendum virum & plane diuinum aduehens, miras inde narrationes instituit. Atqui non immerito dicat aliquis: quod si iam olim excellentioris, quam est humana, extitisset naturae, non iam demum, sed potius antequam aliorum profeciisset institutione, miraculorum patrandorum initium eum facere par erat. Praeterea superforanea futura fuisset, quam ab Arabibus, Magisque & Indis studio sibi conquisiuit, doctrina, si quis eum iuxta ea, quae Philostratus ponit, extollendum putet. Sed tamen ille, iuxta veracissimum istum scriptorem, iam demum adest, sapientiae argumenta publice exhibens.

C. XXVI. Ad Lib. IV. "L. IV. c. I.

Καὶ πρῶτα μὲν", οἷα ἐξ Αράβων[1] καὶ τῆς παρ' αὐτοῖς οἰωνιστικῆς ὁρμώμενος, τὸν στρεβλὸν, ὅ, τι βούλοιτο, τοὺς ἑτέρους ἐπὶ τροφὴν παρακαλῶν, ἑρμηνεύει τοῖς παροῦσιν. εἶτα δὲ", λοιμὸν προαισθόμενος, προμαντεύεται τοῖς πολίταις. τὴν δ' αἰτίαν" καὶ τοῦτο ἐν τῇ πρὸς Δομετιανὸν ἀπολογίᾳ αὐτὸς παρατίθεται". ἐρομένου γάρ τοι αὐτὸν, ὁπόθεν ὁρμώμενος τοῦτο προείποι, "λεπτο- "τέρᾳ, ἔφη, χρώμενος, ὦ βασιλεῦ, διαίτῃ, πρῶτος "τοῦδεινοῦ ἠσθόμην". καὶ τρίτον δ' αὐτῷ θαῦμα γεγονὸς ἱστορεῖ", ὡς δὴ ἀλεξήσαντος τὸν λοι-

Ac primo quidem", veluti ab Arabibus & augurali eorum schola aduentans, passerculus quid sibi vellet, ad pastum ceteros qui inuitabat, auditoribus interpretatur. Tum" appetentem pestilentiam ante sentiens, ciuibus illam praedicit. Eiusque rei rationem apud Domitianum ipse quoque edidit. Rogante enim eum Domitiano, quo id praedixisset instinctu, *Diaeta*, inquit, *o Imperator magis tenui vsus, primus omnium persensi malum.* Tertium inde patratorum ei miraculorum exponit", vt pestem nempe depu-

C. XXVII. "Lib. IV. c. III. "Lib. IV. c. IV. "L. III. c. X.

---

4 Ωριτῶν] ita Indicae gentis nomen scribendum monet Stephanus, Eustathius ad Dionysium, aliique [non Ωρειτῶν vt Eusebii editi habebant]. Ωρείτης autem ἐθνικὸν τῆς Ωρεῶν, oppidi, in Euboea insula Similiter apud Philostratum peccatum est. HOLSTEN. Adde a nobis ad textum Philostrati obseruata.

CAP. XXVI. 1 κατὰ τὸν ἀληθῆ συγγρ.] dictum ἰερωνικῶς, nempe pro tali Philostratum vendiderat Hierocles, supra c. II. Male igitur Acciolus haec ad ipsum Hieroclem retulerat, & contra Graeci textus fidem verterat: *Philalethe tamen autore, nonnisi tot exhaustis magistris sapientiam patefecit.*

CAP. XXVII. 1 οἷα ἐξ Αράβων] nempe doctissimi illi τῆς οἰωνιστικῆς magistri, vide nostrum supra cap. 10. & Philostr. l. I. c. 20.

lerit.

lerit. Quod tametsi cum maxime scriptor in iis, quae sub finem habentur, accusationibus non commemorauerit, quoniam, vt verosimile est, apologia illud crimen non poterat diluere; nihilominus tamen nos, age, istam historiam in lucem producamus, eam quoque ita examinaturi. Si cui enim minus alias constaret liquido, spissum hoc esse mendacium, & magica reuera superstitione refertum, ipsa narrationis ratio id esset euictura. Pestem enim statuit mendici, pannisque laceris induti senis habitu apparuisse. Quem cum lapidibus obrui iussisset Apollonius, primum ait flammam emisisse oculis: tum vero lapidibus obrutum canem obtritum & ore spumantem, rabidorum more, apparuisse. Ipsum autem de eo etiam Apollonium, in sua ad Domitianum Imperatorem apologia, ita locutum esse scribit: *Pestilentiae enim forma mendico, eo habitu circumuaganti, assimilabatur: eamque vidi, visamque vici, non vt cessaret lues efficiens, sed plane e medio eam tollens.* Quis vero, talia legens, praestigiatoris magno risu non excipiat portenta? [monstrum] oculis viuentium, & lapidibus in se coniectis obnoxium, ab hominibus vero obtritum, & ore spumans: pestis naturam qui sciat, quod aliud sit nihil quam corruptela & vitium aëris, nosmet ambientis, atque in noxium versi habitum, & malignis ac deprauatis exhalationibus, vt medicorum tradit doctrina, inspissati. Imo & habita ceterarum circumstantiarum ratione hocce explodere liceat spectrum, quoniam nempe soli vrbi Ephesiae, non vero finitimis etiam pestem grauem incubuisse narrat oratio: quod factum certe haut esset, si vitium ab aere ambiente fuisset contractum: minime enim, angustiis conclusus, solum Ephesium aerem morbus obsidere potuisset.

μόν[2]. ὅπερ εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει κατ' αὐτῶ κατηγορίαις ὁ τέθεικεν ὁ συγγραφεὺς, ὅτι μὴ παρῆν, ὡς εἰκὸς, αὐτῷ δὶ ἀπολογίας ἀπολύσασθαι[3] τὸ ἔγκλημα, φέρε δὴ ἴδν ὅμως, αὐτοὶ τὴν ἱστορίαν ἐς φανερὸν ὑποθώμεθα, ὅτω δὴ καὶ ταύτην εὐθύνοντες. εἴ τινι γὰρ ἐκ ἂν εἴη σαφὲς, ὅτι δὴ πολὺ τὸ πλάσμα, καὶ ἀπατηλὸν, γοητείας τε ὡς ἀληθῶς ἔμπλεον, αὐτὸς ὁ τρόπος ἀπελέγχει τῆς ἱστορίας. τὸν γάρ τοι λοιμὸν ὑποτίθεται ἐν εἴδει πτωχέυοντος, καὶ ῥάκεσιν ἠμφιεσμένε πρεσβύτε ἀνδρὸς ἑωρᾶσθαι. ὃν καταλέυειν ἐπικελευσαμένε τῶ Ἀπολλωνίῳ, πρότερον μὲν πῦρ βάλλειν τῶν ὀφθαλμῶν, εἶθ' ὕστερον βληθέντα λίθοις, κύνα συντετριμμένον, καὶ παραπτύοντα ἀφρὸν ὡς οἱ λυτ[ι]ῶντες, φανῆναι· εἰρηκέναι δ' αὐτὸν περὶ τύτε καὶ ἐν τῇ πρὸς αὐτοκράτορα Δομετιανὸν ἀπολογίᾳ ταῦτα γράφει· "τὸ γὰρ λοιμῶ εἶδος, πτωχῷ, ᾧδε ἀγείροντι[4], εἶκασα. καὶ εἶδον, καὶ ἰδὼν, εἶλον, ὁ παύσας νόσον, ἀλλ' ἐξελών". τίς δὴ ἂν ἐπὶ τύτοις ὁ μέγα τὴν τῶ θαυματοποιῶ γελάσεται παραδοξοποιΐαν; ζώων ὀφθαλμοῖς, καὶ λίθων ὑποπίπτοντα βολαῖς, ξυντριβόμενόν τε πρὸς ἀνθρώπων, καὶ ἀφρὸν παραπτύοντα, τὴν τῶ λοιμῶ φύσιν ἀκύων, ὡς δ' ἄλλ' ὁτιῶν τυγχάνει ἡ φθορὰ, καὶ κάκωσις ἀέρος, ἐπὶ τὸ νοσῶδες τρεπομένε, τῶ περιέχοντος, ἐκ πονηρῶν τε καὶ φαύλων ἀναθυμιάσεων, ἧ λόγος ἰατρικὸς παραδίδωσι, ξυνισαμένε. καὶ ἄλλως[5] δ' ἂν τὸ φάσμα[6] διευθυνθείη, ἐπείπερ μόνῃ τῇ τῶν Ἐφεσίων πόλει, ἀλλ' ἐχὶ καὶ τοῖς ὁμόροις τὸν λοιμὸν ἐπισκῆψαι φησιν ὁ λόγος· ὅπερ ἐκ ἂν γεγόνοι, κάκωσιν τῶ περιέχοντος πεπονθότος· ὁ γὰρ δὴ κατακλεισθὲν, μόνῳ ἂν ἐφήδρευσε τῷ περὶ τὴν Ἔφεσον ἀέρι τὸ νόσημα.

C. XXVIII. "*Lib. IV. c. XVI.*

Quarti miraculi loco Achillis producit manes", primum quidem in chlamyde quinque

Τέταρτον αὐτῷ παράδοξον Ἀχιλλέως ἦν ψυχὴ", πρότερον μὲν ἐνχλαμύδι πενταπήχυς, εἶτα

---

2 λοιμὸν] vitium Aldinae editionis, quae habebat λογισμὸν, Morellianam quoque inuaserat, quamuis vel Acciioli versio Morellum de vera lectione admonere potuisset. In Holsteniana editione mendum istud sublatum obseruo.

3 ὅτι μὴ παρ. ὡς εἰκ. αὐτ. δὶ ἀπολ. ἀπολυσ.] nescio an Eusebium ratio hic non fugiat. Cum enim, quod ipse paulo post obseruat, Apollonius apud Domitianum ea de re prolixe egisse narretur, nescio an Philostrato ista tribui possit praeuaricatio. vide huc spectantia lib. VIII. c. 7. sect. 9.

4 πτωχ. ᾧδε ἀγείροντι] Holstenius ex Philostrato ᾧδε γίροντι legendum putat. At neque πτ. ᾧδε γίροντι, sed potius πτωχῷ δὲ γίροντι legitur apud Philostratum. Nec incommode explicare. Hinc ex Eusebio Philostratum, quam ex Philostrato Eusebium isto loco malim emendari. procliui est ea lectione obtinente particulam ᾧδε

5 καὶ ἄλλως] h. e. licet vero etiam concedatur fabulam esse tradita de peste senis forma conspicua, & cetera eo pertinentia nugamenta fabulosa esse; nec sic tamen etiam acquiescendum, nam omnino pestem Ephesiam, etiam sine istis nugamentis spectatam, καὶ ἄλλως, ratione habita ceterarum circumstantiarum, fabulosam esse deprehendi.

6 φάσμα] φάσμα hoc loco nil aliud significat quam fucum oculis obspatum: sic inf. c. 33. de eadem re ὅτι φάσμα καὶ οὐδέν τι πλέον ἦν προδιδήλωται.

δωδεκάπηχυς τὸ μέγεθος, παρὰ τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ μνήματι φαινομένη, Θετταλάς τε καταιτιωμένη, ὅτι δὴ τὰ ἐναγίσματα αὐτῷ, ὡς ἔθος ἦν, οὐκ ἐπετέλουν· μηνιῶσά τε εἰσέτι Τρωσὶ τῶν ἐς αὐτὸν πεπλημμεληκότων, καὶ προστάττουσα τῷ Ἀπολλωνίῳ πέντε λόγους, οὓς ἂν αὐτός τε βούλοιτο, καὶ αἱ μοῖραι ξυγχωρεῖν ἀνέρεσθαι. εἶθ' ὁ πάντα εἰδὼς, καὶ τῶν μελλόντων πρόγνωσιν αὐχῶν, ἔτι ἀγνοεῖ εἰ τάφῳ τύχοι Ἀχιλλεὺς, καὶ εἰ Μοῦσῶν θρῆνοι, καὶ Νηρηίδων ἐπ' αὐτῷ γεγόνασι, καὶ περὶ τούτων αὐτὸν ἀνερωτᾷ, καὶ διαπυνθάνεται, εἰ Πολυξένη ἐπεσφάγη αὐτῷ, καὶ εἰ Ἑλένη ἐς Τροίαν ἐλήλυθει. ὡς σεμνά γε, καὶ κατεπείγοντα ἐς τὸν φιλόσοφον βίον τοῦ δίου τὰ σπουδῆς ἄξια ἐρωτήματα. θαυμάζει δ' ἐπὶ τούτοις, εἰ τοσοῦτοι ἥρωες παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐνὶ χρόνῳ γεγόνασι, καὶ εἰ ἀφίκοιτο ἐς Τροίαν Παλαμήδης. τὸν δὴ "θεῶν ὁρωμένων τε" "καὶ οὐχ ὁρωμένων" ὁμιλητὴν τοιαῦτα ἀγνοεῖν, καὶ περὶ τούτων ἀνερωτᾶν, ποίας οὐχὶ γένοιτ' ἂν αἰσχύνης; εἰ μὴ ἄρ, ἐπειδὴ νεκροῖς ὁμιλῶν εἰσῆκται, ἐπὶ τὸ ψυχρότερον μεταποιεῖ τὰς πεύσεις ὁ ξυγγραφεὺς, ὡς ἂν ὑπεκλύσῃ τὴν ὑπόνοιαν τοῦ πέρα τῶν προσηκόντων αὐτὸν περιεργάσθαι[2] δοκεῖν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀπολογούμενον αὐτὸν ὑπογράφει", ὅτι μὴ κατὰ νεκρομαντείαν ὁ τρόπος αὐτῷ τῆς φανείσης ὄψεως γένοιτο. "ὅτε γὰρ βόθρον, εἶπεν, Ὀδυσσεὺς ὀρυξάμενος, "σφὰς ἀρνῶν αἵμασι ψυχαγωγήσας, ἐς διάλεξιν "τοῦ Ἀχιλλέως ἦλθον[3], ἀλλ' εὐξάμενος ὁπόσα "τοῖς ἥρωσιν Ἰνδοὶ φασιν εὔξασθαι δεῖν". καὶ ταῦτα νῦν πρὸς τὸν ἑταῖρον ἀποσεμνύνεται, ὁ μηδὲν μαθεῖν παρ' Ἰνδῶν, μηδὲ ζηλῶσαι[4] τὴν παρ' αὐτοῖς σοφίαν, πρὸς τοῦ ξυγγραφέως μεμαρτυρημένος".

cubitales, inde duodecim cubitorum magnitudine ad ſepulcrum ipſius Apollonio conſpectos, & de Theſſalis conquerentes, quod ſibi inferias, vt more erat receptum, non ſoluerent: Troianis praeterea iratos, ob ea quae in eum peccauiſſent, atque Apollonio, vt quinque proponeret quaeſtiones, quas vellet ipſe, & Parcae proponi paterentur, permittentes. Inde vir ille, rerum omnium ſolers, & futura antea ſibi innoteſcere gloriatus, adhuc dum ignorat, funeratuſne ſepulcro Achilles fuerit, Muſaeque illi ac Nereides an lamenta profuderint, deque his illum rebus percunctatur: neque minus an Polyxena illius ad tumulum caeſa fuerit interrogat, Troiamue Helena an peruenerit. Praeclaras vero, multumque ad philoſophicam diuini illius viri vitam conferentes, ſerioque proinde ſtudio dignas quaeſtiones. Miratur item praeterea, quod tot heroës inter Graecos aetate eadem eſſe potuerint, & quod ad Troiam Palamedes fuerit praeſens. Virum autem *cum Diis* familiariter verſatum, *ſiue forma apparentium" viſibili, ſiue non obnoxiorum oculis*, talia ignorare, & de eiuſmodi interrogare rebus, quomodo turpiſſimum non cenſeatur? Niſi forte, quia mortuos interrogans inducitur, ideo frigidiores quaeſtiunculas autor fingit, vt tollat ſuſpicionem, qua ille vltra quam par eſt curioſus extitiſſe videri poterat. Sane enim & apologia vſum nobis ſiſtit Apollonium", quod eo modo, quo in Necyomantiis fieri ſolet, ipſi viſa oblata haut fuerint. *Neque enim*, inquit, *vt Vlyſſes ſcrobe effoſſa, neque caeſis agnis manibus placatis, in Achillis colloquium veni, ſed precibus fuſis, quas Indi cenſent heroibus fundi oportere.* Atque de iſtis iam apud ſodalem gloriatur, qui nihil ab Indis accepiſſe, neque eorum imitatus ſapientiam eſſe alibi huic ſcriptori perhibetur".

" *Lib. I. c. XXXII.*

" *Lib. IV. c. XVI.*

" *Lib. V. c. XII.*

Τί δῆτ' ἦν, ὦ ἄτος, εἰ μή τις ἦν κακοήθης περιεργία, μηδὲ τὸν ἕνα σοι, καὶ γνήσιον, καὶ μόνον ἑταῖρον, Δάμιν, κοινὸν ἐποιοῦ τῆς θαυμαστῆς ταύτης ὄψεώς τε καὶ ὁμιλίας; τί δ' οὐχὶ καὶ

Sed heus bone vir, niſi damnabilis illa erat magia, quid eſt quod vel vnicum tibi familiariſſimum, eumque ſolum, Damidem, admirandi huius ſpectaculi & confabulationis participem haut feciſti. Cur item ple- C. XXIX.

CAP. XXVIII. 1 τοῦ δίου] editi habebant τοῦ Διὸς quod non ingratiis muſarum in δίου nos ex coniectura mutaſſe confidimus.

2 περιεργάσθαι] notus ex Actibus Apoſtolicis vocis περίεργος de rebus magicis vſus, ad quem cenſum referre oportet νεκυομαντείαν, curioſaſque mortuorum conſultationes. Quamobrem nolo de hac voce ad ſacram illam Apoſtolorum hiſtoriam a viris doctis obſeruata hoc loco repetere.

3 ἦλθον] editi ἴλθοι habebant, ſenſu inuito, cumque ipſa hic ex Philoſtrati hiſtoria allegentur Apollonii verba, ἦλθον ex ea reſtituere non dubitaui.

4 μηδὲ ζηλῶσαι &c.] reſpicit locum in hiſtoria Philoſtrati, ſupra etiam cap. 24. allegatum, quem cum modo allegatis Apollonii verbis contendens, contraria narrare Philoſtratum oſtendit.

na

na die id facere haut licuit, sed nocte intempesta, a te peragi oportuit solo? Cur item gallorum cantus Herois manes fugarunt? *Abiit enim, inquit, cum fulgure quodam modico, namque & galli gallinacei iam cantum exorsi fuerant.* Impuris itaque daemonibus forte magis opportunum fuerit ad magicas conuersationes istud tempus, non vero Herois manibus, quos, crassa ista corporis solutos materia, probos esse, omnique virtutum genere abundare oportebat. At, qui isthic inducitur daemon, inuidis est & parum benignis moribus: iracundus item repraesentatur idem, & pusillo animo. An non enim talis habendus sit, qui Antisthenem", probum adolescentem, vt qui philosophum sectari Apollonium cuperet, ab eo auulsit. Nempe eum Apollonius ne participem philosophiae faceret suae prohibet, ratione addita: *Priamides enim est genuinus, & Hectorem laudare non desinit.* Qui iracundum item & animo pusillo non dicam esse? qui Thessalis succensct, quod sacra sibi non faciant", & Troianis, quod innumeris ante annis iniuria eum affecissent, reconciliari nolit, sacrificantibus licet atque libantibus ei indesinenter. Sed & Palamedis sepulcrum vna cum illius statua male dirutum restaurari iubet.

"Lib. IV. c. XII.

'Lib. IV. c. XVI.

δι' ἡμέρας τοῦτο ἐξῆν ποιεῖν, ἀλλὰ τῶν νυκτῶν ἀωρὶ, καὶ μόνον; τί δὲ καὶ ἥλαυνον τὴν τοῦ ἥρωος ψυχὴν ἀλεκτρυόνων βοαί; "ἀπῆλθε," γάρ φησι ξὺν ἀσραπῇ μετρίᾳ. καὶ γὰρ δὴ," καὶ ἀλεκτρυόνες ἤδη ᾠδῆς ἥπτοντο". δαίμοσι μὲν ἂν πονηροῖς γένοιτ' ἂν ἴσως ὁ τῆς ὥρας ἐπιτήδειος ἐς περιέργους ὁμιλίας καιρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἡρωϊδὶ ψυχῇ, ἣν, τῆς παχείας τοῦ σώματος ἐλευθερωθεῖσαν ὕλης, ἀγαθὴν καὶ πανάρετον εἶναι χρεών. ὅγε μὴν εἰσηγμένος ἐνταῦθα δαίμων βάσκανος, καὶ φθονερὸς τὸν τρόπον, ὀργίλος τε καὶ ταπεινὸς τὴν διάθεσιν ὑποτετύπωται. ἢ οὐχὶ τοιοῦτος ὁ τὸν Ἀντισθένην", μειρακίῳ τι σπουδαῖον, ὡς ἂν δὴ φιλοσόφῳ ξυνέπεσθαι τῷ Ἀπολλωνίῳ πειρώμενον, ἀπείργων; προστάττει γὰρ τὸ μὴ ποιεῖσθαι αὐτὸν ξυνέμπορον τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας, ἐπιλέγων τὴν αἰτίαν· "Πριαμίδης τε γάρ, φησιν, ἱκανῶς ἐστι, καὶ τὸν," Ἕκτορα ὑμνῶν οὐ παύεται". πῶς δὲ οὐκ ὀργίλος, καὶ ταπεινὸς; ὁ Θετταλοῖς, ὅτι μὴ θύοιεν αὐτῷ, θυμούμενος", καὶ Τρωσὶν, ὅτι δὴ πρὸ μυρίων ὅσων ἐτῶν ἐς αὐτὸν διημαρτήκασι, μὴ καταλλασσόμενος, καὶ ταῦτα θύουσι, καὶ ξυνεχῶς σπενδομένοις. ἀλλὰ καὶ τὸν Παλαμήδους τάφον, αὐτῷ ἀγάλματι φαύλως ἐρριμμένον, ἀναλαβεῖν ἐγκελευόμενος;

Cap. XXX. Quintum porro sextumque miraculum non opus habent, vt longa eis oratione immoremur, qua pateat stolida scriptoris simplicitas: Daemonas nempe exturbat, alium, vt vulgo aiunt, ope alterius. Alium nempe ex adolescente infrunito", alium porro qui facie muliebri esset indutus". Atque hunc quidem *Lamiam* & *Empusam*, ipsis hisce adhibitis vocibus, sapientissimus autor appellat. Puellam inde in vrbe Romana" quod post mortem in vitam reduxerit iterum, cum vel ipsi Philostrato plane incredibile videatur, plane repudiandum. In ambiguo enim haeret, num

"Lib. IV. c. XX.

"Lib. IV. c. XXV.

"Lib. IV. c. XLV.

Τὸ μὲν τοι πέμπτον καὶ ἕκτον θαῦμα ἐκ πολλῆς δέοιτο τοῦ λόγου διατριβῆς, ἐς ἔνδειξιν τῆς τοῦ γραφέντος[1] ἰυχερείας· δαίμονας γὰρ ἀπελαύνει, ἄλλῳ ἄλλον, ἤ φασι[2], δαίμονι. τὸν μὲν γὰρ ἐξ ἀκολάσου μειρακίου", τὸν δ' ἐπιπλάσως ἐς γυναικείαν μορφὴν" σχηματιζόμενον. τουτονὶ δὲ τὸν δαίμονα Ἔμπουσαν, καὶ Λαμίαν αὐτοῖς ὀνόμασιν ὁ σοφώτατος ἀποκαλεῖ. τό γε μὴν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως μετὰ ταῦτα κόριον", ὅτι δὴ μετὰ θάνατον ἐπὶ δευτέραν ζωὴν ἤγαγεν, ἀπιστότατον[3] καὶ αὐτῷ δόξαν τῷ φιλοστράτῳ, παραιτητέον. ἐν δισαγμῷ μέν τοι ἀμφιβάλλει, μὴ ἄρα σπινθὴρ τῆς ψυχῆς ἐνυ-

CAP. XXX. 1 γραφέντος] editi habebant πραχθέντος. Paulo audacius videri poteramus hic emendasse. Sed necessitas, vt spero, audaciam excusabit, nullum enim sensum hic fundit πραχθέντος. Contra ἰυχίεσαν & κυφότητα Christianis *exprobrauerat* Hierocles, quam passim in hoc opusculo retorquentem vidimus calumniam Eusebium: ipsum potius Hieroclem, Philostratumque tantopere ab eo commendatum, ἰυχερείας & κυφότητος reos esse demonstrantem: quod hic quoque eum facere liquido constare puto. Ceterum siue illud γραφέντος ad Hieroclem referas, siue ad Philostratum non multum intererit, nam potest γραφὴς esse ille quoque, *qui litem intendit*, quae γραφὴ dicitur: forma enim passiua hoc verbum actiue tamen significare tritum.

2 ἤ φασι] forma haec loquendi vulgare illud dictum fuisse innuit, natum forte ex Iudaeorum aduersus Saluatorem calumnia, vel iis etiam iam antea trito vsu receptum, & passim de iis adhibitum, qui malum malo depellerent. Sic inf. c. 32. ἀλλὰ γὰρ κὠ τυφλῷ φασι δῆλον, &c.

3 ἀπιστότατον] ita rescribo audacter pro ἀπιστοτάτην quod est in editis. Imperitis librariis fucum fecit quod δόξαν *substantiuum femininum* putarent, quod tamen est *participium* ἀόριστον *neutrius generis*.

πάρχων τῇ παιδὶ, τὰς θεραπεύοντας ἐλελήθει. λέγεσθαι γάρ φησιν, ὡς ψεκάζοι μὲν ὁ ζεὺς, ἡ δὲ ἀτμίζοι ἀπὸ τοῦ προσώπου. καὶ γὰρ δὴ εἰ ἀληθῶς αὐτὸ τοιόνδε ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης ἐπέπρακτο, οὐκ ἂν ἐλελήθει βασιλέα τε πρῶτον, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἅπαντας ὑπάρχους, μάλιστα δὲ τὸν φιλόσοφον Εὐφράτην, ἐγχωριάζοντα κατ' ἐκεῖνο καιρῷ, καὶ ἐπὶ τῆς Ῥώμης διατρίβοντα, ὃς δὴ ἐς ὕστερον τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν, ὡς δὴ κατὰ γοητος, ὑποβάλλειν ἰσόρηται". πάντως γὰρ ἂν καὶ τοῦτο, εἰ δὴ τοῦτο γεγονὸς ἦν, ταῖς ἄλλαις κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς πρὸς τὴν κατηγορίαν συγκατείλεκτο. καὶ τὰ μὲν ἐν μέρει, καὶ κατ' εἶδος αὐτῷ πεπραγμένα, τοσαῦτα. μυρία δὲ καὶ ἄλλα, καὶ κατὰ πρόγνωσιν αὐτὸν λέγειν, προμαντεύσασθαί τε καὶ προειρηκέναι γράφει. καὶ ὡς Ἀθήνησι βεβληθέντα μυηθῆναι τὰ Ἐλευσίνια" ὁ τῆδε εἶρξεν ὁ ἱερεὺς, μὴ ἄν ποτε φήσας μυήσεσθαι γόητα, μηδὲ τὰ Ἐλευσίνια ἀνοῖξαι ἀνθρώπῳ μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια. ἀλλὰ καὶ τῷ ἀσελγῶς ἀγείροντι κατὰ τὴν Ῥώμην", καὶ τὰς Νέρωνος μετὰ κιθάρας ἐπὶ μισθῷ διεξιόντι ᾠδὰς, μισθὸν ἐπιδῶναι τοῖς ἑταίροις τῆς σοφῆς ταύτης ἐπιτηδεύσεως, ὁ φιλοσοφώτατος, διὰ τὸν Νέρωνος φόβον, προστάξει.

vitalis aurae scintilla, in puella residua, medicos latuerit. Famam enim esse ait, pluuiam tum cecidisse placidissimam, ex puellae vero facie vaporem exhalasse. At certe, si vere tale quid in ipsa vrbe Romana fuisset patratum; fugere primo ipsum quidem non potuisset Imperatorem, neque principes, qui proximum ei locum obtinent, omnes, praecipue autem, qui ea tempestate in istis partibus agebat, imo in ipsa vrbe Roma tum versabatur, Euphratem philosophum, qui subsequentibus temporibus, controuersiam tanquam mago ei intentasse narratur". Sane vero hoc o-" *L. VIII. c. III.*
mnino etiam, si quidem factum id esset, ceteris imputationibus ab accusatore additum fuisset. Atque ista quidem sunt particularia Apollonii facta atque specialiora. At alia etiam innumera praesaga mente dixisse eum, vaticinatumque esse & praececinisse, scribit. Hoc item, vt Athenis initiari Eleusiniis sacris cupiens", a Cereris sacerdote prohibitus fuerit," *Lib. IV. c. LVIII.*
nolle sese, aiente, magum initiare, Eleusiniaue sacra pandere homini, minus puris addicto sacris. Imo etiam ei, qui impudice Romam peruagabatur", Neronisque carmina ad" *Lib. IV. c. XXXIX.*
citharam mercede cantillabat, mercedem vt soluerent ob praeclaram operam, sodalibus suis summus ille philosophus, Neronem metuens, praecepit.

Ἐν τούτοις καὶ τῷ τετάρτῳ περιγραφέντες, ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς, εἰπών τινα περὶ γνώσεως αὐτοῦ, καὶ ἀποθαυμάσας ὁ συγγραφεὺς, ἐπιλέγει ταῦτα κατὰ λέξιν "ὅτι μὲν "δὴ τὰ[2] τοιαῦτα δαιμόνια κινήσει προέλεγε[3], καὶ "ὅτι τοῖς γόητα ἡγεμένοις τὸν ἄνδρα οὐχ ὑγιαί- "νει ὁ λόγος, δηλοῖ μὲν καὶ τὰ εἰρημένα. σκε- "ψώμεθα δὲ κἀκεῖνα· οἱ γόητες, ἡγοῦμαι δ' "αὐτοὺς ἐγὼ κακοδαιμονεστάτους ἀνθρώπων, οἱ "μὲν, ἐς βασάνους εἰδώλων χωρήσαντες, οἱ δὲ, ἐς "θυσίας βαρβάρους, οἱ δὲ, ἐς τὸ ἐπᾶσαί τι, ἢ "ἀλεῖψαι, μεταποιεῖν φασι τὰ εἱμαρμένα[4]. ὁ "δὲ εἴπετο μὲν τοῖς ἐκ μοιρῶν, καὶ προέλε- "γεν[5] ὡς ἀνάγκη ἔσεσθαι[6] αὐτά. προέλεγε[7] "δὲ οὐ γοητεύων, ἀλλ' ἐξ ὧν οἱ θεοὶ ἔφαινον. "ἰδών τε παρὰ τοῖς Ινδοῖς τὰς τρίποδας, καὶ "τοὺς οἰνοχόους, καὶ ὅσα αὐτόματα ἐσφοιτᾶν

Atque istis quidem quarto etiam absoluto, c. XXXI.
in quinto institutae de eo scriptionis libro, vbi *Ad Lib. V.*
de fatidica eius facultate nonnulla dixisset, eumque admiratus esset scriptor, ista ad verbum subiungit: *Quod autem haec diuino quodam motu praedixerit, quodque parum sana vtantur mente, magum fuisse illum qui opinantur, satis constat ex dictis hucusque. Sed tamen ea quoque de re amplius dispiciamus. Incantatores, eos autem ego mortalium infelicissimos puto esse, partim spiritibus torquendis sese applicant, partim barbaris sacris, partim carminibus aut venenis fatorum sancita se quidem mutare aiunt. Apollonius autem fatorum decreta sequebatur, fatalique necessitate euentura praedicebat: praedicebat autem non magiae ope, verum Deorum reuelatione edoctus. Cumque apud Indos vidisset tripodas, pincernasque & cetera, quae spontaneo motu in medium prodire aiebant, neque qua comparata essent arte interrogauit,*

CAP. XXXI. 1 γνώσεως] malim προγνώσεως.
2 ὅτι μὲν δὴ τὰ] Philostr. ὅτι μὲν γὰρ τά.
3 προέλεγε] Philostr. προεγίγνωσκε.
4 εἱμαρμένα] verissima lectio, ex Philostrato a nobis restituta, reliculumque omnino ἱερημένα, quod in editis erat, neque turbare non potuit Acciolum interpretem.
5 καὶ προέλεγεν] Philostr. habet πρὸς δὲ.
6 ἔσεσθαι] Philostr. γενέσθαι.
7 προέλεγε] Philostr. προεγίγνωσκε.

neque

neque, vt edoceretur quomodo facta essent, petiit, verum laudauit quidem, imitari tamen haut est dignatus. Haec referens, celeberrimos illos Indorum philosophos magos manifeste fatetur esse. Nam de magis sermonem instituens, eorum mentionem facit: stupenda opera eos arte sua producere aiens, eiusque eorum artis, tanquam parum liberalis, imperitum eum, de quo orationem instituit, esse statuens. Si igitur conuictus fuerit Apollonius, quod Deos vocauerit hos ipsos, & pro praeceptoribus agnouerit, intempestiuum haut erit, eis, quibus magistri eius tenentur, imputationibus ipsum quoque obnoxium censere. Inducitur ergo apud Nudos, quos vocat [Philostratus,] Aegyptiorum, ad verbum
"Lib. VI. c. XI. prolocutus sequentia": *Neque absonum quid mihi euenire puto, si philosophiae obnoxius euadam pulcerrime ornatae, quam decenti habitu indutam, Indi sublimi, & plane diuina vectam machina, in scenam prouehunt. Quam iure autem eos admirer; iure sapientes esse atque beatos existimem, iam tempus est vt percipiatis.*
ibid. vers. fin. Et paulo post ait": *Hi Dii enim sunt, & Pythiae exemplo ornantur.* Domitianum quoque imperatorem huiusmodi verbis inducitur allocutus"
"Lib. VII. c. XXXII. : *Quodnam tibi aduersus Iarcham & Phraotem, Indos est bellum? quos ego solos inter homines Deos esse puto, eaque appellatione dignos censeo.* Aliisque in locis similiter Deos Apollonii atque magistros agnoscens historia illa praedictos [philosophos,] annulosque ab iis accepisse fassa", nunc istorum
"Lib. IV. c. XIX. velut obliuiscitur vna cum magistris discipulum, opprobriis obnoxium sese reddere non sentiens.

εἶπον, ὅθ' ὅπως σοφίζοιντο αὐτὰ ἤρετο, ἔτε „ ἐδεήθη μαθεῖν, ἀλλ' ἐπήνει μέν, ζηλῶν δὲ οὐκ „ ἠξίου". ταῦτα δὲ λέγων, δῆλός ἐστι τοὺς περι- „ ῴκτους Ινδῶν φιλοσόφους γόητας ἀποφαίνων. περὶ γάρ τοι γοήτων ποιούμενος τὸν λόγον, μνημονεύει καὶ τούτων· σοφίζεσθαι τὰ δὴ παράδοξα λέγων αὐτοὺς, καὶ τὸν, περὶ ὃ ὁ λόγος, τῆς τοιαύδ' αὐτῶν σοφιστείας, ὡς ἂν μὴ ἀστείας, ἀλλότριον ὑποτιθέμενος. οὐκῶν εἰ φαίνοιτο τούτους θεοὺς ἀποκαλῶν, καὶ διδασκάλους ἐπιγραφόμενος αὐτοὺς ὁ Απολλώνιος, ὥρα [8] ταῖς κατὰ τῶν διδασκάλων καὶ αὐτὸν ὑπάγειν διαβολαῖς. εἰσῆκται δὴ ἂν παρ' οἷς φησι Γυμνοῖς Αιγυπτίων, ῥήμασιν αὐτοῖς ταῦτα φάσκων". "οὐκ „ ἀπεικός τι παθεῖν μοι δοκῶ [9], φιλοσοφίας „ ἠτημένης εὖ κεκοσμημένης, ἣν ἐς τὸ πρόσφο- „ ρον [10] Ινδοὶ σείλαντες, ἐφ' ὑψηλῆς τε καὶ θείας „ μηχανῆς ἐκκυκλοῦσιν. ὡς δὴ ἐν δίκῃ μὲν ἡγά- „ σθην [11], ἐν δίκῃ δὲ ἡγοῦμαι σοφός τε καὶ μα- „ καρίως, ὥρα μανθάνειν [12]." καὶ μετὰ βραχέα [13] φησίν". "ἤτοι μὲν γὰρ θεοί τέ εἰσι, καὶ κεκόσ- „ μηνται κατὰ τὴν Πυθίαν [14]." καὶ Δομετιανῷ δὲ „ εἰσῆκται λέγων" · "καὶ τίς πρὸς Ιάρχαν σοι „ πόλεμος, καὶ Φραώτην, τοὺς Ινδούς; οὓς ἐγὼ μό- „ νους ἀνθρώπων θεούς τε ἡγοῦμαι, καὶ ἀξίους „ τῆς ἐπωνυμίας ταύτης"; καὶ ἐν ἄλλοις δὲ ὁ- μοίως θεούς τε καὶ διδασκάλους τἀνδρὸς ἐπι- γράψας [15] ὁ λόγος τοὺς δεδηλωμένους, δακτυλίους τε παρ' αὐτῶν εἰληφέναι" ὁμολογήσας αὐτὸν, ἐπιλέλησαι νῦν, καὶ συνδιαβάλλων τοῖς διδασκάλοις τὸν μαθητὴν, οὐκ ἐπαίει.

c. XXXII. "Lib. V. c. XXI. Dum pergit vero scribere tibicinem, quendam inducit": Apollonium autem quasi ma-

Ὑποδὰς δ' ἐν τῇ γραφῇ, αὐλητὴν ὑποτίθεται", καὶ τὸν Απολλώνιον, ὥσπερ τινὸς ὄσης με-

8 ὥρα] ita ex coniectura rescripsimus pro ὥρα, quae ineptissima lectio omnes editos inuaserat. Sic paulo post ex Philostrato ὡς δὲ ἐν δίκῃ μὲν ἡγάσθην ὥρα μανθάνειν. & plane simili orationis structura infra apud Euseb. sub fin. c. 32. εἰ γὰρ ὁ Ευφράτης παρὰ τοῖς πᾶσι φιλοσοφίᾳ διαπρέψας ὁμολογηθείης, ὥρα μισοπονηρίαν μὲν ἐκείνῃ κατηγορεῖν &c.

9 δοκῶ] hoc magis mihi probatur, quam quod in Philostrati textu legitur δοκεῖ.

10 εἰς τὸ πρόσφ.] sic apud Philostr. quoque restitui, apud quem male antea scribebatur οἱ τὸ πρόσφ.

11 ὡς δὴ ἐν δίκῃ μὲν ἡγάσθην] ante editum erat ὡς δὴ ἐν δίκῃ μὲν ἡγάσθην αὐτούς: vid. paulo post not. 13.

12 καὶ μετ. ὥρα μανθ.] verba ὥρα μανθάνειν omnino ad praecedentia pertinere, adeoque non ante sed post ea ponendam esse, secus quam factum in prioribus editionibus; particulam δὲ item post ὥρα delendam esse, Philostrati textum conferentibus dubium haut esse poterit. Omnis in vulgatis Eusebii error ex eo est, quod statim post haec verba indicium fieret allegatae ῥήσεως alterius Apollonii, verbis quidem praemissis istis: καὶ μετὰ βραχέα φησὶν. Ad haec igitur aptius referri posse iudicauit verba ὥρα μανθάνειν nasutulus quidam, quam ad praecedentia, eo quod Philostratum non inspexisset, neque adeo legisset, quae apud eum sequuntur, quibus demonstrat merito se Indos philosophos pro μακαρίοις habere, vt adeo optime quadret iis quod praecesserat ὥρα μανθάνειν. Quae si vidisset, quicunque ille fuerit Criticus, statim vidisset ad verba Apollonii ex Philostrato allegata pertinere ista: ὥρα μανθάνειν. Hoc vero semel comminisso errore cetera omnia idem pro lubitu refinxit, vt suis accommodarentur commentis, atque adeo ita totam istam ῥῆσιν ex cerebro suo repraesentauit: ὃς δὴ ἐν δίκῃ μὲν ἡγάσθην, ἐν δίκῃ δὲ ἡγοῦμαι σοφός τε καὶ μακαρίως. ὥρα δὲ μανθάνειν καὶ ἃ μετὰ βραχέα φησίν.

13 καὶ μετὰ βραχέα] ante editum καὶ ἃ μετὰ βρ. Nempe ἃ additum ex semel concepto de hoc loco errore, de quo nota praeced.

14 κατὰ τὴν Πυθίαν] de sensu horum verborum vide observata ad Philostratum. Quem quod non inspexisset Acciolus, plane a vera huius loci interpretatione aberrauit.

15 ἐπιγράψας] male editi ἐπιγεάψαι. Veram lectionem, praeterquam quod sententia postulat, firmat statim sequens participium ὁμολογήσας, quod praecessisse aliud participium intercedens copula τε euincit.

γίστης καὶ σοφωτάτης ἐπιστήμης, τρόπους αὐλήσεως μάλα σπουδαίως μακροῖς τοῖς διηγήμασιν εἰρόντα διεξέρχεται. καὶ αὐτοκράτορα Οὐεσπασιανὸν, εἶα δὴ θεῷ πρεσεύξασθαι αὐτῷ ἰσορεῖ". καὶ τὸν μὲν, ὡς εὐχὴν εἰρηκέναι[1], ποίησόν με βασιλέα. τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι, ἐποίησα. καὶ τίς ἂν μισήσειεν εὔλογος[2] τῆς ἀλαζονείας τὴν φωνὴν, μανίας τὸ μηθὲν ἀποδέξασθαι, ὅτε γε ἤδη αὐτὸς θεὸς, καὶ βασιλέων ποιητὴς εἶναι φρυάττεται, ὁ τῆς Αἰγυπτίας κυβερνήτης νεώς"; τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Απολλώνιος γεγονέναι, τὴν ψυχὴν, ἐν ταῖς πρὸς τὸν Ινδὸν ὁμιλίαις, μικρῷ πρόσθεν, ἡμῖν δεδήλωκε.

Τῷ δ' αὐτῷ βασιλεῖ, ὃς ἂν αὐτὸς δοκιμάζοι τῶν φιλοσόφων συμβούλους τῶν πρακτέων, γνωρίσαι αὐτῷ ἀξιοῦντι; κατὰ λέξιν φησίν". "ἀγαθοὶ "δὲ τούτων σύμβουλοι καὶ οἵδε οἱ ἄνδρες, τὸν "Δίωνα δείξας, καὶ τὸν Ευφράτην, μήπω αὐτῷ "ἐς διαφορὰν ἥκοντα". καὶ αὖθις", "ὦ βασι"λεῦ, εἶπεν, Ευφράτης, καὶ Δίων πάλαι σοι "γνώριμοι ὄντες, πρὸς θύραις εἰσὶν, οὐκ ἀφρόν"τιδες τῶν σῶν. κάλει δὴ κἀκείνους ἐς κοινὸν "λόγον. σοφῷ γὰρ τῷ ἀνδρε". πρὸς ἃ Ουεσπασιανὸς, ἀκλείστους, ἔφη, θύρας παρέχω σοφοῖς ἀνδράσιν. εὖγε τῆς προγνώσεως τὸ ἥρωος. Ευφράτης νῦν ἀγαθός τε καὶ σοφὸς, ἐπεὶ μὴ ἐς διαφοράν πω αὐτῷ ἐλελήθει. εἰ δ' ἔλθοι, ὅσον ἅπω δὲ τοῦτ' ἔσαι. ὅρα οἷα περὶ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς πρὸς Δομετιανὸν γράφει[1]". "καὶ μὴν ὁπόσα γί"νεται φιλοσόφῳ ἀνδρὶ, κολακεύοντι τοὺς δυνα"τοὺς, δηλοῖ τὰ Ευφράτου. τούτῳ γὰρ ἐντεῦθεν, τί "λέγω[2] χρήματα; πηγαὶ μὲν οὖν εἰσι πλοῦτου. "καὶπὶ[3] τῶν τραπεζῶν ἤδη διαλέγεται, κάπηλος, "ὑποκάπηλος, τελώνης, ὀβολοστάτης, πάντα γινό"μενος, τὰ πωλούμενά τε καὶ πωλοῦντα. ἐντετύ"πωται δὲ ἀεὶ ἐν ταῖς[4] τῶν δυνατῶν θύραις, "καὶ προσέσηκεν[5] αὐταῖς πλείω καιρὸν, ἢ οἱ θυ"ρωροί. ἀπελήφθη[6] δὲ καὶ ὑπὸ τῶν θυρωρῶν

xima illa & praeclarissima scientia esset, modos tibiae inflandae, magno studio, prolixo discursu, prosecutum narrat. Vespasianum porro Imperatorem ei, quasi Deo, supplicem factum ait". Atque ipsum quidem, "supplicantis more, *Imperatorem me facito*, dixisse. Huncque, *iam feci*, respondisse. Quis vero non odio habeat merito, insolentiae plenam, proximamque insaniae vocem? quando iam ipsum se Deum, & Imperatores creandi potestatem habere fremit, nauis Aegyptiae olim gubernator"? Talem enim se fuisse, qua animum, ipse Apollonius in sermone cum Indo paulo ante nobis indicauit. "Lib. V. c. XXIIX. "Lib. III. c. XXIII.

Eidem Imperatori, vt sibi indicaret roganti, quosnam philosophos in consilium rerum gerendarum adhibendos maxime probaret? ita ad verbum respondet": *Boni illarum rerum* "*consiliarii & isti sunt, Dionem Euphratemque manu monstrans, cui nihil adhucdum cum eo controuersiae intercedebat.* Et rursum": "*sunt*, inquit, *o Imperator, Euphrates & Dion, veteres amici tui, in limine, rerum tuarum satagentes, illos igitur ad conferendos sermones quaeso admitte etiam. Viri enim sapientes sunt.* Ad quae Vespasianus: *Sapientibus*, inquit, *viris fores semper praebere soleo patentes.* Euge vero egregiam rerum futurarum in illo Heroe scientiam! Bonus iam est & sapiens Euphrates, quia nulladum inter eos orta contentio. Sin vero aliqua oriatur, quam longe, talis vt habeatur, aberit. En tibi quae de eodem idem ad Domitianum scribat": *Et* "*certe quantas comparare opes philosophus possit, potentioribus si aduletur, Euphratis fortunae ostendunt. Illi nempe inde, (quid enim opes dicam?) inexhausti sunt diuitiarum fontes. Iamque ad mensas disputationes habet, mercator magnarius, vilis cocio, publicanus danista, ipse omnia factus, venalis & vendens. Semper autem potentiorum liminibus haeret affixus, inque iis vltra etiam quam ianitores subsistit. Quin saepe a ianitoribus eum intercludi contigit, vt canes* "Lib. V. c. XXIIX. "Lib. V. c. XXXI. "L. VIII. c. VII. s. II.

CAP. XXXII. 1 εἰρηκέναι] additum in editis Ουεσπασιανὸν, inuito linguae genio, quam glossam proinde marginalem esse putaui, ex textu eliminandam.

CAP. XXXIII. 1 γράφει] nempe in scripta Apollonii ad Domitianum Apologia haec inueniuntur, quam recitare ei datum haut fuit, vt ex lib. VIII. c. 6. liquet, hinc γράφειν eum quae sequuntur Eusebius ait. Aliter acceperat verbum γράφειν Acciolus, qui vertit: *videquaeso quibus illum apud Domitianum verbis accuset.* At dubito verbum γράφειν h. l. eo sensu accipi posse, neque γραφὴ enim est illud ad Domitianum opus, sed Apologia.

2 τί λέγω] Morellus in margine obseruauerat in MS. se inuenisse τί λέγω, quae lectio cum in Philostrati quoque textu inueniatur, retinenda videbatur. Editi tamen h. l. habebant ἄπλησα pro τί λέγω.

3 κάπὶ] sic Philostr. Editi h. l. habent καὶ περὶ, quod minus conuenire videtur genitiuo sequenti.

4 ἐν ταῖς] apud Philostr. omittitur ἐν.

5 προσέσηκεν] sic cum Philostr. malebam, quam προέσηκεν, quod in editis Eusebii inueni. Prius illud rectius conuenit ei, quod paulo post dicitur, canum ad instar saepe intercluſus esse.

6 ἀπελήφθη] Philostr. ἀπελήφθη habet. Prior editio & MS. Reg. ἀπειλήφθη, nescio quo sensu. Putabam ego ἠκιστ-

gulo-

guloſi intercludi ſolent. Philoſopho autem vel drachmam impertitus nunquam, opes ſuas muris circumuallat, extortis ab aliis huncce Aegyptium pecuniis paſcens, linguamque in me acuens, exſcindi merentem. At Euphratem tibi relinquo, tu enim niſi adulatoribus admodum delecteris, multo quam dico hominem deteriorem eſſe inuenies. Qui ergo apud Veſpaſianum patrem ſapientem eſſe Euphratem, & probum eſt teſtatus, iſta apud filium autem profert, manifeſte eiuſdem viri & laudator eſſe deprehenditur, & accuſator. Itane vero qui futurorum praeditus ſcientia eſt, qualis ſit, qualiſue futurus ſit Euphrates ignorat? At neque nunc primum, ſed ipſius iam Veſpaſiani aeuo carpere Euphratem, vt qui per-
"Lib. V. c. XXXIX. uerſis ſit moribus, inſtituit". Quomodo talem igitur Imperatori commendat, ita vt ipſi quoque patentes, illius commendatione, palatii Imperatoris fores panderentur? Verum vel caeco, vt in prouerbio aiunt, iam perſpicuum ſit, quod in diuinandi arte detrahatur viro ab Hiſtorico. Concedamus autem in ceteris eum generoſum animum demonſtraſſe, pericula etiam pro amicis ſubeundo frequenter. At certe Euphratem, aditus ad Imperatoris palatium participem reddens, poſtea tamen, ob intercedens diſſidium, talia de eo proferens, nonne, ipſa ſuadente mihi ratione, Euphratis egiſſe ſycophantam arguitur? philoſophorum ſuae aetatis clariſſimi, qui hodie etiam ab iis, qui philoſophiae imbuti ſunt ſtudiis, celebratur. Quod ipſum vel illuſtriſſimum alicui, ſi velit, [iuſtae] Apollonii reprehenſionis exemplum praebeat. Si Euphrates enim omnium conſenſu philoſophiae ſtudiis clariſſimus habeatur, intempeſtiuum certe minime fuerit, illius eo euin-

πολλάκις, ὥσπερ τῶν κυνῶν οἱ λίχνοι. δραχμὴν δὲ ἑδὲ φιλοσόφῳ ἀνδρί ποτε προέμενος, ἐπιτειχίζει[8] τὸν ἑαυτῷ πλοῦτον, ἑτέροις[9] τὸν Αἰγύπτιον τοῦτον βόσκων χρήμασι, καὶ ὀξύνων ἐπ' ἐμὲ γλῶτταν, ἀξίαν ἐκτεμεῖσθαι. Εὐφράτην μὲν δὴ καταλείπω σοι. σὺ γὰρ, ἢν μὴ κόλακας ἐπαινῇς, εὑρήσεις τὸν ἄνθρωπον κακίω ἢ ἑρμηνεύω[10]". ὁ δὴ πρὸς τὸν πατέρα τὸν Οὐεσπασιανὸν σοφὸν καὶ ἀγαθὸν τὸν Εὐφράτην μαρτυρόμενος, πρὸς δὲ τὸν υἱὸν ταῦτα περὶ αὐτοῦ διεξιών, δῆλος ἂν εἴη τὸν αὐτὸν ἐπαινῶν τε καὶ ψέγων. ἆρ' ἓν ὁ τὴν τῶν μελλόντων προειληφὼς γνῶσιν, ἠγνόει ὃς ἦν τε καὶ ἔσται ὁ Εὐφράτης; καὶ γὰρ ὁ νῦν πρῶτον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτοῦ Οὐεσπασιανοῦ διαβάλλειν αὐτὸν, ὡς δὴ τὸ ἦθος μοχθηρότατον, βέλεται". πῶς δὴ ἂν τοιόνδε συνίσῃ βασιλεῖ, ὡς καὶ ἀκλείστους αὐτῷ[11], διὰ τὰς παρ' αὐτοῦ συσάσεις, τῶν βασιλείων ἀναπεπετάσθαι τὰς πύλας; ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ, φασὶ, δῆλον, ὡς ἄρα πρόγνωσιν μὲν συκοφαντεῖται πρὸς τοῦ συγγραφέως ὁ ἄνθρωπος. εἴη δ' ἂν ἄλλως γενναῖος, πολὺ[12] μὲν προπείρας[13] ἑταίροις. ἀτὰρ καὶ τῷ Εὐφράτῃ ἐς τὰ βασίλεια παρόδου κοινωνῶν, ὕστερον δὲ τῆς διαφορᾶς ἕνεκα τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ λέγων, ὅπως μοι διαβάλλειν ὁ λόγος βέλεται τὸν ἄνδρα, ὡς ἂν τὸν Εὐφράτην συκοφαντοῦντα; φιλοσόφων τῶν καθ' ἑαυτὸν[14] ἐπιδοξότατον, ὡς καὶ ἐς δεῦρ', οἷς μέτεστι φιλοσοφίας, ἄδεσθαι. ὃ καὶ μέγιστον λάβοι ἄν τις, εἰ βέλοιτο, παράδειγμα τῆς κατὰ τοῦ Ἀπολλωνίου διαβολῆς. εἰ γὰρ ὁ Εὐφράτης παρὰ τοῖς πᾶσι φιλοσοφίᾳ διαπρέψαι ὁμολογηθείη, ὥρα μισοπονηρίαν μὲν ἐκείνου κατηγορεῖν, ἐπεξ-

---

λήθη rectius legi. Interpres hoc loco mirum in modum delirarat, qui nobis canes neſcio quos lucernarios, foribus appoſitos finxerat. HOLSTEN.

Pace viri docti ſanum eſſe puto ἀπολήφθη, vide quae ad illum Philoſtrati locum a nobis fuere annotata.

7 θυρωρῶν] Philoſtr. habet θυρῶν.

8 ἐπιτειχίζει] omiſſum a me νῦν, in Euſebii editis additum poſt hanc vocem, fide lectionis quae apud Philoſtratum occurrit. Nec ſenſus eam particulam ferre videtur.

9 ἑτέροις] male poſt hanc vocem poſita ὑποσιγμὴ in editis Euſebii, quae rectius ante illam collocatur, vt in Philoſtrati textu, nam ad ſequentia pertinet ἑτέροις, vide notata ad Philoſtr.

10 ἢ ἑρμηνεύω] Philoſtr. ὧν ἑρμηνέυω.

11 ὡς καὶ ἀκλείστους αὐτῷ] alluditur ad allegata paulo ante ex l. V. c. 31. ſub init. Veſpaſiani dicta.

12 πολὺ] ita haut dubie legendum pro πάλαι, quod eſt in editis.

13 προπείρας] ita legendum putaui, pro eo quod in editis eſt, neque vllum ſenſum fundit, πρὸ πείρας. Eſt autem προπείρας *qui periculum pro alio ſubit*, quod eſt maxime γενναῖον. Nempe deriuatur a πεῖρα vel πέρω, quod proprie fluuium tranſire eſt: inde ad quodcunque, quod ſubeas, periculum translatum, vnde ἀνδρῶν τε πολίμους ἀλίγεια τε κύματα πείρων Vlyſſes Homericus Odyſſ. IX. Hinc & ἀπορεῖν & ἐυπορεῖν *deſtitui* in *tranſitu*, & *facilem tranſitum* inuenire, ad res fortunae translata ſunt. προπείρειν vero, vt προκινδυνεύειν, *pro alio* periculum ſubire. Quod feciſſe Apollonium agnoſcit, virique fortis & generoſi gloriam hoc ipſo eum tueri, concedi poſſe ait, qui ſcilicet in Neruae, Ruffi & Orfiti inprimis gratiam πρεσβεύει. At vtcunque ſe habeant iſta, in negotio quod ei cum Euphrate interceſſit, γενναῖον ſe probaſſe Apollonium negat.

14 φιλοσόφων τῶν καθ' ἑαυτὸν] ita loquuntur puriores ſcriptores Graeci, non vt in editis legitur φιλοσόφων γενομένων τῶν καθ' ἑαυτόν. Relegandum igitur fuit γενομένων, quod ex margine, qua adſcriptum erat, ad explicandum tyroni idiotiſmum, & quidem alieno loco, in textum immigrauit: ferri enim vtcunque poſſet, ſi poſt ἑαυτὸν poſitum fuiſſet.

ίοντος τοῖς ἀτόπως ὑπὸ τῶδε δρωμένοις; τετονὶ δὲ πρὸς ἐκεῖνα κατηγορέμενον, φαύλην περιβάλλεσθαι δόξαν, ὅτι δὴ μὴ τὸν ἀρέσκοντα τῷ φιλοσόφῳ μετήει βίον.

cere aduersus improbitatem odium, quod mala Apollonii facta fuerit insectatus. Hunc vero, qui ab eo arguebatur, [concludere] mala fama oppressisse eum, quasi vitam ageret philosophiae minime consentaneam.

Πάλιν ἐν τῷ ἕκτῳ, παραδοξολογῶν ὁ μυθολόγος, ἄγει μὲν αὐτὸν ἅμα τοῖς ἑταίροις καμήλῳ ὀχούμενον, ἐφ' οὓς φησιν Αἰγυπτίων Γυμνοὺς, φιλοσόφους. ἔνθα δὴ προστάξαντος τῷ Γυμνῷ, πτελέα, φησὶ", τὸ δένδρον προσαγορεύει τὸν Απολλώνιον, ἐναρθρῳ καὶ θηλείᾳ τῇ φωνῇ. καὶ τάτις γε ἡμᾶς ὁ φιλαλήθης πιστεύειν ἀξιοῖ. εἶτα Πυγμαίους " ἄνδρας ὑπὲρ τὴν τάτων ἱστορεῖ χώραν, καὶ Ανθρωποφάγους[1], καὶ Σκιάποδας, Σάτυρόν τε πρὸς τῷ Απολλωνίῳ μεθυσκόμενον". ἐξ ἐκείνων αὖθις ἐπάνεισιν ἐπὶ τὴν Ελλάδα. ὁμιλίαι τε πάλιν αὐτῷ, καὶ προγνώσεις ἀνακοινῶνται πρὸς Τίτον". καὶ δηχθέντα ἔφθεον ὑπὸ λυτ]ῶντος κυνὸς", ἐν δὴ καὶ ἐμαντεύσατο ὅς τις εἴη τὴν ψυχὴν, ὅτι ὁ τῆς Αιγύπτου ποτὲ βασιλεὺς Αμασις[2], τῆς συμφορᾶς ἀπαλλάττει, μέχρι καὶ τῷ κυνὸς ἐπιτείνας τὸ φιλάνθρωπον[3]. ταυτὶ μὲν ἂν τὰ πρὸ τῆς κατηγορίας αὐτῷ πεπραγμένα.

Rursum portenta in sexto libro loquens nugator, camelis eum vna cum sociis vectum sistit ad philosophos, quos Nudos appellat Aegyptiorum. Vbi Gymnosophista, vt quidem narrat", iubente, vlmus arbor Apollonium voce articulata & muliebri affata est. Hisce autem Philalethes fidem a nobis vult haberi. Deinde Pygmaeos", vltra Gymnosophistarum patriam positos, Anthropophagosque & vmbripedes commemorat, Satyrumque ab Apollonio inebriatum". Inde autem in Graeciam redit; & rursum cum Imperatore Tito" sermones & vaticinia communicat. Atque adolescentem, a rabido morsum cane", cuius etiam anima quae sit, (Amasis nempe Aegyptii quondam Regis) diuinat, ab eo liberat morbo: ipsum quoque canem in benignitatis suae partem admittens. Atque haec quidem sunt, quae antequam [apud Imperatorem Domitianum] deferretur, gesta ab eo fuere.

c. XXXIV.

" L. VI. c. X.

" Lib. VI. c. XXV.

" Lib. VI. c. XXVII.

" Lib. VI. c. XXIX. sq.

" Lib. VI. c. LIII.

Ἐπισῆσαι δ' ἄξιον δι' ὅλης τῆς πραγματείας, ὡς ὅτι κἂν ἀληθεύειν δοθῇ τῷ συγγραφεῖ τὰ παράδοξα, συνεργείᾳ δαίμονος ἕκαστον αὐτῷ διαπεπράχθαι τάτων σαφῶς δείκνυται. τό τε γὰρ τῇ λοιμῇ προαισθέσθαι" ἴσως μὲν ἂν ἀπερίεργον δόξειεν, εἰ, καθὼς αὐτὸς, ἀπὸ λεπτοτάτης, καὶ καθαρᾶς διαίτης κατείληπτο, ὡς αὐτὸς ἔφησεν. ἴσως δὲ καὶ αὐτὸ ἐξ ὁμιλίας δαίμονος αὐτῷ προμεμήνυτο. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα κατὰ πρόγνωσιν δ' εἰληφώς τε καὶ προειρηκὼς εἰσῆκται, εἰ καὶ μυρίοις ἐλέγχοις ἐξ αὐτῆς πάρεσι τῆς τῷ φιλοστράτῳ γραφῆς ἐυθύνειν, ὅμως ἵνα συγχωρηθείη καὶ τᾶτ' εἶναι ἀληθὲς, κατὰ περίεργον μηχανὴν, εἴποιμ' ἂν πρὸς δαίμονος αὐτῷ παρέδρου, τινὰ τῶν μελλόντων, οὐδὲ γὰρ πάντα, κατειλῆφθαι. τᾶτο δὲ παρίσησι σαφὲς, τὸ μὴ δι' ὅλου καὶ περὶ πάντων τὴν πρό-

Id vero in tota illa tenendum historia est, quod, si concedatur vel maxime scriptori, vera eum dicere, portenta illa dum refert; mali Daemonis tamen opera, omnia ista patrata esse ab Apollonio, facile euincatur. Quod enim pestem ante sensit", forte non carebit superstitione, si vt ipse [facit,] *ex tenui victu* deriuetur *& puro*, prout a Philostrato narratum: forte tamen ex commercio mali spiritus eius rei indicium ipsi est factum. Enimuero cetera etiam quae fatidica virtute assecutum atque praedicentem inducit, vel mille argumentis ex ipso Philostrati scripto arguere licet: vt vna hoc quoque sit concedenum, magica arte, imo parum abest quin dicam per spiritum familiarem, quasdam rerum futurarum, non enim de omnibus loquor, assecutum eum fuisse. Idque luculenter eo firmatur, quod non semper & in omnibus diuinatricem

c. XXXV.

" Lib. III. c. IV.

CAP. XXXIV. 1 ἀνθρωποφάγους] Philostr. ἀνδροφάγους appellat.

2 ὃν δὴ καὶ ἐμαντίνετο — ὅτι ὁ τῆς Αιγ. ποτε βασιλ. Αμασις] fallit hic memoria sua Eusebium, iuuenis enim a cane morsus non Amasis esse dicitur ab Apollonio, sed *Telephus Mysius*. Videtur confudisse cum ea, de qua agit, re, gesta Alexandriae cum *leone*, in quo Regis illius animam esse aiebat Apollonius. vide vitam eius lib. VI. c. 42.

3 μέχρι καὶ τῷ κυνὸς ἐπιτείνας τὸ φιλανθρ.] mire hic omnia peruertit, pro more, Acciolus: facile quid res sit assecuturus, si ipsum consuluisset Philostratum. Scilicet spectant ista ad Apollonii in ipsum quoque canem benignitatem, nempe περιῴφθη δὲ καὶ ὁδὲ ὁ κύων, vt Philostratus ait, namque ei si quoque restituta sanitas fuit.

istam

istam vim conseruauerit: verum dubius fuerit in quamplurimis, de multis, quod ea ignoraret, interrogauerit: id quod ei, si diuina virtute polluisset, neutiquam obtingere poterat. Ipsum vero etiam finem pesti impositum", quem nactum illud drama fuit, meram impostoram, praetereaque nihil fuisse, iam antea a nobis est demonstratum. Sed & Achillis vmbrae" apud tumulum ipsius quid morae esse possit, relictis illis in beatorum insulis, vt forte quis censeat, habitaculis? nisi hoc quoque praesentis actum sit Daemonis apparitione. Porro Daemonem, qui proteruum illum luculentis indiciis obsidebat adolescentem", & rursum Empusam, Lamiamue, quam Menippum ait agitasse, maioris Daemonis ope eum expulisse, est verosimile. Pariterque vicissim mente motum adolescentem rabidi canis morsu", ipsumque Daemone correptum canem eadem arte curauit. Agnosce igitur, prout antea dixi, omnia eius portenta malorum daemonum patrata ministerio esse. Nam quod ad puellam spectat ab inferis reuocatam", si spiritum adhuc ea intus habebat, vitalis aurae scintillam, quod ait scriptor, humidumque vaporem facie adhuc praeferens; id quidem numero miraculorum est eximendum. Neque enim, sicut & ante monui, tam grande facinus silentio potuisset inuolui, in ipsa vrbe Romae in conspectu quasi Imperatoris patratum.

"L. IV. c. X.

"Lib. IV. c. XVI.

"Lib. IV. c. XX.

"Lib. VI. c. LIII.

"Lib. IV. c. XLV.

C.XXXVI. Equidem alia innumera ex iisdem libris colligere liceret, quibus quam facile confutari queant, quam parum inuicem sibi respondentia habeant, quam fabulosa, quam plena monstris euincamus. Attamen quandoquidem non accurato nimis aduersus hominem studio nobis opus est; quod tantum absit vt inter Deos stupendosue viros & admirandos [locus ipsi habeatur,] vt ne inter philosophos quidem a quibusdam nostri aeui hominibus mentio eius fiat; idcirco iis contenti quae dicta sunt, ad septimum quoque de eo librum progredimur.

C.XXXVII Magiae igitur dica Apollonio scribitur. Inde autem Demetrio Philosopho, dehortanti eum ab itinere Romam continuando, minime obaudiens, insolenter quaedam, ac supra de se ipso his fere verbis profert": *Ego*

"L. VII. c. XIV.

γνωσιν αὐτὸν ἀποσώζειν· ἀπορεῖν δὲ ἐν πλείοσι, καὶ πυνθάνεσθαι δι' ἄγνοιαν, ὅπερ ἂν ἂν, εἰ θείας ἀρετῆς μετῆν αὐτῷ, πεπόνθει. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ παῦσαι τὸν λοιμὸν", ὁποῖον εἴληχε τὸ δρᾶμα, ὅτι φάσμα[1], καὶ ὀδέν τι πλέον ἦν, προδεδήλωται[2]. ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ[3] Ἀχιλλέως" παρὰ τῷ αὐτῷ μνήματι τί ἂν διατρίβοι, τὰς ἐν μακάρων νήσοις, ὡς ἂν φήσειέ τις[4], ἀπολειπῶσα διαγωγάς; εἰ μὴ καὶ τοῦτο δαίμονος ἦν ἐπιφανείας παρασία. καὶ τῷ ἀσελγῶς δὲ μειρακίῳ" σαφῶς ἔνοικον δαίμονα, καὶ πάλιν ἠν ἔφησεν Ἐμπεσάν τε, καὶ Λαμίαν ἐμπεπαρωνηκέναι τῷ Μενίππῳ, μείζονι τάχ' ἴσως ἐξελήλακε δαίμονι. ὁμοίως τε αὖ καὶ τὸν τὰς φρένας παρατραπέντα νεανίαν ὑπὸ τοῦ λυτ[ι]ῶντος κυνὸς", αὐτόν τε τὸν δαιμονῶντα κύνα, τῇ αὐτῇ μετήλλαξε μεθόδῳ. ὅρα δὴ ἔν, ὡς ἔφην, τὴν πᾶσαν αὐτῷ παραδοξοποιΐαν, ὡς διὰ δαιμονικῆς ἀπετελεῖτο ὑπουργείας. τὸ γὰρ τῆς ἀναβιωσάσης κόρης", εἴτ' ἔμπνους ὑπῆρχε, σπινθῆρα ψυχῆς, κατὰ τὸν συγγραφέα, καὶ ἰκμάδα ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρουσα[5], περιαιρετέον τῆς θαυματοποιΐας. ὃ γὰρ ἂν ὡς καὶ πρόσθεν ἔφην[6], σιωπῇ τὸ τηλικοῦτον παρεδόθη, ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης βασιλέως ἐπὶ παρόντος γεγενημένου.

Μυρία μὲν ἔν καὶ ἄλλα πάρεστιν ἐκ τῶν αὐτῶν ἀναλέξασθαι συγγραμμάτων, τό τε ἐν αὐτοῖς ἐυέλεγκτον, καὶ ἀσύστατον, μυθώδες τε καὶ τερατῶδες ἀπευθύνειν. ὅμως ἐπεί γε ὀδὲ πολλῆς τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα δεῖται σπουδαιολογίας, ἐχ ὅτι γε ἐν θεοῖς, καὶ παραδόξοις, καὶ θαυμασίοις, ἀλλ' ὀδ' ἐν φιλοσόφοις παρά τισι τῶν νῦν, μνήμης ὑπαρχούσης αὐτῷ, τοῖς εἰρημένοις ἀρκεσθέντες, μετίωμεν καὶ ἐπὶ τὸ ἕβδομον περὶ αὐτοῦ σύγγραμμα.

Κατηγορεῖται δῆτα γοητείαν ὁ ἀνήρ. εἶτα Δημητρίῳ φιλοσόφῳ, ἀποτρέποντι αὐτὸν τῆς ἐπὶ τὴν Ῥώμην παρόδου, μὴ πειθόμενος, ἐπαχθῆ τινα, καὶ φορτικὰ περὶ ἑαυτοῦ ὧδέ πως λέγει".

CAP. XXXV. 1 φάσμα] vide de hac voce obseruata supra ad cap. 26.

2 προδεδήλωται] nempe paulo ante cap. 26.

3 καὶ ἡ ψυχὴ] καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ editum fuerat, ὅτι reiiciendum videbatur, quod in MS. ex praecedente linea ab oscitante librario videtur deriuatum esse.

4 ὡς ἂν φήσειέ τις] haec addita, quod insulas beatorum, & in iis habitantem Achillis animam, non ipse quidem agnoscat Eusebius, sed κατ' ἄνθρωπον loquatur, ex mente Gentilium, Heroem illum in insulis beatorum felicitate frui iuxta theologiae suae placita existimantium.

5 φέρουσα] pro φέρουσαν (quod erat in editis) legendum putabam φέρουσα. HOLSTEN.

6 ὡς καὶ πρόσθεν ἔφην] supra cap. 29.

"ἐγὼ δὲ γινώσκω μὲν πλεῖστα ἀνθρώπων, ἄτε δὴ [1]
"εἰδὼς πάντα. οἶδα δὲ ὧν οἶδα τὰ μὲν σπουδαίοις,
"τὰ δὲ σοφοῖς, τὰ δὲ ἐμαυτῷ, τὰ δὲ θεοῖς". καὶ
δὴ ὁ ἐν τούτοις πάντα εἰδέναι μεγαλαυχούμενος,
προϊὼν, ἄγνοιάν τινων πρὸς τὸ λόγῳ κατηγορεῖ-
ται. εἶτα Δάμις αὐτῷ μεταπλάττεται, διὰ θα-
νάτου φόβον τὸν φιλόσοφον ἐπικρυπτόμενος. ἄκου-
σον δ' ἂν τοῦ συγγραφέως", ἃ περὶ αὐτοῦ φησιν
ἀπολογούμενος· "αἰτία μὲν ἥδε [2] τοῦ μεταβαλεῖν
"Δάμιν τὸ τῶν Πυθαγορείων σχῆμα. ὁ γὰρ ὡς
"κακίω [3] γε αὐτὸ μετεῖναί φησιν, ὁδὲ μεταγνὺς
"αὐτὸ, τέχνην δὲ ἐπαινέσας, ἣν ὑπῆλθεν ἐς τὸ
"ξυμφέρον τοῦ καιροῦ".

mortalium cunctorum scio plurimum: scio enim omnia. Quae scio autem partim scio bonis viris, partim sapientibus, partim ipsi mihi, partim Diis. Sed enim qui verbis istis omnia se nosse magnifice gloriatur, paulo post ignorantiae in quibusdam in ipsa illa historia arguitur. Inde porro Damis transformatur ab eo, ob mortis metum Philosophum abscondens. Sed audi Philostratus quae dicat", id *"Lib. VII. c. XVI.* factum eius defendens: *Et causa quidem extitit ista, cur Pythagoreum Damis habitum mutaret. Neque enim abiecisse se ait eum, vt qui vitae institutum mutasset in deterius, neque quod eius ipsum poeniteret, sed quod astum probaret, cui se accommodauerit, tempori inseruiturus.*

Ἐπὶ τούτοις ὁ Φιλόστρατος" τέσσαρας αἰτίας, C. XXXIIX
τὰς δὴ εὐχερεῖς αὐτῷ πρὸς ἀπολογίαν νομι-
σθείσας ἐκτίθησιν, ἀπὸ πλείστων ὁμολογῶν
καὶ ἄλλων αὐτὰς ἀνειλέχθαι. ὧν ἡ μέν τις ἦν,
τί δῆτα μαθὼν ὁ τὴν αὐτὴν ἅπασιν ἔχοι
στολήν; ἡ δὲ, τοῦ χάριν οἱ ἄνθρωποι θεὸν αὐτὸν
νενομίκασι; τρίτην, πόθεν προείποι Ἐφεσίοις τὸν
λοιμόν; ἐπὶ ταύταις, τίνι [1] βαδίσας ἐς ἀγρὸν
ἀνατέμνει τὸν παῖδα τὸν Ἀρκάδα; πρὸς ταύτας
δέ φησι καὶ τὴν ἀπολογίαν αὐτὸν γεγραφέναι".
πρότερον δ' ἰσορεῖ δεσμοῖς αὐτὸν παραδοθῆναι,
καί τι θαυμαστὸν ἐνταῦθα κατεργάσασθαι.
τῷ γάρ τοι Δάμιδι μάλα λυπηρῶς, ὡς ἂν ἐπὶ
συμφορᾷ τοῦ διδασκάλου διακειμένῳ, αὐτόματον
ἐπιδεῖξαι λελυμένον τοῦ δεσμοῦ τὸ σκέλος". εἶτα
πάλιν ἀναλαβόντ' αὐτὸν τῆς λύπης, ἐνθεῖναι
ἐς τὸ πρότερον σχῆμα τὸν πόδα. μετὰ τοῦτο,
κρινόμενον αὐτὸν ἐπὶ βασιλέως Δομετιανοῦ, γρά-
φει εἶτα δὴ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολυθῆναι, καὶ
μετὰ τὴν τῶν ἐγκλημάτων λύσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως
ἀκαίρως, μοι δοκεῖ, ἐν τῷ δικαστηρίῳ αὐτὰ δὴ ταῦ-
"τα ἀναφωνῆσαι", "δὸς εἰ βάλει [2] κἀμοὶ τόπον.
"εἰ δὲ μή, πέμπε τὸν ληψόμενόν μου τὸ σῶμα.
"τὴν γὰρ ψυχὴν ἀδύνατον, μᾶλλον δ' οὐδ' ἂν τὸ
"σῶμα τοῦμὸν λάβοις.

Post haec Philostratus quatuor accusationis capita, quae facile se apologia diluere posse putaret, exponit": ex pluribus aliis eorum de- *"Lib. VII. c. XX adde c. XI. & Lib. VIII. c. V.*
lectum habitum esse inquiens. Horum primum erat: *Qua de causa eodem quo ceteri habitu non vtatur?* Alterum porro, *quare Deum ipsum homines putent esse?* Tertium, *quanam ratione pestem Ephesiis imminentem praedixerit?* praeterea, *in cuius gratiam in agrum profectus, Arcadem puerum discerpserit?* Atque ad depellenda ista apologiam quoque eum scripsisse ait". Ante vero in *quem locum hic maxime respici puto.*
vincula eum coniectum memorat, atque in *"L. VIII. c. VI.*
iis etiam admiranda quaedam praestitisse. Damidi enim animo valde afflicto, vt par erat in ista praeceptoris sui fortuna, sponte pede de lapsa vincula eum monstrasse", inde vero, *"Lib. VII. c. XXXIIX.*
vbi eius tristitiam esset solatus, priori statui pedem restituisse. Post haec coram Domitiano Imperatore causam dicentem, mox crimine absolutum scribit, dilutisque quae obiecta fuerant criminibus, nescio quomodo parum opportune sequentia, ipsis verbis, in dicasterio magno clamore protulisse": *Fac & mihi* [dicenti] *quaeso locum. Sin minus, immitte qui corpus vinciat meum; quandoquidem ligari anima nequit. Imo potius ne corpus quidem meum vincias.* *"L. VIII. c. V.*

Nec me enim occides Parcis me aufferre negatum.

dumque istud tam celebre dictum proferente

"καὶ γάρ με κτενεῖς, ἐπεὶ ἄτοι μόρσιμός εἰμι.,,
καὶ δὴ ἐπὶ τούτῳ τῷ περιβοήτῳ ῥήματι ἀφανι-

CAP. XXXVII. 1 ἄτε δὴ] omittitur δὴ apud Philostratum.

2 ἥδη] omnino legendum ἥδε ex Philostrato, referturque illud ἥδε ad ea quae praecedebant apud istum scriptorem, quibus causae mutati a Dami habitus continebantur.

3 ὡς κακίω] lectio indubitate vera, vt naeuo laborent editi qui, omisso ὡς, habent κακίας. Meliorem lectionem ex Philostrato reuocauimus.

4 αὐτὸ] pronomen hoc addidimus ex Philostr.

CAP. XXXVIII. 1 τίνι] notum est apud Graecos pariter ac Latinos Datiuo exprimi personam in cuius gratiam aliquid fit. Nempe in Neruae gratiam abominanda ista sacra peracta fuisse Domitianus suspicabatur, vt ex Philostrati clarissime constat historia. Sed hic tamen etiam Acciolus impegit. Vbi vero non impegit iste?

2 βάλει] Philostr. βάλοιτο.

ferret, e dicasterio eum disparuisse ait. Atque haec est fabulae eius catastrophe.

c. XXXIX. Historiae autem ipsius scriptor, dum miraculum in carcere patratum exponit, quod fuco phantasiae, vt credere par est, facto, familiaris spiritus ope Damis viderat, haec verba subiungit": *Tum primum Damis ait naturam Apollonii accuratius perspexisse, diuina quod sit, & humana maior. Neque enim sacra illa obeuntem, (qui enim in carcere potuisset?) neque precationibus vsum, neque verbum proferentem vllum, pedicas contemptui habuisse: rursusque crure illis inserto, vt vinculis qui esset constrictus, sese gessisse.* Ego vero vitio vertere quidem discipulo nolim tarditatem suam, quod omne cum eo consumens aeuum, & superstitiosorum quorundam rituum interuentu mirabilia eum patrare videns, nihil eum mortali praestare natura existimarit. At vero etiam post tantum opus patratum, qualis ille existat, ignorat: &, vt fas sit ignoranti, ob ipsum angitur, atque timet, perinde ac si homo sit nudus, ne quid ei, quod minime velit, eueniat. Porro si post longam adeo conuersationem demum diuinum eum esse, & excellentioris, quam humana sit, indolis, intellexit; eius rei ratio meretur examinari, quam ipse scriptor ille indicat dicens: *Neque sacra obeuntem eum vlla, neque precationibus vsum, neque arcani quidquam mussitantem* Damin miraculum istud patrare vidisse. Antea igitur patrata per magicas artes quasdam ab Apollonio peracta fuere, propterea que neque obstupuisse ea, neque admiratum esse Damin [ait]. Merito autem [vt admiraretur] nunc primum ei euenit, quod insolitum quid ab Apollonio & praeter morem efficeretur. Quod autem [obiectum Damidi] pedicae spectaculum attinet, discessumque ex dicasterio, ipsius ea de re Apollonii ad Domitianum sermones haut inuitus apponam. Vinculis enim cum illum ligari Imperator iussisset, optimo argumen-

"Lib. VII. c. XXXIV. tandi nexu ita Apollonius argutatus fuit": *Si magum me esse arbitraris, quanam ratione vincies? Sin vincire me poteris, quomodo esse magum putabis?* Sed opponere ipsi hoc modo aliquis posset, occasione ex istis accepta: si tu magus non es, quomodo tibi crus est solutum? At si solutum est, quomodo non es magus? Sique adeo eo quod in vincula se coniici sit passus, magus non esse euincitur,

σθῆναι τῷ δικαστηρίῳ φησὶν αὐτόν. καὶ ἐν τούτοις, τὸ περὶ αὐτῷ καταγρέφει δρᾶμα.

Ὁ μὲν οὖν συγγραφεὺς ἐπὶ τῷ κατὰ τὸ δεσμωτήριον θαύματος, κατὰ φαντασίαν, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ τῷ παρέδρου δαίμονος τῷ Δάμιδι ἑωραμένου, ἐπιφέρει λέγων", "τότε πρῶτον ὁ Δάμις φησὶν, ἀκριβῶς ξυνεῖναι τῆς Ἀπολλωνίου φύσεως, ὅτι, θεία τε εἴη καὶ κρείττων ἀνθρώπου. μὴ γὰρ θύσαντά τι', πῶς γὰρ ἐν δεσμωτηρίῳ; μηδὲ εὐξάμενον, μηδὲ εἰπόντα τι, καταγελᾶσαι τῷ δεσμῷ, καὶ ἐναρμόσαντα αὐτῷ τὸ σκέλος τὰ τῷ δεδεμένου πράττειν". ἐγὼ δὲ ὅπωτ' ἂν καταγνοίην βραδύτητα τῷ φοιτητῷ, εἰ τὸν πάντα βίον συνὼν αὐτῷ, καὶ διά τινων περιέργων ὁρῶν αὐτὸν ἀποτελοῦντα τὰ παράδοξα, ὀδέν τι διαφέρειν αὐτὸν ἡγεῖτο τῆς θνητῆς φύσεως. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν μετὰ τοσαύτην θαυματουργίαν τὰ κατ' αὐτὸν ἀγνοεῖ, εἰκότως δὲ ἀγωνιᾷ καὶ δέδιε[2], ὡς ὑπὲρ ἀνθρώπου, μή τι πάθοι παρὰ προαίρεσιν. εἰ δὲ δὴ πρῶτον ἄρτι μετὰ τὴν τοσαύτην διατριβὴν, ὅτι δὴ θεῖος εἴη καὶ κρείττονος ἀνθρώπου φύσεως, ξυνίησι, τὴν τούτου ξυνιδεῖν ἄξιον αἰτίαν, ἣν αὐτὸς ὁ συγγραφεὺς δηλοῖ λέγων· "μὴ γὰρ θύσαντά τι, μηδὲ ἐπευξάμενον, μηδέ τι τῶν ἀπορρήτων εἰρηκότα", τὸ παράδοξον ἰδεῖν αὐτὸν πεποιηκότα. ὡκεῖν τὰ πρότερον διὰ περιέργου μηχανῆς ἐτελεῖτο τῷ ἀνδρί· διὸ μηδὲ καταπλήττεσθαι αὐτὰ μηδὲ θαυμάζειν τὸν Δάμιν. εἰκότως δὲ νῦν τοῦτο πρῶτον πέπονθεν, ὡς ξένου τινὸς ὑπ' αὐτῷ παρὰ τὰ συνήθη διαπεπραγμένου. πρὸς τὸ δειχθὲν δὲ τῷ δεσμῷ φάσμα, καὶ τὴν ἀπὸ τῷ δικαστηρίου ἀναχώρησιν, τὰς πρὸς Δομετιανὸν αὐτῷ τῷ Ἀπολλωνίου φωνὰς παραθείμην ἄν. δεσμοῖς γάρ τοι αὐτὸν παραδοθῆναι προστάξαντος βασιλέως, πάνυ γε ἀκολούθως ὁ Ἀπολλώνιος συνελογίσατο ὠδίπως"· "εἰ μὲν, γόητά με ἡγῇ, πῶς δήσεις; εἰ δὲ δήσεις, πῶς γόητα εἶναι φήσεις"; ἀντικρούσει γὰρ αὐτῷ τις ὠδίπως, ἐκ τούτων ὁρμώμενος· εἰ μὲν ὁ γόης, πῶς λέλυταί σου τὸ σκέλος; εἰ δὲ λέλυται, πῶς ὁ γόης; καὶ εἰ τῷ ὑπομεῖναι τὸν δεσμὸν ὁ

CAP. XXXIX. 1 θύσαντά τι] ap. Philostr. hoc loco omissum est τι, vt & mox post εὐξάμενον. Ponitur vero post ἐυξάμενον.

2 ἀγανιᾷ καὶ δέδιε] contradictionis conuincere Philostratum cupit hoc argumento, quod Damidem dicat indicium diuinitatis Apollonii cepisse ex pede vinculis sponte soluto. Nam huic opinioni Damidis, ista occasione natae, minime conuenire, quod postea apud Demetrium lib. VIII. c. 11. 12. ipsius capiti metuat, perinde ac si nudus homo esset, de quo nullam haberet prorsus excellentioris naturae opinionem.

γόης, τῷ μὴ ὑπομεῖναι, κατ' αὐτὸν, ὡμολόγηται γόης. καὶ αὖ πάλιν, εἰ ὑπομείνας τὸ δικαστήριον ὁ γόης, τῷ δὲ διαδράναι τοῦτο, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν βασιλέα, λέγω καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ δορυφόρους, σαφῶς ἐναπέφηνεν ὁ γόης. ὅθεν μοι, δοκῶ, συνησθημένος ὁ λόγος, θεραπεύει τὸ γεγονὸς, ὡς δὴ ἄνευ θυσιῶν καὶ ἐπῳδῶν ἀῤῥήτῳ τινι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον δυνάμει τοῦ παραδόξου πεφηνότος.

hoc ipso quod vincula exuit, magum eum proprio effato esse, in confesso erit. Et vicissim, si ex eo, quod iudicio se submisit, magum non esse patet; in hoc ipso certe quod ex eo se surripuit, ipsique Imperatori se subduxit, addo & stipantibus eum corporis custodibus, luculenter sese prodidit magus. Quamobrem, vt mihi videtur, ipsa Philostrati oratio, dum eam rem animaduertit, facto illi medicinam parat, [referens] quod nullis obitis sacris, incantamentisue adhibitis, occulta quadam & humanam indolem superante virtute, miraculum hocce patratum fuerit.

Ἀλλὰ γὰρ ἐκ ἐς μακρὰν ἄυθις ὁ τῆς φύσεως παραθήσεται ἔλεγχος". αὐτίκα γάρ τινος ἐπισάντος αὐτῷ, καὶ φήσαντος, "ἀφίησί σε, ὦ "Απολλώνιε, τουτωὶ τῶν δεσμῶν ὁ βασιλεὺς, "καὶ ἐλεύθερον δεσμωτήριον συγχωρεῖ οἰκεῖν". ὁ κρείττων ἢ ἄνθρωπος, καὶ τῶν μελλόντων προγνώστης,

κωφοῦ τε ξυνιεὶς[1], καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούων,

ὑπὸ τῆς, ἄγαν, ὡς εἰκὸς, περιχαρείας ἀποπεσοῦσα τῆς προγνώσεως, συνθάνεται λέγων· τίς ἂν ὁ μετασκευάσων μ' ἐντεῦθεν; ὁ δὲ, ἐγὼ ἔφη, καὶ ἕπου.

Cap. XL. Verum rursus non ita multo post naturae eius nobis suppeditabitur argumentum". Cum ex insperato enim ad eum accederet nonnemo, diceretque, *hisce Te vinculis, o Apolloni, eximi iubet Imperator, vtque in liberiore carcere degas permittit;* tum vltra hominum sortem positus ille, futurorumque antea gnarus,

" *Lib. VII, c. XL.*

Muti concipiens animum, sensusque tacentis,

prae nimio, vt videtur, gaudio fatidica excidens virtute, nuntium rogat, *quis vero me isthac est traducturus?* Ille autem, *ego*, respondit, *tu modo sequere.*

Εἶτα" καὶ λόγον ἀπολογίας ὁ θειότατος μάλα γε συντάττει φρονтισμένως, ἀγνοῶν, ὅτι δῆτα ἐς μάτην αὐτῷ σπουδασθήσεται ἡ γραφή. οἴεται μὲν γὰρ ἀκουσθήσεσθαι αὐτοῦ ἀπολογουμένου βασιλέως. καὶ, ὡς ἀκουσομένου γε σφόδρα πιθανῶς, παρασκευάζεται τὴν ἀπολογίαν. ὁ δὲ, ταύτην μὴ ἀναμείνας, ἐς ὕδὲν αὐτοῦ τὴν σπουδὴν κατεσήσατο. ἄκουε δὴ οὖν καὶ περὶ τούτων οἷά φησιν ὁ ἔλεγχος"· "ἐπειδὴ δὲ καὶ "λόγος αὐτῷ συνεγράφη τις, ὡς πρὸς ὕδωρ[1] τὴν "ἀπολογίαν ἀφήσοντι[2], ξυνεῖλε δὲ αὐτὸν ὁ τύ- "ραννος ἐς ἃς εἴρηκα ἐρωτήσεις, ἀναγεγράφθω "καὶ ὁ λόγος. ὅρα δὴ πῶς τοῦ μέλλοντος πορρωτάτω τυγχάνων ὁ πάντα θειότατος, μετὰ πλείστης ὅσης φροντίδος, ὡς πρὸς ὕδωρ τὴν ἀπολογίαν ποιησόμενος ἐσπούδαζεν.

Cap. XLI. Postremo" orationem apologeticam quoque composuit studio ingenti vir ille plane diuinus, ignarus nempe inanem operam in eo se scripto consumpturum. Putabat enim se ab Imperatore iri auditum recitantem apologiam: eoque quod auditurum eum speraret, ad persuadendum cum maxime orationem componit. Caesar tamen eam non ferens irritum eius studium reddidit. Audi igitur de his etiam quid dicat sibi ipsi aduersante oratione": *Quoniam vero oratio etiam ei conscripta est, vt qui ad clepsydram causam esset dicturus, eum autem tyrannus intra quaestionum, quas dixi, angustias concluſit, oratio quoque huic historiae inseratur.* Videigitur vt a futuris longissime aberrans, vir ille plane diuinus, quam maxima potuit cura, velut ad clepsydram dicturus, elaborauerit.

Ad L. VIII.
" *L. VIII. c. VII.*
" *L. VIII. c. VI.*

Ἀλλὰ γὰρ διεξιτητέον καὶ τὴν ἐς μάτην αὐτῷ πεποιημένην ἀπολογίαν, ἃ, ὡς πολλὰ[1] καὶ ἄλ-

At & ipsa percensenda est frustra ab eo elaborata apologia, & quae, multa alia in-

Cap. XLII.

CAP. XL. 1 κωφοῦ τε ξυν.] vide supra c. 14.

CAP. XLI. 1 ὡς πρὸς ὕδωρ] sic ex MS. & Philostrato restitui: antea legebatur ὥσπερ ὕδωρ τὴν ἀπολογίαν ἀφήσοντι. HOLSTEN.

2 ἀφήσοντι] Philostr. habet ἀφηγήσαντι.

CAP. XLII. 1 ἃ ὡς πολλὰ καὶ &c.] distinctionem posui post ἃ, sine qua obscurior sensus.

ter,

ter, quibus Domitianum compellat, arroganter iactat, diserte inquiens[1]: *Te igitur Imperatorem Vespasianus fecit, ipse a me est factus.* Vah arrogantiam! qua ne ex vulgo quidem quispiam, nedum vere philosophus, humanaque excellentior natura se iactitet, nisi insaniae dicam a prudentioribus sibi scribi velit. Deinde vero a suspicione, qua premebatur, se ipsum purgans, sequentia profert de magis[2]: *Equidem magos falsae sapientiae puto alumnos esse. Nam quae non sunt, vt esse videantur, & quae sunt, vt non esse videantur faciunt.* Ex tota igitur ista tractatione, & sigillatim expositis omnibus, discas licet, an in Diis, an in philosophis, an in magis censendus sit, iis admissis quae ipse de magis & spuriae sapientiae cultoribus dixit, & quae historia eius de ipso retulit. Nam quercus, & vlmi[3] articulata ac muliebri voce locutae, tripodes etiam[4] spontaneo motu incedentes, aereique serui discumbentibus ministrantes, imbrium item dolia[5] ac ventorum, & Sandaracina aqua, & quae alia repraesentantur ab iis, quos Deos est arbitratus[6], & quos ne praeceptores quidem agnoscere est dedignatus, in quem alium competere putes, nisi in eos qui *quae non sunt*[7], *vt esse videantur, & quae sunt, videantur non esse, efficiant?* quos ipse magos appellans, spuriae sapientiae cultores esse demonstrat. Num igitur istis argumentis diuinus hic, omnique virtute excultus, ipsisque Diis gratissimus, sapientiae coronatus braueo, ipso diuinior Pythagora, eiusque discipulis, beatiorque censendus erit? an contra spuriae sapientiae damnatus, inter infelicissimos primas feret potius?

[1] L. VIII. c. VII. s. 2.
[2] L. VIII. c. VII. s. 3.
[3] L. VI. c. X.
[4] Lib. III. c. XXVII.
[5] Lib. III. c. XIV
[6] Lib. VI. c. XI. & Lib. VII. cap. XXXII. conf. & s. c. XXXI.
[7] L. V. II. c. VII. s. 3.

λα ἐν ταύτῃ Δομετιανῷ προσφωνῶν, ἀπαυθαδίζεται λέγων[1]. "ὡς ἄρα Ουεσπασιανὸς σὲ μὲν βασιλέα ἐποίησεν, ὑπ' ἐμοῦ δὲ ἐγένετο. βαβαὶ τῆς ἀλαζονείας, ἢν ὅτι γε ὁ τυχών, ἀλλ' οὐδὲ εἰ φιλόσοφός τις ἀληθῶς, καὶ κατὰ ἀνθρωπείαν ὑπεραίρων ἐγεγόνει φύσιν, ἐτεραστεύσατο ἄν, μὴ ἔχει δίκην ἀνοίας παρὰ τοῖς ἔμφροσιν ὑποσχών. εἶτα δὲ τῆς κατ' αὐτὸν ὑποψίας ἑαυτὸν ἀπολυόμενος[2], ταῦτα περὶ γοήτων φησίν". "ἀλλὰ τοὺς γόητας ψευδοσόφους φημί. τὰ γὰρ μὴ ὄντα εἶναι παρ' αὐτοῖς, καὶ τὰ ὄντα, ἄπισθαι[3]". καταμάθοι δ' ἂν τις ἐκ τε τῆς ὅλης πραγματείας, καὶ τῶν ἐν μέρει δεδηλωμένων, πότερα ἐν θείοις καὶ φιλοσόφοις, ἢ ἐν γόησιν αὐτὸν κατατακτέον, πιστεύσας οἷς τε αὐτὸς περὶ γοήτων καὶ ψευδοσόφων εἴρηκε, καὶ οἷς δεδήλωκεν ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία. δρύες τε γὰρ, καὶ πτελέαι", ἐναρθρῳ καὶ θηλείᾳ φωνῇ λαλῆσαι, καὶ τρίποδες" αὐτόματοι φοιτῶντες, καὶ χάλκεοι θεράποντες διακονέμενοι, πίθοι τε ὄμβρων" καὶ ἀνέμων, καὶ Σανδαράκινον ὕδωρ, καὶ ὅσα ἄλλα εἰσῆκται, παρ' οἷς ἡγεῖτο θεοῖς", οὓς καὶ ἐκ ὤκνει διδασκάλους ἐπιγράφεσθαι, τίνος ἂν εἶεν παρασατικοὶ, ἢ τῶν "τὰ μὴ ὄντα" εἶναι," καὶ τὰ ὄντα ἄπιστα" παραδεικνύντων; οὓς αὐτὸς γόητας ὀνομάζων, ψευδοσόφους ὑπάρχειν ἀποφαίνεται. ἤτοι ἂν ἐπὶ τούτοις ὁ θεῖος, καὶ ἐναρέτος, καὶ θεοῖς κεχαρισμένος, τὸ σοφίας ἀναδησάμενος βραβεῖον, αὐτῷ Πυθαγόρᾳ, καὶ τῶν ὅσοι μετ' ἐκεῖνον, θειότερος ἀληθῶς, καὶ μακρῷ εὐδαιμονέστερος κριθείη· ἢ ἔμπαλιν, ψευδοσοφίας ἀλοὺς, κακοδαιμόνων[4] ἀποίσεται τὰ πρωτεῖα.

[1] L. VIII. c. VII. s. 16.

C. XLIII. Rursum in apologetico illo scripto se in Ionia de fatorum vi ait disputasse[1], adeo mutari non posse, quae texunt ista, docentem, vt, si imperium huic decernant, quod in alterius nunc quidem sit potestate, nemo illum interimere possit, ne ab illo sibi imperium eripiatur: imo si vel interemtus fuerit, reuicturum tamen eum, vt fatis decreta eueniant. Quibus sequentia ipsis iisdem syllabis subiungit: *Cuicunque fato decretum fuerit lignarius vt*

Πάλιν δὲ τῇ γραφῇ περὶ μοιρῶν ἰσχύος φιλοσοφῆσαι αὐτὸν ἐν Ιωνίᾳ φησὶ", διδάσκοντα ὅτως ἄτρεπτα εἶναι, ἃ κλώθουσιν, ὡς εἰ καὶ βασιλείαν τούτῳ[1] ψηφίσαιντο, ἑτέρῳ ἤδη ὑπάρχουσαν, ἐκ ἂν ἀποκτείνειέ τις τοῦτον, ὡς μὴ ἀφαιρεθείη ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ τὸ ἄρχειν· ἀλλὰ καὶ ἀναβιῶναι ἀποθανὼν, ὑπὲρ τῶν δοξάντων ταῖς μοίραις. καὶ τούτοις ἐπιλέγει αὐταῖς συλλαβαῖς· "ὅτῳ πέπρωται γενέσθαι τεκτονικῷ ξύλῳ,"

2 ἀπολυόμενος] sic rescribere non dubitaui, pro ἀπολυόμενον quod in editis erat.

3 ἄπισθαι] ita ex Philostrato restitui pro ἄπιστα, quod erat in Eusebii editis, rationem cur priorem praeferam lectionem reddidi ad Philostratum.

4 κακοδαιμόνων] *infelices* Romani quoque solent vocare eos, quibus mens est laeua, κακοδαίμονα autem & εὐδαίμονα Graecis esse, quibus bene vel secus constituta mens est, ad Philostratum pluribus probatum.

CAP. XLIII. 1 βασιλείαν τούτῳ] ante scriptum erat βασιλείας. Eusebius habet βασιλείαν τῷ.

"κἂν ἀποκοπῇ τῶ χεῖρε, τεκτονικὸς ἔσαι. καὶ "ὅτῳ νίκην ἐν Ολυμπίᾳ δρόμῳ ἄρασθαι, ἕτος "δ', εἰ πηρωθείη τὸ σκέλος, ἁμαρτήσεται τῆς "νίκης. καὶ ὅτῳ ἔνευσαν μοῖραι τὸ ἐν τοξικῇ "κράτος, ἕτος, εἰ ἀποβάλοι[2] τὰς ὄψεις, ἐκ- "πεσεῖται τᾶ σκόπᾳ[3]". τούτοις, τὸν ἄρχοντα κο- λακεύων, ἐπιφέρει λέγων· "τὰ δὲ τῶν βασιλέ- "ων ἔλεγον, ἐς τὰς Ακρισίας δήπᾳ ὁρῶν, καὶ τὰς "Λαΐας, Αστυάγην τε τὸν Μῆδον, καὶ πολλὰς "ἄλλας[4], εὐτίθεσθαι τὰ τοιαῦτα δόξαντας[5]· "ὧν οἱ μὲν παῖδας, οἱ δὲ ἐγγόνας ἀποκτείνειν "οἰηθέντες, ἀφηρέθησαν ἀπ' αὐτῶν τὸ βασι- "λεύειν, ἀναφύντων ἐπ' αὐτὰς ἐξ ἀφανῆς σὺν "τῷ πεπρωμένῳ. καὶ εἰ μὲν ἠγάπων κολακευ- "τικὴν[6], εἶπον ἂν, καὶ τὰ σὰ[7] ἐντεθυμῆσθαι, "ὅτε ἀπείληφο μὲν ὑπὸ Βιτελλίᾳ[8], κατεπίμ- "πρατο δὲ ὁ νεὼς τᾶ Διὸς, περὶ τὰς ὀφρῦς τᾶ "ἄετος. ὅδ' ἦν κείσεσθαι τὰ ἑαυτᾶ ἔφασκεν, "εἰ μὴ διαφύγοις αὐτόν. καί τοι μειράκιον ἱκα- "νῶς ἦσθα, καὶ ὅπω ἕτος. ἀλλ' ὅμως ἐπὶ μοί- "ραις ἐδόκει ἕτερα, ὁ μὲν ἀπώλετο αὐταῖς βα- "λαῖς, σὺ δὲ τὰ ἐκείνᾳ νῦν ἔχεις. ἐπεὶ δὲ ἁρ- "μονίᾳ κολακευτικῇ ἄχθομαι, δοκεῖ γάρ μοι "τῶν ἐκρύθμων τε καὶ ἀκ εὐφθόγγων[9] εἶναι, τετ- "μήσθω μοι ἥδε ἡ νευρὰ, καὶ μηδὲν ἦχᾶ τῶν "σῶν ἐντεθυμῆσθαί με". διὰ τούτων δὲ ὁμᾶ τὸν ἄνδρα κόλακα, καὶ ψεύστην, καὶ πάντα μᾶλ- λον ἢ φιλόσοφον, ὁ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παρίστη- σι λόγος[10]. τοσαῦτα γὰρ πρότερον εἰπὼν κατὰ τᾶ Δομετιανᾶ, κολακέυει νῦν ὁ γεννάδας, καὶ κα- θυποκρίνεται ὡς ἀδέν τι κατ' αὐτᾶ, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ αὐτᾶ, τῶν περὶ μοιρῶν αὐτῷ καὶ ἀνάγκης ἐν Ιωνίᾳ κεκινημένων. ἀνάλαβε δῆτα τὴν ἱστορίαν, ᾧ συγγραφεῦ, καὶ τῆς ἀληθείας διανήψας[11] τὰ πρότερόν σοι γραφέντα λαμπρᾷ καὶ φιλα-

sit, is manibus truncetur licet, in lignarium euadet. Et cui cursu vincere in Olympia [destinatum est,] *hic, ne abscisso quidem si claudicet crure, victoria fraudabitur. Et cui vt sagittandi valeat arte Parcae decreuerint, hic vel captus oculis sagitta a scopo non aberrabit.* His vero, adulaturus Imperatori, subnectit & ista: *Regum autem exemplo vsus sum, ad Acrisios respiciens & Laïos, Astyagemque Medum, & complures alios, qui bene se in huiusmodi rebus consuluisse sibi videbantur. Quorum alii filios, nepotes alii e medio sublatos esse putantes, ab iisdem illis spoliati sunt imperio, reuiuiscentibus quasi, vt in ipsos insilirent, ad iuuantibus fatis. Quod si adulandi studio tenerer, dicere possem etiam tuas animo meo res esse obuersatas, quando a Vitellio obsidebaris, templumque Iouis optimi accendebatur in summo vrbis vertice. Ille vero bene se res suas habituras putabat, modo tu eius ne euaderes manus. Atque adolescens tunc plane eras, neque dum qualis nunc es. Veruntamen, quia Parcis aliter est visum, Vitellius quidem, dum ista ageret consilia, male periit, tu vero quae illius erant nunc possides. Sed quoniam adulatorum cantus me offendit,* (*videtur enim mihi dissonus esse ac discors,*) *rumpenda mihi ista est chorda. Neque velim vt arbitreris de tuis rebus me cogitasse.* His autem Apollonium adulatorem iuxta & mendacem, & quiduis potius quam philosophum, nobis sistit historia ista, veritatis adeo studiosa. Namque idem, qui grauiter adeo prius in Domitianum fuerat inuectus, nunc adulatur vir strenuus, simulatque ac si non contra ipsum vllo modo, sed pro ipso potius faciant, quos in Ionia ipse de fatis atque necessitate mouerat discursus. Sume igitur in manus tuam, o scriptor, historiam, & veritati pernigilium agens, antea tibi in litteras relata clara voce & veritatis studium prae-

---

2 ἀποβάλοι] verior haut dubie lectio, quam & Philostr. agnoscit, & MS. Morello visum. Editi habebant ἀποβάλλει.

3 σκόπᾳ] ita Philostr. Editi ὑσκόπᾳ.

4 ἄλλας] Philostr. ἑτέρας, quam in margine lectionem adscripserat quoque Morell.

5 τὰ τοιαῦτα δόξ.] Philostr. τὰ αὐτῶν τοιαῦτα ἐν ἀρχῇ δόξαντας.

6 κἀγὼ μὲν ἠγάπων κολακευτικὴν] apud Euseb. erat κολακευτικὸν, (male etiam post ἠγάπων comma ponebatur. Vtrumque mendum praeeunte Philostrato sustuli.

7 τὰ σὰ] melior haut dubie est lectio haec, ex Philostrato reuocata, quam quod in editis Eusebii est τά δε, sic enim sequentia aptius cohaerent.

8 Βιτελλίᾳ] Philostr. addit ἐνταῦθα.

9 ἐυφθόγγων] antea ἀφθόγγων male, HOLSTEN. Nempe ἐυφθόγγων Philostrati etiam codices habent.

10 ὁ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας παρίστησι λόγος] ironice dictum. Nempe a veritatis studio Philostratum, atque istud συγγράμμα eius commendauerat Hierocles, vt videre est supra cap. 2.

11 διανήψας] Acciolum in suis διανίψας legisse certum est: nam quomodo vertere alias potuisset *Age veritatis fontem dilutam repete hanc clara & ingenua voce?* At ista lectione, fatendum ingenue, non multum lucis accedit loco obscuro. Nihil ego inuenio magis probabile, quam legendum esse κἀγὼ τῇ ἀληθείᾳ διανήψας, sic enim satis plana omnia, sensusque emergit non clarus tantum, verum & elegans, quem proinde, cum alium non possem, in versione etiam expressi.

feren-

ente relege, nec te subducas huic oneri: Vt nempe commoratus Ephesi", *a Domitiano viros abalienauerit, & vt communem tuerentur libertatem confirmauerit: atque commercia quidem per epistolas minus tuta ipsis esse putauerit, adeoque sodalium prudentissimis, modo hoc modo alio a turba seducto, dixerit, magni te facio arcani ministrum: Oportet autem Romam te abire ad hunc vel illum, atque cum eo disserere. Vt* item de fatis & necessitate locutus sit", atque ostenderit oratione, quod ne tyranni quidem fatorum mutare decreta valeant. Vt porro aenea cum esset Domitiano ad Meletem fluuium posita statua, in eam vt intuerentur, praesentes omnes permouerit, dixeritque, o stulte quam fatorum ignoras indolem atque necessitatis. Cui enim ab eis, vt post te imperet, fuit decretum, ille, si perimas etiam, reuiuiscet. Iam ergo, qui post sermones eiusmodi adulatur tyranno, atque nihil eorum in ipsum dictum esse simulat, quomodo omnis is nequitiae animique illiberalis reus non agatur? Nisi forte mendaces quosdam & calumniatores Apollonii esse statuat, non veraces autores, haec qui memoriae prodiderunt. Vbi iam igitur illi Philalethis autores, *qui eruditione plurimum profecere, veritatisque* studiosissimi? Damis, inquam, Philosophus, qui & comes assiduus ei, de quo agitur fuit, Athenienssisque Philostratus, a quibus ista nobis proponuntur: quos luculenter adeo sibi repugnare ipsis, iactatores certe vanissimos, & contradictionibus suis spissorum mendaciorum conuictos, indoctos item & magos lux veritatis demonstrauit.

"Lib. VII. c. VIII.

"Lib. VII. c. IX.

λήθει δίελθε[12] τῇ φωνῇ, μηδὲν ὑποσειλάμενος· ὡς ἐν Ἐφέσῳ διατρίβων", "ἀφίξη Δομετιανῷ „ ἄνδρας[13], καὶ ὑπὲρ ἁπάντων ἐῤῥώννυε σωτη- „ ρίας· καὶ τὰς μὲν ἐπιστολιμαίους ὁμιλίας[14] „ ἐκ ἀσφαλεῖς αὐτοῖς ᾤετο, τῶν δὲ ἑταίρων τὰς „ σωφρονεστάτας, ἄλλοτε ἄλλον ἀπολαμβά- „ νων, διάκονον ἔλεγε ποιεῖσθαί σε ἀπορρήτων λαμ- „ πρῶν. βαδίσαι δέ σε χρὴ ἐς Ῥώμην παρὰ τὸν „ δεῖνα, καὶ διαλεχθῆναί οἱ". καὶ διελέγετο μὲν" ὑπὲρ μοιρῶν, καὶ ἀνάγκης, καὶ τὸν λόγον διῄει, ὅτι μηδὲ οἱ τύραννοι τὰ μοιρῶν οἷοι βιάζεσθαι. καὶ ὡς χαλκῆς εἰκόνος ἱδρυμένης Δομετιανῷ πρὸς τῷ Μέλητι, ἐπιστρέψας ἐς αὐτὴν τοὺς παρόντας, ἀνόητε, εἶπεν, ὡς πολὺ διαμαρτάνεις μοιρῶν, καὶ ἀνάγκης. ᾧ γὰρ μετά σε τυραννεῦσαι πέπρωται, τοῦτον καὶ εἰ ἀποκτείνειας, ἀναβιώσεται. ὁ δὴ μετὰ τοὺς τοίους διαλόγους κολακεύων τὸν τύραννον, καὶ μηδέν τι τούτων ὡς πρὸς αὐτὸν εἰρῆσθαι αὐτῷ κατειρωνευόμενος, πῶς ἀ μοχθηρίας ἁπάσης καὶ ἀνελευθερίας κριθείη· εἰ μὴ ἄρα ψευδηγόρους τινὰς, καὶ κατηγόρους τοῦ ἀνδρὸς, ἐχὶ δὲ ἀληθεῖς συγγραφέας, θείη τις τοὺς ταῦτα μνήμῃ παραδεδωκότας; καὶ πῶς τοῦ Φιλαλήθους "οἱ παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντες, τὸ „ δ' ἀληθὲς τιμῶντες συγγραφεῖς." Δάμις τε ὁ „ φιλόσοφος, ὁ καὶ συνδιατρίψας τῷ δηλουμένῳ, καὶ Φιλόστρατος ὁ Ἀθηναῖος, ἀφ' ὧν ταῦτα παρατίθεται· ὃς σαφῶς ὅτως ἐναντιολογοῦντας, κομπάζοντάς τε ἀληθῶς, καὶ τοῖς μαχομένοις παρισαμένους ψεύστας ἐναργῶς, καὶ ἀπαιδεύτους, καὶ γόητας τῆς ἀληθείας τὸ φέγγος διήλεγξεν.

C. XLIV. Postremo Apollonium iudicio absolutum "L. VIII. c. XIX. sese in Lebadeam recepisse memorat". Cumque in Trophonii specum descendere affectaret, prohibitum ab incolis esse, his quoque magum eum esse censentibus. Atqui merito eius rei suspicio obtineat, si quis con- "Lib. I. c. II. tulerit ab initio Philostrato dicta", vbi aegre ferens, suspicionem quibusdam esse ortam, magus quod sit, id ipsum admiratus inquit: *Empedoclem atq. Pythagoram Democritumque, qui eorundem magorum extiterint discipuli, nunquam tamen in artis illius suspicionem ve-*

Ἐπὶ πᾶσι τὸν Ἀπολλώνιον, ἀπαλλαγέντα τοῦ δικαστηρίου, ἐν Λεβαδείᾳ ἐλθεῖν ἱστορεῖ". βουλόμενόν τε ἐς Τροφωνίου κατελθεῖν, μὴ ἐπιτρέπεσθαι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων, γόητα καὶ τούτων ἡγεμένων αὐτόν. καί τοι ἄξιον ἀπορῆσαι, παραθέμενον τὰς ἐν ἀρχῇ τοῦ Φιλοστράτου λέξεις", ἐν αἷς ἀπορῶν ὅ, τι δὴ γόητα αὐτὸν ὑπειλήφασιν, αὐτὰ δὴ ταῦτα θαυμάζει λέγων· "Ἐμπεδοκλέα μὲν, „ καὶ Πυθαγόραν, καὶ Δημόκριτον τοῖς αὐτοῖς „ μάγοις ὡμιληκότας, ὅπου ὑπῆχθαι τέχνῃ· „

12 γραφέντα λαμπρᾷ καὶ φιλαλήθει δίελθε] ex MS. reposui. Prior editio γραφέντα λαμπρὰ καὶ φιλαλήθη δίελθε, alteram autem lectionem & distinctionem interpres quoque sequitur. HOLSTEN.

13 ἄνδρας] Nemam, Ruffum & Orbitum, de iis enim agitur eo quem respicit Philostrati loco.

14 ὁμιλίας] Philostr. ξυνελίας habet, quod magis probem.

"Πλά-

"Πλάτωνά τε, παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερέων τε "καὶ προφητῶν πολλὰ παρειληφότα, καὶ ταῦ- "τα τοῖς ἰδίοις ἀναμίξαντα λόγοις, ἁδαμῶς δό- "ξαι τισὶ μαγεύειν. τοῦτο δὲ ὅπως γινώσκεσθαι "παρ' ἀνθρώποις, ὅτι δὴ ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς ὡρ- "μᾶτο σοφίας, μάγον δὲ αὐτὸν νενομίσθαι, τῷ "μάγοις Βαβυλωνίων, Ινδῶν τε Βραχμᾶσι, καὶ "τοῖς Αἰγυπτίων γυμνοῖς ὡμιληκέναι". τί δῆτα ἂν εἰρήσεται πρὸς αὐτὸν, ὦ ἄτος; τῷδε τῷ ἀν- δρὶ τηλικοῦτον ἐπεχειρεῖτο, ὡς μένον χρόνα πάλαι τε καὶ νῦν νενομίσθαι εἰσέτι παρὰ τοὺς τη- λικούτους ἄνδρας, οἳ τῶν αὐτῶν, ὡς φῂς, διδασκά- λων πεπειρασμένοι, διέπρεψαν μὲν καὶ καθ' οὓς ἐγνωρίζοντο χρόνους, καὶ ἐς τοὺς μετέπειτα δὲ τῆς σφῶν φιλοσοφίας ἀοίδημον καταλελοί- πασι τὴν ἀρετήν. εἰ μὴ ἄρα πέρα τῶν προση- κόντων ἐγχειρῶν τοῖς εὖ φρονοῦσι φανερὸς καθει- στήκει; αὐτίκα τῶν νῦν εἰσιν, οἳ περιέργους μηχανὰς, τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀνακειμένας προσηγο- ρίᾳ, κατειληφέναι λέγουσιν. ἀλλ' ὅπ ἐμοί γε φί- λον τούτοις προσέχειν τὸν νοῦν· ἀλλὰ γὰρ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀκόλουθα τοῖς προ- τέροις συντάττων, οὐδὲν ἀληθὲς ἐξέφηνεν εἰδέναι. τοὺς μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τελευτῆσαι αὐτὸν ἱστο- ρεῖ", τοὺς δὲ ἐν Λίνδῳ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Αθηνᾶς, ἄλλους δὲ ἐν Κρήτῃ. καὶ τοσαύτην ἄγνοιαν τοῦ περὶ αὐτὸν τέλους κατασκεδάσας, βάλεται αὐ- τὸν ἐς οὐρανὸν αὐτῷ σώματι χωρῆσαι. ἐσδραμόν- τος γὰρ ἐς ἱερὸν φησι κλεισθῆναι τὰς πύλας, καὶ τινὰ ᾠδὴν ἀδόκητον παρθένων ἐκπεσεῖν. τὸ δὲ ἆσμα εἶναι, σεῖχε, σεῖχε ἐς οὐρανὸν, σεῖχε. λέγει δὲ ὡς μήτε κενοταφίῳ τοῦ ἀνδρὸς πω περι- τύχοι, καί τοι τῆς γῆς ὁπόση ἐστὶν, ἑαυτὸν ἐπ- ελθόντα. καὶ βάλεται αὐτῷ ἡ διάνοια μηδὲ ὅ- λως θανάτου τὸν ἄνδρα θίγειν. πρότερον μὲν γὰρ ἀμφιβάλλων περὶ τοῦ τρόπου, καθ' ὃν ἐτελεύτα, ὕστερον δὲ διαῤῥήδην καὶ ἐς οὐρανὸν αὐτὸν χωρῆσαι φάσκει. ὅθεν, ὡς δὴ τοιοῦτον ὄντα, καὶ κατὰ τὸ προοίμιον", καὶ καθ' ὅλην τὴν γρα-

nisse; Platonem quoque, tametsi ab Aegyptiis sacerdotibus prophetisque multa accepisset, eaque suis libris inseruisset, nequaquam tamen cuiquam magiae addictum visum esse. De Apollonio autem nondum satis hominibus innotuisse, quod ingenuae sapientiae usus sit adiumentis, magumque creditum esse eum, quod Babyloniorum magis Brachmanibusque Indorum, ac Aegyptiis Nudis se in disciplinam dedisset. Quid igitur Philostrato responderi, amice, conuenit? Nempe, vir iste eius generis res molitus fuit, vt solus & olim & nostra aetate fuerit habitus magus, prae eiuscomodi viris, qui licet eosdem, quod tu quidem ais, experti fuissent magistros, & suo tamen aeuo bona fama gauisi sunt, & posteris quoque temporibus philosophiae suae virtutem commendatissimam reliquere. Annon igitur vltra quam fas sit eum molitionibus suis processisse, quibus sana mens est omnibus manifestum fit? Suntque etiamnum hodie qui magicas machinas, quae viri illius esse dicantur, sese dicant reperisse. At istis animum aduertere nunc quidem haut placet. De morte autem etiam viri prioribus consentanea dum concinnat, nulla parte veritatem rei sibi innotuisse ostendit. Alios enim Ephesi exitum eius contigisse ait referre", alios autem Lindi in Mineruae templo, alios in Creta insula. Et cum tantum caliginis illius morti offundat, vult tamen eundem cum ipso corpore ad superos euolasse. Nam cum templum, prout ille ait, ingressus esset, valuas repente occlusas, inexpectatumque virginum cantum ex eo auditum esse. Cantumque fuisse istum *Veni, veni in coelum, veni.* Addit quod ne in cenotaphium quidem eius inciderit, cum tamen ipse vniuersum orbem, qua late patet, peragrasset. Vultque hoc ipsi animus, omnino mortem virum illum non attingere. Cum enim initio dubitet de modo quo viuis excessit, diserte deinde dicit in coelum adscendisse eum. Quamobrem eum, tantus qui sit, & in prooemio", & in toto opere, magis

"L. VIII. c. XXIX.

"Lib. I. c. II.

CAP. XLIV. 1 οἱ περιέργους μηχανὰς] intelliguntur τελεσικὰ quae passim in vrbibus Asiae & Graeciae inueniebantur, quae Apollonii vulgo Eusebii aeuo esse credebantur, eiusque adeo dicebantur esse, hoc enim est quod addit τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀνακειμένας προσηγορίᾳ. Talium in hac ipsa historia fit mentio l. IV. c. 10. Plura autem de iis habet Ioannes Antiochenus in Chronogr. p. 342. quem locum transscripsit etiam Autor Chronici Alex. Eu verba eius ἦν δὲ τοῖς χρόνοις Βασιλέως Δομετιανοῦ ὁ σοφώτατος Απολλώνιος ὁ Τυανεὺς, καὶ ἤκμαζε περιπολίων καὶ παντοδαπῶν τελέσματα εἰς τὰς πόλεις καὶ εἰς τὰς χώρας. Inde narrat Byzantii eum Telesmata aduersus ciconias, Lyci fluuii exundationes, testudines item, & equos ferocientes fecisse. Antiochiae ad portam vrbis orientalem telesma contra ventum Aquilonarem posuisse. Fusum item ex aere scorpium in vrbe media defodisse, columnamque ei paruam imposuisse, quod omnes scorpios fugauerit telesma. Aliud item aduersus culices parasse, quod prolixius describitur, quam vt hic repetere vacet. Eadem vero iuxta cum aliis Apollonii τελέσματα etiam Tzetzes recenset Chiliad. II. Hist. 60. adde Ioh. Gregorium in Obsern. S. c. 8. hic itaque μηχαναὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀνακείμεναι προσηγορίᾳ Acciolus male verterat: *Neque vero hodie desunt, qui expertos se dicant eius nomini inuocato magicas inesse virtutes, ad superstitiosa quaepiam peragenda.*

quam

quam vel Pythagoram, vel Empedoclem ait fuisse diuinum, studiisque sapientiae excelluisse.

Cap. XLV. Sed limites orationis constituentes istos, age paucis adhuc de fato, atque Parcis tractemus: quid velit [scriptori] per totum opus istud doctrina, arbitrii tollens libertatem, & necessitatem inducens legesque fatales, & fatum, dispecturi: hac enim ratione accurate a nobis Apollonii in doctrina errores etiam redarguentur. Si est igitur (vt verae philosophiae doctrina tradit) anima immortalis; (siquidem quod semper mouetur, est immortale, quod autem mouetur aliunde, vbi motus cessationem admiserit viuere desinit,) si item est causa electionis, & Deus culpae est immunis; quae ratio sibi persuaserit inuitam, non sponte sua, veluti inanimum corpus, ab externo aliquo agitatam, & veluti alienis neruis mobilem, huc & illuc perpetuo motu vigentem naturam duci, nihil unquam vi propria motuque agentem, neque ad se ipsam factorum a se causas referentem: atque ob id ipsum neque philosophantem laudem mereri, neque reprehensionem si malitiae ac delictorum plena fuerit? Quid igitur, amice, Euphratem conuitiis atque animaduersionibus prosequeris[a], si non suo arbitrio, sed fatali necessitate lucro deditus, ignominia, prout tu censes, philosophiam afficit? Quid magos item probris infectaris[b], spuriae sapientiae cultores appellans, qui fato tamen, iuxta tuam opinionem, ad infelix istud viuendi genus trahuntur? Imo quid vitium omnino adhuc nominas? Neque malus quisquam iure a te damnatur, praescriptam sibi a fato necessariam legem dum implet. Sic versa vice, qua tu ratione Pythagoram veneratus admirabilem vocas praeceptorem[c], Parcarumque ludibrium qui sit, non sapientiae amator, laudare non cessas? Phraotes porro & Iarchas cur potius quam alii homines a te pro Diis habentur[d], cum propriam non ferant institutionis atque virtutis laudem? Similique ratione Ne-

[a] *Lib. VI. c. XXXIX. l. VIII. c. VII.*

[b] *l. VIII. c. VII. s. 3.*

[c] *l. VIII. c. VII. s. 4. sq. & passim.*

[d] *Lib. VII. c. XXXII.*

Φήν, Πυθαγόρᾳ καὶ Ἐμπεδοκλέους θειότερόν φησι, καὶ παρεληλυθέναι φιλοσοφίαν.

Ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτοις περιγραφομένῳ τῷ λόγῳ, βραχέ' ἄττα περὶ μοιρῶν καὶ εἱμαρμένης φέρε διαλάβωμεν· ὅ, τι καὶ βούλοιτο δι' ὅλης αὐτῷ τῆς ὑποθέσεως ὁ λόγος[1], τὸ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἀναιρῶν, ἀνάγκην δὲ εἰσάγων, καὶ εἱμαρμένην, καὶ μοίρας, διαθρῶντες· ταύτῃ γὰρ ἡμῖν ἐντελῶς καὶ ἡ ἐν δόγμασι ψευδοδοξία τἀνδρὸς διευθυνθήσεται. εἰ δὴ ἔν, κατὰ τὸν ἀληθῆ φιλοσοφίας λόγον, ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος, (τὸ γὰρ ἀεικίνητον[2] ἀθάνατον, τὸ δ' ὑφ' ἑτέρου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς) καὶ αἰτία ἑλομένῳ, θεὸς ἀναίτιος· τίς αἱροῖτο λόγος ἄκυρον, ἐχὶ δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀψύχῳ δίκην σώματος ἔξωθέν ποθεν κινουμένην, καὶ ὥσπερεὶ νευροσπασμένην[3], ὧδε κἀκεῖσε τὴν ἀεικίνητον ἄγεσθαι Φύσιν, μηδὲν μηδαμῶς ἐξ ἰδίας ὁρμῆς καὶ κινήσεως ἐνεργοῦσαν, μηδὲ ἐς ἑαυτὴν τὴν τῶν δρωμένων ἀναφέρουσαν αἰτίαν· ταύτῃ τε μήτε φιλοσοφοῦσαν ἐπαινετέαν τυγχάνειν, μήτ' αὖ ψεκτὴν κακίας ἔμπλεων καὶ πονηρίας; τί δῆτα ἂν Εὐφράτῃ λοιδορούμενος καταμέμφῃ ὦ τᾶν, εἰ μὴ παρ' ἑαυτῷ, ἀλλ' ἐξ εἱμαρμένης ἐπὶ τὸ κέρδος ἐκδὺς, ὡς αὐτὸς ἀξιοῖς, ὠλιγώρει φιλοσοφίας[4]; τί δὲ γόησιν ἐνυβρίζεις, ψευδοσόφῳ ἀποκαλῶν, ὑπὸ μοιρῶν, ὡς ἠγῇ, καθελκομένῳ ἐπὶ τὸν κακοδαίμονα βίον; τί δὲ κακίαν ἁπλῶς ὀνομάζεις; καὶ πονηρός τις ἀνθρώπων οὐκ ἐν δίκῃ κρίνεται παρά σοι, τὸν ἐξ ἀνάγκης εἱμαρμένον ἀποπληρῶν ὅρον. ὡς ἔμπαλιν, τίνι λόγῳ Πυθαγόραν σεμνολογῶν θαυμαστὸν ἐπιγράφῃ διδάσκαλον, καὶ μοιρῶν παίγνιον, ἀλλ' οὐκ ἐρασὴν ὄντα φιλοσοφίας, οὐκ ἀπολείπεις ἐπαινῶν; Φραώτης δὲ, καὶ Ἰάρχας, Ἰνδῶν φιλόσοφοι, τί μᾶλλον παρά σοι θεῶν ἀπηνέγκαντο[5] δόξαν, μηδέν τι παιδείας ἴδιον[6], μηδ' ἀρετῆς ἀπενεγκάμενοι κλέος; Νέρωνος δ'

CAP. XLV. 1 δι' ὅλης αὐτῷ τῆς ὑποθ. ὁ λόγος &c.] haec & sequentia si lecta fuissent Viro docto, Io. Ionsio, in libro de Scriptoribus Hist. Philos. non potuisset in eum prolabi errorem, quo abreptus existimauit, Hierocli de fato disputata hic confutari, quorum fragmenta Stobaeus nobis seruauit. Vnde deinde argumentum sibi nasci putauit, Caesariensem Eusebium non esse qui haec scripsit, cum qui de fato scripsit Hierocles, aetate eo sit multum inferior. Qua de re vide notata a nobis ad ea quae Ionsius de Hierocle disputauerat in limine huius operis.

2 τὸ γὰρ ἀεικιν.] desumta sunt ista ex Phaedro Platonis.

3 νευροσπασμ.] hunc locum interpres misere exceperat, quem paulo planius rectiusque me expressisse arbitror. HOLSTEN. Holstenianam autem interpretationem hic nos quoque seruauimus.

4 ὀλιγώρει φιλοσοφίας] παρὰ τὸ πρέπον φιλοσοφίᾳ πράττειν dicit Philostr. l. VI. c. 39.

5 μᾶλλον π. σοὶ &c.] nempe eos μόνους ἀνθρώπων se pro Diis habere diserte ait loco in marg. citato.

6 μηδέν τι παιδείας ἴδιον] ipsorum nempe non est quicquid in eis virtutis, sed fati, cuius necessitans vis eos ad virtutem determinat.

ὡσαύτως καὶ Δομετιανῷ τί ἠχὶ μοίρας καὶ ἀνάγκη τὴν ἀκόλαστον περιάπτεις ἀγερωχίαν, πάσης αἰτίας, καὶ παντὸς ἐγκλήματος ἐλευθερῶν τὰς ἄνδρας; ἀλλὰ καὶ εἴ τῷ πέπρωται, ὡς φῂς", δρομικῷ, καὶ τοξικῷ, καὶ τεκτονικῷ γενέσθαι[7], ἅτω δὴ γὰρ γόητι τὸν τρόπον ὄντι, μάγον ἀναφανῆναι, μιαιφόνῳ τε καὶ πονηρῷ, καὶ ἀκολάστῳ πάντως πρὸς ἐξ ἀνάγκης τοιοὺς δέ τις ἀποδήσεται. τί δῆτα ἂν περιγένοιτο τοῖς μὴ οἵοις τε τυχεῖν διορθώσεως ἀρετὴν προκηρύττοις; ἢ τί καταμέμφῃ τοῖς τὴν μοῖραν, ἀλλ' ἃ τὴν προαίρεσιν, ἀτοπωτάτοις; τί δὲ καὶ, εἰ αὐτῷ σοι πέπρωτο, θείῳ ὄντι τὴν φύσιν, ὑπεραίρειν βασιλέως δόξης[8], ἐς διδασκάλων ἐφοίτας καὶ φιλοσόφων; Ἀραβίους[9] τε καὶ Βαβυλωνίων μάγους, καὶ σοφοὺς Ἰνδῶν ἐπολυπραγμόνεις; πάντα γάρ πρὸς καὶ τῆς τούτων δίχα κοινωνίας τὰ ἐκ μοιρῶν ἐτελεῖτό σοι. τί δὲ καὶ οἷς νομίζεις θεοῖς τὰ μελιτ[ηρ]ῆτα, καὶ τὸν λιβανωτὸν ἐς μάτην ῥίπτεις", ἐυσέβειάν τε ἐπιμορφαζόμενος, ἐπ' ἐυχὰς τρέπεσθαι" τοὺς ἑταίρους παρορμᾷς; αὐτός τε ἐυχόμενος, τί παρὰ θεῶν αἰτεῖς; ὁπότε καὶ τούτων τὴν εἱμαρμένην ὁμολογεῖς κρατεῖν. καὶ μὴν ἔδει, τοὺς ἄλλους θεοὺς παραμειψάμενον, ἀνάγκη μόνον, καὶ μοίραις θύειν, καὶ τῷ Διὸς αὐτῷ μᾶλλον τὴν εἱμαρμένην προτιμᾷν. ἅτω δ' ἄν σοι θεοὶ μὲν οὐκ ἔτ' ἂν ἦσαν, καὶ εἰκότως, ἅτε μηδὲ ἀνθρώπους οἷοί τε ὠφελεῖν. ἀλλὰ καὶ εἰ ἐπέπρωτο τοὺς Ἐφεσίους" ἀλῶναι λοιμῷ πολίτας, τί, τἀναντία νομοθετῶν, παρακρούεις τὴν εἱμαρμένην; μᾶλλον δὲ πῶς ὑπερῆρας τὴν μοῖραν, τρόπαιον ὥσπερ κατ' αὐτῆς ἀράμενος; εἰ δὲ καὶ τῆς Κλωθοῦς ἐπὶ τῇ κόρῃ" τὸ νῆμα πέρας εἰλήχει, πόθεν ἐξ ὑπαρχῆς μετὰ θάνατον ἀναδησάμενος τῷ μίτῳ τὸν ἄτρακτον, ζωοποιὸς αὐτῇ παραπέφηνας; ἀλλ' ἴσως μοῖραι καὶ σεαυτὸν ἐπὶ ταῦτ' ἦγον.

ronis & Domitiani cur fato & neceſſitati infrunitam haut tribuis ſuperbiam, ab omni crimine & culpa eos abſoluens? Verum ſi cui fato tributum eſt, vt, quemadmodum ais", curſor ſit, vt ſagittarius, architectus; perinde etiam ei, qui incantamentis deditus eſt, vt magus euadat [a fatis obueniet]; ſimiliterque ſicario item, nebuloni, ſuperbo; tum omnino ex neceſſitate talis erit. Quid igitur oberrans emendationis non capacibus virtutem proponis? Aut quid in eos animaduertis, quorum fata, non vero voluntas monſtrum alunt? Imo quid, ſi ipſi tibi fatis eſt deſtinatum, vt diuina praeditus indole Imperatorem mente ſublimi deſpicias; magiſtrorum ſcholas frequentaſti? Quid Arabas, Babyloniorumque magos, & Indorum ſapientes curioſe obiiſti? Omnia enim vel citra illam conuerſationem, quae fatis eſſent decreta, tibi peragere licuiſſet. Quid iis item quos credis Deis mellitas nequicquam placentas thuraque profundis", & pietatis induens laruam diſcipulos ad preces conuertere laboras"? Imo & ipſe precatus quid Deos expoſcis? quandoquidem his quoque fata imperare exiſtimas. Atqui oportebat, ceteris Diis omiſſis, vni tantum Neceſſitati Parciſque rem diuinam te facere, ſupraque Iouem ipſum venerari fatum. Ita vero Dii nulli tibi amplius fuerint, & merito quidem, vt qui prodeſſe hominibus valeant nihil. Praeterea ſi decretum fuit, vt ciues Epheſii peſte coripiantur", quid contraria ſanciens fato te praebes aduerſum? Imo quomodo viciſti fatum, tropaeum quaſi de illo ſtatuens? Si porro in puella Clothus iam ſtamina" erant abſumpta, quo tu pacto denuo poſt mortem eius nouo colum induere filo, illique eſſe vitae redeuntis autor potuiſti? Sed te fortaſſis eaedem Parcae ad haec agenda ducebant.

"L. VIII. VII. ſ. 1

"Lib. I. cap. XXXI. coll. Lib. I. cap. Lib. IV. XXXIIX.

"L. IV. c. 2

"Lib. IV. XLV.

Οὐτι πω φήσεις κατ' ἀξίαν, πολλοῦ γε δεῖ, ὃς πρὸ τῆς ἐς τοῦτο τὸ σῶμα παρόδου" τῶν ἐν θαλάττῃ καὶ κύμασι διατελούντων γεγονέναι σεαυτὸν λέγεις. ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης, ὡς εἰκὸς, καὶ τοῦτο. ἄκων θαυμάσιος, ἅτε τῆς πρώτης γενέσε-

Nihil profers quod ad tuam faciat dignitatem, (multum abeſt,) qui antequam in corpus hoc eſſes delatus", in eorum, qui in mari, & fluctus inter aetatem conſumunt, te fuiſſe cenſu ais. Nempe neceſſitatis, vt veroſimile, & hoc eſt. Nihil ergo quo admirationem mereare, neque nata-

C. XLVI.

"Lib. III. c. XXIII.

7 γενέσθαι] hanc vocem addere auſus ſum, ſine qua mancus hic locus videbatur. Ea vero addita omnia plana ſunt, modo memineris poſt ἀναφανῆναι verbum πέπρωται repetere ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, & ſimiliter poſt μιαιφόνῳ τε καὶ πονηρῷ καὶ ἀκολάστῳ ſubintelligendum πέπρωται ταῦτα γενέσθαι.

8 ὑπεραίρειν βασιλ. δόξ.] reſpicit ad geſta inprimis cum Domitiano, vide libri VIII. cap. 1. & 2.

9 Ἀραβίους] Morell. in margine adſcripſit Ἀραβίων.

10 πάντα] Morell. in margine habet πάντως.

les

'Lib. I. cap. IV. V. "Lib. I. cap. VII. sq. *Lib. I. c. XII. XIII. †Lib. I. c. VIII & XIV. sq "Lib I. cap. XIIX. sq. *Lib III. c. XVI. sq. "Lib. V. c. I. *Lib. III. c. LVI. "Lib. V. c. XLVII.

les ' tui & educatio, neque encyclios disciplina", neque vitae genus temperantissimum*, neque philosophica exercitatio †. Nempe fatalis etiam quaedam erat necessitas, quae, ad Babylonios vt proficiscerere, te compulit". Vi item actus quasi Indorum quoque factus discipulus es*: & ad Aegyptiorum Nudos non electio tua & sapientiae studium, sed fatum te egit, collo te adigens obtorto Gadibus etiam Herculisque columnis", eooque * atque occiduo Oceano" vt oberrares: ipsoque fuso suo, vt nullo emolumento tuo hinc inde vagus discurreres, te coegit. Quod si quis sapientiae participem factum istorum ope dicat esse; eius quoque rei causa fatum erit, neque amplius vir ille in iis, qui discendi studio feruent, censebitur, neque merito existimationem consequetur ob sapientiam, quam non electione sua, sed necessitate ductus sibi comparauit. Eademque, iuxta eum si comparatio instituatur, ratio erit ipsius Pythagorae, & mancipii alicuius praestigiis dediti, & nullius pretii: ipsiusque Socratis mortem pro philosophia oppetentis & eorum qui eum capitali supplicio afficiendum decreuerunt: Diogenis item & Atticorum adolescentulorum. Vtque paucis absoluam sapientissimus & stolidissimus mortalium nihil different, nihil iniustissimus maximeque iustus, lasciuus maxime & continentissimus, timidissimus & fortissimus distabunt, si eos omnes necessitatis & fati merum constet esse ludibrium.

ως', καὶ τροφῆς, ὅτε τῆς ἐγκυκλίου παιδείας", ὅτε τῆς ἐν ἀκμῇ σώφρονος ἀγωγῆς*, ἀκ ἀσκήσεως τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ †'. ἦν δ' ἄρα τις μοιρῶν ἀνάγκη καὶ ἐς Βαβυλωνίους" ἐλαύνουσα· ὠθούμενος δ' ὥσπερ καὶ τῶν Ινδῶν* ὡμίλεις σοφοῖς, καὶ ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίων δὲ Γυμνοὺς οὐχ' ἡ προαίρεσις, οὐδ' ὁ φιλοσοφίας πόθος, μοῖρα δὲ ἦγεν· ἄγχουσα καὶ ἐπὶ τὰ Γάδειρα, καὶ τὰς Ηρακλείους στήλας", ἐῶόν τε * καὶ ἑσπέριον" Ωκεανὸν ἁλᾶσθαι· καὶ αὐταῖς ἀτράκτοις ἐς μάτην ἐξειάζετο περισρέφεσθαι. εἰ δὲ δὴ μετειληφέναι τι σοφίας αὐτὸν ἐκ τούτων εἴποι τις, μοῖρα καὶ τούτων αἰτία, καὶ οὐκ ἔτ' ἂν ἐν φιλομαθέσιν ὁ ἀνὴρ καταλεχθείη, οὐδ' ἂν εὐλόγως θαυμασθείη, τῆς οὐ κατὰ γνώμην, ἀλλὰ κατὰ ἀνάγκην αὐτῷ πορισθείσης φιλοσοφίας. ἐν ἴσῳ δ' ἂν συγκρινόμενος εἴη κατ' αὐτὸν" Πυθαγόρας αὐτός, καί τι τερατῶδες καὶ ἀπερρίμμενον ἀνδράποδον· Σωκράτης δ' αὖτος φιλοσοφίας ὑπεραποθνήσκων, καὶ οἱ τοῦτον θανάτου ἄξιον γραψάμενοι· Διογένης τε καὶ τὰ Αθηναίων μειράκια. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ὁ σοφώτατος οὐκ ἂν διαφέροι τοῦ ἀφρονεστάτου, καὶ ὁ ἀδικώτατος τοῦ δικαιοτάτου, ὅ τε ἀκόλαστος τοῦ σωφρονεστάτου, καὶ ὁ δειλότατος τοῦ ἀνδρειοτάτου, εἱμαρμένης καὶ μοιρῶν παιγνίων τούτων ἁπάντων ἀναδεδειγμένων.

C. XLVII. Sed enim contra haec praeco veritatis inclamabit dicens: Heus homines mortale & exigui temporis genus, quo ferimini incontinentiae mero ebrii? desinite demum, e crapula expergiscimini, rectisque mentis oculis augustam veritatis intuemini faciem. Fas enim non est sibi ipsi repugnare veritatem, ac a se dissentire. Neque duobus inter se maxime contrariis vnam eandemque causam subesse. Diuinae prouidentiae, omnia continentis, legibus diuinis vniuersum hoc regitur. Definita autem animae humanae potentia, principem eum ac iudicem, rectorem & dominum sui ipsius constituit: iuxta naturae leges & philosophorum placita eum docens, rerum alias esse in potestate nostra, alias vero non esse.

Ἀλλὰ γὰρ πρὸς ταῦτα ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας βοήσεται, λέγων, ὦ ἄνθρωποι, θνητὸν καὶ ἐπίκαιρον γένος, πεῖ δὴ φέρεσθε, τὸν τῆς ἀκρασίας ἄκρατον ἐμπιόντες; λήξατε ποτὲ, καὶ διαγήψατε τῆς μέθης, καὶ διανοίας ὀρθοῖς ὄμμασι τὸ σεμνὸν τῆς ἀληθείας ἐνοπτρίσασθε πρόσωπον. οὐ θέμις ἀλήθειαν πολεμεῖν ἑαυτῇ καὶ μάχεσθαι. οὐδὲ δυοῖν ἐναντιωτάτοιν μίαν ὑφεσάναι καὶ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, τὰ πάντα κρατούσης, θείοις' νόμοις διατέτακται τὸ πᾶν. ἀνθρώπων τε ψυχῆς ὅρος, αὐτοκράτορά τε καὶ κριτὴν, ἡγεμόνα τε καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ καθίσησι· φυσικοῖς νόμοις, καὶ φιλοσόφων δόγμασιν ἐκδιδάσκων, ὡς ἄρα τῶν ὄντων τὰ μέν ἐσιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

CAP. XLVI. 1 ἀσκήσεως τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ] maxime respici puto ad exercitium perpetuae abstinentiae, & ἐγκυκλίου παιδείας Pythagoricae, de quibus vide loca in margine citata.

CAP. XLVII. 1 αἰτίαν. τῆς τ. θεοῦ προν. τ. π. κρατούσης, θείοις &c.] ita distinguendum putauimus. Nam in editis erat αἰτίαν, τῆς τ. θ. προν. τ. π. κρατούσης. θείοις &c.

καὶ ἐφ' ἡμῖν μὲν ὅσα γένοιτ' ἂν κατὰ προαίρεσίν τε καὶ πρᾶξιν[2], ἃ καὶ φύσει ἐλεύθερα[3], ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα τυγχάνει. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτά, ἀλλότρια, ἃ καὶ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτὸς, ἄψυχά τε ὄντα καὶ ἄλογα, καὶ πάντη τῆς ἰδίας τῆ λογικῆ ζώα φύσεως ἀλλοτρίαν τὴν ὑπόστασιν ἔχει. τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, τὴν ἐπὶ θάτερα ὁρμὴν ἀρετῆς τε καὶ κακίας; ἕκαστος ἐν αὐτῇ κέκτηται προαιρέσει. καὶ τὸ μὲν τῶν ὅλων δεσπόζον τε καὶ ἡγεμονῆν εὐθέως περαίνει[4], κατὰ φύσιν περιπορευόμενον. τῷδ' ἀεὶ συνέπεται δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τῆ θείᾳ νόμῳ τιμωρός. τῶν δ' ἐπὶ τὰς πράξεις ὁρμῶν ἢ μοίρας, ἢδὲ εἱμαρμένης, ἢδ' ἀνάγκης αἰτία[5]· αἰτία ἑλομένῳ, θεὸς ἀναίτιος.

Et in nostra quidem potestate esse posita omnia quae ab electione nostra & operatione pendent, cum quibus & ita a natura comparatum est, vt libera sint, nec prohiberi a quopiam vel impediri queant. Quae vero in potestate nostra non sunt, ea infirma sunt, obnoxia seruituti, nihilque ad nos attinent, ad corpus pertinentia & res externas, animo & ratione destituta, atque omnino diuersam a natura animalis ratione praediti naturam habentia. In eis vero quae sunt in potestate nostra, ad alterutram partem propensionem, vel cum virtute, vel cum vitio coniunctam, in electione sua vnusquisque positam habet. Porro autem Dominus & Rector omnium recta ratione singula transigit, per vniuersam commeans naturam. Hunc assidue sequitur Nemesis, eorum qui a diuina lege discesserint vindex. Ad agendum autem quod feramur, non in Parcis fatoue & necessitate est culpa, sed culpa est in eligente; Deus omni culpa vacat.

Εἰ δὴ θρασύνοιτό τις, τῶν ἐφ' ἡμῖν ἄρτι πολεμῶν, μὴ παρακαλυπτέσθω. ἔτος ἀθεότητα ἀναφανδὸν ἐξαγορευέτω, μὴ πρόνοιαν, μὴ θεὸν, μηδέ τι ἄλλο, πλὴν μοιρῶν καὶ ἀνάγκης ὁμολογῶν. καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτοις γυμνῇ προσκαταλεγέτω κεφαλῇ, μὴ σοφὸν, μὴ ἄφρονα, μὴ δίκαιον, μὴ ἄδικον, μὴ ἐνάρετον, μὴ φαῦλον, μὴ γόητα, μὴ θεῖον ἐν ἀνθρώποις γίνεσθαι φύσει[1], μὴ φιλοσοφίαν εἶναι, μὴ παιδείαν, μήδ' ὅλως τέχνην τινὰ, μήδ' ἐπιστήμην. μή τις ἄλλον[2] τὴν φύσιν ἀγαθὸν, ἢ πονηρὸν ἀποκαλοῖτο, πάντα δὲ συλλήβδην ἀνάγκῃ καὶ μοιρῶν ἀτράκτοις περιδινεῖσθαι. ἄθεος δῆτα καὶ δυσσεβὴς ἔτος ἐν εὐσεβῶν καὶ φιλοσόφων ἀπογεγράφθω κριτηρίῳ; εἰ δ', ἐπικαλυπτόμενος ἕτερα, δοξάζειν ἐπιχείρει πρόνοιαν καὶ θεὸς, μοῖραν δ' ἐπὶ τούτοις, καὶ εἱμαρμένην, τὶς ἀνακηρύττοι· μαχομένοις καὶ ἐναντίοις παρισάμενος δόγμασιν, ἐναγέσι, δίκην ἀνοίας παράσχων, καταγεγράφθω. ταὐ-

Quod si igitur aliquis nimium audacter se gerat, in potestate nostra quae sunt impugnans, eum latere non patiamur vlterius. Imo impietatem talis aperte profiteatur, non prouidentiam, non Deum, non aliud quippiam praeter fatum & necessitatem agnoscens. Imo & quae hanc doctrinam consequuntur sine inuolucro insuper proloquatur: non dari sapientem, non stultum, non aequum, non iniquum, non virtuti deditum, non prauum, non magum, non diuinam indolem in humanis dari: neque vero philosophiam esse, neque disciplinam, neque artem omnino vllam vel scientiam. Nemo alterum [proinde] ingenio siue bonum vocet siue malum, sed confuse omnia, quasi vertigine, agi necessitate & Parcarum fusis. Impium igitur atque profanum istum in piorumne & sapientum censum referamus? Si tamen, cetera dissimulans, prouidentiam statuere & Deos, eis vero superius admittere prae se ferat fatum, merito quis velut praeconis voce exclamet; pugnantia & contraria maxime, eaque impia, admittere deprehensus iste, ad insaniae poenas subeundas condemnetur. Atque ista hucusque qui- C. XLVIII.

---

2 κατὰ προαίρεσιν τε καὶ πρᾶξιν] prior editio vt & MS. Reg. καὶ πρᾶξιν hic habent. Et ita interpres in suo codice repererat, vertens *quae ex* electione actuque proueniunt. At de emendatione nostra (qua ὄρεξις in locum πράξεως substituitur) nemo dubitabit, qui Epictetum eiusque commentatorem Simplicium vel a limine inspexit. HOLSTEN.

Sed ego qui vtrumque inspexi, de emendatione tamen Holsteniana dubito. Praeterquam enim quod προαίρεσις & πρᾶξις longe aptius sibi mutuo respondeant, ipse Epictetus ἐφ' ἡμῖν esse ait ἐνὶ λόγῳ ὅσα ἡμέτερα ΕΡΓΑ. Igitur πρᾶξιν fide omnium codicum hic retinere non dubito.

3 ἃ καὶ φύσει ἐλεύθερα] haec itidem ex Epicteti depromta enchiridio sunt, quod vide cap. 2.

4 περαίνει] ita ex coniectura restituebam pro παραινεῖ quod in editis erat omnibus. Et certe veram lectionem inuenerat etiam in suis Acciolus, ita enim vertebat: *Deus porro Dominus rerum omnium princepsque, recta ratione singula transigit.* Quod & nos retinuimus. τὸ ἐνθέως opponitur coecis fatalis necessitatis motibus.

5 αἰτία.] vocem quae librariorum vitio exciderat, oscitanter haec describentium, atque voce bis repetita turbatorum, restitui, non ingratiis vt confido Musarum.

CAP. XLVIII. 1 μὴ θεῖον ἐν ἀνθρ γίνεσθαι φύσει] miror hanc lectionem, verissimam sane, & sine qua nulla huius loci integritas, neque a Morello neque ab Holstenio receptam in textu fuisse. Plane enim inepta sunt quae illi in textu seruarunt μὴ γόητα, θεῖν ἄνθρωπον γίνεσθαι φύσει.

2 μή τις ἀλλ.] editi μή τιν' ἄλλον, quod mendosum esse tota oratio suadebat.

dem.

dem. Si autem post haec etiam in philosophorum scholis locum facere viro dignati quipiam fuerint, eis dicendum, fore, vt, vbi eum a labe aliunde adspersa purgauerint, itemque a machina, quae ex ista scriptione in eum impellitur, immunem praestiterint; omnis, quae ex hac scriptione ipsi conflari possit inuidia, e medio tollatur. Si veritatis autem metas egressus, diuinam magis, quam philosophi quae sit, excellentiam ei tribuere quis velit, ille imprudens magi omnino ei criminationem impinget. Itaque eius generis libri, Sophistica arte concinnati, apud prudentiores opprobrio & grauissimae inculpationi eius inseruituri potius mihi videntur.

τὶ μὲν ὖν ταύτῃ. εἰ δ' ἐπὶ τούτοις ἐν φιλοσόφων διατριβαῖς ἀξιοῖεν ἔτι καταλέγειν τινὲς τὸν ἄνδρα, λέξεται ὡς ἂν, εἰ ἀποκαθήροι ἑαυτὸν τῆς ἔξωθεν λύμης[3], καὶ τῆς ἀπὸ τῆσδε τῆς γραφῆς ἐπεισκυκλεμένης[4] αὐτῷ σκευῆς, φθόνος πᾶς αὐτῆς ἐκποδὼν ἂν εἴη. ὅρος δ' εἰ ἀληθείας προιών τις[5], ὑπὲρ φιλοσόφους ἐκθειάζειν αὐτὸν πειρῷτο, λάθοι ἂν αὐτῷ γόητος ἀτεχνῶς διαβολὴν ἐπεντρίβων. ὡς ταυτὶ τὰ συγγράμματα, σοφιστικῶς[6] ἀναπεπλασμένα πλέον ἐλέγχῳ[7], καὶ δεινῆς τἀνδρὸς διαβολῆς, παρὰ τοῖς νῦν ἔχουσιν, ἐμοί γε δοκεῖ περιέχειν.

---

3 τῆς ἔξωθεν λύμης] puto intelligi labem, ab ipso Philostrato, parum prudente encomiasta, ineptis laudibus Apollonio adspersam. Quem verissimum sensum esse patebit conferenti cum istis quae supra Eusebius habebat capite V. toto.

4 ἐπεισκυκλεμένης] vide de hac voce notata ad vitam Apollonii lib. VI. c. 10.

5 ὅρος δ' εἰ ἀλ. προιών τις &c.] plane gemina supra legimus in hoc libro c. 5.

6 σοφιστικῶς] ita pro σοφιστικὰς, quod in editis erat, legendum esse vel coecus iudicet.

7 πλέον ἐλ.] editi ὰ πλέον ἐλ. Negatiuae particulae aperte hic sensus reclamat, quam eliminandam propterea duximus.

ΦΛΑΥΙΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΒΙΟΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.

FLAVII PHILOSTRATI VITAE SOPHISTARVM.

LECTORI S.

PHiloſtrati *vitas Sophiſtarum*, eloquentiae pariter ac litterariae hiſtoriae ſtudioſis commendatiſſimum opus, communem iſtam bonorum librorum cladem effugiſſe, hoc magis litterariae rei eſt gratulandum, quo maior eius non tantum ob rerum varietatem ſtylique nitorem iucunditas, verum & ob cenſuram celeberrimorum eloquentiae profeſſorum, fragmentaque ex eorum orationibus, varii characteris, excerpta, vtilitas eſt. Sane ſi eo modo tractatam artis cuiuſque hiſtoriam haberemus, & aetatis cuiuſuis in ea vel incrementa noſſemus vel damna, bene ſperandum eſſet de progreſſibus in artibus & ſcientiis faciendis, iiſdemque ad eam ἀκμὴν perducendis, a qua iſta mundi aetate tam longe adhuc remotas eas eſſe plerique non immerito miramur.

Operis eius mentionem fecere Syneſius in vita Dionis, Zonaras item in Annalium ſecundo, Suidas v. Φιλόστρατος, quorum loca Viro doctiſſ. Ioanni Meurſio in Diſſertatione de Philoſtratis obſeruata iam fuere. Iis addendus locus Suidae v. Ηρώδης & Eunapii inprimis de vitis ſophiſtarum p. 5. Ibi poſtquam Porphyrium & Sotionem philoſophorum hiſtoriam, vltra Platonis tempora non productam, litteris tradidiſſe narraſſet, eorumque quae media inde aetate floruiſſent philoſophorum & ſophiſtarum obſcuram eſſe memoriam dixiſſet, redeuntis inde ſeculi ſophiſtici hiſtoriam Philoſtratum noſtrum texuiſſe ait. En verba: ἀλλ' ὁ μὲν Πορφύριος, ἕτω συμβᾶν εἰς Πλάτωνα ἐτελέυτα. — τῆς δὲ ἐν τῷ μέσῳ Φορᾶς φιλοσόφων τε ἀνδρῶν καὶ σοφιστῶν ἀδιηγήτυ γενομένης, κατὰ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς ἀρετῆς, Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος τὰς τῶν ἀρίστων ἐξ ἐπιδρομῆς μετὰ χάριτος παρέπτυσε βίβς. Verto: *Verum Porphyrius quidem, quod ſic illi viſum eſſet, in Platonem deſiit. — Cumque media inde philoſophorum & ſophiſtarum ſucceſſio nemini ſit explicata pro virtutis ſuae excellentia & varietate, Lemnius quidem Philoſtratus, praecipuorum vitas, facilitate ſumma, coniuncta cum venuſtate explicauit.*

Ad quem locum penitus intelligendum obſeruandum videtur, primam philoſophorum & ſophiſtarum Φορὰν Philoſtrato eam dici, quae a Thalete inde & Gorgia vſque ad Platonis ac Demoſthenis tempora continuatur. Ab eo inde tempore interuallo haut modico qui fuere ſophiſtae, de iis nihil memoriae proditum: quare noua Φορὰ a Domitiani inde orta temporibus, quibus Scopelianus, Nicetas, Atticus, Iſaeus aliique florere coeperunt, & continuata ad Alexandrum vſque Seuerum eſt, quam perſequitur Hiſtoria Philoſtrati. Μέση Φορὰ appellatur, eo quod litterarum monimentis conſeruata poſt primam, quae in Platonem deſinit, alia nulla fuerit. Atque eius quidem Φορᾶς ſophiſtas a Philoſtrato, philoſophos a nemine celebratos prout decebat Eunapius conqueritur. Eandem paulo poſt p. 10. τρίτην Φορὰν appellat, ratione ſcilicet habita eius, quae a Platonis inde temporibus obtinuerat vſque ad ſeculi poſt C. N. primi exitum fere, quae quod nulla eius in litterarum monimentis memoria extaret, antea in cenſum ipſi non venerat. Vt adeo huncce computandi modum ſequentes primam habeamus φορὰν a Thalete & Gorgia vſque ad Platonem & Demoſthenem, ſecundam ἀφανῆ illam, tertiam quam ante τὴν ἐν μέσῳ Φορὰν vocauerat, a temporibus Domitiani vſque ad Alexandrum Seuerum, vſque ad quem τὸ τῶν ἀρίστων φιλοσόφων

γένος διατείνειν ipse ait. Atque ita quidem colligas ex perturbatissimo cetera Eunapii loco p. 10, vbi τρίτην ἀνδρῶν γενέσθαι Φορὰν ait, moxque addit: ἡ μὲν δευτέρα μετὰ τὴν Πλάτωνος πᾶσιν ἀφανὴς ἀνακεκήρυκται. Ipse igitur suo, quod ab ipso habemus, opusculo nouam persequitur philosophorum Φορὰν, eorum nempe qui inde ab Alexandri Seueri aetate floruerunt: in quibus primus est Plotinus, atque eius Φορᾶς seipsum quoque, Iamblichi discipulum, in vita huius philosophi p. 33. esse fatetur.

Philostrati vero opus quod attinet, illud quidem IV. libris contineri Suidas testatus est. Opera enim eius recensens βίβλος σοφιστῶν scripsisse ait ἐν βιβλίοις δ', quo loco viri doctissimi Meursius atque Ionsius β' iampridem rescribendum esse docuere pro δ', vt duos libros de vitis sophistarum scripsisse intelligatur, freti ipsius Philostrati testimonio, qui in dedicatione huius operis ad Antonium Consulem εἰς δύο βίβλους sophistarum res sese dicat digessisse. Sane nihil deesse huic Sophistarum historiae, sed integra nos frui ea vel ex eo patet, quod perducatur ad Alexandri Seueri tempora vsque, nam in Aeliani vita exitus Elagabali fit mentio, vt ad eum locum notatum. Sub eo vero Imperatore se scripsisse vitas istas ipse innuit Philostratus. Nam in Aspasii vita eo iam sene sibi eas elaboratas ait, vixit autem Aspasius teste Suida sub Alexandro, vt adeo haec historia vltra eius Imperatoris tempora produci haut potuerit.

Haut paucos autem eruditorum ordo in his vitis turbauit, visaeque illae obscuriores Viro summo, quod Imperatores, coram quibus gesta nonnulla esse passim referuntur, ex nomine rarissime designentur. Primus quod sciam eam obscuritatem nuper dispellere coepit vir clarissimus Iacobus Perizonius, in praefatione editioni luculentae variarum historiarum Aeliani praemissa. Vbi rectissime obseruauit hoc opere *primum* recenseri *philosophos* qui & sophistae sint habiti, dein *veros sophistas*. Eius nempe rei indicium fecerat Synesius in vita Dionis, initio: Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος ἀναγράφων τὰς βίους τῶν μέχρι αὐτῷ σοφιστῶν ἐν ἀρχῇ τῷ λόγῳ δύο μερίδας ποιεῖ, τῶν τε αὐτὸ τοῦτο σοφιστῶν, καὶ τῶν ὅσοι φιλοσοφήσαντες διὰ τὴν εὐσομίαν ὑπὸ τῆς φήμης εἰς τὰς σοφιστὰς ἀπηνέχθησαν· & ad quem prouocat Synesius, ipse Philostratus clarissime: tum in praefatione ad Antonium Consulem, sub initium, quem locum spectabat Synesius, ibi enim vt post Morellum emendauimus τὰς ἐν δόξῃ τοῦ σοφιστεῦσαι φιλοσοφήσαντας, καὶ τὰς ἔτω κυρίως προσρηθέντας σοφιστὰς duobus libris se comprehensurum pollicetur: tum rursum sub prooemii finem, vbi diserte dicit, *sophistas* a veteribus appellatos fuisse non tantum rhetores splendidos, sed & τῶν φιλοσόφων τὰς ξὺν εὐροίᾳ ἑρμηνεύοντας, de quibus proinde *primo* loco se ait dicturum, vt postea scilicet de *veris sophistis* etiam ageret. Cumque adeo Eudoxi, Leonis, Diantis, Carneadis, Philostrati Aegyptii, Theomnesti, Dionis, Fauorini res exposuisset, atque ita ad Imperatoris Hadriani tempora peruenisset, parte prima huius tractationis absoluta, ita vitam Fauorini concludit, τοσαῦτα μὲν ὑπὲρ τῶν φιλοσοφησάντων ἐν δόξῃ τοῦ σοφιστεῦσαι, οἱ δὲ κυρίως προσρηθέντες σοφισταὶ ἐγένοντο οἵδε. Atque ita a *Gorgia* alterius partis tractationis initium ducit, quae veros & proprie sic dictos sophistas complectitur. Sed & illi rursus in duas ei classes dispescuntur; scilicet in *antiquae* & *nouae* vel potius *secundae* sophisticae professores. Vide prolixe prooemio eam ipsum distinctionem persequentem. *Antiquae* igitur *sophisticae* professorum historiam a *Gorgia* inde exorsus, finit in *Isocrate*. Vnde sequentem Aeschinis vitam ita auspicatur

περὶ

περὶ δὲ Αισχίνᾳ ὧν φαμεν τῆς ΔΕΥΤΕΡΑΣ σοφιστικῆς ἄρξαι. Atque hinc est quod primum librum harum vitarum in tres sectiones diuiserimus, quarum *prima Philosophi* continentur, qui sophistarum nomen apud veteres obtinuerunt, *secunda* autem *sophisticae antiquae*, & *tertia* denique *nouae* professores, quod bona lectorum venia nos ausos fuisse confidimus.

Vt eidem autem iam obseruatum clarissimo Perizonio, in vtroque genere exsequendo accurate habuit aetatis rationem Philostratus. Philosophorum enim rebus in Fauorino, qui ad Hadriani Imperatoris tempora spectat absolutis, inde a *Gorgia* rursus sophistarum historiam exorditur: qua libro primo itidem ad Hadriani tempora perducta, (in ea enim maxime incidunt Dionysii, Lolliani, Polemonis, Marci & Secundi res gestae, quae extremum libri primi occupant,) atque adeo sophistarum historia ad eundem terminum producta, ad quem narrationem de philosophis, qui ob eloquentiam sophistarum indepti fuerant nomen, protraxerant, libro primo finem imponit. Atque sic librum secundum ab *Herode* exorditur, cui cum Antoninis plurimum negotii fuit, quorum aetate proinde, pariter ac sequentium Imperatorum, vsque ad Alexandrum qui maxime floruerunt Sophistae, toto libro secundo delineantur. Qua quidem de re vt certius constaret atque distinctius, temporum characteribus paulo diligentius obseruatis, ordine chronologico quae huisce vitis continentur, quousque fieri potuit, ad calcem huius libri repraesentauimus. Qua opera eo lubentius sumus defuncti, quod plura de historia studiorum eloquentiae obseruaturis qualemcunque ea manuductionem valeat praestare.

Subsidia quibus Philostratus in ea historia concinnanda sit vsus vt indicemus supereſt. Quae igitur in antiquioribus quidem, & a sua aetate magis remotis, siue philosophis siue sophistis delineandis ob oculos habere potuerit veterum loca, in notis, qua potuimus fide, indicauimus. Recentiores quod attinet, qui a Domitiani inde & sequentium inprimis Imperatorum aetate floruerant, ipse, per quos profecerit, haut dissimulat. Multa se a πρεσβυτέροις qui vel ipsi vidissent, vel a testibus αὐτόπταις accipere potuissent, se habere ait in vita *Aristoclis* itemque *Philagri* §. II: τὰς ἑαυτῆ διδασκάλας quoque allegat in vita *Adriani* §. I. Inprimis autem ab Aristaeo se multa habere in vita *Dionysii* §. IV. innuit, quem Graecorum καθ' αὐτὸν πρεσβύτατον dicit, καὶ πλεῖστα ὑπὲρ τῶν σοφιστῶν εἰδότα. Sic & a Ctesidemo Athenienſi nonnulla se accepisse ait de Herode, quae ipsum Ctesidemum inter & Herodem acta fuerant, vita *Herodis* §. VI. Denique Damiano, cuius & ipse vitam descripsit, se non pauca debere fatetur: ab eo enim se habere, quae de Aristide narrat in vita eius §. III: imo omnia quae de Aristide & Adriano in litteras retulit, vt est in vita *Damiani* §. III. Vnde liquet eum potissimum esse, a quo accepit quae in vita *Adriani* a διδασκάλοις suis se ait habere. Praeterea magnam partem sophistarum, de quibus commentatus est, ipse nouerat familiariter, quos vel maiores aetate audiuit, suspexit, coluit, vel tanquam cum aequalibus familiariter est versatus. Damianum in praeceptoribus eius fuisse iam audiuimus. Antipatri Hieropolitani ἀκροάσεσι se interfuisse ait, eumque θεῶν διδάσκαλον appellasse vna cum ceteris ei applaudentibus ἐν τοῖς ἀκροάσεως ἐπαίνοις. Aspasium iam senem Romae se nouisse, dum vitas has scriberet, innuit. Philostratum denique aetate supparem se nouisse clarissime indicat, & nimia cum eo necessitudine excusat, quod plura de eo in commentarios hosce non retulerit.

Ceterum non omnes eius aetatis ſophiſtas in hos commentarios retulit Philoſtratus, ſed, vt bene Eunapius monet, τὰς τῶν ἀρίστων. Sic ipſe enim de nonnullis ſcribere veretur, ne amicitiae in eos dediſſe videatur laudes quibus ex merito ſint proſequendi. Tales Philoſtratus alter, Nicagoras & Apſines: vide vitam *Aſpaſii* §. IV. Alios rurſum tanquam indignos hoc cenſu excludit, Soteros, Soſos, Nicandros, Phaedros, Cyros & Phylacas, ſub vitae *Damiani* initium. Quamuis tamen negandum non ſit aliquam multos eum commemoraſſe, qui, prout ex ipſo colligere licet, non multo clarius de eloquentiae ſtudiis meriti fuerant. Exempli loco eſſe poſſunt Varus, Phoenix & Heliodorus. Praeterea quorundam obiter tantum & velut per tranſennam meminit, occaſione oblata ex negotiis quae cum iis, quorum vitas deſcripſit, eis interceſſere, quos in chronologia harum vitarum ſuo loco exhibuimus. Lucianum Samoſatenſem praetereundum haut fuiſſe, vt qui huius Φορᾶς fuerit, aetatis Antoninorum ſcriptor, iudicat vir cl. Voſſius, pater, de Rhetoric. Natur. c. 12. p. 83. Maxime cum ipſe ſub finem Apol. pro mercede cond. p. 516. μεγαλομίσθοις σοφισαῖς ſeſe accenſeat: adde plura in eam rem p. 513. vbi & πολυτάλαντον μισθὸν vt ſophiſtam ab Imperatore ſe meruiſſe ait. Verum forte Lucianus ille profeſſione ſophiſta non fuit, ſed varias variis dialogis pro re nata perſonas induit. Sane hiſtoriarum ſcriptorem ſe dicit in Aſino p. 170. Imo ſuſpicio mihi pridem fuit, Pſeudonymum eſſe Lucianum, quod & veroſimile facit genus ſcribendi. Nihil enim ſacrum profanumue intactum relinquentem, nomen omnibus lectoribus proſtituere voluiſſe haut puto: probabile reddunt & alia quaedam, in quibus & hoc: quod modo Syrum ſe faciat & Samoſatenum, modo Achiuum, Patris ortum. vide *Aſinum* p. 171. Verum ea quidem de re prudentiorum eſto iudicium: praefandi enim nobis modus habendus.

PRAEFATIO NICOL. GERBELII,

Praemissa versioni harum vitarum Bonfinianae, ex aedibus Schurerianis An. 1516. in 4.

HIerabotanen herbam esse dicunt ramulis tenuibus, cubitalibus, angulosis. Foliis paulo quam quercus minoribus, maioribus diuisuris. Flore glauco, radice longa & pertenui. Ea si quis perungatur, nihil eum impetrare non posse. Eius item aqua si quando triclinia conspergantur, conuictus fieri hilariores laetioresque. Et quidem in primis admiratione dignum existimes, concordiam parat, conciliat amicitias. Magnam sane vim herbis atque potentiam inesse, praeter reliquos Homerus, doctrinarum & antiquitatis parens, persaepe commeminit. Tu vero, suauissime mi Rudalphingie, nulla opitulante herba, nullis adiuuantibus succis; sed memorabili simul & insigni beneuolentia & humanitate tua, tantam tibi amicorum turbam comparasti, vt nullus fere sit vspiam angulus, qui non vnum, vel etiam alterum habeat mansuetudinis tuae praeconem. Es tu quidem (vt vere dicam) amicis tuis sacra illa Verbenaca vel Hierabotane, de qua paulo superius diximus. Si quis etenim fauore tuo perunctus fuerit, nihil non impetrat, nihil est fere quod non felicibus auibus assequatur. Cui tu conuiuio vnquam affuisti, quod non feceris hilarius? Quem tu eruditorum non euicisti beneuolentia, retinuisti humanitate, amicitia foues? E quorum numero tametsi minimus sim ego, eo tamen a te sum beneficiorum cumulo exornatus, vt maxime olim multis nominibus, multisque modis gratiam tibi referre debeam. Quod etiamsi pro munerum tuorum magnificentia praestare nequeam, nunquam mihi tamen animus deerit, maxima quaeque commoliendi, quo tuae satisfaciam erga me beneuolentiae, & crimen a me abiiciam, non parum multum ab omnibus reprehensae ingratitudinis. Cuius rei praegustationem facere collibuit, & veluti παρασκευὴν hisce sophistarum vitis, quas tuo dedicamus honori. Non vt mihi totum hoc acceptum referas, sed non minus multo praeclaro viro Ioanni Gremperio, qui multis sane laboribus, multis precibus, multis denique lacrymis librum hunc e Budensi Bibliotheca extorsit, eumque mihi tanquam amico sumimo exscribendum concredidit, deditque potestatem nobis si quando gratificari vellemus studiosis, possemus vtique. Dignus profecto laude multa Gremperius, qui tam precioſum thesaurum sub modio non occuluit, sed protulit in medium, communemque fieri voluit iis omnibus, qui ex aliorum vita bona, tanquam formula quadam, suam facere cupiunt meliorem. Ad me quod attinet, ornatissime mi Rudalphingie, quo tibi, studiosisque reliquis rem gratam facerem, Graecum exemplar cum hoc contuli. Mirum quantam vndequaque offenderim diuersitatem. Partim in propriis nominibus, quorum in hoc libro frequens copia. Partim in sententiis, quae vsque adeo cohaerebant impolite, vt nihil impolitius, adeo breues, vt cum obscuritate multa, vix possent intelligi. Diu subdubitabamus, an id transcribentium tribuendum esset ignauiae, vel ipsi potius interpreti. Nihil erat dispendii in discrimen vocare tabellarios, qui vni huic culpae obnoxii sunt saepenumero. Inhumanum vero, erroris insimulare virum (vt mea quidem fert opinio) non indoctum omnino, nec penitus a cognitione bonarum literarum alienum. Quicquid id est, diligenter admodum te pariter & studiosissimum quemque monemus, vt Latina Graecis conferantur. Nos, tametsi non parum multa e singulis fere angulis promineant, loca aliquot subindicabimus, quibus a Latinis Graeca δὶς διὰ πασῶν discrepant, vt vel his saltem indiciis animaduerti queat, quid aliubi studioso lectori sit agendum. Statim in initio operis meminit oraculi cuiuspiam, cuius hoc est initium ὤιδα δ' ἐγὼ ψάμμα, & quae sequuntur. Quod oraculum qua fide redditum sit, doctis diiudicandum relinquimus. In vita Leonis Byzantii circa finem haec verba ponuntur, ἔστι μοι καὶ γυνὴ πολλῷ παχυτέρα, quae ita fuerant translata: *Magna quidem mihi & coniugi pinguedo est*, quod an recte factum sit, nemo non mediocriter eruditus in literis Graecis intelliget. In vita Fauorini relicti fuerant integri aliquot versus, quos vtcunque potuimus, curauimus adscribi. In primis illud αὐτολεκύθα & sequentia. Propter haec & alia nonnulla (praelongum enim foret commemorare omnia) diu anceps fuit consilium, an emittendi essent hi sophistae in publicum nec ne. Vicit haec tandem ratio, futurum forsitan aliquem eruditum virum, qui tam elegantem librum, tot salibus, tot sententiis, tot rebus dignis vt ab omnibus cognoscantur, refertum, suo restituat candori. Tu vero, humanissime mi Rudalphingie, munus hoc, qualecunque est, placida fronte suscipito. Quo si te magnopere gauisum cognouerimus, ansam praebebis nobis his forsitan longe meliora parandi, ad communem studiosorum vtilitatem. Viue felix.

* * * * * * *

INDEX SOPHISTARVM.

Quorum in hoc opere vitae explicantur.

I Eudoxus
II Leo
III Dias
IV Carneades
V Philoſtratus
VI Theomneſtus
VII Dion
VIII Fauorinus
IX Gorgias
X Protagoras
XI Hippias
XII Prodicus
XIII Polus
XIV Thraſymachus
XV Antiphon
XVI Critias
XVII Iſocrates
XVIII Aeſchines
XIX Nicetes
XX Iſaeus
XXI Scopelianus
XXII Dionyſius
XXIII Lollianus
XXIV Marcus
XXV Polemon
XXVI Secundus

LIB. II.

I Herodes
II Theodotus
III Ariſtocles
IV Antiochus
V Alexander
VI Varus Pergaeus
VII Hermogenes
VIII Philager
IX Ariſtides
X Adrianus
XI Chreſtus
XII Pollux
XIII Pauſanias
XIV Athenodorus
XV Ptolemaeus
XVI Euodianus
XVII Ruffus
XVIII Oenomarchus
XIX Apollonius Naucr.
XX Apollonius Athen.
XXI Proclus
XXII Phoenix
XXIII Damianus
XXIV Antipater
XXV Hermocrates
XXVI Heraclides
XXVII Hippodromus
XXVIII Varus Laodicenſ.
XXIX Cyrinus
XXX Philiſcus
XXXI Aelianus
XXXII Heliodorus
XXXIII Aſpaſius

ΦΛΑΥΙΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ[1] ΒΙΟΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ[2].

FLAVII PHILOSTRATI VITAE SOPHISTARVM.

Ad illustrissimum Consulem Antonium.

EOs qui sophistae vulgo audientes, philosophiae incubuerunt; eosque item qui proprie sophistae appellati fuere, duobus libris tibi descripsi: gnarus nempe cognationem cum hac arte tibi esse; qui genus ad Herodem sophistam referas: inque mentem mihi praeterea reuocans ea, quae Antiochiae olim in Apollinis Daphnaei templo de sophistis vna musinati sumus. Parentes hercle omnium non recensui, sed eorum tantum, qui e claro orti genere essent. Certe enim

Τῷ λαμπροτάτῳ ὑπάτῳ Αντωνίῳ Γορδιανῷ Φλαύιος Φιλόστρατος[3].

Τοὺς ἐν δόξῃ τῇ σοφιστεῦσαι φιλοσοφήσαντας[4], καὶ τὰς ἄτω κυρίως προσρηθέντας σοφιστὰς, εἰς δύο βίβλους ἀνέγραψά σοι· γινώσκων μὲν, ὅτι καὶ γένος ἐστί σοι πρὸς τὴν τέχνην, ἐς Ηρώδην τὸν σοφιστὴν ἀναφέροντι[5]· μεμνημένος δὲ καὶ τῶν κατὰ τὴν Αντιοχείαν σπουδασθέντων ποτὲ ἡμῖν ὑπὲρ σοφιστῶν ἐν τῷ τῶ Δαφναίᾳ ἱερῷ[6]. πατέρας δὲ προσέγραψα μὰ Δί' ἁπάντων, ἀλλὰ τοῖς ἀπ' ἐυδοκίμων. οἶδα γὰρ

---

1 Φλ. Φιλοστράτυ] cum tres Philostrati extiterint celebriores, imo quatuor secundum nonnullos, quis ex iis harum vitarum sit autor, in Prolegomenis toti huic volumini praemissis est disputatum.

2 βίοι σοφιστῶν] quid σοφισαὶ ista aetate fuerint, ipse autor paulo post in praefat. huius operis explicat. De methodo autem & ordine huius operis fusius egi in *prolegomenis* ad has vitas, quae vide.

3 ὑπάτῳ Αντωνίῳ Γορδιανῷ Φλάνιος Φιλόστρατος] optimae notae codex, cuius vsum debemus viro nobilissimo Carolo Schenckio, Hamburgensi, & ex quo omnes harum vitarum lacunas, vnica excepta, licuit implere, suppeditauit nobis voces Γορδιανῷ Φλάνιος, quae in editis deerant. Codex Collegii Noui apud Oxonienses legit: Αντωνίῳ Φιλόστρατος τῷ μετὰ Σεβῆρον ἄρξαντι, quae postrema scholium sapiunt. Aldina quoque editio habet Αντωνίῳ Φιλόστρατος, adscriptaque inuenio meo exemplari ista: Φλάνιος τῷ μετὰ Σεβῆρον ἄρξαντι ἐυτυχεῖν. Manifestum puto esse aliquem ex *Gordianis*, qui post *Alexandrum Seuerum* Augusti facti sunt, intellexisse, quicunque sunt illarum inscriptionum autores. Et sane tempus egregie conuenit. Nam, sub Alexandro Seuero scriptas esse has vitas, clarissimum: in vita *Aeliani* fit *Elagabali* mentio tanquam mortui, & in *Aspasio*, eo Romae florente, concinnata haec Sophistarum historia dicitur. Suida autem teste ille sub *Alexandro Seuero* floruit, nec quisquam post *Alexandrum Seuerum* in his vitis nominatur Imperator. Nescio itaque cur vir cl. Io. Meursius statuat, scribere has vitas coepisse Philostratum sub *Macrino*, cum consulatu fungeretur *Antoninus Diadumenus*, ad quem etiam dedicationem spectare putat: quamuis ad *Getam Caracallam*, vel *Elagabalum* eandem non inuitus referri patiatur: sed ista omnia rationibus iam allegatis solide confutantur. Melius omnino ad *Gordianorum* aliquem haec dedicatio referetur. Cum tres autem fuerint hoc nomine, vel, vt nonnulli volunt, quatuor; necesse est, vt ex duobus prioribus, patre & filio, aliquis intelligatur, quos solos consulatum paulo ante Alexandrum Seuerum, vel sub eo, gessisse constat. Ex quibus tamen patrem esse puto, ad quem hic scribitur. Illum enim sophisticis studiis deditum fuisse, *vt qui in Athenaeo controuersiis declamauerit*, discimus ex Capitolino in *Gordianis* c. 13. Indeque est, quod *Antonii* & *Antonini* nomen promiscue sit in inscriptione huius epistolae: nam Gordianum patrem multi dicunt *Antonini*, vt plerique autem adserunt, *Antonii* nomen sibi adscripsisse, Capitolin. loc. cit. cap. 4. *filium autem tantum Antoninum ditum satis constare*, idem cap. 4. & 17. testatur. Fuit vero *Gordianus*, pater, consul bis, semel cum *Caracalla*, altera vice cum *Alexandro Seuero*, vid. Capitolin. c. 4. Consul nempe suffectus, nam in fastis eius nomen non comparet: vnde difficile tempus illorum consulatuum assignare. N. Tillemontio ad A. C. 213 & 229. illos referre visum, nulla ratione adducta. Hoc certum puto, inter primum & secundum illorum consulatuum scriptam hanc epistolam esse: nam si post secundum exarata esset, Δισύπατον vocasset Gordianum Philostratus, quod alias ipsi nomen hac in re vsurpatum.

4 τὰς ἐν δόξῃ τῇ σοφιστεῦσαι φιλοσοφήσαντας] editi habent τὰς ἐν δόξῃ τῇ φιλοσοφῆσαι σοφιστεύσαντας. Nostram emendationem, quae & Morello iampridem placuit, firmat conclusio huius prooemii, vbi σοφιστὰς non tantum ῥήτορας λαμπρὰς olim vocatos ait, sed etiam *philosophos*, qui ἐκ ὄντες σοφισαὶ, δοκοῦντες δὲ, παρῆλθον ἐς τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην: adeoque ἐν δόξῃ τῇ σοφιστεῦσαι φιλοσόφησαν. Ibidem dicit horum vitas se praemittere velle vitis sophistarum proprie talium: quibus etiam in vita *Fauorini* coronidem imponens, καὶ τοσαῦτα, inquit, μὲν ὑπὲρ τῶν φιλοσοφησάντων ἐν δόξῃ τῇ σοφιστεῦσαι, atque talibus rursus vt h. l. opponit τὰς κυρίως προσρηθείσας σοφιστὰς, quales Gorgias, Protagoras, & quorum inde sequuntur vitae omnes. Firmat hanc emendationem & hoc, quod Synes. vita Dionis, statim initio, dicat Philostratum ἐν ἀρχῇ huius libri δύο μερίδας ποιεῖν, τῶν τε αὐτὸ τοῦτο σοφιστῶν καὶ τῶν ὅσοι φιλοσοφήσαντες διὰ τὴν ἐυφορίαν ὑπὸ τῆς φήμης ἐις τὰς σοφιστὰς ἀπηνέχθησαν. Ad hunc ipsum igitur locum respicit, nam haec est ἀρχὴ τῦ λόγυ, atque adeo nostram hic lectionem secutus est.

5 ἐς Ηρώδ. τὸν σοφιστ. ἀναφέροντι] non obstare hoc debet, quo minus Gordianus esse credatur, ad quem scripta haec epistola fuit. Nam cum Herode Attico ipsi intercedere cognatio potuit, quandoquidem ipsum quoque amplissimis Romanorum familiis innexum fuisse inf. ex vita eius patet. Saltem materno genere ipsum potuit attingere, quod non necesse erat Capitolinum commemorare, qui illustriores familias Romanas habebat, ad quas origines referre, Gordiano apud Romanos magis erat honorificum. Noster vero de Sophistis scribens cognationis cum illustri sophista, eoque consulari viro, & liberarum in Asia ciuitatum *Archonte* mentionem faciendam esse existimauit.

6 ἐν τῷ Δαφναίᾳ ἱερῷ] verba haec adiecimus ex codice S. Δαφναῖος autem Apollo intelligitur, cuius celeberrimum in *Daphne* Antiochiae suburbio templum, cuius passim apud Geographos, Patres, ICtos, imo & in veteribus nummis mentio. In templis autem διατριβὰς haut raro philosophos & sophistas fecisse, ibique docuisse patet ex vita Apollonii l. I. c. 8. & passim. Sic & Megistias apud Smyrnaeos in templo discipulos instituisse dicitur inf. lib. II. vita *Hippodromi*.

δὴ

δὴ[7] καὶ Κριτίαν[8] τὸν σοφιστὴν ἐκ ἐκ πατέρων, ἀλλ' Ομήρᾳ δὴ μόνον[9], ἐπιμνησθέντα, ἐπειδὴ θαῦμα δηλώσειν ἔμελλε πατέρα Ομήρᾳ ποταμὸν εἶναι[10]. καὶ ἄλλως, ἐκ εὐτυχὲς τῷ βελομένῳ[11] πολλὰ εἰδέναι πατέρα μὲν τὸ δεῖνος ἐξεπίσασθαι καὶ μητέρα, τὰς δὲ περὶ αὐτὸν ἀρετάς τε καὶ κακίας ἐ γινώσκειν, μηδ' ὅ, τι κατώρθωσέ τε ἔτος, καὶ ἐσφάλη ἢ τύχῃ, ἢ γνώμῃ. τὸ δὲ φρόντισμα τοῦτο, ἄριστε ὑπάτων, καὶ τὰ ἄχθη σοι κουφιεῖ τῆς γνώμης, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς Ελένης[12] τοῖς Αιγυπτίοις φαρμάκοις. Ἐρρῶσθαι Μουσηγέτα.

Critiam quoque sophistam memini neminem, parentum facta mentione, nisi Homerum commemorare solum: eo quod rem miram memoriae mandandam duceret, patrem nempe Homero fluuium esse. Praeterea discendi cupido parum interest, huius vel illius patrem nosse & matrem accurate, nec virtutes vero eius & vitia scire: neque quid recte is aut secus fecerit, siue casu siue consilio. Hoc vero studium, Consul Excellentissime, animi laboribus te quoque leuabit, vt Aegyptiis medicamentis olim Helenae crater. Vale Musarum princeps.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὴν ἀρχαίαν σοφιστικὴν, ῥητορικὴν ἡγεῖσθαι χρὴ φιλοσοφοῦσαν[1]. διαλέγεται μὲν γὰρ ὑπὲρ ὧν οἱ φιλοσοφοῦντες. ἃ δὲ ἐκεῖνοι τὰς ἐρωτήσεις ὑποκαθήμενοι[2], καὶ τὰ σμικρὰ τῷ ζητουμένῳ προσβιβάζοντες, ἅπω φασὶ γινώσκειν[3], ταῦτα ὁ παλαιὸς σοφιστὴς ὡς εἰδὼς λέγει[4]. προοίμια γοῦν ποιεῖται τῶν λόγων τὸ οἶδα, καὶ τὸ γιγνώσκω, καὶ πάλαι διέσκεμμαι, καὶ βέβαιον ἀνθρώπῳ οὐδέν. ἡ δὲ τοιαύτη ἰδέα τῶν προοιμίων εὐγένειάν τε παρέχει τῶν λόγων, καὶ φρόνημα, καὶ κατάληψιν σαφῆ τοῦ ὄντος. ἥρμοσαι δὲ ἡ μὲν τῇ ἀνθρωπίνῃ μαντικῇ[5], ἣν Αιγύπτιοί τε καὶ Χαλδαῖοι, καὶ πρὸ τούτων Ινδοὶ ξυνέθεσαν, μορίοις[6] ἀστέρων σχολάζομενοι τῷ ὄν-

PROOEMIVM.

Priscam sophistarum artem rhetoricam statuere par est philosophantem. Nam de iisdem rebus, de quibus philosophi, disputare solet. Quae tamen illi interrogatiunculas subornantes, & identidem ei quod interrogando elicuerant aliquantulum adiicientes, se quidem ignorare dicunt, haec antiquus sophista tanquam certo cognoscens proferet. Orationem itaque ita exordiri solet: *Scio & cognosco:* ac rursus, *dubito*, itemque, *nihil homini exploratum.* Tale autem exordii genus ingenuam orationis indolem prodit, & animi fiduciam, claramque rei apprehensionem. Similisque est philosophorum quidem mos humanae vaticinationi, quam Aegyptii & Chaldaei, atque ante hos Indi constituerunt, ex domibus stellarum, quod res

---

7 οἶδα γὰρ δὴ] δὴ addidi ex cod. S.

8 Κριτίαν] quem virorum doctorum vitas scripsisse ex hoc ipso loco colligere par erat, nusquam tamen, quod meminerim, commemoratas alibi.

9 ἀλλ' Ομήρ. δὴ μόνον] idem est ac εἰ μὴ Ομ. &c. Ceterum verba quae sequebantur σὺν τῷ πατρὶ tanquam superflua liturae mihi videbantur mereri.

10 ποταμὸν] *Meles* ille fuit, a quo *Melesigenes* prius dictus Homerus, videndi qui de vita, patria, Apotheosi Homeri scripserunt.

11 τῷ βελομ.] articulum adiecimus ex cod. S.

12 ὁ κρατὴρ τῆς Ελένης] vide notata ad vit. Apollonii lib. VII. c. 22.

PROOEM. 1 ῥητορικὴν ἡγεῖσθαι χρὴ φιλοσοφοῦσαν] non confundendi ἀρχαίας σοφιστικῆς cultores cum iis quos paulo ante in epistola ad Antonium noster ἐν δόξῃ τοῦ σοφιστεύσαι φιλοσοφήσαντας dixit. Nempe hi veri philosophi erant, quos tamen vulgo erat opinio σοφιστὰς esse & eloquentia pollere, quod acute dictis valerent, atque facunde de rebus differerent. Hi vero, de quibus hoc loco, σοφισταὶ erant professione & rhetores, qui philosophicas tamen res eloquentia sua ornandas sibi sumerent, easque ἐπιδείξεων suarum facerent argumenta, de quibus Philosophi ζητοῦντες tantum, h. e. *interrogantes* agerent atque concisius *disputantes*, quae quidem sequentia Philostrati verba affatim firmare videntur.

3 ἐνίκησε πλεῖστα] haec deerant in cod. S. genuina tamen eſſe Plutarchus ſuadet, quem hic noſter ſequitur, ὅτε μὲν δυσὶ τριηραρχῶν ναυσὶ, ὅτε δὲ στρατηγῶν, καὶ πολλαῖς μάχαις νικῶν &c. vit. X. Rhetor. p. 832. De eo, quod τριήρεις duas ſuis ſumptibus παρείχετο, etiam Theramenes Athenienſibus exprobrat ap. Xenophont. l. II. Ελλην. p. 467.

4 ἑξήκ. τριήρ. — ἤυξησεν Αθην. τὸ ναυτικόν] ſic Plutarch. l. c. τὰς ἀκμάζοντας ὁ πλίζων, καὶ τριήρεις πληρῶν ἑξήκοντα quod firmat verſionem noſtram. Nempe naues πεπληρωμέναι ſunt *viris armatis plenae.*

5 εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι] γνώμη *inuentio*, λόγος & εἰπεῖν *elocutio.* Verſionem noſtram defendat Plutarchus: ἐν δὲ τοῖς λόγοις ἀκριβὴς καὶ πιθανὸς, καὶ δεινὸς περὶ τὴν ἕυρεσιν.

6 ἐμοί τε] ſcripſi τε pro τι, quod erat in editis, nam ſequitur καί.

7 φαίνοιτο] addidi ex cod. S. nam in editis deerat.

8 κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν] adde & Plutarch. l. c. Nempe poteſtatis CCCC. tyrannorum vel autor fuit, vel promotor. conf. Thucydidem l. VIII. p. 600.

9 ἐλακώνισε] vid inf. §. III. n. 1.

10 τυράνν. ὃν δῆμον] cod. S. habebat τυράνν. τετρακοσίων δ.

§. II. 1 ῥητορικὴν δὲ τὸν Αντιφ. — οἶδ' εὑρημένην αὐξῆσαι] ſic Plutarch. l. c. πρῶτος ῥητορικὸς τέχνας ἐξήνεγκε γινόμενος ἀγχίνους. Idem: τῶν γὰρ πρὸ αὐτῆ γενομένων ὠδενὸς φέρεται δικανικὸς λόγος: quae ex Plutarcho repetiit Quintilian. Inſtit. l. III. c. 1. qui tamen paulo quam par eſt πλατυτέρως dicit: *Orationem primus omnium ſcripſit*, ex Plutarcho explicandus; quem minime ſtringunt contra allata Creſolli argumenta Theatr. Rhetor. lib. I. p. 45. Non negat enim Plutarchus Rhetorica praecepta ante eum penitus nulla fuiſſe, ſed tantum in formam artis redacta, ſcripto edita, nulla extitiſſe: quemadmodum nec δικανικῶν λόγων primam inuentionem ei tribuit, ſed hoc tantum ὅτι συνέγραψε. & quamuis Periclem primum λόγους συγγράψαι dicat Cicero de Orat. l. II. & in Περικλ illi tamen δικανικοὶ forte non fuere, ſed πολιτικοί.

2 πατέρα δὴ φασιν αὐτῷ Σοφίλον διδ.] paulo aliter cod. S. πατέρα δὴ αὐτῷ Σοφίλον εἶναί φασι διδ. rem ipſam habes apud Plutarch. l. c.

3 καὶ τὸν τῆ Κλεινίᾳ] addebat cod. S. υἱὸν Αλκιβιάδην· ſed id addi nihil opus erat, ſic enim Graecorum mos erat a parente tantum homines deſignare. Alcibiadem vero diſerte nominat Plutarch.

4 προσρ. Νέσ.] neque id praeteritum Plutarcho, nullamque cauſam video, cur vir doctus addubitet, an ei relata de Antiphontis taberna, prope forum locata, qua τέχνην ἀλυπίας profiteretur, ad alium non pertineant Antiphontem.

gno-

gnominatus, quia quamcunque rem, de qua diceret, perſuaderet; auſcultationes luctui medentes pollicitus eſt, quaſi nullum adeo grauem dolorem deſcribere poſſent, quem eximere menti non valeret. Antiphontem autem comoedia quoque arrodit, quod in forenſibus rebus verſutia eſſet terribilis, orationeſque, aduerſus aequum iuſtumque compoſitas, multo aere venderet iis, qui in diſcrimine cummaxime verſarentur. Hoc autem vt ſe habeat aperiam. In aliis quidem diſciplinis & artibus obtinet, vt in quauis earum maxime praeſtantes honore afficiant homines: mirantur enim magis eos qui plus valent medica arte quam qui minus: mirantur in Muſica & diuinandi arte: eandemque de maxime excellente in fabrilibus, ſordidiſque artibus ſententiam ferunt. Artem vero oratoriam laudant quidem, ſed ſuſpectam habent tamen vt callidam, opibuſque ſtudentem, & contra ius comparatam. Neque vulgus ſolum ita de arte ſtatuit, ſed etiam eorum qui litterarum ſtudia colunt laudatiſſimi. Verſutia itaque terribiles oratores vocant, inuentione praeſtantes & elocutione qui fuerint, parum honeſtum nomen ſtatuentes virtuti. Hoc vero cum ita ſe habeat, non mirum erat, vt puto, Antiphontem comicis quoque fabulam praebuiſſe, qui ea comice cummaxime traducunt, quae digna ſunt commendatione.

III. Mortuus quidem in Sicilia eſt ſub Dionyſio tyranno: cauſas vero mortis eius Antiphonti magis quam Dionyſio adſcribimus. Dionyſii namque tragoedias floccifecerat, quibus magis ille ſuperbiebat, quam tyrannide. Cumque de aeris praeſtantia Dionyſius curio-

πεῖσαι, νηπενθεῖς ἀκροάσεις [5] ἐπήγγειλεν, ὡς ὐδὲν ὕτω δεινὸν ἐρέντων ἄχος, ὃ μὴ ἐξέλοι τῆς γνώμης. καθάπ[ε]ται δ' ἡ κωμῳδία τῦ Αντιφῶντος [6], ὡς δεινῦ τὰ δικανικὰ [7], κ) λόγυς κατὰ τῦ δικαίυ ξυγκειμένυς ἀποδιδομένυς, πολλῶν χρημάτων [8], αὐτοῖς μάλιστα τοῖς κινδυνεύυσι. τυτὶ δὲ, ὁποίαν ἔχει φύσιν, ἐγὼ δηλώσω. ἄνθρωποι κατὰ μὲν τὰς ἄλλας ἐπιστήμας καὶ τέχνας τιμῶσι τὺς ἐν ἑκάστῃ αὐτῶν πρῶτοντας· καὶ θαυμάζυσι μὲν τῶν ἰατρῶν τὺς μᾶλλον παρὰ τὺς ἥττον· θαυμάζυσι δ' ἐν τῇ μαντικῇ, καὶ μυσικῇ, τὸν σοφώτερον· τὴν αὐτὴν καὶ περὶ τεκτονικῆς, καὶ περὶ βαναύσων [9] τιθέμενοι ψῆφον. ῥητορικὴν δὲ ἐπαινῦσι μὲν, ὑποπτεύυσι δὲ [10] ὡς πανοῦργον, καὶ φιλοχρήματον, καὶ κατὰ τῦ δικαίυ ξυγκειμένην. γιγνώσκυσι δ' ὕτω περὶ τῆς τέχνης ὐχ οἱ πολλοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν σπυδαίων οἱ ἐλλογιμώτατοι. καλῦσι δ' ὖν δεινὺς ῥήτορας, τὺς ἱκανῶς μὲν συνιέντας, ἱκανῶς δ' ἑρμηνεύοντας, ὐκ ἔυφημον ἐπωνυμίαν τιθέμενοι τῷ πλεονεκτήματι. τύτυ δὲ φύσιν τοιαύτην ἔχοντος, ὐκ ἀπεικὸς ἦν, οἶμαι, γενέσθαι καὶ τὸν Αντιφῶντα κωμῳδίας λόγον, αὐτὰ μάλιστα κωμῳδύσης τὰ λόγυ ἄξια.

Απέθανε μὲν ὖν περὶ Σικελίαν [1] ὑπὸ Διονυσίυ τῦ τυράννυ· τὰς δ' αἰτίας, ἐφ' αἷς ἀπέθανεν, Αντιφῶντι μᾶλλον ἢ Διονυσίῳ προσγράφομεν. διεφαύλιζε γὰρ τὰς τῦ Διονυσίυ τραγῳδίας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνος ἐφρόνει μεῖζον [2], ἢ ἐπὶ τῷ τυραννεῖν. σπυδάζοντος δὲ τῦ τυράννυ περὶ εὐγε-

---

5 νηπενθ. ἀκροάσ.] τέχνην ἀλυπίας vocat Plutarch. & ex eo Photius. Hancque artem, iuxta cum Poetica, Corinthi maxime eum exercuiſſe ait diſerte, antequam Rhetorices ſtudium amplecteretur.

6 καθ. δ' ἡ κωμῳδία τῦ Αντιφ.] meminit Antiphontis Ariſtophanes in Veſpis p. m. 521. ſed vt πενῶντος, non vt Rhetoris δεινῦ, nec forte noſtrum intelligit. Platonem Comicum maxime hic reſpici putem, vid. n. 17.

7 ὡς δεινῦ τὰ δικαν.] τὰ ex MS. S. addidi. δεινὸς vero dicitur eo, qui ſupra ad prooem. vocis eſſe nonnunquam oſtenſus eſt, ſenſu, quod ſequentia firmant. Cetera Antiphontem ſuſpectum populo ob eloquentiae vim fuiſſe Thucydides etiam l. VIII. p. 600. obſeruat, & Plutarch. in *Nicia*.

8 πολλῶν χρημάτων] vnde Plutarch. l. c. obſeruat Platonem Comicum eum iuxta cum Πεισάνδρῳ κωμῳδεῖν εἰς τὴν φιλαργυρίαν. pro quo ἐν Πεισάνδρῳ quaſi is comoediae titulus eſſet, male habet Photius.

9 περὶ βαναύσων] πασῶν βαναύσων cod. S.

10 ὑποπτεύυσι δὲ &c.] ſic inf. in Iſocrate dicit τὸν Αθήνησι φθόνον ἀντιπολιτευόμενον αὐτοῖς μάλιστα τοῖς σοφώτερον τι ἑτέρῳ ἀγορεύυσι.

§. III. 1 ἀπέθανε μὲν ὖν π. Σικελίας] hunc exitum Antiphontis Plutarchus etiam de X. Rhetor. it in lib. de diſcrim. amici & adul. nec non de contradict. Stoic. & Photius perhibent, qui tamen alium λόγον de eius morte etiam obtinere aiunt. Nempe capitis eum ſupplicio addictum eſſe, quod cum Lacedaemoniis conſilia agitaſſet de pernicie Athenienſibus inferenda, ad quos etiam naui hoſtili eius rei gratia abierit. Decretum integrum contra eum & complices habet Plutarchus. Idque deſtructa iam quadringentorum tyrannide, Plutarchus, vigente adhuc ipſorum autoritate factum eſſe, Lyſias apud Photium teſtatur. Plutarcho Thucydides ſuffragatur lib. VIII. p. 600. vbi narrat, vt Antiphon quadringentis euerſis excuſauerit, quod eorum partibus fuiſſet addictus. Ionſius haec ita expedienda putat, vt ad alium Antiphontem, Tragicum, pertinere dicat, quae hic noſter & ante eum alii de Antiphonte Rhetore dixerunt. At ipſe Rhetor tragoediis conficiendis operam dedit, vt eſt apud Plutarchum & Photium: dubiumque eſt, an recte Ionſius diſtinguat a Rhetore Tragicum. Hoc certum eſt, Ariſtotelem Rhetor. II, 6. ποιητὴν vocare Antiphontem, qui apud Dionyſium ἀποτυμπανισμὸν ſubiit. Forte effugiens Athenienſium iudicium in Siciliam abiit.

2 ἐφ' αἷς ἐκ ἐφρ. μεῖζον &c.] certe commendat Dionyſii tragoedias Plutarch. in Timoleonte.

νείας χαλκῆ, καὶ ἐρομένῳ τὰς παρόντας τίς ἤπειρος, ἢ νῆσος, ἢ τὸν ἄριστον[3] χαλκὸν φύει, περιτυχὼν ὁ Αντιφῶν τῷ λόγῳ, ἐγὼ ἄριστον, ἔφη, τὸν Αθήνησιν, ἃ γεγόνασιν αἱ Αρμοδίου, καὶ Αριστογείτονος εἰκόνες. ἐπὶ μὲν δὴ τούτοις ἀπέθανεν, ὡς ὑφέρπων τὸν Διονύσιον, καὶ τρέπων[4] ἐπ' αὐτὸν τὰς Σικελιώτας. ἥμαρτε δ' ὁ Αντιφῶν, πρῶτον μὲν τυράννῳ προσκρούων, ὑφ' ᾧ ζῆν ἤρητο μᾶλλον, ἢ οἴκοι δημοκρατεῖσθαι. ἔπειτα Σικελιώτας μὲν ἐλευθερῶν, Αθηναίους δὲ δουλόμενος· καὶ μὴν καὶ[5] τῇ τραγῳδίαν ποιεῖν ἀπάγων τὸν Διονύσιον, ἀπῆγεν αὐτὸν τῇ ῥαθυμεῖν· αἱ γὰρ τοιαίδε σπουδαὶ ῥάθυμοι. καὶ οἱ τύραννοι οἱ[6] αἱρετώτεροι τοῖς ἀρχομένοις, ἀνειμένοι μᾶλλον, ἢ ξυντείνοντες· εἰ γὰρ ἀνήσουσιν, ἧττον μὲν ἀποκτενοῦσιν, ἧττον δὲ δράσονταί τε καὶ ἁρπάσονται. τύραννος δὲ τραγῳδίαις ἐπιτιθέμενος, ἰατρῷ εἰκάσθω, νοσοῦντι μέν, ἑαυτὸν δὲ θεραπεύοντι. αἱ γὰρ μυθοποιΐαι, καὶ αἱ μονῳδίαι, καὶ οἱ ῥυθμοὶ τῶν χορῶν, καὶ ἡ τῶν ἠθῶν μίμησις, ὧν ἀνάγκη τὰ πλείω χρηστὰ φαίνεσθαι, μεταβάλλει τὰς τυράννους τῇ ἀπαραιτήτῳ, καὶ σφοδρᾷ, καθάπερ αἱ φαρμακοποσίαι τὰς νόσους[8]. ταῦτα μὴ κατηγορίαν Αντιφῶντος, ἀλλὰ ξυμβουλίαν ἐς πάντας ἡγώμεθα, τῇ μὴ ἐκκαλεῖσθαι τὰς τυραννίδας, μηδὲ ἐς ὀργὴν ἄγειν ἤθη ὠμά.

Λόγοι δ' αὐτῷ δικανικοὶ μὲν πλείους[1], ἐν οἷς ἡ δεινότης, καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς τέχνης, σύγκειται[2]. σοφιστικοὶ δὲ καὶ ἕτεροι μέν, σοφιστικώτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας[3], ἐν ᾧ γνωμολογίαι τε λαμπραὶ καὶ φιλόσοφοι· σεμνή τε ἀπαγγελία[4], καὶ ἐπηνθισμένη ποιητικοῖς ὀνόμασι[5], καὶ τὰ ἀποτάδην ἑρμηνευόμενα, παραπλήσια τῶν πεδίων τοῖς λείοις.

se disquireret, praesentesque interrogaret, quae continens terra, vel insula, optimum aes gigneret; Antiphon qui forte talia oratione persequenti praesto erat, ego, inquit, optimum apud Athenienses esse [puto,] ex quo Harmodii & Aristogitonis statuae conflatae sunt. Hac igitur de causa occisus est, vt qui Dionysium insidiis peteret, & Siculos in eum concitaret. Peccauit autem Antiphon, primum quod tyrannum offenderet, sub quo viuere tamen maluerat, quam in patria popularis subesse imperio. Deinde, quod Siculorum quidem libertati operam nauauit, Athenienses autem seruituti addixit. Quin etiam a tragoediis conficiendis Dionysium reuocans, ab otio eum reuocauit; otiosa enim eiusmodi sunt studia. Tyranni vero subditis praeoptandi ignaui sunt prae alacribus & intentis: nam si remiserint se, minus caedibus vacabunt, minus quoque audebunt rapientque. Imo tyrannum, tragoediis incumbentem, medico similem dixerim aegrotanti, sibique ipsi medenti. Fabulae enim construendae, & cantus lugubres, modulique chororum, atque morum imitatio, quorum maximam partem probitatis speciem habere oportet, tyrannorum indomitam indolem & violentiam mutant, vt morbos potiones medicatae. Haec autem nolim ita accipi, quasi ad accusandum Antiphontem pertineant, sed tanquam consilium ad omnes spectans, ne tyrannos prouocent, neue saeua ingenia ad iram concitent.

IV. Orationes eius in iudiciali genere fuere plures, in quibus vis & quicquid ex arte prouenit, coniuncta sunt. Sophisticae autem eius extant & aliae quidem, sed eo tamen genere excellit quae *de concordia* agit, in qua sententiae sunt insignes, & philosophicae plane: grauis item elocutio, & poëtica dictione efflorescens: & quae fusius explicat, pratorum habent instar, exactissima planitie patentium.

---

3 ἢ τὸν ἄριστον] ἢ addidi ex MS. S.

4 καὶ τρέπων] καταστρέπων legebam in cod. eod.

5 καὶ μὴν καὶ] vulgati καὶ μὴν ἐκ. praetulimus lectionem cod. S.

6 καὶ οἱ τύραννοι οἱ &c.] sic cod. S. Editi καὶ αἱ τύραννοι δὲ.

7 τὰ πλείω] τὰ addidi ex MS. S.

8 τὰς νόσους] verior lectio quam restitui ex MS. S. editi habebant τῆς νόσου.

§. IV. 1 λόγοι δ' αὐτ. δικ. μὲν πλείους] LX ferri, quarum XXV spuriae sint, Caecilius sua aetate dixit. vide Plutarch. de X Rhetor. adde Meurs. & Fabricium ll. cc.

2 καὶ πᾶν τὸ ἐκ τ. τέχνης σύγκειται] sic legebat cod. S. editi τέχνης ἔγκειται μᾶλλον ἢ σύγκειται: quam natam esse puto lectionem ex eo, quod nonnemo, verbum ἔγκειται in textu positum emendatione opus habere existimans, in margine scripsisset ἢ μᾶλλον σύγκειται, quae voces inde iuxta cum ἔγκειται in textum receptae fuere. Sic Dionys. Halic. de hac ipsa Antiphontis *dictione* καλῶς μὲν ξύγκειται ἃ μὴν ἡδέως γε πάνυ, de Compos. verbor. p. 16.

3 ὁ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας] quem etiam allegat Etymol. M. v. Θεσσαλίσατος. Aliorum quorundam ex insignioribus meminit Plutarch. de X Rhetorib. adde & Ionsium p. 325.

4 ἀπαγγελία] vide notata de hac voce ad vit. Apollonii lib. I. c. 3. n. 4.

5 ἐπηνθισμ. ποιητ. ὀνόμ.] simili modo verbo ἐπανθεῖν vtitur Longinus π. ὕψ. sect. 30. conf. notata ad vit. Apollon. lib. I. c. 17. init.

XVI. CRITIAS.

Critias porro ſophiſta, populum licet euerterit Athenienſem, eam tamen ob rem pro malo habendus non eſt: Populus enim ille vtique ſe ipſum erat euerſurus, vſque adeo ſuperbia elatus, vt ne iis quidem, penes quos iuxta leges imperium erat, obtemperaret. Sed eo quod ſplendide Lacedaemoniis fauit, ſacra prodidit, per Lyſandrum moenia deſtruxit; & quos exilio mulctauit Athenienſes quo minus vlla Graeciae parte conſiſtere poſſent prohibuit, Laconicum aduerſus omnes edicens bellum, qui exulem Athenienſem ſuſcepiſſent: truculentia item & caedibus triginta tyrannos quod ſuperauit, deteſtabiliſque Lacedaemoniorum conſilii, vt Attica pecoribus proculcanda relinqueretur, hominum grege euacuata, factus eſt particeps: [eo inquam] mihi omnium hominum peſſimus fuiſſe videtur, qui ob ſcelera fuerunt famoſi.

II. Atque ſi parum quidem cultus, & inſtitutus, ad haec inductus fuiſſet, valeret per me quoque eorum ſermo, qui dictitabant a Theſſalis, & conuerſatione, quam in ea regione habuit, corruptum eum fuiſſe. Nempe ingenia parum exculta facile omnino ad quamlibet vitam ſequendam induci ſe patiuntur. Verum cum optime inſtitutus fuerit, ſententiaſque plurimas ipſe ſermone protulerit, & ad Dropidem genus referat, qui poſt Solonem praefuit Athenienſibus; hautquaquam apud pleroſque crimine caruerit, quod ingenii ſui prauitate ſcelera iſta non commiſerit. Illud quoque mirum, eum Socrati, Sophroniſci filio, factum ſimilem non eſſe, quo cum vna philoſophatus diu fuerat, ſapientiſſimi, & iuſtiſſimi ſuae aetatis hominum laudem indepto, Theſſalis vero eſſe aſſimilatum, apud quos faſtus, intemperantia & tyrannica ſaeuities inter pocula exercentur. Verumtamen ne Theſſali quidem ſapientiae ſtudia negligebant, ſed paruae magnaeque Theſſaliae

ΚΡΙΤΙΑΣ.

Κριτίας[1] δὲ, ὁ σοφιστὴς[2], εἰ μὲν κατέλυσε τῶν Ἀθηναίων τὸν δῆμον[3], ὅπως κακὸς· καταλυθείη γὰρ ἂν καὶ ὑφ' ἑαυτῷ δῆμος, ὅτῳ τὶ ἐπηρμένος, ὡς μηδὲ τῶν κατὰ νόμους ἀρχόντων ἀκροᾶσθαι. ἀλλ' ἐπεὶ λαμπρῶς μὲν ἐλακώνισε, προὔδιδε τὰ ἱερὰ, καθῆρει δὲ διὰ Λυσάνδρου τὰ τείχη[4], ὃς δ' ἤλαυνε τῶν Ἀθηναίων τὸ ςῆναί τῳ τῆς Ἑλλάδος ἀφῃρεῖτο, πόλεμον Λακωνικὸν εἰπὼν ἐς πάντας, εἴ τις τὸν Ἀθηναῖον φεύγοντα δέξαιτο, ὠμότητί τε καὶ μιαιφονίᾳ τοὺς τριάκοντα ὑπερεβάλλετο[5], βουλεύματός τε ἀτόπου τοῖς Λακεδαιμονίοις ξυνελάμβανεν, ὡς μηλόβοτος ἡ Ἀττικὴ ἀποφανθείη, τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης ἐκκενωθεῖσα· κάκιςος ἀνθρώπων ἐμοί γε φαίνεται ξυμπάντων, ὧν ἐπὶ κακίᾳ ὄνομα.

Καὶ εἰ μὲν ἀπαίδευτος ὢν ἐς τάδε ὑπήχθη, ἔῤῥωτ' ἂν ὁ λόγος τοῖς φάσκουσιν[1], ὑπὸ Θετταλίας καὶ τῆς ἐκείνῃ ὁμιλίας παρεφθορέναι αὐτόν. τὰ μὲν γὰρ ἀπαίδευτα ἤθη εὐπαράγωγα πάντως ἐς βίᾳ αἵρεσιν. ἐπεὶ δὲ ἄρτια μὲν ἦν πεπαιδευμένος, γνώμας δὲ πλείστας ἑρμηνεύων, ἐς Δρωπίδην δ' ἀναφέρων[2], ὃς μετὰ Σόλωνα Ἀθηναίων ἦρξεν, οὐκ ἂν διαφύγοι παρὰ τοῖς πολλοῖς αἰτίαν, τὸ μὴ ἐ κακίᾳ φύσεως ἁμαρτεῖν ταῦτα. καὶ γὰρ ἂν κἀκεῖνο ἄτοπον, Σωκράτει μὲν τῷ Σωφρονίσκῳ μὴ ὁμοιωθῆναι αὐτὸν, ᾧ πλεῖστα δὴ συνεφιλοσόφησε, σοφωτάτῳ τε[3] καὶ δικαιοτάτῳ τῶν ἐφ' ἑαυτῷ δόξαντι· Θετταλοῖς δ' ὁμοιωθῆναι, παρ' οἷς ἀγερωχίαι, καὶ ἄκρατος, καὶ τὰ τυραννικὰ ἐν οἴνῳ σπουδάζεται. ἀλλ' ὅμως, οὐδὲ Θετταλοὶ σοφίας ἠμέλουν, ἀλλ' ἐγοργίαζον ἐν Θετταλίᾳ[4],

---

XVI. ΚΡΙΤΙΑΣ. 1 *Κριτίας*] de eo Meurſius in Bibl. Attica & diligenter cl. Baelius in Lexico Critico. de eius charactere dicendi Hermogen. l. II.

2 *ὁ σοφιστὴς*] imo & *φιλόσοφος*, nam vt Proclus habet ad Platonis Timaeum *ἐκαλεῖτο ἰδιώτης μὲν ἐν τοῖς φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν τοῖς ἰδιώταις.*

3 *κατέλυσε τ. Αθ. τ. δῆμον*] XXX tyrannorum ſtabilito imperio, quorum ipſe fuit vnus: vid. Xenophon. l. II. *ἑλλην.* p. 461.

4 *καθῆρει δὲ διὰ Λυσ. τὰ τείχη*] tribuit igitur Critiae noſter conſilia de deditione Athenarum, poſtquam muri longi & Piraeei moenia diruta fuere, ita paciſcente Lyſandro, legationem obeunte Theramene, vid. Xenophon. loc. cit. p. 460.

5 *τὺς τριακ. ὑπερεβάλλετο*] ſic & Xenophon de eo memorabil. Socr. l. I. p. 713. *Κριτίας μὲν τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ (i. e. τῶν τριάκοντα) πάντων πλεονεκτίςατος τε καὶ βιαιότατος ἐγένετο.*

§. II. 1 *ἔῤῥωτ' ἂν ὁ λόγος τοῖς φάσκουσι* &c.] dicit hoc Xenophon Memorabil. Socr. l. I. p. 715. *Κριτίας μὲν φυγὼν ἐς Θετταλίαν ἐκεῖ συνῆν ἀνθρώποις ἀνομίᾳ μᾶλλον ἢ δικαιοσύνῃ χρωμένοις.*

2 *ἐς Δρωπίδην δ' ἀναφέρων*] *εὐγένειαν καὶ εὐπαιδίαν* tribuit Critiae, quorum neutrum cum vincere eius indolem potuerit, peſſimam eam fuiſſe concludit. Ceterum de Dropidarum genere, quod ab ipſo *Neleo* & *Neptuno* vltimo deriuatur, vide Diogen. Laert. in *Platone* ſ. 1. Platonem in *Charmida*, & Ioh. *Meurſ.* in Solone c. 1.

3 *ᾧ πλεῖστα δὴ συνεφιλοσ. σοφωτάτῳ τε*] ordine & diſtinctione haec nonnihil perturbata legebantur in editis h. m. *ᾧ συνεφιλοσόφησε, πλεῖστα δὴ σοφωτάτῳ τε.* Secuti nos ſumus lectionem cod. S. Cetera haut parum inuidiae Socrati hoc ipſum conflauit, quod Critias ex eius ſchola prodiiſſet, quem interemtum etiam ob hanc ipſam praecipue cauſam teſtatur Aeſchin. c. Timarch. p. 194. inuidiamque illam diligenter diſpellere conatur Xenophon, Memorabil. Socr. l. I. p. 713. ſq.

4 *ἐγοργίαζον ἐν Θετταλίᾳ*] vid. de hac voce ſ. in Gorgia

μικραὶ καὶ μείζους πόλεις, ἐς Γοργίαν ὁρῶσαι τὸν Λεοντῖνον. μετέβαλον [5] δὲ καὶ ἐς τὸ Κριτιάζειν, εἴ τινα τῆς ἑαυτῶν σοφίας ἐπίδειξιν ὁ Κριτίας παρ' αὐτοῖς ἐποιεῖτο. ὁ δὲ ἠμέλει μὲν τότε, βαρυτέρας δ' αὐτοῖς ἐποιεῖτο τὰς ὀλιγαρχίας, διαλεγόμενος τοῖς ἐκεῖ δυνατοῖς [6], καὶ καθαπτόμενος μὲν δημοκρατίας ἁπάσης, διαβάλλων δ' Ἀθηναίους, ὡς πλεῖστα ἀνθρώπων ἁμαρτάνοντας. ὥς τε, ἐνθυμουμένῳ ταῦτα, Κριτίας ἂν εἴη Θετταλοὺς διεφθορὼς μᾶλλον, ἢ Κριτίαν Θετταλοί.

citiuitates Gorgiſſabant, Gorgiam ſuſpicientes Leontinum: Et ad Critiam etiam imitandum animum conuertiſſent, ſi quod ſapientiae ſpecimen apud eos Critias edidiſſet. Is autem id quidem minime curabat, & grauiorem illis paucorum dominatum efficiebat, dum diſſerendo apud eius prouinciae optimates, omnem popularem reipublicae formam reprehenderet, Athenienſes vero perſtringeret, quod prae mortalibus omnibus in errore verſarentur maxime. Adeoque, haec ſecum conſideranti, Critias Theſſalos potius depraua ſſe, quam Theſſali Critiam videbuntur.

Ἀπέθανε μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Θρασύβουλον [1], οἱ κατῆγον ἀπὸ φυγῆς τὸν δῆμον. δοκεῖ δ' ἐνίοις ἀνὴρ ἀγαθὸς γενέσθαι παρὰ τὴν τελευτήν, ἐπειδὴ ἐνταφίῳ τῇ τυραννίδι ἐχρήσατο [2]. ἐμοὶ δὲ ἀποφαίνω, μηδένα ἀνθρώπων καλῶς ἀποθανεῖν ὑπὲρ ὧν ἐκ ὀρθῶς [4] εἵλετο. δι' ἃ μοι δοκεῖ, καὶ ἡ σοφία τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὰ φροντίσματα [5] ἧττον σπουδασθῆναι τοῖς Ἕλλησιν. εἰ γὰρ μὴ ὁμολογήσει ὁ λόγος τῷ ἤθει, ἀλλοτρίᾳ γλώττῃ δόξομεν φθέγγεσθαι, ὥσπερ οἱ αὐλοί [6].

III. Interfectus quidem eſt tandem a Thraſybulo, qui populum ab exilio reuocarat. Nonnulliſque ſtrenue mortem oppetiiſſe videtur, quia tyrannidem vſque ad ſepulcrum retinuit. At mihi fas eſto pronunciare, neminem mortalium honeſtam obire mortem, tuendo ea quae iuſto titulo haut comparauit. Quamobrem etiam mihi & eruditio viri, & ſcripta elaborata exiguo in pretio apud Graecos eſſe videntur. Nempe ſi moribus oratio conſentiat minus, lingua aliena loqui, perinde ac tibiae videbimur.

Τὴν δὲ ἰδέαν τοῦ λόγου δογματίας [1] ὁ Κριτίας, καὶ πολυγνώμων [2], σεμνολογῆσαί [3] τε ἱκανώτατος, ὑπὸ τὴν διθυραμβώδη [4] σεμνολογίαν, ὑδὲ καταφεύγουσαν [5] ἐς τὰ ποιητικῆς ὀνόματα, ἀλλ' ἐκ τῶν κυριωτάτων [6] συγκειμένην, καὶ κατὰ φύσιν ἔχουσαν. ὁρῶ τὸν ἄνδρα καὶ βραχυλο-

IV. Genere vero dicendi Critias creber ſententiis fuit & ſublimis, atque ad grauitatem maxime compoſitus, non grauitatem dithyrambicam tamen, neque ad poëtica verba declinantem, ſed vocabulis maxime propriis quae ſit concinnata, & plane naturalis. Video ſatis valere etiam hominem dicendi genere

---

not. 17. Ceterum de Theſſalis idem repetit noſter in vita *Scopeliani*, quem ait Atticum Herodis patrem magis admiratum eſſe ἢ τοὺς Γοργίαν οἱ Θετταλοί. Et in epiſtola ad Iuliam: Γοργίᾳ δὲ θαυμασαὶ — πρῶτον μὲν οἱ κατὰ Θετταλίαν Ἕλληνες, παρ' οἷς τὸ ῥητορίνειν Γοργιάζειν ἐπωνυμίαν ἔχει.

5 μετέβαλον] ſecutus ſum lectionem cod. S. vulgati habent μετεβαλεν.

6 τοῖς ἐκεῖ δυνατοῖς] vide paulo ante not. 6.

§. III. 1 ἀπέθανε μ. οὖν ὑ. τ. ἀ. Θρασύβ.] exitum eius deſcribunt Xenophon. Ἑλλην. l. II. p. 474. Diodor. Sic. l. XIV. p. 262. Cornel. Nep. in Thraſybulo c. 2.

2 ἀγαθὸς] cod. S. habebat δυνατὸς.

3 ἐπειδὴ ἐνταφ. τῇ τυραν. ἐχρήσ.] proprie: *quoniam tyrannide veſtimento funebri vſus fuit* h. e. ad mortem vſque eam retinuit, nec exui ſe ea viuus paſſus eſt. Videtur autem alludi ad illud apud Iſocratem paſſim obuium, & Plutarchum, καλὸν ἐνταφιον ἡ τυραννὶς, quod Dionyſio tyranno a nonnemine is inculcatum taxat libri, an ſeni gerend. Reſp. initio p. m 783. Ceterum phraſis eſt ſimilis vitae Apollonii VII, 13. vbi de miſericordia dicitur eam ὥσπερ ἐνταφιον δεῖν ἐπιφέρειν τοῖς ἀδίκως ἀπολλυμένοις. item inf. l. II. in vita *Adriani* §. 6. ἐνταφίῳ τῇ τιμῇ χρησάμενος: intelligit autem honorem ſcriptarum ad Adrianum ſub vitae exitum ab Imperatore epiſtolarum. Et in *Apollonio Naucratita* ἔχων ἐνταφιον τὴν ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων ἔυνοιάν.

4 ὑπὲρ ὧν ἐκ ὀρθῶς εἵλετο] integer ſermo eſſet ὑπὲρ τούτων ὧν ἐκ ὀρθῶς εἵλετο quod fundit ſenſum verſione expreſſum. Nempe Graecis familiariſſimum ita omittere pronomen demonſtratiuum ante relatiuum.

5 καὶ τὰ φροντίσμ.] ſic cod. S. Editi ἐς τὰ φροντ. Ceterum de Critiae λειψάνοις, neglectis inter Graecos, donec Herodis opera ad vſum reuocarentur, vid. inf. vit. *Herod.* §. XIV.

6 ὥσπερ οἱ αὐλοὶ] non diſſimilis locus Apoſtoli. 1. Cor. XIII.

§. IV. 1 δογματίας] refero hoc ad *breues ſententias*, quae tanquam *dogmata* & *axiomata* proferuntur. Illa enim Critiae idea ap. Hermogen. l. II. τὰ πολλὰ λέγων ἀποφαντικῶς. Sic & *crebrum ſententiis* Cicero dicit in Bruto c. 3. & ſententiis breuem lib. II. de Orator. c. 22.

2 πολυγνώμων] ſic noſter in ep. ad *Iuliam* a Gorgia dicit & Critiam & Thucydidem τὸ μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀφρῦν κεκτῆσθαι.

3 σεμνολογῆσαι] λέξιν σεμνὴν intelligit, nam & ἐν τῇ νοήσει τὸ σεμνὸν, de vtroque vide Hermogen. de ideis l. I. c. 6. quod caput illuſtrat *P. Bouhours* in arte bene cogitandi dial. II. p. 82.

4 ὑ. τὴν διθυραμβώδη] nempe in eam facilis prolapſus τὸ σεμνὸν in dictione ſectantibus, nam magnam partem illud vocalium & numeri obſeruatione abſoluitur.

5 ὑδὲ καταφεύγ. &c.] eadem phraſis ſ. vit. *Protagorae* fine.

6 ἐκ τ. Κυριωτ.] καθαρώτερος τὴν λέξιν Hermogeni quoque dicitur: & σαφὴς atque ἐυκρινὴς, quod eſt ex verborum proprietate.

quod

quod compreſſione rerum ſit breue, & in defenſionibus valide verſatum eſſe, Atticiſmum item ſectari, non intemperanter tamen, nec inepte: decorum enim non obſeruare in Attica elocutione, barbarum eſt. Verum ſicvt radiorum fulgores Atticae voces in oratione eius relucent. Eſt quoque Critiae decor, ſine coniunctione ad locum aliquem communem accedere. In admirabili item, tam in ſententiis, quam in elocutione exercitatiſſimus Critias eſt. Orationis vero ſpiritus ſaepe infirmior, ſuauis tamen & vt Zephyri aura lenis.

γᾶντα[7] ἱκανῶς, καὶ δεινῶς καθαπτόμενον ἀπολογίας εἴδει[8], ἀτλικίζοντά τε οὐκ ἀκράτως[9], οὐδὲ ἐκφαύλως· τὸ γὰρ ἀπειρόκαλον ἐν τῷ Ατικίζειν, βάρβαρον[10]. ἀλλ' ὥσπερ ἀκτίνων αὐγαὶ τὰ Ατλικὰ ὀνόματα διαφαίνεται[11] τῷ λόγῳ. καὶ τὸ ἀσυνδέτως[12] δὲ χωρίῳ προσβαλεῖν Κριτίᾳ ὥρα. καὶ τὸ παραδόξως μὲν ἐνθυμηθῆναι[13], παραδόξως δ' ἀπαγγεῖλαι, Κριτίᾳ ἀγών. τὸ δὲ τῷ λόγῳ πνεῦμα[14] ἐλλιπέστερον μέν, ἡδὺ δὲ, καὶ λεῖον, ὥσπερ ἡ τοῦ Ζεφύρου αὔρα.

XVII. ISOCRATES.

I. Siren, quae Iſocratis rhetoris cadaueri inſiſtebat, cantantis ſpeciem prae ſe ferens, ſuadam indicat viri, quam oratoriae artis legibus & inſtitutis ſibi effinxit: paria paribus adiuncta, & contraria relata contrariis, & ſimiliter finita primum non inueniens quidem, ſed inuentis bene vſus. Exercuit vero ſe etiam orationis circumductae genere & numeris, atque compoſitione, & ſoni harmonia: quae res Demoſthenis etiam linguam expoliuerunt. Nam Demoſthenes Iſaei quidem di-

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ[1].

Ἡ δὲ Σειρὴν, ἡ ἐφεστηκυῖα[1] τῷ Ισοκράτους τοῦ σοφιστοῦ σώματι[2], ἐφέστηκε δὲ οἷον ᾄδουσα, πειθοῦς κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρὸς, ἣν συνεβάλετο ῥητορικοῖς νόμοις καὶ ἤθεσι, παρισα[3], καὶ ἀντίθετα, καὶ ὁμοιοτέλευτα οὐχ εὑρὼν πρῶτος, ἀλλ' εὑρημένοις εὖ χρησάμενος. ἐπεμελήθη δὲ καὶ περιβολῆς[4], καὶ ῥυθμῶν, καὶ συνθήκης, καὶ κρότου[5]. ταυτὶ δὲ ἡτοίμασέ που καὶ τὴν Δημοσθένους γλῶτταν[6]. Δημοσθένης γὰρ μαθητὴς μὲν

---

7 βραχυλογοῦντα] Cic. in Bruto c. 7. *compreſſione rerum breuem* dicit. βραχέως ἑρμηνεύειν, item τὴν ὑπόθεσιν συνελεῖν εἰς βραχὺ dicit noſter inf. in *Iſaeo*. conf. & lib. II. *Antiocho*. §. I. n. 2.

8 ἀπολογίας εἴδει] male editi ἤθει, virgulam poſt ἀπολογίας etiam ponentes. Cod. S. habet ἐν ἀπολογ. ἤθει.

9 Ατλικίζ. τε οὐκ ἀκρατ. &c.] de nimia Atticiſmi affectatione, in ſophiſtis improbata, vid. collecta Creſollio theatr. rhetor. l. III. c. 6.

10 τὸ γὰρ ἀπειρόκ. ἐν τῷ Ατλικίζειν βάρβαρον] ὀξυμώρως dictum. Nam barbari ei quid magis oppoſitum quam Atticiſmus? Attamen affectatio eius, decori non obſeruans, omni barbarie grauior.

11 ὥσπ. ἀκτίνων αὐγαὶ τὸν Ατ. ὀν. διαφ.] ſimiles locutiones annotatas habes inf. ad vitam *Lolliani* §. II. n. 3.

12 καὶ τὸ ἀσυνδέτως] ſcilicet ita fieri ſolet in dictione ſententiis dilucida, vt illae ſine *copulis* ac connectendi formulis, quaſi ex improuiſo, ſe mutuo ſequantur, quae Senecae aliorumque eius generis ſcriptorum indoles.

13 παραδ. μὲν ἐνθ.] παραδοξολογίαν dicebat noſter in *Gorgia*, vbi vid. §. I. n. 6. *admirabile* verti vt ſupra ex Quintiliano.

14 τὸ δὲ τῷ λόγῳ πνεῦμα] quid ſit πνεῦμα τοῦ λόγου ex inſtituto Hermogen. explicat: de inuentione l. IV. c. 4. vid. & inf. vit. *Herodis*. §. XIV. not. 7.

XVII. ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ. 1 Ισοκράτης] de eo fuſe Plutarch. in vitis X Rhetor. Dionyſ. Halicarnaſſ. in Iudic. de Iſocrat. p. 149. & qui ex illis, maxime vero ex Plutarcho pleraque exſcripſere, Photius Bibl. cod. CCLX. Suidas v. Ισοκρ. Tzetz. Chil XI. 382. De eius dicendi genere Hermogenes lib. II. de ideis p. 492. ex recentioribus adde Fabric. Bibl. Graec. lib. II. p. 848.

§. I. 1 ἐφεστηκυῖα] ſic reſcribere non dubitaui ex Epitome Vaticana & emendationibus Gruteri atque Salmaſii. Editi ἀφεστηκυῖα habebant.

2 σώματι] vulgo editum σῶματι. Epit. Vatic. quam & Salmaſius vidit, & cod. S. σώματι habent, quae vera haut dubie lectio. Similis eſt in hoc negotio locutio Plutarchi αὐτῷ δὲ τῷ Ισοκράτει ἐπῆν κριὸς &c. Scilicet in vno ſepulcro varii loculi, ei itaque in quo Iſocrates, adeoque σώματι eius, vel vt Plutarchus αὐτῷ τῷ Ισοκρ. ἐπῆν &c. Morellus ſuſpicatus fuerat σώματι legendum eſſe. Sepulcrum iſtud Iſocratis diligentius Plutarchus deſcribit. Vbi enim prope Cynoſarges ad laeuam in tumulo illud poſitum eſſe dixiſſet, totamque Iſocratis familiam ibi inhumatam recenſuiſſet, αὐτῷ δὲ inquit Ισοκράτει ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐπῆν Κριὸς τριάκοντα πηχῶν, ἐφ' ᾧ σειρὴν πηχῶν ἑπτά, συμβολικῶς. Non longe inde tabulam eſſe dicit, praeceptores eius repraeſentantem, interque eos *Gorgiam*. Ceterum *Sirenem* Sophoclis quoque ſepulcro ad ſuauitatem eius deſignandam impoſitam fuiſſe, vetus vitae eius autor prodidit, vt iſto ſymbolo indicaretur, *Sirenas* dicendi ſuauitate iſtos Semones fuiſſe. Ita σειρὴν eandem ob cauſam Ariſton Chius cognominatus eſt, apud Diogen. Laert. lib. VII. ſ. 160.

3 παρισα &c.] vide ſ. notata ad *Polum*. Ceterum in his frequentem eſſe Iſocratem Dionyſius Halic. quoque obſeruat iudic. de eo p. 151. & exemplis demonſtrat p. 156. adde & tr. eiuſdem de admir. vi dicendi in Demoſth. p. 170.

4 περιβολῆς] male cod. Angl παραβολῆς. De περιβολῇ vid. ſ. ad vitam *Theomneſti* not. 1. Inprimis autem περιβολῇ vſum Iſocratem ἐν τοῖς κατ' ἔννοιαν, non aeque ἐν τοῖς κατὰ λέξιν obſeruat Hermogen. de ideis l. II. p. 493. qui vtrumque genus περιβολῆς diligenter deſcripſit lib. I de ideis cap. 11.

5 καὶ ῥυθμῶν καὶ συνθήκης καὶ κρότου] ῥυθμῶν & vocum συνθήκης, ex qua κρότος, nimium in Iſocrate ſtudium taxat Dionyſius in iudicio de eo. Sic enim ille §. 3. ἀμόσθει (τὰ ὀνόματα) περιέργως, τὴν εὐφωνίαν ἐντείνων μᾶσσον. Et paulo poſt ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῷ ῥυθμῷ δηλίνειν eum dicit καὶ τῷ κύκλῳ τῆς περιόδου. Et rurſus §. 12. dicit δηλίνει ἡ διάνοια πολλάκις τῷ ῥυθμῷ τῆς λέξεως — βάλεται δὲ ἡ φύσις τοῖς νοήμασιν ἕπεσθαι τὴν λέξιν, ὁ τῇ λέξει τὰ νοήματα. Nempe hoc ſibi vult: vt συνθήκη & ῥυθμὸς ille ſeruetur vbique aequalis, paſſim Iſocratem voces vt inculcet cogi, quarum nullus ſit vſus, explendi gratia, & longius quam expedit orationem extendere. conf. ipſum §. 3. vide & de hoc Iſocratis vitio eund. de admir. dicendi vi in Demoſth. §. 4.

6 ταυτὶ δὲ ἡτοίμ. που καὶ τὴν Δημοσθ. γλ.] at illum in περιβολαῖς feliciorem fuiſſe indicat Hermogen. de Ideis l. I. c. 11. & noſter paulo poſt. In ceteris vero etiam diſſimil-

Ισαίῳ, ζηλωτὴς δὲ Ισοκράτους γενόμενος[7], ὑπερεβάλλετο αὐτὸν θυμῷ[8], καὶ ἐπιφορᾷ[9], καὶ περιβολῇ[10], καὶ ταχύτητι λόγου τε καὶ ἐννοίας. σεμνότης[11] δὲ ἡ μὲν Δημοσθένους ἐπεσταλμένη[12] μᾶλλον, ἡ δὲ Ισοκράτους ἀβρότερα τε καὶ ἡδίω. παράδειγμα δὲ ποιώμεθα τῆς μὲν Δημοσθένους σεμνότητος[13]. "πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τὸ βίου "θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας "τηρῇ. δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν "μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν "προσκαλλομένους ἐλπίδα, φέρειν δὲ ὅ, τι ἂν ὁ "θεὸς διδῷ, γενναίως." ἡ δὲ, Ισοκράτους σεμνό- "της ὧδε κεκόσμηται[14]. "τῆς γὰρ γῆς ἁπά- "σης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ[15] δίχα τετμημένης, "καὶ τῆς μὲν Ασίας, τῆς δὲ Ευρώπης καλουμένης, "τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν, ὥσπερ πρὸς τὸν Δία τὴν χώραν νεμόμενος."

scipulus, admirator vero Isocratis cum esset, eum spiritu, & vehementia, & circumducta oratione, vocisque & cogitationis celeritate superauit. Quantum ad grauitatem autem, in Demosthene ea aspera magis & concitata, in Isocrate vero delicatior est magisque iucunda. Exemplum nobis esto Demosthenicae grauitatis istud: *Finem quidem viuendi omnibus mortalibus mors affert: etiamsi quis in corte conclusus eam tueri studeat. Oportet igitur bonos viros res praeclaras aggredi semper spe bona fretos: ferre autem, quemcunque euentum dederit Deus, fortiter.* Isocratis vero grauitas ita ornata incedit. *Quum terra enim vniuersa, quae sub coelo est, in duas diuisa sit partes: earumque Asia altera, altera Europa appelletur: dimidium eius foedere accepit, perinde ac si cum Ioue partiretur imperium.*

Τὰ μὲν δὴ πολιτικὰ ὤκνει, καὶ ἀπεφοίτα τῶν ἐκκλησιῶν, διά τε τὸ ἐλλιπὲς τοῦ φθέγματος[1], διά τε τὸν Αθήνησι φθόνον[2], ἀντιπολιτευόμενον αὐτοῖς μάλιστα τοῖς σοφώτερόν τι ἐτέ-

II. Et reipublicae quidem administrationem neglexit, concionesque euitauit, tum quia voce destituebatur, tum ob inuidiam Athenienſium, quae maxime illis aduersabatur, qui aliquanto quam reliqui docte ma-

---

limum Isocrati Demosthenem esse, facile patet ex prolixa comparatione, quam inter vtrumque instituit Dionys. Halicarn. de admir. vi dicendi in Demosthen. §. 7. sqq.

7 ζηλωτὴς δὲ Ισοκρ. γενόμενος] nempe eum in disciplinam admittere nolebat Isocrates, quod M. Drachmas pro didactro soluere non posset, vnde ζηλωτὴς tantum dictus hoc loco non μαθητὴς Isocratis. En haec narrantem Plutarchum p. 837. καὶ Δημοσθένη τε ἔτι ῥήτορίνοντι (τῷ Ισοκράτει) φασι μετὰ σπουδῆς προσελθεῖν αὐτῷ, καὶ χιλίας μὲν ἂς μονὰς εἰσπράττετο, ἐκ ἔχειν φάναι παρασχεῖν, διακοσίας δὲ δώσειν, ἐφ' ᾧτε τὸ πέμπτον μέρος ἐκμάθῃ. τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι ὡς ἐ τεμαχίζομεν, ὦ Δημόσθενες, τὴν πραγματείαν, ὥσπερ δὲ τὰς καλὰς ἰχθῦς ὅλας πωλοῦμεν, ἔτω καὶγώ σοι, εἰ βούλοιο μαθητίνειν, ὁλόκληρον ἀποδώσομαι τὴν τέχνην. Imitatum autem Demosthenem in Isocrate medium dicendi genus potissimum esse, & perfecisse, Dionysius iudicat l. c. §. 14.

8 θυμῷ] θυμὸς est τὸ παθητικὸν, quod oratio spirat, optime θυμὸν Demosthenis l. c. §. 22. describit Dionysius, vbi, postquam dixisset se Isocratem legentem πολὺ ἔχειν τὸ ἐυσταθὲς τῆς γνώμης, subiungit: ὅταν δὲ Δημοσθένους τίνα λάβω λόγων, ἐνθουσιῶ τε καὶ δεῦρο κἀκεῖσε ἄγομαι, πάθος ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταλαμβάνων, ἀπιστῶν, ἀγωνιῶν, δεδιὼς & reliqua, quae vide.

9 ἐπιφορᾷ] apud Isocratem ἀρχὰς καὶ ἐπιφορὰς esse easdem semper l. c. §. 20. fin. taxat Dionysius, nempe tales ἐκεῖνοι μὲν γὰρ &c. ἡμεῖς δὲ &c. item τοῦτο μὲν &c. τοῦτο δὲ. Aliter vero Demosthenes. Ei itaque ἐπιφορὰ idem quod ἀπόδοσις. Nonnunquam tamen aliud vox videtur notare. *Sententiam* nempe qua concluditur apte orationis pars. Sic vox sumitur passim Hermogeni. Sed tamen hic ἐπιφορὰ videtur ad vehementiam orationis breuibus forte sententiis animum vrgentis, pertinere. Sic & inf. in *Antiocho* κατηγορίαι καὶ ἐπιφοραὶ iunguntur.

10 περιβολῇ] vide paulo ante not. 5.

11 σεμνότης] vide ad *Critiam* not. 20.

12 ἐπεσταλμένη] h. e. σκληροτέρα καὶ τραχυτέρα paulo *asperior & vehementior*, id quod patet ex eo quod ἀβροτέρα καὶ ἡδίων opponitur τῇ ἐπεσταλμένῃ. Talem σεμνολογίαν agnoscit Hermogenes l. II. c. 6. p. 286. existere ex verborum, participiorum, pronominum, adiectiuorum &c. in nomina substantiua permutatione: quod Thucydidi frequens esse obseruat, nec ratum Demostheni. Tale esse ait istud Thucydidis τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη. Atque sic profecto in sequentibus duobus exemplis plura nomina inuenies substantiua in loco Demosthenis; participiis & verbis connexam leniterque fluentem orationem in loco Isocratis. At ἐπιστροφὴν illam in actione etiam τῷ ἀβρῷ opponi videas inf vita *Scopeliani* §. V. n. 14. qui sedens ξὺν ἀβρότητι, stans ξὺν ἐπιστροφῇ perorabat.

13 σεμνότητος] ita omnino legendum, nam de illa *idea* in praecedentibus sermo. sicque etiam paulo post noster ἡ δὲ Ισοκράτους σεμνότης. Firmantque lectionem cod. S. item Angl. & Morelli quidam. Male editi habebant δεινότητος. Ceterum qui sequitur locus desumtus est ex oratione *de corona* p. m. 326.

14 ἡ δὲ Ισοκρ. — ὧδε κεκόσμ.] locus qui sequitur desumtus est ex *Panegyrico* p. m. 153.

15 τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ] editi hic additum habebant κειμένης, quod cum κακοφωνίαν faciat, & in Isocratis editionibus omittatur, ellipsinque illam ferat linguae genius, hic quoque relegare non dubitaui.

§. II. 1 διά τε τὸ ἐλλιπὲς τοῦ φθέγμ.] Dionys. iudic. de Isocr. p. 150. σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά. ὡς δὲ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο, τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφελομένη τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος — ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς προαιρέσεως. Sic fere Plutarch. vita X Rhetor. p. 837. πολιτικῶν πραγμάτων ἀπέσχετο ἰσχνόφωνός τε ὢν καὶ ὑλαῶδης τὸν τρόπον. Hinc, vt itidem p. 838 narrat, solebat discipulis suis dicere Isocrates: ὡς αὐτὸς μὲν δέκα μυῶν διδάσκει, τῷ δὲ αὐτὸν διδάξαντι τόλμαν καὶ ἰυφωνίαν δώσειν δεκακισχιλίας. Ceterum ad eius *timiditatem* quoque spectat, quod idem narrat Plutarch. eum ἐπίδειξιν coram tribus edere noluisse, *tertio* ablegato, atque ἀκροατήριον in quo discipulos instituat, sibi nunc loco θεάτρου esse in quo declamet dixisse, conf. inf. §. IV. n. 1. 2.

2 διὰ δὲ τὸν Αθ. φθ.] cod. S. non male διὰ δὲ τῶν Αθην. &c. *propter eorum qui Athenas habitabant inuidiam*. Ceterum de ea vide nostro dicta supra in vita *Antiphontis*.

gis

gis dicerent. Neque tamen nullam plane habuit reipublicae curam. Nam & *Philippum* iis, quae ad eum scripserat, reconciliauit Athenienſibus, & eis, quae *de pace* commentatus est, Athenienſes a maritimarum rerum ſtudio reuocauit, vt ob quas male audirent illi. Oratio etiam ei habita *panegyrica*, quam *Olympiae* recitauit, Graeciae ſuadens, vt domeſticis contentionibus omiſſis, expeditionem aduerſus Aſiam ſuſciperet.

ρα ἀγορεύσιν. ὅμως δ' ἐκ ἀπεσπάδαζε τῶν κοινῶν. τόν τε γὰρ φίλιππον, ἐν οἷς πρὸς αὐτὸν ἔγραφεν[3], Αθηναίοις δή πα διωρθῶτο· καὶ οἷς περὶ τῆς εἰρήνης[4] συνέγραφεν, ἀνεσκεύαζε τὰς Αθηναίας ἐκ τῆς θαλάττης, ὡς κακῶς ἐν αὐτῇ ἀκμάοντας. ὁ πανηγυρικός[5] τε αὐτῷ λόγος, ὃν διῆλθεν Ολυμπιάσιν, τὴν Ελλάδα πείθων, ἐπὶ τὴν Ασίαν στρατεύειν, παυσαμένας[6] τῶν οἴκοι ἐγκλημάτων.

III. Atque haec quidem, quanquam elegantia ceteras omnes antecellat, criminationi tamen locum fecit, quaſi ex iis, quae Gorgiae de eodem argumento dicta fuerant, eſſet conſarcinata. Optime autem, inter Iſocratis orationes, compoſitae ſunt *Archidamus* & *Amartyros*. Nam in priorem indolem transfudit Lacedaemoniam, Leuctricam cladem fortiter ferentem. Nec verba tantum in ea exquiſita ſunt, ſed & ſtructura ſplendida, & tota oratio acris, adeo, vt etiam in illius fabuloſa parte, de Hercule & bobus, elocutio obtineat compreſſione rerum breuis. *Amartyros* autem vim praefert, numerorum adſtrictam legibus. Nam ſententia, conſerta ſententiae, in membrorum aequalium periodos deſinit.

Οὗτος μὲν ἂν, εἰ καὶ κάλλιστος λόγων, αἰτίαν ὅμως παρέδωκεν[1], ὡς ἐκ τῶν Γοργίᾳ σπασθέντων[2] ἐς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν συντεθείς. ἄριστα δὲ τῶν Ισοκράτους φροντισμάτων ὅ τε Αρχίδαμος[3] ξύγκειται, καὶ ὁ Αμάρτυρος. τῷ μὲν γὰρ δήκει φρόνημα Λακεδαιμόνιον[4], τῶν Λευκτρικῶν ἀναφέρον[5]. καὶ ἐκ ἀκριβῆ μόνον τὰ ὀνόματα[6], ἀλλὰ καὶ ἡ ξυνθήκη λαμπρὰ[7], ἐναγώνιος δὲ ὁ λόγος[8], ὡς καὶ τὸ μυθῶδες αὐτῷ μέρος, τὸ περὶ τὸν Ηρακλέα καὶ τὰς βοῦς, συνεπίστροφον[9] ἡρμηνεῦσθαι. ὁ δὲ Αμάρτυρος ἰσχὺν ἐνδείκνυται, κεκολασμένην[10] ἐς ῥυθμούς. νόημα γὰρ ἐκ νοήματος ἐς περιόδους ἰσοκώλους[11] τελευτᾷ.

IV. Auditores autem huius viri multi fue-

Ακροαταὶ[1] δὲ τοῦ ἀνδρὸς τούτου πολλοὶ μὲν,

---

3 *ἐν οἷς πρὸς αὐτὸν ἔγρ.*] quod paulo ante mortem eius factum docet Plutarch. loc. c. Illius orationis inter praecipuas Iſocratis etiam meminit Dionyſius in iudicio de eo §. 6.

4 *π. τῆς εἰρήνης*] de hac quoque inter eximias Dionyſ. l. c. §. 7.

5 *ὁ πανηγυρ.*] X vel vt alii volunt XV annorum opus: vide Plutarch. p. 837. Vt Panathenaicus annorum X, teſte Lyſia ap. Tzetzem. Nempe *χρονίως συνετάττετο*, vt Tzetzae phraſi vtar, adeo, vt vel *epiſtolam de pace* ad Philippum non abſoluere potuerit, antequam bellum ipſi Athenienſes confeciſſent, eamque tarditatem aliorum quoque fuiſſe antiquorum oratorum idem Tzetzes obſeruat. Cetera haec Panegyrica oratio quoque inter pulcerrimos Iſocratis foetus cenſetur a Dionyſio l. c. §. 5.

6 *παυσαμένας*] lectionem habes cod. S. & Angl: obſeruatam Salmaſio quoque: refero ad Ελλάδα collectiue acceptum. Editi *παυσάμενος*, vt ad Iſocratem referatur, at ſic rectius eſſet *πάυσας*.

§. III. 1 *παρίδωκεν*] ſic cod. S. & Angl. Editi *παραδίδωκε*.

2 *ὡς ἐκ τ. Γοργ. σπασθέντων*] Plutarch. p. 837. *μετένηνοχέναι (λέγεται) ἐκ τῆς Γοργίου, τῆς Λεοντίνου, καὶ Λυσίᾳ* quae repetit, vt cetera pleraque, ad verbum Photius. Idem tamen p. 1458. ex Archini etiam & Thucydidis *ἐπιταφίοις λόγοις* multa videri poſſe, ait, Iſocratem decerpſiſſe: quod argumenti ſimilitudini tribuit, *plagii* eum propterea poſtulare non auſus.

3 *Αρχίδαμος*] inter praeſtantiſſimas Iſocratis refert etiam Dionyſ. l. c. §. 9.

4 *Λακεδαιμόνιον*] haut dubievera lectio, quam ex ingenio reſtituimus, vulgati enim habebant *Λακεδαιμονίοις*, quod parum luculentum ſenſum fundebat.

5 *τῶν Λευκτρ. ἀναφέρον*] nempe in *Archidamo*, princeps ille Lacedaemoniis emendam, Meſſena reſtituta, pacem cum Thebanis diſſuadet, forti animo & Leuctrica clade nihil territo. Hinc Iſocratem *διακίνδυνα* ait noſter tale *φρόνημα τῷ λόγῳ τούτῳ*.

6 *ἐκ ἀκρ. μόνον τὰ ὀνόματα*] quae ſingularis Iſocratis laus eſt: partim in eo conſiſtens *ὅτι οὐδὲν εἰκῇ τίθησι ὄνομα*, vide Dionyſ. Iudic. de eo §. 2. tum in *ἀκριβείᾳ διαλέκτου*, quod voces obſoletas & obſcuras fugiat. vid. ib. & §. 11: in eo porro quod *κράτιστα ὀνόματα τίθησι*, h. e. rem optime ſignificantia, maximeque *ἐμφατικά*· denique quod vocibus *πεποιημένοις* non vtatur, vid. idem de admir. Demoſthenis vi in dicendo §. 4.

7 *ἡ ξυνθήκη λαμπρά*] quid *ſtructuram* orationis *λαμπρὰν* faciat, explicat Hermogenes de Ideis lib. I. cap. 9. fin. p. 311.

8 *ἐναγώνιος δὲ ὁ λόγος*] quae minime alias Iſocratis virtus, iudice Dionyſio §. 2. & 11.

9 *συνεπίστροφα ἡρμηνεῦσ.*] ſic bene Gruterus. Editi *σὺν ἐπιστροφῇ*. *συνεπίστροφα* vero idem ſunt quod *σύστροφα*, h. e. rotunde & compreſſe dicta. Verba *ἑρμηνεύεσθαι* apud noſtrum *elocutionem* notari obſerues vbique, nec ea de re vt moneam opus. *Rotunditas illa* orationis acrem eam facit & *ἐναγώνιον*. Dionyſio dicitur *τὸ συστρέφειν τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρειν*, id quod *πρὸς ἀληθινὰς ἀγῶνας ἐπιτήδειον* ait, quam, Iſocrati abiudicatam, virtutem Lyſiae tribuit, iudicio de Iſocr. §. 11. Haec virtus eſt, quam Critiae Tullius tribuens *compreſſionem rerum breuem* dicit in Bruto c. 7.

10 *κεκολ. εἰς ῥυθ.*] de *ῥυθμοῖς* vide ſupra §. I. n. 6. Gruterus & Salmaſ. *κεχαλασμένην* reſcribebant pro *κεκολασμένην*, cuius ſiue lectionis ſiue emendationis nulla ratio apparet, cum *κεκολασμένον* in oratione frequens ſit noſtro, & *caſtigatum* Latini quoque dicant de *ſermone*. Hic igitur oratio *κεκολασμένη εἰς ῥυθμὸς* eſt quae *numero oratorio caſtigatiſſima eſt*.

11 *περιόδους ἰσοκώλ.*] vide ſupra §. I. not 3.

§. IV. 1 *ἀκροαταὶ*] ſcholam in Chio aperuit teſte

ἐλλογιμώτατος δὲ Ὑπερίδης, ὁ ῥήτωρ. Θεόπομπον γὰρ, τὸν ἐκ Χίου [2], καὶ τὸν Κυμαῖον Ἔφορον [3], ἅτ' ἂν διαβάλοιμι, ἅτ' ἂν θαυμάσαιμι [4]. οἱ δὲ ἡγούμενοι τὴν κωμῳδίαν [5] καθάπτεσθαι τῶν Ἰσοκράτους, ὡς αὐλοποιῶν, ἁμαρτάνουσι. πατὴρ μὲν γὰρ αὐτῷ Θεόδωρος ἦν, ὃν ἐκάλουν αὐλοποιὸν [6] Ἀθηναῖοι. αὐτὸς δὲ ἅτε αὐλοὺς ἐγίγνωσκεν, ἅτε ἄλλο τι τῶν ἐν βαναύσοις. ἐ γὰρ ἂν ἓδὲ τῆς ἐν Ὀλυμπίῳ εἰκόνος ἔτυχεν [7], εἴ τι τῶν εὐτελῶν εἰργάζετο. ἀπέθανε μὲν ἓν Ἀθήναις ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη [8]. ἕνα δὲ αὐτὸν ἡγώμεθα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων· ἐπειδὴ μετὰ τὰ κατὰ Χαιρώνειαν ἐτελεύτα, μὴ καρτερήσας τὴν ἀκρόασιν [9] τοῦ Ἀθηναίων πλαίσματος.

re, clariſſimus tamen Hyperides, Rhetor. Nam Theopompum Chium, & Cumanum Ephorum, neque repreheńderim quidem, neque laudare velim. Qui vero putant Iſocratem perſtringi in comoediis, vt *tibiarum fabrum*, falluntur. Nam pater ei Theodorus fuit, quem *fabrum tibiarum* Athenis appellabant. Ipſe vero neque tibias norat, neque aliam quamuis artem ſordidam. Neque enim Olympiae ſtatuam conſecutus eſſet, ſi vilium operarum alicui incubuiſſet. Obiit poſtremo Athenis, centenarius fere, in eorum numero habendus ,qui in bello oppetierunt. Nam inter ea, quae ad Chaeroneam acta ſunt, vitam finiuit, cladis Athenienſium nuntio ferendo impar.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Περὶ δὲ Αἰσχίνου [1], τοῦ Ἀτρομήτου [2], ὃν φαμὲν

XVIII. AESCHINES.

SECT. III. Secundae ſophiſticae profeſſores.

De Aeſchine autem Atrometi filio, quem

Plutarcho p. 837. cum ſibi πολιτείας curam non ſuccedere videret, IX diſcipulis primum, paulo poſt pluſquam C. Didactrum ſtatuit M drachmas, tantumque pecuniae confecit, quantum nemo alius ſophiſtarum, ὥστε καὶ τριαρχῆσαι. Didactrum primo accipiens lacrymas fudit, inquiens, ὡς ἐπίγνων ἑαυτὸν νῦν τούτοις πεπραμένον. A ciuium tamen ſuorum nemine id accepit, vid. Plutarch. p. 838. Sed tamen, quod idem refert, a Demoſthene poſtulauit. vide ſ. §. I n. 1. Ceterum inter auditores eius *Iſaeum* quoque a nonnullis referri, idem Plutarchus narrat, qui & praeteritos hic *Timotheum* Cononis, & *Aſclepiadem* Τραγωδουμένων autorem, *Theodectem* Tragicum, *Leodamum* item & *Lacritum* in hunc cenſum retulit. Quod Tzetzes ait, ipſum adeo fuiſſe timidum, vt ne duos quidem ſimul auditorum inſtitueret, ſed in craſtinum alterum differret, verbis iſtis :

Δειλότατος ἀνθρώπων δὲ ἦν Ἰσοκράτης πάντων,
Ὡς μηδὲ δύο μαθητὰς ὁμοῦ ἐφερμηνεύσαι,
Λέγειν ἑνὶ δὲ ἀπ' αὐτῶν σήμερον τοῦτῳ λέξω,
Σοὶ δὲ πάλιν τὴν αὔριον παραβαλῶν τι λέξω.

Id natum ex male intellectis Plutarchi verbis p 838: εἶχε δὲ ἀλλοτρίως πρὸς ἐπίδειξιν, ὡς ἀφικομένων ποτε πρὸς αὐτὸν τριῶν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν, τοὺς μὲν δύο κατασχεῖν, τὸν δὲ τρίτον ἀπολῦσαι, φάμενος εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἥξειν, νῦν γὰρ αὐτῷ τὸ θέατρον εἶναι ἐν τῷ ἀκροατηρίῳ. Nempe de *declamationibus* loquitur Plutarchus, non de *inſtitutione*. conf. ſ. §. II. n. 1.

2 Θεόπομπον γὰρ τ. ἐκ Χίου] de quo videndus Dionyſ. Halicarnaſſ epiſt. ad Pompeium de praecip. hiſtoric. §. 6. Photius in Bibliothec. cod. CLXXVI. Suidas in Θεοπ. Meurſ. ad Apollon. Dyſc. c. 10. Voſſius de Hiſtor. Graec. Ionſius de Script. Hiſt. Philoſ. l. I. c. 9.

3 Ἔφορον] vid. de eo Suidas Ionſiuſque & Voſſius ll. cc.

4 ἅτ' ἂν διαβάλοιμι, ἅτ' ἂν θαυμάσαιμι] nempe ſunt multa in vtroque laudanda, commendauitque egregie *Theopompi* virtutes l. c. Dionyſius, ἐπιφανέστατον πάντων Ἰσοκράτους μαθητῶν eum vocans. Benigne etiam ſatis de *Ephoro* iudicat Diodorus Sic. l V. Multa tamen etiam ſunt in vtroque reprehenſa a veteribus, quae diligenter obſeruauit Voſſius l.c.

5 τὴν κωμῳδίαν] Ariſtophanis & Stratidis comoedias reſpicit. Sic enim Plutarch. vitae Iſocrat. initio εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται ὑπὸ Ἀριστοφάνους καὶ Στράτιδος.

6 ὃν ἐκάλ. αὐλοποιὸν] erat enim vt Dionyſ. habet in iudic. de Iſocr. θεράποντας αὐλοποιοὺς κεκτημένος καὶ τὸν βίον ἀπὸ ταύτης ἔχων τῆς ἐργασίας, quod verbis fere iiſdem repetit Plutarch l. c.

7 ἐ γὰρ ἂν ἓδὲ τ. ἐν Ολ. εἰκ. ἐτ.] vulgo leg. Ολυμπίᾳ. Ex quibus ſtatuam in *Olympia* vrbe forte Iſocratem impetraſſe, ob πανηγυρικὸν λόγον, quem Olympicis habuerit ludis, vt paulo ante narratum noſtro, aliquis ſibi perſuaſerit. Quemadmodum Gorgiae auream ſtatuam in *Pythii Apollinis* templo, ob *Pythicam* orationem, poſitam ſ. vidimus, in *Gorgia* §. II. Mirum tamen Plutarchum & ceteros antiquos rem adeo Iſocrati honorificam praeteriiſſe, maxime cum poſitarum aliis in locis imaginum ille diligenter meminerit. Omnino igitur pro Ολυμπίᾳ legendum Ολυμπίῳ, vt intelligatur *Olympium* Athenienſe, de quo inf. in vita *Polemonis*. vbi vid. §. III. n. 8. Ibi nempe ſtatuam *Iſocratis* poſuerat *Aphareus*, vxoris eius, *Plathanae*, ex priore coniugio cum *Hippia* filius, quem adoptauerat *Iſocrates*, cum hac ſubſcriptione :

Ἰσοκράτης Ἀφαρεὺς πατρὸς εἰκόνα τὴν δ' ἀνέθηκε
Ζηνὶ, θεάς τε σέβων καὶ γονέων ἀρετήν.

8 ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη] vel vt alii, teſte Plutarcho, XCVIII aetatis anno, vel CVI, vt habet Suidas.

9 μὴ καρτερήσ. τὴν ἀκρόασιν] nempe ſeipſum vita eduxit quatriduana, vel vt alii volunt, nouemdiali abſtinentia a cibo : vide de morte eius inprimis Plutarchum & Dionyſium.

XVIII. ΑΙΣΧΙΝΗΣ. §. I. 1 Αἰσχίνου] de quo vide ex inſtituto ipſum Aeſchinem *Orat. de falſa legat.* & *de corona*, cum quibus conferendae oppoſitae illis Demoſthenis totae Orat. *de corona* & *de falſa legatione*. adde Plutarch. Vit. X Rhetor. pag. 840. Photium cod. LXI. & CCLXIV. Apollonium ἐξηγήσει εἰς Αισχιν. & duos incertos vitae eius autores a VVolffio cum Demoſthenis & Aeſchinis orationibus editos. Cl. Fabric. Bibl. Graec. lib. II. p. 872. de eius dicendi genere vid Hermogenes l. II. *de ideis*.

2 Ἀτρομήτου] de quo plura ipſe Aeſchines Orat. *de falſa legat.* p. 267. & Demoſthen. Orat. *de corona* p. 331. vbi Τρόμητος ei nomen ante fuiſſe ait, cui Aeſchines duas ſyllabas addiderit, vt magis ſonora vox eſſet: nempe aliquid ſublimius ſpirat VI Ἀτρομήτος, quam Τρόμης. Vid. Apollonius quoque ἐξηγήσ. in Aeſchin. Idem Demoſthen. p. 353. Matrem eius *tympaniſtriam* fuiſſe ait. Niſi ibi τελίσχιαν potius legendum, cuius lectionis ratio mox patebit. *Glaucotheae* vero nomen ei impoſitum eſſe ab Aeſchine dicit, p. 331, cum *Empuſa* vulgo diceretur, hoc nomine notata ἐκ τῶν πάντα ποιοῦν καὶ πάσχειν. Autor incertus vitae Demoſthen. dicit Ἐμπαύσαν eam dictam, ἐκ σκοτεινῶν τόπων τοῖς παισὶ καὶ γυναιξὶ ὀρωμένην. Id enim *Empuſarum*. Nempe *Teleſtria* erat, vnde θιάσους τελέστην vocat idem. Inſignis ea de re locus Demoſthen. Orat. *pro corona* p. 311. ſeq. & Libanii in *argumento Orat. Demoſthen. de falſa legat.* inquientis, καθαίρεσαν, καὶ τελετάς τινας ἐ σπουδαίας τελεῖσαν eam fuiſſe. Magis diſerte etiam Apollonius μητρὸς δὲ ἦν inquit Γλαυκοθέας, ἢ, ὡς ἔνιοι, Γλαυκίδος, ἣν φασι τὴν πρώτην τελετὴν ὑταιρηκέναι, καθεζομένην ἐν οἰκήματι, πρὸς τῷ τῶν καταμίτων ἡρῴῳ. Επειτα ὕστερον ἀνα-

sophi-

sophisticae secundae principem statuimus, ista commemorare decet. Athenienſium reſpublica tota in factiones abierat, erantque alii quidem Perſarum Regi addicti, alii Macedonibus. Primas itaque ferebant eorum quidem, qui Perſarum Regi fauebant, Demoſthenes, pago Paeanienſis: viciſſim eorum qui Philippum ſuſpiciebant, Aeſchines pago Cothocides. Atque his quidem pecuniae ab vtroque [Regum] mittebantur: Perſa, Athenienſium opera, Philippo negotia faceſſente, ne in Aſiam traiicere poſſet: Philippo autem Athenienſium opes euertere nitente, vt quae impedimento eſſent traiectui. Diſſenſionis autem inter Aeſchinem & Demoſthenem non hoc quidem fuit principium, quod alter alteriusRegis partes in republica tueretur, ſed morum, vt mihi videtur, repugnantia. Ex contrariis namque inter ſe moribus odium conflatur, cuius nulla cauſa allegari poteſt. Contrarii autem moribus erant in iſtis: Aeſchines quidem potator eſſe videbatur iucundus & ſolutus, omnemque morum gratiam ex Baccho captabat. Sane enim etiam grauem ſpiritum ducentibus hiſtrionibus, adoleſcens, in tragoediis operam commodauerat. Contra ſobrius videbatur Demoſthenes, &

τῆς δευτέρας σοφιστικῆς ἄρξαι[3], τάδε χρὴ ἐπεσκέφθαι. ἡ Ἀθήνησι δημαγωγία διειστήκει πᾶσα· καὶ οἱ μὲν βασιλεῖ[4] ἐπιτήδειοι ἦσαν, οἱ δὲ Μακεδόσιν. ἐφέροντο δὲ ἄρα τὴν πρώτην[5] τῶν μὲν βασιλεῖ χαριζομένων ὁ Παιανιεὺς Δημοσθένης, τῶν δὲ ἐς Φίλιππον ὁρώντων ὁ Κοθωκίδης Αἰσχίνης. καὶ χρήματα παρὰ ἀμφοῖν ἐφοίτα σφίσι[6]· βασιλέως μὲν ἀσχολοῦντος δι' Ἀθηναίων Φίλιππον, τὸ μὴ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐλάσαι· Φιλίππου δὲ πειρωμένου παραλύειν τὴν Ἀθηναίων ἰσχύν, ὡς ἐμπόδισμα τῆς διαβάσεως· διαφορᾶς δὲ ἦρξεν Αἰσχίνῃ καὶ Δημοσθένει ἐκ αὐτὸ μὲν[7] τὸ ἄλλον ἄλλῳ βασιλεῖ πολιτεύειν, ὡς δ' ἐμοὶ φαίνεται, τὸ ἐναντίως ἔχειν τῶν ἠθῶν. ἐξ ἠθῶν γὰρ, ἀλλήλοις ἀντιξόων, φύεται μῖσος αἰτίαν ἐκ ἔχον. ἀντιξόω δ' ἦτην διὰ τάδε. ὁ μὲν Αἰσχίνης φιλοπότης[8] ἐδόκει, καὶ ἡδὺς, καὶ ἀνειμένος, καὶ πᾶν τὸ ἐπίχαρι ἐκ Διονύσου ἠρηκώς[9]. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῖς βαρυτόνοις ὑποκριταῖς τὸν ἐν μειρακίῳ χρόνον ὑπετραγῴδησεν[10]. ὃδ' ἂυ νενηφώς τε ἐφαίνετο, καὶ βαρὺς τὴν ὀφρῦν,

---

πᾶσαν ἀπὸ τῆς ἐργασίας ταύτης, ἐπὶ τὸ τελεῖν καὶ καθαίρειν τὰς βλωμίδας ἀποκλίνω.

3 τῆς δευτέρ. σοφιστ. ἄρξαι] vide ſupra *prooem.* initio, vbi σοφιστικὴν in παλαιὰν & δευτέραν diſtinguit, adde ibidem a me obſeruata not. 42.

4 βασιλεῖ] Regi nempe Perſarum, quem βασιλέα μέγαν & βασιλέα abſolute adpellant Graeci, quod & ex Latinis Curtius imitatur, imo & Cornelius Nepos atque alii. vide notata Briſſonio lib. I. de regn. Perſar.

5 τὴν πρώτην] Salmaſ. τὰ πρῶτα, ſed & illud ferri poteſt.

6 καὶ χρήμ. π. ἀμφ. ἐφοίτα σφίσι] conf. Diodor. Sic. lib. XVII. p. 489. qui Demoſtheni Aeſchinem dona Perſica exprobraſſe notat. Alexandrum M. poſtea Sardibus inueniſſe documenta ſatraparum, quibus continebatur pecuniae a R. Perſarum oblatae eidem ſumma, autor eſt Plutarchus *vit. Demoſthen.* T. I. opp. p. 855. vid. & p. 852. Adde quae habet in *vitis X Rhetor.* de oblata ei ab *Ephialte*, nomine R. Perſarum, pecunia p. 847, & quae noſter habet inf. vita *Polemonis*, de Alexandro, per Demadem Athenienſibus hanc Demoſthenis δωροληψίαν patefaciente. vide ibi §. VII. n. 13. Aeſchinem inter alia Demoſthenes Oratione *de falſa legatione* προδεδωκότα πάντα, πεπραικότα, δῶρα ἔχοντα fiſtit p. 223. Idemque inuicem paſſim ſibi obiiciunt in orationibus de *corona*. Vtrumque vero illum Μηδισμοῦ, alterum Φιλιππισμοῦ accuſaſſe Ariſtogitonem, colligas licet ex infra dictis in vita *Philagri*.

7 ἐκ αὐτὸ μὲν] ita reſcribere auſus ſum pro καὶ αὐτὸ μὲν, manifeſte enim hoc ſenſus flagitat.

8 φιλοπότης] quod ipſi obiicit Demoſthen. de falſa legat. p. 225. vbi tamen crudelitatem Aeſchinis temulenti, patratorum in feminam Olynthiam exemplo, oſtendit.

9 ἐκ Διονύσου ἠρηκώς] hoc non eo tantum ſpectare putem, quod vino largius ſe inuitare ſoleret Aeſchines, verum eo quoque, quod tragicis operam locaſſet: eorum enim opera Baccho ſacra, actaeque, vt notum, Dionyſiis tragoediae, vt ex Διονύσου τεχνίταις proinde fuerit Aeſchines, de quibus vid. inf. ad vitam *Euodiani* §. 1. n. 6.

10 τοῖς βαρυτόνοις ὑποκρ. τὸν ἐν μειρακ. χρ. ὑπετραγῴδησε] manifeſte haec ſcripſit ob oculos habens locum Demoſthen. Orat. de corona p. 350. vbi ita ille ad Aeſchinem: ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν τοῖς ΒΑΡΥΣΤΟΝΟΙΣ ἐπικαλεμένοις ἐκείνοις ὑποκριταῖς, Σιμύλλαις καὶ Σωκράτει, ἐτριταγωνίσεις. Eiuſdem rei mentio apud incertum Aeſchinis vitae autorem, qui Σίμυλον tamen memorat & Σωκράτη, cum quibus κακοῖς ὑποκριταῖς κατ' ἀγρὸς ἀλᾶσθαι, & ἀργαῖον inde dictum, Aeſchinem ait. Quo loco ſupplendum omnino οἰνόμαον ἀργαῖον. vide quae notauimus inf. l. II. vit. *Ariſtidis* §. III. n. 9. Acerbe rurſus nauatam tragicis, & infeliciter quidem, operam deridet Demoſthenes Or. de corona p. 331. maxime vero Orat. de falſa legat. p. 245. vbi riſu dignos ait fore Athenienſes, ſi ſuada Aeſchinis, peſſime iam de republica meriti, ſe decipi patiantur, quem in theatro exſibilauerint & lapidibus tantum non obruerint. ἐμοί τε inquit δοκεῖτε ἀτοπώτατον ἁπάντων ἂν ποιῆσαι, εἰ ὅτε μὲν τὰ Θυίδος καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο ἐξεβάλλετε αὐτὸν, καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων, καὶ μόνον ὃ κατελίνετε ὕστας, ὅστε τελευτῶντα τῷ τριταγωνιστεῖν ἀποσῆναι· ἐπειδὴ δὲ ἐκ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἀλλ' ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ τοῖς μεγίστοις τῆς πόλεως πράγμασι μυρία εἴργασται τὰ κακὰ, τηνικαῦτα ὡς καλὸν φθεγγομένῳ προσίχοιτε. Habes hic ſimul fabulas, in quibus partes ſuas infeliciter obiit *Aeſchines*. ὑποκριτὴς vero, quem ſecutus fuit, *Ariſtodemus* eſt, vt Demoſthenes *de corona* p. 315. & ex eo Plutarchus vitae Aeſch. initio, ex hoc vero Photius meminit. Ei ἐκδεξάμενος καὶ γράψας h. e. *qui tragoedias ipſo dictitante calamo excepit*, *Philocrates* erat *Agnuſius*, quem Aeſchinis proinde κοινωνὸν vocat Demoſthen. loc. c. Nam ὑπογραμματίνων h. e. vt puto, *deſcribens*, (quae Philocrates primum calamo exceperat,) Aeſchines erat, vt habent autores citati. Apud *Iſichandrum* quoque eum τριταγωνιστῆσαι dicit incertus autor vitae Aeſchinis, VVolffio editus, qui *Pelopem* infeliciter ab eo repraeſentatum, ipſumque propterea a *Sanione* chori magiſtro eiectum dicit, qua de re aliquid Apollonius etiam habet ἐκ Αἰσχ. ἐξηγ. Ceterum τριταγωνιστὴς eſt *tertius hiſtrio*, nam tribus tum res gerebatur, antea paucioribus etiam, vid. Meurſium de tribus Tragicis p. 89.

καὶ ὕδωρ πίνων, ὅθεν ἐν δυσκόλοις τε καὶ δυσρόποις ἐγράφετο[11]. καὶ πολλῷ πλέον, ἐπειδὴ πρεσβεύοντε ξὺν ἑτέροις παρὰ τὸν Φίλιππον, καὶ ὁμοδιαίτω ὄντε, ὁ μὲν διακεχυμένος τε καὶ ἡδὺς ἐφαίνετο τοῖς συμπρεσβεύουσιν· ὁ δὲ κατεσκληκώς τε καὶ ἀεὶ σπουδάζων. ἐπέτεινε δ' αὐτοῖς τὴν διαφορὰν ὁ ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπὶ τοῦ Φιλίππου λόγος, ὅτε δὴ ἐξέπεσε μὲν τοῦ λόγου ὁ Δημοσθένης[12]. ὁ δ' Αἰσχίνης δὲ τῶν ἀποβεβληκότων ποτὲ ἀσπίδα[13], ἀλλ' ἐνθυμούμενος τὸ ἐν Ταμύναις ἔργον[14], ἐν ᾧ Βοιωτοὺς ἐνίκων Ἀθηναῖοι, ἀριστεῖα τότε δημοσίᾳ ἐστεφανοῦτο, τότε ἄλλα, καὶ χρησάμενος ἀμηχάνῳ τάχει, περὶ τὰ εὐαγγέλια τῆς νίκης.

Διαβάλλοντος δὲ αὐτὸν Δημοσθένους ὡς αἴτιον τοῦ Φωκικοῦ πάθους[1], ἀπέγνωσαν Ἀθηναῖοι τὴν αἰτίαν[2]. ἐπὶ δὲ τῷ καταψηφισθέντι Ἀντιφῶντι[3] ἦλω κριθεὶς, καὶ ἀφείλοντο αὐτὸν[4] οἱ ἐξ Ἀρείου πάγου, τὸ μὴ συνειπεῖν σφίσιν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δήλῳ. καὶ μὴν καὶ Πυλαγόρας[5] ἀνακριθεὶς, ὅπῃ παρὰ τοῖς πολλοῖς διαπέφευγε, τὸ μὴ αὐτὸς Ἐλατείᾳ ἐπιζῆσαι τὸν Φί-

supercilio grauis, aquamque bibebat, quare inter difficiles & morosos censitus est. Multoque magis, postquam ad Philippum vterque iuxta cum aliis legatus, contubernio iuncti fuere, ille quidem collegis animo in laetitiam effuso, & iucundus esse est visus, hic autem asperior, studiisque semper intentus. Auxit vero animorum inter eos dissensionem oratio de Amphipoli coram Philippo, quo tempore Demosthenes sermone excidit. Neque Aeschines ex eorum numero fuit, qui clypeum aliquando abiecissent, sed praeclaram rem ad Tamynas ausus est, qua ipsa effectum, vt Athenienses Boeotos superarent, praemiumque eius rei publice coronam indeptus est, tum alias ob causas, tum quod incredibili vsus celeritate in victoriae nuncio Athenas afferendo fuisset.

II. Cum Demosthenes vero eum calumniaretur, tanquam Phocicae cladis autorem, Athenienses criminationem istam reiecerunt. Sed propter condemnatum Antiphontem iudicio obnoxius haesit: vetaueruntque eum Ariopagitae, vt ne Deliaci templi causam coram ipsis ageret. Certe etiam Pylagoras factus, apud plerosque effugere haut potuit viae in Elateam Philippo patefa-

---

11 καὶ ὕδωρ πίνων, ὅθεν ἐν δυσκ. τε καὶ δυσρόπ. ἐγράφ.] cod. S. habet ἐπεγράφετο. Elegans cetera locus Plutarchi in *parallelis*, vbi comparat cum Cicerone Demosthenem: ὁ μὲν Δημοσθενικὸς (λόγος) ἔξω παντὸς ὡραϊσμοῦ καὶ παιδιᾶς εἰς δεινότητα καὶ σπουδὴν συνηγμένος, οὐκ ἐλλυχνίων ὄδωδεν, ὥσπερ ὁ Πυθίας ἔσκωπτεν, ἀλλ' ὑδροποσίας καὶ φρουτίδων, καὶ τῆς . . . . . πικρίας τοῦ τρόπου καὶ συγγνότητος. Atque ob hoc ipsum δεινὸν τῶν τρόπων καὶ ἀνελεήμον *Demosthenes* θηρίον appellabatur *Aeschini*, teste autore incerto vitae eius.

12 ὁ ὑπ. Ἀμφιπ. ἐπὶ τ. Φιλ. λόγος ὅτε δὴ ἐξέπ. μὲν τ. λ. ὁ Δημ.] nempe omnes X legati, pro Amphipoli restituenda Athenienſibus, ordine, quem aetas illis tribuebat, dicebant apud Philippum, interque eos suo loco etiam *Aeschines*. Vbi ad *Demosthenem* peruentum esset, qui multa magnifice de dicendis sibi pro Amphipoli iactauerat antea, ἐξαίφνης ἐσίγησε καὶ διηπορήθη, τελευτῶν δὲ ἐκπίπτει ἐκ τοῦ λόγου. Nec potuit, vtcunque Philippus humanis verbis ipsi animum adderet, seipsum colligere, sed denuo exorsus defecit denuo. Donec postremo per praeconem discedere iuberentur X Athenienſium legati: qui cum soli essent, *Demosthenes* statim increpauit *Aeschinem*, quod Athenas vehementiore ad Philippum oratione perdiderit. Rem omnem prolixe exponit ipse *Aeschines* Orat. de falsa legat. p. 394. sq.

13 ἀδὲ τῶν ἀποβεβλ. π. ἀσπ.] eo quoque dispares ingenio *Demosthenem* & *Aeschinem* fuisse ostendit, quod magno animo & intrepido Aeschines fuerit: cum Demosthenes contra apud *Chaeroneam* contra Philippum pugnans *clypeum* abiecerit, aliaque timiditatis argumenta ediderit, cuius rei Plutarchus autor est in vita eius. Cetera erat clypeum abiicere maxime turpe: vid. ad Apollonii vitam notata lib. II. c. 7. Varias autem expeditiones, quibus strenue rem gesserit *Aeschines*, refert Apollonius in ἐξηγ. *in Aeschinem*.

14 ἐνθυμούμ. τὸ ἐν Ταμύν. ἔργον] rei bene ab eo in *Tamynis* gestae, & reportatae coronae mentio in vita eius a Plutarcho & Apollonio conscripta.

§. II. 1 ὡς αἴτιον τοῦ Φωκικοῦ πάθους] quod argumentum est Orat. Demosthen. de *falsa legat.* qua Aeschinem conuincere conatur, eum male obita legatione in culpa esse acceptae Phocaeensibus a Philippo cladis.

2 ἀπέγνωσ. Ἀθ. τὴν αἰτίαν] accusatum reipsa ob legationem male obitam a Demosthene Aeschinem esse, causamque dixisse, absolutum XXX suffragiis, Eubuli patrocinio, nonnullos dicere Plutarchus quidem refert in vtraque eius vita, & Idomeneum inprimis: ipse tamen procliuior est in sententiam eorum, qui, interueniente Chaeronea clade, orationes ab vtroque conscriptas recitatas non esse aiunt, eo argumento ductus, quod neuter eorum in Orationibus *de corona* huius meminerit certaminis. vide inpr. vitam *Aeschin.* quae est in parallelis p. 853.

3 ἐπὶ δὲ τῷ καταψηφ. Ἀντιφῶντι &c.] rem ipse exponit maxime luculenter Demosthen. Orat. de corona p. 332. adde & Apollonium in ἐξηγ. in vit. Aesch. Antiphontem nempe, ad incendendum nauale Athenienſium a Philippo missum deprehenderat Demosthenes. Is vt ἄνευ ψηφίσματος dimitteretur effecerat Aeschines, retractus tamen ille, & decreto publico damnatus, capitis supplicium adiit. De illo Antiphonte plura quoque Vlpian. ad illum Demosthenis locum p. 87.

4 ἦλω κριθεὶς καὶ ἀφείλ. αὐτὸν] hoc quoque Demosthenis non praeteritum l. c. ex quo idem Plutarchus, Photius, Apollonius habent, ex quibus etiam discas, Hyperidem ab Areopagitis in ista causa fuisse substitutum Aeschini: *Deliacus* vero λόγος qui Aeschinis nomen mentitus est, commemoratur paulo post in hac vita. Causa qualis fuerit, discas licet ex Plutarcho in vita Hyperidis p. 850. Nempe contentio Athenienſibus cum Deliis ποτέρους δεῖ προίσασθαι τοῦ ἱεροῦ.

5 Πυλαγόρας] Πυλαγόραι erant, qui ab vrbibus in Pylaeam ad sacrum Amphictyonum conſessum, quorum erat sacra & consilia communia pro Graeciae obire salute, mittebantur, v. Suidam.

ctae

ctae suspicionem, speciosis verbis & commentis Pylaea conturbata. Athenis autem se subduxit, fugere a nemine iussus, sed ignominia expulsus, qua Demosthenis succubuerat & Ctesiphonti, suffragiis excidens. Animus autem ipsi erat ad Alexandrum proficisci, qui Babylone ac Susis paulopost erat aduenturus. Cum Ephesum tamen appulisset, huncque mortuum, res vero Asiae perturbatissimas ab eo relictas esse accepisset, Rhodi substitit. Insula autem illa studiis erat aptissima. In sophistarum igitur scholam vertens Rhodum, vitam ibi egit, ocio & Musis litans, Atticosque mores Doricis permiscens.

III. Orationem autem extemporaneam cum flumine quodam, & plane *diuine* concinnans, primus eam laudem tulit. *Diuine* enim *dicere* sophistarum dissertationibus antea frequens non erat. Ab Aeschine igitur initium duxit, qui diuino impetu extemporaneam orationem fundebat, perinde atque illi, qui oracula spirant. Platonisque & Isocratis cum fuisset auditor, ex ingenio quoque suo multa adiecit. Fuit enim perspicuitatis in sermone lumen in Aeschinis laudibus, venusta grauitas item, & magna cum vi con-

λιπτον, τὴν Πυλαίαν συνταράξας ἐυπροσώποις λόγοις, καὶ μύθοις[6]. Αθηνῶν δ' ὑπεξῆλθεν, ἀχὶ φεύγειν προσαχθεὶς, ἀλλ' ἀτιμίᾳ ἐξισάμενος, ᾗ ὑπήγετο ὑπὸ Δημοσθένει καὶ Κτησιφῶντι, ἐκπεσὼν τῶν ψήφων[7]. ἡ μὲν δὴ ὁρμὴ τῆς ἀποδημίας αὐτῷ παρὰ τὸν Αλέξανδρον[8] ἦν, ὡς αὐτίκα ἥξοντα ἐς Βαβυλῶνά τε καὶ Σῦσα. καθορμισθεὶς δ' ἐς τὴν Εφεσον, καὶ τὸν μὲν τεθνάναι ἀκούων, τὰ δὲ τῆς Ασίας αὐτῷ ξυγκεκλυσμένα[9] πράγματα, Ρόδῳ εἴχετο. ἡ δὲ νῆσος ἀγαθὴ ἐνσπουδάσαι. καὶ σοφιστῶν φροντιστήριον ἀποφήνας τὴν Ρόδον[10] αὐτῇ διητᾶτο, θύων ἡσυχίᾳ καὶ Μέσαις, καὶ Δωρίοις ἤθεσιν ἐγκαταμιγνὺς Αττικά.

Τὸν δε αὐτοσχέδιον λόγον ξὺν εὐροίᾳ καὶ θείως διατιθέμενος[1], τὸν ἔπαινον τοῦτον πρῶτος[2] ἠνέγκατο. τὸ γὰρ θείως λέγειν ὅπως μὲν ἐπεχωρίασε σοφιστῶν σπουδαῖς, ἀπ' Αισχίνου δ' ἤρξατο, θεοφορήτῳ ὁρμῇ ἀποσχεδιάζοντος[3], ὥσπερ οἱ τὰς χρησμὰς ἀναπνέοντες. ἀκροατὴς δὲ Πλάτωνός τε καὶ Ισοκράτους[4] γενόμενος, πολλὰ καὶ παρὰ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἠγάγετο. σαφηνείας τε γὰρ φῶς[5] ἐν τῷ λόγῳ ἔπαινος Αισχίνου[6], καὶ ἁβρὰ σεμνολογία[7], καὶ τὸ ἐπίχαρι

---

6 τὸ μὴ ὑκ αὐτ. Ελατ. ἐπισ. τ. Φίλ. τὴν Πυλαίαν συνταράξας ἐυπρ. λόγ. καὶ μύθ.] mota iam illa res fuerat a Demosthene in Orat. de falsa legatione. Maxime tamen luculenter exponitur ab ipso Aeschine Orat. *de corona* p. 290. & Demosthen. Orat. eiusdem argumenti p. 333. Nempe Aeschines in orat one, illo in confessu habita, quae hic designatur per *ἐυπροσώπους λόγους καὶ μύθους*, quibus exterruisse dicitur *Pylaeam*, (quod nomen & *loci* est, & ipsius *consessus* in eo Amphictyonum,) Cirrhaeum campum sactum esse persuaserat Amphictyonibus, & ad templum Apollinis pertinere: vnde isti exturbaturi Amphissenses Locros, qui suum eum esse aiebant, armis eos sibi occurrentes habuere. Quamobrem Amphictyones, inuocato Philippi auxilio, eoque duce *Amphictyonum* facto, occasionem ei occupandae *Elateae* dederunt.

7 ἐκπεσὼν τ. ψήφων] nempe quintam suffragiorum partem in illa contra Ctesiphontem & Demosthenem de corona causam non tulit. Testis Plutarch. Photius, autor vitae eius incertus.

8 ἡ μὲν ὁρμ. τ. ἀποδ. π. τ. Αλέξ. &c.] rem eodem modo narrant Plutarchus, Photius & autor incertus in vita eius.

9 ξυγκεκλυσμένα] sic cod. S. quod praeferendum videbatur lectioni editorum *ξυγκεκλεισμένα*.

10 σοφισ. φροντισ. ἀποφ. τὴν Ρόδον] sic Photius cod. LXI. *ἐκεῖσε σχολάσαι* dicit. Quod male Schottus vertit *in otio* eum *egisse*: sensus est, *scholam* eum ibi aperuisse.

§. III. 1 τὸν δὲ αὐτοσχ. λόγ. ξὺν εὐροίᾳ καὶ θ. διατιθέμ.] nempe non primus fuit qui extemporaneam eloquentiam exercuit, sed excoluit, (vide supra notata ad prooem. not. 5. & sqq. vsque ad 13:) atque *τὸ θείως λέγειν*, (qua de re vid. postea §. III. n. 3.) in *αὐτοσχεδίοις* vsurpauit: Suidas de eo *πρῶτος δὲ πάντων τὸ* ΘΕΙΩΣ *λέγειν ἤσκησε, διὰ τὸ σχεδιάζειν ὡς* ΕΝΘΟΥΣΙΩΝ.

2 πρῶτος] sic MS. S. Editi *πρῶτον*. Sensus autem non est, primum eum fuisse cui laus data extemporaneae eloquentiae: sed primum fuisse qui *θείως αὐτοσχεδιάζειν* diceretur, vt ex sqq. constat.

3 θεοφορ. ὁρμῇ ἀποσχεδ. &c.] haec virtus est, quam Plato in *Menone* in virorum *πολιτικῶν* inprimis oratione refulgere cupit: quos vult *θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα*. Sic & Callistratus in *Bacchi statua* de Poetarum & *λογοποιῶν* arte, *πνίονται*, inquit, *ἐπὶ τὰς γλώττας ἐκ θεῶν θεσμὸς πεσόντος*. & Aristides Or. de *Patrapheg.* *ἱερὸν καὶ θεῶν πῦρ τὸ ἐκ Διὸς* animum suum agitare dicit. Sic Longinus de Demosthene, allegato quodam loco eius: *ἀλλὰ καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ, καὶ οἰονεὶ Φοιβόληπτος γενόμενος*. lib. *περὶ ὕψους*. c. 16. Similia habet c. 13. vbi de *Platone*. adde ipsum Platon. in *Ione* & Plutarch. in *Erotico*. v. & locum Suidae quem exhibuimus paulo ante n. 1.

4 Ισοκράτους] sic & Plutarch. & qui eum sequuntur. Imperite autem, nisi fallor, autor incertus vitae Aeschin. *μαθητὴς ἐγένετο Σωκράτους τε φιλοσόφου, εἶθ' ὕστερον Πλάτωνος*, allegato eius sententiae autore Demetrio Phalereo. Nempe vel Aeschinem, Socraticum philosophum, *Charini* filium, de quo Diogen. Laert. II, 60. & Suidas v. *Αισχ.* cum Aeschine, Atrometi filio, rhetore confudit, in quo errore etiam fuisse ille videtur, qui in nitidissima Diogenis Laertii editione ex marmore Hetrusco expressam huius imaginem Aeschinis Socratici vitae praemisit: vel in *Demetrii* codicem incidit, in quo *Σωκράτους* male scriptum esset pro *Ισοκράτους*, quod Photii etiam contigit interpreti Schotto: qui habet: *nonnulli Socratem & Platonem audisse ferunt*. At facile tamen ille error poterat deprehendi. Caecilius ap. Plutarch. *Leodamantem* praeceptorem eius dicit.

5 σαφην. τε γὰρ φῶς] sic Photio *ἐυκρινὴς καὶ τῇ τῶν ἐνθυμημάτων σαφηνείᾳ σεμυνόμενος*. Nam *sonitum* Aeschini etiam tribuit Cic. lib. III. de Orat. c. 7. h. e. *τὸ ἐν λέξει σεμνόν*, vide notata ad vitam *Isocratis*.

6 ἔπαινος Αισχίνου] haec verba adieci fide MSS. nam in editis deerant.

7 ἁβρὰ σεμνολογία] dictio quidem sonora & grauis, in qua tamen sit *τὸ ἰδύ*.

σὺν δεινότητι[8]. καὶ καθάπαξ, ἡ ἰδέα τῦ λόγυ κρείττων ἢ μιμήσει ὑπαχθῆναι[9].

iuncta ſermonis gratia. Verboque vt abſoluam, eius dicendi genus plane inimitabile extitit.

Λόγοι δ' Αισχίνυ, κατ' ἐνίυς μὲν καὶ τέταρτός τις Δηλιακὸς, καταψευδόμενος[1] τῆς ἐκείνυ γλώττης. ὃ γὰρ ἄν ποτε τὺς μὲν περὶ τὴν Αμφίσσαν λόγυς, ὑφ' ὧν ἡ Κιρραία χώρα καθιερώθη[2], εὐπροσώπως[3] τε καὶ ξὺν ὥρᾳ διέθετο, κακὰ βυλεύων Αθηναίοις, ὥς φησι Δημοσθένης, ἐπὶ δὲ τὺς Δηλιακὺς[4], ἐν οἷς θεολογία τε καὶ θεογονία, καὶ ἀρχαιολογία, φάυλως ἔτως ὥρμησε· καὶ ταῦτα προαγωνιζόμενος Αθηναίων, ὃ μικρὸν ἡγυμένων τὸ μὴ ἐκπεσεῖν τῦ ἐν Δήλῳ ἱερῦ. τρισὶ δὲ λόγοις[5] περιορίσθω ἡ Αισχίνυ γλῶτ]α, τῷ τε κατὰ Τιμάρχυ, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ τῆς πρεσβείας, καὶ τῇ τῦ Κτησιφῶντος κατηγορίᾳ. ἔστι δὲ καὶ τέταρτον αὐτῦ φρόντισμα, ἐπιστολαὶ[6], ὃ πολλαὶ μὲν, εὐπαιδευσίας δὲ μεσαὶ καὶ ἤθυς.

IV. Quantum ad orationes Aeſchinis, iuxta nonnullos quarta quoque *Deliaca* eius extat, quae tamen iniuriam facit eloquentiae eius. Neque enim orationes ad Amphiſſam pertinentes, quibus Cirrhaea regio conſecrata eſt, venuſte eleganterque fuiſſet concinnaturus, Athenienſibus, vt Demoſthenes inquit, male conſulens; ad orationes autem Deliacas, in quibus doctrinae rerum diuinarum locus, & genealogiis Deorum: atque antiquitatibus, ignauiter ita acceſſiſſet, maxime cum pro Athenienſibus decertaret, qui non parui pendebant Deliaci templi retinere iura. Tribus igitur orationibus Aeſchinis eloquentiam circumſcribemus: ea quae *Timarcho* oppoſita eſt, & *defenſione legationis*, & *accuſatione Cteſiphontis*. Extat quartus etiam foetus eius, *epiſtolae*, non multae quidem, optima tamen doctrina & moribus pleniſſimae.

Τῦ δὲ ἠθικῦ καὶ Ροδίοις καλλίστην ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. ἀναγνὺς γάρ ποτε δημοσίᾳ[1] τὸν κατὰ Κτησιφῶντος, οἱ μὲν ἐθαύμαζον ὅπως ἐπὶ τοιύτῳ λόγῳ ἡτ]ήθη, καὶ καθήπ]οντο τῶν Αθηναίων ὡς παρανομύντων. ὁ δὲ, ὐκ ἂν, ἔφη, ἐθαυμάζετε, εἰ Δημοσθένυς λέγοντος πρὸς ταῦτα ἠκύσατε. ὃ μόνον ἐς ἔπαινον ἐχθρῦ καθισάμενος, ἀλλὰ καὶ τὺς δικασὰς ἀφιεὶς αἰτίας.

V. Morum vero apud Rhodios quoque pulcerrimum ſpecimen edidit. Nam cum orationem in *Cteſiphontem* publice aliquando legeret, illi quidem mirabantur, quomodo tali oratione ſuccumbere potuerit, Athenienſeſque carpebant vt qui male iudicaſſent. Tum ille, nulla vos, inquit, admiratio teneret, ſi Demoſthenem contra haec orantem audiuiſſetis. Non modo ad inimici laudes conſurgens, ſed iudices quoque culpa liberans.

ΝΙΚΗΤΗΣ[1].

Ὑπερβάντες Αριβαρζάνην τὸν Κίλικα, καὶ

XIX. NICETES.

I. Aribarzanem Cilicem & Xenophro-

---

8 τὸ ἐπίχαρι σὺν δεινότητι] eleganter Dionyſ. Halic. in Cenſura de vett. ſcript. vbi de Aeſchine, ἡδὺς μὲν αὐτόθεν ἐντυχόντι, σφοδρὸς δὲ ἐξετασθείς.

9 κρείττων ἢ μιμήσει ὑπαχθ.] ſunt tamen aliquammulta, quae in eius *idéa* reprehendunt l. c. Dionyſius, & Hermogen. lib. II. de ideis p. 495.

§. IV. 1 καὶ τέταρτός τις Δηλ. καταψευδ.] nempe tres genuinae eius orationes ſunt: contra *Timarchum*, de *male obita legatione*, & *de corona* c. *Cteſiphontem*. vide noſtrum paulo poſt & Plutarch. in vita Aeſch. Atque hinc eſt quod orationes eius χάριτες nonnullis dictae fuerunt, διά τε τὸ χαρίεν τῦ λόγυ, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν χαρίτων. Vt *nouem* eius epiſtolas ſimilem ob cauſam *Muſas* appellarunt. vide Photium cod. LXI. *Deliacam* vero ei affingendi occaſionem ex eo arripuit impoſtor, quod *Deliaci templi* cauſa ipſi primum demandata eſſet, cum tamen illa Areopagitarum iudicio ei rurſum ademta, & Hyperidi data fuerit, vide notata paulo ante §. II. n. 4.

2 καθιερώθη] nempe agrum Cirrhaeum *ſacrum* eſſe, & ad Delphicum templum pertinere, ſacrilegio ab Amphiſſenſibus occupatum, Aeſchines defenderat, vid. ſup. §. II. n. 6.

3 εὐπρωσώπως] ſic paulo ante eandem orationem εὐπροσώπων λόγων nomine appellabat noſter.

4 Δηλιακὺς] vocem μύθυς addit cod. S.

5 τρισὶ δὲ λόγοις] vide paulo ante not. 1.

6 ἐπιστολαὶ] vide not. 1.

§. V. 1 ἀναγνὺς γάρ ποτε δημοσίᾳ] rem omnes fere attingunt, qui vitam Aeſchinis ſcripſere. In eo a ceteris diſcedit incertus autor, quod ait Aeſchinem dixiſſe θαυμάζετε πῶς ἡτ]ήθημεν, καθὸ ὐκ ἠκύσατε ὑμεῖς τῦ θηρίυ ἐκείνυ. Et eundem ſenſum reddit etiam Plinius ep. 4. l. II. dixiſſe eum aiens τί δὲ εἰ αὐτῦ τῦ θηρίυ ἀνηκόεστε; adde etiam Valer. Max. VIII, 10. quae non nimis felix τῦ ἠθικῦ ἐπίδειξις. Et ſane paſſim θηρίον appellat Demoſthenem in Orat. de male obita legatione.

XIX. ΝΙΚΗΤΗΣ.] male cod. S. legit Ανικήτης, quam conſtanter retinet lectionem in ſequentibus. Videtur mihi hic eſſe *Nicetes*. de quo Quintilianus de Oratorib. c. 15. *Video etiam Graiis accidiſſe, vt longius abſit Aeſchine & Demoſthene ſacerdos iſte Nicetes* &c. Idem diſcipulum habuit *Plinium Iuniorem* v. eius ep. 6. l. VI. & *Scopelianum*, vt inf. in eius vita docet noſter. *Nicetes* autem, memoratus Senecae controv. 4. & ſuaſor. 3, alius a noſtro, vt Nicolao Fabro & Catanaeo iampridem obſeruatum. An vero Nicetas, Herodis Irenarchae pater, qui Smyrnae fuit cum martyrium ibi ſubiret Polycarpus, & cuius mentio apud Euſeb. H. E. IV, 15. item in Chronic. Alexandr. ol. 235. idem cum noſtro non ſit, viderint doctiores. Certe tempus non male conuenit.

nem

nem Siculum, itemque Pythagoram Cyrenaicum praetermittentes, vt qui neque inuenire, neque inuenta eloqui apte posse visi sunt, interea tamen, nobilium sophistarum inopia, in pretio apud sui temporis Graecos erant, vt apud destitutos alio victu erui; ad Nicetem Smyrnaeum pergamus. Hic enim, cum scientiam in angustum redactam accepisset, ei aditus longe augustiores fecit, quam illi erant, quibus ipse Smyrnam ornauerat, vrbem extendens vsque ad portas quae Ephesum ducunt: verborumque magnitudine facta exaequans. Hic autem vir, vbi forensia tractaret, excellere maxime forensi eloquentia videbatur: vbi argumenta, qualia sophistae solent, eo genere maxime eum eminere crederes, adeo dextre, & quasi certatim, ad genus vtrumque se comparauerat. Iudiciale namque genus sophistico quodam amictu exornauit: contra vero sophisticum iudiciali aculeo corroborauit. Eius porro dicendi genus ab antiquo ciuilique recessit, Bacchi enim quasi numine agitur, & dithyrambos canit. Sententias tamen proprias & admirabiles edit, non secus atque mel Bacchii thyrsi, lactisque copiam.

II. Licet autem honoribus magnis potiretur, Smyrnaque de ipso nihil non praedicaret, vt de viro admirabili, rhetoreque praestanti, populares tamen coetus non frequentabat. Quod cum plures in eo reprehenderent: magis timeo, inquit, populum laudantem, quam conuiciantem. Cumque publicanus aduersus eum in iudicio aliquando audacius se gereret, diceretque, *allatrare me desine*, vrbanissime respondit Nicetes: *faciam, vbi tu mordere desieris.* Iter viri, quo vltra Alpes & Rhenum perrexit, Imperatoris

Ξενόφρονα, τὸν Σικελιώτην, καὶ Πυθαγόραν[1], τὸν ἐκ Κυρήνης, οἳ μήτε γνῶναι ἱκανοὶ ἔδοξαν, μήθ' ἑρμηνεῦσαι τὰ γνωσθέντα, ἀλλ', ἀπορίᾳ γενναίων σοφιστῶν, ἐσπεδάσθησαν τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν Ελλησιν, ὅν πε τρόπον τοῖς σίτε ἀπορῶσιν οἱ ὄροβοι, ἐπὶ Νικήτην ἴωμεν τὸν Σμυρναῖον. ἔτος γὰρ, παραλαβὼν τὴν ἐπιστήμην, ἐς σενὸν ἀπειλημμένην, ἔδωκεν αὐτῇ παρόδες, πολλῷ λαμπροτέρας ὧν αὐτὸς τῇ Σμύρνῃ ἐδείματο, συνάψας τὴν πόλιν ταῖς ἐπὶ τὴν Εφεσον πύλαις, καὶ διὰ μέγεθος[2] ἀντεξάρας λόγοις ἔργα. ὁ δὲ ἀνὴρ ἔτος τοῖς μὲν δικανικοῖς ἀμείνων ἐδόκει τὰ δικανικά· τοῖσδε σοφιστικοῖς, τὰ σοφιστικὰ, ὑπὸ τῦ περιδεξίως τε καὶ πρὸς ἄμιλλαν ἐς ἄμφω ἡρμόσθαι. τὸ μὲν γὰρ δικανικὸν σοφιστικῇ τινι περιβολῇ[3] ἐκόσμησε, τὸ δὲ σοφιστικὸν κέντρῳ δικανικῷ ἐπέῤῥωσεν. ἡ δὲ ἰδέα τῶν λόγων τῦ μὲν ἀρχαίε καὶ πολιτικῦ ἀποβέβηκεν[4]· ὑπόβακχος[5] γὰρ, καὶ διθυραμβώδης[6]. τὰς δ' ἐννοίας ἰδίας τε καὶ παραδόξε ἐκδίδωσιν, ὥσπερ οἱ βακχεῖοι θύρσοι τὸ μέλι, καὶ τὰς ἐσμὰς τῦ γάλακτος.

Μεγάλων δ' ἀξιώμενος, καὶ τῆς Σμύρνης τί ἐκ ἐπ' αὐτῷ βοώσης[1], ὡς ἐπ' ἀνδρὶ θαυμασίῳ, καὶ ῥήτορι, ἐκ ἐθάμιζεν ἐς τὸν δῆμον. ἀλλ' αἰτίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἔχων, φοβῦμαι, ἔφη, δῆμον ἐπαίροντα μᾶλλον, ἢ λοιδορύμενον. τελώνε δέ ποτε θρασυνομένε πρὸς αὐτὸν ἐν δικασηρίῳ, καὶ εἰπόντος, παῦσαι ὑλακτῶν μεμάλα ἀσείως ὁ Νικήτης, νὴ Δία[2], ἔφη, ἢν καὶ σὺ παύσῃ δάκνων. ἡ δὲ ὑπὲρ Αλπεις τε καὶ Ρῆνον[3] ἀποδημία τῦ ἀνδρὸς ἐγένετο μὲν ἐκ βασι-

---

§. I. 1 Πυθαγόραν] epitome Vaticana & cod. S. habent Πειθαγόραν.

2 διὰ μέγεθος &c.] μέγεθος de *oratione* pariter vsurpatur ac ἔργοις. Sensus ergo hic est: *oratione*, quae grandisona ipsi erat, *opera* eum sua, magnifica scilicet *Smyrnae* ornamenta, exaequasse.

3 περιβολῇ] vox hoc loco non ἰδέαν certam orationis, vt §. in vita Theomnesti, vbi vid. not. 2, sed in genere *ornatum* significare videtur. Non infrequens Dionysio phrasis περιβάλλειν κόσμον τῷ λόγῳ. Et πομπείαν λόγων καὶ περίβολὴν iungit antiquus autor apud Suid. v. περιβ. Sic inf. quoque vox in *Polemone* accipitur. v. §. X. not. 6.

4 τῦ μὲν ἀρχ. καὶ πολιτικ. ἀποβεβ.] huc pertinet locus Quintiliani supr. ad voc. Νικήτης 1. allegatus.

5 ὑπόβακχος] βακχεύειν in bonam partem nonnunquam accipitur, vt scilicet notet ἐνθυσιασμὸν, καὶ θείαν διάθεσιν orationis, de qua ad vit. Aesch. §. III. n. 25. & I. 3. Sic Longin. π. ὕψ. sect. 3. πολλαχῦ γὰρ ἐνθυσιᾶν ἑαυτοῖς δοκῦντες, ἐ βακχεύεσιν ἀλλὰ παίζεσι. Vel excessum notat ἐνθυσιασμῦ, vt κορυβαντιᾶν apud Themist. Or. 1. quod cum ἐξεστάναι coniungit; & ita sumitur h. l. conf. Cresoll. theatr. rhetor. l. III. p. 257. *Tympana eloquentiae* istam βακχείαν vocat Quintilianus. παρένθυρσον eleganter Theodorus apud Longinum c. 3: quod scilicet non cuiusuis sit thyrsum accipere, sed Bacchi numine vere acti tantum, vt ibi commentatus est T. Faber. Specimen huiusmodi Nicetae βακχείας videre est paulo post in *vita Isaei*.

6 διθυραμβώδης] qualem eloquentiam Apollonium Tyanensem auersatum dicit noster, in vita eius lib. I. c. 13. & *Critiam* in vita eius, quamque *Scopeliano* exprobratam in eius *vita* ait. De hac quoque orationis ἰδέᾳ vid. Cresoll. theatr. rhetor. p. 324.

§. II. 1 τί ἐκ ἐπ' αὐτῷ βοώσ.] simile constr. habes in vita Apollon. l. I. c. 12. καὶ τί γὰρ ὁ λίγων &c. vide ibi notata. Sic & in vit. *Adriani* τίνας ἔχει ἀφιέντες ὑπὲρ αὐτῦ φωνάς.

2 νὴ Δία] inuenerat has voces in codd. suis Salmas. in editis enim non erant.

3 καὶ Ρῆνον] male cod. S. Κυρήνην vt ex sqq. patet.

λείκ

λείᾳ προσάγματος, αἰτία δὲ αὐτῆς, ἥδε· ἀνὴρ ὕπατος, ᾧ ὄνομα Ῥᾶφος[4], τὰς Σμυρναίας ἐλογίσευε[5] πικρῶς καὶ δυσρόπως. τούτῳ τι προσκρούσας ὁ Νικήτης, ἔρρωσο εἶπε, καὶ ἀκέτι προήσει δικάζοντι. τὸν μὲν δὴ χρόνον, ὃν μιᾶς πόλεως ἦρξεν, ὅπως δεινὰ πεπονθέναι ᾤετο· ἐπιτραπεὶς δὲ τὰ Κελτικὰ στρατόπεδα, ὀργῆς ἀνεμνήσθη. αἱ γὰρ εὐπραγίαι τάτε ἄλλα τὰς ἀνθρώπους ἐπαίρουσι, καὶ τὸ μηκέτι καρτερεῖν[6], ἃ πρὶν ἐν πράττειν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἐκαρτέρουν. καὶ γράφει πρὸς αὐτοκράτορα Νερούαν πολλὰ ἐπὶ τὸν Νικήτην, καὶ σχέτλια. καὶ ὁ αὐτοκράτωρ, αὐτὸς, εἶπεν, ἀκροάσῃ ἀπολογουμένου, κἂν ἀδικοῦντα ἕυρῃς, ἐπίθες δίκην. ταυτὶ δ' ἔγραφεν, ὡ τὸν Νικήτην ἐκδιδούς, ἀλλὰ τὸν Ῥᾶφον ἐς συγγνώμην ἑτοιμάζων, ὡ γὰρ ἄν ποτε ἄνδρα τοιοῦτον, ἐφ' ἑαυτῷ γεγονότα, ὅτ' ἂν ἀποκτεῖναι ὁ Ῥᾶφος, ὅτ' ἂν ἕτερον ζημιῶσαι ἀδέν, ὡς μὴ φανείη βαρὺς τῷ καθιστάντι αὐτὸν δικαστὴν ἐχθρῷ. διὰ μὲν δὴ ταῦτα ἐπὶ Ῥῆνόν τε καὶ Κελτοὺς ἦλθε. παρελθὼν δ' ἐπὶ τὴν ἀπολογίαν, ὅτω τι κατέπληξε τὸν Ῥᾶφον, ὡς πλείω μὲν ἀφῆναι ἐπὶ τῷ Νικήτῃ δάκρυα ἢ διεμέτρησεν αὐτῷ ὕδατος[7], ἀποπέμψαι δὲ οὐκ ἄτρωτον μόνον, ἀλλὰ καὶ περίβλεπτον ἐν τοῖς ζηλωτοῖς Σμυρναίων. τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον χρόνοις ὕστερον Ηρακλείδης, ὁ Λύκιος[8] σοφιστὴς, διορθώμενος[9], ἐπέγραψε Νικήτην τὸν κεκαθαρμένον[10]. ἠγνόησε δὲ ἀκροθίνια Πυγμαῖα Κολοσσῷ[11] ἐφαρμόζων.

is iussu susceperat: causaque eius haec fuit. Vir Consularis, cui nomen Ruffo, Smyrnaeos aspere moroseq; ad rationes reddendas compulerat. Cum hoc Nicetes collisus nonnihil, *res tuas*, inquit, *tibi habeto*, neque amplius ius dicentem adiuit. Et quamdiu quidem vni ille ciuitati praefuit, non multum ea re offensus est: sed Celticis exercitibus praefectus, ira in animum ei rediit. Res enim secundae & ceteris rebus homines elatos reddunt, & eo, vt non amplius ferant, quae, antequam secundis rebus vterentur, humano animo tulerunt. Ad Neruam igitur Imperatorem multa de Nicete, eaque noxia valde, perscripsit. Cui Imperator respondit: reum causam dicentem ipse audies: quod si nocentem inueneris, supplicio afficito. Haec Nerua scripsit, non vt Nicetem hosti traderet, sed vt Ruffum ad dandam veniam flecteret. Ruffo enim talem virum, potestati suae traditum, neque interficere, neque vllam ei multam imponere licebat, nisi Imperatori, a quo inimici iudex constitutus fuerat, importunus videri vellet. Propter haec igitur ad Rhenum & Celtas profectus est. Ad causam vero dicendam cum prodiisset, ita Ruffum perculit, vt plus lacrymarum super Niceta effuderit, quam aquae illi admetitus esset, eumque non modo illaesum, sed & inter illustres Smyrnaeos conspicuum dimiserit. Virum autem hunc Heraclides, Lycius sophista, aliquanto post emendans, titulum operi *Nicetae perpurgati* fecit, Pygmaea se spolia Colosso imposuisse nescius.

ΙΣΑΙΟΣ.

Ἰσαῖος δὲ, ὁ σοφιστὴς ὁ Ασσύριος, τὸν μὲν ἐν μειρακίῳ χρόνον ἡδοναῖς ἐδεδώκει[2]. γαστρός τε γὰρ καὶ φιλοποσίας ἥπτητο, καὶ λεπτὰ ἠμπίσχετο[3], καὶ θαμὰ ἤρα, καὶ ἀπαρακαλύ-

XX. ISAEVS.

I. Isaeus autem, sophista Assyrius, adolescentiae tempore voluptatibus vacauit. Ventri enim & ebrietati erat obnoxius: & tenui pellucidaue veste indutus incedebat, eratque in amoribus assiduus, ac palam

4 Ῥᾶφος] non male coniicit N. Tillemontius, esse hunc Ruffum, qui cum Nerua & Orfito a Domitiano fuerat relegatus, cuius crebra mentio in vit. Apollonii, maxime lib. VII. & VIII. Non cum eo autem est confundendus, de quo inf. ex instituto nostro libro II.

5 ἐλογίσευε] λογισταὶ apud Athenienses erant, apud quos omnibus magistratibus rerum gestarum rationes reddendae erant. Nostro aeuo *reuisores* barbare diceres, hinc λογισίνειν *rationes gesti magistratus exigere.*

6 τὸ μηκέτι καρτερεῖν τι] ita Siracid. cap. 27. v. 11. κατὰ τὴν ἰσχὺν τῦ ἀνθρώπε ὁ θυμὸς αὐτῦ ἔσαι &c.

7 ὃ διεμέτρησεν αὐτῷ ὕδατος] nempe ad clepsydram dicebat.

8 Ηρακλείδ. ὁ Λύκιος] de quo ex instituto noster lib. II. harum vitarum. num. XXVI.

9 διορθώμενος] orationes eius emendauit, & critico pumice expolitis titulum fecit Νικήτε κεκαθαρμένε.

10 τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον — Νικήτην τὸν κεκαθ.] haec, sed negligentius ex Philostrato excerpta, Suidas repraesentat v. Ακροθίνια. it. Ηρακλείδ. & Νικήτης.

11 ἀκροθ. Πυγμ. Κολοσσῷ] vide de hoc prouerbio Erasmum in Chiliad. p. 421. & 525. Veram huius loci distinctionem & sensum iam assecutus fuit Gataker. Aduers. c. 16. p. 564.

XX. ΙΣΑΙΟΣ. 1 Ισαῖος] de Assyrio hoc *Isaeo*, *Nicetae* coaeuo, vt paulo post noster indicat, multa Plinius Iunior epist. 3. libri II. Fuit praeceptor Dionysii, vt inf. est in vita eius §. 2. item Marci vid. vit. eius. Ad eum quoque pertinere creduntur quae habet Iuuenal. Sat. 3. v. 74. Tillemontius Histor. Traiani art. 29. *Isaei* nomen, Syria quippe oriundi, vbi frequentia Iudaeorum, putat idem esse quod *Esaiae*: at Athenienses quoque habemus *Isaeum*. Festinauit autem doctissimus Suidae restaurator, quando ad *Isaeum* Athenienses, Demosthenis praeceptorem, allegauit hanc vitam *Isaei*, a Philostrato scriptam, qui ab illo est diuersissimus.

2 ἡδοναῖς ἐδεδώκει] frequens nostro phrasis. vide notata ad vitam Apollonii l. I. c. 7. n. 9.

3 λεπτὰ ἠμπίσχ.] vide notata ad vit. Apollonii l. c.

comis-

comissatorem agebat. Sed cum virilem aetatem attigisset, tantum mutatus est, vt iam alter ab illo censeretur. Ad risum enim compositos mores, quos ipso vultu prae se ferebat, vultu pariter animoque exuit: lyrae vero & tibiarum strepitibus ne in scena quidem interfuit amplius. Tenuia quoque exuit indumenta, variasque vestes: & mensam castigauit, & amori valedixit, tanquam si priores oculos amisisset. Ardye igitur Rhetore interrogante, *an certa quaedam mulier ipsi pulcra videretur?* Isaeus admodum modeste respondit, *oculorum se morbo laborare desisse.* Interrogante ipsum altero, *quis optimus ad esum piscium alitumque esset? Desii*, respondit Isaeus, *in istis studium ponere. Intellexi enim me Tantali hortos vindemiare:* omnes voluptates vmbras esse & somnia percontantem docens.

II. Dionysium Milesium, auditorem suum, cantillando declamantem, increpans Isaeus, *Adolescens*, inquit, *Ion, ego te canere quidem minime docui.* Cumque Ionicus adolescentulus, praesente ipso, Nicetae de Xerxe magnifice dictum laudaret istud: *A regia naui Aeginam alligemus;* effuse ridens Isaeus, *Stulte*, inquit, *quonam modo renauigabis?* Orationes autem elaboratas, tanquam sub manu & ex tempore natae essent recitabat,

πτως ἐκώμαζεν. ἐς δὲ ἄνδρας ἥκων, ἔτω τι μετέβαλεν, ὡς ἕτερος ἐξ ἑτέρου νομισθῆναι. τὸ μὲν γὰρ φιλογέλων, ἐπιπολάζειν αὐτῷ δοκὲν [4], ἀφεῖλε καὶ προσώπου καὶ γνώμης· λυρῶν τε καὶ αὐλῶν κτύποις [5] δ' ἐπὶ σκηνῆς ἔτι παρετύγχανεν. ἀπέδυ δὲ καὶ τὰ λήδια [6], καὶ τὰς τῶν ἐφεστρίδων βαφὰς· καὶ τράπεζαν ἐκόλασε, καὶ τὸ ἐρᾶν μεθῆκεν [7], ὥσπερ τὰς προτέρας ὀφθαλμὰς ἀποβαλών [8]. Ἀρδυος γὰν ῥήτορος ἐρομένου αὐτὸν, εἰ ἡ δεῖνα αὐτῷ καλὴ φαίνοιτο; μάλα σωφρόνως ὁ Ἰσαῖος, πέπαυμαι, εἶπεν, ὀφθαλμιῶν [9]. ἐρομένου δὲ αὐτὸν ἑτέρου, τίς ἄριστος τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ὀρνίθων [10] ἐς βρῶσιν; πέπαυμαι, ἔφη ὁ Ἰσαῖος, ταῦτα σπουδάζων. ξυνῆκα γὰρ τὰς Ταντάλου κήπους τρυγῶν [11]· ἐνδεικνύμενος δή που τῷ ἐρομένῳ ταῦτα, ὅτι σκιαὶ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι.

Τῷ δὲ Μιλησίῳ Διονυσίῳ, ἀκροατῇ ὄντι, τὰς μελέτας ξὺν ᾠδῇ [2] ποιουμένῳ, ἐπιπλήττων ὁ Ἰσαῖος, μειράκιον, ἔφη, Ἰωνικὸν, ἐγὼ δέ σε ἄδειν οὐκ ἐπαίδευσα. νεανίσκου δὲ Ἰωνικῶς θαυμάζοντος πρὸς αὐτὸν τῷ Νικήτῃ [3] μεγαλοφώνως [4] ἐπὶ τῷ ξέρξῃ εἰρημένον, "ἐκ τῆς βασιλείου νεὼς Αἰγιναν „ ἀναδησώμεθα [5]." καταγελάσας πλατὺ ὁ Ἰσαῖος, "ἀνόητε, εἶπε, καὶ πῶς ἀναχθήσῃ [6];" τὰς δὲ μελέτας ὡς αὐτοσχεδίους ἐποιεῖτο [7], ἀλλ' ἐπ-

---

4 ἐπιπολάζειν αὐτῷ δοκῶν] vertere poteram qui *frequentes apud eum erant*, quo sensu priores etiam reddiderant interpretes. Verum cum mox sequatur de *vultu*, quem exuerit τῷ φιλογέλῳ, malui ἐπιπολάζον τὸ φιλογέλων interpretari ridiculos mores, in ipsa facie apparentes, atque in ea quasi *fluitantes*.

5 καὶ αὐλῶν κτύποις] colon hic male positum prius, Salmasio aliquid deesse persuasit.

6 λήδια] sic rescripsi pro Λύδια quod erat in editis. MS. S. habebat λίδια. Sunt autem Λήδια idem quod λεπτὰ vide notata de vit. Apollon. loc. c. & l. IV. c. 19.

7 μεθῆκεν] cod. S. habebat μετίθηκε.

8 τὰς πρότ. ὀφθαλμὰς ἀποβαλών] ipsissima Christi phrasis Matth. V, 29. εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν καὶ ΒΑΛΕ ἀπὸ σου.

9 ὀφθαλμιῶν] nempe Graecis *dolere oculi* dicuntur, ex praestantis alicuius formae aspectu ignem concipientes. Sic Macedonicas puellas Persae ad Amyntam legati ἀλγεινὰς τῶν ὀφθαλμῶν vocant apud Herodot. Terpsich. p. 183. & Macedo Alexander captiuas Persidas apud Plutarch. in vita eius. Plura vide apud Petrum Victor. lib. II. Var. Lect. c. 5. Huc & referas Archilochi illud:

Τοῖος γὰρ φιλότητος ἵμερος ὑπὸ καρδίαν ἰλυσθεὶς
Πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε.

Et Sapphus istud:

Ὀμμάτεσσι δ' ἠέλιν ὄρηπι.

10 ὀρνίθων] ὀρνίων habet Suidas, hunc locum allegans in v. Ἰσαῖος.

11 Ταντάλου κήπους τρυγῶν] i. e. voluptatem me secutum, quae nulla sit. Sic & in vita Apollonii l. IV. c. 25.

§. II. 1 Μιλησ. Διονυσίῳ] cuius *vitam* habes paulo post. Mentio eius etiam in vita *Antiochi*, cuius praeceptor extitit.

2 ξὺν ᾠδῇ] conf. supra vit. Fauorini §. IV. not. 4.

3 τῷ Νικήτῃ] ferri posse putem, adscripsit tamen margini Salmasius παρὰ τῷ Νικήτῃ.

4 μεγαλοφώνως] in cod. S. est μεγαλοφρόνως. Sed retinendum puto μεγαλοφώνως: nempe μεγαλοφωνία non de voce tantum, sed & de *elocutione*, imo & de *inuolae* dicitur, sic inf. *Scopelianus* magistri sui *Nicetae* μεγαλοφωνίαν sibi, ex ceterorum pariter poetarum atque tragicorum lectione comparasse dicitur. vid. ad eius vitam §. V. not. 8.

5 ἐκ τ. βασ. νεὼς Αἰγιναν ἀναδησώμεθα] videtur Nicetas declamatione quadam Xerxis in Salaminiaco sinu descripsisse stationem, praetoriaeque nauis ad Aeginam insulam, non adeo magnam, consistentis, vastissimam molem μεγαλοφρόνως descripturus, dixisse, *insulam naui esse alligandam* cum alias *alligetur nauis insulae* rudentibus suis atque ancoris.

6 καὶ πῶς ἀναχθήσῃ] si coniecturae locus, mallem καὶ πῶς ἀναδήσῃ vt sensus sit, *quomodo insulam naui alligabis?* Sic enim melius παραδοξολογίας Nicetae reuincetur stoliditas, cum non facile sit explicare, quomodo insula alligetur naui: contra de naue, quae iam mare sulcasse ex Persia aduenienti supponatur, minus congruum quaerere, *quomodo* in altum maris sit deducenda?

7 τὰς δὲ μελέτας ὡς αὐτοσχ. ἐποιεῖτο &c.] in vulgatis erat ἐκ αὐτοσχ. ἐποιεῖτο. At scripsam illa destruit lectio: quid enim opus dicere de *melitae*, quae est *oratio elaborata*, opposita *extemporaneae*, eam non αὐτοσχέδιον ποιεῖσθαι h. e. *ex tempore proferri*. Pro ἐκ ergo substituendum putaui ὡς. Et sic egregie nostrum cum Plinio compone-

ἐσκεμμένας τὸν ἐξ ἕω ἐς μεσημβρίαν καιρόν. ἰδέαν δ' ἐπήσκησε λόγων, ὅτ' ἐπιβεβλημένην, ὅτ' ἄυον, ἀλλ' ἀπέριτ|ον, καὶ κατὰ φύσιν, καὶ ἀποχρῶσαν τοῖς πράγμασι· καὶ τὸ βραχέως ἑρμηνεύειν[8], καὶ πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν συνελεῖν ἐς βραχύ, Ισαίᾳ εὕρημα, ὡς ἐν πλείοσι μὲν ἑτέροις, μάλισ|α δὲ ἐν τοῖσδε ἐδηλώθη. τὰς μὲν γὰρ Λακεδαιμονίας ἀγωνιζόμενος[9], τὰς βυλευομένας[10] περὶ τῦ τείχους, ἀπὸ τῶν Ομήρυ ἐβραχυλόγησε τοσῦτον·

"Ασπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε[11], κόρυς κόρυν, ἀνε-
"ρὰ δ' ἀνήρ.

"ὕτως ἦτέ μοι Λακεδαιμόνιοι, καὶ τετειχίσμεθα." κατηγορῶν[12] δὲ τῦ Βυζαντίυ Πύθωνος, ὡς δεθέντος[13] μὲν ἐκ χρησμῶν ἐπὶ προδοσίᾳ, κεκριμμένης δὲ τῆς προδοσίας, ὡς ἀνέζευξεν ὁ Φίλιππος, ξυνέλαβε τὸν ἀγῶνα τῦτον ἐς τρεῖς ἐννοίας. "ἔσι γὰρ τὰ εἰρημένα ἐν τρισὶ τύτοις, "ἐλέγξω "Πύθωνα προδεδωκότα, τῷ χρήσαντι θεῷ, τῷ "δήσαντι δήμῳ, τῷ ἀναζεύξαντι Φιλίππῳ. ὁ "μὲν γὰρ ἂκ ἂν ἔχρησεν, εἰ μή τις ἦν[14]. ὁ δὲ "ἂκ ἂν ἔδησεν, εἰ μὴ τοιῦτος[15] ἦν. ὁ δ' ἂκ ἂν ἀνέ-"ζευξεν, εἰ μὴ, δι' ὃν ἦλθεν, ἂχ ἕυρεν."

cum tamen ab aurora in meridiem vsque illis conficiendis incubuisset. Genus orationis exercuit neque luxurians, neque ieiunum: sed castigatum, & naturae conueniens, rebusque accommodatum. Estque elocutio concisa, & argumenti compendio facta tractatio, Isaei inuentum: quemadmodum in pluribus aliis, atque in his maxime apparet. Lacedaemonios nempe declamatione repraesentans de muro consultantes, ex Homericis sic breuiter rem definiuit:

Scutum haeret scuto, galeae galea, atque viro vir.

Ita vos quoque state mihi, Lacedaemonii, sic enim muro erimus muniti. Cum *Pythona vero Byzantium* accusaret, tanquam oraculi iussu ob proditionem in vincula coniectum, illaque proditio iudicium subiret Philippo cum exercitu discedente: totam controuersiam tribus sententiis complexus est. In his enim tribus ab eo dicta consistunt: *Pythonem proditorem arguam, Deo praecipiente oraculo, populo in carcerem eum detrudente, & Philippo castra mouente: Deus enim oraculo non praecepisset, nisi* [proditor] *aliquis esset. Populus in carcerem detrudendum non decreuisset, nisi ipse esset. Philippus castra non mouisset, si non eum, cuius instinctu venerat, inuenisset.*

ΣΚΟΠΕΛΙΑΝΟΣ.

Ὑπὲρ Σκοπελιανῦ[1], τῆ σοφισῆ, διαλέξομαι, καθαψάμενος πρότερον τῶν κακίζειν αὐτὸν πειρωμένων· ἀπαξιῶσι γὰρ δὴ τὸν ἄνδρα τῆ τῶν σοφισῶν κύκλῳ· διθυραμβώδη[2] καλῦντες, καὶ ἀκόλασον, καὶ πεπαχυσμένον. καὶ

XXI. SCOPELIANVS.

I. De Scopeliano sophista differam, initio facto ab illis, qui viri honori eunt detractum. Sophistarum namque circulo eum indignum esse putant: dithyrambicum, parum castigatum, & crassum dicentes. Haec

---

mus l. II. ep. 3. vbi de Isaeo: *dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit.* Nempe noster ex hoc ipso, quod nimis elaborata videretur Isaei scriptio, extemporaneam eam esse non potuit credere, licet id persuadere Isaeus auditoribus cuperet. Certe enim vt idem de eo Plinius: *statim omnia ac pene pariter ad manum sensus reconditi occurrant verba. Sed qualia? quaesita & exculta. Multa lectio in subitis, multa scriptio elucet.* Quae sane sermonis extemporanei minime esse videntur.

8 βραχέως ἑρμην.] βραχυλογεῖν dixit S. in *Critia* vbi vid. S. V. not. 7.

9 ἀγωνιζόμενος] ἀγωνίζεσθαι idem quod ἐπιδεικνύειν. *declamare*: & ἀγών, ἐπίδειξις. Sic noster rursus in *Philagro* ἀγωνίζεσθαι ὑπόθεσιν. alias διεξιέναι dicitur. Sic inf. in *Alexandro* noster διεξιὼν τὸν Περικλέα: item διεξιὼν τὸν ξυμβαλόντα &c. vide plura eam in rem apud Cresoll. theatr. rhetor. l. III. c. 17. p. 256.

10 βυλευομένας] Morelliana male βυλομένας, lectionem veram ex Aldina & MSS. vt & Gruterianis reuocauimus, eaque lectio Salmasio etiam est obseruata. Ceterum ista consultatio de circumdanda muris Lacedaemone, quae illis ex instituto Lycurgi, ciuium fortitudinem muri loco ei inseruire cupientis, hucusque caruerat, instituta fuit ingruente Persico bello. Sic Aphtonius capite *de propositi definitione*: ἐπιόντων Λακεδαιμονίοις Περσῶν βυλόμενοι τειχίσαι τὴν Σπάρτην: quod proinde *Isaeus* more sophistarum declamationis argumentum arripuit.

11 ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' &c.] versus bis repetitus Homero Il. N'. v. 131. & Π'. v. 215.

12 κατηγορῶν] h. e. declamationis argumentum faciens κατηγορίαν illam. Nam in foro veriseque litibus nunquam versatus Isaeus fuit, *anno sexagesimo adhuc scholasticus*, h. e. declamator in *fictis causis*, qualis haec *Pythonis*, teste Plinio. ep. 3. l. IV.

13 Πύθωνος ὡς δεθέντος] de *Pythone* vidimus S. ad Apollonii l. VII. c. 37. & ad vit. Sophistar. *prooem.* De proditione tamen eius, & carcere propterea tolerato, quod argumentum fuit istius Isaei ἐπιδείξεως, frustra alios consulueris.

14 εἰ μή τις ἦν] sensus est: si non esset *quis* proditor, quem oraculum generatim tantum indicauerat, designauerat vero vel deprehenderat populus, Pythonem esse existimans, quem oraculum proditorem indicasset, vnde malim paulo post ὅτος pro τοιῦτος.

15 τοιῦτος] vid. not. praec.

XXI. ΣΚΟΠΕΛΙΑΝΟΣ. §. I. 1 Σκοπελιανῦ] eius mentio etiam in vita *Apollonii* l. II. cap. 23. 24. & ap. Suid. v. Σκοπελ. De eius cum *Timocrate* contentione vid. inf. vita *Polemonis* §. V. inter *Herodis* praeceptores refertur vita eius §. 14.

2 διθυρ.] vide S. ad vitam *Crit.* §. IV. n. 4. & *Niceiae.* §. I. n. 6.

autem

autem de eo dicunt, qui in dicendo graciles ſunt & languidi, atque extemporali eloquentia nihil proferunt. Inuidi enim a natura ſunt homines. Ideoque magnos parui carpunt, formoſoſque deformes, tardique & loripedes leues veloceſque, audaces timidi, & lyricos a Muſis alieni, palaeſtritas [denique] inexercitati. Neque mirum adeo eſt, ſi lingua impediti, & dura ſilentii lege eam conſtrictam habentes, atque nec ipſi praeclari quippiam concipientes animo, neque aliis concipientibus aequi, [hominem] Graecorum ſuae aetatis omnium promptiſſima eloquentia, audaciſſimaque & magnificentiſſima valentem deſpuant, atque reprehendant. Quandoquidem vero virtutem viri ignorauerunt, ego qualis ſit oſtendam, & quae ipſius, etiam ex parte familiae, ſint ornamenta.

ταυτὶ δὲ περὶ αὐτῶ λέγεσιν οἱ λεπτολόγοι, καὶ νωθροὶ, καὶ μηδὲν ἀπ' αὐτοσχεδίε γλώτ]ης ἀναπνέοντες. φύσει μὲν γὰρ ἐπίφθονον χρῆμα ἄνθρωποι[4]. διαβάλλουσι γᾶν τὰς μὲν εὐμήκεις οἱ μικροὶ, τὰς δὲ εὐειδεῖς οἱ πονηροὶ τὸ ε῎δος, τὰς κάφας τε καὶ δρομικὰς οἱ βραδεῖς, καὶ ἑτερόποδες, τὰς θαρσαλέας οἱ δειλοὶ, καὶ οἱ ἄμουσοι τὰς λυρικὰς, καὶ τὰς ἀμφὶ παλαίσραν οἱ ἀγύμναστοι. καὶ ὰ χρὴ θαυμάζειν, εἰ πεπεδημένοι τὴν γλῶτ]άν τινες, καὶ βᾶν ἀφωνίας ἐπ' αὐτὴν βεβλημένοι[5], καὶ μήτ' ἂν αὐτοί τι ἐνθυμηθέντες μέγα, μήτ' ἂν ἐνθυμηθέντος ἑτέρε ξυμφήσαντες, διαπτύοιέν τε καὶ κακίζοιεν τὸν ἑτοιμότατά τε καὶ θαῤῥαλεώτατα, καὶ μεγαλειότατα τῶν ἐφ' ἑαυτῶ Ελλήνων ἑρμηνεύσαντα. ὡς δὲ ἠγνοήκασι τὸν ἄνδρα, ἐγὼ δηλώσω, καὶ ὁποῖον αὐτῷ καὶ τὸ τῦ οἴκε σχῆμα.

II. Pontifex nempe Aſiae fuit ipſe, maioreſque eius, filio patri in eo officio ſuccedente. Maxima autem haec dignitas, magniſque impenſis conſtat. Eodem vero cum fratre partu cum editus eſſet, ambo quidem in cunis iacebant repoſiti: cumque nati eſſent dies quinque, alter eorum fulmine tactus eſt: hic tamen, fulmine tacto proximus licet iaceret, nullam ſenſuum noxam eſt paſſus: quamuis ita fulmineus ignis acer & ſulfureus eſſe ſoleat, vt eorum, quos proximus offendit, alios quidem ſtupore interimat, aliorum vero aures & oculos laedat, nonnullorum mentes etiam percellat. Sed nullo eorum captus eſt Scopelianus, ad profundam enim ſenectutem incolumis peruenit, & integer. Hoc autem cur mirer, tibi declarare geſtit animus. In Lemno nempe, ſub maxima quercu, meſſores octo aliquando coenabant, eo loco, qui inſulae cornu appellatur: eſt autem locus ille portus, in tenuia cornua incur-

Αρχιερεὺς μὲν γὰρ ἐγένετο τῆς Ασίας[1] αὐτός τε καὶ οἱ πρόγονοι αὐτῦ, παῖς ἐκ πατρὸς πάντες. ὁ δὲ σέφανος ε῎τος πολὺς, καὶ ὑπὲρ πολλῶν χρημάτων[2]. δίδυμος τε ἀποτεχθεὶς, ἄμφω μὲν ἤτην ἐν σπαργάνοις. πεμπταίων δὲ ὄντων, κεραυνῷ μὲν ἐβλήθη ὁ ἕτερος, ὅδ' ὰδεμίαν ἐπηρώθη τῶν αἰσθήσεων, ξυγκατακείμενος τῷ βληθέντι. καί τοι τὸ τῶν σκηπτῶν πῦρ ὅτω δριμὺ καὶ θειῶδες, ὡς τῶν ἀγχῦ τὰς μὲν ἀποκτείναν κατ' ἔκπληξιν, τὰς δὲ[3] ἀκοάς τε καὶ ὀφθαλμὰς σίνεσθαι, τῶν δὲ ἐς τὰς νᾶς ἀποσκήπτειν. ἀλλ' ὰδενὶ τύτων ὁ Σκοπελιανὸς ἥλω, διετέλεσε γὰρ δὴ καὶ ἐς γῆρας βαθὺ ἀκέραιος καὶ ἄρτιος. τυτὶ δὲ ὁπόθεν θαυμάζω, δηλῶσαί σοι βέλομαι. ἐδείπνων μὲν κατὰ τὴν Λῆμνον, ὑπὸ δρυῖ μεγάλῃ, θερισαὶ ὀκτὼ, περὶ τὸ καλέμενον κέρας[4] τῆς νήσε· τὸ δὲ χωρίον τῦτο λιμήν ἐσιν, ἐς κεραίας ἐπισρέφων λεπτάς. νέφος

3 ἀπ' αὐτοσχ.] ſic cod. S. Editi ὑπ' αὐτοσχ.

4 ἐπίφθ. χρῆμα ἄνθρ.] ſimilis phraſis Aeliani V. H. I, 3. σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων Αιγυπτίων.

5 βᾶν ἀφωνίας ἐπ' αὐτὴν βεβλ.] vide de hac *phraſi* notata ad vitam Apollonii l. VI. c. 11. n. 8.

§. II. 1 Αρχιερ. μ. γὰρ ἐγέν. τ. Ασίας] in communibus nempe *certaminibus*, quae in primariis Aſiae vrbibus, vt *Smyrnae, Epheſi, Pergami, Laodiceae, Tripoli* celebrabantur, quae κοινὰ τῆς Ασίας, de quibus multa ill. Spanhem. epiſtol. ad Morell. p. 92. 316. 333. His nempe qui praeerant, eademque procurabant, ii Ασιάρχαι dicti & Αρχιερεῖς Ασίας, vt paſſim nummi & monimenta alia vetera teſtantur Nempe Ασιάρχαι, vt Dio habet, ἁπάντων ἄρχοντες τῶν ἱερῶν adeoque Αρχιερεῖς. vide plura de eorum officio apud Cuiacium obſ. lib. II. cap. 13. & ad leg. 8. cod. de munere patrimoniorum, item in leg. vnic. C. de peric. ſucceſſ. parent. & lib. Albaſpin. obſ. S. I. p. 22. Vſſer. not. ad ep. Smyrn. de Polycarpi martyr. Valeſ. ad Euſeb. p. 71. Spanhem. de P. & V. num. p. 692. Item Seldenum ad Marm. Oxon. III. p. 73. & XXIIX. p. 96. Lemonium Prolegom. ad V S. p. 25. & 61. denique Morellium Specim. rei nummar. p. 28. vt eruditos capitis 19. actuum Apoſtolicorum praeteream interpretes.

2 ὑπὲρ πολλῶν χρημάτων] nempe ſuis ſumtibus plerumque Αρχιερεῖς iſti ludos inſtituebant, vid. autores allegatos.

3 τὰς δὲ] cod. S & Angl. habent τῶν δὲ, quae lectio & Salmaſio obſeruata. Sed ferri poteſt τὰς δὲ, nempe vt ellipſis admittatur τὰς δὲ κατ' ἀκοάς.

4 τὸ καλέμενον κέρας] vide obſeruata ad vitam Apollonii l. VI. c. 1. & lib. II. c. 28.

δὲ τὴν δρῦν περισχόντος, καὶ σκηπτῷ ἐς αὐτὴν ἐκδοθέντος, ἡ μὲν ἐβέβλητο· οἱ θερισαὶ δὲ, ἐκπλήξεως αὐτοῖς ἐμπεσούσης, ἐφ' ᾧ περ ἕκαστος ἔτυχε πράττων, ὥτως ἀπέθανεν. ὁ μὲν γὰρ κύλικα ἀναιρούμενος, ὁ δὲ πίνων, ὁ δὲ βάπτων[5], ὁδ' ἐσθίων, ὁ δέ τι ποιῶν[6], τὰς ψυχὰς ἀφῆκαν, ἐπιτεθυμένοι[7] καὶ μέλανες, ὥσπερ οἱ χαλκοὶ τῶν ἀνδριάντων περὶ τὰς ἐμπύρας τῶν πηγῶν[8]. ὁ δὲ ὕτω τι ἐκ ἀθεεὶ ἐτρέφετο, ὡς διαφυγεῖν μὲν τὸν ἐκ τοῦ σκηπτοῦ θάνατον, ὃν μηδὲ οἱ σκληρότατοι τῶν ἀγροίκων διέφυγον, ἄτρωτος δὲ μεῖναι τὰς αἰσθήσεις, καὶ τὸν νοῦν ἕτοιμος, καὶ ὕπνου κρείττων[9], καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ νωθρὸν αὐτοῦ ἀπῆν.

uatus. Cum tempeſtas igitur circa quercum exiſteret, inque eam fulmen immitteretur; illa quidem tacta eo fuit: meſſores autem ſtupore attoniti, quo quiſque erat geſtu mortui ſunt. Alius enim poculum ſuſtinens, bibens alius, alius in patinam intingens, alius comedens, alius aliud quid faciens animum amiſere, ſuffumigati & nigri, aerearum ad inſtar ſtatuarum, thermis imminentium. Hic autem adeo non ſine numine educatus fuit, vt mortem quidem a fulmine imminentem euitauerit, quam ne duriſſimi quidem effugere potuere ruricolae: & ſenſibus viuere pergeret illaeſis, & animo alacris, & ſomnolentiae minime obnoxius: ne torpor enim quidem ipſum vllus occupauit.

Ἐφοίτησε δὲ τὰς ῥητορικὰς τῶν λόγων, παρὰ τὸν Σμυρναῖον Νικήτην[1], μελετήσαντα μὲν ἐπιφανῶς, πολλῷ δὲ μεῖζον ἐν δικαστηρίοις πνεύσαντα. δεομένων δὲ τῶν Κλαζομενίων[2] τὰς μελέτας αὐτὸν οἴκοι ποιεῖσθαι, καὶ προθήσεσθαι τὰς Κλαζομένας ἐπὶ μέγα ἡγουμένων, εἰ τοιόσδε ἀνὴρ ἐμπαιδεύσοι σφίσι, τοῦτο μὲν, ὃν ἀμόσως παρητήσατο, τὴν ἀηδόνα φήσας ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδειν[3]· ὥσπερ δὲ ἄλσος τι τῆς ἑαυτοῦ εὐφωνίας, Σμύρναν ἐσκέψατο, καὶ τὴν ἠχὼ τὴν ἐκεῖ πλείστου ἀξίαν ᾠήθη. πάσης γὰρ τῆς Ἰωνίας οἷον μουσεῖόν[4] τι πεπολισμένης, ἀρτιωτάτην ἐπέχει τάξιν ἡ Σμύρνα, καθάπερ ἐν τοῖς ὀργάνοις ἡ μαγάς[5].

IV. Frequentauit autem Rhetorum exercitationes, apud Nicetem Smyrnaeum, declamantem egregie, altius vero etiam in foro ſpirantem. Cumque Clazomenii eum rogarent, vt declamationes in patria haberet, & vrbi ſuae multum incrementi pollicerentur, ſi vir talis apud eos ſcholas haberet; hoc ipſum non illepide recuſauit: *In cauea minime canere dicens Philomelam.* Nemus igitur quaſi aliquod voci ſuae Smyrnam delegit, & ibi redditum ſonum optimum exiſtimauit. Nam omni Ionia tanquam muſeum aliquod condita & inſtituta, principem locum in ea obtinet Smyrna, vt in inſtrumentis muſicis hemiſphaerium.

Αἱ δ' αἰτίαι, δι' ἃς ὁ πατὴρ ἐξ ἡμέρου τε καὶ πρᾴου χαλεπὸς[1] αὐτῷ ἐγένετο, λέγονται μὲν ἐπὶ πολλά. καὶ γὰρ ἡ δεῖνα, καὶ ἡ δεῖνα, καὶ πλείους· ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀληθεστάτην δηλώσω. μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Σκοπελιανοῦ μητέρα, γυναῖκα ὁ πρεσβύτης ἠγάγετο, ἡμίγαμόν τε καὶ οὐ κατὰ νόμους[2]. ὁ δὲ ὁρῶν ταῦτα, ἐνθυμεῖται, καὶ ἀπῆ-

IV. Cauſae porro, ob quas pater ex leni & manſueto difficilis ipſi factus eſt, varie quidem referuntur. Nam modo hanc, modo aliam, modo plures afferunt: veriſſimam autem ego exponam. Poſt Scopeliani nempe matrem, mulierem ſibi iunxit ſenex, coniugio minus perfecto, minuſque legitimo. Id quod videns iſte, eum monuit, & dehortatus eſt, id

5 ὁ δὲ βάπτων] in epitome legitur μάττων, vt Salmaſio obſeruatum.

6 ὁ δὲ τι ποιῶν] haec verba editis exciderant, reuocaui ea ex cod. S.

I. Lollianus, Ephesius, primus Athenis cathedrae sophistarum praefuit: praefuit & Athenienſium populo praetoris apud eos munere fungens. Huius vero magistratus olim quidem erat delectum facere militum, & ad bellum eos educere: hodie vero annonam, &, qui in foro venum exponuntur, cibos curat. Cum vero tumultus aliquando, loco quo panes vendebantur, ortus esset, & Athenienses ad eum lapidibus obruendum irruissent; Pancratius, Cynicus, qui post haec in Isthmo philosophatus est, prodiens in Athenienſium conspectum, non panes, inquit, Lollianus vendit, sed verba: hocque dicto ita Athenienses demulsit, vt lapides, quos iam manibus tenebant, dimitterent. Annona vero ex Thessalia aduecta, cum pecuniae publicae non suppeterent, suis familiaribus, vt collectam conferrent, commisit: magnaque pecuniae vis est collecta. Atque hoc quidem viri perquam industrii esse videbi-

---

enim ὁ πάνυ Salmasius, distinctione mutata contentus, scribit, ἀφικομένῳ δὲ, διαπρεπῶς ἀγωνιζόμενος, id rem meo qualicunque iudicio non expedit.

XXIII. ΛΟΛΛΙΑΝΟΣ. §. I. 1 Λολλιανὸς] paucula de eo habet Suidas, qui eum πολύγραφον extitisse dicit. Nomen ipsi fuit *L. Egnatii Victoris Lollianii*: testem habeo veterem inscriptionem Athenis repertam, eam en tibi ex Sponio Itiner. T. II. p. 336.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ Λ. ΕΓΝΑΤ. ΟΥΙΚΤΟΡΑ ΛΟΛΛΙΑΝΟΝ ΑΝΤΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣΔΕ ΚΗΔΕΜΟΝΙΑΣ ΤΩΝ ΑΘΗΝΩΝ ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ.

Praeceptor *Theodoti* dicitur l. II. vita eius. Et *Philagri* vita eius.

2 πρῶτος τῇ Αθήνησι θρόνῳ πρῶτος] Θρόνος est pulpitum, ad quod dicebant sophistae, vel suggestum, vide Cresoll. theatr. rhetor. l. III. c. 13. inde vero προεσῶτες τοῦ θρόνου *professores*, qui publice docebant. Eratque triplex Athenis ista aetate θρόνος: nempe πολιτικὸς, φιλοσοφικὸς, σοφιστικὸς vid. Meurs. Fortun. Attic. cap. 8. Vltimo praefuit *Lollianus*, & primus quidem, nondum tamen stipendio ornatis professoribus illis, quod aliquanto post factum ab Imperatore M. Aurelio, idque primus meruisse dicitur *Theodotus*, discipulus Lolliani. vid. inf. vitam eius. De eo Xiphilin. ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐν ταῖς Αθήναις, ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας, μισθὸν ἐτήσιον φέροντας. adde Meurs. l. c. At vide & notata inf. ad *Theodot.* §. I. n. 5 sqq.

3 στρατηγήσας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων] subint. λειτουργίαν vel tale quid. Male autem apud Gruter. ὁ τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων. Quam lectionem miror Salmasium approbare, cum plane sit aduersa Philostrati textui, & antiquorum de hoc magistratu testimoniis, quae erudite, pro more, explicauit vir summus Ezech Spanhemius ad Iuliani Orat. I. p. 76-78. Qualis is fuerit, ipse Philostratus satis concinne in seqq. explicauit. Habebant alios στρατηγοὺς ἐπὶ τῆς εἰρήνης, vt videre est apud eundem Spanhemium. Ceterum eodem munere functi maiores *Euodiani*, & *Apollonius* Athenienſis, vt lib. II. Philostrato in vitis eorum relatum, quorum locorum vtroque differte λειτουργία τῶν ὅπλων dicitur, vt dubium hic nullum existere possit.

4 κατέλεγέ τε καὶ ἐξῆγεν ἐς τὰ πολέμια] adde Pollucem l. VIII. c. 9. Hinc στρατηγοὶ αὐτοκράτορες dicuntur. Tales Alcibiades, Nicias, Lamachus ap. Thucydidem, & Aristides apud Plutarch. in vita eius. Eorum aliquoties apud Demosthen. in Orat. de corona mentio, in ψηφίσμασιν Athenienſium, & differte quidem ibi στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων dicuntur. p. 318. & 329.

5 νυνὶ δὲ τροφῶν ἐπιμελεῖται καὶ σιτ. ἀγορ.] paulo post tamen, vt ex Iuliano colligit illustr. Spanhemius, creuit haec dignitas, atque veterum ἀρχόντων officio, autoritate tamen multum imminuta, functus est ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων.

6 ἐπὶ] cod. S. habet παρά.

7 Παγκράτιος] cod. S. habet Παγκράτης. Notus est hac aetate *Pancratius* Aegyptius, qui in *Museum* receptus fuit ab Adriano Imperatore, sed ille poeta fuit, vid. de eo Athen. lib. XV. p. 677. Qui & l. VII. p. 238. Pancratii, Arcadis poetae, meminit. Suidas poetae Pancratii & sophistae meminit, Cynicum appellatum nusquam inuenio.

8 γνωρίμοις] Salmas. discipulos interpretatur, qui scholam eius frequentabant.

tur,

tur, & in ciuili administratione solertis. Illud autem iusti, probi, & magnifici: pecunias nempe illas, mercede auscultationis remissa, collatoribus reddidit.

II. Videbatur arte & ingenio sophista iste maxime valere, in epichiremate, quod artificiali quadam argumentandi ratione absoluitur, accurate elaborando optimus: vt qui & elocutionis haberet affatim, & inuenire, inuentaque disponere castigatissime nosset. In eius autem oratione splendide quoque dicta elucent, fulgetri coruscantis ad instar micantia. Idque omnes quidem probant, ista tamen vel maxime. Nempe *Leptinem* propter legem ab eo latam accusans, quia ex Ponto frumentum Athenienſibus non aduehebatur, ita insurgebat oratione: *Os Ponti lege clausum est, & Athenienſium annonam paucae prohibent syllabae. Idemque Lysander efficere potest naual bello, Leptineſque lege lata.* Cumque Athenienſibus, pecuniarum inopia de vendendis insulis decernentibus, intercederet, isto spiritu perorauit: *Desine, o Neptune, gratiam Delo facere, illique venditae fugam concede.* Ex tempore dicebat iuxta Isaei indolem, cuius certe auditor etiam extitit. Quaestum autem faciebat insignem: non scholas tantum, in quibus declamaret, sed & in quibus praecepta artis traderet, instituens. Statuae eius Athenis sunt, in foro altera, altera in paruo nemore, quod ipse plantasse dicitur.

σοφῆ τὰ πολιτικά. ἐκεῖνο δὲ δικαίᾳ τε καὶ εὐγνώμονος. τὰ γὰρ χρήματα ταῦτα τοῖς ξυμβαλλομένοις ἀπέδωκεν, ἐπανεὶς τὸν μισθὸν τῆς ἀκροάσεως[9].

Εδοξε δὲ ὁ σοφιστὴς ἅτος τεχνικώτατός τε καὶ φρονιμώτατος, τὸ ἐπιχειρηματικὸν[1], ἐν ἐπινοίᾳ τεχνικῇ κείμενον, ἱκανὸς[2] ἐκπονῆσαι· καὶ ἑρμηνεῦσαι μὲν ἀποχρῶν, νοῆσαί τε, καὶ τὰ νοηθέντα τάξαι ἀπέριτος. διαφαίνονται δὲ τῷ λόγῳ καὶ λαμπρότητες, λήψασαι ταχέως, ὥσπερ τὸ τῆς ἀστραπῆς σέλας[3]. δηλῶται δὲ τοῦτο ἐν πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖσδε. κατηγορῶν μὲν γὰρ τῆς Λεπτίνης[4] διὰ τὸν νόμον, ἐπεὶ μὴ ἐφοίτα τοῖς Αθηναίοις ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος, ὧδε ἤκμασε· "κέ-„κλεισαι τὸ στόμα τοῦ Πόντου νόμῳ· καὶ τὰς Α-„θηναίων τροφὰς ὀλίγαι κωλύουσι συλλαβαί[5]·„ καὶ ταυτὸν δύναται Λύσανδρος ναυμαχῶν[6],„ καὶ Λεπτίνης νομοθετῶν". ἀντιλέγων δὲ τοῖς„ Αθηναίοις, ἀπορίᾳ χρημάτων βουλομένοις πωλεῖν τὰς νήσους[7], ὧδε ἔπαυσε· "λῦσον, ὦ Πό-„σειδον, τὴν ἐπὶ Δήλῳ χάριν[8], συγχώρησον αὐ-„τῇ πωλουμένῃ φυγεῖν." ἐσχεδίαζε μὲν ἂν κατὰ τὸν Ισαῖον, ὃ δὴ καὶ ἠκροάσατο. μισθοὺς δὲ γενναίους[9] ἐπράττετο, τὰς συνουσίας οὐ μελετηρὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικὰς παρέχων. εἰκόνες δὲ αὐτῷ Αθήνησι, μία μὲν ἐπ' ἀγορᾶς, ἑτέρα δὲ ἐν τῷ ἄλσει τῷ μικρῷ, ὃ αὐτὸς λέγεται ἐκφυτεῦσαι.

XXIV. MARCVS.

I. Nec Byzantium sophistam praetermittam, Marcum, cuius gratia vel increpare Grae-

ΜΑΡΚΟΣ.

Οὐδὲ τὸν Βυζάντιον σοφιστὴν παραλείψω, Μάρκον[1]· ὑπὲρ οὗ καὶ ἐπιπλήξαιμι τοῖς Ελλη-

9 μισθὸν τ. ἀκροάσεως] vid. ad *Scopelian.* §. V. n. 12.

§. II. 1 ἐπιχειρηματικὸν] de hoc genere argumenti fuse Quintilian. l. V. c. 14. p. 325.

2 ἱκανὸς] sic pro ἱκανῶς scribo cum Grutero & Salmasio.

3 ὥσπ. τὸ τ. ἀστρ. σέλας] illustrat ista locus Quintiliani VIII, 5. *Tamen lumina illa* (orationis) *non FLAMMAE, sed SCINTILLIS inter fumum emicantibus similia dixeris: quae ne apparent quidem, vbi tota pictura lucet, vt in sole ipsa sidera desinunt cerni.* Similiter s. in *Critia* §. IV. nostro ὥσπερ ἀκτῖνων αὐγαὶ τὰ Ατλικὰ ὀνόματα διαφαίνεσθαι in eius oratione dicuntur, & in vita *Herodis* §. XIV. sub fin. ἡ ἐπὶ πᾶν ἰδία τοῦ λόγου (Ηρῴδου) χρυσοῦ ψῆγμα, ποταμῷ ἀργυροδίνῃ ὑπαυγάζον.

4 κατηγ. μὲν γὰρ Λεπτ.] an declamatio haec sit, an vera κατηγορία, dubito. Certe *Leptinem*, contra quem Demosthenes orauit, vt intelligamus, nihil necesse est. De *Leptine* vero & lege ab eo rogata, qua frumentaria res detrimentum passa sit, non memini alibi legisse.

5 συλλαβαὶ] veriſſima lectio, paucae nempe *syllabae*, ex quibus constabat lex *Leptinis*, Athenienſibus victum subtrahebant. Editi habebant συμβολαί.

6 Λύσανδρος ναυμ.] Lysander, Lacedaemoniorum Imperator, Athenienſibus classe commeatum difficilem reddidit, sub finem belli Peloponneſiaci. vid. s. ad *Critiam* §. I. not. 4. allegatos autores.

7 πωλεῖν τὰς νήσους] nempe ius isto adhuc tempore Athenienſes in Delum, aliasque insulas, retinuisse, diligenter monstrauit vir ill. Ezech. Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Del. v. 314. has igitur vendere volebant.

8 λῦσον, ὦ Ποσ. τ. ἐπὶ Δῆλ. χάριν] sensus mihi esse videtur: *Noli parcere Delo amplius, Neptune, rumpe retinacula gratiae tuae, quibus ipsa subsistit, concede, vt diffugiat ex conspectu hominum, mari submersa potius, quam mancipii instar misera vt vendatur.*

9 γενναίους] Gruter. & Salmas. γενναίως.

XXIV. ΜΑΡΚΟΣ. §. I. 1 Μάρκος] hunc Salmasius esse putat, quem *Annium Marcum* vocat, & inter oratores, quorum institutione vsus fuit M. Aurelius Antoninus, refert Capitolinus, in vita *M. Aurelii* c. 2. Aliter tamen visum Casaubono ad eum locum. Idem Salmasius hunc esse putat, qui Μάρκος ῥήτωρ in epigr. Graecis vocatur: vixque dubitem ipsum etiam esse, qui ἄρχων Byzantii fuit, de quo in nummo M. Aurelii apud Vaillantium, quem vide

sin,

σιν, εἰ τοιόσδε γενόμενος, ὁποῖόν δηλώσω, μήπω τυγχάνῃ τῆς ἑαυτοῦ δόξης. Μάρκῳ τοίνυν ἡ ἀναφορὰ[2] τοῦ γένους ἐς τὸν ἀρχαῖον Βύζαντα[3]. πατὴρ δὲ ὁμώνυμος, ἔχων θαλαττουργοὺς οἰκέτας ἐφ' ἱερῷ· τὸ δὲ ἱερὸν παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πόντου. διδάσκαλος δὲ αὐτοῦ Ισαῖος ἐγένετο, παρ' ὃν καὶ τὸ κατὰ φύσιν[4] ἑρμηνεύειν μαθών, ἐπεκόσμησεν αὐτῷ ὡραϊσμένῃ παραότητι. καὶ παράδειγμα ἱκανώτατον τῆς Μάρκου ἰδέας, ὁ Σπαρτιάτης, ὁ ξυμβουλεύων τοῖς Λακεδαιμονίοις μὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ Σφακτηρίας, γυμνοὺς[5] ἥκοντας· τῆς δὲ γὰρ τῆς ὑποθέσεως ἤρξατο ὧδε· "ἀνὴρ Λακεδαιμόνιος, μέχρι γήρως φυ-"λάξας τὴν ἀσπίδα[6], ἡδέως μὲν ἂν τοὺς γυ-"μνοὺς τούτους ἀπέκτεινεν". ὅστις δὲ καὶ τὰς διαλέξεις ὅδε ὁ ἀνὴρ ἐγένετο, ξυμβαλεῖν ἔξωθεν ἐκ τῶνδε. διδάσκων γὰρ περὶ τῆς τῶν σοφιστῶν τέχνης, ὡς πολλὴ καὶ ποικίλη, παράδειγμα τοῦ λόγου τὴν Ιριν ἐποιήσατο, καὶ ἤρξατο τῆς διαλέξεως ὧδε· "ὁ τὴν Ιριν ἰδὼν ὡς ἓν χρῶμα, οὐκ "εἶδεν ὡς χρὴ θαυμάσαι[7]· ὁ δὲ ὅσα χρώματα, "μᾶλλον ἐθαύμασεν·" οἱ δὲ τὴν διάλεξιν ταύτην Αλκινόῳ τῷ Στωϊκῷ ἀνατιθέντες, διαμαρτάνουσι μὲν ἰδέας λόγου, διαμαρτάνουσι δὲ ἀληθείας, ἀδικώτατοι δ' ἀνθρώπων εἰσὶ, προσαφαιρούμενοι τὸν σοφιστὴν[8] καὶ τὰ οἰκεῖα.

cos est animus, quod tantus quī fuerit, quantum fuisse docebo, sua tamen potiri laude haut potuerit. Marco igitur genus refertur ad priscum Byzantem. Pater fuit eodem nomine, multos per mare negociantes apud sacellum famulos alens, sacellum autem istud est iuxta Ponti ostia. Praeceptor eius Isaeus fuit, a quo etiam naturalem edoctus elocutionem, nitida lenitate eandem exornauit. Exemplum autem maxime idoneum generis dicendi, quod Marcus sequebatur, *Spartanus* est, suadens Lacedaemoniis, ne nudos, a Sphacteria venientes, reciperent. Hoc enim argumentum ita fuit exorsus: *Vir Lacedaemonius, qui ad senectutem vsque scutum seruauit, lubenter certe hosce nudos interfecerit.* Qualis autem in disputationibus vir ille fuerit, ex his colligere licet. Nempe cum de sophistarum arte apud discipulos ageret, vt multa sit atque varia; imaginem [sophisticae] orationis Iridem proposuit; atque ita disputationem exorsus est: *Qui Iridem viderit, vt colorem vnum, non poterit, vt par est, mirari: qui autem quotquot habet colores cognorit, magis ille mirabitur.* Qui Alcinoo autem Stoico disputationem istam tribuunt, genere orationis falluntur, falluntur ipsa re tota: mortalium autem iniustissimi sunt, sophistae etiam sua abiudicantes.

Τὸ δὲ τῶν ὀφρύων ἦθος, καὶ ἡ τοῦ προσώπου σύγνοια, σοφιστὴν ἐδήλου τὸν Μάρκον. καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ἀεί τι ἐπισκοπῶν τῇ γνώμῃ, καὶ ἀναπαιδεύων ἑαυτὸν τοῖς ἐς τὸ σχεδιάζειν ἄγουσι. καὶ τοῦτο ἐδηλοῦτο μὲν τῇ τῶν ὀφθαλμῶν στάσει, πεπηγότων τὰ πολλὰ ἐς ἀπορρήτους ἐννοίας. ὡμολογήθη δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. ἐρομένου γάρ τινος αὐτὸν τῶν ἐπιτηδείων, ὅπως χθὲς ἐμελέτα, ἐπ' ἐμαυτοῦ μέν, ἔφη, λόγου ἀξίως, ἐπὶ δὲ τῶν

II. Ceterum ipse superciliorum habitus, & relucens facie ingenium, Marcum sophistam ostendebat. Semper enim mente aliquid cogitabat, & se in iis, quae ad prompte dicendum iuuarent, instituebat ipsum. Hocque oculorum statu indicabat, defixorum plerumque in occultas meditationes. Nec ipse id dissimulabat homo. Interrogante enim eum familiarium nonnemine, quomodo praeterita die declamauerit? Apud me quidem, inquit, satis pro dignitate: apud familia-

---

de nummis Graec. Imp. p. 50. In eius nummi auersa *Galea* est cum inscript. ΕΠΙ. ΑΡ. ΜΑΡΚΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. h. e. *Sub Archonte Marco Byzantiorum.* Coniecturam nostram firmant, quae de genere eius ap. Byzantios illustri in sqq. dicuntur. Nec tempus abludit: neque alias rarum, vt sophistae hoc magistratu fungerentur, vide notata nobis ad *Varum Pergaeum.*

2 ἡ ἀναφορὰ] cod. S. habet ἦν ἀναφ. Sed lectio vulgata retinenda videtur.

3 εἰς τὸν ἀρχ. Βύζαντα] *Byzas* Heros, Byzantii conditor, Neptuno ex Ceroessa, Ius filia, genitus, ex Eustathio ad Periegetam v. 803. Stephano de vrbibus, Etymologo Magno, Hesychio in Constantinopoleos descriptione, & Georgio Codino in παρεκβολαῖς notissimus. Plura de eo Petrus Gyllius, Albicensis, de Bosphoro Thracio l. II. c. 3. collegit. Caput eius senile galeatum cum titulo ΒΥΖΑΣ in nummis aereis comparet, qualis visus Scaligero, vid. eum animadu. ad Eus. p. 81. Talem repraesentat Goltzius Tab. XXVII. emendatum ab Harduino nummis vrb. & popul. illustratis p. 105.

4 τὸ κατὰ φύσιν ἑρμην.] nempe illa *ἰδία Isaei*, vid. s. vitam eius §. II. not. 8. *Dionysium* quoque imitatum id esse s. vitae eius *initio* §. I. narratur.

5 τοὺς ἀπὸ Σφακτηρ. γυμνοὺς] historiam, quae argumentum suppeditauit huic declamationi, habes apud Thucydid. l. V. p. 368. γυμνοὺς vocat, qui, ab Athenienſibus in illa insula obsessi, arma iis tradiderunt, quod turpe vel ipsis illis videbatur.

6 φυλάξ. τ. ἀσπ.] quam si illi hac ratione abiecerant, inuisi proinde sint merito viris fortibus, ἀσπίδα tuentibus, conf. notata ad vit. Apollonii l. II. c. 7. n. 6.

7 ὡς χρὴ θαυμάσαι] χρὴ omittebat cod. S.

8 τὸν σοφιστὴν] διαλίξεως nomen putat esse Salmasius. Vt sensus sit, iniquos esse, qui διάλεξιν *sophistae* titulo inscriptam, Marco auferant. At verbum προσαφαιρούμενοι omnino personam, ad quem referatur, poscit, res vero ablata sunt τὰ οἰκεῖα, vt mox sequitur, per quae intelligi διάλεξιν quam ab iridis paradigmate exorsus fuerat, est manifestum.

res

res autem minus. Cum ille responsum miraretur, ego, inquit Marcus, silentio quoque vtor minime otioso: duaeque aut tres causae me exercere solent praeter vnam illam, quam publice ago. Barbam & comam sordidam habuit, quare agrestior, quam virum sapientia excultum deceret, visus est vulgo. Idemque etiam Polemonis sophistae de eo iudicium fuit. In Polemonis enim scholam iuit, cum iam celebritate nominis gauderet; considentibusque iis, qui ad audiendum conuenerant, cum agnouisset eum eorum nonnemo, qui Byzantium nauigare identidem solebant, proxime assidenti is ostendit; & ille vicino, inque omnes emanauit sophistam Byzantium eum esse. Quare, Polemone argumentum dicendi poscente, omnes in Marcum, vt proponeret ipse, conuersi sunt. Polemone itaque aiente, quid in rusticum intuemini? argumentum enim dicendi ille haut dabit; Marcus sublata voce, vt solebat, toruum videns, & argumentum, inquit, dabo, & declamabo. Quo ipso Polemon eum esse deprehendens, vt & eo, quod Dorica oratione eum vti audiret, multa & magna in virum disseruit, & mirabilia, oratione extemporanea. Cum igitur declamasset, declamantemque audiuisset, & admirationi ei fuit, & admiratus est eum.

γνωρίμων, ἦτλον. θαυμάζοντος δὲ τὴν ἀπόκρισιν, ἐγὼ, ἔφη ὁ Μάρκος, καὶ τῇ σιωπῇ ἐνεργῷ χρῶμαι[1], καὶ γυμνάζουσί με δύο, καὶ τρεῖς ὑποθέσεις, ἐπὶ τὴν μίαν, ἣν ἐς τὸ κοινὸν ἀγωνίζομαι. γενειάδος δὲ καὶ κόμης ἀυχμηρῶς εἶχεν[2], ὅθεν ἀγροικότερος ἀνδρὸς πεπνυμένα ἐδόκει τοῖς πολλοῖς. τότε δὲ καὶ Πολέμων ὁ σοφιστὴς πρὸς αὐτὸν ἔπαθε. παρῆλθε μὲν γὰρ ἐς τὴν τοῦ Πολέμωνος διατριβὴν, ὀνόματος ἤδη ὤν. ξυγκαθημένων δὲ τῶν ἐς τὴν ἀκρόασιν ἀπηντηκότων, ἀναγνοὺς τις αὐτὸν τῶν εἰς Βυζάντιον πεπλευκότων[3], διεμήνυσε τῷ πέλας, ὁ δὲ τῷ πλησίον, καὶ διεδόθη ἐς πάντας, ὅτι ὁ Βυζάντιος εἴη σοφιστής. ὅθεν, τοῦ Πολέμωνος αἰτοῦντος τὰς ὑποθέσεις[4], ἐπεστρέφοντο πάντες ἐς τὸν Μάρκον, ἵνα προβάλῃ. τοῦ δὲ Πολέμωνος εἰπόντος, τί ἐς τὸν ἄγροικον ὁρᾶτε; ἀ γὰρ δώσει γε ἔτος ὑπόθεσιν· ὁ Μάρκος, ἐπάρας τὴν φωνὴν, ὥσπερ εἰώθει, καὶ τραχὺ βλέψας, καὶ προβαλοῦμαι, ἔφη, καὶ μελετήσομαι. ἔνθεν ἐλὼν ὁ Πολέμων, καὶ ξυνεὶς δωρεάζοντος, διελέχθη ἐς τὸν ἄνδρα πολλά τε καὶ μεγάλα[5], καὶ θαυμάσια, ἐφιεὶς τῷ καιρῷ[6]. μελετήσας δὲ, καὶ μελετῶντος ἀκροασάμενος, καὶ ἐθαυμάσθη καὶ ἐθαύμασε.

III. Post haec porro, cum ad Megarenses Marcus venisset, (Byzantiorum autem illi conditores,) inuenit Megarenses aduersus Athenienses tumultuantes, magna animorum contentione: quandoquidem modo legem in ipsos scripserant, eosque, ad parua Pythia venientes, admittere nolebant. Prodiens itaque in concionem eorum, ita Megarenses immutauit, vt persuaderi sibi siuerint aperire domos, & Athenienses cum liberis & vxoribus recipere. In pretio etiam fuit Adriano Imperatori, postquam pro Byzantiis legationem obiit, qui, inter veteres Imperatores,

Καὶ μετὰ ταῦτα[1] γὰρ ἦκων ὁ Μάρκος ἐς τὰ Μέγαρα, οἰκισταὶ δὲ Βυζαντίων[2], ἐστασίαζον μὲν οἱ Μεγαρεῖς πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἀκμαζούσαις ταῖς γνώμαις· ὥσπερ ἄρτι τῇ πινακίδι ἐπ' αὐτοὺς γεγραμμένοι, καὶ οὐκ ἐδέχοντο σφᾶς, ἐς τὰ Πύθια τὰ μικρὰ[3] ἥκοντας. παρελθὼν δὲ ἐς μέσους ὁ Μάρκος, οὕτω τοι μεθήρμοσε τοὺς Μεγαρέας, ὡς ἀνοῖξαι πεῖσαι τὰς οἰκίας, καὶ δέξασθαι τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ γυναῖκάς τε καὶ παῖδας. ἠγάσθη αὐτὸν καὶ Ἀδριανὸς ὁ αὐτοκράτωρ, πρεσβεύοντα ὑπὲρ Βυζαντίων, ἐπιτηδειότατος τῶν

---

§. II. 1 *καὶ τῇ σιωπῇ ἐνεργ. χρῶμαι*] simile est, quod legitur vita Apollonii l. I. c. 1. *ὅτι καὶ τὸ σιωπᾶν λόγος.*

2 *ἀυχμηρ. εἶχε*] de Marci *ἀυχμῷ* vide & l. II. harum vitarum, in *Oenomarcho*, sub fin.

3 *τῶν εἰς Βυζάντ. πεπλευκότων*] verba haec deerant in editis, adieci ea ex cod. S.

4 *αἰτοῦντος τὰς ὑποθ.*] nempe ita se mutuo sophistae ad certamen prouocabant, *argumenta* dicendi a se inuicem poscentes, imo & ab aliis, vid. Cresoll. theatr. rhetor. l. III. c. 4. adde inf. notata l. II. ad vit. *Alexandri* not. 14. Id a Protagora deriuatum, qui audituros *προβάλλειν* iubebat, h. e. hypothesin *ἤτει* vid. s. *prooem.*

5 *καὶ μεγάλα*] omissa haec in cod. S.

6 *ἐφιεὶς τ. καιρῷ*] vide de hac phrasi s. ad *prooem.* n. 34.

§. III. 1 *καὶ μετὰ ταῦτα*] copulam adieci ex codice S.

2 *οἰκισταὶ δὲ Βυζ.*] sic veterum plerique, vide Stephanum voce Βυζαντ. & ad eum Berkelio annotata.

3 *Πύθια τὰ μικρὰ*] Apollinares ergo ludi Megaris celebrati, *Pythia parua* dicti, quia maxime solennes Apollinis ludi erant illi, qui vulgo *Pythia* dicuntur, Delphis celebrata. Nempe Megaris quoque in peculiari honore *Agraeus Apollo*, teste Pausan. Attic. p. 39. Plinio H. N. lib. IV. s. 11. sic *Pythiorum* in Thracia mentio in nummo Caracallae ap. Scaligerum l. V. de emend. temp. Trallibus quoque *Pythia* vicisse dicitur C. Ant. Septimius Publius, Citharoedus, in Marm. Oxon. III. p. 71.

πάλαι βασιλέων [4] γενόμενος ἀρετὰς ἀυξήσας.

maxime ad promouendum omne genus artium ac scientiarum propensus extitit.

ΠΟΛΕΜΩΝ.

Πολέμων δὲ, ὁ σοφιστὴς, ἔθ', ὡς οἱ πολλοὶ δοκοῦσι, Σμυρναῖος, ἔθ', ὥς τινες, ἐκ Φρυγῶν, ἀλλ' ἤνεγκεν αὐτὸν Λαοδίκεια, ἡ ἐν Καρίᾳ [2], ποταμῷ προάστιος Λύκῳ· μεσογεία μὲν, δυνατωτέρα δὲ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ. ἡ μὲν δὴ τοῦ Πολέμωνος οἰκία πολλοὺς ὑπάτους, καὶ ἔτι. ἐρασθαι [3] δὲ αὐτοῦ πολλαὶ μὲν πόλεις, διαφερόντως δὲ ἡ Σμύρνα. ἅτοι μὲν [4] γὰρ ἐκ μειρακίου κατιδόντες τι ἐν αὐτῷ μέγα, πάντας τοὺς οἴκοι στεφάνους [5] ἐπὶ τὴν τοῦ Πολέμωνος κεφαλὴν συνήνεγκαν, αὐτῷ τε ψηφισάμενοι, καὶ γένει, τὰ οἴκοι ζηλωτά. προκαθῆσθαι γὰρ τῶν Ἀδριανοῦ Ολυμπίων [6] ἔδωσαν τῷ ἀνδρὶ καὶ ἐγγόνοις, καὶ τῆς ἱερᾶς τριήρους

XXV. POLEMON.

I. Polemon porro, sophista, neque Smyrnaeus, vt vulgo opinantur, neque, vt visum nonnullis, ex Phrygibus fuit, sed Laodicea eum genuit, Cariae ciuitas, Lyco fluuio vicina, mediterranea quidem, sed magis quam maritimae opibus valens. Et familia quidem Polemonis multos consules habuit, & nunc quoque habet [consulares viros.] Coluere eum ciuitates plurimae, praesertim autem Smyrnaei. Hi enim, ab adolescentia aliquid in eo magnum agnoscentes, omnes, quas patria habebat, coronas in Polemonis caput congerebant, & ipsi & toti familiae eius, quicquid eximiorum honorum domi haberent, decernentes. Vt enim Adriani Olympiis praesiderent viro huic & posteris eius concessere, sacram item vt triremem conscende-

---

4 ἐπιπλ. τ. πάλαι βασ. &c.] nempe, doctus ipse, multas ad litteras promouendas passim impensas fecit, vt notum ex Dione, Victore & Spartiano.

XXV. ΠΟΛΕΜΩΝ. §. I. 1 Πολέμων] vid. de eo Suid. item nostrum supra *Fauorino* §. III. item vita *Dionysii* & *Marci* vt & *Scopeliano* §. VIII. *Herode* §. XIV. *Hippodromo* §. III. VI. Praenomen *Antonii* ipsi fuisse obseruamus paulo post §. II. not. 4. & §. III. not. 6. vbi vetera quaedam monimenta habes, in quibus mentio eius: quibus adde antiquae *Antinoi* statuae ἐπιγραφὴν, quam ex Gaza Reg. Galliae protulere Patinus & Harduinus de numm. vrb. p. 464. ΑΝΤΙΝΟΟΣ. ΗΡΩΣ. ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ. Cui similis inscriptio est in nummo, cuius parte altera Herois Antinoi facies, altera taurus habetur, solitum in Antinoi nummis symbolum. Inscriptio: ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ea ipsum nummum ex Graecis Imperatorum, Vaillantii:

Phrynichus quoque *Polemonis* meminit v. καφαλαιωδὴς. vbi dicit *Secundum* scripta eius correxisse. vid. inf. ad *Secundum* n. 1. Orationes eius quasdam cum Himerii orationibus &c. edidit H. Stephanus in 4to A. 1567. cum versione sua & notis Petrus Possinus Tolosae 1636. 8vo. *Polemonis* etiam, qui de ἀκροπόλει Athenienſium scripsit, passim autores meminere. An vero ille etiam idem cum nostro? vid. de eo Menrs. Cecropiae cap. 1.

2 Καρίᾳ] sic cod. S. & Gruter. male editi Καρτία, quod vitium iam olim monuerat esse tollendum L. Holstenius ad Stephanum π. πολ. Idemque deprehenderat quoque Salmasius. Cariae autem Laodiceam attribuit noster, quam alii Lyciae esse dicunt, ob viciniam. Idem fecit autor Orac. Sibyllin. p. 255. vt eidem Holstenio obseruatum.

3 ἐρασθαι δὲ] δὲ ex cod. S. adieci.

4 ἅτοι μὲν γὰρ] μὲν ex eod. codice reuocaui.

5 στεφάνους] vox non rara in *dignitatibus* significandis. Sic l. II. de *Euodiano* noster, eum στεφανοῦσθαι τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων. Et de *Herode Attico* στεφανωθεὶς δὲ τὴν τῶν Παναθηναίων. In illis dignitatibus autem fuit *praetura* στρατηγία ἐπὶ τῶν ὅπλων, de quo magistratu vide ad *Lollianum* §. I. n. 3. Mentio eius Polemonis dignitatis in nummo, qui est inter cimelia ill. Foucaultii, cuius meminit Vaillantius de nummis Graec. Imperat. p. 36. In eo solita, parte vna, Hadriani, parte altera Iouis sedentis effigies & inscriptio ΠΟΛΕΜΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΣΜΥΡ. *Polemo praetorem agens dedicauit Smyrnae.* Ipsum nummum ab ill. Spanhemio nuper repraesentatum, hic quoque comparere par fuit:

6 Ἀδριανοῦ Ολυμπίων] cod. S. habet Ἀδριανῶν Ολ. Farnesiana inscriptio ap. Gruterum p. 314. Ἀδριάνια Ολύμπια dicit. De his autem ludis, pariter ac aliis, ab Adriano in Graecia & Asia passim institutis, vide Salmasium ad Spartian. Adrian. c. 19. p. 176. *Olympia* autem & *Adriania Olympia* diuersos ludos esse, Smyrnae institutos, idem ex inscriptione allegata recte concludit: conf. & illustr. Spanhem. ep. 5. ad Morell. p. 309-311. & p. 322: qui illa *communia Asiae*, vel potius Ioniae, Ioui sacra, paulo post a nostro τὰ κατὰ τὴν Ασίαν Ολύμπια dicta docet, post magnum Seldenum ad Marm. Oxon. p. 71. adde Ruben. de vrb. Neoc. Thes. Ant. T. XI. p. 1358. v. & inf. notata §. III. n. 20. & §. IX. n. 15. Ceterum, vt *Olympia* Adriano celebrata, ita ipse quoque in veteribus monimentis dictus *Olympius* est, Iouis exemplo: plura eius generis monimenta, in quibus hic titulus Adriani est, exhibet Sponius T. II. Itiner. p. 351. Olympiis igitur Adriani praesedit noster, h. e. ἀγωνοθέτης fuit, tum ipse tum posteri *decreto ciuitatis*.

rent.

rent. Nempe Anthesterione mense triremis, medio acta mari, in forum mitti solet, quam Dionysii regit sacerdos, tanquam gubernator, ancoris e mari leuatis.

ἐπιβατεύειν. πέμπεται γάρ τις [7] μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι μεταρσία τριήρης ἐς ἀγοράν· ἣν ὁ τῶ Διονύσω ἱερεὺς, οἷον κυβερνήτης, ἰθύνει [8], πείσματα ἐκ θαλάττης λύσαντες.

II. Smyrnae autem scholas habens, hisce illi profuit. Primum quidem, vt hominum frequentia se ipsam vrbs vincere videretur, iuuentute affluente ipsi ex continente pariter ac insulis, non proterua, & mera quae esset colluuies, verum selecta atque pura. Deinde, vt concors & absque seditionibus publica obiret negotia. Nam ante hac seditionibus Smyrna laborauerat, & partem vrbis superiorem habitantes a maritimis dissederant. Maximo etiam in pretio ciuitati fuit ob legationes obitas, ad Imperatores saepe profectus, & prouinciarum causas agens. Adrianum nempe, Ephesiis magis fauentem, ita Smyrnaeis, immutatum, adiunxit, vt vno die mille myriadas in illorum ciuitatem effuderit, ex quibus & annonae emporia, & gymnasium, omnium, quae in Asia sunt magnificentia primum, constructa sunt: templum item illustre in promontorio, quod Mimanti oppositum esse videtur. Praeterea publica negotia perperam tractantes redarguens, multaque prudenter admonens, plurimum [vrbi] profuit. Pariterque proteruiam sustulit, omnemque superbiam, eo diligentius, quo mi-

Ἐνεσπουδάζων δὲ [1] τῇ Σμύρνῃ, τάδε αὐτὴν ὤνησε. πρῶτον μὲν, τὴν πόλιν πολυανθρωποτάτην αὐτῆς φαίνεσθαι, νεότητος αὐτῇ [2] ἐπιῤῥεούσης ἐξ ἠπείρων τε καὶ νήσων, ἀκ ἀκολάστε καὶ ξύγκλυδος, ἀλλ' ἐξειλεγμένης τε καὶ καθαρᾶς. ἔπειτα, ὁμονοοῦσαν καὶ ἀστασίαστον πολιτεύειν. τὸν γὰρ πρὸ τῦ χρόνον ἐστασίαζεν ἡ Σμύρνα, καὶ διεστήκεισαν οἱ ἄνω πρὸς τὸς ἐπὶ θαλάττῃ [3]. πλείστε δὲ ἄξιος τῇ πόλει καὶ τὰ πρεσβευτικὰ ἐγένετο, φοιτῶν τε παρὰ τὸς αὐτοκράτορας, καὶ προαγωνιζόμενος τῶν ἠθῶν. Ἀδριανὸν γᾶν, προσκείμενον τοῖς Ἐφεσίοις, ὅτω τι μετεποίησε τοῖς Σμυρναίοις, ὡς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ χιλίας μυριάδας [4] ἐπαντλῆσαι αὐτὸν [5] τῇ πόλει, ἀφ' ὧν τάτε τῦ σίτε ἐμπόρια ἐξεποιήθη, καὶ γυμνάσιον [6], τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγαλοπρεπέστατον, καὶ νεὼς τηλεφανὴς [7], ὁ ἐπὶ τῆς ἄκρας [8], ἀντικεῖσθαι δοκῶν τῷ Μίμαντι. καὶ μὴν καὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις [9] δημοσίᾳ ἐπιπλήττων, καὶ κατὰ σοφίαν πλεῖστα νεθετῶν, ὠφέλει. ὕβριν τε ὁμοίως ἐξήρει, καὶ ἀγερωχίαν πᾶσαν, τοσύτῳ πλέον, ὅ-

---

7 πέμπ. γάρ τις &c.] & ipsam rem & eius causam exponit Aristides T. I. Orat. p. 402. cuius integrum locum produximus ad vitam Apollonii lib. IV. cap. 5. En & alterum ex gratulatione Smyrnaea p. 473. καὶ τριήρης τις ἣν δεικνυμένη μὲν Διονυσίοις — σύμβολον νίκης παλαιᾶς, ἣν ἐνίκων Σμυρναῖοι βακχίνοντες Χίες, ὅπλοις καὶ ναυσὶ πεφραγμένες. Eo spectare *proram nauis* in quibusd. Smyrnaeorum nummis insculptam, iampridem monitum Io. Harduino, in tr. de Nummis vrb. & popul. & nobis ad vitam Apollonii l. c. Ceterum honoris, hac trireme Polemoni exhibiti memoria in monimento eius sepulcrali extitit. vide *vitae* huius fin. §. XI. n. 2.

8 ἰθύνει] haec lectio est cod. S. quam praeferre visum editae ἰυθύνει.

§. II. 1 σπουδάζ. δὲ] aduersatiuam addidi ex cod. S.

2 αὐτῇ] sic recte cod. S. & Gruter. atque Salmas. male editi αὐτῆς.

3 οἱ ἄνω πρ. τ. ἐπὶ τῇ θαλ.] de hac Smyrnae diuisione vide virum summum Ez. Spanhem. de P. & V. Numism. & ad Callimachi Hymn. in Dian. v. 238.

4 ὅτω τι μετεποίησε τ. Σμυρν. ὡς ἐν ἡμ. μ. χιλίας μυριάδας &c.] eius rei vestigium in Marm. Oxon. XXIIX. p. 95. vbi Smyrnaei dicuntur ἐπιτυχεῖν παρὰ τῦ κυρίε Καίσαρος Ἀδριανῦ δι' Ἀντωνίε Πολέμωνος — μυριάδας ἑκατὸν πεντήκοντα, & columnas varii generis ad *gymnasium*. Haec nempe pars χιλίων μυριάδων quorum hic mentio, cetera enim in *emporium* & *templum* impensa, de quibus mox noster, iuxta cum *gymnasio*. vide ad illud marmor obseruata Seldeno, & Rubenio *de Vrbib. Neocoris Diatribe*, inserta Thesaur. antiquit. Romanar. p. 1358. Ceterum ad eam Adriani liberalitatem pertinet inscriptio Smyrnaeorum, a Sponio edita T. II. Itiner. p. 353.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΑΔΡΙΑΝΩ
ΟΛΥΜΠΙΩΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΙ.

5 ἐπαντλῆσαι αὐτὸν] cod. S. habet αὐτῶν. de v. ἐπαντλῆσαι, v. vitam *Herodis* §. I. n. 7.

6 καὶ γυμνάσιον &c.] eius meminit Aristides *Sacrorum* serm. I. T. I. p. 491. ἐδόκει ἐν τῷ Ἀδριανείῳ ἐχρῆσθαι μὲν, λελοῦσθαι δὲ ἐ. vnde simul *Adrianeum* id adpellatum discimus. De eo *gymnasio* illiusque donariis vid. Marmor Oxon. XXIIX. p. 93. de quo not. praec.

7 καὶ νεὼς τηλεφ.] hoc templum est, cuius & mentio apud Aristidem Orat. de Smyrna sub fin. T. II. p. 296. τῇ γὰρ νίκῃ, τῇ τῦν καταδύντος, ἔτω λαμπρῶς (ἡ Σμύρνα) λέγεται τυχεῖν, ὥσε ἀγῶνος γενομένε τὴν μὲν Ἀσίαν τῶν ἄλλων ἰδιῶν περικρυβῆναι. Vnde simul manifestum ob hoc ipsum templum πρωτεῖα Smyrnam in Asiae vrbium de primatu contentione obtinuisse. Quod non intelligo proinde, cur negandum contra Rubenium putauerit ill. Spanhemius ep. V. ad Morell. p. 318. Plura huc spectantia habet Ruben. l. c. p. 1359. quibus non video quid opponi possit: idem autem templum istud *Hadriano* sacratum esse suspicatur.

8 ὁ ἐπὶ τῆς ἄκρας] hinc colligit maxime doctissimus Rubenius in Diatribe de *Vrbib. Neocor.* Hadriano hoc templum fuisse sacratum: nam tali loco Caesarea templa fas erat statuere, in vrbibus maritimis. Adire iubet Philonem in *legatione* de Σεβαστῷ Alexandriae, Aristidem in *Cyzicena* de aede Hadriani, & Iosephum B. I. I, 16. vbi de templo Augusti Caesareensi.

9 καὶ τοῖς ἁμαρτανομ.] καὶ addidi ex MS. S.

σῳ μηδὲ τῇ Ιωνικῇ ἀπειθίζειν[10]. ὠφέλει δὲ καὶ κεῖνα δή πῃ· τὰς δίκας τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐκ ἄλλοσέ πῃ ἐκφοιτᾶν[11], ἀλλ' οἴκοι ἔπαυε· λέγω δὲ τὰς ὑπὲρ χρημάτων. τὰς γὰρ ἐπὶ μοίχοις, καὶ ἱεροσύλοις, καὶ σφαγέας, ὧν ἀμελημένων ἄγη φύεται, ἐκ ἐξάγειν παρεκελεύετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξωθεῖν τῆς Σμύρνης, δικαστῇ γὰρ δεῖσθαι αὐτὰς ξίφος ἔχοντος[12]. καὶ ἡ αἰτία δὲ[13], ἣν ἐκ τῶν πολλῶν εἶχεν, ὡς ἐδοιπορῶντι αὐτῷ πολλὰ μὲν σκευοφόρα ἕποιτο, πολλοὶ δὲ ἵπποι, πολλοὶ δὲ οἰκέται, πολλὰ δὲ ἔθνη κυνῶν[14], ἄλλα ἐς ἄλλην θήραν· αὐτὸς δὲ ἐπὶ ζεύγους ἀργυροχαλίνου[15], φρυγίου τινὸς[16] ἢ Κελτικοῦ[17], πορεύοιτο, εὐκλειαν τῇ Σμύρνῃ ἔπρατ]ε. πόλιν γὰρ δὴ λαμπρύνει μὲν ἀγορὰ, καὶ κατασκευὴ μεγαλοπρεπὴς οἰκοδομημάτων· λαμπρύνει δὲ οἰκία εὖ πράττουσα[18]. ὁ γὰρ μόνον δίδωσι πόλις ἀνδρὶ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἄρνυται ἐξ ἀνδρός. ἐπεσκοπεῖτο δὲ καὶ τὴν Λαοδίκειαν ὁ Πολέμων, θαμίζων ἐς τὸν αὐτοῦ οἶκον, καὶ δημοσίᾳ ὠφελῶν ὅ, τι ἠδύνατο.

minus ea erant ab Ionum ingeniis aliena. Quin etiam ea parte profuit, quod controuersias, quas inuicem habebant, ad forum externum deferri non pateretur, sed domi compoſuerit: loquor autem de controuersiis rem pecuniariam concernentibus. Eas enim quae moechis intentandae essent, & sacrilegis, atque homicidis, quibus piacula contrahuntur, non tantum ad aliud forum deferri, verum & expelli Smyrna iussit: Iudice enim haec opus habere [aiebat], cui gladii sit potestas. Hoc ipsum item, quod vitio ipsi vertebant haut pauci, quod in itinere nempe multae sarcinae ipsum sequerentur, & equi multi, seruique plurimi, variique generis canes, alii aliis idonei venatibus: quodque ipse bigis veheretur, argenteis frenis, Phrygiisque aut Celticis ornatis: id ipsum quoque Smyrnae celebritatem conciliabat. Vrbi enim forum quidem decus addit, & aedium magnificentia: addunt & familiae opibus conspicuae. Neque enim ciuitas solum viro praestat celebritatem, verum & ipsa a viro accipit. At & Laodiceae curam Polemo gessit, frequenter ad familiam suam inuisens, & quomodocunque posset, publicae rei inseruiens.

Τὰ δὲ ἐκ βασιλέων αὐτῷ, τοιαῦτα. Τραϊανὸς μὲν αὐτοκράτωρ ἀτελῆ πορεύεσθαι διὰ γῆς καὶ θαλάτ]ης. Ἀδριανὸς δὲ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ πᾶσι. κατέλεξε δὲ αὐτὸν καὶ τῷ τῆ Μουσείῳ κύκλῳ[1], ἐς τὴν Αἰγυπ]ίαν σίτησιν. ἐπί τε τῆς Ῥώμης,

III. Quae ab Imperatoribus autem impetrauit, sequentia sunt. Traianus Imperator ei, vt terra marique ab omni onere immunis iter facere posset, indulsit. Adrianus autem idem omnibus eius domesticis concessit: quin etiam in Musaei circulum eum adlegit, vt Aegyptius ipsi praeberetur victus. Cumque

---

10 ὅσῳ μηδὲ τῇ Ιωνικῇ ἀπειθίζειν] nempe ὄλεθος, vt in vulgato est, τυφὴν parit & ὕβριν. De luxu Ionum vero videnonnulla notata supra ad vitam *Scopeliani* §. V. n. 10.

11 ἐκ ἄλλοσε πῇ ἐκφ.] cod. S. ποι ἐκφ. Impediuit nempe, ne tales causae ad magistratus Romanos deferrentur. Salmas. addendum ἔα *fuit* suspicatur. Verum nihil est opus. Nempe refertur infinitiuus ad ὠφέλησε, per modum substantiui. Idque adeo ipsum quod ὠφέλησε, est τὰς δίκας ἐκ ἄλλοσε ἐκφοιτᾶν, *vt ne extra vrbem hae controuersiae ventilarentur.*

12 ξίφος ἔχοντος] tales magistratus Romani, apud quos iure agere licebat, Rectores prouinciarum, Proconsules, Praetoresque.

13 καὶ ἡ αἰτία δὲ] horum verborum vsque ad ὅ, τι ἠδύνατο versionem perabsurdam, quam dederat Morellus, ante nos castigauit cl. Gattaker. aduers. c. 16. p. 564.

14 ἔθνη κυνῶν] vocis ἔθνη de brutis animantibus vsurpatae, exempla adduximus notis ad vit. Apollonii lib. III. c. 4. n. 4. adde & Philostratum Imagin. l. I. in *aprorum venatoribus.*

15 ζεύγ. ἀργυροχάλ.] sic χρυσηνίους currus legimus. Hesych. χρυσήνιος, χρυσᾶς ἡνίας ἔχων i. e. *aureas habens habenas.* De *fraenis* vero Cassianus, de Reg. Coenob. Aegy. ἡνίδιον ὁλόχαλκον καὶ χρυσοχαλίνους ἵππους memorans. Apud Efram l. III. c. 3. χρυσοχάλινον ἅρμα est. Sic & Virgilius

— — *mandunt sub dentibus aurum.*

adde Scheffer. de re vehic. lib. I. cap. 16. Ceterum similis magnificentia *Adriani* vid. inf. vit. eius §. II. n. 9.

16 Φρυγίου τινὸς] Phrygium opus est *acu pictum*, talia itaque ornamenta currus Polemonis. Plinius H. N. l. VIII. f. 74. *acu pingere Phryges inuenerunt, ideoque Phrygioniae appellatae sunt.*

17 ἢ Κελτικοῦ] optimus hic interpres Plinius H. N. lib. XXXIV. f. 48. *Album* (plumbum) *incoquitur aereis operibus, Galliarum inuento, ita, vt vix discerni possit ab argento, eaque incoctilia vocant. Deinde & argentum incoquere simili modo coepere, EQVORVM maxime ORNAMENTIS, iumentorum iugis in Alesia oppido, reliqua gloria Biturigum fuit. Coepere deinde & essseda & vehicula & petorita exornare* &c. Eodem pertinet locus Philostrati in Imaginib. l. I. *Aprorum venatoribus* (ἵπποι) ἀργυροχάλινοι, καὶ γικτοὶ, καὶ χρυσοῖ τὰ φάλαρα. ταῦτά φασι τὰ χρώματα τὴν ἐν Ωκεανῷ βαρβάρους ἐγχεῖν τῷ χαλκῷ διαπύρῳ, τὰ δὲ συνίστασθαι, καὶ λιθοῦσθαι, καὶ σώζειν ἃ ἐγράψη.

18 λαμπρύνει δὲ οἰκία ἐν πρ. &c.] sententiam hanc latius persequitur Galenus *in Hortatoria ad artes.*

§. III. 1 τῷ τῆ Μουσείῳ κύκλῳ] displicet viro doctiss. Ludolph. Kustero in diss. de Museo Alexandrino, quod Lipsius in lib. de Bibliothec. κύκλον h. l. *circulum* vel *conuentum* vertit. *Mensam rotundam* Musei intelligi ipse existimat, ad quam viri docti vescebantur. Allegat Pollucem Onom. X, 13. vbi τὸ ἐπίθεμα τῆ τρίποδος κύκλον καὶ ὅλμον appellari ait. Idem igitur esse τράπεζαν & κύκλον censet, vt apud Latinos quoque pro *mensa* passim occurrat *orbis.* Quae omnia iampridem monuerat H. Stephanus in Thesauro, & Salmasius ad Spartiani Adrian. c. 20. Et sane Αἰγυπτίαν τράπεζαν vocari *Museum*, videmus supra vita *Dionysii*, vbi vid. §. III. n. 4. Verum cum voci καταλίγειν melius respondeat *coetus*, hominumque *societas*, cui aliquis adscri-

Romae

Romae praesens quinque & viginti myriadas poscceret, alterum tantum huius summae dedit Imperator: neque rationem reddente Polemone ad quid opus haberet, neque vt expensurus sit postea indicante. Cumque eum accusarent Smyrnaei, quod magnam pecuniae, ab Imperatore sibi donatae, partem, vt visum sibi esset, impendisset, epistolam scripsit Imperator huius tenoris: *Antonius Polemon pecuniarum a me donatarum mihi rationem reddidit.* Haec vero licet ignoscentis quis esse dicat; veniam certe tamen ob eam pecuniae vim inuenire ipsi haut licuisset, eminentissima in reliquis virtute haut nixo. Atheniense porro Olympium, annis quingentis & sexaginta demum perfectum, dedicare cum vellet ipse Imperator, tanquam magnum multi temporis spectaculum, Polemonem etiam inter sacra orationem sacram recitare iussit. Ille autem, pro more suo, oculos in rerum imagines menti iam praesentes intendens, orationis flumini se permisit, & ex templi crepidine multa praeclara disseruit, ab eo exorsus orationem, quod *non sine numine hic, quo iam feratur, impetus* sibi obtigerit. Reconciliauit etiam ipsi filium suum Antoninum

ἀπαιτεμένῳ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, ὑπεραπέδωκε ταῦτα [2] χρήματα, ὅτε εἰπόντος ὡς δέοιτο, ὅτε προσειπὼν [3] ὡς δώσοι. αἰτιωμένης δὲ αὐτὸν τῆς Σμύρνης, ὡς πολλὰ τῶν ἐπιδοθέντων σφίσιν ἐκ βασιλέως χρήματα [4] ἐς τὸ αὐτῷ [5] ἡδὺ καταθέμενον, ἔπεμψεν ὁ αὐτοκράτωρ ἐπιστολήν, ὧδε ξυγκειμένην, "Αντώνιος Πολέμων [6] τῶν" ἐπιδοθέντων ὑπ' ἐμοῦ χρημάτων ἐμοὶ τὰς λογισμὰς ἔδωκε". ταῦτα δὲ εἰ καὶ συγγνώμην ἐρεῖ τις [7], ἐκ ἂν δή πω συγγνώμην αὐτὸν, τὴν ἐπὶ τοῖς χρήμασι, μὴ ἐκ τοῦ πρόχειρον τῆς ἄλλης ἀρετῆς, εὑρασθαι. τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλύμπιον [8], δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν [9] ἀποτελεσθὲν, καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ, ὡς χρόνου μέγα ἀγώνισμα, ἐκέλευσε καὶ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῇ θυσίᾳ. ὁ δὲ, ὥσπερ εἰώθει, σήσας τὰς ὀφθαλμὰς ἐπὶ τὰς ἤδη παρισαμένας ἐννοίας, ἐπαφῆκεν ἑαυτὸν τῷ λόγῳ, καὶ ἀπὸ τῆς κρηπίδος τοῦ νεὼ [10] διελέχθη πολλὰ, καὶ θαυμάσια, προοίμιον ποιούμενος τοῦ λόγου, τὸ "μὴ [11]" ἀθεεὶ τὴν περὶ αὐτοῦ ὁρμὴν γενέσθαι οἱ." διήλλαξεν αὐτῷ καὶ τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Αντωνῖνον ὁ

---

bitur: praetereaque κύκλος posteriori hoc significatu Philostrato sit receptissima: vt vitae Apollonii lib. I. cap. 2. & s. in *Scopeliano*, nec non inf. vitae *Hermocratis* initio & vit. *Heliodori*, vt & *Heroicorum prooemio*, ceterisque locis haut paucis: quos inter palmarius est vit. Apollon. II, 28. vbi de *mensa* Phraotae, quod sit κύκλος ἐπίχρυσα χορδῇ ξυμβεβλημένη ἀνδρῶν τριάκοντα, vt manifestum sit, hic κύκλον dici mensae assistentium chorum; vox κύκλου vero, ordinario significatu *partem* tantum *mensae* notans, nullibi figurato sensu pro *alimento praebito* occurrat; tutior mihi visa Lipsii fuit intrepretatio. Videoque in ista interpretatione Claud. Salmasium quoque acquieuisse, licet altera animo eius obuersaretur. Ita enim ad hunc locum annotauit: κύκλος *non est tessera, sed orbis &* τράπεζα, *vt supra: sed magis est vt* κύκλος *sit circulus & corona, eorum nempe multitudo, qui mensam illam participabant.*

2 ταῦτα] sic cod. S. quod praetulimus voci antea editae πάντα.

3 προσειπών] cod. S. habebat προειπών. Sed melius editi. Sensus est: neque rogantem Polemonem dixisse, cui rei necesse esset summam istam impendi: neque, vbi impetrasset, indicasse, cui rei sit impensurus.

4 ἐς πολλὰ — χρήματα] haec omnia deerant in editis. Lacunam impleuimus ex cod. S.

5 αὐτῷ] sic rescripseramus ex coniectura pro αὐτὸ, quod Morellianae editionis & textus & versio sequebatur. Coniecturam confirmauit editio Aldina.

6 Αντώνιος] in vulgatis erat Αντωνῖνος, quae lectio deprauata priorib. interpretibus fucum fecit, vt Imperatoris nomen illud crederent, verterentque, ac si legissent ἔπεμψεν ὁ αὐτοκράτωρ Αντωνῖνος &c. *Antoninus Imperator epistolam ita compositam misit.* At vox Αντωνῖνος loco posita est plane alieno, contra indolem linguae, si ille sensus esse debeat. Deinde nihil hic de Imperatore *Antonino:* sub *Hadriano* enim diserte haec gesta in praecedentibus dicuntur. Is pecuniam dedit, apud eum Polemon est accusatus, is epistolam scripserit oportet. Quae ratio Salmasioetiam opponenda est, lacunam hic statuenti perperam, quam ita supplendam putat: Αντωνῖνος τῷ Σμυρναίων κοινῷ χαίρειν. Quid igitur? Αντώνιος praenomen est *Polemonis*, quod firmat Marmor Oxon. paulo ante ad §. II. n. 4. allegatum: idque obseruatum quoque video doctiss. Rubenio diatrib. de vrbib. Neocoris Thesaur. Ant. Rom. T. XI. p. 1358. Hincque facilem explicandi viam hic inueni.

7 εἰ συγγνώμην ἐρεῖ τις] nempe ad laudes, quas nunc persequatur, Polemonis, hoc minime pertinere, Philostrato obiicere aliquis poterat, veniam enim consequi, in laude non esse, sed contra potius, cum delictum id praesupponat. Respondet igitur: imo nisi excellentissima Polemonis extitisset virtus, hanc veniam indepturum eum haut fuisse.

8 Ὀλύμπιον] Iouis templum, a Deucalione primo structum, a Pisistrato restaurari coeptum, inde a Perseo & Antiocho Epiphane continuatum, a Sylla ex parte destructum fuerat, auectis inde in aedes Capitolinas columnis. Inde a regibus Augusto amicis restitui coeptum. Adrianus denique, vt hic narrat noster, perfecit & dedicauit, qua de re fuse, &, vt solet, accurate Io. Meursius Athen. Attic. lib. I. c. 10. apud quem & Pausaniae atque Xiphilini de *Olympio*, ab Adriano restituto, loca habes.

9 δι' ἑξήκ. καὶ πεντακ. ἐτῶν] in numero annorum sane mendum est, nam a primis fundamentis, quae Pisistratus olim iecerat, vsque ad colophonem operi tandem ab Hadriano impositum, anni sunt plures quam septingenti quidem, non tamen sexaginta. Itaque sic restituendum omnino censeo, δι' ἑξ, ἢ πέντε καὶ ἑπτακοσίων ἐτῶν. h. e. *annis sex vel quinque vltra septingentos.* Dicit autem ἓξ ἢ πέντε, quia in anno dedicationis factae autores variant. In *tertio* enim Olympiadis CCXXVII anno, *Anonymus* in descriptione Olympiadum: in *quarto*, Eusebius Hieronymi eam factam aiunt. A quo tempore si annos sex & septingentos retro putes, incides in *primum secundumue* annum Olympiadis quinquagesimae, qui tyrannidis a Pisistrato vsurpatae *primus* est & secundus, vt ostensum libro de fortuna Athenarum c. 10. *Meursio* in Athenis Attic. l. I. c. 10.

10 ἀπὸ τῆς κρηπ. τοῦ νεὼ] vide notata ad vit. Apollonii Tyan. l. IV. c. 1.

11 τὸ μὴ] τὸ addidi ex cod. S.

αὐτοκράτωρ, ἐν τῇ τοῦ σκήπτρου παραδόσει, θεὸς ἐκ θνητοῦ γενόμενος [12]. τὰ δὲ ὁποῖον, ἀνάγκη δηλῶσαι. ἦρξε μὲν γὰρ πάσης ὁμοῦ Ἀσίας [13] ὁ Ἀντωνῖνος, ᾗ κατέλυσεν ἐν τῇ τοῦ Πολέμωνος οἰκίᾳ, ὡς ἀρίστῃ τῶν κατὰ τὴν Σμύρναν, καὶ ἀρίστου ἀνδρός. νύκτωρ δὲ, ἐξ ἀποδημίας ἥκων ὁ Πολέμων, ἐβόα ἐπὶ θύραις, ὡς δεινὰ πάσχων, τῶν ἑαυτοῦ εἰργόμενος· εἶτα συνηνάγκασε [14] τὸν Ἀντωνῖνον ἐς ἑτέραν [15] οἰκίαν μετασκευάσασθαι. ταῦτα ἐγίγνωσκε μὲν ὁ αὐτοκράτωρ, ἠρώτα δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἑδὲν, ὡς μὴ ἀναδέροιτο [16]. ἀλλ' ἐνθυμηθεὶς τὰ μετ' αὐτὸν, καὶ ὅτι πολλάκις καὶ τὰς ἡμέρας ἐκκαλοῦνται φύσεις οἱ προσκείμενοί τε καὶ παροξύνοντες, ἔδεισε περὶ τῷ Πολέμωνι. ὅθεν "ἐν ταῖς ὑπὲρ τῆς βασιλείας διαθήκαις, "καὶ "Πολέμων ὁ σοφιστὴς, ἔφη, ξύμβολος τῆς δι- "ανοίας ἐμοὶ ταύτης [17] ἐγένετο," τῷ καὶ χάριν [18] ὡς εὐεργέτῃ πράττειν τὴν συγγνώμην ἐκ περισσίας ἑτοιμάζων. καὶ ὁ Ἀντωνῖνος ἠσείζετο μὲν πρὸς τὸν Πολέμωνα περὶ τῶν κατὰ τὴν Σμύρναν, ἐνδεικνύμενός πᾳ τὸ μὴ ἐκλελῆσθαι· ταῖς δὲ ἑκάστοτε τιμαῖς ἐπὶ μέγα ἦρεν, ἐγγυώμενός πᾳ τὸ μὴ μεμνῆσθαι [19]. ἠσείζετο δὲ τὰ μὲν. ἐξ τὴν Ρώμην ἥκοντος τοῦ Πολέμωνος, περιβάλλων αὐτὸν ὁ Ἀντωνῖνος, δότε, ἔφη, Πολέμωνι καταγωγὴν, καὶ μηδεὶς αὐτὸν ἐκβάλλῃ. ὑποκριτοῦ δὲ τραγῳδίας, ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ολυμπίων [20], οἷς ἐπεσάτει ὁ Πολέμων, ἐφιέναι [21] φήσαντος, ἐξελαθῆναι γὰρ παρ' αὐτοῦ [22]

Imperator: dum ſceptrum ei traderet, quo ipſe Deus e mortali factus eſt tempore. Id vero vt ſe habeat, explicare neceſſe eſt. Proconſulare imperium in Aſiam ſimul omnem Antoninus tenebat, inque domo Polemonis diuerſabatur, vt quae Smyrnenſium optima eſſet, & ciuium potentiſſimi. Noctu autem ex itinere redux Polemo, ad limina exclamabat, vt qui vim pateretur, rebus ſuis prohibitus, atque inde Antoninum in aliam domum migrare coëgit. Idque Imperator Adrianus reſciuit quidem, nunquam tamen ea de re quaeſtionem inſtituit, ne cicatricem refricaret. Sed rerum poſt exceſſum ſuum ſolicitus, quodque manſueta ſaepe etiam ingenia ab iis, qui vrgent & inſtigant, prouocentur, Polemoni timere coepit. Hinc factum, vt in teſtamento, quo imperii res ordinauit, *Polemon*, diceret, *ſophiſta, autor conſilii mihi huius extit.* Hoc ipſo, quod gratiam illi tanquam benefactori conciliaret, abundantiſſime veniam eidem parans. Eſtque Antoninus feſtiue quidem de iis, quae Smyrnae euenerant, cum Polemone iocatus; oblitum ſe minime eſſe oſtendens: honoribus tamen, quibus omni occaſione eum euehebat, tanquam pignore quodam, ſpondens, ſe vindicem memoriam eius rei non habere. Ioci autem, quibus aduerſus eum vſus eſt, fuere iſti. Polemone Romam veniente, complexus eum Antoninus, date, inquit, Polemoni diuerſorium, neque quis inde eum eiiciat. Cumque tragoediarum actor, qui in Olympiis fuerat, quae in Aſia celebrabantur, quibuſque praefuerat Polemon, prouocaret ad Imperatorem, vt qui ab illlo ſub ipſum initium fa-

12 θεὸς ἐκ θν. γενόμενος] h. e. cum *moreretur*: ex vulgari ſuperſtitione, vel adulatione potius, qua in numerum Deorum adſcribi dicebantur Imperatores, ad plures abeuntes.

13 ἦρξε μὲν γὰρ π. ὁμ. Ἀσίας] de proconſulatu Aſiae, ab Antonino pio geſto, vide Capitolin. in vita eius cap. 3. &, quem ad eum Caſaubonus allegauit, Marcianum libro II. de iudiciis publicis. Eiuſdem proconſulatus mentio quoque inf. lib. II. vita *Herodis* §. VIII.

14 εἶτα συνηνάγκασε] epitome hic habet: καὶ ἐκ ἐπάνετο θόρυβος ἵως κατηνάγκασε &c.

15 ἰς ἑτέρ.] ſic Aldina & MSS. Editi ὡς ἑτέρ.

16 ἀναδέροιτο] bona lectio: eſt enim *ἀναδέρεσθαι* cute detracta vulnus renouare. Nec video, vt locum habere poſſit Salmaſii emendatio, qui legit *ἀναφέροιτο* & vertit: *ne differretur* & poena eius in aliud tempus reiiceretur, quod plane profecto huic loco non conuenit.

17 ξύμβ. τ. διαν. ἐμοὶ ταύτης] vt nempe Antoninum haeredem ſcriberet.

18 τῷ καὶ χάριν] ſic Gruterus & Salmaſ. Editi τῷ κατὰ χάριν.

19 τὸ μὴ μεμνῆσθαι] opponit τῷ μὴ λελῆσθαι hoc eſt *ſimplici memoriae* τὸ μὴ μεμνῆσθαι h. e. τὸ μὴ μνησικακεῖν. Non rarum eſt alias quoque vocabula μέσα alterutrum induere ſignificatum. Sic καιρὸς *opportunitatem* notat. Germanis quoque ita vſurpatur ſuum *gedencken*.

20 κατὰ τὴν Ἀσίαν Ολυμπίων] haec ſunt *Olympia* Smyrnaeorum, τὰ κατὰ τὴν Σμύρναν Ολύμπια, vt vocantur inf. §. IX. n. 14. quae a tota Ionia Smyrnae, ad templum Ionis, celebrabantur, iuxta Rubenium *de Vrbib. Neocor.* p. 1352. &c. Nec confundenda ſunt cum *Olympiis Adrianis* apud eoſdem, de quibus ſupra not. 8. Porro quamuis doctiſſ. Seldenus ad Marm. Oxon. p. m. 73. exiſtimet, τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ολύμπια de quibus h. l. eſſe *certamina* τῆς κοινῆς τῆς Ἀσίας, probabilior tamen mihi videtur doctiſſ. Rubenii ſententia l. c. p. 1358. ea quoque diſtincta ſacra eſſe dicentis. Certe quinquennalia illa ſacra τῆς κοινῆς τῆς Ἀσίας, nuſpiam *Olympia* inuenio dici, & Farneſiana inſcriptio, ad quam ſupra iam prouocatum §. I. not. 6. diſerte diſtinguit *certamina* κοινῆς Ἀσίας, in vna certa vrbe non ſemper obiri ſolita, ſed variis τῆς κοινῆς vrbibus, *Epheſi, Pergami, Smyrnae* &c. celebrata, a ceteris quae Smyrnae conſtanter agebantur, *Olympiis* inquam *Aſiae*, ſiue *Smyrnaeorum*, & *Olympiis Adrianis*. vnde etiam numerum addit certaminum τῆς κοινῆς τῆς Ἀσίας, quinquies Smyrnae celebratorum, non horum item, quod illa alibi quoque, haec Smyrnae ſemper. vnde numero non erat opus. Sic nempe verba inſcriptionis: Σμύρναι Ε' ΚΟΙΝΑ ΑΣΙΑΣ δὶς τὸ δεύτερον ϛησας τὰς ἀνταγωνισας ὁμοιως ἐν Σμυρνῃ ΟΛΥΜΠΙΑ καὶ ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ.

21 ἐφιέναι] ſimilis vocis vſus ſ. in *Fauorino* §. II. vid. n. 4. redit eadem paulo poſt.

22 ἐξελαθ. γὰρ παρ' αὐτ.] cauſa cur expulſus fuerit, indicatur inf §. IX. vbi vide n. 6.

bulae

bulae expulsus fuisset; histrionem imperator est percontatus, quonam tempore e scena fuisset eiectus? illoque respondente, circa meridiem: vrbanissime Imperator, *me vero*, inquit, *circa mediam noctem, & tamen non prouocaui.*

IV. Sed ista argumenta mihi sunto vt Imperatoris mansueti, ita & viri altum spirantis. Nempe adeo elato erat animo Polemon, vt cum ciuitatibus, tanquam superior, cum principibus, vt nequaquam inferior: cum Diis, vt aequalis conuersaretur. Apud Athenienses enim extemporaneas declamans orationes, quo primum tempore venit Athenas, vrbis quidem laudibus plane non fuit immoratus, cum tot ac tanta sint, quae ad Athenarum commendationem dicere potuisset. Neque de ea, quam ipse indeptus erat, gloria multa locutus est, tametsi id quoque orationis genus prodesse sophistis in declamationibus soleat. Verum optime gnarus, Athenienstum ingenia fraeno magis quam calcare opus habere, ita disseruit: *Vos fama est Athenienses, doctos esse orationum auditores: id vero experiar.* Cum porro Bospori princeps, omni Graecorum disciplina excultus, Ioniae perlustrandae causa Smyrnam venisset, non solum inter clientes locum habere noluit: verum etiam eo iterum iterumque, vt sui copiam faceret, flagitante, eousque distulit, donec principem adegit ad limen suum venire, afferentem decem talentorum mercedem. Pergamum porro profectus, cum articulari morbo aegrotaret, in templo requieuit; cumque ipsi apparuisset Aesculapius, atque, vt frigido potu abstineret, monuisset, quid vero o optime, Polemo inquiebat, faceres, si bos tibi curandus esset?

κατ' ἀρχὰς τῦ δράματος. ἤρετο ὁ αὐτοκράτωρ τὸν ὑποκριτὴν, πηνίκα εἴη ὅτε σκηνῆς ἠλάθη; τῦ δ' εἰπόντος, ὡς μεσημβρία τυγχάνει ὖσα· μάλα ἀσείως ὁ αὐτοκράτωρ, ἐμὲ δ' εἶπεν, ἀμφὶ μέσας νύκτας[23], καὶ ὐκ ἐφῆκα.

Ἐχέτω μοι καὶ ταῦτα δήλωσιν, ὡς βασιλέως τε πράϐ, καὶ ἀνδρὸς ὑπέρφρονος. ὑπέρφρων γὰρ δή τι[1] ἦτως ὁ Πολέμων, ὡς πόλεσι μὲν ἀπὸ τῦ πρέχοντος, δυναστῆς δὲ ἀπὸ τῦ μὴ ὑφειμένϐ, θεοῖς δὲ ἀπὸ τῦ ἴσϐ διαλέγεσθαι. Αθηναίοις μὲν γὰρ ἐπιδεικνύμενος αὐτοσχεδίϐς λόγϐς, ὅτε καὶ πρῶτον Αθήναζε ἀφίκετο[2], ὐκ ἐς ἐγκώμιον[3] κατέστησεν ἑαυτὸν τῦ ἄσεως, τοσούτων ὄντων, ἅ τις ὑπὲρ Αθηναίων εἴποι. ὐδ' ὑπὲρ τῆς ἑαυτῦ δόξης ἐμακρηγόρησε, καί τοι καὶ τῆς τοιᾶσδε ἰδέας ὠφελούσης τὺς σοφιστὰς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν. ἀλλ' ἦν γιγνώσκων, ὅτι τὰς Αθηναίων φύσεις ἐπικόπτειν χρὴ μᾶλλον, ἢ ἐπαίρειν, διελέχθη ὧδε. "φασὶν ὑμᾶς, ὦ Αθηναῖοι, σοφὺς εἶναι ἀκροατὰς λόγων· εἴσομαι." ἀνδρὸς δὲ, ὃς ἦρχε μὲν Βοσπόρϐ[4], πᾶσαν δὲ Ελληνικὴν παίδευσιν ἥρμοσο, καθ' ἱστορίαν τῆς Ιωνίας ἐς τὴν Σμύρναν ἥκοντος, ὐ μόνον ὐκ ἔταξεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς θεραπεύουσιν, ἀλλὰ καὶ δεομένϐ ξυνεῖναί οἱ θαμὰ, ἀνεβάλλετο, ἕως ἠνάγκασε τὸν βασιλέα ἐπὶ θύραις ἀφικέσθαι, ἀπάγοντα μισθῦ δέκα τάλαντα[5]. ἦκον δὲ ἐς τὸ Πέργαμον, ὅτε δὴ τὰ ἄρθρα ἐνόσει, κατέδαρθε μὲν ἐν τῷ ἱερῷ[6]. ἐπιστάντος δὲ αὐτῷ τῦ Ασκληπιῦ, καὶ προσειπόντος[7] ἀπέχεσθαι ψυχρῦ ποτῦ, ὁ Πολέμων, βέλτιστε, εἶπεν, εἰ δὲ βῶν ἐθεράπευες[8];

V. Altos autem spiritus, & sui fiduciam, a Philosopho Timocrate traxit, cum quo, in-

Τὸ δὲ μεγαλόγνωμον[1], καὶ φρονηματῶδες, ἐκ Τιμοκράτους ἔσπασε τῦ Φιλοσόφϐ[2], συγγενόμε-

---

23 ἀ. μέσ. νύκτας] Suid. v. *ἐφίναι* legit *ἐξήλασε τῆς οἰκίας*. idem paulo post omittit *ὡς*.

§. IV. 1 δή τι] τι adieci ex MS. S.

2 ὅτε καὶ πρ. Αθήν. ἀφίκ.] sophistae primum aduentantes in vrbem *ἐπίδειξιν* dabant. vid. Cresoll. theatr. rhetor. III. 4. adde vit. *Alexandri* §. III. n. 5.

3 ἐγκώμιον] sic MS. S. editi *ἐγκώμια*. Ceterum ordinarium fere sophistarum argumentum, quod prima *ἐπιδείξει* tractarent, *laus vrbis*. vid. Cresoll. l. c. & inf. vit. *Alexandri* §. III. n. 11.

4 ὃς ἦρχε μὲν Βοσπόρϐ] paulo post *βασιλέα* eum vocat. Gesta autem haec fuisse circa Antonini Pii tempora, liquet ex cap. praeced. Ea aetate vero Bosporo praefuit Rhoemetalces, quem litis cum tutore suo Antoninum Imp. fecisse arbitrum, autor est Capitolinus in vita Antonini Pii cap. 9. Ante eum sub eodem Antonino Rhescuporin, eumque illo nomine II, in Bosporo regnasse, ex nummis nuper docere instituit doctiss. Vaillantius, qui ampliorem Regum Bospori seriem dare coepit, immigrare in eam iussis, quos Thraciae antea ipse cum aliis eruditis antiquariis vindicauerat. vid. Cl. Bernard. Nou. Reip. Litter. A. 1707. mens. Iunii p. 608. sq. Iste itaque vel Rhoemetalces vel Rhescuporis esse possit, ad quem digitum hic intendit Philostratus.

5 μισθῦ δεκ. ταλ.] vid. ad *Scopelian.* §. V. n. 12.

6 ἐν τῷ ἱερῷ] in templo Aesculapii apud Pergamenos, de quo vid. ad vit. Apollonii lib. IV. c. 1.

7 προσειπόντος] malim cum Salmasio *εἰπόντος*.

8 εἰ δὲ βῶν ἐθεράπ.] sensus est: an aliam viam nosti nullam medicinae, huic morbo faciendae? Quid si igitur *bos* tibi sit curandus, qui a frigidae potu arceri non potest? an nihil illi apud te paratum auxilii? Quo plusquam familiari ad Deum sermone *τὸ μεγαλόγνωμον* viri probatum, cum Diis, vt paulo ante dictum, tanquam aequalibus agentis.

§. V. 1 μεγαλόγνωμον] Salmas. putat deesse *τῦτο*.

2 Τιμοκράτ. τῦ φιλοσ.] ille ipse est, cuius mentio apud

νος αὐτῷ, ἥκοντι ἐς Ιωνίαν, ἐτῶν τεττάρων. ὁ χεῖρον δὲ καὶ τὸν Τιμοκράτην δηλῶσαι. ἦν μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Πόντου ὁ ἀνὴρ ἔτος· καὶ ἦν αὐτῷ πατρὶς Ηράκλεια, τὰ Ελλήνων ἐπαινοῦντες[3]. ἐφιλοσόφει δὲ καταρχὰς μὲν τὰς ἰατρικὰς τῶν λόγων, εἰδὼς εὖ τὰς Ιπποκράτους τε καὶ Δημοκρίτου δόξας. ἐπεὶ δὲ ἥκουσεν Ευφράτου τοῦ Τυρίου[4], πλήρεσιν ἰσίοις ἐς τὴν ἐκείνου φιλοσοφίαν ἀφῆκεν[5]. ἐπιχολώτερος δὲ ἄτω τὶ ἦν τὴν ξυμμέτρου, ὡς ὑπανίσασθαι αὐτῷ διαλεγομένῳ τήν τε γενειάδα, καὶ τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ χαίτας, ὥσπερ τῶν λεόντων ἐν ταῖς ὁρμαῖς. τῆς δὲ γλώττης εὐφόρως[6] εἶχε, καὶ σφοδρῶς, καὶ ἑτοίμως. διὸ καὶ τῷ Πολέμωνι πλείστου ἦν ἄξιος, ἀσπαζομένῳ τὴν τοιάνδε ἐπιφορὰν τοῦ λόγου. διαφορᾶς γοῦν τῷ Τιμοκράτει πρὸς τὸν Σκοπελιανὸν γενομένης, ὡς ἐκδεδωκότα ἑαυτὸν πίτῃ, καὶ παρατιλτρίαις[7], διέσῃ μὲν ἡ ἐνομιλοῦσα νεότης τῇ Σμύρνῃ.

Ioniam aduenienti, versatus est per quatuor annos. Neque abs re fuerit Timocratem quoque delineare. Fuit igitur ex Ponto vir iste, patria ei Heraclea, Graecorum moribus instituta ciuitas. Initio quidem medicae doctrinae operam impendit, bene Hippocratis & Democrati opinionibus instructus: sed postquam Euphratem Tyrium audiuit, plenis velis se ad illius philosophiam contulit. Ita autem plus aequo iracundus erat, vt inter disputandum barba ei, & in capite crines erigerentur, vt leonibus concitatis. Lingua autem vtebatur volubili, vehemente & prompta. Quapropter & apud Polemonem maximo fuit in pretio, qui eiusmodi orationis vehementiam amabat. Cum Timocrati igitur controuersia cum Scopeliano orta esset, qui pici & volsellis deditus esset; iuuentus Smyrnae tum agens in partes iuit.

Ο δὲ Πολέμων, ἀμφοῖν ἀκροώμενος, τῶν τοῦ Τιμοκράτους σασιωτῶν[1] ἐγένετο, πατέρα καλῶν[2] αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ γλώττης· ἀπολογουμένου δὲ αὐτῷ καὶ ὑπὲρ τῶν πρὸς Φαβωρῖνον λόγων[3], εὐλαβῶς ὑπέσειλε, καὶ ὑφειμένως, ὥσπερ τῶν παίδων οἱ τὰς ἐκ τῶν διδασκάλων πληγὰς, εἴτι ἀτακτήσειαν, δεδιότες. τῷ δὲ ὑφειμένῳ τούτῳ καὶ πρὸς τὸν Σκοπελιανὸν ἐχρήσατο[4] χρόνῳ ὕστερον, χειροτονηθεὶς μὲν πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν Σμυρναίων, ὡς ὅπλα δὲ Αχίλλεια τὴν ἐκείνου πειθὼ αἰτήσας. Ηρώδῃ δὲ τῷ Αθηναίῳ, πρῶ μὲν ἀπὸ τοῦ ὑφειμένου, πρῶ δὲ ἀπὸ τοῦ ὑπεραίροντος ξυνεγένετο. ὅπως δὲ καὶ ταῦτα ἔσχε, δηλῶσαι βούλομαι, καλὰ γάρ, καὶ μεμνῆσθαι ἄξια. ἦεα μὲν γὰρ τοῦ αὐτοσχεδιάζειν μᾶλλον ὁ Ηρώδης, ἢ τοῦ ὑπατός τε καὶ ἐξ ὑπάτων[5] δοκεῖν. τὸν Πολέμωνα δὲ ὅπως γιγνώσκων, ἀφῖκτο μὲν ἐς τὴν Σμύρναν, ἐς τὴν ξυνουσίαν[6] τοῦ ἀνδρὸς, καὶ

VI. Polemon autem, vtriusque discipulus, Timocratis partes sectatus est, suae eum linguae patrem appellans. Cumque se de controuersia cum Fauorino apud eum excusaret, verecunde atque submisse cedebat, puerorum more, qui praeceptorum flagra reformidant, si qua re perperam se forte gesserint. Hac eadem submissione aduersus Scopelianum vsus est etiam aliquanto post, designatus pro Smyrnaeis legatus: velut Achillis arma eius suadam sibi exoptans. Aduersus Herodem Athenienſem vero modo submisse, modo elatius se gessit. Vt ista se habeant autem, exponere iam animus est, pulcra enim sunt, & memoria digna. Adamabat nempe extemporaneum dicendi genus magis Herodes, quam vel consulem esse, vel a consulibus ducere genus. Polemonem autem nondum noscens, Smyrnam ad conuersationem eum illo viro accessit, iis tempori-

---

Lucian. in Demonact. p. 998. quem cum *Democrate Heracleota σοφῷ ἀνδρὶ, φωνήν τε καὶ γνώμην μάλιστα κεκοσμημένῳ*, versatum esse dicit. Eumdem Lesbonactis praeceptorem facit, & dictum quoddam eius allegat de saltatione p. 943. Mentio eius rursus inf. non multum ante huius *vitae* finem, vbi habes eius de *Fauorino* iudicium.

3 *ἐπαινοῦντες*] sic cod. S. & Angl. item Aldina. Mutauit id ex ingenio, sed male, Morellus in *ἐπαινῶν*: non attendens, frequentissimum id esse, apud nostrum inprimis, vt nomina vrbium, quippe *collectiua*, cum verbis pluralibus construantur. Male etiam Gruter. & Salmas. *ἐπαινῶντι*, ad *Timocratem* vocem referentes.

4 *Ευφράτου τοῦ Τυρίου*] de quo multa vit. Apollonii libro inprimis I. cap. 20. & lib. V. cap. 33.

5 *ἀφῆκεν*] Gruter. *ἐπαφῆκεν*.

6 *ἐυφόρως*] optime, est enim linguae & vocis *φορὰ* & *ἔυροια*, vt assentire non possim lectioni Salmasianae, quae habebat *ἐυφόνως*.

7 *ἐκδεδωκ. ἑαυτ. πίτῃ καὶ παρατιλτρ.*] vide notata ad vit. Apollonii lib. IV. c. 27. n. 7.

§. VI. 1 *σασιωτῶν*] sic melius MS. S. quam editi, qui habent *σασιασῶν*.

2 *πατέρα καλῶν*] sic & Herodes *Fauorinum* vid. s. in huius vita, paulo post init.

3 *ὑπὲρ τ. πρ. Φαβ. λόγων*] de hac controuersia vide & s. vitam *Fauorini* §. III.

4 *καὶ πρ. τὸν Σκοπ. ἐχρήσ.*] vide rem magis luculenter expositam supra in vita *Scopeliani* §. VIII.

5 *ὑπατός τε καὶ ἐξ ὑπ.*] vid. notata ad vitam *Herod.* §. I. not. 1.

6 *ξυνουσίαν*] veram lectionem debemus cod. S. Editi *ἐξουσίαν*.

bus,

bus, quibus liberas ciuitates ille moderabatur. Amplexus vero eum, & identidem oſculatus, ſimulac os ore ſeiunxit: ecquando, dixit, te, pater, audiemus? Ipſe enim omnino auſcultationem dilaturum arbitrabatur, tardiorem ſe eſſe dicentem ad declamandum coram tanto viro. Ille vero nihil ſimulans: hodie, inquit, audi, ſtatimque eamus. Quod audiens Herodes, ſe obſtupuiſſe faſſus eſt virum, qui & elocutione & inuentione valeret extemporanea. Illa igitur magnos hominis ſpiritus, imo & eruditionem per Iouem, qua ad ſtuporem vſque eſt vſus, ſequentia vero modeſtiam quoque & compoſitos mores demonſtrant. Herodem igitur, ad declamationem audiendam venientem, prolixa laudatione, & digna dictis eius factiſque excepit.

τὰ χρόνως, ὡς τὰς ἐλευθέρας τῶν πόλεων[7] αὐτὸς διωρθῶτο. περιβαλὼν δὲ, καὶ ὑπερασπασάμενος, ὁμῶ τῷ τὸ στόμα ἀφελεῖν τῶ στόματος, πότε, εἶπεν, ὦ πάτερ, ἀκροασόμεθά σου; καὶ ὁ μὲν δὴ ᾤετο ἀναβαλεῖσθαι αὐτὸν τὴν ἀκρόασιν, ὀκνεῖν φήσαντα ἐπ' ἀνδρὸς τοιούτου ἀποκινδυνεύειν. ὁ δὲ ἡδέως πλασάμενος· τήμερον, ἔφη, ἀκροῶ, καὶ ἴωμεν. τοῦτο ἀκούσας ὁ Ἡρώδης, ἐκπλαγῆναι ἔφησε τὸν ἄνδρα, ὡς καὶ[8] τὴν γλῶτταν αὐτοσχέδιον, καὶ τὴν γνώμην. ταῦτα μὲν δὴ φρόνημα ἐνδείκνυται τῶ ἀνδρὸς, καὶ νὴ Δία σοφίαν, ἣ ἐς τὴν ἔκπληξιν ἐχρήσατο· ἐκεῖνα δὲ σωφροσύνην τε καὶ κόσμον. ἀφικόμενον γὰρ ἐς τὴν ἐπίδειξιν ἐδέξατο ἐπαίνῳ μακρῷ, καὶ ἐπαξίῳ τῶν Ἡρώδου λόγων τε καὶ ἔργων.

VII. Viri autem externam faciem, qua in declamationibus vtebatur, ex Herodi dictis in epiſtolarum aliqua ad Barbarum, diſcere licet. Ex ea vero id ego quoque docebo. Ad declamationes nempe prodibat remiſſa facie, & fiduciae plena. Geſtatus autem accedebat, vt qui articulorum morbo iam laboraret. Argumenta dicendi vero coram pluribus non meditabatur, ſed e coetu paululum egreſſus. Vox ei erat ſplendida & contenta, ſonituſque mirabilis plane ex lingua eius reſonabat. Dicit autem Herodes e cathedra ipſum, vbi maxime feruebat oratio, exiluiſſe, adeo eum fuiſſe animo concitato. Porro vbi periodi orbem abſoluiſſet, vltimum membrum ſubridentem protuliſſe; quam plane ſine moleſtia dicat identidem oſtendentem. Non minus item in campis rhetoricis ſolum pedibus pulſauiſſe quam equus generoſus. Se quidem primam

Τὴν δὲ σκηνὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἣ ἐς τὰς μελέτας ἐχρήσατο, ἐσί μὲν καὶ Ἡρώδου μαθεῖν, ἐν μιᾷ τῶν πρὸς τὸν Βάρβαρον[1] ἐπιστολῶν εἰρημένων· δηλώσω δὲ κἀγὼ ἐκεῖθεν. παρῄει μὲν ἐς τὰς ἐπιδείξεις διακεχυμένῳ τῷ προσώπῳ, καὶ τεθαρρηκότι. φοράδην[2] δὲ ἐσεφοίτα, διεφθορότων αὐτῷ ἤδη τῶν ἄρθρων. καὶ τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἐς τὸ κοινὸν ἐσκοπεῖτο, ἀλλ' ἐξιὼν τοῦ ὁμίλου βραχὺν καιρόν. φθέγμα δὲ ἦν αὐτῷ λαμπρὸν, καὶ ἐπίτονον[3], καὶ κρότος θαυμάσιος οἷος ἀπεκτύπει τῆς γλώττης. φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης ἀναπηδᾶν τοῦ θρόνου περὶ τὰς[4] ἀκμὰς τῶν ὑποθέσεων, τοσοῦτον αὐτῷ περιεῖναι ὁρμῆς[5]· καὶ ὅτε ἀποτορνέυοιτο περίοδον, τὸ ἐπὶ πᾶσιν αὐτῇ κῶλον[6] σὺν μειδιάματι φέρειν, ἐνδεικνύμενον πολὺ τὸ ἀλύπως φράζειν[7]· καὶ κραίνειν ἐν τοῖς τῶν ὑποθέσεων χωρίοις[8], ἡδὲν μεῖον τοῦ ἡρωϊκοῦ ἵππου[9]. ἀκροᾶσθαι δὲ αὐτοῦ, τὴν

---

7 ἐλευθέρας τ. πόλεων] quales *Smyrna*, & aliae in Aſia, quae in nummis AYTONOMOI paſſim dicuntur. Ceterum de iſto Herodis *magiſtratu* v. inf. lib. II. ad *vitam* eius §. II. & VIII.

8 ὡς καὶ] καὶ addidi ex cod. S.

§. VII. 1 Βάρβαρον] eiuſdem paulo poſt rurſus mentio, vide ad hunc ipſum §. n. 25. vbi ὕπατος dicitur.

2 φοράδην] Gruter. & Salmaſ. σποράδην legebant, quod raro vertunt: φοράδην eo, quo vertimus ſenſu, melius conuenit ſequentibus.

3 λαμπρὸν καὶ ἐπίτονον] relegauimus voces nauci λιπτὸν καὶ ἐπίπονον, quae male reſpondent κρότου τῆς γλώττης, qui mox *Polemoni* tribuitur. Meliores ex cod. S. reuocauimus, quas etiam Salmaſ. legit, & probauit. Sic paulo poſt τὸ ἐπίκροτον καὶ τὸ ὑψηχὲς τῶ λόγω ei tribuitur. vide ad hunc §. not. 24. quod tamen ad λόγω *idiam* forte referas.

4 περὶ τὰς ἀκμὰς τ. ὑποθ.] ſic melius cod. S & Salmaſ. quam ed ti, qui habent παρὰ τ. ἀκμὰς ὑποθέσεων. Sunt autem ἀκμαὶ ὑποθέσεων illae argumenti alicuius, de quo dicitur, partes, quae inprimis locum faciunt τῷ παθητικῷ, & dicendi generi praeferuido. Sic ſ. in vita *Scopeliani* paulo ante fin. ἀκμαιοτέρας τῶν ὑποθέσεων dixit Μηδικάς. vide ibi §. V. n. 19. 20.

5 τοσ. αὐτῷ περιεῖναι ὁρμ.] ῥοῖζος Πολέμωνος dicitur inf. l. II vit. *Adriani* §. IV. vide ibi not. 8. Sic & *Scopelianum* ſ. vita eius σείεσθαι μᾶλλον & βακχίειν dicit impetu illo actum. item τὸν μηρὸν θάμα πλήττειν. Confer. Creſoll theatr. rhetor. p. 255. libri III. adde notata ad vit. *Scopel.* §. V. n. 16. Similis autem plane *Polemonis* ὁρμὴ ὁρμὴ *Alexandri* v. inf. ad vitam eius §. III. n. 14: item *Adriani*, cuius vide vitam §. IV. n. 8 & *Ptolemaei* vit. eius §. I. n. 3.

6 αὐτῇ κῶλον] Salmaſ. αὐτῆς κῶλον, quod & ipſe praeferrem, quamuis & αὐτῇ ferri poſſit.

7 ἀλύπως φράζειν] inepte interpretes: *ſine triſtitia*. Rectius Salmaſ. *facile, ſine labore* vertebat.

8 τ. ὑποθέσεων χωρίοις] *rhetoricos campos* verti: ὑποθέσεις enim ſunt argumenta, quae rhetores tractabant, dicitque χωρία ὑποθέσεων alludens ad χωρία, in quibus certaturi equi vngula ſolum quatiunt.

9 τῷ ἡρωϊκῷ ἵππῳ] de iſta comparatione rhetoris & eorum, quae ad ipſum ſpectant adde inf. §. IX. n 5. obſeruata. Salmaſius autem hic legit τῷ Ὁμηρικῷ ἵππῳ, vt ſenſus

μὲν πρώτην, ὡς οἱ δικάζοντες, τὴν δ' ἐφεξῆς, ὡς οἱ ἐρῶντες, τὴν δὲ τρίτην, ὡς θαυμάζοντες[10]· καὶ γὰρ δὴ καὶ τριῶν ἡμερῶν ξυγγενέσθαι οἱ. ἀναγράφει καὶ τὰς ὑποθέσεις Ηρώδης, ἐφ' αἷς ξυνεγένετο. ἦν τοίνυν ἡ μὲν[11] πρώτη, Δημοσθένης ἐξομνύμενος[12] ταλάντων πεντήκοντα δωροδοκίαν, ἣν ἦγεν ἐπ' αὐτὸν Δημάδης[13], ὡς Αλεξάνδρῳ τοῦτο Αθηναίοις ἐκ τῶν Δαρείῳ λογισμῶν ἐπεσταλκότος. ἡ δὲ ἐφεξῆς, ἐς τὰ τρόπαια καταλύειν τὰ Ελληνικά, τῷ Πελοποννησίῳ πολέμῳ ἐς διαλλαγὰς ἥκοντος[14]. ἡ δὲ τρίτη τῶν ὑποθέσεων, τὰς Αθηναίοις μετὰ τὰ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἐς τὰς δήμους ἀνεσκέναζεν[15]· ὑπὲρ ἃ φησιν ὁ Ηρώδης πέμψαι οἱ δεκαπέντε μυριάδας[16], προσειπὼν αὐτὰ μισθὸν τῆς ἀκροάσεως[17]· μὴ προσιεμένῳ δὲ, αὐτὸς μὲν ὑπερῶφθαι οἴεσθαι. ξυμπίνοντα δὲ αὐτῷ Μυνάτιον, τὸν κριτικὸν[18], ὁ δὲ ἀνὴρ ἦτος ἐκ Τραλλέων, ὦ Ηρώδης, φάναι, δοκεῖ μοι Πολέμων, ὀνειροπολήσας πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας[19], παρὰ τοῦτ' ἔλαττον ἔχειν ἡγεῖσθαι, παρ' ὃ μὴ τοσαύτας ἔπεμψας· προσθεῖναί φησιν ὁ Ηρώδης τὰς δέκα, καὶ τὸν Πολέμωνα προθύμως λαβεῖν, ὥσπερ ἀπολαμβάνοντα. ἔδωκε δὲ[20] τῷ Πολέμωνι ὁ Ηρώδης, καὶ τὸ μὴ παρελθεῖν ἐπ' αὐτῷ ἐς λόγων ἐπίδειξιν, μήδ' ἐπαγωνίσασθαί οἱ. νύκτωρ

eius declamationem audiuiſſe, vt ſolent qui cauſam iudicant; ſecundam, vt qui amant, tertiam vt qui mirantur: tribus enim diebus ſe eum audiiſſe. Argumenta quoque memoriae prodidit Herodes, de quibus dicentem audiuit. Fuit igitur primum *Demoſthenes, iuramento negans talentorum quinquaginta ſibi factam donationem*, quod ipſi crimen Demades intentabat, nixus eo, quod Alexander hoc Athenienſibus ex Darii rationibus per litteras ſignificaſſet. Quae iſtam ſecuta fuit oratio, *de deſtruendis Graecanicis* egit *tropaeis*, poſtquam Peloponneſiacum bellum in pacem deſiiſſet. Tertium argumentum ad *Athenienſes* ſpectabat, poſt res apud Aegos potamos geſtas *populari reipublicae formae reſtituendos*. Pro quibus Herodes ait ſe miſiſſe ei quindecim myriadas, adpellantem eas mercedem auſcultationis: quas cum ille nollet accipere, ſe quidem prae contemtu ſui id fieri putauiſſe. Compotantem autem ſecum Munatium, criticum, qui e Trallibus erat: o Herodes, dixiſſe, videtur mihi Polemon quinque & viginti myriadas ſomniauiſſe, ideoque ex dignitate ſua ſe non remunerari putaſſe, quod totidem haut miſeris: decemque addidiſſe ſe, ait Herodes, quae Polemon libenter acceperit, &, vt qui rem amiſſam recuperet. Hoc quoque Polemoni Herodes dedit, vt ad declamandum ipſius cauſa non prodiret, neque cum ipſo iniret certamen. Verum no-

---

ſit, *non ſecus, quam equus, qualem Homerus deſcribit.* Quae mihi lectio maxime videtur commoda, ſic enim alibi paſſim rerum delineationes ex Homero veteribus petuntur. Ita noſtro Apollonius dicitur apud Indos vidiſſe tripodas αὐτομάτως καθάπερ οἱ Ομήρειοι προϊόντας. vita Apoll. III, 27. conf. inf. ad hunc §. n. 23. taceo alia: reſpicit autem locum Homeri Il. Κ'. v. 535. qui paulo poſt refertur. Similia ſunt Iliad. Ζ'. v. 506. & Ο'. v. 264. quorum locorum vtroque iiſdem verbis repetita habentur iſta:

Ως δ' ὅτε τὶς σατὸς ἵππος ἀκοσήσας ἐπιφάτνη
Δεσμὸν ἀποῤῥήξας, θείει πεδίοιο κροαίνων

Similiter autem *Sophocleo equo* comparatur *Damianus* v. l. II. de eo §. IV. Contra ἡρωϊκὸν ἵππον dici mihi videtur inſolitum.

10 τὴν δὲ τρίτ. ὡς θαυμάζοντες] haec verba, omiſſa in editis, Gruterus ſuppleuit ex ſuis, vt & Salmaſius.

11 ἡ μὲν] abſone editi ἡμῖν. praetuli lectionem cod. S.

12 Δημοσθ. ἐξομνύμενος &c.] de hiſtoria, quae huic declamationi argumentum ſuppeditauit. vide ſ. notata vit. Aeſchin. §. I. not. 5. Declamationis eiuſdem mentio inf. §. X.

13 ἣν ἦγεν ἐπ' αὐτ. Δημάδ. ὡς Αλεξάνδρῳ &c.] *Demades*, Orator, de componenda pace ab Athenienſibus miſſus ad Alexandrum, Demoſtheni parum fauentem, ab eo accepit inuentas Sardibus rationes ſatraparum, quibus dona Demoſtheni, a rege Perſarum miſſa, continebantur. vt colligere eſt ex Plutarch. vita eius p. 856. fin. coll. p. 855.

14 ἡ δὲ ἐφεξῆς — ἐς διαλλ. ἥκοντος] tota haec ῥῆσις, adeoque totum ſecundae orationis, a Polemone coram Herode recitatae, argumentum deerat in editis Lacunam impleuimus ex cod S. Legit eadem verba & vertit Bonfinius. Ceterum idem argumentum declamatione *Herodem* quoque tractaſſe paulo poſt legimus: v. §. VIII. n. 21.

15 μετὰ τ. ἐν Αιγ. ποτ. ἐς τὰς δήμ. ἀνεσκίναζεν] poſt pugnam ad Aegas potamos, duce, a parte Lacedaemoniorum, Lyſandro, Conone, a parte Athenienſium, concidiſſe Athenienſium dominatum, vrbem a Lyſandro captam, dominatum XXX tyrannorum conſtitutum eſſe, notum ex Xenophonte l. II. Hellen. p. 456. ſeq. Plutarcho in Lyſandro, Diodoro l. XIII. p. 106. Iuſtino lib. V. c. 6. Orationem vero Polemonis heic memoratam, puto pertinere ad tempus eiectorum XXX tyrannorum, & X virorum, qui in Piraeeo imperarunt, *quo, per multa membra ciuitas diſſipata, in vnum tandem corpus* redacta eſt, vt loquitur Iuſtinus lib. V. c. 10. libertaſque fuit reſtituta.

16 δεκαπέντε μυριάδας] ſc. δραχμῶν. *Centum drachmae minam* faciunt Atticam, 60 *minae talentum* argenti Attici. fuerit igitur hoc donum XXV. talentorum.

17 μισθ. τῆς ἀκροάσ.] vid. ſ. v. *Scopelian.* §. V. n. 12. Erat autem ordinarius μισθὸς ἀκροάσεως, vt ibi notatum, vt & ad *Gorgiam*, χιλίαι, ſubint. δραχμαί.

18 κριτικὸν] ſic legendum, non Κρητικὸν, vt editi habent. nam patria non *Creta*, ſed *Tralles*, quod mox indicatur, Munatio. Praeterea diſerte Munatius κριτικὸς vocatur & Theageni iungitur inf. vita *Herodis* §. XIV. Similis error ſupra commiſſus in vita *Dionyſii* §. IV. not. 3. Salmaſ. quoque margini alleuerat *lege* κριτικόν.

19 π. κὰ εἴκοσι μυριάδ.] vt ſumma tota eſſet talentorum XLI & XL minarum. *Minam* Ed. Bernardus valere ait Solidos Anglic. 68¾. fuerit ergo ſumma tota *Coronatorum* Anglic. 38375: qui non multum pretio a noſtris Ioachimicis diſtant.

20 ἔδωκε δὲ] addimus δὲ ex cod. S,

ctu

ctu potius Smyrna discederet, ne vi ad id faciendum adigeretur: audax enim putauit facinus etiam coactum id aggredi. Alias vero etiam Polemonem laudibus prosequi, & super omnem admirationem positum iudicare perrexit. Nam cum apud Athenienses egregie de tropaeis declamasset, & admirationi esset ob vim orationis; Polemonis, dixit, declamationem legite, & cognoscetis virum. Cumque in Olympiis Graecia inclamasset eidem: *Alter es Demosthenes: Iam enim*, inquit, *Phryx sum alter*, Polemonem ita cognominans, quoniam tunc Phrygiae Laodicea adiuncta erat. Porro, Imperatore Marco ad ipsum dicente: quid tibi videtur Polemon? Herodes, oculis defixis, inquit:

Aures sonipedum strepitus mihi tundit equorum.

pronunciationis grauitatem sonitumque orationis indicans. Barbaro autem, consule, eum rogante, quibusnam praeceptoribus vsus esset? *Caio* atque *Sempronio*, inquit, cum adhuc inter tyrones essem: Polemone vero cum iam doctus essem ipse.

VIII. Se vero Polemon Dionem quoque audiuisse ait, & propterea in Bithyniam peregre fuisse profectum. Dixitque Polemon *Prosaicorum foetus humeris: Poetarum plaustris efferri oportere.* Sunt & ista ex eorum numero, quae ad Polemonis honorem spectant. Smyrnae de templis eorumque iuribus controuersia erat, eaque Polemonem sibi iunxit patronum, ad vitae finem iam inclinantem. Eo tamen, dum in procinctu esset itineris pro iure fanorum, vita functo, ciuitas aliis sese Patronis permisit. Cum male autem illi in Praetorio Imperatoris causam

δὲ ἐξελάσαι τῆς Σμύρνης, ὡς μὴ βιασθείη, θρασὺ γὰρ καὶ τὸ βιασθῆναι ὤετο. διετέλει δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐπαινῶν τὸν Πολέμωνα, καὶ ὑπὲρ θαῦμα ἄγων. Ἀθήνησι μὲν γὰρ διαπρεπῶς ἀγωνισάμενος τὸν περὶ τῶν τροπαίων ἀγῶνα[21], καὶ θαυμαζόμενος ἐπὶ τῇ φορᾷ τοῦ λόγου, τὴν Πολέμωνος, ἔφη, μελέτην ἀνάγνωτε, καὶ εἴσεσθε ἄνδρα. Ὀλυμπιάσι δὲ βοησάσης ἐπ' αὐτῷ τῆς Ἑλλάδος, "εἷς ὡς[22] Δημοσθένης". "ἤδη γάρ, ἔφη, ὡς ὁ Φρύξ", τὸν Πολέμωνα ὧδε ἐπονομάζων, ἐπειδὴ τότε ἡ Λαοδίκεια τῇ Φρυγίᾳ συνετάττετο. Μάρκου δὲ, τοῦ αὐτοκράτορος, πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, τί σοι δοκεῖ ὁ Πολέμων; σήσας τὰς ὀφθαλμὰς ὁ Ἡρώδης,

Ἵππων μ'[23] (ἔφη) ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος ἔατα βάλλει·

ἐνδεικνύμενος δὴ τὸ ἐπίκροτον, καὶ τὸ ὑψηχὲς τοῦ λόγου[24]. ἐρομένου δὲ αὐτὸν καὶ Βαρβάρου, τοῦ ὑπάτου[25], τίσι διδασκάλοις ἐχρήσατο; τῷ δεῖνι μὲν, καὶ τῷ δεῖνι, ἔφη, παιδευόμενος· Πολέμωνι[26] δὲ ἤδη παιδεύων.

Φησὶν ὁ Πολέμων ἠκροᾶσθαι καὶ Δίωνος, καὶ ἀποδημίαν ὑπὲρ τούτου σεῖλας ἐς τὸ Βιθυνῶν ἔθνος. ἔλεγε δὲ ὁ Πολέμων, τὰ μὲν τῶν καταλογάδην ὤμοις δεῖν ἐκφέρειν, τὰ δὲ τῶν ποιητῶν, ἁμάξαις[1]. κἀκεῖνα τῶν Πολέμωνι τιμὴν νεμόντων. ἤριζεν ἡ Σμύρνα ὑπὲρ τῶν ναῶν[2], καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς[3] δικαίων, ξύνδικον ποιησαμένη τὸν Πολέμωνα, ἐς τέρμα ἤδη τοῦ βίου ἥκοντα. ἐπεὶ δὲ ἐν ὁρμῇ τῆς ὑπὲρ τῶν δικαίων ἀποδημίας[4] ἐτελεύτησεν, ἐγένετο μὲν ἐπ' ἄλλοις ξυνδίκοις ἡ πόλις. πονηρῶς δὲ αὐτῶν ἐν τῷ βασιλείῳ δικαστηρίῳ δι-

---

21 τὸν π. τ. τροπαίων ἀγ.] *de tropaeis*, bello Peloponnesiaco nempe erectis, pace inita destruendis: quae argumentum etiam *Polemonis* declamationi suppeditauerant, Herodi olim auditae, vt paulo ante ostensum nostro, quam etiam hoc loco ipsum Herodem allegasse Philostratus obseruat.

22 τῆς Ἑλλάδος, εἷς] sic cod. S. Editi τῆς Ἑλλαδικῆς εἷς. Simile vero elogium est, quo Herodem simili, vt par est credere, occasione Graeciam prosecutam narrat noster inf. lib. II. vita eius §. XIV. βοώσης δ' ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἑλλάδος καὶ καλούσης αὐτὸν ἵνα τῶν δέκα. Ita & τῷ Πολίμωνι ὁμοίως Graeci plaudentes *Hippodromum*, v. inf. vitam eius.

23 ἵππων μ'.] versus Homericus Iliad. Κ'. v. 535. Vt vero Polemon Homerico equo h. l. ita Damianus Sophocleo comparatur inf. vita eius §. IV. Sic paulo ante, §. praeced. orans ἵππῳ κροαίνοντι Polemon comparabatur. Ceterum vide paulo post §. sq. not. 5.

24 τὸ ἐπίκρ. καὶ τὸ ὑψηχ. τοῦ λόγου] vide paulo ante n. 3. huius §. Ceterum cod. S. τῶν λόγων habet.

25 Βαρβάρου τοῦ ὑπάτου] de eo paulo ante vid. not. 1. ad hunc §.

26 Πολίμωνι] optime, interrogatus enim τίσι διδασκάλοις ἐχρήσατο; respondet Πολίμωνι sc. ἐχρησάμην. vt repudianda omnino sit coniectura Morelli, qui suspicabatur legendum Πολίμωνα, quod & Salmasio merito displicuit.

§. VIII. 1 τὰ μὲν τ. καταλ. ὤμ. δ. ἐκφέρ. τὰ δὲ τ. ποιητ. ἁμάξαις] hoc sibi velle puto: exiguum adeo esse numerum eorum, qui boni oratores sint, vt humeris eorum scripta asportari possint, tantam contra poetarum copiam, vt curribus eorum foetus sint deportandi.

2 ὑπὲρ τ. ναῶν &c.] de huius generis controuersiis inter Asiae ciuitates, ΝΕΩΚΟΡΩΝ honores affectantes, actis, multa apud sophistas huius aetatis, Dionem maxime, Aristidem &c. conf. de Smyrna τὰ πρῶτα obtinente Spanhem. Epistolis ad Morell. p. 317. itemque de his controuersiis plura afferentem vide eundem de P. & V. Numism. p. 640. ed. nou.

3 καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς δικαίων, ξυνδ.] sic editi. Quid si omittas καὶ, vt & distinctionem post δικαίων? hoc sensu: *Smyrnae de templis controuersia erat, quae pro iuribus eorum defendendis patronum sibi Polemonem adscuit.*

4 ἀποδημίας] nempe Romae apud Imperatorem causa erat agenda.

ατιθεμένων τὸν λόγον, βλέψας ὁ αὐτοκράτωρ ἐς τοὺς τῶν Σμυρναίων ξυνηγόρους, ἦ Πολέμων, εἶπε, τοιοῦτός σοι ὁ ἀγῶνος ξύνδικος ὑμῖν ἀποδέδειχτο; ναὶ, ἔφασαν, εἴγε τὸν σοφιστὴν λέγεις· καὶ ὁ αὐτοκράτωρ, ἴσως ἄν, ἔφη, καὶ λόγον τινὰ συνέγραψεν ὑπὲρ τῶν δικαίων, οἷα δὴ ἐπ' ἐμοῦ τε ἀγωνιούμενος, καὶ ὑπὲρ τηλικούτων. ἴσως, ἔφασαν, ὦ βασιλεῦ, ἦ μὴν ἡμῖν γε εἰδέναι. καὶ ἔδωκεν ἀναβολὰς ὁ αὐτοκράτωρ τῇ δίκῃ, ἕως ἂν διακομισθῇ ὁ λόγος. ἀναγνωσθέντος δὲ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, κατ' αὐτὸν ἐψηφίσατο βασιλεὺς, καὶ ἀπῆλθεν ἡ Σμύρνα, τὰ πρωτεῖα νικῶσα[5], καὶ τὸν Πολέμωνα αὐτοῖς ἀναβεβιωκέναι[6] φάσκοντες.

instruxissent, in aduocatos Smyrnaeorum intuitus Imperator: nonne Polemon, inquit, huius causae patronus a vobis constitutus erat? Ita est, illi inquiebant, si de sophista quidem loqueris. Ad haec Imperator, fortasse igitur, inquit, orationem quoque aliquam de iuribus istis conscripsit, vt qui coram me controuersiam erat tractaturus, & eam quidem tanti momenti. Fortasse, responderunt, ita est, Imperator, nobis tamen ea de re non constat. Tum dilationem Imperator iudicio concessit, donec adferretur oratio. Ea vero perlecta in praetorio, Imperator sententiam tulit, eum causam vicisse. Abieruntque Smyrnaei primas referentes, sibique Polemonem reuixisse gloriantes.

Ἐπεὶ δὲ ἀνδρῶν ἐλλογίμων ἀξιομνημόνευτα ἡ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς λεχθέντα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς, ἀναγράψω καὶ τοὺς ἀστεϊσμοὺς τοῦ Πολέμωνος, ὡς μηδὲ ἕτοι παραλελειμμένοι φαίνοιντο. μειράκιον Ἰωνικὸν ἐτρύφα κατὰ τὴν Σμύρναν, ὑπὲρ τὰ Ἰώνων ἤθη[1], καὶ ἀπώλλυ αὐτὸ πλοῦτος βαθὺς[2], ὅσπερ ἐστὶ διδάσκαλος πονηρὸς τῶν ἀκολάστων φύσεων. ὄνομα μὲν δὴ τῷ μειρακίῳ Οὐαρος[3]. διεφθορὸς δὲ ὑπὸ κολάκων, ἐπεπείκει αὐτὸ ἑαυτῷ, ὡς καλῶν τε εἴη ὁ κάλλιστος, καὶ μέγας ὑπὲρ τοὺς ἐυμήκεις, καὶ τῶν ἀμφὶ παλαίστραν γεννικώτατός τε καὶ τεχνικώτατος, καὶ μηδ' ἂν τὰς Μούσας ἀναβάλλεσθαι αὐτοῦ ἥδιον, ὁπότε πρὸς τὸ [4] ᾄδειν τράποιτο. παραπλήσια δὲ τούτοις καὶ περὶ τῶν σοφιστῶν ᾤετο· παριππεύσας[5] γὰρ καὶ τὰς ἐκείνων γλώττας, ὁπότε μελετῴη, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐμελέτα. καὶ οἱ δανειζόμενοι παρ' αὐτοῦ χρήματα, τὸ καὶ μελετῶντος ἀκροάσασθαι προσέγραφον τῷ τόκῳ. ὑπήγετο καὶ ὁ Πολέμων τῷ δασμῷ τούτῳ, νέος ὢν ἔτι, καὶ ὕπω νοσῶν[6]. δεδάνειστο γὰρ παρ'

IX. Quandoquidem autem illustrium virorum non solum serio dicta memoria digna sunt, sed etiam per iocum prolata; iocos quoque Polemonis referam, ne vel isti videantur a nobis esse neglecti. Adolescens Ionicus Smyrnae deliciis indulgebat, magis etiam quam solerent Iones, perdebatque eum opum affluentia, quae pessima esse solet procacium ingeniorum magistra. Nomen quidem adolescenti erat Varo. Ab assentatoribus autem corruptus, hoc sibi persuasum ipsi habebat, quod pulcrorum existat pulcerrimus, & maximus procerorum: palaestra se exercentium fortitudine & arte excellentissimus: quodque ne Musae quidem iucundius cantum ordiri possint quam ipse, vbi ad canendum se composuisset. Similiter & de sophistis statuebat: se nimirum eorum linguas longo interuallo post se relinquere, si quando declamet: sane enim interdum declamabat. Qui in aere vero eius erant, in foenore ipsi pendendo hoc quoque computabant, quod declamantem audissent. Obnoxius factus huic tributo Polemon quoque adhuc iuuenis fuit, & infirma nondum valetudine afflictus. Pecunias enim ab ipso foenore

5 τὰ πρωτεῖα νικῶσα] eius rei mentio in nummo Smyrnaeorum, sub M. Aurelio Imperatore cuso, quem e cimelio Reginae Christinae exhibet ill. Spanhemius de P. & V. Numism. p. 639. in cuius parte altera epigraphe est ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΑΣΙΑΣ. a parte altera ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΤΕΡΤΙΟΥ. ΑΣΙΑΡΧΟΥ. h. e. *sub M. Aurelio, Tertio Asiarcha.*

6 ἀναβεβιωκέναι] sic cod. S. Editi ἀναβεβιωκότα.

§. IX. 1 ὑπὲρ τὰ Ἰώνων ἤθη] nempe Iones τρυφεροὶ vid. ad *Scopelian.* §. V. n. 10.

2 αὐτὸ πλοῦτος βαθὺς] v. de hac φράσει ad vit. Apollon. lib. I. c. 3. Ceterum pro αὐτῷ, quod in editis erat, cum Salmas & Grutero αὐτὸ rescripsi.

3 Οὐαρος] an vnus ex illis duobus, quorum inf. vitas habet I, II? certe *declamasse* hunc iuuenem, paulo post Philostratus ait.

4 πρὸς τὸ] voculas hasce, ad sensus integritatem maxime necessarias, ex MS. S. reuocauimus, deerant enim in editis.

5 παριππεῦσαι] ita supra noster Polemonis τὸ ἱππικρότον ἡμῶν ὑφηχεῖς equorum κτύπῳ comparabat §. VII. allegato Homerico versu.

Ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος ἔκτα βάλλει.

hinc elegantissime voce equestri, quae significat *equitando praeuertere*, exprimit stolidi iuuenis οἴησιν, qua se omnes sophistas *praeuertere* & superare putabat. Nempe delectatur eo simili multum in hac vita: confer enim inf. §. X. not. 9.

6 ὕπω νοσῶν] nempe *articulari morbo*, ob quem lectica semper, paulo prouectior aetate, ad declamationes gestabatur, vt paulo ante ostendit noster: conf. & inf. de hoc morbo paulo ante fin.

acce-

acceperat, & quia eum minus colebat, neque declamationes eius frequentabat, durum se ipsi praebebat adolescens, *typosque* minitabatur: sunt autem *typi* scriptum, vadimonium desertum ab eo, qui debitum non soluisset, declarans. Cumque adeo Polemonem familiares, tanquam morosum & difficilem, increparent, quod, cum efficere ipsi liceret, vt nihil reposceret adolescens, vtque fructum ex eo perciperet, modo nutu se ipsi praeberet beneuolum; illud tamen facere omittat, imo & prouocet eum, & irritet; id audiens Polemon, ad audiendum quidem eum aduentauit. Vbi vero ad seram vsque vesperam declamatio processisset, neque orationis tamen portus esset in conspectu, soloecismorum autem & barbarismorum, contradictionumque plena essent omnia; tum exiliens Polemon, submissis manibus, *Age*, inquit, *Vare, fer typos.* Praedonem porro, multorum criminum reum, torquente Proconsule, se dubitare fatente quae futura sit digna facinorum eius poena: forte adueniens Polemon, *Iube*, inquit, *ipsum ineptias edisce re.* Etenim, vt sophista qui esset, quam plurima edidicisset licet, tamen omnium exercitiorum molestissimum e discendi putabat exercitium. Gladiatorem item videns sudore diffluentem, & certamen de vita formidantem: *Ita*, inquit, *anxie agis, vt cui declamandum sit.* Cum in sophistam lucanicas & maenidas, viliaque obsonia coëmentem, incidisset: *Amice*, inquit, *vix licebit Darii aut Xerxis indolem pulcre exprimere, tali cibo pasto.* Timocrate Philosopho ad eum dicente: *loquacissimum* esse *Fauorinum*, vrbanissime Polemon, *est quoque*, respondit, *omnis vetula*, eunuchus quod esset eum perstringens. Cum tragoediae [denique] actor, in Olympiis, quae apud Smyrnam agebantur, *o Iupiter* exclamans, manu terram ostendisset: &, *o terra*, vultu in coelum erecto [diceret;] praesidens in Olympiis Polemon,

ἀυτῷ χρήματα, καὶ ἐπεὶ μὴ ἐθεράπευε, μηδὲ ἐς τὰς ἀκροάσεις ἐφοίτα, χαλεπὸν ἦν τὸ μειράκιον, καὶ ἠπείλει[7] τύπους· οἱ δὲ τύποι γράμμα[8] εἰσὶν, ἀγορᾶς ἐρήμην ἐπαγγέλλον τῷ ἐκ ἀποδιδόντι. αἰτιωμένων δ' ἂν τὸν Πολέμωνα τῶν οἰκείων[9] ὡς ἀηδῆ[10], καὶ δύστροπον, εἰ, παρὸν αὐτῷ μὴ ἀπαιτεῖσθαι, καὶ τὸ μειράκιον ἐκκαρπᾶσθαι, παρέχοντα αὐτῷ νεῦμα ἔυνουν, μὴ ποιεῖ τοῦτο, ἀλλ' ἐκκαλεῖται αὐτὸν καὶ παροξύνει· τοιαῦτα ἀκούων, ἀπήντησε μὲν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν, ἐπεὶ δὲ ἐς δείλην ἤδη ὀψίαν τὰ τῆς μελέτης αὐτῷ παρέβαινε, καὶ ἀδεὴς ὅρμος ἐφαίνετο τῶ λόγω, σολοικισμῶν τε καὶ βαρβαρισμῶν, καὶ ἐναντιώσεων πλέα ἦν πάντα, ἀναπηδήσας ὁ Πολέμων, καὶ ὑποσχὼν τὼ χεῖρε, Ουαρε, εἶπε, φέρε τὰς τύπους. λῃστὴν δὲ, πολλαῖς αἰτίαις ἁλωκότα, σρεβλᾶντος ἀνθυπάτου, καὶ ἀπορεῖν φάσκοντος, τίς γένοιτ' ἂν ἐπ' αὐτῷ τιμωρία, τῶν εἰργασμένων ἀξία; παρατυχὼν ὁ Πολέμων, κέλευσον, ἔφη, αὐτὸν ἀρχαῖα ἐκμανθάνειν. καί τοι γὰρ πλεῖστα ἐκμαθὼν ὁ σοφιστὴς ἔτος, ὅμως ἐπιπονώτατον ἡγεῖτο τῶν ἐν ἀσκήσει τὸ ἐκμανθάνειν. ἰδὼν δὲ μονόμαχον, ἱδρῶτι ῥέομενον, καὶ δεδιότα τὸν ὑπὲρ ψυχῆς ἀγῶνα, ἔτως, εἶπεν, ἀγωνιᾷς, ὡς μελετᾶν μέλλων. σοφιστῇ δὲ ἐντυχὼν, ἀλλάντας ὠνουμένῳ, καὶ μαινίδας, καὶ τὰ ἐυτελῆ ὄψα· ὦ λῷστε, εἶπεν, ἐκ ἔστι τὸ Δαρείᾳ[11], καὶ Ξέρξῃ, φρόνημα καλῶς ὑποκρίνασθαι, ταῦτα σιτουμένῳ. Τιμοκράτους[12] δὲ, τοῦ φιλοσόφου, πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, ὡς λάλον χρῆμα[13] ὁ Φαβωρῖνος γένοιτο, ἀσειότατα ὁ Πολέμων, καὶ πᾶσα, ἔφη, γραῦς· τὸ ἐυνοχῶδες αὐτοῦ διασκώπ]ων[14]. ἀγωνιστοῦ δὲ τραγῳδίας, ἐν τοῖς κατὰ τὴν Σμύρναν Ολυμπίοις[15], τὸ ὦ Ζεῦ εἰς τὴν γῆν δείξαντος· τὸ δὲ, ὦ γᾶ ἐς τὸν ἀρανὸν ἀναστρόφοντος, προκαθήμενος τῶν Ολυμπίων ὁ Πολέμων,

---

7 ἠπείλει] ὑπείλει mendose editi. lectionem veram exhibebat MS. S. & Salmas.

8 οἱ δὲ τύποι γράμμα &c.] Pollux: δίκης μὲν λῆξις εἴη ἂν ὁ νῦν καλούμενος τύπος. Et λῆξις Harpocrationi ἔγκλημα καθ' ὃ τις λόγον φαμὲν λαχεῖν δίκην.

9 τῶν οἰκείων] voces has ex cod. S. restituimus, in editis deerant.

10 ἀηδῆ] lectio eiusd. codicis, quam ex coniectura quoque restituerant Gruterus & Salmas. melior quam editorum ἀ αὐδῆ.

11 ἐκ ἔστι τὸ Δαρ. &c.] tales ὑποθέσεις Μηδικὰς appellabat supra vita *Scopeliani*, non multum ante finem. Cum autem ad eas tractandas, & *indolem* exprimendam horum regum *elatam*, (quod φρόνημα ὑποκρίνασθαι vt h. l. ita supra quoque vit. *Scopeliani* noster vocat) erecta sit opus indole, & animo liberiore, magisque soluto & elato; difficile id fore Polemon ait, ita pauperie prostrato, ita fame aut pastu vili spiritus sublimes concipere non sinente.

12 Τιμοκράτ. δὲ] de eo paulo ante noster in hac vita, ex instituto §. V.

13 λάλον χρῆμα] sic Xenophon Cyropaed. de ceruo καλὸν τι χρῆμα κύων μέγα. Plura de hoc idiotismo vid. ap. Vigerium, sect. 13. p. 105. conf. inf. Herode §. I. n. 2.

14 τὸ ἐυνοχ. αὐτ. διασκ.] vide §. vit. Fauorini init.

15 ἐν τ. κατὰ τ. Σμυρν. Ολυμπ.] supra dicebantur τὰ κατὰ τὴν Λοΐαν Ολύμπια, quae diuersa esse a certaminibus τῶ κοινῶ τῆς Ἀσίας, ostensum ad §. III. n. 10. item ab *Olympiis Adrianeis*, de quibus supra §. I. n. 6.

μων, ἐξέωσεν αὐτὸν τῶν ἄθλων[16], εἰπὼν, ὅτος τῇ χειρὶ ἐσολοίκισε[17]. μὴ πλείω ὑπὲρ τούτων, ἀπόχρη γὰρ καὶ ταῦτα τὸ ἐπίχαρι τῷ ἀνδρὸς δηλῶσαι.

mon, eum expulit, dicens: *manu hic ſoloeciſmum commiſit.* Plura non addam ex hoc genere, namque iſta iam ſufficiunt ad oſtendendum viri leporem.

Η δὲ ἰδέα τῶν Πολέμωνος λόγων θερμὴ καὶ ἐναγώνιος, καὶ τορὸν ἠχοῦσα, ὥσπερ ἡ Ολυμπικὴ σάλπιγξ[1]. ἐπιπρέπει δὲ αὐτῇ καὶ τὸ Δημοσθενικὸν τῆς γνώμης, καὶ ἡ σεμνολογία[2], οὐχ ὑπτία, λαμπρὰ δὲ καὶ ἔμπνους, ὥσπερ ἐκ τρίποδος[3]. διαμαρτάνουσι μὲν τῶν ἀνδρὸς, φάσκοντες αὐτὸν τὰς μὲν ἐπιφορὰς ἄρισα σοφῶν μεταχειρίσασθαι, τὰς δὲ ἀπολογίας ἧττον. ἐλέγχει γὰρ τὸν λόγον τοῦτον ὡς οὐκ ἀληθῆ, καὶ ἡ δεῖνα μὲν, καὶ ἡ δεῖνα τῶν ὑποθέσεων, ἐν αἷς ἀπολογεῖται. μάλιστα δὲ ὁ Δημοσθένης[4], ὁ τὰ πεντήκοντα τάλαντα ἐξομνύμενος. ἀπολογίαν γὰρ ὅτω[5] χαλεπὴν διαθέμενος, ἤρκεσε τῷ λόγῳ ξὺν περιβολῇ[6] καὶ τέχνῃ. τὴν αὐτὴν ὁρῶ διαμαρτίαν καὶ περὶ τοὺς ἡγεμένους αὐτὸν ἐκφέρεσθαι[7] τῶν ἐσχηματισμένων ὑποθέσεων[8], εἰργόμενον τοῦ δρόμου, καθάπερ ἐν δυσχωρίᾳ ἵππον[9], παραιτέμενόν τε αὐτὰς, τὰς Ομηρείους γνώμας[10] εἰπεῖν·

X. Genus dicendi Polemoni calidum eſt & acre, atque Olympicae tubae modo acutum ſonans. Decus vero Demoſthenicae illi addunt ſententiae, & grauitas non ſupina, ſed ſplendida & diuina, quaſi ex Apollinis tripode prolata. Male autem virum norunt, qui eum accuſationes quidem aiunt melius quam ſophiſtarum vllum, defenſiones vero minus bene tractaſſe. Arguunt enim hoc iudicium minus verum eſſe variae eius orationes generis finiti, in quibus defenſionem inſtituit. Maxime autem *Demoſthenes*, quinquaginta talenta ſe non accepiſſe iurans. Nam defenſionem, adeo difficilem licet, inſtituens, parem tamen orationi ornatu atque arte ſe praeſtitit. Eundem errorem deprehendo in illis, qui argumentis, in quibus colore opus eſſet, eum minus exercitatum putant, excluſum hoc itinere, vt equum locorum difficultate, genuſque dicendi detrectantem, Homericis ſententiis allegatis:

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Αἴδαο πύλῃσιν,
Ὡς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ.

Non minus ille mihi eſt hoſtis, quam ianua Auerni,
Ore aliud dicens, aliud qui mente recondit.

ταῦτα γὰρ ἴσως ἔλεγεν, αἰνιττόμενος, καὶ παραδηλῶν τὸ δύσροπον τῶν τοιούτων ὑποθέσεων. ἄρισα δὲ κἀκεῖνα ἠγωνίσατο, ὡς δηλῶσιν ὅ, τε μοιχὸς ὁ ἐγκεκαλυμμένος, καὶ ὁ Ξενοφῶν[11] ὁ ἀξιῶν ἀποθνήσκειν ἐπὶ Σωκράτει, καὶ ὁ Σόλων ὁ αἰτῶν ἀπαλείφειν τὰς νόμους, λαβόντος τὴν φρουρὰν[12] τοῦ

Haec enim fortaſſe dicebat, ſubinnuens, atque oſtendens, huiuſmodi argumenta bonis moribus non adeo conuenire. Optime tamen ipſe in iis erat exercitatus; Suntque argumento declamatio quae inſcribitur: *Adulter abditus:* itemque *Xenophon, pro Socrate mori cupiens: & Solon poſtulans leges aboleri, cum earum Piſiſtratus cuſtodiam ſuſcepiſſet.*

---

16 ἐξέωσεν αὐτ. τ. ἄθλων] hic ille ipſe eſt, de quo ſ. §. III. qui apud Imp. Antoninum hanc ipſam rem detulit.

17 τῇ χειρὶ ἐσολοίκισε] pereleganter ad *geſtum* refertur, quod linguae proprie eſt & dictionis. Non abſimili modo apud Lucianum in *Nigrino* p. m. 42. σολοικισμὸς vocatur τὸ τοιοῦτο τῶν ἡδονῶν, cara obſonia emere, media hyeme roſis oppleri, quae ſuo tempore veniunt vilia exiſtimare, vnguenta bibere, & cetera eius generis.

§. X. 1 Ολυμπικὴ σάλπιγξ] qua praemium in Olympicis reportare certaret tubicen. Nam αὐλῶν quoque ἀγῶνες in Olympicis, vide notata Petro Fabro Agoniſtic. I, 4. Salmaſ. legit Ολυμπιακή. Ita in Heroicis *Proteſilao* §. II. ille Heros φθέγγεσθαι γεγονότερον dicitur ἢ αἱ σάλπιγγες. Similia vero de Polemonis θέσι in dicendo & impetu paſſim in his vitis legas: ῥοῖζον appellat noſter identidem, & ἐῤῥωμένα vita *Hippodromi* §. VI.

2 σεμνολογ.] vide ſ. notata ad *Critiam* §. IV. n. 3.

3 ὥσπερ ἐκ τρίποδος] Salmaſ. ὡς ἐκ τρίποδος. Similiter vita *Apollonii Tyan.* I, 17. 15. ὥσπερ ἐκ τρίποδος διαλέξασθαι ille dicitur.

4 ὁ Δημοσθένης] eſt illa declamatio apologetica, pro Demoſthene, ob dona a Perſis accepta accuſato, quam praeſente Herode declamauit vid ſ §. VII. n. 2.

5 ὅτω] ſic malim, quam cum cod. S. αὐτῷ.

6 περιβολῇ] vid. ſ. ad *Nicet.* §. I. n. 4.

7 ἐκφέρεσθαι] vox ex ſtadio huc accommodata, ἐκφέρεται enim cui in ſtadio decurrere non licet.

8 ἐσχηματισμ. ὑποθ.] quae quales ſint, expoſitum ſupra ad *Scopelianum* §. V. not. 17.

9 ἵππον] ita ex coniectura reſcripſi, quam poſt & Salmaſ. firmabat. Editi ἵππου, lapſu maxime procliui: Allegoria autem iſta frequens in hac vita noſtro vid. ad §. IX. n. 5.

10 Ομηρ. γνώμας] verſus Homerici ex Il. Γ v. 312. Attamen non impediebat *Ruffum* morum integritas, quo minus in ἐσχηματισμένας ὑποθέσεσιν excelleret, vid. inf. *vitam* eius.

11 καὶ ὁ Ξενοφῶν] voces iſtas, quae editis exciderant, reuocaui ex MS. S. Ceterum nuſpiam legi Xenophontem pro Socrate mori voluiſſe.

12 λαβ. τὴν φρουρὰν] legum enim *cuſtodiam* ſibi arrogabat Piſiſtratus, vide epiſt. eius ap. Laert. lib. I. ſ. 53. φρουρὰν *arcem* intellexerant priores interpretes.

Item

Item *Demoſthenes, qui poſt Chaeroneam ſeipſum offert; ſeque in ſpeciem morte dignum putat, ob ea quae cum Harpalo geſta fuerant:* tum *ſuadens, vt triremibus fugam arriperent, aduentante Philippo:* porro *Aeſchinis legem firmans, qua morte dignus cenſetur, quiſquis aliquam de bello faceret mentionem.* In hiſce enim maxime, earum quas ipſe propoſuit *coloratarum* orationum, habena quaſi adhibetur ſermoni, ſententiaeque ambiguitatem tuentur.

Πεισιστράτῳ· καὶ ὁ Δημοσθένης, ὁ μετὰ Χαιρώνειάν τε προσάγων ἑαυτὸν, καὶ δοκῶν θανάτῳ ἑαυτὸν τιμᾶσθαι ἐπὶ τοῖς Ἁρπαλείοις[13]· καὶ ὁ ξυμβαλέυων ἐπὶ τῶν τριηρῶν φέυγειν, ἐπιόντος μὲν Φιλίππου· νόμον δὲ Αισχίνου κεκυρωκὼς[14], ἀποθνήσκειν τὸν πολέμου μνημονεύσαντα. ἐν γὰρ ταύταις μάλιστα, τῶν ὑπ' αὐτῷ κατὰ σχῆμα προηγμένων, ἡνία[15] τε ἐμβέβληται τῷ λόγῳ, καὶ τὸ ἑπαμφότερον[16] αἱ διάνοιαι σώζουσιν.

XI. Medicis autem frequenter obnoxius, calculo obſidente articulos eius, Polemonis eos iuſſit fodere caedereque lapidicinas. Ad Herodem vero iſto de morbo litteris exaratis, ita ſcripſit: *Edere oporteat; manus non habeo. Oporteat incedere; non ſunt mihi pedes. Dolere oporteat; tunc & pedes mihi ſunt, & manus.* Vitam finiuit ſexto & quinquageſimo aetatis anno. Iſta vero aetatis menſura aliis quidem ſcientiis initium ſenectutis eſt, ſophiſtae vero iuuentus: nam conſeneſcens haec ſcientia ſapientiam perficit. Sepulcrum eius Smyrnae nullum eſt, etſi plura eſſe dicantur. Aliqui enim in horto, qui iuxta templum Virtutis eſt, eum ſepultum eſſe referunt: alii non procul inde ad mare. Eſtque ibi templum exiguum, & in eo ſignum Polemonis, eo habitu quo in triremi ille orgia obiuit: ſub quo ſimulacro ſitum eſſe virum aiunt. Alii tamen in atrio domus ſuae, ſub aeneis ſtatuis [conditum perhibent]. Sed nihil eorum verum eſt. Nam, ſi apud Smyrnaeos vitam finiuiſſet, nullo ex praeſtantiſſimis templis, quae apud eos ſunt, indignus eſſet habitus, quominus in eo componeretur. At illa ſane veriora: eum Laodiceae ad Syriae portas eſſe ſepultum, vbi maiorum quoque eius ſunt loculi: ſepultumque eſſe adhuc viuentem. Hoc enim amiciſſimis enixe ab eo mandatum eſſe [aiunt], iamque in tumulo

Ἰατροῖς δὲ θαμὰ ὑποκείμενος, λιθιώντων αὐτῷ τῶν ἄρθρων, παρεκελέυετο αὐτοῖς ὀρύττειν, καὶ τέμνειν τὰς Πολέμωνος λιθοτομίας. Ηρώδῃ δὲ ἐπιστέλλων[1] ὑπὲρ τῆς νόσου ταύτης, ὧδε ἐπέστειλε· "δεῖ ἐσθίειν, χεῖρας οὐκ ἔχω. δεῖ βαδίζειν, πόδε οὔκ εἰσί μοι. δεῖ ἀλγεῖν, τότε καὶ πόδες εἰσί μοι, καὶ χεῖρες". ἐτελεύτα μὲν περὶ τὰ ἑξ καὶ πεντήκοντα ἔτη. τὸ δὲ μέτρον τῆς ἡλικίας τοῦτο ταῖς μὲν ἄλλαις ἐπιστήμαις γήρως ἀρχή, σοφιστῇ δὲ νεότης ἔτι· γηράσκουσα γὰρ ἥδε ἡ ἐπιστήμη, σοφίαν ἀρτύνει. τάφος δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν Σμύρναν οὐδείς, εἰ καὶ πλείους λέγονται. οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ κήπῳ τοῦ τῆς ἀρετῆς ἱεροῦ ταφῆναι αὐτόν, οἱ δὲ οὐ πόρρω τούτου ἐπὶ θαλάττῃ· νεὼς δέ τίς ἐστι βραχὺς, καὶ ἄγαλμα ἐν αὐτῷ Πολέμωνος, ἐσταλμένον ὡς ἐπὶ τῆς τελήρους ὠργίαζεν[2], ὑφ' ᾧ κεῖσθαι τὸν ἄνδρα. οἱ δὲ ἐν τῇ τῆς οἰκίας αὐλῇ, ὑπὸ τοῖς χαλκοῖς ἀνδριάσιν. ἔστι δὲ οὐδὲν τούτων ἀληθές. εἰ μὲν γὰρ ἐτελεύτα κατὰ τὴν Σμύρναν, οὐδενὸς ἂν τῶν θαυμασίων ἱερῶν παρ' αὐτοῖς ἀπηξιώθη, τὸ μὴ οὐκ ἐν αὐτῷ κεῖσθαι. ἀλλ' ἐκεῖνά γε ἀληθέστερα, κεῖσθαι μὲν αὐτὸν ἐν τῇ Λαοδικείᾳ, παρὰ τὰς Συρίας πύλας, ἔνθα καὶ τῶν προγόνων θῆκαι· ταφῆναι δὲ αὐτὸν ζῶντα ἔτι. τοῦτο γὰρ τοῖς φιλτάτοις ἐπισκῆψαι· κείμενόν τε ἐν τῷ σήματι, πα-

---

13 *δοκῶν θαν. ἑαυτ. τιμᾶσθαι ἐπὶ τ. Αρπαλείοις*] δοκῶν: nempe λόγος erat *ἐσχηματισμένος*. Dumque ſeipſum maxime condemnare *videretur* Demoſthenes, id maxime agebat, vt abſolueretur. Τὰ Αρπάλεια autem quae fuerint, patet ex Plutarcho vita Demoſthen. p. 857. Nempe Harpalus, Alexandrum M. fugiens, Athenis quaerebat aſylum, recipi tamen eum diſſuadebat Demoſthenes, donec auro ab eo corruptus ſententiam mutaret. Quae ad iſtud igitur negotium ſpectant, Αρπάλεια noſtro dicuntur, ſubintelligendum *πράγματα*.

14 *κεκυρωκὼς*] ſic ſcripſi ex coniectura, vt nouum illud intelligatur eſſe *ὑποθέσεως ἐσχηματισμένης* exemplum. Nam male editi *κεκυρωκότος*, quod ad Philippum retulere interpretes: cui nihil licuit in confirmanda apud Athenienſes lege.

15 *ἡνία*] rurſus alludit ad rem equeſtrem: vide not. §. §. IX. Ceterum & alibi paſſim *τὸ ἡνίον* in orationis *ἰδέαις* apud noſtrum eſt. Sic in coloratis inprimis *τοῖς λεγομένοις ἡνίας τοῖς δὲ σιωπωμένοις κέντρα δεῖν* ait in vita *Ruffi*. Et *Alexandro* in vita eius digiti tribuuntur *τῇ τῶ λόγω ἡνίᾳ ἐπιτρέποντες*.

16 *ἑπαμφότερον*] eadem vox in eadem cauſa occurrit ſ. in *vita Scopeliani*, ad quam vid. §. V. n. 18.

§. XI. 1 *Ηρώδῃ δὲ ἐπιστέλλων*] ſic omnino ſcribendum puto, quod & Salmaſio placuit. Editi *Ηρώδης δὲ ἐπισ.* Gruterus *Ηρώδῃ δὲ ἀποστέλλων*.

2 *ὡς ἐπὶ τῆς τριήρους ὠργίαζεν*] ob honorem qui ipſi habitus eſt, ſacrae Bacchi triremis ducendae. vid. initium huius vitae & ad §. I. n. 8.

ϱακελεύεσθαι τοῖς συγκλείσασι τὸν τάφον, ἔπαγε, ἔπαγε, μὴ γὰρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος[3]. πρὸς δὲ τοὺς οἰκείους, ὀλοφυρομένους αὐτὸν, ἀνεβόησε, δότε μοι σῶμα[4], καὶ μετεμβήσομαι. μέχρι δὲ Πολέμωνος τὰ Πολέμωνος, οἱ γὰρ ἐπ' αὐτῷ γενόμενοι, ξυγγενεῖς μὲν, ἃ μὴν οἷοι πρὸς τὴν ἐκείνου ἀρετὴν ἐξετάζεσθαι, πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς[7], περὶ οὗ ὕστερον λέξω μικρόν.

ΣΕΚΟΥΝΔΟΣ[1].

Μὴ δὲ Σεκούνδου τοῦ Αθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν ἐπίξυρόν[2] τινες, ὡς τέκτονος παῖδα. Σεκοῦνδος τοίνυν ὁ σοφιστὴς, γνῶναι μὲν περιττός, ἑρμηνεῦσαι δὲ ἀπέρριτος. Ηρῴδην δὲ ἐκπαιδεύσας[3], εἰς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη, ὅθεν Ηρῴδης διετώθαζεν αὐτὸν, ἐκεῖνο λέγων[4],

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ ῥήτορι[5] τέκτων.

ἀλλ' ἀποθανόντι, καὶ λόγον ἐπεφθέγξατο, καὶ δάκρυα ἐπέδωκε[6], καί τοι γηραιῷ τελευτή-

situm, iis, qui claudebant monimentum, dixisse: *adducite fores, adducite, neque enim silentem me sol quidem adspexerit.* Plangentibus autem ipsum familiaribus acclamauit ista: *Date mihi corpus & commigrabo in illud.* Cum Polemone autem Polemonis extincta virtus fuit. Posteri enim eius, genere quidem ei coniuncti fuere, non tamen ii extiterunt, qui cum illius virtute comparari possint, vno excepto, de quo deinceps pauca sum dicturus.

XXVI. SECVNDVS.

Nec Secundi Athenienſis nobis mentio praetermittenda est, quem *clauum ligneum* vocabant nonnulli, vt qui lignarii fabri filius esset. Secundus itaque, sophista, in inuentione quidem luxuriabatur, in elocutione vero castigatissimus extitit. Herodis autem cum extitisset praeceptor, cum eo, iam alios instituente, altercatus est. Vnde Herodes in ipsum ludebat, repetens istud:

Nempe odit figulus figulos, & rhetora fabri.

Mortuo tamen & funebrem orationem habuit, & illacrymatus est, quamuis matura

---

3 μὴ γὰρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος] nempe sophistam viuere & non exercere eloquentiam indignum putat.

4 δότε μοι σῶμα] eius quippe corpus articulorum morbo fractum erat, atque confectum, & inutile redditum, hinc corpus sibi dari postulat.

5 μέχρι δὲ Πολέμ. τὰ Πολέμ.] manifestum est, hoc sibi velle nostrum, quod Polemonis virtus & gloria ad posteros eius propagata non fuerit.

6 οἱ γὰρ ἐπ' αὐτῷ] Salmas. ἀπ' αὐτοῦ, sed retineri potest ἐπ' αὐτῷ. Ea enim phrasi successores & posteri notari possunt.

7 πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς] *Hermocrates* ille est, de quo lib. II. suo loco.

XXVI. ΣΕΚΟΥΝΔΟΣ. 1 Σεκοῦνδος] is in *Herodis* praeceptoribus censetur vita eius §. XIV. vide & de eo Suidam, qui inepte cum *Plinio Secundo* confudit, quod L. Holstenio iampridem, aliisque viris doctis obseruatum: eum tamen errorem scioli potius cuiusdam Suidam interpolantis, quam ipsius esse vult clarissimus Kusterus. Eundem errorem comm sit Bernardus VVestphalus, qui *Plinio Secundo* inscripsit altercationem cum Hadriano, (Secundum nostrum, vt verosimile, intelligens,) editam ad calcem tragoediae parabolicae, quae Poemander & Satanae pugna inscribitur, Monasterii 1597, & recusam sub Epicteti nomine, curante Philippo Labbeo; ad calcem notitiae dignitatum imperii Romani Paris. A. 1651. quam miror praetermissam esse in ceteris *Secundi* a clarissimis eorum editoribus, paulo post nominandis. Vincentius Bellouacensis in Spec. Hist. l. XI. c. 70. hunc *Secundum* philosophum omni tempore silentium seruasse, & Pythagoricam vitam duxisse ait, ab eo inde tempore, quo mater eius pudicitiam ipsius tentauerat, repulsamque pudore & tristitia interierat. Quam *ineptissimam esse narrationem, nugacisque & inficeti seculi genium redolere,* merito iudicat Holstenius, eam tamen ex libro MS. sententiarum, vna cum variis Secundi sententiis Adriano Imp. dictis lib. XV. aduersariorum cap 17. inseruit Gasp. Barthius. Eiusdem mentio apud Phrynichum dict. Attic. p. 44. vbi *Grammaticum* vocat *Secundum* nostrum συγγενόμενον τῷ Πολέμωνι τῷ ἐν Σμύρνῃ Σοφιστῇ, ὅντα τὰ ἄλλα δεξιὸν καὶ λέξιν, καὶ διορθοῦντα τὰ γράμματα τοῦ σοφιστοῦ. Sententias eius graece ex MS. Regiae Parisiensis editae & latine versae, vna cum aliis quibusdam, latine ex Bellouacensi & Barthio descriptis, praemissis quoque nonnullis ab Antonio Melissa, & Anonymo anthologiae ineditae autore allegatis, passim editae prostant, primum a L. Holstenio, qui cum Demophili & Democratis gnomis eas edidit Romae 1638, quae Cantabrigiae A. 1670. repetita fuit editio: inde a Th. Gale cum scriptoribus mythicis Amstel. 1688. qui auctiores eas promisit, cum Iamblicho de vita & secta Pythagorae edendas. Secundo philosopho quoque inscribuntur Apologi Indici *Kelile Vadimma* seu *Stephanites & Ichnolates* dicti, & non ita pridem post alios ab amicissimo nobis Seb. Gottfr. Starkio iterum editi. Inscribuntur autem in codice Biblioth. Vindob. hoc modo: Σεκούνδου φιλοσόφου ἱστορία ἐνεχθεῖσα ἀπὸ τῆς Ινδῶν εὐδαιμονεστάτης χώρας, cetera vide apud Lambecium T. VI. Bibl. Vindob. p. 119. qui *Secundum* nostrum in hoc titulo Gymnosophistam Indum fingi putat, *ob singularem in respondendo ad proposita quaesita ingeniositatem,* quae, vt in *Secundi sententiis*, ita in isto Indicae sapientiae monimento etiam appareat. Sed malim existimare, ad nostrum *Secundum* nullo habito respectu, ex arbitrio ista ficta fuisse.

2 ἐπίξυρον] lectionem veram ex Suida primus restituit Meursius in Lection. Attic. VI. 9. quem secuti Salmas. ad Solin. pag. 775. Holstenius in praef. ad Secundi sententias, Bochartus Chanaan. lib. I. cap. 38. fin. & nuperrime cl. Kusterus ad Suidam. Vulgati enim habebant ἐπίζυγον. Est autem ἐπίξυρος *clauus ligneus*, vt iisdem ex Grammaticis veteribus notatum, adde & Maussacum Dissert. Crit. p. 389. cur vero hoc cognomento appellatus sit *fabri lignarii filius* facile patet.

3 Ηρῴδην δ' ἐκπαιδ.] hinc Suidam emendandum viderunt viri docti, Meursius, Holstenius & Kusterus ll. cc. apud quem *Herodoti* praeceptor *Secundus* dicitur.

4 ἐκεῖνο λέγων] Salmas. ἐπιλέγων.

5 ῥήτορι] sic cod. S. Vulgati τέκτονι, mutante sc. scioło quodam veram lectionem, quod apud Hesiodum, cuius est ille versus, τέκτονι, esse sciret. Sed expendere debebat vir bonus παραδεῖν Hesiodea Herodem, vt passim faciebant veteres: Nec certe scommatis vlla vis esset, si seipsum quoque τέκτονα Herodes hic vocasset: iam vero *rhetori fabrum* dicit inuidere: mechanicam & popularem vilitatem sapere Secundi eloquentiam indicans, quamobrem genuinae eloquentiae Herodis, qui verus sit rhetor, & bonus, inuideat.

6 ἐπέδωκε] elegantior lectio Salmasio in MS. reperta ἔστησε libauit.

senecta vitam finiret. Extant vero huius viri tum alia memoria digna, tum inprimis haec controuersia; *Autor seditionis moriatur: qui vero seditionem compescuit, munus habeto. Idem qui seditionem mouerat, compescuerat etiam, iamque adeo petit munus.* Hanc causam sic breuiter perorauit. *Quid igitur*, inquit, *primum? seditionis certe suscitatio. Quid secundum? certe eiusdem extinctio. Vbi poenas itaque dederis ob ea quae perperam feciſti, praemium, si potes, ob ea quae recte feciſti, accipe.* Talis itaque vir iste fuit. Sepultus autem est prope Eleusinem, in dextra viae, quae Megaram ducit.

σαντι. μνήμης δὲ ἄξια τῷ ἀνδρὶ τάτε καὶ πολέω μὲν, μάλιστα δὲ ἥδε ἡ ὑπόθεσις[7]· "ὁ ἄρ-„ξας φάσεως ἀποθνησκέτω, καὶ ὁ παύσας„ φάσιν ἐχέτω δωρεάν. ὁ αὐτὸς, καὶ ἄρξας καὶ„ παύσας, αἰτεῖ τὴν δωρεάν.". τὴν δὲ ὑπόθεσιν ὧδε ἐβραχυλόγησεν. "ἀκῆν," ἔφη, "τί πρό-„τερον; τὸ κινῆσαι φάσιν. τί δεύτερον; τὸ παῦ-„σαι. δὸς ἂν ἐφ' οἷς ἠδίκεις τιμωρίαν, τὴν ἐφ' „οἷς εὖ πεποίηκας δωρεὰν[8], εἰ δύνασαι, λάβε.„ τοιόσδε μὲν ὁ ἀνὴρ ἔτος. τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ελευσῖνι ἐν δεξιᾷ[9] τῆς Μεγάραδε ὁδῷ.

ΦΛΑΥΙΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΒΙΟΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

FLAVII PHILOSTRATI
VITAE SOPHISTARVM.
LIBER SECVNDVS.

I. HERODES.

I. DE Herode Athenienſi ſequentia tenenda. Herodes ſophiſta paterno genere ad viros dignitate con-

ΗΡΩΔΗΣ.

Περὶ δὲ Ηρώδου[1], τοῦ Αθηναίου, τά δε χρὴ εἰδέναι. ὁ σοφιστὴς Ηρώδης ἐτέλει μὲν ἐκ

---

7 ἥδε ἡ ὑπόθ.] tales ὑποθέσεις *controuerſiae* dicuntur, quarum inſignia exempla *M. Annaeus Seneca* nobis dedit. Excerptum vero hic habemus *controuerſiae* huius *Secundi*, qualia Senecae habemus complura.

8 δωρεάν] recte hanc vocem, quae editis exciderat, reſtituendam eſſe, fuerat coniectatus Holſtenius, habet eam diſerte cod. S. Vocem excidiſſe Salmaſ. etiam viderat, τιμὴν inſerendum eſſe exiſtimans. Ceterum idem quoque Holſtenius in noſtra de diſtinguendo hoc loco ſententia nos confirmauit, in quam conſentit & Salmaſius. Laborabant enim hac quoque ex parte editiones priores, perturbatiſſimaque inde nata Bonfinii interpretatio, Morello minime emendata.

9 ἐν δεξιᾷ] has quoque voces, quae in editis deſiderabantur, ex cod. S. reuocauimus.

LIBER II.

I. ΗΡΩΔΗΣ. 1 περὶ δὲ Ηρώδου] cod. S. habet περὶ τοῦ σοφιστοῦ Ηρώδου. Neque dubitem in indiculo voluminis variorum tractatuum, ab Antonio Eparcho regi Galliarum donati, quem publicauit Stephanus Lemonius inter Varia ſacra p. 517. vbi num. XVII. legitur Φιλοστράτου ἐκ τῶν κατὰ Ηρωδότον σοφιστήν, male ita a quodam Barbaro ſcriptum eſſe, pro Φιλοστράτου ἐκ τῶν περὶ Ηρώδου τοῦ σοφιστοῦ, eſſeque fragmentum ex hac ipſa vita, quod in eo volumine legitur. Ceterum de *Herode* iſto egit etiam Suidas, quem tamen obſeruandum confundere parentis eius *Attici* res cum rebus *Herodis*. Nam ad illum pertinent quae de theſauro reperto habet. Varia de eo etiam referuntur a Gellio l. I. c. 2. lib. IX. c. 2. & lib. XIX. c. 12. qui virum *conſularem* ait, Graeca facundia celebrem, eumque Athenis publice declamantem, quod erat ſophiſtae, ſeſe audiuiſſe diſerte dicit. Plura de eo, & eius familia in marmore habentur, in villa Borghſiana inuento, quo continebatur dedicatio Ηρῴδου Regillae, vxoris Herodis, (de qua plura Philoſtratus in hac vita,) quam poſt Arcudium erudite illuſtrauit Salmaſius, multum lucis rebus Herodis commentario ſuo affundens. Idem alteram quoque Herodis inſcriptionem, qua *Triopium* dedicauit, & quam ad Herodem, Iudaeae regem, male retulerat Caſaubonus, luculento commentario explicauit. In iſtorum marmorum priore diſerte Herodes, Regillae maritus, qui noſter eſt, in ſenatum Romanum adlectus eſſe dicitur.

Τὸ ἑπτὰ τιμήσει καὶ ἐπώνυμος, ἣ μὲν ἄνασσαι
Εἰς βυλὴν ἀγίεσθαι, ἵνα πρωτόθρονες ἴδῃαι.

Pertinent ad eum etiam monimenta duo vetera. Prius Athenis repertum, & a Sponio in Miſcell. erud. antiquit. editum p. 321. Et Itiner. Part. II. p. 482.

ΤΟΝ. ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΤΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ.
ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΝ. ΑΤΤΙΚΟΝ. ΗΡΩΔΗΝ.
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝ. Η. ΑΝΤΙΟΧΙΣ. ΦΥΛΗ.
ΑΝΕΘΗΚΕΝ. ΕΥΝΟΙΑΣ. ΕΝΕΚΕΝ. ΚΑΙ.
ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ. ΤΗΣ. ΕΙΣ. ΤΗΝ. ΠΑΤΡΙΔΑ.

alterum Megaris repertum eidem.

Η. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟΣ.
ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΝ. ΑΤΤΙΚΟΝ.
ΥΠΑΤΟΝ. ΕΠΙ. ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΙΣ.
ΚΑΙ. ΕΥΝΟΙΑ. ΤΗ. ΠΡΟΣ. ΤΗΝ. ΠΟΛΙΝ.

Nomen ipſi in his inſcriptionibus tribuitur, *Tiberii Claudii Attici Herodis* quod etiam ex inſcriptione Onuphriana eruitur, in qua cum *C. Bellicio* Torquato Conſul fuiſſe dicitur, inciditque ille conſulatus in A. C. 143. Ἀρχιερεὺς τῶν σεβαστῶν dicitur: quod ſacris agonibus M. Aurelii & L. Veri honoribus praefuerit: vid. ſ. v. *Scopeliani* §. I. n. 6. Μαραθώνιος vocatur a notiſſimo in Atticis pago, cuius erat: conf. noſtrum ſub fin. huius *vitae*. Υπατος in altera inſcr. vocatur h. e. *conſularis*. Mirum autem cl. virum N. Tillemontium, qui de *Herode* multa diligenter congeſſit in vita *Titi Antonini Pii*, §. IX. & nota ad eandem IV. dubitare in tanta luce potuiſſe, an *Herodes*, qui conſul Romae fuit, idem cum ſophiſta extiterit. Cauſae certe, quas adduxit

πατέρων ἐς τὰς δισυπάτους[2], ἀνέφερε δὲ ἐς τὰ τῶν Αἰακιδῶν[3], ἃς ξυμμάχας ποτὲ ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ τὸν Πέρσην ἐποιεῖτο. ἀπηξίωσε δὲ οὐδὲ τὸν Μιλτιάδην, οὐδὲ τὸν Κίμωνα[4], ὡς ἄνδρε ἀρίστω, καὶ πολλῷ ἀξίω Ἀθηναίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι περὶ τὰ Μηδικά. ὁ μὲν γὰρ ἦρξε τροπαίων

sulari iterata vice defunctos pertingebat: atque ab Aeacidis descendebat, quorum ope olim Graecia aduersus Persas fuit vsa. Neque Miltiadem enim, neque Cimonem dedignata est, optimos quippe viros, & quorum magna apud Athenienses certosque Graecos in bello aduersus Medos esset autoritas. Ille nempe tropaea ob Medos

dubitandi nullae sunt. Nam quod primo dicit, nuspiam sophistae aliud nomen Philostratum dare quam *Herodis*; *Attici* filium, nuspiam *Atticum* appellare: ad id respondendum, ita solere Philostratum *nomine* tantum, nulla habita *praenominum cognominumque* ratione, sophistas suos appellare. Sic *Lolliano*, sic *Polemoni* fecit, sic *Celeri* & aliis, quorum aliunde praenomina supra in notis ad vitas eorum nobis eruta fuere. Sic Gellius quoque, ex quo vel solo sophistam *Herodem* consulem fuisse probes, nunquam aliter quam *Herodem Atticum* vocat, semper tamen addito *consularis* titulo. At, inquies, *Atticum* tamen ille vocat, *Attici filium* tantum Philostratus. Ad hoc vero respondeat Salmas. Comment. ad *inscript. Regillae* p. 89. vbi de epitaphio Herodis, quod inf. Philostratus exhibet, & cuius initium Ἀτ̃λικ̃ Ἡρ̃ώδης Μαραθώνιος &c. qua ille occasione ita inter alia: *Graeci, quibus familiare hoc loquendi genus, non aliter hunc* Herodem *appellare consueuerunt quam* Ἡρ̃ώδην Ἀτ̃λικ̃ν, *nunquam vero* Ἡρ̃ώδην Ἀτ̃λικόν. *Romani vero, quibus alia consuetudo*, Herodem Atticum, *non* Attici, *hunc semper appellarunt, patris sui nomine scilicet.* — *Apud Graecos enim raro admodum filius patris nomine appellabatur, hinc moris erat posito alicuius nomine, vt sciretur quo patre natus esset, patris etiam nomen adponere, vt* Ἡρ̃ώδης Ἀτ̃λικ̃ — Ἀππίων Πλειστονίκ. *Romani vero*, apud quos fere filii patrum quoque nomina & cognomina vsurpabant — *suo more modoque loquentes, dixerunt potius* Herodem Atticum, Appionem Plistonicen *& similia. Hinc Suetonius* Apollonium, *qui* Molonis *erat filius, vt ab aliis eiusdem nominis distingueret, vocat* Apollonium Molonem — *Gellius in MSS. membranis* Appionem Plistonicem *vocat, vbi vulgo excusum est* Appion Polyhistor, *atqui* Appion *ille* Plistonicis *filius fuit.* Sed pergit Tillemontius: non meminisse *consulatus* Herodis Philostratum. Atqui meminit certe, tum in vita *Polemonis*, vbi ὕπατον ἐξ ὑπάτων dicit, tum ipsius *Herodis*, quem praenimio, quo fata vxoris Regillae prosequebatur, luctu, δευτέραν κλῆσιν τῆς ὑπάτου ἀρχῆς ἀναβαλέσθαι dicit: fuerit itaque iam ante eius excessum consul necesse est. Recordatur locorum istorum prioris paulo post Tillemontius: at, inquit, non *consulem* Romanum necessario ὕπατος notat, sed summam in aliis vrbibus dignitatem. Atque hoc quidem ipsi quoque agnoscimus. Hic vero aliter se rem habere, tot argumenta nobis iam allegata probant. At ne hoc quidem vir cl. ait Philostratum dicere, quod *Romae* vnquam fuerit Herodes. Imo autem dicit diserte in vita *Aristoclis*, quem *Romae* eius σχεδὸν λόγους ait frequentasse. Denique id vrget, quod, si Graecus fuisset Herodes Atticus, vir consularis, & idem cum nostro, causa non pateat, cur Gellius tanquam rem singularem obseruauerit facundia Graeca eum valuisse. At neque tanquam rem singularem id Gellius obseruauit, sed simplicissime rem ipsam exponit, sic enim lib. I. c. 2. qui est ipse, ad quem Tillemontius prouocat, locus: *Herodes Atticus vir & Graeca facundia & honore consulari praeditus*, quae sane verba cur Graecum non esse patiantur *consularem* illum *Herodem*, tam ego non sum oculatus, vt possim videre. Quid? quod, vt paulo post ipse agnoscit vir doctus, Gellius l. IX. c. 2. diserte dicat, Athenis ortum esse Herodem, virum consularem: & l. XVIII. c. 10. item lib. XIX. c. 12. Athenis eum commoratum ait, Cephisiaeque pulcerrimam domum habuisse: id quod Philostratus de hoc nostro etiam testatur. Ceterum, vt finem faciam, habes de hoc quoque Herode supra nonnulla in vitis *Fauorini* §. III. *Scopeliani* §. VII. *Polemonis* §. VI. VII. & *Secundi*, qui praeceptores, vt & inf. in vitis *Theodoti*, initio, *Aristoclis*, *Alexand.* §. III (ei nempe certamen eloquentiae cum eo intercessit,) vita item *Philagri* §. I. *Adriani* §. I. *Chresti* §. I. & II. *Pausaniae* sub initium, *Ptolemaei* §. I. *Ruffi* circa fin. *Oenomarchi* paulo post initium, *Heraclidae* §. VI. *Aeliani* §. III. Non erat autem hic Herodes Eccles. Annalium conditori confundendus cum eo, qui Irenarcha fuit Smyrnae tempore Martyrii Polycarpi, & de quo in epistola encyclica Smyrnaeorum de illo martyrio §. VI. & VIII. &c. Non congruit enim genus, illi nempe *Nicetas*, nostro *Atticus* parens fuit. vid. Iac. Vsserium in not. ad illam epist.

2 ἐς τὰς ὑπάτους] supra in vita *Polemonis* de nostro ὕπατος ἐξ ὑπάτων. Et Suidas v. Ἡρώδ. de parente nostri, *Attico*: ἦρξε τῆς Ἀσίας ὁ πατὴρ αὐτ̃, καὶ τοῖς δισυπάτοις συγκατελέχθη. Quid vero δισύπατος; Suidas in voce Δικτατ. *Dictatorem* δισύπατον apud Romanos esse dicit: quod nomen dictatoris vnde exsculpserit, nescio: rem ipsam, duplo sc. ampliorem dictatoris, quam consulis autoritatem, docet Paeanius Metaphr. ad Eutrop. l. I. c. 11. Nomen tamen etiam ex Lexico Graeco MS. in Glossario Latino, voce *Dissipatus*, & ex Michaele Psello in Grammatica MS. obseruat Cang. Gloss. Graeco. Sic enim ille: Δικτάτωρ ὁ δισύπατος, Διπλὸ διπλῆ χλαίνα. Quid ergo? an ex maioribus Herodis *Dictatores* Romanos habuisse dicemus? an forte magis placet δισυπάτων nomen *bis consules* hic notare? Eo certe sensu priores accepere interpretes. Sequenti aeuo non infrequens illa vox pro aliis quibusuis magistratibus illustrioribus, vrbibus regendis praefectis, meminitque *Theophanes* pag. 440. *Thomae Patritii* ἀπὸ δισυπάτων γενομένῳ. Plura de huius vocis vsu, sequiori aeuo, habet Cangius in Gloss. Latin. l. c. Hic quoque vox *virum primae* dignitatis mihi notare videtur, vt sint δισύπατοι, qui mox nominantur *Aeacidae, Miltiadae, Cimones*, & ipse pater Herodis, *Atticus*, qui quod Asiae ciuitatibus praefuisset, δισύπατος dicitur.

3 ἃς τὰ τ. Αἰακιδῶν] miratur ὁ πάνυ Salmasius, ad duas inscr. Herod. p. 112. & 118. quomodo ad *Aiacem* referre potuerit Philostratus genus *Herodis*, qui in *inscriptione Regillae* diserte dicatur ortum habuisse ex *Mercurio* & *Herse*, quae ex *Erechthei* familia est, Cecropis filia, cuius nato *Ceryci* originem Herodes in eadem inscriptione debere dicitur. Idem *Theseides* quoque ibidem vocatur, quoniam, vt visum Salmasio, Theseus quoque a Cecrope genus deriuat. Nisi potius, quod mihi videtur, Theseides vocetur eo nomine, quo omnes Athenienses, vt apud Virgil. Georg. II. p. 383.

Praemiaque ingentes pagos & compita circum
Theseidae posuere.

Certe enim non ex *Theseo*, sed ex eius amita magna, *Herse*, genus ducebat, nescioque adeo, an *Theseides* eo, quo Salmasius vult, sensu possit appellari. Sed vtut statuas de istis, *Cecropides* hac ratione vel *Erechteides* Herodes erit, non *Aeacides*. Non video, quid hisce viri magni reponi possit, nisi hoc forte, quod ex *Aeacidis* pariter ac *Erechtheidis* genus ille duxerit, paternum forte ex alteris, ex alteris maternum, quod ex nobilissima opibusque florentissima familia ei obtigit, vt paulo post innuit noster. Firmare hoc videtur peculiaris eius affectus in duos *pagos*, quorum alter ad *tribum* pertinebat, quae ab *Aiace*, alter ad eam, quae ab *Erechtheo* nomen obtinuit, *Marathonem*, inquam, & *Cephissiam*: cuius affectus in *hac ipsa* vita testem Philostratum habemus. διητᾶτο μὲν ὁ Ἡρώδης ἐν τῇ Ἀτ̃λικ̃ παρὰ τὰς φιλτάτας ἑαυτῷ δήμας Μαραθῶνα καὶ Κηφισίαν. Amabat itaque hos *pagos* Herodes, quod paternum maternumque eius genus originem inde duceret: quodque ad tribus pertinerent ab Heroibus denominatas, a quibus etiam genus vel reuera deriuaret, vel deriuare cuperet credi, arrepta ex ipsis illarum *tribuum*, *Aeantidis* & *Erechtheidis*, ex quibus paternum maternumque genus repetebat, nominibus occasione.

4 οὐδὲ τὸν Μιλτ. οὐδὲ τὸν Κίμωνα] hi enim ex *Aiacis* posteris erant: fuse de genere eorum disputatum Dauidi Chytraeo in Chronol. An. 3472. Rutgersio V. L. lib. I. cap. 9. Magio annot. in vitam Themistoclis apud Cornel. Nep. Petauio Rationar. Temp. lib. III. partis I. c. 2.

deui-

deuictos primus erexit; hic vero a Barbaris poenas exegit, ob ea, quae posthaec proterue ausi fuerunt. [Herodes autem] optime omnium hominum diuitiis vsus est. Id quod minime facile, sed in arduis maxime est atque difficilibus. Nam qui diuitiis ad satietatem vsque impleti sunt, petulantia in alios exundant. Solent autem diuitiarum Deum tanquam coecum perstringere, qui certe, licet alias coecus cummaxime visus fuerit, apud Herodem omnino extitit oculatus. Amicos enim respexit, respexit ciuitates, respexit totas gentes, viro isto omnium curam gerente, diuitiasque sibi accumulante in animis eorum, qui liberalitate eius fruerentur. Sane enim decere aiebat recte opibus vtentem, vt egentibus quidem det, ne egeant; non indigentibus autem, ne forte in egestatem incidant. Diuitias vero, ad communem vsum non collatas, & parsimonia detentas, mortuas appellabat diuitias: thesauros autem vbi pecunias quidam recondunt, diuitiarum carceres. Eos porro, qui reconditis gazis tantum non vt Diis sacra facienda putant, Aloadas cognominabat, Marti sacrificantes, postquam in vincula eum coniecissent.

II. Diuitiarum fontes autem multi ei fuere, & e multis familiis deriuati: maximi tamen patrius atque maternus. Nam auus quidem ipsius Hipparchus, bonorum passus est publicationem ob maiestatis crimen, quod non Athenienses quidem detulerunt, non latuit tamen Imperatorem. Atticum vero illius filium, & Herodis patrem, non neglexit fortuna, e diuite pauperem factum, verum thesaurum ei ostendit immensum in domorum aliqua reconditum, quas prope theatrum possidebat. Cuius quidem magnitudine metu magis quam gaudio plenus ad Imperatorem

Μηδικῶν· ὁ δὲ ἀπήτησε δίκας τὰς βαρβάρας, ὧν μετὰ ταῦτα ὕβρισαν. ἄρισα δὲ ἀνθρώπων πλούτῳ ἐχρήσατο. τυτὶ δὲ μὴ τῶν εὐμεταχειρίσων[5], ἀλλὰ τῶν πάνυ χαλεπῶν[6] τε καὶ δυσκόλων. οἱ γὰρ πλούτῳ μεθύοντες, ὕβριν τοῖς ἀνθρώποις ἐπαντλοῦσι[7]. προσδιαβάλλυσι δὲ ὡς καὶ τυφλὸν τὸν πλοῦτον, ὃς, εἰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐδόκει τυφλὸς, ἀλλ' ἐπὶ Ηρῴδῃ γε ἀνέβλεψεν. ἔβλεψε μὲν γὰρ ἐς φίλυς, ἔβλεψε δ' ἐς πόλεις, ἔβλεψε δ' ἐς ἔθνη, πάντων περιοπὴν ἔχοντος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ θησαυρίζοντος τὸν πλοῦτον ἐν ταῖς τῶν μετεχόντων αὐτοῦ γνώμαις[8]. ἔλεγε γάρ δη, ὡς προσήκοι τῷ ὀρθῶς πλούτῳ χρωμένῳ, τοῖς μὲν δεομένοις ἐπαρκεῖν, ἵνα μὴ δέωνται, τοῖς δὲ μὴ δεομένοις, ἵνα μὴ δεηθῶσιν. ἐκάλει δὲ τὸν μὲν ἀσύμβολον[9] πλοῦτον, καὶ φειδοῖ κεκολασμένον, νεκρὸν πλοῦτον. τοὺς δὲ θησαυροὺς, ἐς οὓς ἀποτίθενται τὰ χρήματα ἔνιοι, πλούτου δεσμωτήρια· τοὺς δὲ καὶ θύειν ἀξιοῦντας ἀποθέτοις χρήμασιν[10] Αλωάδας[11] ἐπωνόμαζε, θύοντας Ἄρει μετὰ τὸ δῆσαι αὐτόν.

Πηγαὶ δὲ αὐτῷ τοῦ πλούτου πολλαὶ μὲν, κἀκ πολλῶν οἴκων· μέγισαι δὲ ἥτε πατρῴα, καὶ ἡ μητρόθεν. ὁ μὲν γὰρ πάππος αὐτοῦ, Ιππαρχος[1], ἐδημεύθη τὴν οὐσίαν ἐπὶ τυραννικαῖς αἰτίαις, ἃς Αθηναῖοι μὲν οὐκ ἐπῆγον, ὁ δὲ αὐτοκράτωρ οὐκ ἠγνόησεν. Ατλικὸν[2] δὲ, τοῦ ἐκείνου παῖδα, Ηρῴδου δὲ πατέρα, οὐ περιεῖδεν ἡ τύχη, πένητα ἐκ πλουσίου γενόμενον, ἀλλ' ἀνέδειξεν αὐτῷ θησαυρὸν χρῆμα ἀμύθητον[3], ἐν μιᾷ τῶν οἰκιῶν, ἃς πρὸς τῷ θεάτρῳ ἐκέκτητο. ὃ διὰ μέγεθος εὐλαβὴς μᾶλλον ἢ περιχαρὴς γενόμενος, ἔγραψε πρὸς

5 εὐμεταχειρίσων] cod. S. addit ἡγώμεθα.

6 πάνυ χαλεπῶν] cod. S. παγχαλεπῶν.

7 ὕβριν τοῖς ἀνθρ. ἐπαντλοῦσι] frequens Philostrato vsus vocis ἐπαντλεῖν de variis rebus. Sic semel iterumque in his vitis ἐπαντλεῖν χρήματα dicit. vid. vitam *Polemonis* init. & in vit. Apollonii I. I. c. 9. ἐπαντλεῖν πηλόν. Ceterum h. l. ad Solonis dictum alludere videtur: apud Diogen. Laert. II, 59: τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γενιᾶσθαι, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου.

8 θησαυρίζοντος τὸν πλοῦτον ἐν ταῖς τῶν μετεχόντων αὐτοῦ γνώμαις] geminum plane loquendi genus, quo vsus saluator est: θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ Matth. VI, 10.

9 ἀσύμβολον] ita optime MS. S. Editi ἀσύμβολον.

10 θύειν ἀξιοῦντας ἀποθέτοις χρήμ.] h. e. qui Deum faciunt *Mammona*, eique tantum non sacrificia offerunt.

11 Αλωαδας] vid. plura de hac fabula apud Erasmum in Chiliadib. p. m. 86. vbi hunc ipsum Philostrati locum allegat

§. II. 1 Ιππαρχος] de lectionis huius veritate dubitabat Ionsius de Script. Hist. Philos. lib. III. cap. 7. Nempe Πλούταρχον ille hic quaerebat, Attici Platonici patrem, cum quo Atticum Herodis patrem confundebat. vid. not. sq.

2 Ατλικὸς] philosophum Platonicum intelligit Ionsius l. c. Plutarchi filium, cuius Plotinus meminit Ennead. I. l. I. p. 9. & Plutarch. περὶ μοναρχ. itemque Eusebius in Chronico sub M. Aurelio, qui & fragmenta Platonici Attici exhibuit Praep. l. XI. c. 1. 2. & XV. c. 4. quod & Theodoretus fecit Therap. VI. p. 573. & XII. p. 671. Verum, si recte Eusebius Attici illius Platonici aetatem annotauit, cum nostro is vnus esse haut potest, qui ad M. Aurelii aetatem pertingere non potuit, qua filium eius, Herodem, iam senem fuisse ex hac ipsa Philostrati vita constat: ipsumque Atticum Nerua imperante adulta iam fuisse aetate hoc ipso loco indicatur. Praeterea mirum, de eius in Platonismum meritis nil addere Philostratum, si eis celebritatem nominis aliquam quaesiuit.

3 θησαυρὸν χρῆμα ἀμύθητον] sic Aelian. Var. I, 2. σοφίτι ἄρα χρῆμα γέγος βατράχων. Et paulo ante in Polemone λάλοι χρῆμα Φαιδρῖνος. vide ibi §. IX. n. 13.

τὸν αὐτοκράτορα ἐπιστολήν, ὧδε ξυγκειμένην· "θησαυρὸν, ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ τῆς ἐμαυτῆ οἰ- "κίας ἑύρηκα. τί ἂν περὶ αὐτῆ κελεύεις;" καὶ ὁ "αὐτοκράτωρ, Νερύας δὲ ἦρχε τότε, "χρῶ, ἔφη, οἷς ἔυρες". τῆ δὲ Ατλικῆ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐυλαβείας μείναντος, καὶ γράψαντος "ὑπὲρ ἑαυτὸν "εἶναι τὰ τῆ θησαυρῆ μέτρα" "καὶ παραχρῶ, ἔφη, τῷ ἐρμαίῳ· σὸν γάρ ἐστιν". ἐντεῦθεν μέγας μὲν ὁ Ατλικὸς, μείζων δὲ Ηρώδης. πρὸς γὰρ τῷ πατρῴῳ πλούτῳ καὶ ὁ μητρῷος αὐτῷ πλοῦτος, ὐ παραπολὺ τοῦτο, ἐπερρύη.

Μεγαλοψυχία δὲ λαμπρὰ καὶ περὶ [1] τὸν Ατλικὸν τοῦτον. ἦρχε μὲν γὰρ τῶν κατὰ τὴν Ασίαν ἐλευθέρων πόλεων [2] ὁ Ηρώδης. ἰδὼν δὲ τὴν Τρωάδα [3] βαλανείων τε πονηρῶς ἔχουσαν, καὶ γεώδες ὕδωρ ἐκ φρεάτων ἀνιμῶντας, ὀμβρίων τε ὑδάτων θήκας ὀρύττοντας, ἐπέστειλεν Αδριανῷ, τῷ αὐτοκράτορι, μὴ περιίδεῖν [4] πόλιν ἀρχαίαν καὶ εὐθάλαττον, αὐχμῷ φθαρεῖσαν, ἀλλ' ἐπιδοῦναι σφίσι τριακοσίας μυριάδας [5] ἐς ὕδωρ, ὧν πολλαπλασίας ἤδη καὶ κώμαις ἐπιδεδώκει. ἐπήνεσεν ὁ αὐτοκράτωρ τὰ ἐπεσταλμένα, ὡς πρὸς τρόπον ἑαυτῷ ὄντα, καὶ τὸν Ηρώδην αὐτὸν ἐπέταξε τῷ ὕδατι. ἐπεὶ δὲ ἐς ἑπτακοσίας μυριάδας ἡ δαπάνη πρόβαινεν, ἐπέστελόντε τῷ αὐτοκράτορι οἱ τῆς Ασίας ἐπιτροπεύοντες [6], ὡς δεινὸν, πεντακοσίων πόλεων [7] φόρον ἐς μιᾶς πόλεως δαπανᾶσθαι κρήνην· ἐμέμψατο πρὸς τὸν Αττικὸν ὁ αὐτοκράτωρ ταῦτα. καὶ ὁ Ατλικὸς μεγαλοφρονέστατα ἀνθρώπων, "ὦ βασιλεῦ, εἶπεν, ὑπὲρ "μικρῶν μὴ παροξύνῃ. τὸ γὰρ ὑπὲρ τὰς τρια- "κοσίας μυριάδας ἀναλωθὲν ἐγὼ μὲν τῷ υἱῷ ἐ-

epistolam scripsit, his verbis contextam; *Thesaurum, Imperator, domi meae inueni; quid de eo fieri iubes?* Imperator itaque, Nerua autem regnabat: *Vtere*, respondit, *iis quae inueniſti.* Cumque Atticus in eodem metu persisteret, scriberetque *modum thesauri sortem suam superare: praeter modum ergo eo vtere*, ille respondit, *quod fortuna tibi obtulit: tuum enim est.* Atque inde magnus quidem Atticus, maior vero Herodes extitit. Praeter paternas enim opes maternae quoque diuitiae, non multum illis inferiores, ei affluxerunt.

III. Erat autem magnificentia Attici huius plane insignis. Praeerat nempe liberis Asiae ciuitatibus Herodes. Videns autem Troadenses balneis laborare, atque aquam lutulentam ex puteis haurire, aquae item pluuiae reconditoria effodere; ad Imperatorem Adrianum scripsit, ne antiquam ciuitatem, & ad mare commode sitam squalore perire sineret, daretque illi trecentas [drachmarum] myriadas, ad aquam comparandam, qua summa maiorem vicis quoque donauerit. Probauit, quae scripserat, Imperator, quae ingenio eius essent accommodata; ipsumque Herodem curandis aquis praefecit. Cum vero ad myriadas drachmarum septingentas sumtus excreuissent, scriberentque ad Imperatorem Asiae procuratores, ferri non posse, quod quingentarum ciuitatum vectigalia in fontem vnius vrbis impenderentur; ea de re apud Atticum Imperator ipse conqueſtus est. Atticus vero, magnificentissime mortalium: *Imperator*, inquit, *rebus exiguis indignari noli. Nam quod supra trecentas myriadas impensum est, ego quidem filio dono, filius*

§. III. 1 περὶ] sic optime cod. S. Editi παρὰ, quod & interpretes secuti fuerant, quasi sensus sit, ab *Herode* superatum μεγαλοψυχίᾳ *patrem* fuisse. Verum, quod sequitur μεγαλοψυχίας argumentum ad *Atticum* pertinet, *Herodis* patrem, non ipsum Herodem, vt ex sequentibus patet. Imo & connectendi ratio cum praecedentibus lectionis nostrae veritatem euincit. Nempe ait: magnum Atticum, maiorem Herodem opibus extitisse. Sed tamen μεγαλοψυχίαν λαμπρὰν καὶ περὶ τὸν Ατλ. &c. h. e. *etiam Atticum magnificentia fuisse insigni.*

2 ἦρχε μὲν γὰρ τῶν κατὰ Ασίαν ἐλευθ. πόλεων] sunt vrbes ἐλευθέραι, quae αὐτονόμοι in antiquis monimentis passim vocantur, h. e. quae suis & legibus vtebantur & magistratibus, de quibus nonnulla ad vitam Apollonii lib. VIII. c. vlt. Quae vero illa Herodis in illis ἀρχή, cuius mentionem fieri quoque supra videmus in vita *Polemonis* §. VI. n. 7. & inf. hac ipsa vita §. VIII? Eandem esse puto cum ea, quam Maximus obiit ap. Plin. ep. 24. l. VIII. *qui missus ad ordinandum statum liberarum ciuitatum in Achaia fuerat.* Sic nempe S. in *Polemone* de Herode quoque: τὰς ἐλευθέρας πόλεις διωρθοῦτο. *Imperium* vero & *fasces* in eo magistratu Maximo Plinius tribuit: ipsum autem *legationis* nomine vocat, *iudicio* demandatae *Maximo*, *iudicio* nempe Imperatoris. Videtur igitur hic magistratus extraordinarius fuisse: nam alias liberarum ciuitatum cura ad ordinarios pertinebat prouinciarum rectores, ad quos prouocatum etiam nonnunquam ab ipsarum magistratibus. *Dionis* quoque exemplum huc trahit Tillemontius, qui, imperante Macrino, Smyrnae & Pergamo, liberis Asiae ciuitatibus, praefuit, vt videre est apud ipsum l. LXXIX. p. 989.

3 Τρωάδα] Αλεξανδρείαν Τρωάδα alias vocant libri & monimenta vetera, sed tamen & absolute Τρωὰς dicitur. v. notata Spanhemio ad Callimachi Hymn. in Cer. v. 135. Et Harduino de Nummis Vrb.

4 περιίδεῖν] sic cod. S. vulgati ὑπεριδεῖν.

5 τριακοσίας μυριάδας] ita drachmas, non expresso nomine, designari vsu receptum Graecis. conf. notata ad vitam Polemonis §. VII.

6 ἐπιτροπεύοντες] non praesides ἡγεμόνες vel στρατηγοὶ, sed ἐπίτροποι, quorum cura fisci Imperatoris prouinciis, vt notum.

7 πεντακοσίων πόλεων] nempe tot numerabantur Asiae ciuitates, vid. ad epist. Apollonii LIIX. not. 22: ex quibus quicquid ad fiscum Imperatoris rediret in illud opus impendi conqueruntur.

ciui-

ciuitati. At & teſtamentum, quo Athenienſi populo quotannis minam viritim diſtribuendam reliquit, animi magnitudinem in viro arguit, qua in aliis etiam vſus eſt rebus, vna ſaepe die centum Mineruae boues mactans, & ſacro epulo Athenienſem populum per tribus & genera excipiens: Dionyſiiſque aduentantibus, & in Academiam Dionyſii ſimulacro deſcendente, vinum praebens in Ceramico, ciuibus ſimul & hoſpitibus in hederaceis thoris accubantibus.

IV. At, quoniam de Attici teſtamento mentio facta eſt, res poſtulat, vt cauſas quoque exponam, ob quas Herodes Athenienſes offendit. Nempe teſtamenti tabulae ſe habebant, vt diximus, eas autem ex libertorum ſuorum conſilio ſcripſerat, qui grauem & libertis & ſeruis Herodi indolem eſſe intelligentes, refugium ſibi parabant apud Athenienſium populum, vt qui liberalitatis iſtius extitiſſent autores. Et quae cum libertis quidem Herodi negotia fuerint, argumento eſto inuectiua, quam contra eos fecit, omni erecto linguae ſuae aculeo. Publicato teſtamento conuenit Athenienſibus cum Herode, vt, quinque minas ſingulis ſoluens ſemel, quo minus perpetuo dare teneretur, redimeret. Verum vbi ad menſas, pecuniae, de qua conuentum erat, cauſa accederent, ipſeque iis ſyngraphas patrum auorumque, vt qui in aere eſſent parentum Herodis, produceret, ſubeundaque ipſis compenſatio eſſet, atque aliqui quidem numeratae pecuniae parum, alii nihil acciperent, nonnulli etiam in obligatione manerent, vt quorum debito compenſatio non ſufficeret; id ipſum Athenienſium animos exacerbauit, vt qui legato defraudarentur: neque odio eum habere tum etiam deſtiterunt, cum maximis beneficiis eos ille afficeret. Stadium igitur *Panathenaicum* cognominari aiebant, eo quod extructum [ab eo] ſit ex pecuniis, quibus defraudati ſint *Athenienſes omnes.*

V. Nempe ſacris apud Athenienſes, tum cognominibus, tum *Panelleniis*, praefuit. Cumq;

πιδίδωμι, ὁ δὲ υἱὸς τῇ πόλει." καὶ αἱ διαθῆκαι δὲ, ἐν αἷς τῷ τῶν Αθηναίων δήμῳ κατέλιπε καθ' ἕκαστον ἔτος μνᾶν καθ' ἕνα, μεγαλοφροσύνην κατηγορῶσι τοῦ ἀνδρὸς, ᾗ καὶ ἐς τἆλλα ἐχρῆτο· ἑκατὸν μὲν βοῦς τῇ θεῷ θύων ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πολλάκις, ἑστιῶν δὲ τῇ θυσίᾳ τὸν Αθηναίων δῆμον κατὰ φυλὰς[8] καὶ γένη· ὁπότε δὲ ἥκοι Διονύσια, καὶ κατίοι ἐς Ακαδημίαν τὸ τοῦ Διονύσου ἄγαλμα[9], ἐν Κεραμεικῷ ποτίζων ἀγοὺς ὁμοίως καὶ ξένους, κατακειμένους ἐπὶ σισύραις κιττοῦ.

Επεὶ δὲ τῶν τοῦ Αττικοῦ διαθηκῶν ἐπεμνήσθην, ἀνάγκη καὶ τὰς αἰτίας ἀναγράψαι, δι' ἃς προσέκρουσεν Ηρῴδης Αθηναίοις. εἶχον μὲν γὰρ αἱ διαθῆκαι ὡς εἶπον, ἔγραψε δὲ αὐτὰς ξυμβολίᾳ τῶν ἀμφ' ἑαυτὸν ἀπελευθέρων, οἱ χαλεπὴν ὁρῶντες τὴν Ηρῴδου φύσιν ἀπελευθέροις τε καὶ δούλοις, ἀποστροφὴν ἐποιοῦντο τοῦ Αθηναίων δήμου, ὡς τῆς δωρεᾶς αὐτοὶ αἴτιοι. καὶ, ὁποῖα μὲν τῶν ἀπελευθέρων τὰ πρὸς τὸν Ηρῴδην, δηλούτω ἡ κατηγορία, ἣν πεποίηται σφῶν, πᾶν κέντρον ἡρμένος[1] τῆς ἑαυτοῦ γλώττης. ἀναγνωσθεισῶν δὲ τῶν διαθηκῶν, ξυνέβησαν οἱ Αθηναῖοι πρὸς τὸν Ηρῴδην, πέντε μνᾶς αὐτῶν ἑκάστῳ καταβαλόντα πρίασθαι παρ' αὐτῶν, τὸ μὴ ἀεὶ διδόναι[2]. ἀλλ' ἐπεὶ προσῆσαν μὲν ταῖς τραπέζαις[3] ὑπὲρ τῶν ὡμολογημένων, ἐπανεγινώσκετο δὲ αὐτοῖς ξυμβόλαια πατέρων τε καὶ πάππων, ὡς ὀφειλόντων τοῖς Ηρῴδου γονεῦσιν, ἀντιλογισμοῖς τε ὑπήγοντο· καὶ οἱ μὲν μικρὰ ἠριθμοῦντο, οἱ δὲ οὐδέν, οἱ δὲ συνείχοντο ἐπ' ἀγορᾶς, ὡς καὶ ἀποδώσοντες· ταῦτα παρώξυνε τοὺς Αθηναίους, ὡς ἡρπασμένους τὴν δωρεάν, καὶ οὐκ ἐπαύσαντο μισοῦντες, οὐδ' ὁπότε τὰ μέγιστα εὐεργετεῖν ᾤετο. τὸ οὖν στάδιον ἔφασαν ἐπωνομάσθαι Παναθηναϊκὸν, κατεσκευάσθαι γὰρ αὐτὸ ἐξ ὧν ἀπεστεροῦντο Αθηναῖοι πάντες.

Καὶ μὴν καὶ ἐλειτούργησεν Αθηναίοις, τήν τε ἐπώνυμον[1], καὶ τὴν τῶν Πανελληνίων. στεφανω-

8 κατὰ φυλὰς] quarum IV initio, poſt X, poſtremo XII Athenis. vide notata Poſtello de Republ. Athenienſ. c. 2. Meurſio de Regibus Athenienſ. l. I. c. 7.

9 ἐς Ακαδημίαν τὸ Διονύσ. ἄγαλμα] Ακαδημία ipſiſſimus eſt *Ceramicus* extra vrbem. vide *Meurſium* de Ceramico gemino cap. 10. Ibi templum, in quod Dionyſiis Bacchi Eleutherenſis ſimulacrum deportatum, de quo ex noſtro & Pauſania agit idem Meurſius l. c. cap. 20.

§. IV. 1 πᾶν κέντρ. ἡρμένος] ſic malim cum cod. S. Gruter. & Salmaſii quam ἠρμένου cum editis.

2 τὸ μὴ ἀεὶ διδόναι] nempe quotannis *minam* dare vi teſtamenti tenebatur ſingulis, quae ne *ſemper* danda pecunia eſſet, ſemel ſoluta certa ſumma, de qua cum Athenienſibus paciſcebatur, effecit.

3 τραπέζαις] ad menſas *Trapezitarum*, qui nomine Herodis ſummam, de qua conuenerat, exſoluerent cuiuis.

§. V. 1 καὶ μὴν καὶ ἐλειτούργησεν Αθηναίοις τήν τε ἐπώνυμον &c.] Male editi ἐλειτούργησαι Αθηναίοις. Quid opus enim dicere, Athenaeos Panathenaea & Panellenia celebrare, quod notiſſimum. Αθηναίοις igitur habebat cod. S. Vnde

θεὶς δὲ τὴν τῶν Παναθηναίων [2], καὶ ὑμᾶς, εἶπεν, ὦ Αθηναῖοι, καὶ τῶν Ελλήνων τὰς ἥξοντας, καὶ τῶν ἀθλητῶν τὰς ἀγωνιουμένας ὑποδέξομαι σταδίῳ λευκῷ λίθῳ [3]. καὶ εἰπὼν ταῦτα, τὸ στάδιον, τὸ ὑπὲρ τὸν Ιλισσὸν, εἴσω τετάρων ἐτῶν ἐπετέλεσεν, ἔργον ξυνθεὶς ὑπὲρ πάντα τὰ θαυμάσια, οὐδὲν γὰρ θέατρον αὐτῷ ἀμιλλᾶται. καὶ εἶναι περὶ τῶν Παναθηναίων τούτων ἤκουον [4]. πέπλον μὲν ἀνῆφθαι τῆς νεὼς, ἡδίῳ γραφῆς, σὺν ἱερίῳ τῷ κόλπῳ· δραμεῖν δὲ τὴν ναῦν, οὐχ ὑποζυγίων ἀγόντων, ἀλλ' ὑπογείοις μηχαναῖς ἐπολισθαίνουσαν. ἐκ Κεραμεικοῦ δὲ ἄραντα χιλίᾳ κώπῃ, ἀφεῖναι ἐπὶ τὸ Ελευσίνιον, καὶ, περιβαλόντα αὐτὸ, παραμεῖψαι τὸ Πελασγικὸν· κομιζομένην τε παρὰ τὸ Πύθιον, ἐλθεῖν οἷ νῦν ὥρμισται. τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα τοῦ σταδίου νεὼς ἐπέχει τύχης, καὶ ἄγαλμα ἐλεφάντινον, ὡς κυβερνώσης πάντα. μετεκόσμησε δὲ καὶ τὰς Αθηναίας Εφήβους [5] ἐς τὸ νῦν σχῆμα, χλαμύδας πρῶτον ἀμφιέσας λευκάς. τέως γὰρ δὴ, μελαίνας ἐνημμένοι, τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο, καὶ τὰς πομπὰς ἔπεμπον, πενθούντων δημοσίᾳ τῶν Αθηναίων τὸν κήρυκα, τὸν Κοπρέα [6], ὃν αὐτοὶ ἀπέκτειναν, τὰς Ηρα-

praesidendi in Panathenaeis dignitatem obtinuisset: *Et vos*, dixit, *Athenienses, & Graecos, quotquot venient, hospites, & athletas certaturos, stadio, ex albo lapide structo, excipiam.* Haec pollicitus, stadium, quod Iliſſo flumini imminet, intra quatuor annos perfecit; opus extruens, excellentissima superans quaeuis, nullum enim theatrorum cum eo conferri potest. Audiui de Panathenaeis illis & ista: velum e naui fuisse suspensum, picturis iucundissime ornatum, cum sinu vento obuerso, nauimque nullis trahentibus iumentis decurrisse, super machinas subterrestres leniter delabentem. Ex Ceramico autem dimissam mille remis ad Eleusinium peruenisse, eoque circumnauigato praeteriisse Pelasgicon, ad Pythion vero praeteruectam, eo appulisse vbi nunc consistit. Alterum autem stadii latus fanum fortunae occupat, cum statua eius ex ebore, vt quae omnia gubernet. Habitum quoque mutauit Athenienſium Epheborum, in eum quo hodie vtuntur, chlamydibus albis primus eos vestiens. Tum enim quidem atris induti conciones circumsidebant, & transuectiones suas obibant, lugentibus publice Athenienſibus praeconem Copream, quem ab ara Heraclidas auellen-

---

facile patebat ἐλευτέργησαν esse etiam emendandum. Nostram emendationem Gruteri & Salmasii lectiones aperte firmare, postea nobis obseruatum. Nempe sensus est: Herodem *Panathenaeis*, quae dicitur ἐπώνυμος ἑορτὴ, *festum cognomine*, quod ab *Athenis* habeat nomen, (vid. & inf. vit. *Apollonii Athienſ.* n. 6.) & *Panelleniis* praefuisse: & cum *Panathenaeis* praesideret, *stadium* magnificum exstruxisse, variaque, quod in talibus solennibus fieri ab ἀεχιερεῦσι solebat, spectacula edidisse. Erat igitur hoc *stadium Panathenaicum*, quod, a Lycurgo rhetore olim extructum, restaurauit, atque ex albo lapide, vt mox sequitur, exstruxit Herodes: quod, ὀκώπτοντες Athenienses merito *Panathenaicum* dici aiebant, eo quod ex pecunia testamentaria *omnibus Athenienſibus* subtracta esset aedificatum. Ceterum de *Panathenaeis* v. Meursium libro peculiari, quem in nonnullis castigauit Petitus de legib. Att. p. 18. seq. Idem Meursius lib. de *festis Graec.* de πανελληνίοις quoque affatim.

2 στεφαν. δὲ τὴν τῶν παναθην.] subint. λειτυργίαν. Editi habebant στεφανωθεὶς δὲ καὶ τὸν. Visum nobis illud καὶ superfluum. Ceterum de simili loquendi genere vide s. vita *Polemonis* §. I. not. 6. Hinc vero etiam videmus Panathenaea, sicut cetera festa quinquennalia, ab ἱεροποιοῖς non celebrata fuisse, qua de re nonnulla Meurs. l. cit. Et electum fuisse statim post ea peracta, qui proxime secuturis praeesset, ex eo colligimus, quod Herodes στεφανωθεὶς stadium aedificare coeperit, quadriennioque in eo opere consumto, inde quinto anno Gymnicos agones, ipso festo, in eo ediderit. Υπαρχοι dictum, qui Panathenaeis praeesset colligas forte ex Athenaeo l. IV. p. 167.

3 σταδίῳ λευκῷ λίθῳ] huius stadii, ab Herode constituti, mentio etiam apud Pausan. in Atticis, qui itidem lapide albo illud exstructum ait, & Iliſſi fluuii, ad quem positum illud, meminit. Locus eius Meursio obseruatus Panathen. c. 9. Ceterum in hoc stadio sepultus Herodes fuit, vid. inf. sub finem huius vitae.

4 π. τῶν Παναθην. τούτ. ἤκουσι] τούτων non significat ea praecise *Panathenaea*, quibus Herodes praefuit, sed in genere *hoc festum Panathenaeorum*: nam ante Herodem quoque, & post eum, solennis illa nauis, cum peplo Mineruae, πομπὴ fuit celebrata: de qua fuse Meurs. l. c. cap. 17-19. Philostrati aetate haec *pompa* & ipsa forte totius festi solennitas cessauerat: nauis tamen supererat, vt ex sequentibus eius verbis colligitur.

5 μετεκόσμ. δὲ καὶ τ. Αθην. ἐφ.] haec doctissimus Meursius Panathen. c. 22. retulerat ad *Ephebos* in Panathenaica pompa procedentes. At multis argumentis ostensum Samueli Petito de Legibus Atticis p. 26. sq. non potuisse ante Herodem Ephebos in illis solennibus pullatos incedere. Non itaque de Panathenaeis amplius loquitur Philostratus, sed nouam rem exordiur; loquiturque de chlamydibus eorum, quos περιπόλους vocabant, mutatis. De περιπόλοις hisce multa Mauſſacus ad Harpocrationem p. 240, & Petitus ad Leges Attic. p. 547. Erant nempe illi ἔφηβοι qui decimum octauum annum attigissent, a quo, vsque ad vigesimum, accepta a populo pro concione scuto & hasta περιπολεῖν, atque *excubias agere* in Attica debebant, ad quas in vrbe quoque tenebantur populo coacto, id quod Philostratus paulo post innuit τὰς ἐκκλησίας eos περικαθῆσθαι dicens. Illis νόμος χλαμύς περιτίθεται: vt est apud Artemidor. onirocrit. c. 56. lib. I: fuisseque eos hisce *chlamydibus* suis, eisque *nigris*, quas Herodes in albas mutauerit, in transuectionibus suis indutos, siue lustrationibus, (quae sunt πομπαὶ; quarum mox meminit Philostratus,) vt & in obeundo excubitorum, coacto populo, munere, Petitus non sine probabilitate existimat.

6 τὸν κήρυκα τὸν Κοπρέα] qui Heraclidas, Peloponneso expulsos ab Erechtheo, nomine eius ab Athenienſibus repetebat, ad quos illi confugerant, vid. Euripidem in Heraclidis.

tem

tem ipſi olim interfecerant. Porro theatrum Herodes Athenienſibus ſtruxit in memoriam Regillae, cum laquearibus ex cedro confectis: eaque materia quoque ſtatuario opere elegantер eſt elaborata. Atque iſta quidem duo apud Athenienſes [aedificia] ſimile alibi in orbe Romano habent nihil. Operae pretium eſt vt de theatro etiam ſublaqueato, quod Corinthiis aedificauit, verba faciamus, Athenienſi quidem multo inferiore, quod & ipſum tamen in paucis ſit alibi celebratiſſimis, item de ſtatuis Iſthmi, Iſthmiique Neptuni & Amphitrites Coloſſea ſtatua, ceteriſque, quibus templum repleuit, vt qui ne Delphini quidem Melicertae curam omiſerit. Pythio etiam Apollini ſtadium, quod Delphis eſt, dicauit, & aquam ad Olympia Ioui: Theſſalis autem, & Graecis Meliaci ſinus accolis lauacra in Thermopylis, aegrotantibus ſalutaria. De Canuſio quoque, Italiae oppido, optime meritus eſt, aquis illud cultius reddens, quibus maxime opus habebat. Bene etiam meritus eſt de Euboeae & Peloponneſi, & Boeotiae ciuitatibus, alia re de alia. Bene meritus de Orico quoque in Epiro fuit, iam ad extrema redacto, aliiſque plurimis.

VI. Licet autem tantis operibus illuſtriſſimus eſſet, magnum tamen nihil feciſſe ſibi videbatur, quod Iſthmum perfodere ipſi datum non eſſet: magnificum eſſe putans, continentem abſcindere, geminumque committere pelagus, & circumnauigationis ſtadiorum ſex millium & viginti, mari emetiendorum, longitudinem contrahere. Atque huius quidem rei deſiderio tenebatur, ſed ab Imperatore id petere non audebat, ne reprehenſio-

κλείδας τῷ βωμῷ[7] ἀποσπῶντα. ἀνέθηκε δὲ Ἡρώδης Ἀθηναίοις καὶ τὸ ἐπὶ Ῥηγίλλῃ[8] θέατρον, κέδρῳ ξυνθεὶς τὸν ὄροφον· ἡ δὲ ὕλη καὶ ἐν ἀγαλματοποιΐαις σπουδαία. δύο μὲν δὴ ταῦτα Ἀθήνησιν, οἷα οὐχ ἑτέρωθι τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις. ἀξιώσθω δὲ λόγου καὶ τὸ ὑπωρόφιον θέατρον, ὃ ἐδείματο Κορινθίοις, παραπολὺ μὲν τῷ Ἀθήνησιν, ἐν ὀλίγοις δὲ τῶν παρ' ἄλλοις ἐπαινουμένων, καὶ τὰ Ἰσθμοῖ ἀγάλματα, ὅ, τε τῷ Ἰσθμίῳ[9] Κολοσσὸς, καὶ ὁ τῆς Ἀμφιτρίτης, καὶ τἄλλα ὧν[10] τὸ ἱερὸν ἐνέπλησεν, οὐδὲ τὸν τῷ Μελικέρτᾳ παρελθὼν δελφῖνα[11]. ἀνέθηκε δὲ καὶ τῷ Πυθίῳ τὸ Πυθοῖ στάδιον, καὶ τῷ Διὶ τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ὕδωρ. Θετταλοῖς τε, καὶ τοῖς περὶ Μηλίδα κόλπον[12] Ἕλλησι, τὰς ἐν Θερμοπύλαις κολυμβήθρας, τοῖς νοσοῦσι παμφελεῖς. ὤνησε[13] δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ[14] Ἰταλίᾳ Κανύσιον, ἡμερώσας ὕδατι, μάλα τότε δεόμενον. ὤνησε[15] δὲ καὶ τὰς ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ Πελοποννήσῳ, καὶ Βοιωτίᾳ πόλεις, ἄλλοθι[16] ἄλλην. ὤνησε[17] δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ ἠπείρῳ Ὠρικὸν[18], ὑποδεδωκὸς ἤδη, καὶ ἕτερα πολλά.

Καὶ τοσοῦτος ὢν μεγαλεργίᾳ, μέγα οὐδὲν εἰργάσθαι ᾤετο, ἐπεὶ μὴ τὸν Ἰσθμὸν ἔτεμε· λαμπρὸν ἡγούμενος, ἤπειρον ἀποτεμεῖν, καὶ πελάγη συναψαι διπλᾶ, καὶ περίπλους σταδίων ἑξακισχιλίων καὶ εἴκοσι θαλάττης ξυνελεῖν μήκη[1]. καὶ τότε ἦρα μὲν, οὐκ ἐθάρρει δὲ αἰτεῖν αὐτὸ ἐκ βασιλέως, ὡς μὴ διαβληθείη, διανοίας δο-

---

7 τῷ βωμῷ] erat illa ara miſericordiae, quae ἄσυλος erat. vid. obſeruata Meurſio Ceramic. Gemin. c. 16. Meminit & noſter diſerte inf. in *Polluce* ſub fin. item ep. 59. & 70.

8 Ῥηγίλλης θέατρον] Regilla, vxor Herodis, de cuius rebus paulo poſt plura. Theatri quoque eius memoriae ſtructi, inferius mentio iterum §. VIII. Id nempe eo loco exſtructum, quo ſepultae ea fuit, eique dedicatum eſt, vt ſit ἡρῷα loco, vnde & inf. l. c. id ei ἀναθεῖναι Herodes dicitur: quemadmodum & ipſum inf. Herodem in Panathenaico theatro, quod exſtruxerat, ſepultum habemus. Hinc Salmaſ. ad dedic. ſtat. Regill. p. 111. σῆμα νεῷ ἴκελον, quod eſt in ea dedicatione, hoc ipſum *theatrum* notare non dubitat. Vbi & theatra dedicata in tumulis eſſe, loco Statii ex Epicedio in parentem firmatum dedit.

9 Ἰσθμίῳ] *Neptuni Iſthmii* βωμὸς commemoratur Pauſaniae in Corinthiacis p. 52. ναὸς Straboni l. VIII.

10 καὶ τἄλλα ὧν] ſic melius cod. S. quam editi, qui habent καὶ τὰ τῶν ἄλλων. Nempe ſuſpenditur oratio tota a verbis ſupra poſitis ἀξιώσθω δὲ λόγου.

11 Μελικ. Δελφ.] in iſta enim ora appulerat cum Delphino ſuo Melicerta, cuiusibi *ara*. vid. Pauſan. Corinth. init.

12 τοῖς π. Μηλίδα κόλπον] de quo vide doctos Scylacis interpretes p. 35. Nempe idem *Meliacus* & *Maliacus* ſinus: quem *Lamiacum* etiam dictum, ab vrbe *Lamia*, pertendit Iſ. Voſſius. Gruterus h. l. legit Μηλιέα. Sic & Salmaſius: Μηλιεὺς κόλπος *dicitur, non* Μηλίς. Attamen Μηλὶς illa regio dicitur Herod. l. VII. ἥκει ἐς τὴν Μηλίδα παρὰ κόλπον θαλάσσης. Hinc & Stephanus Μηλὶς ἡ Χώρα. Si quid mutandum ſit, malim τοῖς περὶ Μηλίδος κόλπον.

13 ὤνησε] ſic ſcribo pro ὤκισε quod eſt in editis, quam lectionem in ſequentibus cod. S. diſerte praefert ſemper. Editi vbique ὤκισε, quamuis & id ferri poſſit, modo vertas *inſtauranit*, nam Bonfinius inepte interpretatus eſt.

14 τῇ τοῦ ἐν τῇ] hoc loco inſerit cod. S. quae paulo poſt comparent in editis h. m. ἠπείρῳ Ὠρικὸν ὑποδεδωκὸς, ἤδη καὶ τὸ ἐν τῇ. Sed nolui illa loco, quem obtinuere in editis, mouere.

15 ὤνησε] ſic cod. MS. pro ὤκισε quod eſt in editis.

16 ἄλλοθι] cod. S. ἄλλο.

17 ὤνησε] ſic h. l. quoque malim, vt antea, vid. not. praec. 15. & 13. nam in editis hic quoque ὤκισε. Ceterum quae hic ſequuntur, alio loco exhibebat cod. S. vid. not. 14.

18 Ὠρικὸν] vbi aliquamdiu vitam egiſſe Herodem inf. dicit noſter §. XII. Ceterum vulgati habebant τὸν ἐν τῇ ἠπ. Ὠρικόν. At & ſequens *neutrum* ὑποδεδωκὸς, & quae inf. leguntur §. XII. ſuadebant *neutro genere* Ὠρικὸν noſtrum poſuiſſe. Vtut diſerte teſtetur Stephanus *maſcul.no* genere id nomen efferri.

§. VI. 1 ξυνελεῖν μήκη] conſtructio eſt ξυνελεῖν μήκη περίπλους σταδίων ἑξακισχ. καὶ εἰκ. θαλάττης. Nempe ex mari Ionio Archipelagum petentibus Peloponneſus circumnauiganda, iſtorum vero περίπλους μήκεσιν compendium fieret, ſi, Iſthmo perfoſſo, ea parte liber eſſet vtrinque tranſitus. In editis male eſt μήκεσι.

κῶν

κῶν ἅπ[εσθαι; ἢ μηδὲ Νέρων ἤρκεσεν[2]. ἐξελάλησε δὲ αὐτὸ ὧδε, ὥσπερ[3] ἐγὼ Κτησιδήμῳ Ἀθηναίῳ[4] ἤκουον. ἤλαυνε μὲν τὴν ἐπὶ Κόρινθον ὁ Ἡρώδης, ξυγκαθημένῳ τῷ Κτησιδήμῳ. γενόμενος δὲ κατὰ τὸν Ἰσθμὸν, Πόσειδον, εἶπε, βέλομαι μὲν, ξυγχωρήσει δὲ οὐδείς. θαυμάσας δ' ὁ Κτησίδημος τὸ εἰρημένον, ἤρετο τὴν αἰτίαν τοῦ λόγου. καὶ ὁ Ἡρώδης, ἐγὼ, ἔφη, πολὺν ἤδη χρόνον ἀγωνίζομαι, σημεῖον ὑπολιπέσθαι τοῖς μετ' ἐμὲ ἀνθρώποις διανοίας, δηλώσης ἄνδρα· καὶ ὅπως δοκῶ[5] μοι τῆς δόξης ταύτης τυγχάνειν. ὁ μὲν δὴ Κτησίδημος ἐπαίνῳ[6] διῆει τῶν τε λόγων αὐτοῦ καὶ τῶν ἔργων, ὡς οὐκ ἐχόντων ὑπερβολὴν ἑτέρῳ. ὁ δὲ Ἡρώδης, Φθαρτὰ, ἔφη, λέγεις ταῦτα, καὶ γάρ ἐστι χρόνῳ ἁλωτὰ, καὶ τοὺς λόγους ἡμῶν τοιχωρυχοῦσιν ἕτεροι, ὁ μὲν τὸ μεμφόμενος, ὁ δὲ τό. ἡ δὲ τοῦ Ἰσθμοῦ τομὴ ἔργον ἀθάνατον, καὶ ἀπιστούμενον τῇ φύσει. δοκεῖ γάρ μοι τὸ ῥῆξαι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος δεῖσθαι, ἢ ἀνδρὸς, ὃν ἐκάλουν οἱ πολλοὶ Ἡρώδου Ἡρακλέα.

nem incurreret, si consilium iniisse videatur, cui vel ipse Nero impar fuisset. Prodidit vero hoc ipsum, prout a Ctesidemo Athenienſi accepi, hoc modo: Itinere Corinthum contendebat, comite Ctesidemo, Herodes; cumque ad Isthmum venisset, *o Neptune*, dixit, *vellem equidem, at nemo concedet.* Cumque hoc dictum Ctesidemus admiraretur, quid sibi vellet, Herodem rogauit. Tum Herodes: ego quidem, inquit, iamdiu laboro, vt monimentum mortalibus post me futuris relinquam animi, qui Virum deceat: nequedum hanc gloriam assequi mihi posse videor. Ctesidemus igitur laudes persequutus est dictorum eius factorumque, vt quae nulla re superari possint. Herodes autem, caduca, aiebat, narras ista, haec enim tempori sunt obnoxia, dictaque nobis fodicant homines, alius hoc, aliud alius reprehendentes. Verum Isthmi perfossio opus est immortale, eiusque indolis, vt fidem superet. Videtur enim mihi Isthmi effossio Neptuno opus habere, aut viro, quem Herodis Herculem vulgo nominarunt.

Νεανίας ἦν[1] ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ, Κελτῷ μεγάλῳ ἴσος, καὶ ἐς ὀκτὼ πόδας τὸ μέγεθος[2]. διαγράφει δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης ἐν μιᾷ τῶν πρὸς τὸν Ἰουλιανὸν ἐπιστολῶν, κομᾷν τε συμμέτρως, καὶ τῶν ὀφρύων λασίως ἔχειν, ὡς καὶ ξυμβάλλειν ἀλλήλαις[3], οἷον μίαν· χαροπήν τε ἀκτῖνα ἐκ τῶν ὀμμάτων ἐκδίδοσθαι, παρεχομένην τι ὁρμῆς ἦθος· καὶ γρυπὸν εἶναι[4], καὶ εὐτραφῶς ἔχοντα τοῦ αὐχένος· τετὶ δὲ ἐκ πόνων ἥκειν αὐτῷ, ἢ σίτου[5]. εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ στέρνα εὐπαγῆ, καὶ ξὺν ὥρᾳ κατεσκληκότα· καὶ κνήμην, μικρὸν[6] ἐς τὰ ἔξω κυρτωμένην, καὶ παρέχουσαν τῇ βάσει τὸ εὖ βεβηκέναι. ἐνῆφθαι δὲ αὐτὸν καὶ

VII. Is autem adolescens erat in prima lanugine, maximo Celtae similis, octoque pedum magnitudine. Describit vero eum Herodes in quadam ad Iulianum epistola, quod modice comam alat, densis sit superciliis, adeo, vt inuicem sint coniuncta, quasi vnum: quod gratiosum ex oculis radium emittat, qui indolem prodat, cum impetu quodam agentem: aquilino item sit naso, & obesa cervice, id quod a laboribus habeat & cibo. Pectore quod sit firmo, & non sine pulcritudine rigido; tibiis extrorsum nonnihil incuruatis, & quae incessui, vt bene procedat, praestent. Quod veste item sit indutus ex pellibus lu-

---

2 μηδὲ Νέρων ἤρκεσεν] vid. not. ad vit. Apollonii l. IV. c. 24.

3 ὥσπερ] sic malim cum cod. S. quam ἅπερ cum edit.

4 τῷ Ἀθην.] articulum addidi ex cod. eodem.

5 δοκῶ] sic MS. S. quod praetuli edito δοκεῖ.

6 ἐπαίνῳ] sic idem codex: editi ἐν ἐπαίνῳ.

§. VII. 1 ἦν] addidi ex cod. eodem: in editis enim deerat.

2 ἐς ὀκτὼ πόδας τὸ μέγ.] haec ipsa proceritas tum iuueni illi, tum aliis, opinionem feciſſe videtur, Herculem illum esse. Nempe illi quoque *septem* pedum mensuram, atque adeo ἐς ὀκτὼ πόδας tribuunt veteres. vide notata Salmasio ad Solin. p. m. 31. Doctissimum Meursium miror, de populis Attic. in Μαραθῶνι, hunc *Herodis Herculem* confundere cum Heroe, qui in Marathonia pugna aratro magnam inter Persas stragem edidit. Hercules, de quo hic sermo, Herodis aeuo inter homines vixit, eumque cum Sostrato, de quo Lucianus agit, eundem esse, patere ex Philostrati & Luciani collatione putat cl. Hemsterhusius ad Pollucem praef. p. 29.

3 ὡς καὶ ξυμβ. ἀλλήλαις] ὀφρῦς ξυμβαλλέσας πρὸς τὴν ῥῖνα in Heroicis Palamedi tribuit noster. & σύνοφρυς κόρα Theocrito Idyll. VIII. venusta tamen audit. Vt Graecis *pulcrum* quoque hoc visum existimem. adde Iunium de pictur. lib. III. c. 9.

4 γρυπὸν εἶναι] Pollux lib. II. c. 4. f. 14. ῥινὸς σχήματα γρυπὸς ἐπίγρυπος, ὃν καὶ βασιλικὸν οἴονται. Et ipse Plato Polit. V. τῷ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικοῦ φατε εἶναι.

5 ἢ σίτου] cod. Angl. habet καὶ σίτου. Morell. malebat μᾶλλον ἢ σίτου. Sed ei non assentio, nempe *diaetam* corpori eius robur addere potuisse noster ait, talis vero illa paulo post describitur, vt potuerit omnino inde robustum collum euadere.

6 μικρὸν] sic cod. S. Male editi μικρὰν: qui enim μικρὰν κνήμην tribuas viro Herculei roboris & staturae? legendum itaque μικρὸν & referendum ad κυρτωμένην. Tales Βλαισοὺς Graeci, *Valgos* Latini vocant.

pinis

pinis consuta: certamenque inierit cum apris & lupis ceruariis, vulgaribusque lupis, tauris item ferocientibus: eorumque certaminum cicatrices esse argumenta. Herculem autem istum indigenam in Boeotia gente fuisse, nonnulli aiunt. Herodes autem se audiuisse ait fatentem, matrem sibi fuisse bubulcam, feminam eo corporis robore, vt bouibus pascendis par esset: patrem vero Marathonem, cuius in Marathone statua: est autem is rusticus heros. Herculem istum percontatus Herodes est, sitne etiam immortalis? respondit vero ille: mortali quidem longaeuior sum. Adhaec interrogauit, quonam cibo vesceretur? ille vero, lacte vtor plurimum, dixit, meque caprae pascunt & pastores, item boues & equi qui pullos alunt: Quinetiam ex asinae vbere mihi lac editur, potabile & leue. In hordeaceam vero vbi incidero farinam, decem modios comedo. Hancque mihi stipem conferunt Marathonii Boeotiique agricolae, qui Agathiona quoque me cognominarunt, quandoquidem bonus eis videor esse consultor. Herodes autem, quomodo, inquit, in lingua institutus es, & a quibus? neque enim mihi incultus hac parte videris. Tum Agathion, media, inquit, pars Atticae optima schola est viro differere apte cupienti. Nam Atheniensis vrbis incolae, dum mercede adolescentes e Thracia, Ponto, & aliis Barbarorum gentibus in vrbem confluentes admittunt, ab illis linguae patiuntur corruptelam potius, quam vt aliquid ipsis ad facundiam conferant. Mediterraneae vero regionis incolis, qui Barbaros admistos non habent, sana est vox, & lingua purissimum Atticisimum sonat. Annon vero, inquiebat Herodes, solenni alicui conuentui interfuisti? Tum Agathion, Pythico, inquit, interfui; non coetui admixtus, sed e Parnassi specula audiens eos, qui musicis certabant, eo tempore, quo Pam-

δορὰς λύκων[7], ῥαπτὸν ἔσθημα· ἄθλος τε ποιεῖσθαι τὰς ἀγρίας τῶν συῶν, καὶ τὰς θῶας, καὶ τὰς λύκας, καὶ τῶν ταύρων τὰς ὑβρίζοντας, καὶ ὠτειλὰς δὲ δεικνύναι τούτων τῶν ἀγώνων. γενέσθαι δὲ τὸν Ἡρακλέα τοῦτον οἱ μὲν γηγενῆ φασιν, ἐν τῷ Βοιωτίῳ δήμῳ· Ἡρώδης δὲ ἀκοῦσαι λέγοντά φησιν, ὡς μήτηρ μὲν αὐτῷ γένοιτο γυνὴ βουκόλος, ἄτω τι ἐπερρωμένη[8], ὡς βουκολεῖν. πατὴρ δὲ Μαραθών, ἀφ' οὗ τὸ ἐν Μαραθῶνι ἄγαλμα, ἔστι δὲ ἥρως γεωργός[10]. ἤρετο τὸν Ἡρακλέα τοῦτον Ἡρώδης, εἰ καὶ ἀθάνατος εἴη[11]; ὁ δὲ, θνητός, ἔφη, μακροβιώτερος. ἤρετο αὐτὸν καὶ ὅ, τι σιτοῖτο; ὁ δὲ, γαλακτοφαγῶ, ἔφη, τὸ πλέον τοῦ χρόνου[12]· καί με βόσκουσιν αἶγές τε καὶ ποιμένες, τῶν τε βοῶν καὶ τῶν ἵππων αἱ τοκάδες, ἐκδίδονται δέ[13] τι καὶ θηλῆς ὄνου γάλα, εὔποτόν τε καὶ κοῦφον· ἐπειδὴ δὲ ἀλφίτοις προσβάλω, δέκα σιτοῦμαι χοίνικας. καὶ ξυμφέρουσί μοι τὸν ἔρανον τοῦτον γεωργοὶ Μαραθώνιοί τε καὶ Βοιώτιοι, οἵ με[14] καὶ Ἀγαθίωνα ἐπονομάζουσιν, ἐπειδὴ καὶ εὐξύμβολος αὐτοῖς φαίνομαι. τὴν δὲ δὴ γλῶτταν, ἔφη ὁ Ἡρώδης, πῶς ἐπαιδεύθης, καὶ ὑπὸ τίνων[15]; οὐ γάρ μοι τῶν ἀπαιδεύτων φαίνῃ. καὶ ὁ Ἀγαθίων, ἡ μεσόγεια, ἔφη, τῆς Ἀττικῆς ἀγαθὸν διδασκαλεῖον[16] ἀνδρὶ βουλομένῳ διαλέγεσθαι. οἱ μὲν γὰρ[17] ἐν τῷ ἄστει Ἀθηναῖοι, μίσθῳ δεχόμενοι Θρᾴκια καὶ Ποντικὰ μειράκια, κἄξ ἄλλων ἐθνῶν βαρβάρων ξυνερρυηκότα[18], παραφθείρονται παρ' αὐτῶν τὴν φωνὴν μᾶλλον, ἢ ξυμβάλλονταί τι αὐτοῖς ἐς εὐγλωττίαν. ἡ μεσόγειος δὲ, ἄμικτος βαρβάροις ὅσα, ὑγιαίνει[19] αὐτοῖς ἡ φωνὴ, καὶ ἡ γλῶττα τὴν ἄκραν Ἀττίδα ὑποψάλλει[20]. πανηγύρει δὲ, ἦ δ' ὁ Ἡρώδης, παρέτυχες; καὶ ὁ Ἀγαθίων, τῆγε Πυθοῖ, ἔφη, ἀκ ἐπιμιγνὺς τῷ ὁμίλῳ, ἀλλ' ἐκ περιωπῆς τοῦ Παρνάσσου ἀκούων τῶν τῆς μουσικῆς ἀγωνι-

---

7 κὰμ δορὰς λύκων] ἐκ δορᾶς λυκ. legunt Gruter. & Salmas. non male.

8 ἐπερρωμένη] in margine Morellio annotata lectio ἐπημμένη: ipseque quidem verterat: *Matrem ei fuisse Buculam, ita cognominatam, quia vt robusta boues pauisset.*

9 πατὴρ δὲ Μαραθών] nempe ne ista quidem aetate Graeculi leues homines fidem negabant stolidis muliercularum quarundam somniis vel figmentis, quae pudicitiam proiectam Dei vel Herois amoribus excusarent. Ceterum de *Marathone* illo Heroe vide collecta Meursio de populis Atticis Μαραθ.

10 ἔστι δὲ ἥρ. γεωργὸς] haec verba male ad Herculem illum Herodis refert Meurs. l. c. pertinent ea ad *Marathonem*, quem rusticum Heroem rusticam feminam compressisse, & ex illa *iuuenem* illum genuisse dicit.

11 εἰ καὶ ἀθάνατος εἴη] edit. Vatic. εἰ θνητὸς εἴη.

12 τὸ πλέον τοῦ χρόνου] τὸν πλεῖστον χρόνον Salmas. ex epit.

13 ἐκδίδονται] haec lectio cod. S. Gruteri & Salmas. Editi ἐκδίδοτο, Morellus emendauerat ἐξεδίδοτο.

14 οἵ με] vera haut dubie lectio, quam codici S. & Grutero debemus: Editi habent οἶμαι. Sic & Salmas. οἶμαι ineptum iudicans, οἵ με substituit. Firmat & epitome, quae habet ὃς Ἀγαθίων παρὰ τῶν ποιμένων ὠνομάσθη.

15 καὶ ὑπὸ τίνων] addidi καὶ ex MS. S.

16 ἡ μεσογ. τ. Ἀττικ. ἀγαθ. διδασκαλ. &c.] sic inf. vitae *Aeliani* initio Ἀττικίσαι eum dicit, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογαίᾳ Ἀθηναῖοι.

17 γὰρ] voculam hanc adieci ex cod. eod.

18 ξυνερρυηκότα] cod. S. habet ἐξερρυηκότα.

19 ὑγιαίνει] addit γὰρ Salmas. quod mihi non placet.

20 ὑποψάλλει] cod. S. habet ἀποψάλλει.

σῶν[21], ὅτε Παμμένης ἐπὶ τραγῳδίᾳ ἐθαυμάσθη. καί μοι ἔδοξαν οἱ σοφοὶ Ελληνες ἀ χρηστὸν πρᾶγμα ἐργάζεσθαι, τὰ τῶν Πελοπιδῶν καὶ τῶν Λαβδακιδῶν κακὰ[22] ξὺν ἡδονῇ ἀκούοντες. ξύμβολοι[23] γὰρ σχετλίων ἔργων μῦθοι, μὴ ἀπιστέμενοι. φιλοσοφοῦντα δὲ[24] αὐτὸν ἰδὼν ὁ Ηρῴδης, ἤρετο καὶ περὶ τῆς γυμνικῆς ἀγωνίας, ὅπως γιγνώσκοι; καὶ ὃς, ἐκείνων, ἔφη, καταγελῶ μᾶλλον[25], ὁρῶν τὰς ἀνθρώπους διαγωνιζομένους ἀλλήλοις παγκράτιον, καὶ πυγμὴν, καὶ δρόμον, καὶ πάλην, καὶ στεφανουμένους ὑπὲρ τούτου. στεφανέσθω δὲ ὁ μὲν δρομικὸς ἀθλητὴς ἔλαφον παρελθών, ἢ ἵππον· ὁ δὲ τὰ βαρύτερα ἀσκῶν[26], ταύρῳ συμπλακεὶς ἢ ἄρκτῳ, ὃ ἐγὼ ὁσημέραι πράττω, μέγαν ἆθλον ἀφῃρημένης μοι τῆς τύχης, ἐπεὶ μηκέτι βόσκει λέοντας Ακαρνανία. ἀγασθεὶς δ' ὧν ὁ Ηρῴδης, ἐδεῖτο αὐτῷ ξυσσιτῆσαί οἱ. ἄριστον, ἔφη, Αγαθίων[27], ἀφίξομαί σοι κατὰ μεσημβρίαν, ἐς τὸ τῷ Κανώβῳ ἱερόν. ἔσω δέ σοι κρατὴρ ὁ μέγιστος τῶν ἐν τῷ ἱερῷ, γάλακτος πλέως, ὃ μὴ γυνὴ ἤμελξε. καὶ ἀφίκετο μὲν ἐς τὴν ὑστεραίαν, καθ' ὃν ὡμολόγησε καιρόν. τὴν δὲ ῥῖνα ἐρείσας ἐς τὸν κρατῆρα, ἀ καθαρὸν, ἔφη, τὸ γάλα· προσβάλλει γάρ με χεὶρ γυναικός[28]. καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἀπῆλθε μὴ ἐπισπασάμενος τὸ γάλακτος. ἀπιστήσας[29] δ' ὧν ὁ Ηρῴδης τῷ περὶ τῆς γυναικὸς λόγῳ, ἔπεμψεν εἰς τὰ αἰπόλια[30] τὰς ἐπισκεψομένας τ' ἀληθές. καὶ, μαθὼν αὐτὸ ὅτως ἔχον, ξυνῆκεν ὡς δαιμονία φύσις εἴη περὶ τὸν ἄνδρα.

menes tragoedia celebris extitit. Visique mihi sapientes Graeci opus minime probandum agere, dum Pelopidarum & Labdacidarum mala cum voluptate audiunt. Etenim malorum operum consultores sunt fabulae, quibus fides adhibetur. Cum vero ita philosophari eum videret Herodes, percontabatur etiam de certamine gymnico, quid de eo statuat? Ipse autem, illa cummaxime, inquit, risum mihi mouent, videnti homines certantes inter se quinquertio, & pugilatu, & cursu, & lucta, atque eas ob res coronatos. Coronetur vero potius athleta cursor, ceruum aut equum vbi superauerit cursu, qui autem grauioribus certaminibus se exercet, cum tauro manum conserens aut vrso: quod ego facio quotidie, magnum mihi certamen negante fortuna, eo quod leones non amplius alat Acarnania. Miratus igitur Herodes, rogabat ipsum, vt secum cibum caperet. Cras, inquiebat, Agathio, ad te veniam, circa meridiem, ad Canobi fanum: esto vero tibi crater maximus eorum quae in templo sunt, lactis plenus, quod mulier non emulserit. Venitque postridie eo quo promiserat tempore: naso autem crateri innixus, non purum est lac, inquit; mulieris enim sentio manum: atque his dictis abiit, lacte non hausto. Herodes autem fidem non habens ei, quod de muliere dixerat, ad caprarios misit, qui veritatem scisciterentur: atque ita se rem habere edoctus, diuinam viri indolem esse intellexit.

Οἱ δὲ ποιούμενοι κατηγορίαν τῶν Ηρῴδου χειρῶν, ὡς ἐπενεχθεισῶν Αντωνίνῳ, ἐν τῇ Ιδῃ τῷ ὄρει, κατὰ χρόνους ἧς ὁ μὲν τῶν ἐλευθέρων πόλεων, ὁ δὲ πασῶν τῶν κατὰ τὴν Ασίαν ἦρχον[2], ἠγνοηκέναι μοι δοκοῦσι τὸν Δημοστράτου[3] πρὸς Η-

VIII. Qui autem manuum Herodis instituunt accusationem, quasi Antonino eas intulerit, in Ida monte, eo tempore, quo ipse quidem liberis Asiae ciuitatibus praeerat, ille vero proconsulare in totam Asiam imperium tenebat, ignorauisse mihi videntur *Demostrati*

---

21 τῶν τῆς μουσικῆς ἀγωνιστῶν] musicos agonistas generalius dicit, vt poetas quoque eis complectatur, nam tragoediae mox mentio est.

22 τὰ τῶν Πελοπιδ. καὶ Λαβδακιδ. κακὰ] haec nempe frequentissime argumenta Tragicis terebantur.

23 ξύμβολοι &c.] MS. S. ξύμβουλος habet & mox μῦθος μὴ ἀπιστέμενος.

24 φιλοσ. δὲ] addidi δὲ ex cod. S.

25 καταγελῶ μᾶλλον] hinc & Heroicis *Protesilao* §. V. τὸ παλαίειν ἀργῶν esse dicitur, confer ibi notata.

26 τὰ βαρύτ. ἀσκῶν] qualia scilicet παγκράτιον & πυγμή.

27 Ἄριστον, ἔφη Αγαθίων] cod. S. καὶ ὁ Αγαθίων, Ἄριστον, ἔφη.

28 προσβάλλει γάρ με χεὶρ γυναικὸς] vocem χεὶρ a mala manu hic esse, & correctorem olere putabat ὀ πάνυ in exercitationibus ad Solinum p. 749. Nempe προσβάλλειν ἰχθύων & μύρα προσβάλλειν, *pisces olere & olere unguentum* Straboni dicitur, & Athenaeo, subintellecta voce ὀσμήν. At non assentio Viro summo. Nempe vt alias diceretur plene προσβάλλει με ὀσμὴ γυναικὸς, sic Agathion dicere potuit προσβάλλει με χεὶρ γυναικὸς *subolet mihi manus mulieris*, quae scilicet lac istud emulserit.

29 ἀπιστήσας] bene se habet, ἐπιστήσας tamen inuenit Salmas. quae & Morello ad marginem lectio notata.

30 αἰπόλια] cod. S. habet ἐπαύλια.

§. VIII. 1 χρόνους ἧς ὁ μὲν — πασῶν τῶν κατὰ] omnia ista deerant in editis, quae lacuna sensum obscurissimum reddebat: impleuimus eam ex cod. S. Ceterum proconsulatus iste in Asia Antonini Pii est, cuius supra quoque mentio in *Polemone* §. III. vbi vid. not. 13. De Herodis vero in liberis Asiae ciuitatibus magistratu vid. supra §. III. & in *Polemone* §. VI. n. 7.

2 ἦρχον] cod. MS. habet ἦρχεν. ferri potest vtrumque. Morell. suspicabatur legendum esse Ασίαν ἀρχὴν ἠγν. Nempe lacunam hic esse ille non animaduerterat.

3 Δημοστράτου] cod. S. Δημοκράτου legit; quod tamen manu alia paulo post, vbi recurrit hoc nomen, mutatum ani-

in

in Herodem *inuectiuam*, in qua plurima ei exprobrans licet, nusquam tamen huius furoris mentionem fecit, quoniam scilicet tale quid factum haut esset. Etenim mutuo quidem occursantes sese truderunt, vt [fieri solet] in locis difficilibus & angustis, manus vero nihil offenderunt. Ita vt Demostratus hoc quidem non omiserit in controuersia aduersus Herodem, qui adeo acerbe virum aggressus est, vt quae laudari quoque in eo merebantur, in vituperium verterit. Homicidii quoque dica Herodi scripta fuit, ita fere instructa: grauidam ab ipso fuisse vxorem, Regillam, octauum iam mensem; Herodem autem, non adeo magna de causa, liberto Alcimedonti praecepisse, vt verberibus eam afficeret: percussamque in vterum mulierem, abortum passam interiisse. Ob haec, quasi vera essent, caedis ipsi dicam scripsit Braduas, Regillae frater, clarissimus inter consulares, signumque nobilitatis calceo affixum habens. Hoc vero talare eburneum est, lunulae figura. In curia itaque Romanorum vbi prodiisset, nihil probabile de controuersia quidem dixit, quam intentabat: sed laudes suas prolixe commemorauit, a generis inprimis claritate ducto argumento. Vnde Herodes, eum mordens, *tu*, inquit, *nobilitatem in pedum malleolis habes*; at iactante se etiam accusatore, ob beneficium, quod in ciuitatem quandam Italiae contulerat: admodum generose Herodes, *ego quidem*,

ῥώδην ἀγῶνα, ἐν ᾧ, πλεῖστα διαβάλλων αὐτὸν, ὐδαμῶς [4] τῆς παρουσίας ταύτης ἐπεμνήσθη, ὅτι μηδὲ ἐγένετο. ὠθισμὸς μὲν γάρ τις αὐτοῖς ξυνέπεσεν, ὡς ἐν δυσχωρίᾳ, καὶ στενοῖς· αἱ δὲ χεῖρες ὐδὲν παρενόμησαν. ὥς τε ὐκ ἂν παρῆκεν ὁ Δημόστρατος διελθεῖν αὐτὰ, ἐν τῇ πρὸς τὸν Ηρώδην δίκῃ, πικρῶς ὕτω καθαψάμενος τῦ ἀνδρὸς, ὡς διαβαλεῖν αὐτῦ καὶ τὰ ἐπαινούμενα. ἦλθεν ἐπὶ τὸν Ηρώδην καὶ φόνυ δίκη, ὧδε ξυντεθεῖσα. κύειν μὲν αὐτῷ τὴν γυναῖκα Ρήγιλλαν ὄγδοόν πυ μῆνα· τὸν δ' Ηρώδην, ὐχ ὑπὲρ μεγάλων, Αλκιμέδοντι, ἀπελευθέρῳ [5], προσάξαι τυπτῆσαι [6] αὐτήν, πληγεῖσαν δὲ ἐς τὴν γαστέρα τὴν γυναῖκα, ἀποθανεῖν ἐν ὠμῷ τῷ τόκῳ. ἐπὶ τύτοις, ὡς ἀληθέσι, γράφεται αὐτὸν φόνυ Βραδύας [7], ὁ τῆς Ρηγίλλης ἀδελφὸς, ἐυδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις, καὶ τὸ ξύμβολον τῆς ἐυγενείας περιηρτημένος τῷ ὑποδήματι. τῦτο τέ ἐσιν ἐπισφύριον ἐλεφάντινον, μηνοειδές [8]. καὶ παρελθὼν ἐς τὸ Ρωμαίων βυλευτήριον, πιθανὸν μὲν ὐδὲν διήει περὶ τῆς αἰτίας· ἣν ἐπῆγεν, ἑαυτῷ δὲ ἔπαινον ἐμακρηγόρει περὶ τῦ γένυς. ὅθεν ἐπικόπτων αὐτὸν ὁ Ηρώδης, "σὺ, ἔφη, τὴν ἐυγένειαν ἐν τοῖς ἀσραγάλοις ἔχεις" [9]. μεγαλαυχημένυ δὲ τῦ κατηγόρυ καὶ ἐπ' ἐυεργεσίᾳ μιᾶς τῶν ἐν Ιταλίᾳ πόλεων· μάλα γενναίως ὁ Ηρώδης, "κἀγὼ, "

---

maduerto in Δημοστράτ. Rursus istius controuersiae Demostrati cum Herode mentio bis, paulo post §. XI. sq. huius vitae, & paulo *ante fin.* item vitae *Theodoti* initio. Ex quibus locis patet, δίκην h. e. *controuersiam* illam coram Imperatore, *Sirmii* in Pannonia stationem habente, tractatam esse, publico Athenienſium nomine, qui Herodem tyrannidis affectatae accusabant. vid. inf. §. XI. n. 1. & §. XIII. n. 1.

4 ὐδαμῶς] sic editi. MS. S. ὐδαμᾶ.

5 ἐλευθέρῳ] Salmasius, in epitome inedita τῷ οἰκέτῃ sibi lectum esse, testatur, ad inscript. Regillae p. 97. item in lectionibus quas margini cod. sui alleuit. Seruus adhuc esse potuit, cum obiret Regilla, postea libertate donari: nam & inf. vbi de eius apud Herodem autoritate & filiabus agitur, §. XI, *libertus* dicitur *Herodis*: vnde Critico hunc locum mutandi nasci occasio potuit.

6 τυπῆσαι] Salmas. inuenit τυπῆται.

7 Βραδύας] recte ita legendum pro Βραδείας monuerat Meurs. Lect. Attic. l. VI. c. 8. & Salmas. ad duas Herodis inscriptiones p. 11. & 88, cuius emendationem firmat cod. S. *Consulem* illum fuisse, paulo post dicitur, quod Tillemontius de consulatu Romano cur accipere nolit, nulla causa est. Fuit enim *Regilla* non Graecae originis, sed ex illustri genere Romano, vt patet ex inscriptione Regillae. Duo autem consules Braduae, alter *Appius Annius Bradua* est, qui cum T. Vibio Varo consul fuit, non Hadriani, vt vult Salmasius, sed T. Antonini philosophi temporibus A. C. 160: alter vero *M. Atilius Metilius Bradua*, qui sub Commodo cum Materno consulatum gessit. Huius memoria in lapide Smyrnaeo, a Sponio edito, Itiner. T. I. p. 405. ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΔΗΜΟΣ ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ ΜΑΡΚΟΝ ΑΤΤΙΛΙΟΝ ΒΡΑΔΟΥΑ ΤΟΝ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΠΕΡΠΕΡΟΥ ΤΟΥ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΠΛΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ. Alia monimenta, in quibus memoria Braduarum, habes apud Meurs. l. c. *Regillae* nomen persuadet Salmasio l. c. posterioris sororem eam fuisse. *Atiliae* nempe familiae cognomen fuit *Regulus*, nam ille Regulus, qui a Carthaginenſibus capiebatur, M. Atilius Regulus dicebatur. Feminae autem illis temporibus ex parentum cognominibus appellationes sumebant, vt Regilla a Regulo, Drusilla a Druso &c.

8 ἐπισφύριον ἐλεφαντ. μηνοειδὲς] in inscriptione Regillae hoc insigne patriciae apud Romanos dignitatis, Herodis & Regillae filio, Attico, Imperatoris M. Aurelii concessum liberalitate, ita describitur:

Αυτὰρ ὁ ἀστερόεντα περὶ σφυρὰ παιδὶ πέδιλα
Δῶκεν ἔχειν. —

Vocant alias σελανίδας Graeci, nempe *Calceos* illos, si fides Isidoro, *Romulus reperit, quatuor corrigiarum, assutaque luna. Luna autem in eis non sideris formam, sed notam centenarii numeri significabat, quod initio Patricii senatores centum fuerint.* Marcellus, autor Inscriptionis Regillae, inde deducit, quod Aeneas duce Mercurio, qui stellam in modum lunae talaribus infixam habebat, Idam petierit, Troianum fugiens excidium, & se in tutum recipiens. Adde & Plutarch. vit. Rom. Καππάγια quibusdam dictae hae σελανίδες, quam vocem non a Κάππα deriuandam esse, vt *Kappa* Romanum h. e. C. intelligatur, sed idem esse quod καμπάγια, contra Ioannem Gazensem disputat Salmas. ad Inscript. Regill. p. 102.

9 ἐν ἀστραγάλοις ἔχεις] scomma inde natum, quoniam *Lunulam*, nobilitatis signum, in calceo gestaret, ἐπισφύριον ἐλεφάντινον, vt antea vocabat. conf. Erasm. in Chiliad. p. 534.

"ἔφη, πολλὰ τοιαῦτα περὶ ἐμαυτῦ δίκην ἂν, "εἰ ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ ἐκρινόμην"[10]. ξυνήρατο δὲ αὐτῷ τῆς ἀπολογίας πρῶτον μέν, τὸ μηδὲν προστάξαι τοιοῦτον ἐπὶ τὴν Ρηγίλλαν· ἔπειτα, τὸ ὑπερπενθῆσαι[11] ἀποθανοῦσαν. διεβάλλετο μὲν γὰρ καὶ ταῦτα ὡς πλάσμα, ἀλλ' ὅμως τἀληθὲς ἴσχυεν. ἐ γάρ ποτε ἔστ' ἂν θέατρον[12] ἀναθεῖναι αὐτῇ τοιοῦτον, ἔστ' ἂν δευτέραν κλήρωσιν τῆς ὑπάτου ἀρχῆς ἐπ' αὐτῇ[13] ἀναβάλλεσθαι, μὴ καθαρῶς ἔχοντα[14] τῆς αἰτίας, ἔστ' ἂν τὸν κόσμον αὐτῆς εἰς τὸ ἐν Ελευσῖνι ἱερὸν ἀναθεῖναι[15] φέροντα, φόνῳ μεμιασμένον. τότι γὰρ τιμωρὸς τῷ φόνῳ ποιοῦντος τὰς θεὰς μᾶλλον, ἢ συγγνώμονας. ὁ δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς οἰκίας ἐπ' αὐτῇ ὑπήλλαξε, μελαίνων τὰ τῶν οἴκων ἄνθη[16] παραπετάσμασι, καὶ χρώμασι, καὶ λίθῳ Λεσβίῳ[17]· κατηφὴς δὲ ὁ λίθος, καὶ μέλας. ὑπὲρ ὧν λέγεται καὶ Λάκιος[18], ἀνὴρ σοφὸς, ἐς ξυμβουλίαν τῷ Ηρώδῃ καθιζάμενος, ὡς οὐκ ἔπειθε μεταβαλεῖν αὐτὸν, διασκῶψαι.

Αξιον δὲ μηδὲ τοῦτο παρελθεῖν, λόγῳ παρὰ τοῖς σπουδαίοις ἀξιόμενον. ἦν μὲν γὰρ σπουδαῖος ἐν τοῖς φανεροῖς[1] ὁ ἀνὴρ ἔτος. Μουσωνίῳ δὲ, τῷ Τυρίῳ[2], προσφοιτήσας[3], εὐσκόπως εἶχε τῶν ἀποκρίσεων, καὶ τὸ ἐπίχαρι σὺν καιρῷ ἐπετήδευεν. ἐπιτηδειότατος δὲ ὢν τῷ Ηρώδῃ, παρῆν αὐτῷ πονήρως διατιθεμένῳ τὸ πένθος, καὶ ἐνθέτει, τοιαῦτα λέγων· "ὦ Ηρώδη, πᾶν τὸ ἀπο-

inquit, *multa eiuſmodi de me ipſo commemorare poſſem, quacunque etiam in terra cauſa mihi dicenda ſit.* Adiuuit vero eum in defenſione primum quidem quod ipſe tale quid in Regillam non ſtatuiſſet; deinde quod grauiſſimo luctu proſecutus mortuam fuerit. Equidem enim id quoque tanquam ſimulationem calumniati ſunt: veritas tamen valuit. Neque enim theatrum eiuſmodi mortuae conſecraturus [videbatur]; neque ſecundam conſularis dignitatis ſortitionem propter eandem dilaturus, niſi purus extitiſſet a crimine: neque mundum eius allaturus & in Eleuſinio fano ſuſpenſurus, ſi caede pollutus fuiſſet. Namque hoc ad caedis vindictam Deas prouocantis fuiſſet potius, quam veniam eas orantis. Totius praeterea domus faciem ob eam immutauit: oecorum picturas pullata veſte infuſcans, & atro colore, & Lesbio lapide: ſubtriſtis enim ille eſt atque niger. Quamobrem Lucius quoque dicitur, vir ſapiens, ad conſilium Herodi adſcitus, cum ei non perſuaſiſſet mutare ſententiam, falſe eum perſtrinxiſſe.

IX. Atqui ne iſtud quidem omittere par eſt, ipſum quoque apud ſapientiae ſtudioſos pretium ſuum habiturum. Erat nempe inter maxime illuſtres ſapientiae ſtudiis vir iſte. Cumque Muſonii Tyrii extitiſſet auditor, in reſponſis ſubtilis erat, ac facetiarum gratiam opportune expromebat. Herodi igitur familiariſſimus cum eſſet, adfuit ipſi, luctu laboranti, eumque his verbis admonuit: *o Herode, omne quod ſatis eſt, me-*

10 *εἰ ἐν ἁπασ. τῇ γῇ ἐκριν.*] nempe vbique ſuae magnificentiae extare monimenta innuit. vid. §. praeced. VI.

11 *ὑπερπενθῆσαι*] ſic inſcriptio Regillae Herodem nobis ſiſtit:

— ὀδυρόμενον παρακοίτην
Γήρᾳ ἐν ἀζαλέῳ κῆρι περικείμενον ἐυνῇ.

Et paulo poſt ὀδυρόμενος ἀκόρητον dicitur. Immoderatum hunc luctum, quo Regillam ſuam proſecutus Herodes fuit, irriſit *Demonax*, vt & eum, quo amicum ſuum *Pollucem* deplorauit. Nempe *Demonax*, referente Luciano, ſi tamen eius eſt, quae inter Luciani opera extat de *Demonacte* fabula, ἀληθίνειν dixit τὸν Πλάτωνα, φάμενον ἑ μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν. ἑ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς Ρηγίλλαν (ſic enim pro ῥηγίλαον ibi legendum, iampridem viri docti viderunt) καὶ Πολυδεύκη ὡς ζῶντας ἐσιᾶν. καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν. Hoc ſibi vult, non cadere poſſe talem luctum in mentem, quae recte ſapiat, qualem tamen in *Herode* eſſe ſit veroſimile. Oportere igitur aliam praeterea ipſi animam eſſe, quae talis ſtultitiae capax ſit.

12 *θέατρον*] vide & de eo ſ. §. V. not. 8.

13 *ἐπ' αὐτῇ*] ſic legendum Morellus coniecerat, pro *ἐν αὐτῇ*, quod, in editione Aldina repertum, ipſe quoque in textu retinuit. Coniecturam eius firmat cod. S. Fruſtra tamen eſſe, qui ita emendant, putabat *ἀπάιν* Salmaſ. ad dedicat. ſtatuae Regillae p. 99. Nempe, vt ipſe ait, *ἐν σοί ἐστι* Graeci dicunt, pro *in te eſt, per te ſtat, ex te pendet.* Dicit igitur *Herodem ἐν Ρηγίλλῃ ἀναβάλλεσθαι τὴν ὕπατον ἀρχὴν*, qui *eius cauſa conſulatum reiecerit.* Verum, quod pace tanti viri dixerim, plane mihi diſſimile hoc loquendi genus a priore, ex quo argumentum ducit, videtur. Prius enim aliquam *poteſtatem agendi* notat, quale nihil in poſterioti. Nec vnquam bonus ſcriptor ita locutus eſt, vt hic locutum Philoſtratum fingit.

14 *ἔχοντα*] verior haec lectio codicis S. Editi male ἔχοντι.

15 *τὸν κόσμον αὐτ. εἰς τὸν ἐν Ελευσῖνι ἱερὸν ἀναθ.*] ſic & ſtatuam eius *Cereri* dedicauit. vide inſcriptionem Regillae, & ad eam Salmaſ.

16 *τὰ τ. οἴκων ἄνθη*] *aedium florem* male vertebant priores. οἶκοι, vt obſeruat Salmaſ. ad dedic. Regill. p. 100. ſunt *membra aedium*, οἶκοι enim plures *ἐν οἰκίᾳ*, quas retenta Graeca voce *oecos* Vitruuius quoque appellauit.

17 *λίθῳ Λεσβίῳ*] marmor Lesbium *lunidius* dicunt Plinius l. XXXVI. §. V. & Iſidorus l. XVI. origin. cap. 5.

18 *Λάκιος*] an forte ille *Lucius Patarenſis*, cuius *μεταμορφώσεων λόγοι διάφοροι* commemorantur Photio cod. CXXIX. & ex quo aſinum aureum expreſſiſſe Lucianum viſum pleriſque, aliis contrarium ſtatuentibus, nam incerta eius aetas. vide de eo multa apud Salmaſ. Prolegom. ad Solin. fol. 2. ſq.

§. IX. 1 *σπουδαῖος ἐν τοῖς φανεροῖς*] cod. S. habet *ἐν τοῖς φανεροῖς σπουδαῖος.*

2 *Μουσωνίῳ τῷ Τυρίῳ*] *Τυρρήνῳ* mallent viri quidam docti. vide a nobis notata ad vitam Apollonii l. IV. c. 35. n. 2.

3 *προσφοιτήσας*] MS. S. *προσφιλοσοφήσας.*

dio-

diocritate circumſcribitur: eaque de re multa differentem audiui Muſonium, multa & ipſe diſſertaui. Imo te quoque in Olympiis audiui, hoc ipſum Graecis commendantem, quando fluuios etiam medios alueo decurrere praecipiebas. At vero nunc vbinam iſthaec ſunt? nempe, extra teipſum poſitus, digna quae lugeamus committis, opinionis laborans exceſſu. Aliaque plura addidit; ſed homine non perſuaſo diſceſſit cum indignatione. Videns igitur famulos eius in fontium, qui in aedibus erant, aliquo raphanos abluentes, ipſos, cuiuſnam coena eſſet? interrogauit. Illi Herodi ſe eam parare dixerunt. Tum Lucius, *iniurius*, inquit, *eſt in Regillam Herodes, albis veſcens raphanis in atrata domo.* Haec cum ſibi renunciata audiſſet Herodes, caliginem e domo ſuſtulit, ne ludibrio viris ſapientibus eſſet. Eiuſdem Lucii iſtud quoque illuſtre eſt facinus. Marcus Imperator ſapientiae ſtudiis incumbebat apud Sextum, philoſophum e Boeotia, frequentans ipſum, atque ad aedes eius ventitans. Lucius igitur, qui Romam modo aduenerat, Imperatorem, domo egreſſum, rogauit, quo pergeret, & ad quod negotium? tum Marcus: *Seni etiam*, inquit, *diſcere decorum eſt, ideo ad Sextum philoſophum vado, vt diſcam quae nondum ſcio.* Lucius igitur, manu in coelum ſublata, *o Iupiter*, inquit, *Romanorum Imperator, iam ſeneſcens, tabellis e zona ſuſpenſis, ad ludimagiſtrum pergit, vt pueri: Alexander vero, rex meus, triceſimo ſecundo aetatis anno interiit.* Verum ſufficiunt dicta ad monſtrandam indolem philoſophiae, quam Lucius ſequebatur. Sunt enim iſta ſatis ad virum cognoſcendum, quemadmodum ad cognoſcendum vini florem ſatis eſt guſtus.

χρῶν μεσότητι ὥρισαι. καὶ ὑπὲρ τούτου πολ-„
λὰ μὲν ἤκουσα Μουσωνίου διαλεγομένου, πολ-„
λὰ δὲ αὐτὸς διείλεγμαι. καὶ σοῦ δὲ ἠκροώμην,„
ἐν Ολυμπίᾳ ἐπαινοῦντος αὐτὸ πρὸς τοὺς Ελλη-„
νας, ὅτε δὴ καὶ τοὺς ποταμοὺς εἰκέλευες μέσους„
τῆς ὄχθης ῥεῖν. ἀλλὰ νῦν ποῦ ταῦτα; σεαυ-„
τοῦ γὰρ ἐκπεσών, ἄξια τοῦ πενθεῖσθαι πράτ-„
τεις, περιττῇ δόξῃ [4] κινδυνεύων". καὶ πολλὰ ἕ-„
τερα. ὡς δὲ ἐκ ἔπειθεν, ἀπῆει δυσχεράνας.„
ἰδὼν δὲ παῖδας ἐν κρήνῃ τινὶ, τῶν κατὰ τὴν οἰκί-
αν, ῥαφανίδας πλύνοντας, ἤρετο αὐτοὺς, ὅτου εἴη
τὸ δεῖπνον; οἱ δὲ ἔφασαν Ηρῴδῃ ἐυτρεπίζειν αὐ-
τό. καὶ ὁ Λάκιος, "ἀδικεῖ, ἔφη, Ρηγίλλαν Η-„
ρῴδης, λευκὰς ῥαφανίδας σιτέμενος ἐν με-„
λαίνῃ οἰκίᾳ." ταῦτα ὡς ἤκουσεν ἐπαγγελθέντα
ὁ Ηρῴδης, ἀφεῖλε τὴν ἀχλὺν τῆς οἰκίας, ὡς μὴ
ἄθυρμα γένοιτο ἀνδρῶν σπουδαίων. Λάκιος τοῦτο
κἀκεῖνο θαυμάσιον. ἐσπούδαζε μὲν ὁ αὐτοκρά-
τωρ Μάρκος περὶ Σέξτον, τὸν ἐκ Βοιωτίας φιλόσο-
φον [5], θαμίζων αὐτῷ, καὶ φοιτῶν ἐπὶ θύραις.
ἄρτι δὲ ἥκων ἐς τὴν Ρώμην ὁ Λάκιος, ἤρετο τὸν
αὐτοκράτορα προϊόντα, ποῖ βαδίζοι, καὶ ἐφ' ὅ,
τι; καὶ ὁ Μάρκος, "καλὸν, ἔφη, καὶ γηρά-„
σκοντι τὸ μανθάνειν [6]." εἶμι δὴ πρὸς Σέξτον,„
τὸν φιλόσοφον, μαθησόμενος ἃ ὅπω οἶδα. καὶ
ὁ Λάκιος, ἐξάρας τὴν χεῖρα ἐς τὸν οὐρανὸν, "ὦ
Ζεῦ [7], ἔφη, ὁ Ρωμαίων βασιλεὺς, γηράσκων ἥ-„
δη, δέλτον ἐξαψάμενος [7], ἐς διδασκάλου φοι-„
τᾷ, ὥσπερ οἱ παῖδες. ὁ δὲ ἐμὸς βασιλεὺς, Α-„
λέξανδρος [8], δύο καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἀπέθανεν." ἀπόχρη καὶ τὰ εἰρημένα δεῖξαι τὴν„
ἰδέαν, ἣν ἐφιλοσόφει Λάκιος. ἱκανὰ γὰρ ταῦτά που δηλῶσαι τὸν ἄνδρα, καθάπερ τὸν ἀνθοσμίαν
τὸ γεῦμα.

X. Et luctus quidem [Herodis] ob Regillam ita demum extinctus eſt. Eum vero, quem ob Panathenaidem, filiam, concepit, Athenienſes lenierunt, ipſam in oppido ſepelientes, &

Τὸ μὲν δὴ ἐπὶ Ρηγίλλῃ πένθος ὧδε ἐσβέ-
σθη. τὸ δὲ ἐπὶ Παναθηναΐδι, τῇ θυγατρὶ, Αθη-
ναῖοι ἐπράϋναν, ἐν ἄστει τε αὐτὴν θάψαντες, καὶ

4 περὶ δόξῃ] δόξῃ *opinione*, quae omnium perturbationum ac miſeriarum noſtrarum fons eſt. vid. Epictet. Ench. c. X. &c.

5 Σέξτον τὸν ἐκ Βοιωτ. φιλόσοφον] eſſe hunc Sextum, Boeotum, cuius Dio l. LXXI. p. 802. Capitolinus in Marco c. 2. Eutropius in Epit. & ipſe Marcus εἰς ἑαυτὸν lib. I. §. IX. nec non Themiſt. Orat. II. p. 145. meminere, dubitari non poteſt. An idem tamen ille cum *Sexto Empirico* ſit, cuius ſcripta hodienum haut pauca tenemus, de eo vtdubitarent nonnulli, effecit paulo perturbatior de Sexto hoc, Boeoto, Suidae relatio. Praeualuit tamen ſententia eorum, qui negant eoſdem illos eſſe, in qua ſunt Rualdus in vit. Plutarch c. 5 Salmaſ & Caſaubon ad Capitolin (vtut aduerſam ſententiam antea, cum Diogenem Laertium illuſtraret, amplexus Caſaubonus fuiſſet.) Ionſius de Scriptor. Hiſt. Philoſ. lib. III, c. 12. Quos ſequuntur Menagius ad Diogenis Laert. l. IX. circa finem. & Lud. Kuſterus ad Suidam v. Σεξτ. Vir elegantiſſimus Andr. Dacerius quoque plane non quadrare in Sextum Empiricum, quae apud Imp. M. Aurelium l. c. leguntur, exiſtimat, quae *Stoicam* ſcilicet potius eum quam *Epheſticum* oleant. vid. ad verſ. τῶν εἰς ἑαυτὸν M. Aurelii Adde de hoc Sexto Tillemontium vita M. Aurel. art. 31. de Marco Imp. Sexti ſcholas frequentante vide & Dionem, Xiphilinum, Capitolinum, Eutropium ll. cc.

6 ὦ Ζεὺς] ap. Suidam v. Μάρκ. ὁ κὴ Αντων. legitur ὦ Ἥλιε.

7 δέλτον ἐξαψάμ.] melius quam apud Suidam δέλτε ἐξαψάμ. iudice cl. Kuſtero, qui Romanorum adoleſcentium morem ludum litterarium adeundi, tabellis e lacerto ſuſpenſis, ex Horatio etiam illuſtrat l. I ſat VI.

8 Αλεξανδρος] Alexandrum Macedonem intelligit, cui parebat Boeotia, patria Lucii.

ψηφισάμενοι τὴν ἡμέραν, ἐφ' ἧς ἀπέθανεν, ἐξαίρειν τὸ ἔτος[1]. ἀποθανούσης δὲ αὐτῷ καὶ τῆς ἄλλης θυγατρὸς, ἣν Ελπινίκην ὠνόμαζεν, ἔκειτο μὲν ἐν τῷ δαπέδῳ, τὴν γῆν παίων καὶ βοῶν "τί σοι θύγατερ καθαγίσω; τί σοι ξυνθά-"ψω;" παρατυχὼν δὲ αὐτῷ Σέξτος, ὁ φιλόσο-"φος, "μεγάλα, ἔφη, τῇ θυγατρὶ δώσεις, ἐγ-"κρατῶς αὐτὴν πενθήσας." ἐπέγθετο δὲ ταῖς ὑπερβολαῖς ταύταις τὰς θυγατέρας, ἐπειδὴ Αττικὸν, τὸν υἱὸν, ἐν ὀργῇ εἶχε. διεβέβλητο δὲ πρὸς αὐτὸν, ὡς ἠλιθιώδη, καὶ δυσγράμματον, καὶ παχὺν τὴν μνήμην[2]. τὰ γὰρ πρῶτα γράμματα παραλαβεῖν μὴ δυνηθέντος, ἦλθεν εἰς ἐπίνοιαν τῷ Ηρώδῃ, ξυντρέφειν αὐτῷ τέτταρας παῖδας καὶ εἴκοσιν, ἰσήλικας, ὠνομασμένους ἀπὸ τῶν γραμμάτων, ἵνα ἐν τοῖς τῶν παίδων ὀνόμασι τὰ γράμματα ἐξ ἀνάγκης αὐτῷ μελετῷτο. ἐώρα δὲ αὐτὸν καὶ μεθυσικὸν, καὶ ἀνοήτως ἐρῶντα. ὅθεν ζῶν μὲν ἐπεχρησμώδει τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ ἐκεῖνο τὸ ἔπος[3]·

Εις δέ τι πρὸς μωρὸς καταλείπεται εὐρέι οἴκῳ.

τελευτῶν δὲ, τὰ μὲν μητρῷα ἀπέδωκεν. εἰς ἑτέρους δὲ κληρονόμους τὸν ἑαυτοῦ οἶκον μετέσησεν. ἀλλ' Αθηναίοις ἀπάνθρωπα ἐδόκει ταῦτα, οὐκ ἐνθυμουμένοις[4] τὸν Αχιλλέα καὶ τὸν Πολυδεύκην[5], καὶ τὸν Μέμνονα[6], ὃς ἴσα γνησίοις ἐπένθησε, τροφίμους[7] ὄντας, ἐπειδὴ καλοὶ μάλιστα, κἀγαθοὶ ἦσαν, γενναῖοί τε καὶ φιλομαθεῖς, καὶ τῇ παρ' αὐτῷ τροφῇ πρέποντες. εἰκόνας γὰρ ἀνετίθει σφῶν θηρώντων τε καὶ τεθηρακό-

diem, qua obierat, anno eximendum decernentes. Cum altera vero etiam filia morte ipsi eriperetur, quam Elpinicen nominabat, in pauimento procubuit, terram feriens, & vociferans: *Quas tibi, filiola, inferias dabo? quid vna tecum in sepulcro condam?* Sextus vero, philosophus, ad eum veniens: *multum*, inquit, *filiae dabis, si moderate eam luxeris.* Tam vehementer autem filias ideo lugebat, quod aduersus Atticum, filium, inimico esset animo: eum enim vt stolidum insectabatur, atque litteris ineptum, memoriaeque difficilis hominem. Cum igitur ille litterarum rudimenta apprehendere non posset, venit in mentem Herodi, vna cum ipso quatuor & viginti pueros coaetaneos alere, literarum nominibus appellatos, vt in puerorum nominibus litterarum, necessitate quadam, exerceret memoriam. Eundem vinolentum quoque esse videbat, & amori vaesano deditum, vnde viuens adhuc de suis opibus ita vaticinatus fuit:

En solus stultusque relinquitur aedibus amplis.

Moriens autem, maternis quidem bonis ipsi relictis, ad alios heredes rem suam familiarem transtulit. Idque Athenienſibus visum est inhumanum, oblitis Achillis & Pollucis, & Memnonis, quos non secus ac ingenuos luxit, cum serui essent. Ideo nempe, quod honesti inprimis ac probi essent, generosi & dociles, & educatione sua digni. Imagines igitur ipsorum consecrauit & venantium, & venatione functorum, & ad venandum

---

§. X. 1 ἐξαίρειν τὸ ἔτος] tanquam infaustam, more apud Graecos & Romanos notissimo.

2 ὡς ἠλιθ. καὶ δυσγραμμ. καὶ παχ. τὴν μν.] tanquam doctissimus tamen nobis hic Atticus describitur in Inscriptione Regillae, & qui ob facundiam dictus sit γλῶττα Ηρώδε: quo ipso discrepare ab illa inscriptione Philostratum, miratur ad eam Salmas. p. 117. Forte responderi posset *Marcellum*, inscriptionis autorem, vt solent tales, laudibus in huiusmodi monimento non parcendum esse existimasse. Ceterum hoc, quod trium tantum liberorum Herodis meminit noster, quatuor Marcellus ille, id satis apte explicatum eidem Salmasio p. 96. Nempe quartus erat, cum quo in ὠμῷ τόκῳ Regilla interiit, qua de re §. VIII.

3 ἐκεῖνο τὸ ἔπος] παρῳδία est versus Homerici Odyss. Δ'. v. 498. εἷς δ' ἔτι παιδνὸς κατερύκετο οἷος ἐπ' αὐτῷ quem aliter παρῳδηθέντα vid. vit. *Heraclidis* §. IV.

4 οὐκ ἐνθυμουμ. τὸν Αχ. &c.] [nempe erga eos se φιλανθρωπότατον ostenderat Herodes, ideoque dicit noster, non recordatos esse Athenienses Herodis aduersus illos φιλανθρωπίας, alias non accusaturos τὸ ἀπάνθρωπον viri.

5 καὶ τὸν Πολυδεύκην] luctum, quo prosecutus Pollucem Herodes fuit, nimium, ridebat Demonax, vt ex Luciani Demonacte iam obseruatum nobis §. VIII. n. 11. At idem apud eundem p. 1007. alio quoque modo hunc Herodi luctum exprobrauit. Nempe, cum Herodes currum Pollucī mortuo instrueret, & equos, quasi conscendere eum ille posset, & prandium quoque appararet; Demonax eum accessit, epistolam se habere a Polluce inquiens: eo vero gaudente, & Demonactem sui solandi causa accessisse putante, atque interrogante, quid sibi itaque velit Pollux? respondit Demonax, ὅτι μὴ ἥδη πρὸς αὐτὸν ἄπει. Ceterum hic *Pollux* non confundendus cum eo, cuius vitam inf. describit noster ad quam v. §. I. n. 1.

6 Μέμνονα] is ipse est, de quo actum vit. Apollon. lib. III. cap. 11. vbi Μέμνων vocat, pluraque de eo habemus inf.

7 τροφίμους] *seruos* significari ex oppositione γνησίων manifestum est, vnde colligere est eodem sensu in vit. Apollonii quoque, lib. III. c. 2, *Memnonem* Herodis τρόφιμον dici. Nempe τρόφιμον Hesychius esse ait ὃν ἡμεῖς δεσπόσυνον *quem nos*, vulgari nempe sermone, δεσπόσυνον *dicimus*. δεσποσύνους autem vocari δούλους τραφέντας ἐν οἰκίαις δεσποτῶν, *seruos in Dominorum familia educatos*, discere est ex Eustathio ad Il. Λ'. p. 784. Vnde apud Suidam Δεσπόσυνος παῖς τοῦ δεσπότου ἐστίν. Male vertebant: *despósynos est filius Heri*, cum *seruum Heri* interpretari debuissent. Obseruat tamen idem Eustathius τρόφιμον vulgo rhetoribus esse alumnum, qui ingenuus sit. & Pollux lib. III. c. 8. νεώτερον δεσπότην καὶ τρόφιμον coniungit, vt manifestum sit notare etiam *herilem filium*. Varia item *matris familias* vel dominae nomina, in quibus & τροφίμη.

para-

paratorum: alias in nemoribus quidem, in agris alias, alias ad fontes, alias ſub vmbris platanorum; non obſcure, ſed cum execrationibus eius, qui concideret, vel loco moueret. Quos certe nunquam ita extuliſſet, niſi laudibus dignos agnouiſſet. Quintiliis igitur, cum Graeciae praeeſſent, ipſum criminantibus ob adoleſcentium horum imagines, tanquam ſuperfluas: *Quid* autem *teſtra*, reſpondebat, *intereſt, quod in meis ego ludam marmoribus?*

XI. Initium vero ipſi altercationis cum Quintiliis, vt plerique dicunt, Pythiorum ludi ſolennes extitere, quod diuerſo iudicio Muſicos ludos auſcultaſſent: vt alii aiunt, ea quibus in ipſos Herodes apud Marcum offenderat. Nam cum videret eos, Troiani qui eſſent, magnis ab Imperatore honoribus affici: *Ego quidem*, inquit, *vel Ioui Homerico id vitio verto, quod Troianos dilexerit.* Sed verior cauſa haec eſt: viris iſtis Graeciae praeſidentibus, ad comitia eos Athenienſes accerſiuere, voceſque emiſere, quibus tyrannide ſe premi ſignificarent, ad Herodem reſpicientes, oranteſque poſtremo, vt ad Imperatoris aures dicta perferantur. Quintiliis itaque populo gratificantibus, atque praeferuide, quae audierant, deferentibus, Herodes inſidias ſibi ſtrui dixit ab eis, vt qui in Athenienſibus motus aduerſum ſeſe cierent. Poſt eos enim mare quaſi tempeſtate concitarunt Demoſtrati, & Praxagorae, & Mamertini, atque alii plures, qui in Reipublicae adminiſtratione Herodi aduerſabantur. Litem vero ipſis Herodes intentauit, quod *ἐς τὸ ἀντίζοον τῷ Ἡρώδῃ πολιτεύοντες*[2]. *γραψάμενος δὲ αὐτοὺς*[3] Ἡρώδης *ὡς ἐπι-*

των, καὶ θηρασόντων· τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, ἐκ ἀφανῶς[8]*, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς τῷ περικόψοντος, ἢ κινήσοντος*[9]*. ὃς ἐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἦρεν, εἰ μὴ ἐπαίνων ἀξίως ἐγίγνωσκε. Κυντιλίων*[10] *δὲ, ὁπότε ἦρχον τῆς Ἑλλάδος, αἰτιωμένων αὐτὸν ἐπὶ ταῖς τῶν μειρακίων τούτων εἰκόσιν, ὡς περιττ/αῖς, "τί δὲ ὑμῖν, ἔφη, διενή-„νοχεν, εἰ ἐγὼ τοῖς ἐμοῖς ἐμπαίζω λιθαρίοις;„*

Ἠρξε δὲ αὐτῷ τῆς πρὸς τὸς Κυντιλίους διαφορᾶς, ὡς μὲν οἱ πολλοί φασι, Πυθικὴ πανήγυρις, ἐπειδὴ ἑτεροδόξως τῆς μουσικῆς ἠκροῶντο· ὡς δὲ ἔνιοι, τὰ πταισθέντα περὶ αὐτῶν Ἡρώδῃ πρὸς Μάρκον. ὁρῶν γὰρ αὐτὸς Τρῶας μὲν, μεγάλων δὲ ἀξιουμένους παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐγὼ, ἔφη, καὶ τὸν Δία μέμφομαι τὸν Ὁμηρικὸν, ὅτι τοὺς Τρῶας ἐφίλει. ἡ δὲ ἀληθεστέρα αἰτία ἥδε· τῷ ἄνδρε τούτω, ὁπότε ἄμφω τῆς Ἑλλάδος ἠρχέτην, καλέσαντες ἐς τὴν ἐκκλησίαν Ἀθηναῖοι, φωνὰς ἀφῆκαν τυραννουμένων, πρὸς τὸν Ἡρώδην ἀποσημαίνοντες, καὶ δεόμενοι ἐπὶ πᾶσιν, ἐς τὰ βασιλέως ὦτα παραπεμφθῆναι τὰ εἰρημένα. τῶν δὲ Κυντιλίων παθόντων τι πρὸς τὸν δῆμον, καὶ ξὺν ὁρμῇ ἀναπεμψάντων ἃ ἤκουσαν, ἐπιβουλεύεσθαι παρ' αὐτῶν ὁ Ἡρώδης ἔφασκεν, ὡς ἀναθολούντων ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους. μετ' ἐκείνους γὰρ τὴν θάλατταν Δημόστρατοι ἀνεφύσησαν[1]*, καὶ Πραξαγόραι, καὶ Μαμερτῖνοι, καὶ ἕτεροι πλείους*[2]*, ἐς τὸ ἀντίζοον τῷ Ἡρώδῃ πολιτεύοντες. γραψάμενος δὲ αὐτοὺς*[3] Ἡρώδης *ὡς ἐπι-*

---

8 *ἐκ ἀφανῶς*] nempe conſecratio *ξὺν ἀραῖς* diſertis concepta maiorem religionem habebat, vt quam nemo poſſet ignorare. vide notata Salmaſio ad conſecrationem templi in Herodis agro Triopio p. 10.

9 *ξὺν ἀραῖς τοῦ περικόψοντος ἢ κινήσοντος*] ſimilibus execrationibus proſpicit ſecuritati agri & templi Triopii a ſe conſecrati, & poſitorum in eo monimentorum: vide ad eam Triopii dedic. Salmaſ. p. 9. Neque id alias in veteribus monimentis infrequens, maxime ſepulcralibus. vide Gruterum Theſ. inſcr. p. DCCCCXVII, 1. DCCCCXXII, 3. adde Reineſ. Inſcr. claſſ. XVII. n. 168. & Ferretium Muſae Lapid. p. 148.

10 *Κυντιλίων*] editi habent *Κυντιλλίων*. Nos lectionem cod. S. ſecuti ſumus. Celeberrimi autem ſunt in horum temporum hiſtoria *Quintilii* fratres: *Cardianum* & *Maximum Quintilios* illos nominat Dio l. LXXII. p. 819. *Condianum* tamen apud Dion. legendum eſſe, Viri docti putarunt, Onuphrius in faſtis p. 227. & Caſaubonus ad Lampridii Commodum cap. 4. quibus Pagius quoque in Criticae Annal. Baronii addendis pag. 311. ſq. calculum addit. Idem Dio de illis obſeruat, doctrina, rei militaris peritia, opibus & animorum coniunctione celeberrimos fuiſſe, & ſimul magiſtratus geſſiſſe ſumma conſenſione, *καὶ ἦρχον ὁμοῦ καὶ παρέδεσαν ἀλλήλοις*. Nempe conſulatum ſimul obiere A. C. 151. ſimul prouinciae praefuere Pannoniae, vt coniecerat Caſaubonus ex Xiphilino p. 281. vbi *τοῖς Σκυθικοῖς* praefuiſſe dicuntur. Ex Philoſtrato noſtro, in Achaia eos Magiſtratum geſſiſſe, manifeſtum eſt. Plura de iis Caſaubon. ad Lampridii l. c. & N. Tillemontius in vita *T. Antonini*: eorum mentio infra quoque eſt in vita *Ariſtidis*.

§. XI. 1 *μετ' ἐκείνους γὰρ τὴν θάλατταν Δημόστρατοι ἀνεφύσησαν*] *μετ' ἐκείνους* ex cod. S. reſcripſi pro *μετ' ἐκείνων* quod habebant editi, vt ad Quintilios referatur: qua ratione perſpicuus erit ſenſus. Poſt illos (Quintilios nempe) Demoſtratos, &c. mare inflaſſe, hoc eſt motus & tempeſtatem in republica contra Herodem excitaſſe. Forte tamen *μετ' ἐκείνην* retineri poſſit, ſubintellecto *ἡμέραν*. Vt notet *poſt illud tempus* qui ſenſus eodem rediret Prius tamen magis placet; *ἀνεφύσησαν* reſcripſi ex coniectura pro *ἀνεφύσων* editorum, cuius hic nullus eſſe poterat ſenſus. Continuabitur hac ratione allegoria verbo *ἀναθολούντων* coepta, quod *de maris perturbatione* vſurpatur paſſim. Cod S. tamen plane alia ſecutus ita haec repraeſentat *μετ' ἐκείνους γὰρ τὴν ἐκκλησίαν Δημόστρατοι ἀνέφυσαν*. Vbi mallem *ἀνέσησαν*. Vt ſenſus ſit: *Poſt Quintilios Athenienſium concionem excitaſſe Demoſtratos* &c. Verum olet correctoris manum haec lectio, ideoque eam editis praeferre vereor. Ceterum de Demoſtrati cum Herode controuerſia vide etiam §. VIII. n. 8.

2 *ἕτεροι πλείους*] in quibus etiam *Theodotus*, de quo paulo poſt vitae eius init.

3 *αὐτοὺς*] editi *αὐτὸς*. Secuti ſumus cod. S.

συνε-

συνισάντας αὐτῷ τὸν δῆμον, ἦγεν ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν. οἱ δὲ ὑπεξῆλθον ἀφανῶς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Μάρκον, θαῤῥοῦντες τῇ τε φύσει τοῦ βασιλέως, δημοτικωτέρᾳ ὄσῃ, καὶ τῷ καιρῷ. ὃς γὰρ [4] ὑπώπτευσε Λύκιον, κοινωνὸν [5] αὐτῷ τῆς ἀρχῆς γενόμενον, ἀδὲ τὸν Ηρώδην ἠφίει [6] τοῦ μὴ ξυμμετέχειν αὐτῷ. ὁ μὲν δὴ αὐτοκράτωρ ἐκάθητο ἐς τὰ Παιόνια [7] ἔθνη, ὁρμητηρίῳ τῷ Σιρμίῳ χρώμενος. κατέλυον δὲ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Δημόστρατον περὶ τὰ βασίλεια, παρέχοντος αὐτοῖς ἀγορὰν [8] τοῦ Μάρκου, καὶ θαμὰ ἐρωτῶντος εἴ τι δέοιντο. φιλανθρώπως δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔχειν αὐτός τε ἑαυτὸν ἐπεπείκει, καὶ τῇ γυναικὶ ἐπέπειστο, καὶ τῷ θυγατρίῳ [9], ψελλιζομένῳ ἔτι. τοῦτο γὰρ μάλιστα, ξὺν πολλοῖς θωπεύμασι περιπίπλον τοῖς γόνασι πατρὸς, ἐδεῖτο σῶσαί οἱ τοὺς Αθηναίους. ὁ δὲ Ηρώδης ἐν προαστείῳ ἐσκήνα, ἐν ᾧ πῦργοι ἐξωκοδόμηντο, καὶ ἡμιπύργια. καὶ δὴ ξυναπεδήμων αὐτῷ καὶ δίδυμοι κόραι, πρὸς ἀκμὴν γάμων, θαυμαζόμεναι ἐπὶ τῷ εἴδει, ἃς, ἐκνηπιώσας ὁ Ηρώδης, οἰνοχόους ἑαυτῷ καὶ ὀψοποιοὺς ἐπεποίητο, θυγάτρια ἐπονομάζων, καὶ ὧδε ἀσπαζόμενος. Αλκιμέδοντος [10] μὲν δὴ ἄυται θυγατέρες, ὁ δὲ Αλκιμέδων ἀπελεύθερος τοῦ Ηρώδου. καθευδούσας δὲ αὐτὰς ἐν ἑνὶ τῶν πύργων, ὃς ἦν ὀχυρώτατος, σκηπτὸς, ἐμπεσὼν νύκτωρ, ἀπέκτεινεν. ὑπὸ τούτου δὴ τοῦ πάθους ἔκφρων Ηρώδης ἐγένετο, καὶ παρῆλθεν ἐς τὸ βασίλειον δικαστήριον, ὅτε ἔννυς, καὶ θανάτου ἐρῶν. παρελ-

tans, quasi populum in se instigassent, ad praesidis tribunal eos pertraxit: verum illi ad Marcum Imperatorem clam abierunt, consili & ingenio Imperatoris, quod populare magis erat, & opportunitati. Imperatori enim Lucius suspectus tum erat, quem in imperio habebat collegam, neque Herodem absoluebat a suspicione, quod & ipse consiliorum Lucii particeps esset. Atque Imperator apud Pannonias gentes tum quidem degebat, Sirmio oppido ad belli subsidia vtens. Diuersorium vero Demostratus circa ipsum palatium habuit, commeatum ei praebente Marco, atque identidem, an aliqua re opus haberet, interrogante. Eique benignum vt se praeberet & ipse in animum induxerat, & Imperatrici erat persuasum, & filiolae, adhuc balbutienti. Haec enim potissimum, multis cum blandimentis genubus patris aduoluta, precabatur, vt sibi Athenienses seruaret. Herodes vero in suburbiis habitabat, in quibus turres maiores minoresque exaedificatae erant. Cumque eo iter fuerant ingressae geminae puellae, iam nubili aetate, forma excellentes, quas, a teneris educatas, Herodes pocillatrices sibi & pistrices comparauerat, filiolas nuncupans, easque perinde [ac si filiae essent] amans. Alcimedontis illae natae erant, Alcimedon autem libertus fuit Herodis. Has igitur somno sepultas in turrium aliqua, quae munitissima erat, fulgur, noctu vibratum, interfecit. Hocque casu mente Herodes externatus ad Imperatoris Praetorium accessit, animi haut compos, mortisque cupidus.

---

4 ὃς γὰρ] sic legendum citra controuersiam pro ὃν γὰρ, quod editum erat.

5 κοινωνὸν] sic cod. Angl. & S. Editi κοινὸν.

6 ἀδὲ τὸν Ηρώδ. ἠφίει &c.] qui scilicet doctor & hospes *Lucii Veri* fuerat, vt paulo post indicatur; quod fundamentum illius suspicionis. Capitolinus *Vero* c. 2. vbi de praeceptoribus eius, quos inter Herodem etiam numerat, *hos*, inquit, *omnes amauit Venice, atque ab his inuicem dilectus est.*

7 Παιόνια] *Sirmium*, quod ὁρμητήριον Marci in istis partibus fuisse mox ait noster, πόλιν Παιόνων Stephanus quoque dicit. Annotauerat tamen ad illum locum Salmas. legendum esse Παννονίων. Verum non est ille apud Stephanum librarii error, quemadmodum nec apud Philostratum nostrum, qui vbique Παίονας vocat, quos *Pannonios* Romani: redit bis haec appellatio in hac ipsa *Herodis* vita, & iterum in vita *Alexandri*. Similiter in Menolog. Graecorum d. 23. Augusti, vbi de martyrio S. Irenaei: κρατηθεὶς ἀπὸ τῆς Σιρμίας, ἦλθεν εἰς Παιονίαν &c. Nempe errore antiquo *Paeonas* & *Pannonios* confuderunt plerique, obseruato Dioni, qui Pannoniae ipse post patrem praefuit, v. l. XLIX. vbi postquam Pannoniae situm his verbis νέμονται πρὸς τῇ Δαλματίᾳ, παρ' αὐτὸν τὸν Ιστρον, ἀπὸ Νωρικοῦ μέχρι τῆς Μυσίας τῶν ἐν τῇ Ευρώπῃ, descripsisset; mox addit: τοῖ δὴ Ελλήνων τινὲς, τ' ἀληθὲς ἀγνοήσαντες, ΠΑΙΟΝΑΣ σφᾶς προσεῖπον, ἀρχαῖόν μέν πω τοῦ προσρήματος ὄντος, ἐ μέντοι καὶ ἐκεῖ, ἀλλ' ἔτε τῇ Ροδόπῃ καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῇ νῦν μέχρι τῆς θαλάσσης. ὑφ' ἕτερα καὶ ἐγὼ ἐκείνως μὲν Παίονας, τούτους δὲ Παννονίους, ὥσπερ πω καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ Ρωμαῖοι σφᾶς καλοῦσι, προσαγορεύσω. adde & Casaubon. ad Strabon. p. 142. & Gataker. ad Antonini l. II. εἰς ἑαυτ. not. vlt. Ceterum quae hic narrantur, ex statione in Pannonia colliguntur gesta esse inter A. C. 168. & 175. quo tempore in istis partibus M. Aurelius versatus fuit, ob bella cum quibusdam Germaniae populis.

8 παρέχοντος αὐτ. ἀγορὰν] Gruterus vertebat: *praebente ipsis annonam* &c. iudicaueratque Salmas. quoque interpretem, quid esset παρέχειν ἀγορὰν, nescisse. Quibus & ipse assensum praebeo. Nam omnino argumenta humanitatis in Imperatore hoc loco enarrantur, fauetque Grutero & Salmasio quod identidem is interrogauerit, *an aliqua re opus habeant.* Bonfinius vertebat: *exhibente ipsis concionem Marco.* At in argumentis humanitatis id locum non habet: causa praeterea inter partes acta infra demum narratur: nec scio, an de Imperatoris iudiciis commode dici possit παρέχειν ἀγορὰν, quamuis alias phrasin id notare posse non negem, eique similem ita explicauerim ipsa vita Apollon. l. I. c. 12.

9 θυγατρίῳ] plures ex Faustina filias suscepit, quae hic intelligatur non facilis coniectura.

10 Αλκιμίδοντος] de quo s. etiam vbi de Regillae morte §. VIII.

Cum

Cum ad loquendum enim prodiisset, inuectus est in Imperatorem, ne quidem colorem inducens orationi, vt par erat virum, in hoc dicendi genere exercitatum, iram suam oratione temperare. Verum aculeata lingua & nuda contendebat: *Hunccine*, inquiens, *hospitii fructum habeo Lucii? quem tu ad me misisti: id enim ob oculos habens iudicas, in mulierculae, & puellae triennis gratiam me perdens.* Basseo igitur, qui praefectus praetorio erat, mortem ipsi minitante, Herodes, *Rarum amice est*, inquit, *senem timere.* Hocque dicto Herodes quidem e praetorio discessit, multa aquae parte suspensa relicta. Nos autem interea, quae a Marco, vt decebat philosophum, gesta sunt, manifeste etiam in hac causa acta fas est censere. Neque enim supercilia contraxit, neque oculos oblimauit, quod vel arbitro in tali negotio contigisset, sed ad Athenienses conuersus, *caussam*, inquit, *dicite, Athenienses, tametsi Herodes non permittat.* Cumque defendentes caussam audiisset, ob plurima quidem secum doluit. Cum vero ipsi praelegeretur etiam Athenienſium defensio, in qua Herodem adoriebantur aperte, vt qui Graeciae magistratus multo melle sibi feciſſet obnoxios: exclamantes etiam alicubi, *o mel amarum!* & iterum: *beati qui lue grassante moriebantur!* ita animo commotus est iis quae audierat, vt ad lacrymas fundendas palam adactus fuerit. Cumque Athenienſium apologia tum Herodis contineret accusationem, tum libertorum, in libertos iram Marcus conuertit, *castigatione quam fieri potuit mitissima* vsus; sic enim ipse iudicium suum designauit. Soli autem Alcimedonti supplicium remisit, satis illi esse affirmans liberorum casum. Atque haec ita philosophico animo sunt a Marco peracta.

θὼν γὰρ καθίσατο ἐς διαβολὰς τῷ αὐτοκράτορος, ἀδὲ σχηματίσας [11] τὸν λόγον, ὡς εἰκὸς ἦν ἄνδρα, γεγυμνασμένον τῆς τοιᾶσδε ἰδέας, μεταχειρίσασθαι τὴν ἑαυτῷ χολήν· ἀλλ' ἀπηγκωνισμένῃ τῇ γλώττῃ καὶ γυμνῇ [12] διετείνετο, λέγων· "ταῦτά μοι ἡ Λκκία ξενία [13]; ὃν σύ μοι „ ἔπεμψας· ὅθεν δικάζεις, γυναικί με καὶ τελε- „ τεῖ παιδίῳ καταχαριζόμενος". Βασσέᾳ δὲ, τῷ πεπιστευμένῳ τὸ ξίφος [14], θάνατον αὐτῷ φήσαντος, ὁ Ηρώδης, "ὦ λῷστε, ἔφη, γέρων ὀλίγα φοβεῖ- „ται". ὁ μὲν δὴ Ηρώδης ἀπῆλθε τῷ δικαστηρίῳ, εἰπὼν τοῦτο, καὶ μετέωρον καταλείψας πολὺ τοῦ ὕδατος [15]. ἡμεῖς δὲ τῶν ἐπιδήλως τῷ Μάρκῳ φιλοσοφηθέντων καὶ τὰ παρὰ τὴν δίκην ταύτην ἡγώμεθα. ὁ γὰρ ξυνήγαγε τὰς ὀφρῦς, ἀδὲ ἔστρεψε [16] τὸ ὄμμα, ὃ κἂν διαστητής τις ἔπαθεν· ἀλλ' ἐπιστρέψας ἑαυτὸν ἐς τοὺς Αθηναίους, ἀπολογεῖσθε, ἔφη, ὦ Αθηναῖοι, εἰ καὶ μὴ ξυγχωρεῖ Ηρώδης. καὶ ἀκόων ἀπολογεμένων, ἐπὶ πολλοῖς μὲν ἀφανῶς ἤλγησεν. ἀναγινωσκομένης δὲ αὐτῷ καὶ Αθηναίων ἀπολογίας [17], ἐν ᾗ ἐφαίνοντο καθαπτόμενοι τοῦ Ηρώδου, ὡς τοὺς ἄρχοντας τῆς Ελλάδος ὑποποιεμένου πολλῷ μέλιτι, καί πως καὶ βεβοηκότες [18], "ὦ πικρῷ μέλιτος"· καὶ πάλιν· "μακάριοι οἱ ἐν τῷ λοιμῷ ἀποθνήσκον- „τες", ἕως ἐσείσθη τὴν καρδίαν ὑφ' ὧν ἤκουσεν, ὡς ἐς δάκρυα φανερὰ ὑπαχθῆναι. τῆς δὲ τῶν Αθηναίων ἀπολογίας ἐχούσης κατηγορίαν τοῦ τε Ηρώδου καὶ τῶν ἀπελευθέρων, τὴν ὀργὴν ὁ Μάρκος ἐς τοὺς ἀπελευθέρους ἔτρεψε, κολάσει χρησάμενος "ὡς οἷόν τε ἐπιεικεῖ", ἕως γὰρ αὐτὸς χαρακτηρίζει τὴν ἑαυτοῦ κρίσιν [19]. μόνῳ δὲ Αλκιμέδοντι τὴν τιμωρίαν ἐπανῆκεν, ἀποχρῶσάν οἱ εἶναι φήσας τὴν ἐπὶ τοῖς τέκνοις συμφοράν [20]. ταῦτα μὲν δὴ ὧδε, ἕως ἐφιλοσοφεῖτο τῷ Μάρκῳ.

XII. Sunt qui exilio Herodem praeterea

Ἐπιγράφουσι δὲ ἔνιοι [1] καὶ φυγὴν, ἐ φυγόντι,

---

11 ἀδὲ σχηματίσ. τὸν λόγον] i. e. non oblique & tecte, sed aperte & plane agens. Quid λόγος ἰσχηματισμένος sit, pluribus supra expositum ad *Scopelianum* §. V. not. 17.

12 γυμνῇ] opponitur τῷ ἰσχηματισμένῳ.

13 Λκκία ξενία] eius enim hospitium in suspicionem adduxerat Herodem ap. Marcum vid. s. §. XI. n. 6.

14 Βασσέᾳ δὲ τῷ πεπ. τὸ ξίφος] Μάρκος Βάσσος Βασσαῖος dicitur Dioni l. LXXI. p. 803. & Xiphilino p. 272. ex rustico *praefectus praetorio*, indoctus, sed manu fortis. Ceterum de dignitate *praefecti praetorio*, phrasi πεπιστευμένος τὸ ξίφος designata, vid. notata ad vitam Apollonii l. IV. c. 41. n. 4.

15 μετέωρον καταλ. πολ. τοῦ ὕδατος] nempe ad *clepsydram* dicebat: multumque temporis supererat quod dicendo consumere posset.

16 ἔστρεψε] sic malim cum cod. S. quam cum editis ἔτρεψε.

17 ἀπολογίας] vocem hanc substituimus pro ἐκκλησίας quod erat in vulgatis: sic enim paulo post dicitur Athenienſium *scriptum*, quale Imperatori hic lectum esse manifestum est. Eius haut dubie autor est Demostratus, respiciturque ad illud s. §. VIII. & inf. §. XIII. &c.

18 βεβοηκότες] sic legendum omnino, quod & probat cod. S. & Gruter. atque Salmas. editi male βεβοηκότος.

19 ἕως γὰρ αὐτ. χαρακτηρ. τὴν ἑαυτοῦ κρίσιν] verba ipsa epistolae, in qua id factum, habes cap. sq. Male enim haec Interpres acceperat, iudice quoque, quod postea comperi, Salmasio.

20 τὴν ἐπὶ τοῖς τέκν. συμφ.] fulmine occisa, vt paulo ante narratum. §. XI.

§. XII. 1 ἔνιοι] vox ista restituenda omnino fuit ex cod. S. deerat enim in editis.

καὶ φασὶν αὐτὸν οἰκῆσαι τὸ ἐν τῇ ἠπείρῳ Ωρικὸν[2], ὃ καὶ πολίσαι αὐτὸν, ὡς εἴη δίαιτα τῷ σώματι ἐπιτηδεία. ὁ δὲ Ηρῴδης ᾤκισε μὲν τὸ χωρίον τοῦτο, νοσήσας ἐν αὐτῷ, καὶ θύσας ἐκβατήρια τῆς νόσου[3]· φυγεῖν δὲ ὅτε προσετάχθη, ὅτ' ἔτλη. καὶ μάρτυρα τοῦτο ποιήσομαι τὸν θεσπέσιον Μάρκον. μετὰ γὰρ τὰ ἐν τῇ Παιωνίᾳ[4], διητᾶτο μὲν ὁ Ηρῴδης ἐν τῇ Ατ̣τικῇ παρὰ τοὺς φιλτάτους ἑαυτῷ δήμους, Μαραθῶνα[5] καὶ Κηφισίαν, ἐξηρτημένης αὐτοῦ τῆς πανταχόθεν νεότητος, οἳ κατ' ἔρωτα τῶν ἐκείνου λόγων ἐφοίτων Αθήναζε. πεῖραν δὲ ποιούμενος, μὴ χαλεπὸς αὐτῷ εἴη διὰ τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ[6], πέμπει πρὸς αὐτὸν ἐπιστολήν, οὐκ ἀπολογίαν ἔχουσαν, ἀλλ' ἔγκλημα· "θαυμάζειν γάρ, ἔφη, τοῦ χάριν οὐκ "ἔτ' αὐτῷ ἐπιστέλλοι. καί τοι τὸν πρὸ τοῦ χρόνον "θαμὰ ἄνω[7] γράφων, ὡς καὶ τρεῖς γραμματο- "φόρους ἀφικέσθαι ποτε παρ' αὐτὸν ἐν ἡμέρᾳ "μιᾷ, κατὰ πόδας ἀλλήλων;" καὶ ὁ αὐτοκράτωρ διὰ πλειόνων μέν, καὶ ὑπὲρ πλειόνων, θαυμάσιον δὲ ἦθος ἐγκαταμίξας τοῖς γράμμασιν, ἐπέστειλε πρὸς τὸν Ηρῴδην. ὧν ἐγὼ, τὰ ξυντείνοντα ἐς τὸν παρόντα μοι λόγον ἐξελὼν τῆς ἐπιστολῆς, δηλώσω. τὸ μὲν δὴ προοίμιον τῶν ἐπεσταλμένων, "χαῖρέ μοι, φίλε Ηρῴδη". διαλεχθεὶς δὲ ὑπὲρ τῶν τοῦ πολέμου χειμαδίων, ἐν οἷς ἦν τότε[9], καὶ τὴν γυναῖκα ὀλοφυράμενος, ἄρτι αὐτῷ τεθνεῶσαν[10], εἰπών τέ τι καὶ περὶ τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας, ἐφεξῆς γράφει· "Σὲ δὲ[11] "ὑγιαίνειν τε εὔχομαι, καὶ περὶ ἐμοῦ ὡς ἔνεστί σοι "διανοεῖσθαι· μηδὲ ἡγεῖσθαι ἀδικεῖσθαι, εἰ, "καταφωράσας τινὰς τῶν σῶν[12] πλημμελῶν- "τας, κολάσει ἐπ' αὐτοῖς ἐχρησάμην, ὡς οἷόν τε, "ἐπιεικεῖ. διὰ μὲν δὴ ταῦτα μή μοι ὀργίζου[13]. εἰ "δέ τι λελύπηκά σε, ἢ λυπῶ, ἀπαίτησον παρ' ἐμοῦ δίκας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἐν ἄστει Αθηνᾶς[14], ἐν

mulctatum aiunt, nunquam exul qui fuit, dicuntque Oricum ipsum in Epiro habitasse, quod etiam condiderit, vt viuendi rationem praeberet corpori eius conuenientem. Condidit autem eum quidem locum Herodes, morbo ibi correptus, & pro liberatione a morbo sacra faciens: sed exilium ei neque indictum est, neque id ipse sustinuit. Huiusque rei testem ipsum diuum Marcum producam. Nam post res in Pannonia gestas, Herodes in Attica degebat, apud charissimos sibi pagos, Marathona & Cephesiam, iuuentute, quae vndiquaque affluxerat, ab ipsius ore pendente, quae eius eloquentiae desiderio Athenas frequentabat. Periculum autem facturus, an infensus sibi [Marcus] esset, ob acta in praetorio, epistolam ad eum misit, non defensionem, sed expostulationem complexam: *mirari enim se*, aiebat, *quam ob rem ad se non amplius litteras mitteret; maxime cum superiori tempore ita crebro scripserit, vt tres etiam aliquando tabellarii vna die ad se venerint, alium alius presse sequentes.* Imperator autem pluribus quidem, ac de pluribus, mirifica indole litteras temperans, ad Herodem rescripsit: quorum ego ea, quae ad institutum sermonem faciunt, ex epistola excerpta hic exponam. Atque exordium quidem literarum hoc fuit: *Saluus mihi sis, amice Herodes.* Cumque de belli hibernis verba fecisset, in quibus tum temporis degebat: & coniugem defleuisset, recente morte sibi ereptam, de corporis item infirma valetudine quaedam dixisset; inde subiungit: *Te vero tum valere velim, tum de me, vt tibi fauente sentire; neque te iniuria affectum existimare, si, deprehensis quibusdam delinquentibus, animaduersione in eos vsus sum, quam fieri potuit mitissima. Propter ista igitur mihi succensere noli. Quod si tamen aegre aliqua re tibi feci, aut adhuc aegre facio, exposce a me poenas, in templo Mineruae*

---

2 Ωρικὸν] quod iam pene concidens restaurauit vid. s. §. V.

3 θύσ. ἐκβατήρια τ. νόσ.] i. e. conualescens, & pro recuperata valetudine sacra faciens. Videtur phrasis esse facta imitatione Plutarchi, in Lucullo, qui διαβατήρια θύειν *pro transitu sacra facere* dixit.

4 Παιωνίᾳ] vide paulo ante §. XI. n 7.

5 Μαραθῶνα] vid. s. §. I. not. 1. & inf. cap. vlt. Hic vero dum ageret *Herodes*, in certamen cum Alexandro Peloplatone descendit. vide huius vitam §. III.

6 ἐν τῷ δικαστ.] articulum addidi ex MS. S.

7 τὸν πρὸ τοῦ χρόνον θαμὰ ἄνω] corruptissime in ed. Morell. legebatur τὸ πρὸ τοῦ χρόνου θαῦμα, operarum typograph. haut dubie vitio, nam veram lectionem versio exprimebat, quae etiam erat in edit. Aldina, & Gruteri Salmasiique lectionibus.

8 τὸ μὲν δή] addidimus δὴ ex MS. S.

9 τότε] sic cod. S. & Gruter. Editi πότε, id leue interpretem non vidisse miratur Salmas.

10 ἄρτι αὐτῷ τεθνεῶσαν] mortua illa in itinere in orientem, cuius comes erat M. Aurelio, vt videre est apud Capitolinum. Vnde haec scripta patet circa A. C. 175. quo istud iter fuit susceptum. Ceterum causam non video cur pro αὐτῷ αὐτῷ subtitutum cupiat Salmas.

11 Σὲ δὲ] cod. S. habet σοὶ δὲ.

12 τῶν σῶν] verba haec editis exciderant: restitui ex cod. S. intelliguntur autem *liberti* Herodis, quos a M. Aurelio punitos vidimus cap. praec.

13 μή μοι ὀργίζου] ita pro μήμου ὀργίζου, quod erat in editis, rescripserat Salmas.

14 ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἐν ἄστει Αθην.] vt eius scilicet quasi arbitrio re gesta, ipsius sententia stet & cadat Imperator.

quod

quod in vrbe est mysteriorum tempore. Mamque in votis habui, quando bellum [illegible] *debat, sacris initiari. Fieri autem id* [illegible] *ipso sacrorum antistite.* Talis fuit Marci apologia, adeo benigna & masculа. At quis vnquam eum, quem exilio mulctauisset, ita est allocutus? quisue dignum, quem ita affaretur, solum vertere iussit?

XIII. Obtinet etiam fama quaedam Cassium, qui orienti praeerat, res nouas aduersus Marcum molitum esse: eumque epistola Herodem increpasse istius tenoris: *Herodes Cassio: Insanis.* Haecque epistola non vt increpatio tantum spectanda est, sed etiam vt roboris viri, pro Imperatore ingenii arma expedientis, argumentum. Oratio porro, quam Demostratus contra Herodem habuit, inter excellentissimas censetur. Character quidem eius, quantum ad mores, simplex. Grauitas enim ab exordio ad finem orationis continuatur. Elocutionis autem character multiplex, sibique dissimilis, sed in pretio merito habendus. Esto autem, Herodis odio quoque apud inuidos in pretio fuisse orationem: quandoquidem tantus vir ab ea male audiebat. Ast vt aduersus conuicia ille animo fuerit forti, ea docebunt, quae ad Proteum Cynicum aliquando Athenis dixit. Erat nempe hic Proteus ex numero eorum, qui audacter adeo philosophantur, vt se ipsum Olympiae in ignem iniecerit. Insectabatur autem Herodem conuiciis, semibarbara cum lingua lacessens. Conuersus itaque Herodes, *ego*, inquit, *maledictis me incessis: ad quid vero vel ita facis?* cumque instaret porro conuitiis Proteus, *consentimus*, inquit, *tu quidem mihi obtrectando, ego vero audiendo:* ostendens,

μυστηρίοις[15]. ἠυξάμην γὰρ, ὁπότε ὁ πόλεμος, μάλιστα ἐφλέγμαινε, καὶ μυηθῆναι, εἰ ἦ δὲ καὶ, σοῦ μυσταγωγοῦντος[16]." Τοιάδε ἡ ἀπολογία τοῦ, Μάρκε, καὶ ὕτω φιλάνθρωπος καὶ ἐῤῥωμένη[17]. τίς ἂν ἴδοι ποτὲ ἢ ὂν φυγῇ περιέβαλεν, ὕτω προσεῖπεν; ἢ τὸν ἄξιον ὕτω προσερῆσθαι[18], φεύγειν ἔταξεν;

Ἐστι δέ τις λόγος, ὡς νεώτερα μὲν ὁ τὴν ἑῴαν ἐπιτροπεύων, Κάσσιος, ἐπὶ τὸν Μάρκον βυλεύοι[1]· ὁ δὲ Ἡρώδης ἐπιπλήξειεν αὐτῷ δι' ἐπιστολῆς, ὧδε ξυγκειμένης. "Ἡρώδης Κασσίῳ· ἐμάνη.[1]" τήνδε τὴν ἐπιστολὴν μὴ μόνον ἐπίπληξιν ἡγώμεθα, ἀλλὰ καὶ ῥώμην ἀνδρὸς, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως τιθεμένου τὰ τῆς γνώμης ὅπλα. ὁ δὲ λόγος, ὃν διῆλθε πρὸς τὸν Ἡρώδην ὁ Δημόστρατος[2], ἐν θαυμασίοις δοκεῖ. ἰδέα δὲ αὐτοῦ, ἡ μὲν τοῦ ἤθους, μία. τὸ γὰρ ἐμβριθὲς ἐκ προοιμίων εἰς τέλος διήκει τοῦ λόγου. αἱ δὲ τῆς ἑρμηνείας ἰδέαι πολλαὶ, καὶ ἀνόμοιαι μὲν ἀλλήλαις, λόγου δὲ ἄξιαι. ἔσωπε καὶ τὸ δι' Ἡρώδην παρὰ τοῖς βασκάνοις ἐυδοκιμεῖν τὸν λόγον, ἐπειδὴ ἀνὴρ τοιοῦτος ἐν αὐτῷ κακῶς ἤκουσεν. ἀλλ' ὅπως γε καὶ πρὸς τὰς λοιδορίας ἔῤῥωτο, δηλώσει καὶ τὰ πρὸς τὸν κύνα Πρωτέα[3] λεχθέντα ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ Ἀθήνησιν. ἦν μὲν γὰρ τῶν ἕτω θαῤῥαλέως φιλοσοφούντων ὁ Πρωτεὺς οὗτος, ὡς ἐς πῦρ ἑαυτὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ῥίψαι. ἐπηκολούθει δὲ τῷ Ἡρώδῃ, κακῶς ἀγορεύων αὐτὸν ἠμιβαρβάρῳ γλώττῃ. ἐπισταφεὶς ἓν ὁ Ἡρώδης, ἔγω, φησὶ, κακῶς με ἀγορεύεις, πρὸς τί καὶ ἕτως; ἐπικειμένου δὲ τοῦ Πρωτέως ταῖς λοιδορίαις, γεγηράκαμεν, ἔφη, σὺ μὲν κακῶς με ἀγορεύων, ἐγὼ δὲ ἀκούων. ἐνδεικνύμενος δὴ-

---

15 ὁ μυστηρίοις] *Eleusiniorum sacrorum tempore*, quibus cum initiari vellet sacris Imperator, trepidare debebat, si innocentissimum se non nosset, ad Herodis accusationem, cum nemini aliquo crimine polluto ad ea aditus pateret, vid. Meurs. de Sacr. Eleusin. c. 19. Verum ipse eum hortatur, vt tum quidem sibi, sacratissimo loco, in Eleusiniae templo, obiiciat crimen, si quod sit, quo ab Eleusiniis arceri possit. Cetera ex his patet, gesta haec fuisse antequam Imperator Marcus Aurel. Eleusiniis sacris initiaretur, quod factum post refert Dio l. LXXI. p. 815. haut dubie cum rebus orientis dispositis Athenas peruenisset. vide & inf. vitae *Adriani*. Id vero miror Meursio praeteritum, qui ex Romanis Atticum & Augustum his sacris initiatum esse notatu dignum putauit.

16 εἰ δὲ μὴ σ. μυσταγ.] μυσταγωγὸς qui & ἱεροφάντης, princeps illorum sacrorum, v. Meurs. l. c. c. 13. quo officio fungi optat Marcus Herodem, vt suae initiationi praesit, nouo bonae conscientiae argumento. Scilicet ad ipsum Herodem, si hierophanta fuerit, non audemus ait, vt nonnisi sese ab illis sacris, adeo impossibile esse nullam inuenire in actis aduersus eum reprehensionis causam.

17 ἐῤῥωμένη] Gruter ἐρωμένη & amica vertit, cum quo & facit Salmas.

18 προσερῆσθαι] Aldinae mendum typogr. in Morellianum quoque irrepserat, vtraque enim προσρῆσθαι.

§. XIII. 1 Κάσσιος ἐπὶ τ. Μ. βυλεύοι] habemus Auidii Cassii historiam a Vulcatio Gallicano, adde & Dionem l. LXXI. & Capitolinum in vit. M. Aurelii.

2 Δημόστρατος] de eo iam supra actum §. VIII. & XI.

3 Κύνα Πρωτέα] *Peregrinum* intelligit, *Cynicum* philosopham, ille enim *Proteus* se cognominari volebat, vt Lucianus docet in epistol. ad *Cronium*, qui mortem suis, paulo post nostro commemoratam, fusus deplorasset. Natus ille erat in oppido Hellespontii, Pario: vbi etiam statua eius, quae oracula reddere credebatur, vt est apud Athenagor. Legat. pro Christian. fuisse honorifice memoratur. Gellius l. VIII. c. 3. & l. XII. c. 11. Maximus Tyrius Diss. III. Plenio eius etiam ap. Lucian. in De morte Peregr. Tertull. ad martyr. c. 8. Eusebium in Chronic. Olymp. CCXXXVI. Lucii Veri coniuratum. De philosopho nostro Tatian. ad Graec.

πᾶ τὸ ἀκούειν μὲν, καταγελᾶν δὲ, ὑπὸ τῦ πεπεῖσθαι, τὰς ψευδεῖς λοιδορίας μὴ περαιτέρω ἀκοῆς ἥκειν [4].

audire se quidem, sed ridere; quod persuasum haberet, conuicia falsa vltra aures non procedere.

Ἑρμηνεύσω καὶ [1] τὴν γλῶτταν τῦ ἀνδρὸς, ἐς χαρακτῆρα ἰὼν τῦ λόγυ. ὡς μὲν δὴ Πολέμωνα, καὶ Φαβωρῖνον, καὶ Σκοπελιανὸν, ἐν διδασκάλοις αὐτῦ ἦγε, καὶ ὡς Σεκόνδῳ τῷ Αθηναίῳ ἐφοίτησεν, εἰρημένον μοι ἤδη [2]. τὰς δὲ κριτικὰς τῶν λόγων [3], Θεαγένει τε τῷ Κνιδίῳ, καὶ Μυνατίῳ [4] τῷ ἐκ Τραλλέων συνεγένετο, καὶ Ταύρῳ τῷ Τυρίῳ [5] ἐπὶ ταῖς Πλάτωνος δόξαις. ἡ δὲ ἁρμονία τῦ λόγυ ἱκανῶς κεκολασμένη· καὶ ἡ δεινότης ὑφέρπυσα μᾶλλον, ἢ ἐγκειμένη. κρότος τε σὺν ἀσφαλείᾳ, καὶ Κριτιάζυσα ἠχὼ [6], καὶ ἔννοια, οἵα μὴ ἑτέρῳ ἐνθυμηθῆναι, κωμική τε εὐγλωττία, οὐκ ἐπείσακτος, ἀλλ' ἐκ τῶν πραγμάτων. καὶ ἡδὺς ὁ λόγος, καὶ πολυσχημάτιστος, καὶ εὐσήμων, καὶ σαφῶς ἐξαλλάττων. τὸ πνεῦμά τε ὐ σφοδρὸν, ἀλλὰ λεῖον καὶ καθεκτικός [7]. καὶ ἡ ἐπίπαν ἰδέα τῦ λόγυ, χρυσῦ ψήγμα, ποταμῷ ἀργυροδίνῃ ὑπαυγάζον [8]. προσέκειτο μὲν γὰρ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, τῷ δὲ Κριτίᾳ καὶ προσετετήκει. καὶ παρήγαγεν αὐτὸν ἐς ἤθη Ελλήνων, τέως ἀμελούμενον, καὶ περιορώμενον [9]. βοώσης δὲ ἐπ' αὐτὸν τῆς Ελλάδος [10], καὶ καλούσης αὐτὸν ἕνα τῶν δέκα [11], ὐχ ἡτιᾶτο τῷ ἐπαίνῳ, μεγάλως δοκοῦντος, ἀλλ' ἀστειότατα πρὸς τὰς ἐπαινέσαντας, Ανδοκίδη

XIV. Explicandum mihi etiam viri genus dicendi, ad characterem orationis eius me conferenti. Vt Polemonem igitur, & Fauorinum, & Scopelianum doctores habuerit; Secundi item Athenienſis extiterit diſcipulus, de eo iam dictum mihi. Quantum ad Criticam vero artem, Theagenem Cnidium, & Munatium Trallenſem ſecutus eſt: & Taurum Tyrium in Platonica philoſophia. Structura autem orationis affatim ipſi erat concinna; vis vero orationis blande ſubrepens potius, quam grauiter incumbens. Sonitus firmus, tonuſque Critiae tono ſimilis, & ſententiae, quales in mentem alteri non facile veniant. Comicus porro ſermonis ornatus, non aliunde quaeſitus, ſed ex rebus petitus ipſis. Suauitas praeterea orationi inerat, frequenteſque figurae, & perſpicuitas, & varietas luculenta. Spiritus autem non vehemens, ſed lenis, firmus tamen. Eratque vniuerſim orationis character, auri ramentum, fluuio argenteis verticibus ſublucens. Antiquis enim omnibus incubuit; Critiae autem vel intabuit; eumque ipſe Graecis reddidit magis familiarem, ea aetate neglectum & contemtum. Exclamante autem eius admiratione Graecia, ipſumque *vnum e decem* nuncupante [*rhetoribus*,] laude illa, magna vtut videretur, nihil commotus eſt: ſed vrbaniſſime ad eos, qui collaudarant, *Andocide*, dixit,

---

4 περιπτ. ἀκοῆς ὐχ' ἥκειν] vt quae valetudini eius, ceteriſque bonis hucuſque non nocuerint, ad ſenium prouecto quippe, vtut ea *audiret*.

§. XIV. 1 ἑρμηνεύσω καὶ] copulam adieci ex MS. S.

2 εἰρημένον μοι ἤδη] ſupra in vitis eorum.

3 τὰς δὲ κριτικὰς τῶν λόγων] ſic nempe ſophiſtae *Criticam* exercebant. Similis phraſis in *Polluce*, vid. ibi §. II. n. 1. vtrobique male ab interpretibus accepta, qui vertebant *iudiciales orationes*, item *controuerſias*. Κριτικοὶ λόγοι vel κριτικοὶ τῶν λόγων ſunt *ipſa Critica*: vt Σοφιστικοὶ τῶν λόγων ipſa *Sophiſtica*. Et certe *Munatius*, qui hic nominatur, diſerte Κριτικὸς dicitur. ſ. in *Polemone* vbi vid. §. VII.

4 Μυνατ.] eius mentio ſ. vita *Polemon*. §. VII. n. 18.

5 Ταύρῳ τ. Τυρ.] *Caluiſius Taurus* Gellio notiſſimus, vide eum I, 1c. *Tyrium* noſter, *Berytium* Euſebius in Chron. ad A. C. 145. & Suidas faciunt. Varia ſcripta eius commemorat Gellius I, 26. VI, 14. XII, 5. alia quaedam de eo habet l. II. c. 1. & l. XVII. c. 8.

6 Κριτιάζ. ἠχὼ] κρότος & ἠχὼ idem, *Sonitus* eſt Ciceroni, vt ſupra obſeruatum. adde ſi placet, Creſoll. theatr. rhetor. l. III. c. 27. Attamen cum *Sonitus* tum in compoſitione ſpectetur, tum in pronunciatione, vocum iſtarum coniunctarum quandoque vna ad illam refertur, altera ad iſtam, vt idem Creſoll. iam obſeruauit p. 360. Idque hic fieri videtur. Nempe cum paulo poſt πνεῦμα ὐ σφοδρὸν, ἀλλὰ λεῖον tribuatur Herodi, κρότον ἀσφαλῆ hic ad compoſitionem referri malim, ἠχὼ forte ad pronunciationem, quae qualis Herodi fuerit, mox ipſe explicat noſter. Plane eodem modo voces iſtae coniunctae infra in *Adriano* vſurpantur, vbi vid. §. VII. not. 3.

7 ἀλλὰ λεῖον καὶ καθεκ.] ſic de *Critia* ſ. in vita eius τὸ δὲ τῦ λόγυ πνεῦμα ἰλλιπέστερον μὲν, ὐδὺ δὲ καὶ λεῖον, vide ibi §. IV. not. 14.

8 ποτ. ἀργυροδ. ὑπαυγ.] vid. ſimiles locutiones ad vitam *Lollian*. §. II. n. 3. annotatas, adde vitam *Critiae* §. IV. n. 11.

9 τέως ἀμελούμ. καὶ περιορώμ.] vid. ſ. vit. *Critiae* §. III. not. 5.

10 βοώσης ἐπ' αὐτ. Ελλάδος] Panegyricam forte in Olympiis orationem eo recitante. Simili enim occaſione *Polemonem* Ελλὰς alterum Demoſthenem eſſe clamabat. Noſter in *Polemone* Ολυμπιάσι δὲ βοησάσης ἐπ' αὐτῷ Ελλάδος εἷς ὡς Δημοσθένης &c.

11 ἕνα τῶν δέκα] *decem oratores* Graeciae celebriores, quorum vitas inter opera Plutarchi habemus, & nonnihil immutatas apud Photium cod. CCLIX. Ex illis itaque, quorum maxima eſſet in hac arte autoritas, eſſe quod dicitur Herodes, in laude eſt plane ſingulari. Eadem Chiridium Rhetorem proſequitur Leontius Scholaſticus, in Epigrammate Anthol. l. III. p. 412. vbi Chiridium vocat

Εικόνα ῥητῆρων τῆς πρωτέρης δεκάδος.

Vbi πρωτέραν δεκάδα vocat, nam δευτέραν recentiorum ſophiſtarum decadem conſtituerant, in qua Nicoſtratus Macedo fuit, de quo Suidas: ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτορσι. In ea decade *Herodem* noſtrum fuiſſe non dubitem, eoque Brodaeus *ad Anthol. epigr. cit.* refert iſtam acclamationem Graecorum,

cer-

certe ſum melior. Ceterum, licet maxime mortalium ingenio valeret, laborem tamen non defugit; ſed & inter pocula ſtudiis operam dedit, & noctu per interualla ſomni: vnde ipſum *ſaginatum oratorem* tenues atque ieiuni appellabant. Nempe alius alio excellit, alius alia in re melior altero. Hic enim in ſubita & extemporanea dictione admirabilis eſt, alter in elaboranda diligenter oratione. Herodes vero in omni genere ceteris ſophiſtis praeſtat, affectuſque mouendi vim non ex tragoedia tantum, ſed & ex rerum humanarum obſeruatione comparauit. *Epiſtolae* autem Herodis plurimae ſunt, & *diſſertationes*, & *diaria*, & *manualia opportuna*, antiquae eruditionis in compendio flores oſtendentia. Qui autem exprobrant ipſi, quod, iuuenis cum eſſet, & in Paeonia, ſermone aliquo exciderit coram Imperatore, illi ignorare mihi videntur, quod idem Demoſtheni quoque, coram Philippo dicenti, acciderit. Atque ille quidem, Athenas rediens, honores & coronas poſcebat, cum Amphipolin tamen Athenienſes perdidiſſent. Herodes vero, vbi id ei accidiſſet, ad Iſtrum accurrit, in eum deſilire paratus. Tantum nempe ipſi ſtudium fuit famae, & nominis celebritatis eloquentia adipiſcendae, vt morte dignum putauerit, aliqua ex parte peccaſſe.

XV. Diem ſuum obiit anno aetatis circiter ſexto & ſeptuageſimo, tabe conſumptus. Cumque mortuus eſſet in Marathone, & libertis mandaſſet, vt eo ſe loco ſepelirent; Athenienſes ephebororum manibus raptum, in aſty detulerunt: feretrum praecedentibus omnis aetatis hominibus, qui lacrymas laudeſque funderent, vt liberi, patre bono or-

μὲν, ἔφη, βελτίων εἰμί[12]. ἐυμαθέστατος δὲ ἀνθρώπων γενόμενος, ἀδὲ τῶ πονεῖν [13] ἠμέλησεν, ἀλλὰ καὶ περὶ πότον ἐσπούδαζε, καὶ νύκτωρ, ἐν τοῖς διαλείμμασι τῶν ὕπνων. ὅθεν ἐκάλουν αὐτὸν σιτευτὸν [14] ῥήτορα οἱ ὀλίγωροί τε καὶ λεπτοί. ἄλλος μὲν ἦν ἄλλο [15] ἀγαθὸς, καὶ ἄλλος ἐν ἄλλῳ βελτίων ἑτέρᾳ. ὁ μὲν γὰρ σχεδιάσαι θαυμάσιος· ὁ δὲ ἐκπονῆσαι λόγον. ὁ δὲ τὰ ξύμπαντα ἄριστος τῶν σοφιστῶν, καὶ τὸ παθητικὸν, ἀκ ἐκ τῆς τραγῳδίας μόνον [16], ἀλλὰ κἀκ τῶν ἀνθρωπίνων συνελέξατο. ἐπιστολαὶ δὲ πλεῖσαι Ηρώδε, καὶ διαλέξεις [17], καὶ ἐφημερίδες [18], ἐγχειρίδιά τε καίρια [19], τὴν ἀρχαίαν πολυμάθειαν ἐν βραχεῖ ἀπηνθισμένα. οἱ δὲ προφέροντες αὐτῷ νέῳ, ὄντι ἐν Παιωνίᾳ [20], τὸ λόγῳ τινὸς ἐκπεσεῖν ἐπὶ τῶ αὐτοκράτορος, ἠγνοηκέναι μοι δοκοῦσιν, ὅτι καὶ Δημοσθένης, ἐπὶ Φιλίππῳ λέγων, ταυτὸν ἔπαθε [21]. κἀκεῖνος μὲν, ἥκων Αθήναζε, τιμὰς προσήτει καὶ στεφάνους, ἀπολωλύιας Αθηναίοις Αμφιπόλεως [22]. Ηρώδης δὲ, ἐπεὶ τοῦτο ἔπαθεν, ἐπὶ τὸν Ιστρον ἦλθεν, ὡς ῥίψων ἑαυτόν. τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ περιῆν τῶ ἐν λόγοις βέλεσθαι ὀνόματος εἶναι, ὡς θανάτῳ τιμᾶσθαι τὸ σφαλῆναι.

Ετελεύτα μὲν ἂν ἀμφὶ τὰ ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, ξυντακὴς γενόμενος. ἀποθανόντος δὲ αὐτῶ ἐν τῷ Μαραθῶνι [1], καὶ ἐπισκήψαντος τοῖς ἀπελευθέροις ἐκεῖ θάπτειν, Αθηναῖοι, ταῖς τῶν ἐφήβων χερσὶν ἁρπάσαντες, ἐς ἄστυ ἤνεγκαν, προαπαντῶντες τῷ λέχει πᾶσα ἡλικία, δακρύοις ἅμα, καὶ ἐυφημοῦντες, ὅσα παῖδες χρηστὸ

---

12 Αιδοκίδης μὲν ἰφ. βελτ. ἰιμι.] peſſimis moribus fuiſſe Andocidem, colligere eſt ex Plutarcho & Photio, quos reſpiciens *Herodes*, ſe eo meliorem eſſe, mihi dicere videtur. Nec forte dicendi genere multum excelluit *Andocides*, quod ἁπλῆν καὶ ἀκατάσκευον, ὠφελές τε καὶ ἀσχημάτιστον dicit Plutarchus.

13 πονεῖν] cod. S. habet μοχθεῖν. Ceterum de labore, ab Herode ne quidem inter compotationes intermiſſo, vide & inf. vitae *Adriani* initio.

14 σιτευτὸν] qui ſcilicet temporis impenſa, & ſtudio, ac lectione ὄγκον comparans orationi, quaſi σιτευτὸς prodiret. Opponitur ei quem Romani *ieiunum* dicunt, & *exſanguem* ὀλιγώρῳ καὶ λεπτῷ, vt mox noſter.

15 ἄλλος μὲν ἦν ἄλλο] ſic recte cod. S. Editi pro ἄλλο habent ἄλλῳ.

16 ἀκ ἐκ τῆς τραγῳδίας μόνον] ſic *Adrianum* inf. vita eius §. VI. πολὺν περὶ τὰς ἐννοίας καὶ λαμπρὸν, τὰς διασκευὰς τῶν ὑποθέσεων ποικιλώτατον ait, ἐκ τῆς τραγῳδίας τοῦτο μεμηκότα. Vitae eius fin. Et *Nicagoram* refert σοφιστῶν μητέρα *tragoediam* dixiſſe in vita *Hippodromi* §. VI. Supra quoque nonnulla eam in rem nobis obſeruata ad *Scopelianum* §. V. n. 6.

17 διαλέξεις] *diſputationes*. tales διαλέξεις ἠθικὰς a Libanio habemus ſophiſta. vid. & inf. de hac voce vit. *Alexandri, Hermogenis*, & maxime *Philagri* §. II. n. 2.

18 ἐφημερίδες] σύγγραμμα πολυμαθὲς eas interpretatur Suidas.

19 ἐγχειρ. τε καίρια &c.] in quibus ſc. ἀπαγθίσματα, optimorumque oratorum digeſtae ſententiae eſſent, ad manum habendae, vbicunque ſubito dicendi ſe offerret occaſio. vid. de huiuſm. ἐγχειριδίοις notata Salmaſio ad Epictet. & Simplic. p. 7.

20 ἐν Παιωνίᾳ] non poſſunt haec pertinere ad cauſam in *Pannonia* coram M. Aurelio inter Herodem & Athenienſes diſceptatam, de qua ſupra §. XI. Non iuuenis enim tum, cum in *Pannonia* haec gererentur, Herodes fuit, ſed veteranus orator, & ſenex, vitae iam pertaeſus: vt ex iis patet, quae Baſſaeo, mortem minanti, tum reſpondit: γέρων ὀλίγα φοβεῖται. Ad Hadriani itaque haec referenda expeditionem aduerſus Sarmatas, in Illyrico, de qua Spartianus, Euſebius & Diol. LXIX. p. 792. quae incidit in A. C. 119. quo XXV annorum circiter Herodes potuit eſſe.

21 ὅτι καὶ Δημ. ἐπὶ Φιλ. λέγων ταυτὸν ἔπαθε] vide ſ. notata ad *Aeſchinem* §. I. n. 12.

22 ἀπολωλ. Αθην. Αμφιπολ.] vide ſupra in *Aeſch.* l. c.

§. XV. 1 ἐν τῷ Μαραθῶνι] nempe eo pago ortus noſter, vide paulo poſt not. 4.

πατρὸς χηρεύσαντες. καὶ ἔθαψαν ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ[2], ἐπιγράψαντες αὐτῷ βραχὺ καὶ πολὺ ἐπίγραμμα τόδε[3]·

Ἀτ]ικῷ Ἡρώδης, Μαραθώνιος [4], ὃ τάδε πάντα[5]
Κεῖται τῷδε τάφῳ, πάντοθεν εὐδόκιμος.

τοσαῦτα περὶ Ἡρώδου τοῦ Ἀθηναίου, τὰ μὲν εἰρημένα, τὰ δὲ ἠγνοημένα ἑτέροις.

bati. Sepelierunt autem in Panathenaico; Epigrammate ei posito, paucis multa complexo, quod sequitur:

Herodem Marathon genuit: pater Atticus: eius
Hic tumulus condit reliqua: fama viget.

Atque haec de Herode Athenienſi, partim memorata aliis, partim etiam ignorata.

ΘΕΟΔΟΤΟΣ.

Ἐπὶ τὸν σοφιστὴν Θεόδοτον καλεῖ με ὁ λόγος. ἦτος πρῶτος μὲν[1] τοῦ Ἀθηναίων δήμου, κατὰ χρόνους δὲ προσέκρουσε Ἡρώδῃ[2] Ἀθηναίοις, καὶ ἐς ἀπέχθειαν φανερὰν δημίαν τῷ ἀνδρὶ ἀφίκετο, ἀλλ' ἀφανῶς αὐτὸν ὑπεκάθητο, δεινὸς ὢν χρῆσθαι πράγμασι· καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν ἀγορικῶν εἷς ἦτος. τοῖς γοῦν ἀμφὶ τὸν Δημόστρατον [4] ἔτω ξυνεκέκραστο, ὡς καὶ ξυναίρασθαί σφισι τῶν λόγων, ὃς ἐξεπόνησε πρὸς τὸν Ἡρώδην. προέστη δὲ καὶ τῆς Ἀθηναίων νεότητος[5] πρῶτος [6], ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις[7]. καὶ ὁ τοῦτό πω λόγου ἄξιον, ὁ γὰρ πάντες οἱ ἐπιβατεύοντες τοῦ θρόνου τούτου λόγου ἄξιοι. ἀλλ' ὅτι τοὺς μὲν Πλατωνείους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, καὶ τοῦ Περιπάτου, καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον, προσέταξεν ὁ Μάρκος τῷ Ἡρώδῃ κρίναι[8], τὸν δὲ

II. THEODOTVS.

Ad Theodotum ſophiſtam me inuitat oratio. Is Athenienſium populo praefuit, quo tempore Athenienſes cum Herode diſſidebant: atque aperte quidem viro controuerſias mouit nullas, ſed occulte ipſi inſidiabatur, vti occaſione idoneus. Etenim eorum qui in foro verſantur ille vnus fuit. Demoſtrato igitur ita coniunctus fuit, vt & in orationibus conficiendis, quas aduerſus Herodem elaborabat, operam ipſi commodaret. Idem iuuentuti Athenienſium inſtituendae praefuit primus ſtipendio Imperatoris decem mille drachmarum. Neque tamen hoc valde memorabile eſt; non enim omnes, qui cathedram hanc obtinent, memoria digni ſunt: verum hoc, quod Platonicos, & Stoicos Philoſophos, & Peripateticos, atque ipſum Epicurum, Marcus Herodi iudici per-

---

2 Παναθηναϊκῷ] quod ipſe ex lapide albo exſtruxerat, vide ſupra §. V. n. 1. & 3.

3 ἐπίγραμμα τόδε] editi habebant ἐπίγραμμα. τὸ δὲ ἐπίγραμμα. Vltimum ἐπίγραμμα omittebat cod. S. Vnde aliter quoque diſtinguendum eſſe apparebat. Puto poſterius illud ἐπίγραμμα titulum fuiſſe, in medio paginae ſequenti diſtricho ſuperſcriptum. Ceterum ad honores, mortuo Herodi exhibitos, pertinet quoque λόγος ἐπιτάφιος, ab *Adriano* ſophiſta ei dictus, de quo inf. in vita eius.

4 Μαραθώνιος] Μαραθὼν pagus Atticus, de quo videndi Meurſius & Sponius: ex eo ortus *Herodes* vid. §. I. not. 1. & §. XII. n. 5. ad hanc vitam.

5 ὃ τάδε πάντα] ad verbum *haec eius omnia*: ſenſus eſt: hos cineres, qui omne id ſint, quod ex eo ſuperſtes erat (nempe, liberis, ante eum demortuis, ſolo filio, minime ei ſimili, & qui eius adeo vix dici poſſit, adhuc viuo,) in ſepulcro iſto conditos eſſe.

II. ΘΕΟΔΟΤΟΣ. 1 ἦτος πρῶτος μὲν τ. Αθ. δήμου] cod. S. habet Θεόδοτος μὲν πρῶτος. Magiſtratus vero hic indicatur, vt puto, quem στρατηγίαν ἐπὶ τῶν ὅπλων, *praeturam* alibi vocat noſter. Sane de Lolliano, qui id geſſit muneris, ſupr. vita eius §. I. ſimiliter πρῶτος καὶ τοῦ Ἀθηναίων δήμου, idque mox explicatur στρατηγήσας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων.

2 καταχρ. ἐς προσεκρ. Ἡρ.] de qua controuerſia vide vita Herod. §. XI.

3 χρῆσθαι πραγμ.] cod. S. articulum interſerit χρῆσθαι τοῖς πρ.

4 Δημόστρατον] qui praecipuus Antagoniſtarum *Herodis*. vide vitam eius, maxime §. XI.

5 προέστη δὲ καὶ τ. Αθηναίων νεότ.] cod. S. προέστη δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων νεότ. Sed melior viſa lectio vulgatorum. Ceterum eodem munere paulo poſt *Adrianus* functus dicitur, quem Imperator ἐπέταξε τοῖς νέοις. Fuiſſe eius, *philoſophiae* [illegible], putabat vir optimus Io. Meurſius, firmatque illud ex iis, quae proxime apud noſtrum ſequuntur: inde item, quod [illegible] ex quibus pateat, Herodem [illegible] primum operam dediſſe, inde ad rhetorum & politices profeſſorum ſcholas tranſiiſſe. Nempe erant, iuxta eum, conſtituti Marci Aurelii Imp. auctoritate atque liberalitate apud Athenienſes, οἱ ἐπὶ τῶν νέων τεταγμένοι i. e. *profeſſores philoſophiae*, ὁ τῶν σοφιστῶν θρόνος i. e. *rhetorum cathedra*, & ὁ πολιτικὸς θρόνος i. e. *cathedra eorum qui politicen profitebantur*. vide ipſum Meurſ. fortun. Attic. c. 8. p. 71. ſq. An tamen hae ita reuera diuerſae, ipſisque nominibus diſtinctae cathedrae fuerint, dubitat facit ipſe in ſequentibus Philoſtratus, qui Theodotum ἐπὶ τοῖς νέοις τεταγμένον, a Marco Imp. appellatum ait ἀγωνιστὴν τῶν πολιτικῶν λόγων, καὶ ῥητορικῆς ὄφελος. Saltem *philoſophiae* docendae operam nauaſſe non videtur Theodotus, quem inter *ſophiſtas*, & quidem γνησίους, non τοὺς ἐν δόξῃ τοῦ σοφιεῦσαι φιλοσοφήσαντας refert noſter. Prima parte huic operis ponendum, ſi Meurſii valere debeat ſententia. Δικανικὰ eum etiam tractaſſe, & ὑπερσοφιεῦσαι dicit, quod a philoſopho alienum.

6 πρῶτος] nam primus M. Aurelius Imp. hos profeſſores apud Athenienſes conſtituit, vt ex Dione Xiphilinus refert. adde notata ad *Lollianum* §. I. n. 2.

7 μυρίαις] ſubint. δραχμαῖς. Perperam viros quoſdam doctos hanc vocem in κυρίαις mutare conatos eſſe, recte obſeruatum Meurſio l. c. p. 68. Stipendium illud eſt, quod meruit *Theodotus*, eiuſdemque mentio inf. in *Chryſo*. Et apud Lucian. in *Eunucho*: συντέτακται μὲν — ἐκ βασιλίως μισθοφορά τις ἑ φύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασι — καὶ τὰ ἆθλα — μυρίαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, ἐφ' ὅτῳ συνῆσαι τοῖς νέοις. Qui locus plane geminus noſtro eſt. Philoſophis vero, & forte rhetoribus id ſalarium fuit: quod, vt Creſollius vult, valet aureos Gallicos DCCCXXX cum aſſibus aliquot Turonenſibus. Coronatos Anglicos, iuxta Bernardum, 1375. Politices vero profeſſorum ſalarium talenti eſt, h. e. 6000. drachmarum, vt [illegible] ad *Apollonium Adrianeſ.*

8 τῷ Ἡρώδῃ κρίναι] ei nempe permiſſum de conſtituendis Marcum profeſſoribus iudicium. Lucianus miſe-

miserit, hunc autem virum, ob eam quam habebat celebritatem, ipse iuuenibus praefecerit, *athletam ciuilium sermonum*, *decorisque oratoriae artis* titulis eum ornans. Ceterum Lolliani quidem auditor vir ille fuit; nec tamen Herodem minus audiuit. Vixit quidem annos vltra quinquaginta, biennioque cathedram tenuit. Quantum ad dicendi formam tum iuridiciali generi, tum vel maxime sophistico minime impar extitit.

III. ARISTOCLES.

Nomen inter sophistas Aristocles quoque habet, Pergamo oriundus: de quo ea, quae ab aetate me antecedentibus acceperim, docebo. Nempe a Consulibus genus hic vir ducebat. Tempus autem a pueritia ad pubertatem vsque omne peripateticae doctrinae studiis vbi impendisset; ad sophistas conuolauit, Romae Herodem frequentans, extemporaneas orationes instruentem. Eo autem, quo philosophiam profitebatur, tempore cum specie horridus sordidusque visus esset, molles mox induit vestes, & squalorem deterſit. Voluptatum praeterea quicquid citharae praestant, & tibiae vocisque concentus, ad victum adhibuit, quasi & istas sectatrices haberet. Antea enim adeo qui vixisset frugaliter, nulla decori habita ratione theatra sonitumque eorum sequebatur. Cumque Pergami esset in autoritate, & Graecos omnes suspensos ab ore suo teneret, Herodes, peregre profectus,

ἄνδρα τῶτον, ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν δόξης, αὐτὸς ἐπέκρινε τοῖς νέοις, ἀγωνισὴν[9] τῶν πολιτικῶν περοσειπῶν λόγων, καὶ ῥητορικῆς ὄφελος. ὁ δ' ἀνὴρ ἔτος, Λολλιανῷ μὲν ἀκροατὴς, Ηρώδῃ δὲ ἐκ ἀνήκοος. ἐβίω μὲν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα, δυοῖν ἐτοῖν κατασχὼν τὸν θρόνον. τὴν δὲ ἰδέαν τῶν λόγων, ἀποχρῶν καὶ τοῖς δικανικοῖς, καὶ τοῖς ὑπερσοφιςεύσιν.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΣ.

Ονομαςὸς ἐν σοφιςαῖς καὶ Αριςοκλῆς[1], ὁ ἐκ τῆ Περγάμε. ὑπὲρ ἧ δηλώσω ὁπόσα τῶν περσβυτέρων[2] ἤκεσον. ἐτέλει μὲν γὰρ ἐς ὑπάτες ὁ ἀνὴρ ἔτος. τὸν δὲ ἐκ παίδων ἐς ἥβην χρό ον τὲς ἀπὸ τῆ Περιπάτε φιλοσοφήσας λόγες, ἐς τὲς σοφιςὰς μετερρύη[3], θαμίζων ἐν τῇ Ρώμῃ τῷ Ηρώδῃ, διατιθεμένῳ σχεδίες λόγες. ὃν δὲ ἐφιλοσόφει χρόνον, αὐχμηρὸς δοκῶν[4], καὶ τραχὺς τὸ εἶδος, καὶ δυσπινὴς, τὴν ἐσθῆτα ἤρυνε, καὶ τὸν αὐχμὸν ἀπετρίψατο. ἡδονὰς δὲ, ὁπόσαι λυρῶν τε[5] καὶ αὐλῶν, καὶ εὐφωνίας εἰσὶ, πάσας ἐσηγάγετο ἐπὶ τὴν δίαιταν, ὥσπερ ἐπὶ θύρας αὐτῷ ἡκέσας[6]. τὸν γὰρ πρὸ τῆ χρόνον ἔτω κεκολασμένος, ἀτάκτως ἐς τὰ θέατρα ἐφοίτα[7], καὶ ἐπὶ τὴν τέτων ἠχώ[8]. εὐδοκιμῶντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Πέργαμον, καὶ ξηρτημένῳ πᾶν τὸ Ελληνικὸν[9], ἐξελάυνων ὁ Ηρώδης, ἐς Πέργαμον ἔπεμψε

---

quoque in Eunucho ψήφῳ τῶν ἀρίςων datos in illis θρόνοις succeſſores fuiſſe ait. Quod & in aliis θρόνοις factum videtur, examine praemiſſo. Sic Eunapius in *Proaeresio*: χειροτονῆνται δὲ δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι Προαιρέσιός τε καὶ Ηφαιςίων, καὶ Επιφάνιος, καὶ Διόφαντος. Quandoque tamen ipſe Imperator, etiam ſine examine profeſſores conſtituit, exempla habes inf. in *Adriano* & *Polluce*. Sic Libanius in *vita ſua* memorat *Cappadocem* quendam ἥκοντα ἐπὶ θρόνον, βασιλίως πέμποντος. Et noſter inf. in *Chreſto*, Athenienſes legatos mittere ad Imperatorem voluiſſe ait, vt θρόνον *Chreſto* impetrarent.

9 ἀγωνισὴν] ſic enim ſophiſtarum controuerſiae & orationes paſſim ἀγῶνες in his vitis vocantur, & ipſi dicuntur ἀγωνίζεσθαι. Nec diſſimile quod in Heroicis, *Proteſilao* §. XI. δικαιότατος ἀθλητὴς τῶν κατὰ ςοφίαν πραγμάτων dicitur. & in *Achille* §. XV. Hercules ἀθλητὴς τῶν ποιητικῶν λόγων.

III. ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΣ. 1 Αριςοκλῆς] de eo inſignis locus Syneſii in Dione. ex quo nonnulla paulo poſt. Mentio eius etiam inf. vita *Athenodori* & *Euodiani*, *Ruffi*, *Heraclidae*.

2 τῶν πρεσβυτέρων] Ariſtaeum inprimis intelligi putem, quem Graecorum πρεσβύτατον vocat, & ab eo acceptа quamplurima in has vitas retuliſſe dicit, ſupra vita *Dionyſii* §. IV.

3 τὲς ἀπὸ τ. περιπ. φιλοσοφήσ. λόγες ἐς τ. σοφ. μετερρ.] vir doctiſſ. Io. Meurſius in Fortun. Attic. p. 71. hunc locum allegauit, vt oſtenderet iuuenes Athenienſes prius operam nauaſſe philoſophiae quam rhetoricae, eſſeque adeo τὲς ἐπὶ τῶν νέων τεταγμένες profeſſores philoſophiae, vide ſup. ad *Theodot.* n. 5. Verum ex hoc loco nihil facile probauerit: Certe enim Ariſtocles non eo animo iuuenis philoſophiae operam nauauit, vt inde ad rhetoricam tranſiret. Et exprobratur ei haec vitae generis mutatio a Syneſio, in Dione p. 35. ὁ μὲν inquit ἐκ φιλοσόφε καὶ μάλα ἐμβριθὲς καὶ πρόσω καθεικότος, τὸ ἐπισκύνιον ἐτέλεσεν εἰς σοφιςὰς & mox: ἐννεάσας δὲ τῇ προσασίᾳ τῶν ἐκ τῆ Περιπάτε δογμάτων, καὶ συγγράμματα ἐξενηνοχὼς εἰς τὲς Ελληνας, ἄξια φιλοσόφε σπεδῆς, ἔτω τι ἤτλων ἐγένετο δόξης σοφιςικῆς, ὡς μεταμέλειν μὲν αὐτῷ γηρῶντι τῆς ἐν ἡλικίᾳ σεμνότητος, κόψαι δὲ τὰ Ιταλικὰ μὲν καὶ Ασιανὰ θίατρα, μελίτας ἀναγωνιζόμενον.

4 ὃν δὲ ἐφιλοσ. χρόνον αὐχμ. δοκῶν] a noſtra verſione, non multum diſcedebat Morellus, magis preſſam noſtram eſſe cupiebamus, Bonfinius vero abſone plane verterat, quem & Gattakerus caſtigauit aduerſ. c. 16. p. 165.

5 ἡδονὰς δὲ ὁπόσαι λυρῶν τε &c.] ſic Dio ἀλλὰ καὶ κοττάβοις ἐδεδώκει, καὶ αὐλητρίδας ἐκόμιζε, καὶ ἐπήγγελλεν ἐπὶ τέτοις συσσίτια. Niſi legi malis, pro κοττάβοις κολλάβοις, qui ſunt paxilli vel clauiculae, quibus fides in lyris intenduntur. Nam κότλαβοι nihil ad αὐλητρίδας, potius ad συσσίτια referas

6 ὥσπ. ἐπὶ θύρ. αὐτ. ἡκέσας] phraſis de iis vſurpari ſolita, qui ſtudio alicuius ſophiſtae tenentur, & ad eum audiendi diſcendique cauſa accedunt. Sic paulo ante in vita *Herodis* §. IX. de Marco Imp. eum θαμίσαι Secundo, καὶ φοιτῆσαι ἐπὶ θύρας. Et in *Polemone* de eo ac Boſphori rege: ἠνάγκασε τὸν βασιλία ἐπὶ θύρας ἀφικέσθαι.

7 ἐς τὰ θίατρα ἐφοίτα] ſic Syneſ. κόψαι τὰ Ιταλικὰ μὲν καὶ Ασιάνα θίατρα. Eum autem per θίατρα ſophiſtica auditoria, de quibus diligenter Creſoll. theatr. rhetor. lib. III. cap. 12. intelligere in aprico eſt.

8 ἐπὶ τὴν τ. ἠχώ] i. e. vt Syneſius interpretatur, μελίτης ἀναγωνιζόμενος. Vtitur hic ἠχῷ vt ſ. in vita Apollonii lib. I. c. 13. quo in templo Aeſculapii docente fuiſſe in eo ait πάσης τῆς φιλοσοφίας ἠχώ.

9 πᾶν τὸ Ελληνικὸν] MS. S. πᾶν τὸ ἐκείνῃ Ἑλληνικόν.

τὲς

τὰς ἑαυτῷ ὁμιλητὰς πάντας· καὶ τὸν Αἰσχυλέα ἦρεν[10], ὥσπερ τις Ἀθηνᾶς ψῆφος[11]. ἡ δὲ ἰδέα τῷ λόγῳ διαυγὴς μέν, καὶ Ἀττικίζουσα, διαλέγεσθαι δὲ ἐπιτηδεία μᾶλλον, ἢ ἀγωνίζεσθαι[12]. χολὴ[13] τε γὰρ ἄπεστι τῷ λόγῳ, καὶ ὁρμαὶ πρὸς βραχύ. αὐτή τε ἡ Ἀττίκισις, εἰ παρὰ τὴν Ἡρῴδου γλῶσσαν βασανίζοιτο, λεπτολογεῖσθαι[14] μᾶλλον δόξει, ἢ κρότου τε καὶ ἠχοῦς[15] ξυγκεῖσθαι. ἐτελεύτα δὲ ὁ Ἀριστοκλῆς μεσαιπόλιος, ἄρτι προσβαίνων τῷ γήρᾳ.

ANTIOXOS.

Ἀντίοχον[1] δὲ, τὸν σοφιστὴν, αἱ Κιλίκων Αἰγαὶ[2] ἤνεγκαν, ἄνω τι εὐπατρίδην, ὡς νῦν ἔτι τὸ ἀπ' αὐτοῦ γένος ὑπάτους εἶναι. αἰτίαν δὲ ἔχων δειλίας, ἐπεὶ μηδὲ παρῄει εἰς τὸν δῆμον, μηδὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐπολίτευεν, οὐχ ὑμᾶς, εἶπεν, ἀλλ' ἐμαυτὸν δέδοικα, εἰδὼς πάνυ τὴν ἑαυτοῦ χολὴν, ἄκρατόν τε καὶ ἀθεκτὴν οὖσαν. ἀλλ' ὅμως ὠφέλει τοὺς Αἰγαίους ἀπὸ τῆς οὐσίας[3] ὅ, τι ἠδύνατο, σῖτόν τε ἐπιδιδοὺς, ὁπότε τύχοι δεομένους αἴσθοιτο, καὶ χρήματα ἐς τὰ πεπονηκότα τῶν ἔργων. τὰς δὲ πλείους τῶν νυκτῶν ἐς τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἱερὸν[4] ὑπεκάθευδεν, ὑπέρ τε ὀνειράτων, ὑπέρ τε ξυνουσίας, ὁπόση ἐγρηγορότων τε καὶ διαλεγομένων ἀλλήλοις. διελέγετο γὰρ αὐτῷ καὶ ἐγρηγορότι ὁ θεὸς, καλὸν ἀγώνισμα ποιούμενος τῆς ἑαυτοῦ τέχνης, τὸ τὰς νόσους τοῦ Ἀντιόχου ἐρύκειν.

Ἀκροατὴς Ἀντίοχος ἐν παισὶ μὲν Δαρδάνου, τοῦ Ἀσσυρίου, παροἰῶν δὲ ἐς τὰ μειράκια, Διονυσίου ἐγένετο[1], Μιλησίου[2], κατέχοντος ἤδη τὴν Ἐφεσίων. διελέγετο μὲν οὖν οὐκ ἐπιτηδείως· φρονιμώτατος δ' ἀνθρώπων γενόμενος, διέβαλλεν

Pergamum omnes discipulos suos misit, atque ita Aristocles autoritatem, non minus quam Mineruae calculus auxit. Dicendi genus perspicuum ipsi est quidem, & Atticum plane: magis tamen dissertationibus, quam controuersiis aptum. Nam bile oratio destituitur, & impetu subitaneo. Ipse etiam Atticismus eius, si cum Herodis elocutione comparatus examinetur, tenuis magis videbitur, quam sonitu constare atque vocis grauitate. E viuis autem excessit Aristocles sparso canis capite, & senectuti iam proximus.

IV. ANTIOCHVS.

I. Antiochum autem, sophistam, Aegae Ciliciae tulerunt, adeo illustri genere virum, vt hodienum progenies eius Consulari dignitate sit conspicua. Insimulatus is timiditatis vitio, eo quod neque ad concionem prodiret, neque publicam rem administraret; *non vos*, inquit, *sed me ipsum metuo:* conscius scilicet sibi bilis suae indomitae, & quam continere haut posset. Aegaeos tamen facultatibus suis pro virili adiuuit, & annonam largitus, quoties opus habere intelligeret, & ad opera, quae vetustate laborabant, pecunias. Pleraque autem noctes in Aesculapii fano dormiens transigebat, tum insomniorum, tum conuersationis causa, qualis ibi viget vigilantes inter atque inuicem differentes. Etenim cum ipso etiam vigilante Deus differtabat, praeclarum artis suae experimentum existimans, arcere Antiochi morbos.

II. Auditor Antiochus in iuuentute quidem Dardani Assyrii extitit: procedens vero adolescentia Dionysii Milesii, qui iam tum in Ephesiorum vrbe habitabat. Differebat vero minus quidem apte, cum tamen mortalium praeclarissime de se sentiret, eam

10 ἦρεν] vera lectio restituta ex cod. S. Editi habent εἶδεν.

11 Ἀθηνᾶς ψῆφος] prouerbium de exacto iudicio, contrarium illi ὗς ἔκρινεν. vid. Erasm. Chiliad. p. 248.

12 ἢ ἀγωνίζεσθαι] nempe τὸ ἐναγώνιον oportet θερμὸν esse. Sic enim τὸ θερμὸν καὶ ἐναγώνιον noster iungit s. in vita *Polemonis*. At talem minime Aristoclis ideam esse ex sequentibus patet.

13 χολὴ] idem quod τὸ θερμόν: vocatur etiam θυμός.

14 λεπτολογεῖσθαι] h. l. non ad inuentionem, sed elocutionem pertinet, quae tenuis sit. Opponitur τῇ σεμνολογίᾳ, quae itidem vel in inuentione est, vel in elocutione ac dictione magnifica & sonora spectatur, atque hic per κρότον καὶ ἠχὼ explicatur: quorum vtrumque h. l. manifeste ad dictionem refertur, secus quam s. *vita Herod.* §. XIV. vbi vid. n. 6. qualis v. Ἡρῴδου κρότος. vide sub vitae eius fin.

15 κρότου τε καὶ ἠχοῦς] vide ad vit. Herod. §. XIV. n 6. & vita Adriani §. VII. n. 3.

IV. ANTIOXOS. §. I. 1 Ἀντίοχον] de eo insignis locus est Dionis Cassii l. LXXVII. p. 878. quem verbotenus exscripsit Suidas. Cynicum fuisse ait olim, vel potius Cynicum se simulasse, niueque se volutantem, toti exercitui, frigore exanimi, & fere desperanti animum addidisse. Id quod ipsi Imperatorum *Seueri* & *Caracallae* fauorem conciliauit. Tandem tamen cum Tiridate ad Parthos desciuit, quamobrem ἀντομόλος Suidae audit. Forte eius est ἀγορᾶς titulo inscriptus liber, quem citat in dict. Att. Ecl. Phrynichus p. 32. Antiocho enim sophistae eum tribuit. De eo etiam nonnulla habes in sequente *Alexandri* vita §. IV. it. in vit. *Hermogenis*.

2 Αἰγαὶ] vid. ad vit. Apollonii l. I. c. 1.

3 ἀπὸ τ. οὐσίας] multum enim ditatum Seueri & Commodi Impp. liberalitate l. c. innuit Dio.

4 ἐς τ. τ. Ασκλ. ἱερὸν] in quo multum etiam versatus Apollonius Tyaneus l. I. c. 7. sqq.

§. II. 1 ἐγένετο] adieci hanc vocem ex cod. S. nam in editis deerat.

2 Διονυσ. τοῦ Μιλησ.] de quo noster S. I. I. ex instituto.

qui-

quidem artem tanquam aliquid iuuenile ſolebat exagitare, vt contemnere potius, quam aſſequi non potuiſſe eam videretur. In declamationibus vero eſt excellentiſſimus: cauſas enim *coloratas* ita tractat, vt nihil in eo poſſit reprehendi, in accuſationibus & vrgendo vehemens, in defenſionibus decori obſeruans, & iis quae ad mores pertinent maxime valens: vtque ſummatim dicam, ipſius dicendi genus magis ſophiſticum eſt, quam genus iuridiciale eſſe ſoleat, magis iuridicum vero quam ſophiſticae orationes. Affectus porro nemo ſophiſtarum melius tractabat: neque enim monodias prolixas faciebat, neque lamentationes ex inſtituto proſequendas, ſed compreſſo dicendi genere in iis vtebatur, ſenſu vberiore quam dictione. Id quod cum ex aliis controuerſiis eius patet, tum vel maxime ex his. *Virgo vim paſſa, mortem eius, qui vim ei intulerat, elegit; poſtea natus eſt ex ſtupro infans. Hinc aui contendunt, apud quem ipſorum educandus ſit. Qui pro auo igitur paterno contendit, redde*, inquit, *infantem; redde iam, priuſquam maternum lac guſtarit.* Altera controuerſia eiuſmodi eſt. *Tyrannum, depoſito imperio, vt priuatam vitam ageret, interemit homo, quem eunuchum ipſe fecerat, is caedis patratae cauſam dicit.* Hic maxima vis accuſationis in eo conſiſtit, quod oratione de rebus, ad negotium iſtud pertinentibus, repudiata, furorem affectui admiſceat: *quibus enim*, inquit, *haec confeſſus eſt? pueris? mulierculis? adoleſcentulis? ſenibus? viris? Equidem nomen in tabulis non habeo.* Idem optime quoque pro Cretenſibus cauſam egit, *qui accuſabantur ob Iouis ſepulcrum*, ex naturali philoſophia, & omni diuinarum rerum ſcientia ſplendide controuerſatus. Ceterum extempore declamabat: neque tamen dicendi artem tanquam aliquid iuuenile ſolebat exagitare, vt contemnere potius, quam aſſequi non potuiſſe eam videretur. In declamationibus vero eſt excellentiſſimus: cauſas enim *coloratas* ita tractat, vt nihil in eo poſſit reprehendi, in accuſationibus & vrgendo vehemens, in defenſionibus decori obſeruans, & iis quae ad mores pertinent maxime valens: vtque ſummatim dicam, ipſius dicendi genus magis ſophiſticum eſt, quam genus iuridiciale eſſe ſoleat, magis iuridicum vero quam ſophiſticae orationes. Affectus porro nemo ſophiſtarum melius tractabat: neque enim monodias prolixas faciebat, neque lamentationes ex inſtituto proſequendas, ſed compreſſo dicendi genere in iis vtebatur, ſenſu vberiore quam dictione. Id quod cum ex aliis controuerſiis eius patet, tum vel maxime ex his. *Virgo vim paſſa, mortem eius, qui vim ei intulerat, elegit; poſtea natus eſt ex ſtupro infans. Hinc aui contendunt, apud quem ipſorum educandus ſit. Qui pro auo igitur paterno contendit, redde*, inquit, *infantem; redde iam, priuſquam maternum lac guſtarit.* Altera controuerſia eiuſmodi eſt. *Tyrannum, depoſito imperio, vt priuatam vitam ageret, interemit homo, quem eunuchum ipſe fecerat, is caedis patratae cauſam dicit.* Hic maxima vis accuſationis in eo conſiſtit, quod oratione de rebus, ad negotium iſtud pertinentibus, repudiata, furorem affectui admiſceat: *quibus enim*, inquit, *haec confeſſus eſt? pueris? mulierculis? adoleſcentulis? ſenibus? viris? Equidem nomen in tabulis non habeo.* Idem optime quoque pro Cretenſibus cauſam egit, *qui accuſabantur ob Iouis ſepulcrum*, ex naturali philoſophia, & omni diuinarum rerum ſcientia ſplendide controuerſatus. Ceterum extempore declamabat: neque tamen dicen-

αὐτὸ[3] ὡς μειρακιῶδες, ἵνα ὑπερεωρακὼς αὐτῆ μᾶλλον, ἢ λειπόμενος φαίνοιτο. τὰ δὲ ἀμφὶ μελέτας ἐλλογιμώτατός ἐστιν. ἀσφαλὴς μὲν γὰρ ἐν ταῖς κατὰ σχῆμα προηγμέναις[4] τῶν ὑποθέσεων, σφοδρὸς δὲ ἐν ταῖς κατηγορίαις, καὶ ἐπιφοραῖς[5], εὐπρεπὴς δὲ τὰς ἀπολογίας, καὶ τῷ ἠθικῷ ἰσχύων, καὶ καθάπαξ, τὴν ἰδέαν τῆ λόγῳ δικανικῆς μὲν σοφιστικώτερος, σοφιστικῆς δὲ δικανικώτερος[6]. καὶ τὰ πάθη ἄριστα σοφιστῶν μετεχειρίσατο. ᾠδὰ γὰρ μονῳδίας ἀπεμήκυνεν, ᾠδὰ δὲ θρήνους ὑποκειμένους[7], ἀλλ' ἐβραχυλόγει[8] αὐτὰ, ξὺν διανοίαις λόγῳ κρείττοσιν[9]· ὡς ἔκ τε τῶν ἄλλων ὑποθέσεων δηλῆται, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν δε. "κόρη βιασθεῖσα θάνατον ᾑρηται[10]" τῆ βιασαμένῳ. μετὰ ταῦτα γέγονε παιδίον" ἐκ τῆς βίας· καὶ διαμιλλῶνται οἱ πάπποι" παρ' ὁποτέρῳ[11] τρέφοιτο ἄν. ἀγωνιζόμενος ὧν" ὑπὲρ τῆ πρὸς πατρὸς πάππῳ, ἀπόδος, ἔφη," τὸ παιδίον· ἀπόδος ἤδη, πρὶν γεύσηται μη-" τρῴᾳ γάλακτος." ἡ δὲ ἑτέρα ὑπόθεσις, τοιαύτη. "τύραννον καταθέμενον τὴν ἀρχὴν, ἐπὶ" τῷ ἐκλελῆσθαι, ἀπέκτεινέ τις, ἐυνοῦχος ὑπ'" αὐτῆ γεγονὼς, καὶ ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῆ φό-" νῳ." ἐνταῦθα τὸ μάλιστα ἐῤῥωμένον τῆς κατηγορίας, τὸν περὶ τῶν σπαδαίων λόγον ἀπεώσατο, περίνοιαν ἐγκαταμίξας τῷ πάθει. "τί-" σι γὰρ, ἔφη[12], ταῦτα ὡμολόγησε; παισί;" γυναίοις; μειρακείοις; πρεσβύταις; ἀνδράσιν;" ἐγὼ δὲ ὄνομα ἐν ταῖς συνθήκαις οὐκ ἔχω." ἄριστα δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν Κρητῶν ἀπολελόγηται, τῶν κρινομένων ἐπὶ τῷ τῆ Διὸς σήματι[13], φυσιολογίᾳ τε καὶ θεολογίᾳ πάσῃ ἐναγωνισάμενος λαμπρῶς. τὰς δὲ μελέτας αὐτοσχεδίως ἐποιεῖτο· ἔμελε δὲ αὐ-

3 αὐτὸ] hanc quoque vocem reſtitui ex cod. eodem: referenda autem eſt ad διελέγετο, vt τὸ διαλέγεσθαι contemſiſſe Antiochus intelligatur.

4 κατὰ σχῆμα προηγμ.] i. e. ἰσχηματισμένας, de quibus vide notata ad *Scopelian.* §. V. n. 17.

5 ἐπιφοραῖς] vide de hac voce ſ. l. I. *Iſocratis* vit. §. I. n. 9.

6 δικανικῆς μὲν σοφιστικώτ. σοφιστικῆς δὲ δικανικώτ.] ſic & *Damianum* inf. in vita eius §. IV. δικανικὸς μὲν σοφιστικώτερον, σοφιστικὸς δὲ δικανικώτερον eſſe ait.

7 ὑποκειμένους] i. e. quae ὑπόθεσιν ipſi praeberent, τὸ ὑποκείμενον enim idem quod τὸ ὑποτιθέμενον *argumentum* in quo elaborandum.

8 ἐβραχυλόγει] vide de hac voce ſ. in Critia §. IV. n. 7.

9 ξὺν διανοίαις λόγῳ κρείττοσι] i. e. in quibus plus *ſenſus* ſit quam *verborum*: ita vt auguſta *ſenſus* amplitudo *verborum* anguſtias ſuperet. Seneca ep. 114. *abruptas ſententias & ſuſpicioſas* vocat, *in quibus plus intelligendum eſt quam audiendum.* & ibid. *Sunt qui ſenſus praecidant* (h. e. βραχυλογῶσι) & *hinc gratiam ſperent, ſi ſententia pependerit, & audienti ſuſpicionem ſui fecerit.* Sic de Thucydide Cicero: l. II. de Orat. c. 13. *ita creber eſt rerum frequentia, vt verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur: ita porro verbis aptus & preſſus, vt neſcias, vtrum res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur.*

10 ᾑρηται] ſcilicet leges ipſi optionem permittebant, an capite plecti ſtupratorem mallet, an matrimonio ſibi iungi. Hermogen. Partit. ſect. 4. ἡ βιασθεῖσα ἢ γάμου ἢ θάνατον αἱρεῖσθω τῷ βιασαμένῳ. Adde Marcellinum & Syrianum ad illum locum. Conf. Meurſium de Themid. Attic. l. I. c. 7.

11 ὁποτέρῳ] ὅτῳ Salmaſ.

12 ἔφη] vocem reſtitui ex cod. S. Ceterum difficile eſt dicere quo iſta ſpectent, ignorato orationis contextu, maxime cum perturbata magis ſint ſtudio, vt quae περίνοιαν ſapere debeant.

13 ἐπὶ τῷ τ. Διὸς σήματι] quod apud ſe eſſe iactantes ψεῦσαι audiebant, vt eſt apud Callimachum hymno *in Iouem.* Vbi vid. Spanhem. p. 6. Hanc itaque Cretenſium traditionem defendit Antiochus.

τῷ[14] καὶ φροντισμάτων, ὡς ἑτερά τε δηλοῖ[15] τῶν ἐκείνῳ, καὶ μάλιστα ἡ ἱστορία. ἐπίδειξιν γὰρ ἐν αὐτῇ πεποίηται λέξεώς τε καὶ ἱστορίας, ἐσποιῶν ἐς αὐτὴν[16] καὶ τὸ φιλοκαλεῖν. περὶ δὲ τελευτῆς[17] τοῦ ἀνδρὸς, οἱ μὲν, ἑβδομηκοντάτην τεθνάναι αὐτόν, οἱ δὲ, ἔπω. καὶ οἱ μὲν, οἴκοι, οἱ δὲ, ἑτέρωθι.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Ἀλεξάνδρῳ δὲ, ὃν Πηλοπλάτωνα οἱ πολλοὶ ἐπωνόμαζον, πατρὶς μὲν ἦν Σελεύκεια, πόλις ἐκ ἀφανὴς ἐν Κιλικίᾳ, πατὴρ δὲ ὁμώνυμος[1], καὶ τὰς ἀγοραίους λόγους ἱκανώτατος[2]. μήτηρ[3] περιττὴ τὸ εἶδος, ὡς αἱ γραφαὶ ἑρμηνεύουσι, καὶ προσφερὴς τῇ τοῦ Ευμήλου[4] Ελένῃ. Ευμήλῳ γάρ τις Ελένη γέγραπται, οἷα ἀνάθημα εἶναι τῆς Ρωμαίων ἀγορᾶς. ἐρασθῆναι μὲν τῆς γυναικὸς ταύτης καὶ ἑτέρους μὲν, ἐπιδήλως δὲ Απολλώνιόν φασι, τὸν Τυανέα. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἀπαξιῶσαι, τῷ δὲ Απολλωνίῳ ξυγγενέσθαι δι' ἔρωτα εὐπαιδίας, ἐπειδὴ θειότερος ἀνθρώπων. τοῦτο μὲν δὴ ὁπόσοις τρόποις ἀπίθανον, εἴρηται σαφῶς ἐν τοῖς εἰς Απολλώνιον[5]. θεοειδὴς δὲ ὁ Αλέξανδρος, καὶ περίβλεπτος σὺν ὥρᾳ. γενειάς τε γὰρ ἦν αὐτῷ βοστρυχώδης, καὶ καθειμένη τὸ μέτριον, ὄμμα τε ἀβρὸν καὶ μέγα, ῥὶς ξύμμετρος, καὶ ὀδόντες λευκότατοι· δάκτυλοί τε εὐμήκεις, καὶ τῇ τοῦ λόγου ἡνίᾳ ἐπιπρέποντες[6]. ἦν δὲ αὐτῷ καὶ πλοῦτος, δαπανώμενος ἐς ἡδονὰς ἀμεμπτάς.

Ες δὲ ἄνδρας ἥκων, ἐπρέσβευε μὲν ὑπὲρ τῆς Σελευκείας, παρὰ τὸν πρῶτον Αντωνῖνον. διεβολαὶ δὲ ἐπ' αὐτὸν ἐφοίτησαν, ὡς νεότητα ἐπιποι-

di genus, quod meditando perficitur, negligebat, quod & alia plura scripta eius ostendunt & *historia* maxime. In ea enim specimen dedit, & dictionis & historiae, elegantiae studium quoque sibi vindicans. Quod ad eius obitum spectat, quidam septuagenarium [ferunt] mortuum esse, alii cum nondum attigisset hanc aetatem; atque alii in patria, alii alibi [obiisse aiunt.]

V. ALEXANDER.

I. Alexandro autem, quem Peloplatonem [*lutcum Platonem*] vulgo cognominabant, patria quidem Seleucia fuit, ciuitas non ignobilis in Cilicia: pater eiusdem nominis, in genere dicendi iuridiciali exercitatissimus: mater forma excellens, vt picturae testantur, atque Eumeli Helenae simillima. Nempe Eumelo Helena quaedam picta fuit, digna habita quae in foro Romano dedicaretur. Istamque mulierem tum alios adamasse, tum palam Apollonium, aiunt, Tyanensem. Ipsam vero reliquos dedignatam esse quidem, Apollonio vero sui vsum praebuisse, prolis generosae desiderio, quia diuina magis quam homo indole esset. Ast id quam parum vero sit simile, luculenter dictum est in libris de vita Apollonii. Diuina autem Alexandri species fuit, eratque augusta illi forma cum venustate coniuncta. Barbam enim alebat cincinnatam & mediocriter promissam, oculi iucundi erant & magni, nasus mensura conueniente, & candidissimi dentes, digiti longi, & orationis tractandis habenis congruentes. Opes quoque ipsi erant, quas in voluptates impendebat minime reprehendendas.

II. Virilem vero aetatem cum attigisset, legationem obiit pro Seleuciae emolumentis, ad Antoninum primum. Reprehensum tamen in ipso fuit, quod iuuenilem oris speci-

14 *αὐτῷ*] restitui vocem ex cod. S.

15 *ὡς ἑτερά τε δηλοῖ*] in quibus forte *ἀγορᾷ*, de qua vide ad hanc *vit.* §. I. n. 1. Non confundenda vero Antiochi Ascalonitae, Stoici philosophi, scripta Plutarcho, Sexto, Ptolemaeo Hephaestioni & Athenodoro Eretrienſi citata, cum nostri Antiochi foetibus.

16 *ἐς αὐτὴν*] Gruter. *ἐς αὐτὴν*, ad *ἱστορίαν* referens, itaque etiam Salmas. Editi *εἰς αὐτόν*.

17 *περὶ δὲ τελευτ.*] *δὲ* ex MS. S. inserui.

V. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. §. I. 1 *ὁμώνυμος*] at Straton ille vocatur in epist. Apollonii XIII. Quid ergo? vel duo nomina habuisse dicendus erit, vel fefellisse hic Philostratum memoriam suam: nam de hoc ipso Alexandro sermonem esse in ea Apollonii epistola, nolim dubitare, adeo exacte omnia conspirant, patria Seleucia, nomen, parens e viuis decedens antequam Alexander adoleuisset, qua de re etiam Philostratus noster sub fin. huius vitae: affectus item Apollonii in patrem & matrem eius, cuius nominetenus meminit: imo & in ipsum Alexandrum, quem non Seleucien-

bus tantum studiose commendaret, sed & liberalitate prosequeretur, & institutionem ei offerret.

2 *τὰς ἀγορ. λόγους ἱκαν.*] *Δικάγορον* vocat Suidas, eius mentio inf. in vita *Hippodromi*, paulo ante fin.

3 *μήτης*] ea *Seleucis* vocatur in epistola Apollonii allegata.

4 *Ευμήλου*] eius meminit Philostratus, imaginum priorum autor, in prooem. vbi & de Aristodemo ex Caria, discipulo eius.

5 *ἐν τ. εἰς Απολλών.*] l. I. c. 13. Ceterum vel solus hic locus affatim persuadet, vnum esse vitae Apollonii & harum vitarum autorem: quod in *Prolegomenis* nobis iam obseruatum.

6 *τῇ τ. λόγου ἡνίᾳ ἐπιπρέποντες*] sic recte MS. S. Editi male *ἐπιτρέποντες*. Nec causam video cur hanc lectionem defendat Gruter. Eleganter autem hoc dictum: manus enim actio habenarum orationis *tractatarum* instar habet: alio etiam sensu *ἡνίαν* ad *λόγους* translatam habes *Polemon* §. X. vide n. 15.

em

em affectaret. Cum vero ipsi minus attendere videretur Imperator; voce elata Alexander, *attende*, inquit, *mihi*, *o Caesar:* tum irritatus in eum Imperator, quod audaciori voce vsus esset, *Attendo*, inquit, *teque agnosco. Es enim tu qui comam alis, & dentes fricas, & vngues radis, & vnguentum semper oles.* Maximam vitae partem Antiochiae scholas habuit, & Romae, & Tarsis, omnibusque sane Aegypti partibus: nam ad Nudorum etiam patriam perrexit.

III. Athenis exiguae fuere morae ipsius, nec illae tamen obliuione dignae. Ad Pannonias enim gentes perrexit, inuitatus a Marco Imperatore, ibi bellum gerente, ipsumque epistolis ad Graecos scribendis praeficiente. Athenas igitur delatus, (est autem interuallum itineris non mediocre ei, qui ex Oriente venit,) hic, dixit, conquiescamus paulisper. Itaque statuens, Athenienſibus extemporaneas indixit orationes, eum audire cupientibus. Audiens vero Herodem in Marathone commorari, & iuuentutem omnem eum vnice sequi, scripsit ad ipsum litteras, quibus *Graecos* sibi expetebat. Cumque Herodes rescripsisset, *Veniam & ipse cum Graecis;* concursus ad theatrum in Ceramico est factus, quod Agrippeum cognominatur. Procedente autem iam die, & Herode moram faciente, Athenienses ei indignabantur, vt qui defatigaret [mora] auditorium, idque dolose

ὄντα τῷ εἴδει[1]. ἦν δὲ αὐτῷ προσέχειν δοκοῦντος τοῦ βασιλέως, ἐπάρας τὴν φωνὴν ὁ Ἀλέξανδρος, πρόσεχέ μοι, ἔφη, Καῖσαρ. καὶ ὁ αὐτοκράτωρ, παροξυνθεὶς πρὸς αὐτὸν, ὡς θρασυτέρᾳ τῇ φωνῇ χρησάμενον, "πρόσεχω, ἔφη, καὶ „ συνίημί[2] σε· σὺ γὰρ ὁ τὴν κόμην ἀσκῶν, καὶ „ τοὺς ὀδόντας λαμπρύνων, καὶ τοὺς ὄνυχας ξέων, „ καὶ τοῦ μύρου ἀεὶ πωνέων". τὸ μὲν δὴ πλεῖστον τοῦ βίου τῇ Ἀντιοχείᾳ ἐνεσπόδαζε, καὶ τῇ Ῥώμῃ, καὶ τοῖς Ταρσοῖς, καὶ νὴ Δία Αἰγύπτῳ πάσῃ· ἀφίκετο γὰρ καὶ ἐς τὰ τῶν Γυμνῶν ἤθη[3].

Αἱ δὲ Ἀθήνησι διατριβαὶ τοῦ ἀνδρὸς ὀλίγαι μὲν, οὐκ ἄξιαι δὲ ἀγνοεῖσθαι. ἐβάδιζε μὲν γὰρ ἐς τὰ Παιονικὰ ἔθνη[1], κατακληθεὶς ὑπὸ Μάρκου βασιλέως, ἐκεῖ στρατεύοντος, καὶ δεδωκότος αὐτῷ τὸ ἐπιστέλλειν Ἕλλησιν. ἀφικόμενος δὲ ἐς τὰς Ἀθήνας, ὁδοῦ δὲ μῆκος τοῦτο οὐ μέτριον τῷ ἐκ τῆς ἑῴας ἐλαύνοντι[2], ἐνταῦθα, ἔφη, γόνυ κάμψωμεν[3]. καὶ, εἰπὼν τοῦτο, ἐπήγγειλε τοῖς Ἀθηναίοις αὐτοσχεδίους λόγους[4], ἐρῶσιν αὐτοῦ τῆς ἀκροάσεως[5]. ἀκούων δὲ τὸν Ἡρώδην διατρίβοντα ἐν Μαραθῶνι[6], καὶ τὴν νεότητα ἑπακολουθοῦσαν αὐτῷ πᾶσαν, γράφει πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν, αἰτῶν τοὺς Ἕλληνας[7]. ἐφ' ᾧ[8] ὁ Ἡρώδης, ἀφίξομαι, ἔφη, μετὰ τῶν Ἑλλήνων καὶ αὐτός. ξυνελέγοντο μὲν δὴ ἐς τὸ ἐν τῷ Κεραμεικῷ θέατρον[9], ὃ δὴ ἐπωνόμασαν Ἀγριππεῖον. προϊούσης δὲ ἤδη τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ Ἡρώδου βραδύνοντος, ἠσχαλλον οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς ἐκλυομένης τῆς ἀκροάσεως, καὶ τέχνην αὐτὸ[10] ὤ-

§. II. 1 *νεότητα ἐπικοσμοῦντα τῷ εἴδει*] nempe oris nitor in eo summus, quem arte etiam iuuabat. Scilicet vt *ἐσκοσμεῖν* dicitur (vit. *Antiochi* sub fin.) sic & *ἐπικοσμεῖν*. Pertinet autem haec obseruatio ad ea, quae sequuntur de exprobrata Alexandro ab Antonino Pio mollitie, nulloque modo priorum interpretum tolerari versio potest: *quod specie sua iuuentutem inescaret.* Nempe illi *ὑποκοσμοῦντα* legisse videntur, quod & Salmas. hic restitutum cupiebat.

2 *καὶ συνίημι*] addenda omnino copula erat, quae exciderat in editis, seruata in cod. S.

3 *ἐς τὰ τ. Γυμνῶν ἤθη*] i. e. in Aethiopiam, vbi *Γυμνοὶ*, qui *Gymnosophistae* vulgo: quam partem Aegypti hic facit perinde ac in vita Apollonii: vide notata ad lib. VI. cap. 7. n. 2.

§. III. 1 *ἐς τὰ Παιονικὰ*] vide notata s. ad vit. Herod. §. XI. n. 7.

2 *ἐκ τῆς ἑῴας ἐλαύνοντι*] nempe *Antiochia*, vti videtur, euocatus fuerat ab Imperatore.

3 *γόνυ κάμψωμεν*] i. e. requiescemus. Phrasis, vti videtur, Graecis recepta maxime, Asiam, & partes orientis inhabitantibus, a camelis aliisque id genus animantibus, genu inflexo ad quietem procumbentibus, post iter, desumta: eadem in vita Apollonii quoque passim occurrit.

4 *ἐπήγγ. Ἀθην. αὐτοσχ. λόγους*] sic nempe solebant sophistae, iter facientes, in locis celebrioribus eloquentiam iactare, theatrum se nactos putantes ingenio suo conueniens: vide obseruata Cresollio l. III. c. 4.

5 *ἐρῶσιν αὐτοῦ τ. ἀκροάσ.*] nempe sophista alicuius nominis aduentante statim ad eum fiebat iuuenum confluxus, *ἀκροάσιν* expetentium. Illustris eam in rem Themistii locus or. 4. Cresollio obseruatus: *Τριβωνίῳ παραφαίνοντες ἐκκείμενοι ἰυθὺς, ὥσπερ τῆς λίθῳ τὰ σιδήρια.*

6 *ἐν Μαραθῶνι διατρίβοντος*] ibi enim & Cephisiae charissimis sibi pagis plerumque versabatur. vide nostrum vita eius §. XII.

7 *τοὺς Ἕλληνας*] nempe ipsum Herodem, virum magnum & consularem, ad certamen sophisticum, de quo Cresoll. l. III. c. 4. & s. vita *Marci, Dionysii, Polemonis* plura, differte prouocare prae modestia non ausus, *Ἕλληνας* poscit, id est viros *Graeca* facundia exercitatos, quales in conuictu Herodis esse nosset, cum quibus in certamen descendere possit. Respondet igitur Herodes cum *Graecis* seipsum venturum.

8 *ἐφ' ᾧ ὁ Ἡρώδ.*] sic rescripsit Salmas. Male enim editi *ἐπεὶ*. Cod. Sch. habebat *καὶ ὁ Ἡρώδης*.

9 *ἐς τὸ ἐν τῷ Κερ. θέατρον* &c.] de eo vide Meursium de Ceramico gemino cap. & 15. rursum *Agrippei* meminit noster in *Philagro*.

10 *τέχνην αὐτὸ* &c.] non dubito veram esse lectionem hanc cod. S. Nam editi habent *αὐτῷ*. Putabant autem hoc *τέχνην* esse Herodis, tardiore accessu certamen se subterfugere posse putantis.

οντο. ὅθεν ἀνάγκη τῷ Αλεξάνδρῳ ἐγένετο, παρελθεῖν ἐπὶ τὴν διάλεξιν καὶ πρὶν ἥκειν τὸν Ηρώδην. ἡ μὲν δὴ διάλεξις ἔπαινοι ἦσαν τῆς ἄσεως[11], καὶ ἀπολογίαι πρὸς τὰς Αθηναίας ὑπὲρ τοῦ μήπω πρότερον πρὰς αὐτὰς ἀφῖχθαι· εἶχε δὲ ἀποχρῶν μῆκος, Παναθηναϊκῆς γὰρ λόγῳ ἐπιτομῇ[12] εἰκασο. εὐσταλὴς δὲ ὅτω τοῖς Αθηναίοις ἔδοξεν, ὡς καὶ βόμβον διελθεῖν αὐτῶν, ἔτι σιωπῶντος, ἐπαινεσάντων αὐτοῦ τὸ εὔσχημον. ἡ μὲν δὴ γενικηκυῖα ὑπόθεσις[13], ὁ τὰς Σκύθας ἐπανάγων ἐς τὴν προτέραν πλάνην, ἐπειδὴ πόλιν οἰκοῦντες νοσοῦσι. καιρὸν δ' ἐπισχὼν βραχὺν, ἀνεπήδησε τοῦ θρόνου[14] φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καθάπερ εὐαγγέλια ἐπάγων τοῖς ἀκροωμένοις, ὧν εἰπεῖν ἔχοι. προϊόντος δὲ αὐτῷ τοῦ λόγου, ἐπέσχε ὁ Ηρώδης, Αρκάδι πίλῳ τὴν κεφαλὴν σκιάζων, ὡς ἐν ὥρᾳ θέρους εἰώθει Αθήνησιν[15]· ἴσως δέ πως καὶ ἐνδεικνύμενος αὐτῷ, τὸ ἐκ τῆς ὁδοῦ ἥκειν. καὶ ὁ Αλέξανδρος, ἔνθεν ἐλὼν, διελέχθη μὲν ἐς τὴν παρασίαν τοῦ ἀνδρὸς ὑποσέμνῳ[16] τῇ λέξει, καὶ ἠχέσῃ. ἐπ' αὐτῷ δὲ ἔθετο, εἴτε βούλοιτο τῆς ἤδη σπαδαζομένης ὑποθέσεως ἀκροᾶσθαι, εἴτε ἑτέραν αὐτὸς δοῦναι[17]. τοῦ δὲ Ηρώδου ἄνω βλέψαντος ἐς τὰς ἀκροωμένας, καὶ εἰπόντος ποιήσειν[18] ὅπερ ἂν ἐκείνοις δόξῃ, πάντες ξυνεπένευσαν ἐς τὴν τῶν Σκυθῶν ἀκρόασιν. καὶ γὰρ δὴ λαμπρῶς διῆει τὸν ἀγῶνα[19], ὡς δηλοῖ τὰ εἰρημένα. θαυμασίαν δὲ ἰσχὺν ἐπεδείξατο καὶ ἐν τοῖσδε. τὰς γὰρ διανοίας, τὰς πρὶν ἥκειν τὸν Ηρώδην λαμπρῶς αὐτῷ εἰρημένας, μετεχειρίσατο, ἐπισάντος, ὅτω τῇ ἑτέρᾳ λέξει, καὶ ἑτέροις ῥυθμοῖς[20], ὡς τοῖς δεύτερον ἀκροωμένοις μὴ δι λογεῖν δόξαι. τὸ γοῦν εὐδοκιμώτατον τῶν πρὶν ἐπιῆναι τὸν Ηρώδην εἰ-
"ρημένων, "ἐσὸς δὲ καὶ τὸ ὕδωρ νοσεῖ[21]." μετὰ

fieri interpretabantur. Neceſſe itaque fuit, vt Alexander ad differendum prodiret, antequam veniſſet Herodes. Verba vero, quae faciebat, laudes erant vrbis, & defenſio apud Athenienſes, quod nunquam antea ad ipſos acceſſiſſet. Fuitque orationis menſura decora, nam epitomes Panathenaicae orationis inſtar habebat. Ita autem elegans Athenienſibus viſus eſt, vt fremitus inter ipſos diſcurreret, tacente adhuc eo, laudantes elegantiam eius. Ceterum argumentum, quo etiam vicit, extitit: *Scythas ad vitam priorem vagabundam reuocans, eo quod vrbes incolentes infirma ſint valetudine.* Exiguo autem temporis ſpatio vbi ſilentium tenuiſſet, e cathedra exiliit, vultu ſereno, vt qui bonum nuntium auſcultantibus adferret his ipſis, quae dicenda habebat. Cumque orationis partem haut exiguam iam abſoluiſſet, adfuit Herodes, capite pileo Arcadico operto, vt aeſtiuo tempore Athenis mos erat: forte & vt hoc ipſo ei indicaret, ſe ex itinere adeſſe. Tum id Alexander arripiens, ad praeſentiam viri flexit orationem, medio dicendi genere, a quo ſonitus tamen haut abeſſet: ipſius vero arbitrio reliquit, ſiue vellet argumentum, quod iam tractari coeperat, audire, ſiue aliud ipſe proponere. Herode igitur oculos ad audientes attollente, ſeque facturum, quod illis viſum eſſet, dicente, ſimul omnes conſpirarunt ad audiendam de Scythis orationem: ſplendide enim iſtud certamen obibat, vt dicta declarant. Admirabilem autem facultatem ea ex parte etiam demonſtrauit. Sententiis nempe, quas ante aduentum Herodis ſplendide protulerat, ita, poſtquam ille aduenisſet, dictione variata aliam induit faciem, vt iis, qui ſecundo audiebant, repetere [priora] neutiquam videretur. Et id quidem, quod maximo plauſu exceptum fuerat, antequam adeſſet Herodes, *aquam* nempe *etiam ſtagnantem vitium contrahere.* Poſtea, prae-

---

11 ἔπαινοι ἦσαν τῆς ἄσεως] quod plerumque argumentum primarum διαλέξεων ſophiſtis, in vrbibus, ad quas aduentabant, vt ſupra quoque in vita Polemonis obſeruatum.

12 Παναθην. γὰρ λόγῳ ἐπιτομῇ] orationis Panathenaicae exemplum, illiuſque bene longae habemus inter orationes Ariſtidae.

13 ἡ μὲν δὴ γενικ. ὑποθ.] hic, quaſi in tranſitu, ſuperiorem Herode ex illo certamine diſceſſiſſe Alexandrum indicat. Noluit enim diſerte & explicate magis, parcens Herodi, cuius ſumma erat apud omnes exiſtimatio. Niſi malis interpretari: *argumentorum, ab ipſo quidem Alexandro tractatorum, princeps:* quod ſuadent poſtrema huius cap.

14 ἀνεπήδησε τοῦ θρόνου] ſimile ὁρμῆς σοφιστικῆς exemplum ſupra ſpectauimus in *Polemone*, vbi vid. §. VI. n. 5. adde vit. *Scopeliani* §. V. n. 16.

15 Αρκ. πίλῳ — ὡς ἐν ὥρ. θέρ. εἰώθη Αθην.] ſcilicet *pileos* tales, qui & σκιάδια dicta inde, ſolis arcendis radiis adhibebant. Ηλιοστιβὴς κυνῆ Θεσσαλὶς dicitur Sophocli Oedip. Colon. p. 282. vbi vid. Schol. Et ſane paſſim veteres a *Theſſalia* denominare tales videas pileos. conf. notata Hadriano Iunio animaduerſ. l. II. c. 6. *Arcadicos* nuſpiam inuenio, forte eorum non diſſimilis forma.

16 ὑποσέμνῳ] τὸ σεμνὸν ad *characterem ſublimem* pertinet: *medius* itaque character ὑπόσεμνος.

17 αὐτὸς δοῦναι] ſic enim αἰτεῖν ὑποθέσεις ſolebant ab iis, cum quibus certarent, vide ſ. in vita *Marci*. Ceterum αὐτὸς ſubſtitui pro αὐτὸν, quod erat in editis, ſecutus cod. S.

18 ποιήσειν] cod. S. ὡς ποιήσει.

19 τὸν ἀγῶνα] frequens noſtro, oratoria huiuſmodi exercitia ἀγῶνας vocare. Hinc & inter *Theodoti* titulos honoris in *vita* eius: ἀγωνιστὴς τῶν πολιτικῶν.

20 μετεχ. — ἐπ. λέξει καὶ ἑτ. ῥυθμ.] vid. de ῥυθμῷ notata ſ. Similis vero variationis ſpecimen habes in vita *Hippodromi* §. V. vbi Hippodromus ἀναλαβὼν τὴν ὑπόθεσιν ἑτέρᾳ δυνάμει μεταχειρίσασθαι τὰς ἤδη εἰρημένας ἐννοίας dicitur.

21 νοσεῖ] ſic cod. S. Editi νοσεῖν.

ſen-

ſente eo, alia dictionis virtute mutatum protulit: *Aquae etiam*, inquiens, *ſuauiores ſunt, quae vago motu feruntur.* Sunt & illa ex Scythica Alexandri oratione: *Et glacie quidem concreto Iſtro, ad meridiem tendebam: ſoluto autem, ad Septentrionem pergebam incolumi corpore, neque vt nunc ſum affectus. Quid enim graue pateretur homo, qui ad anni tempeſtates ſe componit?* In orationis autem peroratione vrbem exagitans, vt domicilium liberiorem ſpiritum intercludens, poſtremo omnium exclamabat: *verum aperi portas, reſpirare volo.* Tum ad Herodem accurrens, eumque amplexatus, *viciſſim*, inquit, *epulas mihi para:* & Herodes, *Quid non pararem*, inquit, *ei qui me tam laute excepit?* Coetu audientium ſoluto, Herodes, vocatis familiarium ſuorum eis, qui maiores fecerant progreſſus, interrogabat, *qualis ipſis ſophiſta videretur?* Cumque Sceptes Corinthius dixiſſet, ſe πῆλον quidem (hoc eſt, *lutum*) inueniſſe, *Platonem* vero quaerere dixiſſet: Herodes, eum reprehendens, *Hoc*, inquit, *apud alium neminem dicas velim; nam tibi ipſi ignominiam parabis indocte iudicantis. Quin me ſequere potius, qui ipſum Scopelianum eſſe cenſeo ſobrium.* Hunc autem Herodes characterem eius ſtatuebat, videns virum caſtigatiſſimam elocutionem ſententiis ſophiſticis, audacius excogitatis, accommodare. Dum ipſe autem audiendum ſe praeberet Alexandro, ſonum orationis intendit: gnarus eo maxime illum pronunciationis genere delectari, & modulos magis varios, quam tibiae ſunt atque lyrae, in ſermonem induxit: quandoquidem & Alexander in commutanda oratione aſſiduus viſus erat. Ceterum argumentum, quod tractabat fuere ii, *qui in Sicilia clade affecti diſ-*

ταῦτα, ἐπισάντος, ἑτέρᾳ δυνάμει μεταβαλών, "καὶ ὑδάτων, εἶπεν, ἡδίω τὰ πλανώμενα". κἀκεῖνα τῶν Σκυθῶν Ἀλεξάνδρου· "καὶ πηγνυμένης μὲν Ἴστρου, πρὸς μεσημβρίαν ἤλαυνον· λυομένου δὲ, ἐχώρουν πρὸς ἄρκτον, ἀκέραιος τὸ σῶμα, καὶ οὐχ ὥσπερ νυνὶ κείμενος. τί γὰρ ἂν πάθοι δεινὸν ἄνθρωπος ταῖς ὥραις ἑπόμενος"; ἐπὶ τελευτῇ δὲ τοῦ λόγου, διαβάλλων τὴν πόλιν, ὡς πονηροὺς οἰκητῆρας, τὸ ἐπὶ πᾶσιν ὦδε ἀνεφθέγξατο· "ἀλλ' ἀναπέτασον[22] τὰς πύλας, ἀναπνεῦσαι θέλω[23]". προσδραμὼν δὲ τῷ Ἡρῴδῃ, καὶ περισχὼν αὐτὸν, ἀντεφεσίασόν με, ἔφη. καὶ ὁ Ἡρῴδης, "τί δὲ ἃ μέλλω, εἶπε, λαμπρῶς ὕτως ἐσιάσαντα"; διαλυθείσης δὲ τῆς ἀκροάσεως, καλέσας ὁ Ἡρῴδης τῶν ἑαυτοῦ γνωρίμων τοὺς ἐν ἐπιδόσει, ἠρώτα· "ποῖός τις αὐτοῖς ὁ σοφιστὴς φαίνοιτο;" Σκέπτου δὲ, ἀπὸ τῆς Κορίνθου, τὸν μὲν πηλὸν εὑρηκέναι φήσαντος, τὸν δὲ Πλάτωνα ζητεῖν[24], ἐπισκώπτων αὐτὸν ὁ Ἡρῴδης, "τοῦτο, ἔφη, πρὸς μηδένα εἴπῃς ἕτερον· σεαυτὸν γὰρ διαβάλλεις, ὡς ἀμαθῶς κρίναντα. ἐμοὶ δὲ ἔπου μᾶλλον, ἡγεμόνι αὐτὸν Σκοπελιανὸν νήφοντα[25]". ταυτὶ δὲ ὁ Ἡρῴδης ἐχαρακτήριζε, καθεωρακὼς τὸν ἄνδρα κεκραμένην ἑρμηνείαν ἐφαρμόττοντα τῇ περὶ τὰς σοφιστικὰς ἐννοίας τόλμῃ. ἀντεπιδεικνύμενος[26] δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, τήν τε ἠχὼ[27] τῆς διαλέξεως προσῆρεν, ἐπειδὴ ἐγίγνωσκε τούτῳ καὶ μάλιστα χαίροντα αὐτὸν τῷ τόνῳ· ῥυθμούς[28] τε, ποικιλωτέρους αὐλοῦ καὶ λύρας, ἐσηγάγετο ἐς τὸν λόγον, ἐπειδὴ πολὺς αὐτῷ καὶ περὶ τὰς ἐξαλλαγὰς ἔδοξεν. ἡ δὲ σπασθεῖσα ὑπόθεσις, οἱ ἐν Σικελίᾳ ἡττηθέντες ἦσαν, αἰτοῦντες[29] τοὺς ἐπανισαμένους[30]

---

22 ἀνάπτασον] ſic recte Aldin. & Gruter. Morell. errore typographi ἀνάπτασον. Cod. S. ἀναπετάσων.

23 ἀναπν. θέλω] ſic Gruterus: editi θέλων: h. e. *quiſquis reſpirare voluerit.* Cod. S. ὡς ἀναπνεῦσαι θέλων. quae ſi vera lectio, non ſunt illa verba Alexandri, ſed Philoſtrati, vim orationis explicantis hoc ſenſu: eum clamaſſe vt aperiatur porta: *quaſi reſpirare vellet.* Sed magis mihi probatur lectio quam edidi.

24 τὸν μ. πηλ. εὑρ. τὸν δὲ Πλάτωνα ζητ.] alludit ad cognomen Alexandri nam Πηλοπλάτων dicebatur.

25 Σκοπελιανὸν νήφοντα] nempe ob ὀρμήν, quae ſumma in Alexandro, vt paulo ante vidimus n. 14. Sed tamen erat ea non *hominis bacchantis*, vt *Scopeliani*, quem τυμπανίζειν nonnemo dicebat, vide ſ. vitam eius §. V. n. 21: verum νήφοντος *ſobrii.* conf. mox a Philoſtrato addita.

26 ἀντεπιδεικνύμενος] ita legit Salmaſ. quod melius eſt quam quod in editis ἐπιδεικνύμενος.

27 ἠχὼ] hic ad pronunciationem pertinet, quod prodit mox addita vox τόνῳ vid. ſ. vita *Fauorini* §. IV. n. 3

28 ῥυθμούς τε ποικιλωτέρους αὐλοῦ καὶ λύρας] de rhythmis alibi diximus, orationem vero ita tum rhythmo tum ceteris ornamentis ad delectationem compoſitam αὐλῷ καὶ λύρᾳ etiam comparabat Apollonius Tyanenſis ep 9'. ad Dionem: Αὐλοῦ καὶ λύρας κρεῖττόν ἐστι τέρπειν ἢ λόγῳ. conf. etiam vitam Apollonii l. VI. c. 40.

29 αἰτοῦντες] vocem, in editis omiſſam, ex cod. S. & Angl. reuocauimus. quam & legit Salmaſ. Ceterum μελέτης illius *argumentum* notum ex Thucydide l. VII. Plutarcho in Nicia, & Diodoro Sic. l. XIII. Nempe *exercitus*, Syracuſas in Sicilia obſidens, ex Athenienſibus eorumque ſociis compoſitus, adductis nouis auxiliis ex vrbe patria, duce Demoſthene, eius inprimis conſilio & autoritate infeliciter cum hoſte conflixit, quo facto, caſtris ad Syracuſas relictis, cedere victori coacti fuere. Ob eam igitur fugam diſcedente Athenienſi exercitu, multi in caſtris relicti vulnerati, partim & in via deſtituti infirmi, quorum miſerabilem planctum delineat Thucydides l. c. p. 527. Illi itaque ſunt ἡττηθέντες, quos oratione repraeſentat Herodes, qui τοὺς ἐπανισαμένους ἐκ Σικελίας Ἀθηναίους h. e. exercitum Athenienſium vaſa colligentem, & ex Sicilia diſcedentem orant, vt ab ipſis potius interficiantur.

30 ἐπανισαμένους] malim ἀπαναισαμένους: qua voce in tali re vtitur Thucyd. §. I. l. I. p. 2. ὃ χαλεπῶς ἀπανίσαιτο.

ἐκεῖθεν Αθηναίους τὸ ὑπ' αὐτῶν ἀποθνήσκειν. ἐπὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, τὸ θρυλλούμενον ἐκεῖνο ἱκέτευσεν, ἐπιτέγξας τὰς ὀφθαλμὰς δακρύοις, "ναὶ Νικία, ναὶ πάτερ [31], ὅτως Αθήνας οἶ-„δας [32]". ἐφ' ᾧ τὸν Αλέξανδρόν φασιν ἀναβοῆσαι, ὦ Ηρῴδη, τεμμαχιά σε ἐσμὲν [33] οἱ σοφισταὶ πάντες. καὶ τὸν Ηρῴδην ὑπερησθέντα τῷ ἐπαίνῳ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως γενόμενον, δοῦναι οἱ δέκα μὲν σκευοφόρα [34], δέκα δὲ ἵππους, δέκα δὲ οἰνοχόους [35], δέκα δὲ σημείων γραφέας [36], τάλαντα δὲ εἴκοσι [37] χρυσοῦ, πλεῖον δὲ ἀργύριον, δύο δὲ ἐκ Κολύτου [38] παιδία ψελλιζόμενα, ἐπειδὴ ἤκουσεν αὐτὸν χαίροντα νέοις φωναῖς. τοιαῦτα μὲν ἐν αὐτῷ τὰ Αθήνησιν.

cedentes inde Athenienſes orabant vt eorum manibus mortem oppeterent. Hoc tractans argumentum, celebratiſſimum illud, oculos lacrymis rigans, ſupplici voce protulit: *Nae Nicia, nae pater, ſic notae tibi Athenae!* Quod audientem Alexandrum aiunt exclamaſſe: *O Herodes, fragmenta tui ſumus, quicquid eſt ceterorum ſophiſtarum.* Herodem autem, mirum in modum hac laude gauiſum, ſuoque ingenio obſecutum, Alexandro decem dediſſe baiulos, decem equos, decem pincernas, decem notarios, viginti auri talenta, magnamque argenti vim; binos item Colyti puſos balbutientes; quia ipſum audierat peregrinis oblectari linguis. Haec igitur ſunt Alexandro Athenis geſta.

Επειδὴ δὲ καὶ ἑτέρων σοφιστῶν ἀπομνημονεύματα παρεθέμην, δηλώσω καὶ ὁ Αλέξανδρος ἐκ πλειόνων. οὐδὲ γὰρ ἐς πλῆρές πω τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἀφῖκται παρὰ τοῖς Ελλησιν. ὡς μὲν δὴ σεμνῶς τε, καὶ ξὺν ἡδονῇ διελέγετο, δηλοῦσι "τῶν διαλέξεων αἵδε· "Μαρσύας ἤρα Ολύμπου, "καὶ Ολυμπος τοῦ αὐλεῖν." καὶ πάλιν, "Αρ-"ραβία γῆ δένδρα πολλά, πεδία κατάσκια, "γυμνὸν οὐδέν, τὰ φυτά, ἡ γῆ, τὰ ἄνθη. οὐδὲ "φύλλον Αρράβιον ἐκβαλεῖς, οὐδὲ κάρφος ἀπορ-"ρίψεις οὐδέν, ἐκεῖ φυέν· τοσοῦτον ἡ γῆ περὶ τὰς "ἱδρῶτας εὐτυχεῖ [1]." καὶ πάλιν· "ἀνὴρ πένης "ἀπ' Ιωνίας, ἡ δὲ Ιωνία Ελληνές εἰσιν, οἰκήσαντες "ἐν τῇ βαρβάρων." τὴν δὲ ἰδέαν ταύτην διατω-θάζων ὁ Αντίοχος [2], καὶ διαπτύων αὐτὸν ὡς τρυ-φῶντα ἐς τὴν τῶν ὀνομάτων ὥραν, παρελθὼν ἐς Αντιόχειαν, διελέχθη [3] ὧδε· "Ιωνίαι, Λυδίαι, Μαρ-"σύαι, μωρίαι, δότε προβλήματα." τὰ δὲ ἐν τῇ

IV. Quoniam vero aliorum quoque ſophiſtarum memoranda dicta appoſui, Alexander quoque pluribus innoteſcat allegatis. Neque enim apud Graecos plenam laudem aſſecutus eſt ſuam. Quam grauis itaque, & iucundus in dicendo fuerit, iſta eius indicant dicta: *Marſyas Olympum, Olympus vero tibiarum cantum amabat.* Et rurſus: *Arabia terra arbores multae, campi vmbroſi, nudum, nihil, ſtirpes, terra, flores. Ne folium quidem Arabicum abieceris, neque feſtucam ibi natam proculcaueris: vſque adeo felix eſt ſolum illis quae exſudare ſolet.* Et iterum, *vir pauper ex Ionia. Iones vero Graeci ſunt, qui habitarunt in Barbarorum regione.* Hoc autem dicendi genus cauillatus Antiochus, ipſumque deſpuens [Alexandrum], vt qui in vocum pulcritudine luxuriaretur, Antiochiam vbi eſſet delatus, ita diſſeruit: *Ioniae, Lydiae, Marſyae, ſtultitiae, proponite.* At eius in decla-

---

31 *ναὶ πάτερ*] editi *καὶ πάτερ*. Meliorem lectionem ex cod. S. & Angl. reſtituimus, quam & Salmaſ. agnoſcit, & interſione Bonfinius expreſſit.

32 *ὅτως Αθήνας οἶδας*] Salmaſ. legit *ὅτως ἴδοις Αθήνας*. Haec niſi fallor eo ſpectant, quod Nicias, qui ipſe bellum aduerſus Syracuſas adminiſtrabat, illud diligenter diſſuaſerit, imperiumque illud initio detrectauerit, pares ei bello minime fore Athenas iudicans, vt apud Diodorum libri XII fine, ceteroſque autores allegatos videre eſt: hinc enim illud: *ὅτως Αθήνας οἶδας*.

33 *τεμμαχιά σε ἐσμὲν οἱ σοφισταὶ πάντες*] acceptum hoc ab Aeſchylo, qui aiebat *τὰς αὐτοῦ τραγῳδίας τεμάχη εἶναι τῶν μεγάλων Ομήρου δείπνων*.

34 *σκευοφόρα*] male hanc lectionem ſolicitat Morelus, qui mauult *σκευοφόρους*. Sane enim ſubintelligendum vel *κτήνη* vel *ἀνδράποδα*: vt in iſto Plutarchi in Othone *πολλὴν ἀταξίαν τὰ σκευοφόρα τοῖς μαχομένοις παρεῖχε*. & quidem *ἀνδράποδα* malim h. l. ſubintelligi, quoniam de *κτήνεσι* ſequitur.

35 *οἰνοχόους*] elegantis ſcilicet formae ſiue pueri ſiue puellae, quales adhibebant huic operae Iouis ſecuti exemplum, cui Ganymedes *οἰνόχοος*. Sic Herodis *οἰνοχόους Alcimedontis* filias, egregiae formae, ſupra commemorat noſter *Vitae* ipſius §. XII.

36 *σημείων γραφέας*] *ταχύγραφοι* intelliguntur. *σημεῖα* huiuſmodi, quibus vtebantur illi, edita habes poſt Theſaurum Inſcript Gruterianum.

37 *τάλαντα δὲ εἴκ.*] addidimus *δὲ* ex cod. S.

38 *ἐκ Κολύτου*] puto intelligi Indum Herodis ſeruum, cuius balbuties delectabat Herodem. vide notata ſ. ad vitam *Fauorini* §. III. n. 4.

§. IV. 1 *τοσ. ἡ γῆ περὶ τ. ἱδρῶτας εὐτυχεῖ*] *ἱδρῶτας* hic vocat quicquid e terra prodit, quaſi talia omnia *ſudoris* habeant inſtar magni illius animalis. Sic *fontes ἱδρῶτας γῆς* dicere, poetis non inauditum: audacior autem omnino hic tropus, & vera *παραδοξολογία*.

2 *ὁ Αντίοχος*] cuius vitam paulo ante noſter deſcripſit.

3 *διελέχθη*] *διάλεξις* hic opponitur *μελέτῃ* qua de re vid. inf. ad vitam Philagri. §. II. n. 1.

4 *Ιωνίαι, Λυδίαι, Μαρσύαι, μωρίαι, δότε προβλ.* &c.] nempe in *Ionia* & *Marſya* luſerat Alexander, vt paulo ante indicatum, forte etiam in *Lydia* alicubi, cum *μωρίαις* igitur man-

mando virtutes eximiae ex his quidem patent, pateant tamen ex aliis quoque argumentis. *Periclem* itaque oratione sistens, *qui belli eligendi autor erat, post oraculum quoque, quo Pythius se & vocatum & non vocatum, Lacedaemoniis auxiliaturum dixerat:* ita occurrit oraculo: *At*, inquit, *Pythius, auxilium Spartanis pollicetur. Sane mentitur: ita enim ipsis etiam Tegeam promiserat.* In medium vero producens *Dario*, vt *Istrum ponte iungat, suadentem*, inquit: *Subterfluat tibi Scytharum Ister: sique leniter fluens exercitum transmiserit tibi, honora fluuium, ex ipso bibens.* Porro *Artabanum* oratione repraesentans, *Xerxi dissuadentem, ne secundo aduersus Graeciam expeditionem susciperet*, ita compresso orationis genere vsus est: *Res quidem Persarum eiusmodi sunt tibi, domi manenti. Res vero Graecorum ita ferme se habent: mare angustum, virique furore perciti, inuidique Dii.* At *Aegrotantibus in locis magis depressis, ad montes vt commigrent, suadere conatus*, sic de natura disseruit: *Videtur autem mihi vniuersitatis etiam opifex campos, vt vilioris materiae rem, depressisse humi; montes vero, vt dignitatis summae*

μελέτη πλεονεκτήματα, δεδήλωται μὲν καὶ ἐπὶ τούτων, δηλώσθω δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων ὑποθέσεων. διεξιὼν μὲν γὰρ τὸν Περικλέα[5], τὸν κελεύοντα ἔχεσθαι τῷ πολέμῳ καὶ μετὰ τὸν χρησμὸν, ἐν ᾧ καὶ καλέμενος καὶ ἄκλητος ὁ Πύθιος ἔφη τοῖς Λακεδαιμονίοις συμμαχήσειν, ὧδε ἀπήντησε τῷ χρησμῷ· "ἀλλ' ὑπισχνεῖταί[6], φησι, τοῖς Λα-„κεδαιμονίοις ὁ Πύθιος βοηθήσειν. ψεύδεται· ἔ-„τως αὐτοῖς καὶ Τέγεαν ἐπηγγείλατο[7]". διεξιὼν δὲ τὸν ξυμβουλεύοντα τῷ Δαρείῳ ζεῦξαι Ἴστρον[8]· "ὑπορρείτω σοι ὁ Σκυθῶν Ἴστρος, κὰν ἔυρυς τὴν„ρατιὰν διαγάγῃ, τίμησον αὐτὸν, ἐξ αὐτῶ„ων". τὸν δὲ Ἀρτάβανον[9] ἀγωνιζόμενος, τὸν ἀ-παγορεύοντα τῷ Ξέρξῃ μὴ τὸ δεύτερον στρατεύ-ειν[10] ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ὧδε ἐξηχυλόγησε[11]. "τὰ„μὲν δὴ Περσῶν καὶ Μήδων[12] τοιαῦτά σοι, βα-„σιλεῦ, κατὰ χώραν μένοντι[13]. τὰ δὲ Ἑλλήνων„τῇ δέπῃ· θάλατσα στενὴ, καὶ ἄνδρες ἀπογενοη-„μένοι, καὶ θεοὶ βάσκανοι[14]." τὰς δὲ ἐν τοῖς πε-δίοις νοσοῦντας ἐς τὰ ὄρη ἀνοικίζεσθαι σπεύ-δων[15], ὧδε ἐφυσιολόγησε. "δοκεῖ δέ μοι καὶ„ὁ τῶ παντὸς δημιουργὸς τὰ μὲν πεδία, ὥσπερ„ἀτιμοτέρας ὕλης[16], ῥίψαι κάτω, ἐπαίρειν δὲ τὰ

---

ista coniungit Antiochus, stoliditatis istos lusus redarguens. Fecit autem ista compellationem ipsius *Alexandri*, quem ad certamen prouocat. Nempe ὑπόθεσιν αἰτεῖ, hoc enim est Gorgiae προσάλλειν vel πρόβλημα διδόναι vide s. in vita *Gorgiae*, & paulo ante §. III. n. 17.

5 Περικλέα] historia, quae istam ὑπόθεσιν suppeditauit Alexandro, extat apud Thucydid. l. I. vbi etiam p. 76. Oraculi illius mentio, cui respondentem Periclem paulo post inducit Alexander: dixisse enim refertur Apollo sequidem ξυλλήψεσθαι καὶ παρακαλέμενον καὶ ἄκλητον.

6 ἀλλ' ὑπισχν.] editi habebant ἀλλ' εἰ ὑπισχν. deleuimus εἰ autoritate cod. S.

7 ἔτ. αὐτ. καὶ Τέγεαν ἐπηγγείλ.] historiam de *Tegea*, ab Apolline Lacedaemoniis promissa, sed non reddita, habes apud Herodotum l. I. p. 16. sq. vbi ipsum quoque extat eius oraculum, quo de Arcadia bello subiuganda consulentibus ita respondet:

Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς· μέγα μ' αἰτεῖς. ἔτοι δώσω
Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
Οἱ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγὼ δέ τοι οὐ μεγαίρω.
Δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι,
Καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

Oraculi ancipiti is respondit euentus, vt Lacedaemonii Tegea, quam sibi victoribus polliceri oraculum putabant, impugnata, victi atque captiui campos Tegeatas fune metiti fuerint, operaque seruili coluerint. Nempe is erat sensus vltimorum versuum, quos ita reddidit Valla:

— *Tibi ego haud inuidero quicquam,*
Saltandam Tegeam planta plaudente daturus,
Vtque queas campum metiri fune seracem.

8 ζεῦξαι τὸν Ἴστρον] pertinent haec ad Darii expeditionem aduersus Scythas, qua Bosporum & Istrum ponte iunxit, autore Herodoto l. IV. initio: & l. VII p. 69. vbi eius rei in oratione ad Xerxem Artabanus meminit: adde *Ctesiam* in excerptis. Talia autem argumenta ὑποθέσεις Μηδικὰς vocabat noster s. in vita *Scopeliani*.

9 Ἀρτάβανον] sic pro Ἀρτάβαζον, quod est in vulgatis, rescripsi ex Herodoto l. VII. p. 245. vbi istius μελέτης Alexandri *argumentum*.

10 τὸ δεύτερον στρατεύειν] nam antea pater Xerxis, Darius, Graecos inuaserat, vt notum, & in oratione ad Xerxem memorat Artabanus, apud Herodot. l.c.

11 ἐξηχυλόγ.] vide s. *Critiae* §. IV. n. 7.

12 καὶ Μήδων] exciderat editis: restituimus ex cod. S. agnouit & Salmas.

13 μένοντι] Salmas. legit μετιόντι.

14 θεοὶ βάσκανοι] Deos ibi minus propitios inuenturum ait Xerxem, qui scilicet persuasus esset Xerxis rebus moliri aliquam cladem Deos, qui soleant rebus magnis ruinam parare, quod βάσκανον θεῶν, *inuidiam Deorum* interpretabantur ista aetate mortales. Sic ipse *Artabanus* mentem suam explicat: ap. Herodot. loc. cit. p. 246. φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν: moxque addit, magnum quandoque exercitum vinci a paruo, ἐπεὰν σφέων ὁ θεὸς ΦΘΟΝΗΣΑΣ φόβον ἐμβάλῃ. Sic ad Croesum Solon apud eundem Herodot. ὦ Κροῖσε, ἐπισταμένου με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν ΦΘΟΝΕΡΟΝ τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπίνων πραγμάτων πέρι lib. I. quod tamen inter cetera Herodoti reprehensum Plutarcho, lib. de malign. Herod. p. 838. Sic Lucan. l. I. Pharsal. v. 7.

INVIDA fatorum series summisque negatum
Stare diu.

similiaque apud Virgilium habes Aen. VI, 63. Lucretium l. V. v. 1232. Florum l. I. c. 2. Ammian. l. XIV. c. 11. p. 60. Sic Libanio φθονερὸς Δαίμων dicitur initio Ἐπιταφίου in Iulianum, & χορὸς φθονερῶν δαιμόνων ibid. p. 326. taceo alia. Hoc sensu nostro quoque inf. vitae *Hermocratis* §. V. fin. in flore aetatis ille dicitur φθόνῳ ἁλούς. Et in Heroicis Protesilaus queritur ἄδικον fuisse καὶ βάσκανον δαίμονα ἐφ' ᾧ ἦν, cum ad Troiam occideretur.

15 σπίνδων] cod. S. habet πείθων. quod & Salmas. inuenit. Sed bene se habet σπίνδων.

16 ἀτιμοτέρας ὕλης] Salmas. ἀτιμοτέρας τῆς ὕλης.

ὄρη

"ὄρη ὥσπερ ἀξιώματα. ταῦτα πρῶτα μὲν ἥλι-
"ος ἀσπάζεται, τελευταῖα δὲ ἀπολείπει. τίς ἂν
"ἀγαπήσει τόπον, μακροτέρας ἔχοντα τὰς ἡ-
"μέρας;" διδάσκαλοι τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐγένοντο
Φαβωρῖνός τε καὶ Διονύσιος [17]. ἀλλὰ Διονυσίῳ
μὲν ἠμιμαθὴς ἀπῆλθε, μεταπεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ
πατρὸς νοσοῦντος, ὅτε δὴ καὶ ἐτελεύτα. Φαβω-
ρίνου δὲ γνησιώτατα ἠκροάσατο, παρ' ἓ μάλιστα
καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου ἔσπασε. τελευτήσαι τὸν
Ἀλέξανδρον οἱ μὲν ἐν Κελτοῖς [18] φασιν, ἔτι ἐπι-
στέλλοντα [19]· οἷδ' ἐν Ἰταλίᾳ, πεπαυμένον τοῦ ἐπι-
στέλλειν. καὶ οἱ μέν, ἑξηκοντούτην, οἱ δὲ καὶ ὀκτώ.
καὶ οἱ μὲν ἐπὶ υἱῷ, οἷδ' ἐπὶ θυγατρί, ὑπὲρ ὧν ἁδὲν ἕυρον λόγου ἄξιον.

qui sint, sustulisse: hos primos sol salutat, ultimosque deserit. Quis locum non amet, dies longiores habentem? Doctores Alexandro fuere Fauorinus & Dionysius: a Dionysio tamen semidoctus discessit, a patre aegrotante reuocatus, tum, cum ille vitam etiam finiit. Fauorini vero genuinus discipulus extitit, a quo potissimum etiam genus hausit dicendi. Mortuum esse Alexandrum alii quidem in Galliis dicunt, cum Imperatori ab epistolis adhuc esset; alii in Italia, cum officio epistolas scribendi fungi desiisset; & alii quidem iam sexagenarium, alii octo amplius annos natum. Alii porro filio, alii filia relicta, de quibus nihil memoria dignum inueni.

ΟΥΑΡΟΣ.

Ἀξιώσθω λόγου καὶ Ουαρος [1], ὁ ἐκ τῆς Πέργης. Ουάρῳ πατὴρ μὲν Καλλικλῆς ἐγένετο, ἀνὴρ ἐν τοῖς δυνατωτάτοις τῶν Περγαίων· διδάσκαλος δὲ Κοδρατίων ὁ ὕπατος [2], αὐτοσχεδιάζων τὰς θετικὰς ὑποθέσεις [3], καὶ τὸν Φαβωρῖνον [4] τρόπον σοφιζεύων. πελαργὸν δὲ τὸν Ουαρον οἱ πολλοὶ ἐπωνόμαζον, διὰ τὸ πυρσὸν τῆς ῥινὸς καὶ ῥαμφώδες. καὶ τοῦτο μὲν ὡς ἐκ ἀπὸ δόξης ἠσείζοντο, ἔξεστι συμβαλεῖν ταῖς εἰκόσιν, αἳ ἀνάκεινται ἐν τῷ τῆς Περγαίας ἱερῷ [5]. ὁ δὲ χαρακτὴρ τοῦ λόγου τοι-
"οῦτος. "ἐφ' Ελλήσποντον ἐλθὼν ἵππον
"αἰτεῖς· ἐπ' Αθω δὲ ἐλθὼν πλεῦσαι θέ-
"λεις· ἐκ οἶδας, ἄνθρωπε, τὰς ὁδούς [6]; ἀλλ' Ελ-
"λησπόντῳ γῆν ὀλίγην ἐπιβαλὼν [7], ταύτην οἵει

VII. VARVS.

Varum quoque memoria non indignum censeamus, Perga oriundum. Pater quidem Varo Callicles fuit, vir ex potentissimis Pergaeorum, Praeceptor Quadratus, vir consularis, qui *locos communes* extemporanea oratione persequebatur, & Fauorinum in rhetoricis sequebatur. Ciconiam autem Varum vulgo cognominabant, quia rubram narem habebat, & rostri instar habentem. Quodque ita non abs re in eum iocati fuerint, ex imaginibus colligere est, quae in [Dianae] Pergaeae fano sunt dedicatae. Orationis eius character eiusmodi est: *In Hellespontum delatus, equum petis: ad montem Atho qui veneris, nauigare cupis. Vias, mi homo, non tenes? sed Hellesponto exigua terra super iniecta, hanc tibi*

---

17 Φαβωρ. τε καὶ Διονύσ.] ipsi illi quorum vitas supra exhibuit Philostratus. Eidem institutionem suam *Apollonius* quoque pollicetur, in ep. XIII. quem, an eo, quod promissum careret effectu, an aliam ob causam hic praetermittat Philostratus, non liquet.

18 ἐν Κελτοῖς] qua occasione eo sit delatus, non liquet, certe M. Aurelium, cui, vt supra vidimus, erat ab epistolis scribendis, in Galliis fuisse non apparet.

19 ἔτι ἐπιστέλλοντα] nempe Imperatori Marco ab epistolis scribendis eum fuisse, sub initium huius vitae narratur.

VII. ΟΥΑΡΟΣ. 1 καὶ Ουαρος] καὶ ex MS. S. adieci. Ad Varum quod attinet autem, non confundendus is cum Laodicensi, cuius vitam inf. habet noster. Ceterum & *Vari* cuiusdam mentio s. in Polemone §. IX. n. 3. quem eundem cum nostro putabat Salmasius. Et *Varus sophista* Archon Cebessensium in Lycia, Philippi patris aetate in nummis obuius est: vid. Vaillant. numis. Graec. Imp. p. 163. quem ex Vari, de quo hoc loco, posteris esse censebat illustriss. Spanhemius, de P. & V. Numism. p. 713. ed. nou.

2 Κοδρατίων ὁ ὕπατος] cod. S. habebat Κρατίων. Est autem Κοδρατίων *Quadratus:* & quidem, vt bene obseruatum Valesio, ad Eusebium p. 71. ipse ille qui proconsulatum Asiae gessisse legitur apud Aristidem Orat. Sacra IV. p. 597. sq. & quem diserte ῥήτορα Aristides appellat. Ex eadem orat. etiam colligit Valesius, quo tempore Asiae proconsul ille fuerit. Nempe dicit Aristides p. 613. proximo ante *Pollionem* anno fuisse Asiae proconsulem Quadratum. *Pollionem* idem p. 611. hunc magistratum obiisse dicit ante *Seuerum*. *Seuerus* paulo post pestem in Asia grassatam, eundem obiit, vt habet idem p. 572. Pestem illam Eusebius in Chron. confert in annum M. Aurelii Imp. 8. Fuerit itaque Seuerus proconsul Asiae anno eiusdem Imperatoris 9. Pollio anno 8. & Quadratus an. 7. Idem Valesius obseruat esse hunc ipsum *Statium Quadratum*, qui Asiae proconsul Polycarpi martyrio praefuit, diserteque nominatur in encyclica Ecclesiae Smyrnaeae de hoc martyrio epistola: eundemque hunc esse cum *L. Statio Quadrato* qui consul fuit principatu Antonini Pii V. C. anno 895. qua ex parte consentientem *Visserium* etiam habet, notis ad illam Smyrnaeorum epistolam.

3 θετικὰς ὑποθέσεις] hae sunt quas θέσεις vocat Quintilianus Institut. II, 1. & *communes locos*, e philosophia nempe decerptos, de virtutibus, vitiis, exilio, paupertate, de regno &c. Nempe *hoc*, vt idem Quintilianus, *antiquis ad augendam eloquentiam genus exercitationis.* Multaque habemus in eo genere *Dionis*, Libanii &c. Noster infra in vita *Quirini* θετικὰ τῶν χωρίων vocat.

4 Φαβωρῖνος] de quo s. l. I.

5 ἐν τῷ τ. Περγαίας ἱερῷ] subintellige Ἀρτέμιδος. Dianae enim Νεωκόρος *Perga*, cuius templum ius asyli quoque habebat, vt ex nummis patet. v. ill. Spanhem. de P. & V. Numism. p. 782.

6 ἄνθρωπε τὰς ὁδὰς] Salmas. leg. ἀνθρωπείας ὁδὰς, vt sensus sit, *mortales vias*, h. e. rerum humanarum conditionem & exitus ignoras, quod perplacet mihi.

7 γῆν ὀλίγην ἐπιβ.] videtur perstringere nonnemi-

mem-

manere exiſtimas, montibus non permanentibus? Aiunt vero haec ipſum ſplendida voce & probe exculta pronunciaſſe. Ceterum in patria fato functus eſt, ſenio proximus, liberis ſuperſtitibus. Progenies autem eius omnis in autoritate eſt apud Pergaeos.

VII. HERMOGENES.

Hermogenes autem, quem Tarſus genuit, quindecim annos natus, eo vſque prouectus eſt eloquentiae gloria, vt etiam Imperatori Marco audiendi deſiderium excitauerit. Perrexit ergo Marcus ad auſcultandum eum illoque delectatus eſt diſſerente: & ex tempore declamantem eſt admiratus, & ingentia ipſi munera largitus eſt. Cum autem ad virilem aetatem peruenisſet, iſta priuatus eſt virtute, nullo quidem comparente morbo; vnde iocandi occaſionem inuidis praebuit: dictitabant enim, *vere dicendi facultatem, vt ſit apud Homerum, volucrem eſſe: Hermogenem quippe eam, tanquam alas amiſiſſe.* Et Antiochus ſophiſta aliquando in ipſum ludens, *Hermogenes*, dixit, *qui in pueritia quidem ſenex; in ſenecta vero eſt puer.*

σοι μένειν, τῶν ὄρων μὴ μενόντων;" ἐλέγετο δὲ ἀπαγγέλλειν ταῦτα λαμπρᾷ τῇ φωνῇ[8], καὶ ἡσκημένῃ. ἐτελεύτα μὲν οἴκοι[9], ὕπω γηράσκων, καὶ ἐπὶ παισί. τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆ γένος εὐδόκιμοι πάντες[10] ἐν τῇ Πέργῃ.

ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ.

Ἑρμογένης[1] δὲ, ὃν Ταρσοὶ ἤνεγκαν, πεντεκαίδεκα ἔτη γεγονὼς[2] ἐφ' ὅτω μέγα πρᾶξαι τῆς τῶν σοφιστῶν δόξης[3], ὡς καὶ Μάρκῳ βασιλεῖ παρασχεῖν ἔρωτα ἀκροάσεως. ἐβάδισε γὰρ ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν αὐτοῦ[4] ὁ Μάρκος, καὶ ἥσθη μὲν διαλεγομένου[5], ἐθαύμαζε[6] δὲ σχεδιάζοντος[7], δωρεὰς δὲ λαμπρὰς ἔδωκεν. ἐς δὲ ἄνδρας ἥκων ἀφῃρέθη τὴν ἕξιν, ὑπ' ἀδεμιᾶς φανερᾶς νόσου[8]. ὅθεν καὶ[9] ἀσείσμῳ λόγον παρέδωκε τοῖς βασκάνοις, ἔφασαν γὰρ τὸν λόγον ἀτεχνῶς καθ' Ὅμηρον[10] πτερόεντα εἶναι, ἀποβεβληκέναι γὰρ αὐτὸν τὸν Ἑρμογένην, καθάπερ πτερά. καὶ Ἀντίοχος[11], ὁ σοφιστὴς, ἀποσκώπτων ποτὲ[12] ἐς αὐτὸν, ἕτος, ἔφη[13], Ἑρμογένης, ὁ ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν δὲ γέ-

---

qui publico opere vel priuato, *amphitheatro, circo* vel *palatio* quocunque, aeternum ſibi monimentum condidiſſe putabat, quale nullum eſſe, cum vel montes legem mortalitatis ſubeant, ſophiſta oſtendit.

8 λαμπρᾷ τῇ φωνῇ] ſic de voce Neronis vita Apollon. Tyan. V. 7. ἐκ ἔθυσας ἵνα πυθῶδε λαμπροτέρα ἔλθοι. vide ibi notata.

9 ἐτελ. μὲν οἴκοι] edit. ἐτελ. μὲν ἔν οἴκοι. MS. S. tamen ἔν omittebat.

10 εὐδόκιμοι πάντες] ſic malebam cum cod. S. quam cum editis εὐδόκιμον. Nempe ita nec emendatione Morelli opus erat, qui pro πάντες legi cupiebat πάντως.

VIII. ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ. 1 Ἑρμογένης] non malam lectorum gratiam me initurum confido, ſi hic exhibeam excerpta de vita Hermogenis ex Scholiis in primum caput libri περὶ ϛάσεων, quae exhibet cod. Barocc. 133. in Bibl. Bodleiana. ἦν δὲ Ἑρμογένης τῷ γένει Ταρσεὺς, υἱὸς Καλλίππου, ἀκμάσας ἐν τῇ τρίτῃ φυῇ τῶν Ρητόρων, τῇ καὶ Ασιανῇ καλεμένῃ. Τοῦτον ἐκ ὄντος τῇ διατριβῇ ἐπεφοίτα πολλάκις ὁ Αὐτοκράτωρ Μάρκος, ἀκροασόμενος. Πρὸς ὃν καὶ τοιοῦτόν εἰπε δήποτε· ἥκω σοι, Βασιλεῦ, ῥήτωρ ἔτι παιδαγωγούμενος, ἥκω σοι ῥήτωρ ἡλικίας δεόμενος. ἐπτάδεκα μὲν ἔτη γεγονὼς τὸ παρὸν βιβλίον ἐγραψε. εἰς τρία δὲ καὶ εἴκοσι προελθὼν χρόνον τὸ περὶ ἰδεῶν ἐξέδωκε σύνταγμα. ἐν δὲ τῷ εἰκοστῷ καὶ πέμπτῳ ἐξελάθετο. καί φησιν ὁ Τύραννος, ὅτι ὑπὸ πολλῆς θερμότητος εἰς ἕξιν ἦλθε τῆς τέχνης ὅτι τάχιστα, μεταβληθείσης δὲ τῆς ἡλικίας καὶ τὸ πλεονεκτήματος ἐστερήθη. καὶ γάρ εἰς ἄκρον ἐνεῖδεν καθ' Ἱπποκράτην σφαλεραί. πρὸς ὃν καὶ Αντίοχος, ὁ σοφιστὴς, ἀντίτεχνος ὢν αὐτῷ, ἐκεῖπε τάδε. Ερμογένης ὁ ἐν παισὶ μὲν γέρων ἐν γήρᾳ δὲ παῖς. *Hermogenes, genere Tarſenſis, filius Callippi extitit, tertiaque rhetorum aetate floruit, quam Aſianam vocant. Eius iuuenis exercitiis frequenter interfuit Marcus Imperator, audiendi ſtudio, quem ita etiam aliquando affatus eſt: En tibi, o Imperator, me rhetorem paedagogo adhuc obnoxium! en tibi rhetorem aetate deficientem! XVII is annos natus praeſentem librum elaborauit. Cumque ad XXIII aetatis annum eſſet prouectus, de ideis edidit opus. Anno porro aetatis XXV artis oblitus eſt. Eſtque autor Tyrannus, caloris exceſſu eum citius artis habitum conſecutum eſſe, aetate vero mutata virtutem quoque illam amiſiſſe. Sunt enim, autore Hippocrate, conſtitutiones optimae durabiles minus. In eum Antiocho ſophiſtae, aemulo eius, dictum eſt:* Hermogenes, *qui in pueritia ſenex, in ſenectute eſt puer.* Merentur legi quae de eodem habet Suidas, qui etiam ſcripta eius recenſet, quorum nonnulla hodie habemus: ῥητορικὴν τέχνην ſcilicet, quem titulum nunc gerit liber eius περὶ τῶν ϛάσεων, quamuis diſtinguere iſta Suidas videatur. Rectius mihi τέχνης ῥητορικῆς inſcriptio quadrare videtur in libros eius, quos περὶ εὑρέσεως vulgo inſcribunt: certe enim non ita, vt titulus prodit, anguſte patet illud opus, ſed cetera quoque artis rhetoricae capita haut pauca complectitur. Habemus etiam opus eius de *Ideis*, Suidae itidem allegatum. Nec non quod praeterit ille περὶ Μεθόδε δεινότητος. Ceterum non confundendus hic Hermogenes, cum alio, *Tarſenſi* itidem, *Hiſtorico*, qui Domitiani aeuo floruit, de quo Sueton. Domitian. c. 10.

2 πεντεκαιδ. ἔτη γεγον.] ſic Aldina & Suidas. Morellus & cod. S. habebant ἔτι. Idem Suidas XVIII aetatis anno τέχνην ῥητ. eum ſcripſiſſe ait.

3 ἐφ' ὅτω μέγ. πρᾶξ. τ. τ. σοφισ. δόξης] Suidas, qui hanc vitam Hermogenis totam, ad verbum, ceteris de eo obſeruatis inſeruit, habet: ἐφ' ὅτω μέγα δόξης πρᾶξαι.

4 ἐβάδισε γὰρ ἐπὶ τ. ἀκρ. αὐτ.] Suidas: ἐβάδιζε δὲ ἐπὶ τ. αὐτῆ ἀκρόασιν. Ceterum huius rei & Dio meminit lib. LXXI. p. 802. vbi ait M. Aurelium Imp. καὶ ἐς ἀκρόασιν τῶν ῥητορικῶν Ερμογένους λόγων μὴ ὀκνῆσαι παραγενέσθαι.

5 διαλεγομένου] quid ſit διάλεξις vid. inf. ad vitam *Philagri* ϛ. II. n. 1.

6 ἐθαύμαζε] Suid. ἐθάυμασε.

7 σχεδιάζοντος] Suid. σχεδιάζοντα.

8 ἀδέμ. φανερᾶς νόσου] Suid. αἰτίας φανερᾶς ἢ νόσου. factum autem id refert Suidas XXIV aetatis anno. Sic enim ille: γενόμενος δὲ περὶ τὰ εἴκοσι καὶ τέσσαρα ἔτη ἐξέστη τῶν φρενῶν, καὶ ἦν ἀλλοῖος αὐτῆ μηδεμιᾶς ἀφορμῆς γενομένης ἢ ἀῤῥωστίας τοῦ σώματος.

9 ὅθεν καὶ] addidi καὶ ex Suida.

10 καθ' Ὅμηρον] vide Iliad. Γ'. v. 155.

Ηκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα ΠΤΕΡΟΕΝΤ' ἀγόρευον.

11 Αντίοχος] de quo vide ſupra vita eius.

12 ἀποσκώπτων ποτὲ] Suid. ἀποσκ. τέ.

13 ἕτος ἔφη] apud Suidam eſt ἔτος ἔφη Ερμογ. &c.

ρσι [14] πᾶις. ἡ δὲ ἰδέα, ἣν ἐπετήδευε, τοιάδε τις [15]. ἐπὶ γὰρ τῷ Μάρκῳ διαλεγόμενος, "ἰδοὺ ἥκω [16] "σοι, ἔφη, βασιλεῦ, ῥήτωρ παιδαγωγῷ δεόμενος· "ῥήτωρ ἡλικίαν περιμένων." καὶ πολεῖω ἕτερα διελέχθη, καὶ ὧδε βωμολόχα. ἐτελεύτα μὲν δὴ [17] ἐν βαθεῖ γήρᾳ, εἷς δὲ [18] τῶν πολλῶν νομιζόμενος. κατεφρονήθη γὰρ, ἀπολιπόσης αὐτὸν τῆς τέχνης.

oratorionis genus, quod ſecutus eſt, tale extitit. Coram Marco nempe verba faciens, *ecce tibi*, inquiebat, *Imperator, rhetorem paedagogo opus habentem: oratorem aetatem expectantem*, aliaque plura diſſeruit, leporeiſtis ſimilia. Diem obiit ſenectute matura, vnus e multis exiſtimatus. In contemptum enim venit, cum ars ipſum deſeruiſſet.

ΦΙΛΑΓΡΟΣ.

Φίλαγρος δὲ, ὁ Κίλιξ, Λολλιανῷ μὲν ἀκροατὴς ἐγένετο, σοφιστῶν δὲ θερμότατος, καὶ ἐπιχολώτατος. λέγεται γὰρ δὴ νυσταζόντά ποτε ἀκροατὴν ἐπὶ κόρρης πλῆξαι. καὶ ὀργῇ [1] δὲ λαμπρᾷ ἐκ μειρακίου χρησάμενος, οὐκ ἀπελείφθη αὐτῆς ἀφ' ὁπότ' ἐγήρασκεν, ἀλλ' ὅτω τι ἐπέδωκεν, ὡς καὶ σχῆμα τοῦ διδασκάλου νομισθῆναι [2]. πολεῖσοις δὲ ἐπιμίξας ἔθνεσι, καὶ δοκῶν ἄρισα μεταχειρίζεσθαι τὰς ὑποθέσεις, ἃ μετεχειρίσατο Ἀθήνησιν ἐς τὴν αὐτοῦ σχολὴν, ἀλλ' εἰς ἀπέχθειαν Ἡρώδῃ κατέστησεν ἑαυτὸν, καθάπερ τότε ἀφιγμένος [3]. ἐβάδιζε μὲν γὰρ δείλης ἐν Κεραμεικῷ μετὰ τεττάρων, οἵοι Ἀθήνησιν οἱ τοὺς σοφιστὰς θηρεύοντες [4]. ἰδὼν δὲ νεανίαν ἐκ δεξιᾶς ἀναστρέφοντα μετὰ πλειόνων, σκώπτεσθαί τι ὑπ' αὐτοῦ δόξας, ἀλλ' ἢ σὺ, ἔφη, τις Ἀμφικλῆς [5]; ἐγὼ, ἔφη, εἰ δὴ τὸν Χαλκιδέα ἀκούεις. ἀπέχου τοίνυν, ἔφη, τῶν ἐμῶν ἀκροάσεων, ἃ γάρ μοι δοκεῖς ὑγιαίνειν. τοῦ δὲ ἐρομένου, τίς δὲ ὢν ταῦτα κηρύττεις; δεινὰ πάσχειν ἦδ' ὁ Φίλαγρος, εἰ ἀγνοεῖταί ποι [6]. ἐκφύλου [7] δὲ αὐτὸν ῥήματος, ὡς ἐν ὀργῇ, διαφυγόντος, λαβόμενος ὁ Ἀμφικλῆς, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐτύγχανε τῶν Ἡρώδου γνωρίμων τὴν πρώ-

VIII. PHILAGER.

Philager autem Cilix, Lolliani quidem diſcipulus extitit, ſophiſtarum feruidiſſimus, vehementiſſimuſque. Dormitanti certe aliquando auditori colaphum impegiſſe dicitur. Atque inſigniter a prima adoleſcentia irae indulgens, ne ad ſenectutem progreſſus quidem ab ea immunis fuit, ſed adeo ea creuit, vt ipſa etiam facies proderet ludi magiſtrum. Cum inter plurimas autem gentes eſſet verſatus, & optime controuerſias tractare videretur; Athenis tamen neutiquam eas tractauit, ita vt ſcholam ſibi conſtitueret. Verum Herodi aduerſarium ſeſe oſtendit; quaſi eius rei gratia aduentaſſet. Deambulabat enim quidem aliquando crepuſculi tempore in Ceramico cum quatuor hominibus, quales Athenis ſunt qui ſophiſtas ſectantur. Videns autem adoleſcentulum a dextris cum pluribus praetereuntem, cauillis aliquantum inceſſi ab eo ratus; *An es tu*, inquit, *quidam, cui Amphiclis nomen: ſum ego*, inquit ille, *ſi Chalcidenſem intelligis quidem. Abſtine igitur*, inquit, *ab auſcultationibus meis: non enim mihi ſanus videris.* Hoc vero interrogante, *quis vero es, qui haec edicis?* Graue id ſibi contingere Philager aiebat, *quod ignoretur alicubi.* Vocem autem quandam parum probatam, quae ſtomachanti ipſi exciderat, Amphicles captans, ex Herodis enim familiaribus erat,

---

14 γίγνεται] Suid. & cod. S. habent γηράσκει.

15 τοιάδε τις] editi τοιάδε τις ἦν. omiſimus verbum auctoritate Suidae & cod. S.

16 ἰδοὺ ἥκω] ἥκω adieci ex cod. S. Suidas habebat ἥκω omiſſo ἰδού.

17 ἐτελεύτα μὲν δὴ] Suidas: ἐτελεύτησε δέ.

18 εἷς δὲ] Suidas omittebat δέ.

IX. ΦΙΛΑΓΡΟΣ. §. I. 1 ὀργῇ] eius mentio inf. in *Phoenice*. Lectionem ſecuti ſumus cod. S. Nam editi habebant ὁρμῇ, quo retento non bene intelligi poterat quod ſequitur, καὶ σχῆμα Φιλάγρῳ τοῦ διδασκάλου νομισθῆναι.

2 ὡς καὶ σχῆμα τοῦ διδασκάλου νομισθῆναι] nempe qui inuentuti inſtituendae praeſunt, tetrica facie & ſeuera plerumque eſſe creduntur, & animo quoque ad iram magis procliues. Hinc Philagrum, virum maxime iracundum, ipſa facie quoque & oris habitu *ludimagiſtrum* prae ſe tuliſſe dicit. conf. de tetrica eius facie etiam dicta inf. ſub fin. huius *Vitae*.

3 καθάπ. τότε ἀφιγμ.] poſt τότε vel ſupplendum, vel ſubintelligendum ſaltem ἕνεκα.

4 οἱ τοὺς σοφιστ. θηρίνοντες] i. e. illi qui ſophiſtarum ſtudio tenentur, illorum ambiunt vel inſtitutionem vel familiaritatem, & ab eorum ore aſſidue pendent.

5 ἀλλ' ἢ σὺ, ἔφη, τις Ἀμφικλῆς;] in editis ita lectum & diſtinctum ἀλλ' εἶ σὺ ἔφη, τίς; Ἀμφικλῆς &c. At niſi fallor minus Graeca illa *σύνθεσις* eſt εἶ σὺ τίς; pro τίς εἶ. Lectionem itaque cod. S. & Angl. qui habent ἢ pro εἶ ſequi viſum. At ſic mutanda etiam diſtinctio fuit, & poſt Ἀμφικλῆς ponendum interrogandi ſignum, vt ad interrogationem pertineat illud nomen, eo quo vertimus ſenſu: reſpondeat vero Amphicles: ἐγὼ εἰ δὴ τ. Χαλκ. ἀκούεις; *ego ſum, ſi Chalcedenſem quidem intelligis*, nempe alii poterant eſſe Athenis eius nominis. Ceterum huius *Amphiclis* rurſus mentio inf. vitae *Adriani* initio.

6 δεινὰ πάσχειν — εἰ ἀγν. ποι] cuius ſcilicet tanta ſit eruditionis laus, vt a nemine ignorari debeat. Gruter. & Salmaſ. πάσχων legunt pro πάσχειν.

7 ἐκφύλου] ſic cod. S. & Angl. pro ἐκ φίλου quod erat in editis, optime! ἔκφυλον ῥῆμα eſt vox quae nullam *tribum* habeat, nec locum proinde in *ciuitate* linguae Graecae. Lectionem & ſenſum aperte ſequentia firmant.

pri-

primaſque inter eos ferebat; *Apud quem probatorum auctorum hoc dictum eſt?* inquit. Tum ille, *apud Philagrum.* Atque huc vſque quidem iſta proceſſit conuiciatio. Poſtero autem die, cum didiciſſet Herodem in ſuburbano viuere, litteras ad eum ſcripſit, virum illis perſtringens, quod decori in diſcipulis parum ſit curioſus. Tum Herodes: *Videris*, inquit, *mihi minus praeclare exordiri*, increpans ipſum, quod auditorum beneuolentiam ſibi non comparet, quam exordium declamationum ducere fas eſt. Ille vero, quaſi non intelligeret griphum, vel intelligens quidem, riſui tamen Herodis conſilium, optimum ſane, haberet, optato ſucceſſu in declamando caruit, vbi in auditorum minime beneuolorum prodiiſſet conſpectum.

II. Vt ab aetate me antecedentibus accepi enim, oratio eius non ſine offenſa fuit, vt quae iuuenile quid ſonare videretur, & diſtracta ſententiis eſſet. Quin & puerilis viſus eſt plane. Leſſum enim ſuper vxore, quae in Ionia morte ei erepta fuerat, Athenienſium laudibus admiſcuit. Quantum autem ad extemporaneam declamationem, ita in illa inſidiis fuit circumuentus. Tractatum ab eo in Aſia fuerat argumentum: *Deprecantes non vocatorum ſocietatem & opem.* Hoc ante editum iam argumentum, memoriae commendauerat, erat enim memoria celebratiſſimus. Cumque ad Herodem fama perueniſſet, quod Philager argumenta quidem prima vice ſibi propoſita extemporanea tractare ſoleat oratione, ea vero quae altera vice ipſi proponerentur, neutiquam amplius; ſed pridiana tum & iam ante ſibi dicta declamet; propoſuit ipſi hoc ipſum argumentum *de non vocatis.* Cumque extempore dicere ille prae ſe ferret, ſimul legebatur interea haec ipſa declamatio. Tumultu autem inde multoque riſu auditorum coetum occupante, Philager clamans, & vociferatus iniuriam ſibi fieri, dum re ſua vti prohibeatur, minime culpam, cuius iam fides

την φερόμενος, παρά τίνι τῶν ἐλλογίμων τᾶτο εἴρηται; ἔφη. καὶ ὃς, παρὰ Φιλάγρῳ. ἄυτη δὴ ἡ παροινία[8] ἐς τὰ τοιαῦτα πρᾶξις. τῆς δὲ ὑστεραίας, μαθὼν τὸν Ηρώδην ἐν προαστείῳ διατώμενον, γράφει πρὸς ἀυτὸν ἐπιστολήν, καθαπτόμενος τᾶ ἀνδρὸς, ὡς ἀμελᾶντος τᾶ τῶν ἀκροατῶν κόσμυ. καὶ ὁ Ηρώδης, δοκεῖς μοι, ἔφη, ὦ καλῶς προοιμιάζεσθαι, ἐπιπλήττων ἀυτῷ ὡς μὴ κτωμένῳ ἀκροατῶν ἔυνοιαν, ἣν πρόοιμιον ἡγεῖσθαι χρὴ τῶν ἐπιδείξεων. ὁ δὲ, ὥσπερ ὁ ξυνιεὶς τᾶ αἰνίγματος, ἢ ξυνιεὶς μέν, ἐν γέλωτι δὲ τὴν τᾶ Ηρώδυ γνώμην, βελτίσην ὖσαν, τιθέμενος, ἐψεύσθη τῆς ἐπιδείξεως, παρελθὼν ἐς ἀκροατὰς ὐκ ἔυνυς[9].

Ως γὰρ τῶν πρεσβυτέρων ἤκυον, προσέκρυσε μὲν ἡ διάλεξις νεαροηχὴς δόξασα, καὶ ἐσπασμένη τὰς ἐννοίας. ἔδοξε δὲ καὶ μειρακιώδης, γυναικὸς γὰρ θρῆνος ἐγκατεμέμικτο τοῖς Αθηναίων ἐγκωμίοις, τεθνεώσης ἀυτῷ ἐν Ιωνίᾳ. τὴν δὲ μελέτην[1] ὅτως ἐπεβυλεύθη. ἠγώνισό τις ἀυτῷ κατὰ τὴν Ασίαν ὑπόθεσις, οἱ παραιτέμενοι τὴν τῶν ἀκλήτων συμμαχίαν[2]. ταύτης ἐκδεδομένης ἤδη τῆς ὑποθέσεως, μνήμῃ ξυνελέξατο, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐυδοκιμηκὼς ἐν αὐτῇ ἐτύγχανε. λόγυ δὲ ἥκοντος ἐς τὰς ἀμφὶ τὸν Ηρώδην, ὡς ὁ Φίλαγρος τὰς μὲν πρότερον ὁριζομένας ὑποθέσεις[3] αὐτοσχεδιάζοι· τὰς δὲ δεύτερον ὐκέτι, ἀλλ' ἔωλα μελετῶν[4], καὶ ἑαυτῷ προειρημένα· πρᾶβαλον μὲν ἀυτῷ τὰς ἀκλήτυς τάτυς. δοκᾶντι δὲ ἀποσχεδιάζειν, ἀνταναγινώσκετο ἡ μελέτη. θορύβυ δὲ πολλᾶ, καὶ γέλωτος τὴν ἀκρόασιν κατασχόντος, βοᾶν ὁ Φίλαγρος, καὶ κεκραγὼς ὡς δεινὰ πάσχοι, τῶν ἑαυτᾶ εἰργόμενος, ὐ διέφυγε

8 παροινία] ita legendum omnino eſſe Morello aſſentio, nam vulgati habent παροιμία.

9 ὐκ ἔυνυς] negantem particulam ex cod. S. reſtituimus, cuius omiſſio in editis totum ſenſum turbabat: agnoſcit eam quoque Salmaſ.

§. II. 1 τὴν δὲ μελέτην &c.] μελέτη hic manifeſte διαλέξει contradiſtinguitur, quod ſupra etiam factum vita *Herodis* §. XIV. n. 17. it. vita *Alexandri* & *Hermogenis*, & clarius etiam paulo poſt fit, in hac ipſa vita: vt & in vita *Pollucis* §. II. & *Procli* & *Hippodromi* ſub fin. Ex hoc autem loco manifeſtum maxime eſſe videtur diſcrimen, quod inter vtrumque conſtituit noſter. Scilicet διάλεξις verſatur in re ſeria, & de qua diſſerere iubeat oblata oratori occaſio. Μελέτη eſt oratio ad oſtentationem tantum compoſita, eiuſque rei gratia ὑπόθεσιν ex hiſtoria illuſtrem deligens, quod ex allegatis h. l. vtriuſque exemplis fit manifeſtum.

2 οἱ παραιτέμ. τὴν τῶν ἀκλήτων συμμαχίαν] rurſus allegatur, fragmento quoque ex ea exhibito in §. ſq.

3 τὰς μὲν πρ. ὁριζομ. ὑποθέσεις] idem eſt ac ſi dixiſſet τὰς πρ. προβεβλημένας ὑποθέσεις. Nempe vt ſupra notatum ad vitam *Marci*, *Dionyſii*, *Polemonis* &c. ſophiſtae, pro gloria certantes, ſibi inuicem πρόβαλον ὑποθέσεις *argumenta proponebant*, de quibus ex tempore dicerent. Philager igitur in huiuſmodi certamine, ſi argumentum propoſitum eſſet ante a ſe non tractatum, ex tempore bona fide dicebat. Si caſu euenifſet autem, vt argumentum ipſi proponeretur, quod iam ante oratione eſſet perſecutus, non verebatur iam olim ſibi de eo dicta recoquere, atque iampridem excogitata pro nouis, & iam demum ſub manu ſibi natis venditare.

4 μελετῶν] vid. not. praec. 1.

τὴν ἤδη πεπιστευμένην αἰτίαν. ταῦτα μὲν δὴ ἐν τῷ Ἀγριππείῳ[5] ἐπράχθη. διαλιπὼν δὲ ἡμέρας ὡς τέτ]αρας, παρῆλθεν ἐς τὸ τῶν τεχνιτῶν βαλευτήριον, ὃ δὴ ᾠκοδόμηται παρὰ τὰς τῶ Κεραμεικῶ πύλας[6], ἀ πόρρω τῶν ἱππέων[7]. εὐδοκιμώτατα δὲ ἀγωνιζόμενος[8] τὸν Ἀριστογείτονα[9], τὸν ἀξιῶντα κατηγορεῖν τῶ μὲν Δημοσθένους μηδισμῶ, τῶ δὲ Αἰσχίνου φιλιππισμῶ[10], ὑπὲρ ὧν καὶ γεγραμμένοι ἀλλήλους ἐτύγχανον[11], ἐσβέσθη τὸ φθέγμα ὑπὸ τῆς χολῆς, ἐπισκοτοῦντος φύσει τοῖς ἐπιχόλοις τὴν φωνὴν τῶ φωνητικῶ πνεύματος. χρόνῳ μὲν οὖν ὕστερον ἐπεβάτευσε τῶ κατὰ τὴν Ῥώμην θρόνω[12]. Ἀθήνησι δὲ ἀπηνέχθη τῆς ἑαυτοῦ δόξης[13], δι' ἃς εἴρηκα αἰτίας.

Χαρακτὴρ τῶν φιλάγρου λόγων ὁ μὲν ἐν ταῖς διαλέξεσι[1] τοιοῦτος. "εἶτα οἴει ἥλιον ἑσπέρᾳ[2] "φθονεῖν, ἢ μέλειν αὐτῷ εἴ τίς ἐστιν ἀστὴρ ἄλλος "ἐν οὐρανῷ; οὐχ ὅτως ἔχει τὰ τῶ μεγάλου πυρός. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ καὶ ποιητικῶς[3] ἑ- "κάστῳ διανέμειν· σοὶ μὲν ἄρκτον δίδωμι, λέ- "γοντα, σοὶ δὲ μεσημβρίαν, σοὶ δὲ ἑσπέραν. "πάντες δὲ ἐν νυκτί, πάντες, ὅταν ἐγὼ μὴ βλέ- "πωμαι.

Ἥλιος δ' ἀνόρουσε[4], λιπὼν περικαλλέα λίμνην,

"καὶ ἀστέρες οὐδαμοῦ". τίνες δὲ οἱ τῆς μελέτης αὐτῷ ῥυθμοὶ ἦσαν, δηλώσει τὰ πρὸς τοὺς ἀκλήτους[5] εἰρημένα. καὶ γὰρ καὶ χαίρειν αὐτοῖς ἐλέγετο. "φίλε, τήμερόν σε τεθέαμαι", καὶ "τήμε- "ρον ἐν ὅπλοις καὶ μετὰ ξίφους μοι[6] λαλεῖς." καὶ "τὴν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας μόνην οἶδα φιλίαν. "ἄπιτε οὖν ἄνδρες φίλοι. τοῦτο γὰρ ὑμῖν τηρῶ- "μεν τὸ νόμα. κἂν δεηθῶμέν ποτε συμμάχων, ἐφ' ὑμᾶς πέμψομεν, εἴπατε δὲ πῶς."

Μέγεθος μὲν οὖν φίλαγρος μετρίου μεῖζων. τὴν δὲ ὀφρῦν πικρὸς, καὶ τὸ ὄμμα ἕτοιμος, καὶ ἐς ὀργὴν ἐκκληθῆναι πρόθυμος· καὶ τὸ ἐν αὐτῷ δύ-

apud omnes valebat, declinauit. Atque haec quidem in Agrippeo gesta fuerunt. Quatuor autem dierum spatio praetermisso, prodiit in artificum curia, quae prope Ceramici portas extructa est, non longe ab equitibus. Cumque ibi cum plausu summo *Aristogitonem* oratione repraesentaret, *accusare volentem, Demosthenem quidem, quod Medis, Aeschinem autem, quod Philippo faueret*, id quod & ipsi sibi mutuo obiecerant; bile vox ipsi intercluſa fuit. Cum natura ita comparatum sit, vt biliosis vocem obtundat spiritus, penes quem est vocalis facultas. Posthac igitur Romanam occupauit cathedram. Athenis enim, ob causas, quas allegaui, autoritatem amisit.

III. Character orationum Philagri in dissertationibus quidem eiusmodi est. *Porro an putas solem Vespero inuidere, aut solicite eum curare, an quae stella alia in coelo sit? non ita se habent res ingentis huius ignis. Nam mihi videtur efficaciter quidem partes suas assignare cuique: do tibi Septentrionem*, inquiens, *tibi Meridiem: tibi Vesperum: omnes autem nocte, omnes, cum ego non appareo* [rem vestram agite. At vbi]

Sol pulcra cœpit lucere palude relicta.

tum quoque locus amplius nullus est stellis. Quinam vero declamationum eius moduli fuerint, docebunt ea, quibus *non-vocatos* affatur. Etenim ipse quoque hoc foetu maxime fertur esse delectatus: *amice hodie te agnoui.* item: *hodie in armis & cum ense loqueris mihi.* item: *solam noui amicitiam in concione contractam. Abite ergo amici viri: hoc quippe vobis nomen seruamus: at si quando auxiliatoribus eguerimus, ad vos mittemus: dicite vero quo versus mittere debeamus.*

IV. Ceterum statura quidem Philager erat maiore quam mediocri, supercilio seuerus, intuitu promptus, ad iram valde procliuis: suaeque morositatis ne ipse quidem sibi

5 Ἀγριππείῳ] de quo vide & supra vita *Alexandri* §. III.

6 παρὰ τ. τ. Κεραμ. πύλας] vide Meursium Ceramic. Gem. c. 18.

7 ἀ πορρ. τ. ἱππέων] an *statuae equestres* intelliguntur? certe de ἱππεῦσι in illa regione alibi nihil inuenio. An legendum ἵππων vt *forum equarium* intelligatur, de quo Theophrast. character. cap. περὶ ἀλαζονείας: προσελθὼν δ' εἰς τὸν ἵππους &c.

8 ἀγωνιζόμενος] vid. s. ad Isaeum §. II. not. 9.

9 Ἀριστογείτονα] iuratum Demosthenis inprimis hostem, quem septies ille accusauit, vt est in oratione, quae Demostheni adscribitur contra Aristogiton. p. 495.

10 τῶ δὲ Αἰσχ. Φιλιππισμῶ] vide s. ad vit. Aesch. §. I. n. 5.

11 γεγραμμ. ἀλλήλ. ἐτύγχ.] in orationibus π. παραπρεσβείας & de corona.

12 θρόνῳ] vide de *throno* sophistico s. notata ad vit. *Lolliani* §. I. n. 1. & *Theodoti* §. I. n. 5.

13 τῆς ἑαυτοῦ δόξης] voces istae exciderant editis, quas restitui ex cod. S.

§. III. 1 διαλέξεσι] vide paulo ante §. II. n. 1.

2 ἑσπέρᾳ] male editi ἑσπέρα.

3 ποιητικῶς] Salmas. legit ἐπιεικῶς.

4 ἥλιος δ' ἀνόρ.] versus Homeri quo auspicatus est Odysseae Γ'.

5 ἀκλήτους] de oratione eius argumenti vide paulo ante §. praeced. Nempe sistebatur ea, qui deprecaretur armorum societatem vltro patriae oblatam.

6 μοι] sic cod. S. Editi μὴ.

non

non conſcius. Rogante itaque ipſum vno e ſodalibus, quid cauſae eſſet, quod liberis non gaudeat educandis? *Quia*, inquit, *ne meipſo quidem gaudeo.* Eum in mari quidam, alii in Italia, cruda ſenectute aiunt obiiſſe.

IX. ARISTIDES.

Ariſtidem porro, ſiue filium Eudaemonis, ſiue Eudaemona, *Adriani* quidem protulerunt, (ſunt autem *Adriani* non magna adeo in Myſia vrbs,) Athenae autem excoluerunt, viuido illo, quo Herodes vtebatur, dicendi genere; Pergamum porro, Aſiae oppidum, Ariſtoclea eloquentia. Aduerſa autem valetudine a prima adoleſcentia vſus, laborem tamen non ſubterfugit. Genus morbi, & quod neruorum tremore laborauerit, ipſemet in *libris ſacris* commemorat: illi autem libri *diarii* locum ipſi tenent, ſuntque *Diaria* optimi in arte de quauis re bene differendi magiſtri. Cum vero ad dicendum ex tempore naturam minus haberet obſequentem; elaborandis cum cura orationibus animum applicuit. Atque antiquos quidem ob oculos habuit, affatim tamen natiua polluit foecunditate,

ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ[1].

Ἀριστείδην δὲ τὸν εἴ τε Εὐδαίμονος, εἴ τε εὐδαίμονα[2], Ἀδριανοὶ[3] μὲν ἤνεγκαν. οἱ δὲ Ἀδριανοὶ πόλις ἡ μεγάλη ἐν Μυσοῖς· Ἀθῆναι δὲ ἤσκησαν κατὰ τὴν τοῦ Ἡρώδου ἀκμήν· καὶ τὸ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Πέργαμον, κατὰ τὴν Ἀριστοκλέους γλῶτταν[4]. νοσώδης δὲ ἐκ μειρακίου γενόμενος[5], οὐκ ἠμέλησε τοῦ πονεῖν[5]. τὴν μὲν οὖν ἰδέαν τῆς νόσου, καὶ ὅτι τὰ νεῦρα αὐτῷ ἐπεφρίκει[6], ἐν ἱεροῖς βιβλίοις αὐτὸς φράζει. τὰ δὲ βιβλία ταῦτα ἐφημερίδων ἐπέχει τινὰ αὐτῷ λόγον, αἱ δὲ ἐφημερίδες ἀγαθοὶ διδάσκαλοι τοῦ περὶ παντὸς εὖ διαλέγεσθαι[7]. ἐπὶ δὲ τὸ σχεδιάζειν μὴ ἐπομένης αὐτῷ τῆς φύσεως[8], ἀκριβείας ἐπεμελήθη. καὶ πρὸς τὰς παλαιὰς ἔβλεψεν[9], ἱκανῶς τε τῷ

---

§. IV. 1 ἐν τῇ θαλάττῃ] articulum ex cod. S. adieci.

2 περὶ] ita pro παρὰ reſcripſi autoritate eiuſdem cod.

IX. ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ. §. I. 1 Ἀριστείδης] omnia quae de *Ariſtide* hic habentur, a *Damiano* ſe habere fatetur ipſe Philoſtratus inf. in vit. *Damiani*, quem bis etiam in hac ipſa *Ariſtidis* vita allegat. Multa peti potuiſſent ad hiſtoriam hanc ſupplendam ex ipſis *Ariſtidis* orationibus, *ſermonibus* inprimis *ſacris*, qui, vt ipſe paulo poſt Philoſtratus, Ἐφημερίδες ſunt Ariſtidis. Pauca etiam de eadem habet Suidas. Quibus adde Canterum in Prolegom. ad editas a ſe orationum Ariſtidis tomos tres, & Tillemontium in vita M. Aurelii Art. 31. Eum inter ceteros rhetores in coelum tollebat laudibus Phrynichus in libris σοφιστικῆς παρασκευῆς, vt eſt apud Photium cod. CLVIII. p. 326. apud quem prolixa etiam ex orationibus eius excerpta cum iudicio de *idea* eius habes cod. CCXLVI. p. 1211. ſqq. De oratione ipſius c. Platonem pro quatuor viris habes iudicium Syneſii in *Dione* p. 40. Longini de eius *idea* teſtimonium allegauit Canterus l. c. *Aelii Ariſtidae* autem nomen ſibi tribuit ipſe in epiſtola ad M. Aurelium & Commodum de Smyrna reſtauranda T. II. Opp. p. 189. Orationes eius huc vſque ineditae paſſim allegantur. Earum ſeptem in hac ipſa vita memoratas obſeruat Canterus. At ſex tantum numerare debebat. nam *Siculas*, quas inter ineditas refert Canterus, ab ipſo Cantero editas habemus v. inf. §. III. n. 13. At oratio de *curſu*, *ſecunda* & *tertia* in Aeſculapium, & *ſomniorum deſcriptiones* ab ipſo citantur Ariſtide in ſermonibus ſacris, hucuſque ineditae omnes. De *Critiae caede* duae orationes eius, altera longior, breuior altera enarratori Hermogenis commemorantur. Mentio eius infra quoque vita *Damiani*.

2 εἴτε Εὐδαίμ. εἴτε εὐδαίμονα] *Eudaemonem* Ariſtidis patrem quibuſdam dici, apud Suidam eſt, noſter alios ipſi cognomen *Eudaemonis* tribuere ait. Eius rei veſtigia apud eundem Suidam, cuius locus corruptus mihi eſſe videtur.

3 Ἀδριανοί] quam vrbem Ἀδριανούθραν quoque vocant veteres, & ipſe *Ariſtides* ſemper. At Ἀδριανόπολιν dicit, ciuesque vrbis Ἀδριανεῖς vocari teſtatur autor argumenti in *Panathenaicum Ariſtidis*, qui non ineruditus, neque inelegans videtur Leoni Allatio de patria Homeri cap. 13. Ceterum quod *Smyrnaeum* faciunt nonnulli *Ariſtidem*, notati eidem Allatio, id inde eſt, quod ciuitatis iure eum donauerint Smyrnaei, de quo honore, habito viris illuſtribus, nos alibi, & ex inſtituto ill. Spanhem. orb. Rom. p. 28. hinc ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ quoque dicitur in baſi ſtatuae, quae eſt in Bibliotheca Vaticana, cuius ἔκτυπον habemus in T. III. Theſauri Antiquitat. Graec. a celeb. Gronouio congeſti. Certe enim denominari viros claros ab vrbibus, in quibus ius ciuitatis indepti eſſent, non nouum. Sic Aſclepiades quidam apud Gruterum p. 314. appellatur Ἀλεξανδρεύς, Ἐμποριτης, Ποτιολαιός, Νεαπολείτης, καὶ Ἠλεῖος, καὶ Ἀθηναῖος βουλευτής, καὶ ἄλλων πόλεων πολλῶν πολίτης, καὶ βουλευτής. Imo & πατρίδα vocabant vrbem, in qua ius ciuitatis eſſent indepti. Sic in M. Aurelii nummis, quos ex Cimelio Regio deſcripſere Triſtanus, Spanhemius, Harduinus, legitur ΑΤΤΑΛΟΣ. ΣΟΦΙΣ. ΤΑΙΣ. ΠΑΤΡΙΣΙ. ΣΜΥΡ. ΛΑΟ. h. e. *Attalus ſophiſta* PATRIIS *ſuis Smyrnae & Laodiceae dedicauit.* vide nummos a nobis repraeſentatos ad vitam *Hermocratis* §. I.

3 γλῶτταν] cod. S. habet δόξαν.

4 νοσώδης δ. ἐκ μειρ. γενόμ.] initia illius morbi ipſe deſcribit Ariſtid. *Serm. Sacro* IV. p. 568. quem locum reſpicit noſter, ἱερὰ βιβλία mox allegans.

5 οὐκ ἠμέλησε τοῦ πονεῖν] equidem primo morbi illius anno intermiſerat ſtudia ſua, ſed Aeſculapii apud Pergama iuſſu ad ea rediit, ſtrenueque poſtea continuauit. vid. ipſum *Serm Sacr.* IV. p. 573.

6 τὰ νεῦρα αὐτῷ ἐπεφρίκει] nempe apud *Aeſepum* fluuium *Adrianos* praeterfluentem, atque *thermas* ei vicinas, primum ſibi *Ariſtides* corpus ait ὑπολίσθαι χειμῶνος ὥρᾳ ψυχθὲν, ὑσθίντι λαμπρῶς, ἐπὶ λετροῖς πολλοῖς.

7 διδάσκ. τοῦ π. παντὸς εὖ διαλέγεσθαι] cauſa eſt, quia qui quotidie ſibi oblata litteris conſignant, rebus etiam quotidianis & triuialibus concinne exprimendis ſeſe adſuefaciunt.

8 ἐπὶ τὸ σχεδ. μὴ ἑπομ. αὐτ. τ. φύσ.] qua de re paulo poſt plura.

9 πρὸς τὰς παλαιὰς ἔβλ.] id quoque monente Aeſculapio factum, atque incitante: ſic enim illum ſibi praecepiſſe refert Orat. Sacr. IV. p. 573. Σοὶ πρέπουσι λόγοι σὺν Σωκράτει καὶ Δημοσθένει καὶ Θουκυδίδῃ. Quin & oblatum ſibi in viſione ab eodem ait veterum oratorum quendam clariſſimum, vt ad eius exemplum imitandum incitaretur. Et

γονίμῳ ἴσχυσε, κακφολογίαν ἐξελὼν τῷ λόγῳ. ἀποδημίαι δὲ Ἀριστείδῃ, ὡ πολλαὶ, ὅτε γὰρ ἐς χάριν τῶν πολλῶν διελέγετο, ὅτε ἐκράτει χολῆς ἐπὶ τοὺς μὴ ξὺν ἐπαίνῳ ἀκροωμένους. ἃ δέ γε ἐπῆλθεν ἔθνη, Ἰταλοί τέ εἰσι[10], καὶ Ἕλλας, καὶ ἡ πρὸς τῷ Δέλτα κατῳκισμένη Αἴγυπτος[11].

ieiunam leuitatem in dicendo euitans. Peregre multum Aristides haut egit, neque enim ad captandam vulgi gratiam dicere solebat; neque animi aestum continebat aduersus eos, qui cum laude non auscultarent. Gentes vero, quas adiit, sunt Itali, Graecique, & Aegyptii qui iuxta Delta habitant.

Σμυρναῖοι[1] χαλκῆν ἔστησαν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Σμύρναν ἀγορᾶς[2]. οἰκιστὴν δὲ καὶ τὸν Ἀριστείδην τῆς Σμύρνης εἶναι[3], οὐκ ἀλαζὼν ἔπαινος, ἀλλὰ δικαιότατός τε καὶ ἀληθέστατος. τὴν γὰρ πόλιν ταύτην, ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ σεισμῶν τε καὶ χασμάτων, ὅτῳ τι ὠλοφύρατο πρὸς τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μονῳδίᾳ θαμὰ ἐπισε-
"νάξαι τὸν βασιλέα, ἐπὶ δὲ τῷ, "ζέφυροι ἐρήμην
"αὐτὴν καταπνέουσι"[4], καὶ δάκρυα τῷ βιβλίῳ[5] ἐπισάξαι, ξυνοικίαν τε τῇ πόλει ἐκ τῶν Ἀριστείδου ἐνδοσίμων ἐπινεῦσαι. ἐτύγχανε δὲ καὶ ξυγγεγονὼς ἤδη τῷ Μάρκῳ ἐν Ἰωνίᾳ Ἀριστείδης. ὡς γὰρ τῷ Ἐφεσίῳ Δαμιανῷ ἤκουον, ἐπεδήμει μὲν ὁ αὐτοκράτωρ ἤδη τῇ Σαύρνῃ[6] τρίτην ἡμέραν· τὸν δὴ Ἀριστείδην ὅπως γινώσκων, ἤρετο τοὺς Κυντιλίους[7], μὴ ἐν τῷ τῶν ἀσπαζομένων ὁμίλῳ παρεωραμένος αὐτῷ ὁ ἀνὴρ εἴη; οἱ δὲ οὐδὲ αὐτοὶ ἔφασαν ἑωρακέναι αὐτόν· οὐ γὰρ ἂν παρεῖναι τὸ μὴ οὐ ξυσῆσαι. καὶ ἀφίκοντο τῆς ὑστεραίας τὸν Ἀριστείδην ἄμφω δορυφοροῦντες. προσειπὼν δὲ αὐτὸν ὁ αὐτοκράτωρ· διά τί σε, ἔφη, βραδέως εἶδε-
"μεν; καὶ ὁ Ἀριστείδης, "θεώρημα[8], ἔφη, ὦ βασι-
"λεῦ, ἠσχόλει, γνώμη δὲ θεωρῆσά τι, μὴ ἀπο-
"κρεμαννύσθω ἧς ζητεῖ." ὑπερησθεὶς δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τῷ ἤθει τοῦ ἀνδρὸς, ὡς ἁπλοϊκωτάτῳ τε καὶ σχολικοτάτῳ[9], πότε, ἔφη, ἀκροάσομαί σου; καὶ ὁ Ἀριστείδης, τήμερον, εἶπε, πρόκαλε[10],

II. Smyrnaei aeream ipsi statuam erexerunt in foro Smyrnensi. Smyrnaeque quod dicitur conditor Aristides, minime fastuosa laus est, sed aequissima verissimaque. Vrbem enim istam, terrae motibus & hiatibus destructam, ita grauiter apud Marcum Imp. deplorauit, vt & reliquae toti lamentationi subinde ingemisceret Imperator, & ad verba ista: *Fauonii ipsam desertam perflant!* lacrymis quoque librum perplueret, restaurationemque vrbis Aristidae instinctu pollicerentur. Conuersatus autem iam antea cum Marco in Ionia fuerat Aristides. Vt a Damiano Ephesio enim accepi, Imperator quidem tres dies Smyrnae moratus iam fuerat: Aristidem igitur cum nondum nosset, Quintilios interrogauit, an forte in salutantium turba virum non attendissent? Hi vero ne se ipsos quidem vidisse eum dixerunt: non praetermissuros, quo minus eum ipsi commendarent. Posteroque adeo die venerunt ambo Aristidem stipantes. Tum alloquutus ipsum Imperator, *quare te*, inquit, *serius videmus?* respondit Aristides, *meditatio quaedam, o Imperator, nos occupabat. Atqui mens, aliquid meditata, ab eo, quod quaerit, diuelli non debet.* Delectatus igitur Imperator viri ingenio, vt quod simplicissimum pariter studiisque deditissimum esset, *Quando*, inquit, *audiam te?* & Aristides, *Hodie*, inquit, *propone*, &

---

certe tanta felicitate eos imitatus est, vt, si Canteri iudicio standum sit, omnium virtutes solus complexus sit. *Videor*, inquit, *mihi in vno hoc oratore & subtilitatem Thucydidis & suauitatem Herodoti, & vim denique καὶ δεινότητα Demosthenis accuratissime* expressas deprehendere. Imo & ipsius hoc erat de se Aristidis iudicium, nam sese in *serm. allegato* ait ὅσα ἴσῃ καὶ νομίζεται περὶ λόγους ἀγαθὰ εἰς μίαν δύναμιν κατακλείσαντα δεικνύναι μοι ὑπερβολῆς. Quin adeo veteribus illis erat mens eius occupata, vt per somnum sibi aliquando in Demosthenem transformatus videretur vid. Serm. Sac. I. p. 485.

10 Ἰταλοί τέ εἰσι] de itinere in Italiam paulo post initia morbi sui suscepto agit ipse Sermonis Sacri IV. initio.

11 πρὸς τῷ Δ. κατῳκ. Αἰγυπτος] ipse tamen se μέχρι τῆς Αἰθιοπικῆς χώρας προελθόντα καὶ αὐτὴν διερευνήσασθαι Αἰγυπτου τετράκις τοσύμπαν dicit orationis *Aegyptiacae* initio.

§. II. 1 Σμυρναῖοι] ita rescribere ausus sum pro οἱ quod erat in vulgatis. Nempe priores syllabae vocis diffugisse mihi videbantur, restante sola vltima . . . . , οι vnde οἱ factum. Eandem coniecturam Gruteri & Salmasii fuisse, postea deprehendi.

2 ἐπὶ τ. κατὰ τ. Σμύρν. ἀγορᾶς] non longe ab Aesculapii aede positam eam fuisse colligas ex Aristid. Serm. Sacr. I. p. 486.

3 εἶναι] vocem istam adiecimus sensu postulante, in vulgatis enim non comparebat.

4 Ζέφυροι ἐρήμ. αὐτ. καταπν.] extat locus in epistola ad M. Aurelium Antoninum & Commodum Augg. T. II. p. 291. adde notata ad vitam Apollonii l. IV. cap. 7. n. 3.

5 τῷ βιβλίῳ] intelligit ipsam illam, de qua not. praec. dixi *epistolam*. Non coram enim sed per litteras Smyrnae causam apud Augustos egit Aristides.

6 ἐπεδ. ὁ αὐτοκρ. Σμύρνῃ] factum hoc circa A. C. 176. quo tempore res orientis ordinauit M. Aurelius.

7 Κυντιλίους] de quibus vide notata s. ad vitam Herodis §. XI. Editi habebant Κυντιλλίους.

8 θεωρήμα] sic paulo post sub fin. *vitae* huius πολὺς ἐν θεωρήμασι fuisse dicitur Aristides. vid. §. III. n. 19.

9 τε καὶ σχολικοτάτῳ] verba haec ex cod. S. & Angl. addidi

10 πρόκαλε] vide ad vitam Marci n. 9.

cras.

cras audies: non enim ex iis sumus, qui vomunt, sed ex iis, qui cum studio elaborare solent. Liceat autem, o Imperator, etiam familiaribus tuis interesse auscultationi. Liceat, inquit Marcus, *siquidem populare id est.* Cum vero dixisset Aristides, *concedatur etiam ipsis exclamare, o Imperator, & plaudere, quantum valent.* Imperator arridens, *hoc,* inquit, *in te situm est.* Non adscripsi argumentum declamationis: quandoquidem alii aliud esse dicunt. Illud sane omnes fatentur, Aristidem ingenti spiritu coram Marco vsum fuisse, fortuna longe antea Smyrnae viam sternente, vt per talem virum restitutionem assequi posset. Non autem haec dico, quasi non sponte quoque sua Imperator restituturus vrbem destructam fuisset, quam incolumem coluit. Sed quod principum diuinorumque virorum ingenia, si consilium & oratio ipsa accenderit, magis reluceant, & ad benigne agendum cum impetu quodam ferantur.

καὶ ἄμεινον ἀκροᾷ· ὁ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐμέντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβέντων [11]. ἔξεστω δὲ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τὰς γνωρίμας παρεῖναι τῇ ἀκροάσει. ἔξεστω, ἦδ' ὁ Μάρκος, δημοτικὸν γάρ [12]. εἰπόντος δὲ τὸ Ἀριστείδου, δεδόσθω δὲ αὐτοῖς καὶ βοᾶν καὶ κροτεῖν [13], ὦ βασιλεῦ, ὁπόσον δύνανται. μειδιάσας ὁ αὐτοκράτωρ, τοῦτο, ἔφη, ἐπὶ σοὶ κεῖται. οὐκ ἔγραψα τὴν μελετηθεῖσαν ὑπόθεσιν, ἐπειδὴ ἄλλοι ἄλλην φασίν. ἐκεῖνό γε μὴν πρὸς πάντων ὁμολογεῖται, τὸν Ἀριστείδην ἀρίστῃ φορᾷ ἐπὶ τὸ Μάρκου χρήσασθαι, πρόῤῥωθεν τῇ Σμύρνῃ ἑτοιμαζούσης τῆς τύχης τὸ δι' ἀνδρὸς τοιούτου διανοικισθῆναι. καὶ ἔφημι [14] ταῦτα, ὡς οὐχὶ καὶ τοῦ βασιλέως ἀνοικίσοντος [15] ἀπολωλυῖαν πόλιν, ἣν ἔσαν ἐθαύμασεν· ἀλλ' ὅτι αἱ βασίλειοί τε καὶ θεσπέσιοι φύσεις, ἢν προσεγείρῃ αὐτὰς ξυμβολία καὶ λόγος, ἀναλάμπουσι μᾶλλον, καὶ πρὸς τὸ εὖ ποιεῖν [16] ξὺν ὁρμῇ φέρονται.

III. Sed & quae sequuntur a Damiano accepi: reprehendisse nempe huncce sophistam quidem eos, qui ex tempore dicerent: tanti tamen hoc ipsum fecisse, vt priuatim in eo elaboraret, conclaui seipsum includens: elaborabat autem ita, vt membrum ex membro duceret, & sententiam ex sententia, orbe quasi quodam omnia coniungens. Hoc autem mandentis potius quam edentis esse putamus. Etenim extemporanea oratio linguae volubilis opus est. Accusant vero Aristidem nonnulli, quod exile nimis exordium adhibuerit, in *mercenario milite, agros expetente.* Id enim argumentum ita ipsum fuisse exorsum: *non cessabunt isti homines nobis negotia facessere.* Reprehendunt etiam nonnulli vehementiam viri in *dissuadente munitionem Lacedaemonis*, ita vero dictum ibi:

Δαμιανὸς κἀκεῖνα ἤκουον, τὸν σοφιστὴν τοῦτον διαβάλλειν μὲν τοὺς αὐτοσχεδίους ἐν ταῖς διαλέξεσι, θαυμάζειν δὲ ὅτῳ τὸ σχεδιάζειν, ὡς καὶ ἰδίᾳ ἐκπονεῖν αὐτὸ, ἐν δωματίῳ αὐτὸν καθειργνύντα. ἐξεπόνει δὲ κῶλον ἐκ κώλου, καὶ νόημα ἐκ νοήματος, ἐπανακυκλῶν. τοῦτο δὲ ἡγώμεθα μασσωμένου μᾶλλον, ἢ ἐσθίοντος. αὐτοσχέδιος γὰρ, γλώττης εὐροούσης ἀγώνισμα [2]. κατηγοροῦσι δὲ τοῦ Ἀριστείδου τινὲς, ὡς εὐτελὲς εἰπόντος προοίμιον ἐπὶ τῶν μισθοφόρων, τῶν ἀπαιτουμένων τὴν γῆν [3]. ἄρξασθαι γὰρ δὴ αὐτὸν τῆς ὑποθέσεως τοιάυτης ὧδε· "Οὐ παύσονται ἅτοι οἱ ἄνθρωποι παρέχοντες ἡμῖν πράγματα." λαμβάνονται δέ τινες καὶ ἀκμῆς τοῦ ἀνδρὸς, ἐπὶ τοῦ παραινουμένου τὸν τειχισμὸν τῆς Λακεδαίμονος [4]. εἰ-

---

11 ὃ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐμέντων ἀλλὰ τ. ἀκριβ] αὐτοσχεδιάζοντας vocat ἐμέντας, cui dicendi generi sub initium quoque huius vitae ἀκρίβεια opponebatur. Ceterum nescio vnde habeat Canterus, quae ea de re promit: nisi forte acceperit ab autore argumenti Panathenaicae, Allatio quoque memorati: *Cum Athenis,* inquit, *versaretur Imperator, & Adrianus quidam permagna cum admiratione ex tempore dixisset, Aristides qui simul apud Antoninum erat, At nos, inquit, non somimus, sed accurate dicimus & placemus.* Quae vereor ne vel ipse Canterus, vel Autor argumenti Panathenaicae confinxerit ex eis, quae apud Philostratum legit, male compositis cum verbis Suidae in Ἀδριαν. Αντισχολαστὴς Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος ἐν Ἀθήναις γενόμενος. Quae tamen verba non hoc sibi volunt, quod Athenis certamen quoddam eloquentiae inter Aristidem & Adrianum fuerint, sed quod aemulatio intercesserit inter Aristidem & Adrianum, *qui rhetor erat Athenis.* Saltem Aristidem non *Athenis*, vt male ex Suida finxit Canterus, sed *Smyrnae*, coram Imperatore M. Aurelio dixisse, ex Philostrato nostro liquet.

12 δημοτικὸν γάρ] tribuitur autem Imp. M. Aurelio φύσις δημοτικωτέρα *ingenium populare magis* supra quoque in vita *Herodis* §. XI.

13 καὶ βοᾶν καὶ κροτεῖν] sic cod. S. Editi ἐμβοᾶν καὶ κροτ. Ceterum de σχολῇ *Aristidis* ἐπὶ τοὺς μὴ ξὺν ἐπαίνῳ ἀκροωμένους paulo ante noster, vitae huius initio.

14 φημι] sic cod. S. Editi φησι.

15 ἀνοικίσοντος] editi ἀνοικήσαντος. cod. S. ἀνοικίσαντος vnde ἀνοικίσοντος fecimus, quod & Salmas. agnoscit.

16 εὖ ποιεῖν] sic idem cod. Editi ποιεῖν εὖ.

§. III. 1 Δαμιανὸς] cuius vitam inf. habes, in qua eadem quae hic habet Damiano se debere fatetur.

2 ἀγώνισμα ἐυροούσης] sic cod. S: inuerso ordine editi.

3 μισθοφ. ἀπαιτ. τ. γῆν] quae inter edita quidem Aristidis non reperitur.

4 ἐπὶ τ. παραινουμ. τ. τειχισμ. τῆς Λακεδ.] nec haec inter cetera Aristidis edita est. Idem vero argumentum tractauit *Isaeus* vid. f. *Vita* eius.

ξηται

ρηται δὲ ὧδε· "μὴ γὰρ δὴ ἐν τείχει ἐπιπτήξαι-„ μεν, ὀρτύγων ἀναψάμενοι φύσιν[5]." λαμβάνονται δὲ καὶ παροιμίας, ὡς ταπεινῶς προσερριμμένης. ἐπιδιαβάλλων γὰρ τὸν Αλέξανδρον, ὡς πατρῴζοντα τὴν ἐν τοῖς πράγμασι δεινότητα, "τοῦ πατρὸς[6], ἔφη, τὸ παιδίον εἶναι". οἱ αὐτοὶ κατηγοροῦσι καὶ σκώμματος, ἐπειδὴ "τοὺς Αριμασπούς, τοὺς μονομμάτους[7], ἔφη ξυγγενεῖς εἶναι τοῦ Φιλίππου[8]· ὥσπερ τοῦ Δημοσθένους, ἀπολελογημένου τοῖς Ελλησι, ὑπὲρ τοῦ τραγικοῦ πιθήκου, καὶ τοῦ ἀρχαίου Οινομάου[9]. ἀλλὰ μὴ ἐκ τούτων τὸν Αριστείδην[10]· δηλούτω δὲ αὐτὸν ὅ, τε Ισοκράτης[11], ὁ τοὺς Αθηναίους ἐξάγων τῆς θαλάττης, καὶ ὁ ἐπιτιμῶν τῷ Καλλιξείνῳ ἐπὶ τῷ μὴ θάπτειν τοὺς δέκα[12], καὶ οἱ βουλευόμενοι περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ[13], καὶ ὁ μὴ λαβὼν Αισχίνης ὑπὲρ τοῦ Κερσοβλέπτου τὸν σῖτον[14], καὶ οἱ παραιτούμενοι τὰς

Nunquid in muro meticuloſe nos abſcondemus, coturnicum naturam induentes? Imo & vitio vertunt, quod adagium, humilem nimis orationem faciens, adtexuerit. Alexandrum enim perſtringens, tanquam patriis inſiſtentem veſtigiis eo, quod in rebus gerendis verſutia vtatur, *patris filium* eſſe dixit. Iiſdem cauillum etiam improbatur, quandoquidem *vnoculos Arimaſpos, cognatos eſſe Philippi*, dixit: quemadmodum & Demoſthenes olim, apud Graecos cauſam dicens, [reprehenſionem incurrit,] quod *Tragicum ſimiam* & *Oenomaum ruſticum* [aduerſarium appellaſſet.] Verum ex iſtis de Ariſtide ſententiam ferre noli. Quin potius, qualis fuerit, demonſtret *Iſocrates, Athenienſibus perſuadens, vt rei nauali ſtudium abiiciant: & qui Callixenem carpit quod decem* [duces] *ſepeliri prohibuerit: & deliberantes de rebus Siculis: & Aeſchines penſione non corruptus in cauſa Kerſobleptae: & ſacris*

---

5 ὀρτύγων ἀναψαμ. φύσιν] nempe timidum animal *cornix*, eiuſque in prouerbium abiit timiditas. Hinc Antiphanes Comicus apud Athenaeum:

Σύ τί ποιεῖν δύνασαι ὀρτυγίς ψυχὴν ἔχων;

Pertinet quoque huc prouerbium apud Apoſtolium ὄρτυξ ἔσωσε τὸν Ηρακλέα τὸν καρτερόν, de iis qui ab illis ſeruantur, a quibus minime omnium ſalutem expectauerant: quod Herculem virum ſtrenuum ab alite minus generoſa ſeruari non ſit veroſimile. Hinc patere puto Eraſmum in adagiis parum feliciter hunc Philoſtrati locum eſſe interpretatum.

6 τοῦ πατρὸς] ſic cod. S. Editi τὸ πατρός. videndus de hoc prouerbio Eraſmus in Chiliad. p. 641.

7 Αριμασπούς τοὺς μονομμάτους] de quibus Ariſteae Proconneſii verſus allatus Caſaubono ad Strabonem

Οφθαλμὸν δὲ ἓν' ἕκαστος ἔχει χαρίεντι μετώπῳ.

Hinc μόνωπα στρατὸν *Arimaſpos* dicit Aeſchylus Prometh. v. 803. Nomenque inde traxiſſe eos ait Herodot. in Melpom. Nam ἄριμα Scythico ſermone ὄνυμα ὀπὸς *oculum* notare ait. Paulo aliter Euſtathius ad Dionyſ. v. 31. qui ἄρι ὄνυμα μασπὸς *oculum* Scythis notare ait. Idem originem fabula de *Arimaſpis* ὀνοculis inde nonnullos deducere ait, quod arcu valentes, alterum oculum clauderent, collimantes, dum eo ſe exercerent. Adde de iis Strabon. l. I. p. 21. Plinium l. VII. ſ. 2. Solinum c. 15. Gellium l. IX. c. 4.

8 τοῦ Φιλίππου] quem altero oculo caruiſſe, in Methone vrbis oppugnatione amiſſo, notiſſimum. vide Iuſtinum lib. VII. cap. 6. & autores Berneggero noſtro ad eum locum allegatos.

9 ὑπὲρ τοῦ Τραγικοῦ πιθήκου καὶ ἀρχαίου Οινομάου] nempe iſta Demoſthenis conuitia erant, quibus Aeſchinem proſcindebat. Locus eſt in Demoſthenis Or. pro corona p. 347. vbi ecce plauſtra conuitiorum τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναιδος ἀνθρώπιόν ἐστιν, ὅδ' ἐλεύθερον, αὐτοτράγικος πίθηκος, ἀρχαῖος Οινόμαος. ob quae, quod grauitate eius eſſent indigna, male apud haut paucos audiit. Vocat autem Aeſchinem *Tragicum Simiam*, quod iuuenis *tragoediarum actor* extiterit, quorum eſt μιμεῖν, id quod & *ſimiae* faciunt. Αρχαῖον Οινόμαον cur vocauerit dicat Heſychius: Δημοσθένης Αισχίνην ἅτως ἔφη, ἐπεὶ κατὰ τὴν χώραν περιοσῶν ὑπεκρίνατο Σοφοκλέους Οινόμαον. Nempe in *rure* fabulas eum egiſſe, *Simmyccam* ſecutum & *Socratem*, ſupra quoque obſeruatum ad Aeſchinem §. I. n. 8. vbi & anonymi habes locum, qui ἀρχαῖον Aeſchinem dictum obſeruabat, apud quem ſupplendum eſſe Οινόμαον putabam.

10 ἀλλὰ μὴ ἐκ τούτ. τ. Αριστείδην] ſubintelligitur θεωρητέον vel aliquid ſimile.

11 ὅ, τε Ισοκράτης] nomen μελέτης ineditae, vt Cantero etiam obſeruatum. Ceterum expedire Athenienſibus, vt maris imperium ne ambiant, Iſocratis ſententia fuit, ab eo inculenter propoſita in Orat. de pace p. 340. id quod argumentum iſti Ariſtidis orationi praebuit.

12 ὁ ἐπιτιμ. τῷ Καλλιξείνῳ ἐπὶ τῷ μὴ θάπτειν τοὺς δέκα] haec quoque μελέτη inedita, cuius tamen meminere etiam Hermogenes *de Ideis* p. 279. vbi & fragmentum habes ex ea, & Libanius opp. p. 819. Hermogenes iiſdem fere verbis quibus noſter huius μελέτης indicat argumentum: Αριστείδης inquit ἀντιλέγων τῷ Καλλιξείνῳ, συμβουλεύοντι μὴ θάπτειν τοὺς δέκα στρατηγούς, ἐπειδὴ ἀνῃρέθησαν μιᾷ ψήφῳ. Hiſtoriam quae argumentum dicendi Ariſtidi praebuit habes apud Xenophontem Hellen. lib. I. ſub fin. Diodor. Sicul. l. XIII. p. 221. ſq. & Scholiaſt. ad Ariſtoph. Ran. p. 237. ex quo eam repetit etiam Suidas v. Δεξιῷ. Nimirum *Duces*, qui ad Arginuſas pugnauerant, & tempeſtate impediti caeſorum Athenienſium cadauera inſepulta reliquerant, eam ob rem in ius vocauit *Callixenus*, & vt capitis ſupplicio afficerentur impetrauit. Quod tamen X facit Ariſtides *duces*, eam ob cauſam ſupplicio affectos, in eo abit ab autoribus allegatis, numerum forte rotundum amplexus, nam octo tantum illi commemorant, ex quibus duo praeterea fuga ſupplicium capitis euitauerint. Nec eius rei mentio apud illos, quod necatos duces ſepeliri vetuerit Callixenus, quod ipſum adeo aliunde Ariſtidem hauſiſſe neceſſe eſt.

13 οἱ βουλεύομενοι περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ] male hanc quoque μελέτην inter ineditas retulit Canterus: habemus enim ab ipſo editam *Orationem Siculam* geminam, in quarum altera τῶν βουλευομένων nonnemo ſuadet, in altera alius diſſuadet auxilia *Niciae*, Syracuſas in Sicilia obſidenti, ſubmittere, eas enim hic reſpici dubium nemini iure videri poteſt. Hiſtoriam, quae argumentum iſtis μελέταις ſuppeditauit, habes apud Thucydidem lib. VII. p. 495. ſq. & Diodorum Siculum l. XIII. p. 139. adde & Plutarch. in *Nicia*.

14 καὶ ὁ μὴ λαβ. Αισχίνης ὑπὲρ τοῦ Κερσοβλέπτου τὸν σῖτον] Cerſobleptes, Thraciae rex, Athenienſibus foedere iunctus, notus inprimis ex Demoſthenis & Aeſchinis orationibus de *falſa legat.* Diodoro Siculo l. XVI. p. 464. Harpocratione item & Suida. Eum Philippus Macedo bello oppreſſit, eiuſque rei culpam in Aeſchinem moraſque, quas ille, cum aliis legatus ad Philippum, in itinere ſtudio quaeſiuerat, reiicit Demoſthenes de *falſa legat.* p. 220. quam diluere conatur Aeſchines p. 257. ſq. Suſpicio igitur nata Aeſchinem a Philippo corruptum, vt Cerſobleptem ita proderet, quam depellentem Aeſchinem iſta μελέτη ſiſtebat Ariſtides. σῖτος vero hic noſtro eſt idem quod σίτησις, qua voce vtitur in ſimili re *vita Adriani:* vt nempe *annuum ſtipendium* notet, quo Aeſchinem corrupit Philippus; ſignificatus τοῦ σίτου li-

abſti-

abſtinentes poſtquam occidiſſent familias; in quo maxime argumento docet, quomodo quis tuto tragicas, & in quibus facilis alias lapſus, ſententias aggredi debeat. Plura quoque alia orationum eius argumenta mihi nota ſunt, eruditionem viri, vim item, atque ingenium demonſtrantia. Ex quibus de eo iudicium potius duco eſſe ferendum, quam ex iis, in quibus forte offendit, nonnihil in affectationem prolapſus. Ceterum Ariſtides omnium ſophiſtarum artis fuit obſeruantiſſimus, aſſiduuſque maxime excogitandis ſententiis, qua etiam re ab extemporanea dicendi ratione fuit auocatus. Nonniſi ea enim quae diligenter ſint excogitata proferre velle mentem occupat, & quo minus prompta ſit prohibet. Diem vero obiiſſe Ariſtidem in patria quidem dicunt alii, alii in Ionia, cum annos, ex quorundam ſententia, ſexaginta, ex aliorum autem ſeptuaginta fere vixiſſet.

X. ADRIANVS.

Adrianum autem, Phoenicem, Tyrus quidem genuit, Athenae vero excoluerunt. Nam, vt a praeceptoribus meis accepi, eas Herodis aetate adiit, & ingenii vim oſtendens eloquentiae maxime aptam ſtudiis, & non obſcura indicia edens, fore, vt ad ſumma enitatur. Atque Herodis quidem diſcipulus extitit, annos natus circiter octo & decem. Breuique eandem exiſtimationem apud eum eſt conſecutus, quam Sceptus & Amphicles aſſecuti fuerant, adſcriptus eſt coetui auditorum *Clepſydrii*. Cum *Clepſydrio* vero res ita ſe habebat. Decem ex Herodis auditoribus, virtute excellentes, poſt lectiones, ad quas omnes admittebantur, adhuc paſcebantur temporis ſpatio, quod emetiretur clepſydra, aquae menſuram continens, quae centum verſibus recitandis ſufficeret, quos Herodes vno tenore recitare ſolebat, laudes auditorum deprecans, & dicendo vnice intentus. Cum porro ille praecepiſſet familiaribus ſuis,

σπονδὰς μετὰ τὸ κτεῖναι τὰ γένη[15]· ἐν ᾗ μάλιστα ὑποθέσεων ἀναδιδάσκει ἡμᾶς, πῶς ἄν τις ἀσφαλῶς κεκινδυνευμένας τε καὶ τραγικὰς ἐννοίας μεταχειρίσαιτο. καὶ πλείους ἑτέρας ὑποθέσεις οἶδα, εὐπαιδευσίαν ἐνδεικνυμένας[16] τῷ ἀνδρὸς τούτῳ, καὶ ἰσχύν, καὶ ἦθος. ἀφ' ὧν μᾶλλον αὐτὸν θεωρητέον, ἢ εἴπῃ καὶ παρέπτυσέ τι[17], ἐς φιλοτιμίαν[18] ἐκπεσών. καὶ τεχνικώτατος δὲ σοφιστῶν ὁ Ἀριστείδης ἐγένετο, καὶ πολὺς ἐν θεωρήμασι[19], ὅθεν καὶ τῷ σχεδιάζειν ἀπηνέχθη. τὸ γὰρ κατὰ θεωρίαν βέλεσθαι προάγειν πάντα ἀσχολεῖ τὴν γνώμην, καὶ ἀπαλλάττει τῷ ἑτοίμῳ. ἀποθανεῖν δὲ τὸν Ἀριστείδην οἱ μὲν οἴκοι γράφουσιν, οἱ δὲ ἐν Ἰωνίᾳ, ἔτη βιώσαντα, οἱ μὲν ἑξήκοντά φασιν, οἱ δὲ ἀγχοῦ τῶν ἑβδομήκοντα.

ΑΔΡΙΑΝΟΣ.

Ἀδριανὸν[1] δὲ, τὸν Φοίνικα, Τύρος μὲν ἤνεγκεν, Ἀθῆναι δὲ ἤσκησαν. ὡς γὰρ τῶν ἐμαυτοῦ διδασκάλων[2] ἤκουον, ἀφίκετο μὲν ἐς αὐτὰς κατὰ Ἡρῴδην, φύσεως δὲ ἰσχὺν σοφιστικωτάτην ἐνδεικνύμενος, καὶ οὐκ ἄδηλος ὢν ὡς ἐπὶ μέγα ἥξοι. ἐφοίτησε μὲν γὰρ τῷ Ἡρῴδῃ, ὀκτὼ καὶ δέκα ἴσως γεγονὼς ἔτη. καὶ ταχέως ἀξιωθεὶς ὧν Σκέπτιός τε καὶ Ἀμφικλῆς[3] ἠξιοῦντο, ἐνεγράφη καὶ τῇ τοῦ Κλεψυδρίῳ[4] ἀκροάσει. τὸ δὲ Κλεψύδριον ὧδε εἶχε. τῶν τοῦ Ἡρῴδου ἀκροατῶν δέκα, οἱ ἀρετῆς ἀξιώμενοι, ἐπεσιτίζοντο τῇ εἰς πάντας ἀκροάσει κλεψύδραν ξυμμετρημένην εἰς ἑκατὸν ἔπη, ἃ διῆει ἀποτάδην[5] ὁ Ἡρῴδης, παρῃτημένος τὸν ἐκ τῶν ἀκροατῶν ἔπαινον, καὶ μόνῳ[6] γεγονὼς τῷ λέγειν. παραδεδωκότος δὲ αὐτοῦ τοῖς γνωρίμοις, τὸ μηδὲ

---

mitibus pauliſper prolatis. Nam alias *annuam penſitationem* ad alimenta viduarum & pupillorum σῖτος ſignificat, vt videre eſt apud Harpacrationem, doctoſque eius interpretes. Haec quoque μελέτη inedita eſt.

15 οἱ παρατέμ. τ. σπονδ. μετὰ τὸ κτεῖναι τὰ γένη] quae ſit hiſtoria, vnde hoc *argumentum* deſumtum, iam non ſuccurrit. Γένη alias ſunt, in quae tribus Athenis erant diuiſae. vid. vit. *Hadriani* §. II. n. 10. Homicidas ſacris Athenas arcuiſſe notum: vid. Petitus de Leg. Attic. p. 510.

16 ἐνδεικνυμένας] ſic malui quam ἐνδεικνυμένην quod erat in vulgatis.

17 παρέπτυσέ τι] malui cum cod. S. τι quam τε cum editis. Gruter & Salmaſ. παρέπταισε habent pro παρέπτυσε.

18 φιλοτιμίαν] ſimilis vocis vſus ſupra occurrit *vita* Fauorini vbi vid. §. IV. not. 5 & 6.

19 θεωρήμασι] ſic & ſupra §. II. Θεώρημα ſe quidem ἀσχολῆσαι aiebat Ariſtides. Θεώρημα vero idem quod paulo ante νοήματα etiam dicebat, quando Ariſtidi ad extemporaneam eloquentiam impedimento fuiſſe ait τὸ ἐκπονεῖν νόημα ἐκ νοήματος.

X. ΑΔΡΙΑΝΟΣ. 1 Ἀδριανὸν] adde de eo Suid. Ἀδριαν. Voſſium de Hiſtor. Graec. lib. IV. c. 17. p. 482. Tillemontium vit. M. Aurel. Antonini Art. 23. Ceterum quae de hoc Sophiſta habet noſter, a *Damiano* ſe accepiſſe fatetur ipſe infra in vita *Damiani*. Rurſum eius etiam mentio in *Chreſto* item in *Polluce, Oenomarcho, Apollonio Naucratita*, & *Athenienſi, Proclo, Damiano, Antipatro, Heraclida, Cyrino*.

2 τῶν ἐμαυτοῦ διδασκάλων] *Damianum* maxime intelligit v. not. praec.

3 Ἀμφικλῆς] qui ex primariis erat Herodis diſcipulis, de quo vide ſ. vit. *Philagri* §. I. n. 5. & mox iterum in hac ipſa vita.

4 Κλεψυδρίῳ] eius rurſum mentio inf. in *Pauſania*, quid vero ſit ipſe mox deſcribit Philoſtratus, ad quam deſcriptionem intelligendam, mente repetenda ſunt quae de clepſydra, ad quam dicere in foro ſolebant oratores, paſſim veteribus ſunt tradita.

5 ἀποτάδην] *vna ſerie*, ita vt interpellari ſe plaudentium κρότῳ & laudibus non pateretur.

6 μόνῳ] ſic malui cum cod. S. quam μόνον cum editis.

τὸν τῦ πότυ καιρὸν ἀνιέναι[7], ἀλλὰ καὶεῖ τι ἐπισπυδάζειν τῷ οἴνῳ, ξυνέπινε μὲν ὁ Αδριανὸς τοῖς ἀπὸ τῆς κλεψύδρας, ὡς κοινωνὸς μεγάλυ ἀπορρήτυ. λόγυ δὲ αὐτοῖς περὶ τῆς ἑκάστυ τῶν σοφιστῶν ἰδέας προβαίνοντος, παρελθὼν ἐς μέσυς ὁ Αδριανὸς, ἐγὼ, ἔφη, ὑπογράψω τὰς χαρακτῆρας, ἃ κομματίων ἀπομνημονεύων, ἢ νοϊδίων, ἢ κώλων, ἢ ῥυθμῶν, ἀλλ' ἐς μίμησιν ἑμαυτὸν καθιστὰς, καὶ τὰς ἁπάντων διανοίας ἀποσχεδιάζων σὺν εὐροίᾳ, καὶ ἐφιεὶς[8] τῇ γλώττῃ. παραλιπόντος δὲ αὐτῦ τὸν Ηρώδην[9], ὁ μὲν Αμφικλῆς[10] ἤρετο, τῦ χάριν τὸν διδάσκαλον αὐτῶν παρέλθοι, αὐτός τε ἐρῶν τῆς ἰδέας, ἐκείνυς τε ἰδὼν ἐρῶντας, ὅτι, ἔφη, ἔστι μὲν οἷοι καὶ μεθύοντι παραδῦναι μίμησιν· Ηρώδην δὲ, τὸν βασιλέα τῶν λόγων[11], ἀγαπητὸν ἦν ἄοινός τε[12] καὶ νήφων ὑποκρίνωμαι. ταῦτα, ἀπαγγελθέντα τῷ Ηρώδῃ, διέχεεν[13] αὐτὸν, ἥττω καὶ ἄλλως ὄντα εὐδοξίας. ἐπήγγειλε δὲ Ηρώδῃ καὶ ἀκρόασιν σχεδίυ λόγυ, νεάζων ἔτι. καὶ ὁ Ηρώδης, ἔχ ὡς διαβάλλυσί τινες, βασκαίνων τε καὶ τωθάζων, ἀλλ' ἀπὸ τῦ διακειμένυ τε καὶ ἵλεω ἀκροασάμενος, ἐπέῤῥωσε τὸν νεανίαν, εἰπὼν ἐπὶ πᾶσι, κολοσσῦ ταῦτα μεγάλα σπαράγματα[14] εἴη· ἅμα μὲν διωρθωμένος αὐτὸν, ὡς ὑφ' ἡλικίας διεσπαρμένον τε καὶ μὴ ξυγκείμενον, ἅμα δὲ ἐπαινῶν, ὡς μεγαλόφωνόν τε καὶ μεγαλογνώμονα. καὶ λόγον τῷ Ηρώδῃ ἀποθανόντι ἐπεφθέγξατο ἐπάξιον[15] τῦ ἀνδρὸς, ὡς ἐς δάκρυα ἐκκληθῆναι τὰς Αθηναίυς ἐν τῇ τῦ λόγυ ἀκροάσει.

vt ne compotationis quidem tempore otiosi essent, sed & inter pocula de studiis suis agerent; Adrianus quidem cum illis, qui a clepsydra denominabantur, potauit, tanquam magnorum particeps factus mysteriorum. Cum sermo vero inter eos de cuiusuis sophistae charactere dicendi incidisset, in medium prodiens Adrianus, ego quidem, inquit, characteres eorum exprimam, non exigua eorum incisa referens, vel sententiolas, vel membra, vel modulos; sed ipse totus ad imitationem eorum compositus, omniumque sententias ex tempore referens, oratione facile labente, frenisque linguae laxatis. Cum autem Herodem omisisset, Amphicles quidem interrogauit, qua de causa praeceptorem ipsorum praetermisisset, qui eius dicendi genus amet, atque ipsos amantes videat? Quoniam, inquit Adrianus, isti quidem tales sunt, vt ebrio quoque imitandos se praebeant: Herodem vero, eloquentiae principem, praeclarum est, si nullo vino gustato sobrioque mihi imitari liceat. Quae Herodi nunciata valde eum delectarunt, vt qui alias quoque gloriae studio esset obnoxius. Inuitauit vero etiam Herodem ad audiendam extemporaneam orationem, cum iuuenis adhuc esset. Tumque Herodes non, vt plerique calumniantur, inuidus, & id tantum agens vt carperet, sed animo placido atque beneuolo audiens, confirmauit iuuenem, postremo addens: *Colossi ista magna fragmenta dixerim.* Partim corrigens ipsum, quod aetatis vitio distractus adhuc nec satis compositus [dicendo] esset; partim collaudans ob sublimitatem, tum verborum, tum sententiarum. Herodem etiam mortuum oratione est prosecutus, viro dignissima, adeo vt Athenienses inter audiendum ad lacrymas inuitaret.

Μετὰ δὲ ἕτω παῤῥησίας ἐπὶ τὸν θρόνον[1] παρῆλθε, τὸν Αθήνησιν, ὡς καὶ[2] προοίμιόν οἱ

II. Tanta autem sui fiducia Athenienses cathedram occupauit, vt orationis exordium

---

7 τὸν τῦ πότυ καιρὸν ἀνιέναι] τὸν addidi ex cod. S. nam in editis deerat. Ceterum de *Herode*, ne tum quidem, cum pranderet, otioso vide &c. vita eius §. XIV.

8 ἐφιεὶς] sic malui cum cod. S. quam cum editis ἀφιεὶς. ἐφιεὶς etiam agnoscit Salmas.

9 παραλιπόντος δ' αὐτῦ τ. Ηρώδην] nempe cum ceterorum *ideas* repraesentasset, Herodis tamen *ideam* repraesentare neglexit. Salmas. legit τὸν διδάσκαλον Ηρώδην.

10 Αμφικλῆς] de quo paulo ante.

11 βασιλέα τῶν λόγων] sic apud Eunapium Proaeresius in statuae inscriptione βασιλεύων λόγων dicitur. πολλὰ δὲ ἐπὶ πολλοῖς ἀγασθέντος καὶ τυχόντος ἐπαίνων, ἀνδριάντα κατασκευασάμενοι χαλκᾶν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν, ἐπιγεγράφαντες Η ΒΑCΙΛΕΥΟΥCΑ ΡΩΜΗ ΤΟΝ ΒΑCΙΛΕΥΟΝΤΑ ΛΟΓΩΝ. Et *Herodem* inf. quoque *Ruffius* narratur vocasse λόγων βασιλέα vid. vit. *Ruff.* De eodem in Inscriptione Regillae dicitur.

Ελλαδι δ' ὅτε γύνος ΒΑCΙΛΕΥΤΕΡΟΣ ἦτ' ἔτι ΦΩΝΗΝ.

12 ἀγαπητὸν ἦν ἄοινος &c.] nempe iam *vino* madebat, compotationi cum condiscipulis indulgens; magnum autem satis esse aiebat, atque optabile, si sobrius Herodem possit imitari.

13 διέχεεν] ita Salmas. legit pro διέκαιεν, quod erat in editis: eamque lectionem praetuli. Sic alibi vsus verbi διαχέειν ad animum relati *transitiue*, significatu oblectandi, vel efficiendi vt hilaris quis videatur. Ita pictoris artem in *Mercurii natalibus* repraesentandis Philostratus Imagin. l. II. admiratus, eum διαχεῖν τὸν Απόλλωνα h. e. *laeta facie repraesentare Apollinem* dicit.

14 Κολόσσυ ταῦτα μεγάλα σπαράγματα] vide de hoc loquendi genere prolixe Erasm. Chiliad. p. 191. Non dissimile multum quod s. in vita *Alexandri* ad Herodem Alexander: τεμμάχια σε ἰσμὲν σοφισαὶ πάντες vide ibi notata.

15 ἐπάξιον] sic legendum pro ἀπάξιον esse, in margine iam monitum Morello, cuius coniecturam firmat cod. S. & Angl.

§. II. 1 ἐπὶ τ. θρόνον] v. vit. *Lolliani* §. I. n. 1. & *Theodoti* §. I. n. 5.

2 ὡς καὶ] addidi καὶ ex cod. S.

ei

ei non illorum quidem, sed suamet ipsius sapientia extiterit, est enim ita exorsus: *iterum e Phoenicia literae.* Hoc enim certe prooemium erat supra Athenienses se extollentis, beneficiumque potius dantis ipsis, quam ab iisdem accipientis. Splendidissime autem Athenienſium cathedrae praefuit: veste magnifice indutus, gemmisque quarum maximum esset pretium ornatus; & ad facienda verba descendens curru, argenteis habenis instructo; atque vbi dicendo finem fecisset, spectatus, cum pompa vndiquaque affluentium Graecorum, rediens domum. Hi nempe ita eum colebant, vt familiae Eleusinii pagi sacrorum antistitem, sacris magnifice operantem. Eos nempe ludis sibi conciliabat, conuiuiisque & venationibus, & ludorum apud Graecos solennium communione, aliis rebus aliis iuueniliter sese accommodans: vnde erga ipsum animati erant haut secus quam liberi erga parentem, iucundum atque benignum, ipsaque etiam saltatione Graeca vna cum iis se exercentem. Vidi igitur quosdam lacrymantes, quoties in viri huius memoriam incidebant: atque alios quidem vocem ipsius blande imitatos, alios gressum, alios gestus grauitatem.

γενέσθαι τῆς πρὸς αὐτὸς διαλέξεως [3] μὴ τὴν ἐκείνων σοφίαν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῦ, ἤρξατο γὰρ ὧδε· "πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα [4]." τὸ μὲν δὴ προοίμιον τῦτο ὑπερπνέοντος [5] ἦν τὲς Ἀθηναίυς, καὶ διδόντος τι [6] αὐτοῖς ἀγαθὸν μᾶλλον ἢ λαμβάνοντος. μεγαλοπρεπέστατα δὲ τῦ Ἀθήνησι θρόνυ ἐπεμελήθη, ἐσθῆτα μὲν πλείστυ ἀξίαν ἀμπεχόμενος, ἐξηρτημένος δὲ [7] τὰς θαυμασιωτέρας τῶν λίθων, καὶ καθιὼν δὲ ἐπὶ τὰς σπυδὰς [8] ἐπ' ἀργυροχαλίνυ ὀχήματος [9], ἐπεὶ δὲ σπυδάσειε, ζηλωτὸς ἂν ἐπανιὼν, ξὺν πομπῇ τῦ πανταχόθεν Ελληνικῦ. οἱ δὲ γὰρ ἐθεράπευον αὐτὸν, ὥσπερ τὰ γένη τῆς Ελευσῖνος [10] ἱεροφάντην [11], λαμπρῶς ἱερυργῦντα. ὑπεποιεῖτο δὲ αὐτὲς καὶ παιδιαῖς, καὶ πότοις, καὶ θήραις, καὶ κοινωνίᾳ πανηγύρεων Ελληνικῶν, ἄλλα ἀλλῳ ξυννεάζων. ὅθεν διέκειντο πρὸς αὐτὸν, ὡς πρὸς πατέρα παῖδες, ἡδύ τε καὶ πρᾶον, καὶ ξυνδιαφέροντα [12] αὐτοῖς τὸ Ελληνικὸν σκίρτημα [13]. ἐγώ τοι καὶ δακρύοντας αὐτῶν ἐνίυς οἶδα, ὁπότε ἐς μνήμην τῦ ἀνδρὸς τύτυ καθίσαντο· καὶ τὲς μὲν τὸ φθέγμα ὑποκριζομένυς, τὲς δὲ τὸ βάδισμα, τὲς δὲ τὸ ἔυσχημον τῆς σολῆς.

III. Homicidii autem dicam sibi scriptam ita effugit. Athenis homullus quidam fuit, in sophistarum stadio non male exercitatus. Huic, vini cadum qui dono daret, vel obsonia, vel vestem, aut argentum, ei facilem se oppido praebebat, quemadmodum famelica pecora his, qui pedo ea educunt. Si negligeretur vero, conuiciis vti amabat, atque oblatrabat. In Adrianum igitur, quod mo-

Επαχθεῖσαν δὲ αὐτῷ καὶ φονικὴν αἰτίαν, ὧδε ἀπέφυγεν. ἦν Αθήνησιν ἀνθρώπιον, ἐκ ἀγύμναστον τῦ περὶ τὲς σοφιστὰς δρόμυ. τύτῳ ἀμφορέα μέν τις οἴνυ προσάγων, ἢ ὄψα, ἢ ἐσθῆτα, ἢ ἀργύριον, ἐυμεταχειρίστῳ ἐχρήσατο, καθάπερ οἱ τὰ πεινῶντα τῶν θρεμμάτων τῷ θαλλῷ ἄγοντες. εἰ δὲ ἀμελοῖτο, φιλολοιδόρως εἶχε, καὶ ὑλάκτει. τῷ μὲν ἓν Αδριανῷ προσκε-

---

3 διαλέξεως] vid. ad vitam *Philagri* §. II. n. 2.

4 πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα] nempe e *Phoenicia* oriundus erat Adrianus, qui docere *Athenis* iam publico stipendio occipiebat. Olim autem litterarum elementa a Cadmo e Phoenicia in Graeciam delata esse notissimum.

5 ὑπερπνέοντος] nescio qua ratione motus Morellus hanc lectionem solicitauerit, substituto ὑπεραυτοῦντος, & in margine reiecto ὑπερπνέοντος. Nec placet Salmasiana lectio quae ὑπεραίροντος habet. Neutrum huic loco est opportunum. In lectionem quam edimus non omnes tantum MSS. cum Aldina editione conspirant, verum ipse quoque eam postulat sensus. ὑπερπνέων τὲς Αθηναίυς est, qui *se effert supra Athenienses* non ipsis a se, verum sibi ab ipsis gratias deberi existimans: qui se gerat non vt is qui accipiat beneficium, sed vt qui det, vt mox ipse Philostratus haec exponit.

6 διδόντος τι] addidimus τι ex MS. S. nam in editis deerat.

7 ἐξηρτημ. δὲ] addidi δὲ ex cod. S.

8 σπυδὰς] lectio haec vera est, quam restitui ex cod. S. Firmant eam immediate sequentia ἐπειδὴ δὲ σπυδάσει. Editi habebant σποιδάς.

9 ἐπ' ἀργυροχαλ. ὀχήμ.] vide notata supra ad vitam *Polemonis* §. II. n. 22.

10 τὰ γένη τῆς Ελευσῖνος] articulum τῆς ex cod. S. adieci. *Eleusis* autem *tribus Hippothoontidis pagus*, γένη *familiae* sunt in illo *pago*. Nempe *tribus* quaeuis in *tres partes* apud Athenienses diuisa, quarum vnaquaeuis τριττὺς dicta & φρατρίαι, harum singulae in XXX γένη distributae, vide Suidam in γενηταὶ, & Petitum ad Leges Articas f. 9 & 418. Horum supra quoque vt puto mentio est vit. *Aristid.* vide ibi §. II. n. 15.

11 ἱεροφάντην] vid. Meurs. Sacr. Eleusin. c. 13.

12 ξυνδιαφέροντα] sic cod. S. editi ξυνδιεφέροντο.

13 τὸ Ελληνικὸν σκίρτημα] i. e. *saltationem Graeco more institutam.* Est enim Ελληνικὸν quod Graecis in more positum vel conueniens est. Nempe *saltare commode* etiam in laude apud Graecos, vt *Nepoti* obseruatum *praef.* Opponi hic Ελληνικὸν σκίρτημα videtur *Barbaro* vel Βακχικῷ. σκίρτημα autem non *saltum* tantum, sed & *saltationem* notat: sic Theoph. ep. 31. κακὸν ἡμῖν ἤρχησατο σκίρτημα. Sensus igitur est *Iuuenes* fuisse eo animo aduersus Adrianum, quo aduersus patrem sint liberi, qui indulgens adeo sit, vt ne saltare quidem inter ipsos decora aliqua saltatione eum taedeat.

χρήκει διὰ τὴν εὐχέρειαν τῆ ἤθες, Χρῆσον[1] δὲ τὸν ἐκ Βυζαντίε σοφιςὴν ἐθεράπευε. καὶ ὁ μὲν Αδριανὸς ἐκαρτέρει τὰ ἐξ αὐτῆ πάντα, δήγματα κόρεων τὰς ἐκ τῶν τοιήτων λοιδορίας καλῶν. οἱ γνώριμοι δὲ ὐκ ἐνέγκοντες, παρεκελεύσαντο τοῖς ἑαυτῶν[2] οἰκέταις παίειν αὐτόν· καὶ ἀνοιδησάντων αὐτῷ τῶν σπλάγχνων, ἡμέραις τριάκοντα[3] ἀπέθανε, παράσχων τινα καὶ αὐτὸς τῷ θανάτῳ λόγον, ἐπειδὴ ἀκράτε νοσῶν ἔσπασεν. οἱ δὲ προσήκοντες τῷ τεθνεῶτι γράφονται τὸν σοφιςὴν φόνε, παρὰ τῷ τῆς Ελλάδος ἄρχοντι, ὡς ἕνα Αθηναίων, ἐπειδὴ φυλή τε ἦν αὐτῷ, καὶ δῆμος Αθήνησιν[4]. ὁ δὲ ἀπέγνω τὴν αἰτίαν, ὡς μήτε ταῖς ἑαυτῆ χερσὶ, μήτε ταῖς τῶν ἑαυτῆ δήλων τετυπ]ηκὼς τὸν τεθνάναι λεγόμενον. ξυνήρατο δὲ αὐτῷ τῆς ἀπολογίας, πρῶτα μὲν τὸ Ελληνικὸν, τίνας ὐχὶ ἀφιέντες[5] ὑπὲρ αὐτῆ φωνὰς δακρύοις ἅμα· ἔπειτα ἡ ἐπὶ τῷ οἴνῳ τῆ ἰατρῆ μαρτυρία.

Κατὰ δὲ τὲς χρόνες, ὃς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Αθήναζε ὑπὲρ μυςηρίων ἐσάλη[1], ἐκράτει μὲν ἤδη τῆ τῶν σοφιςῶν θρόνε ὁ ἀνὴρ ὅτος· ἐν μέρει δὲ ὁ Μάρκος[2] τῆς τῶν Αθηνῶν ἱςορίας μηδὲ τὴν ἐκείνε σοφίαν ἀγνοῆσαι. καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν αὐτὸν τοῖς νέοις, ὐκ ἀκροάσει βασανίσας[3], ἀλλὰ ξυνθέμενος τῇ περὶ αὐτῆ φήμῃ. Σεβήρε δὲ, ἀνδρὸς ὑπάτε[4], διαβάλλοντος αὐτὸν, ὡς τὰς σοφιςικὰς ὑποθέσεις ἐκβακχεύοντα[5], διὰ τὸ ἐρρῶσθαι πρὸς τὲς ἀγῶνας, ἔλεγχον τέτε ποιήμενος ὁ Μάρκος, πρᾶβαλε[6] μὲν αὐτῷ τὸν Υπερίδην, τὸν ἐς μόνας ἐπισρέφοντα τὰς Δημοσθένες γνώμας, ὅτε δὴ ἐν Ελατείᾳ Φίλιππος ἦν[7]. ὁ δὲ,

ribus videret placidum, impetum fecit, Chreſtum autem, Byzantinum ſophiſtam, obſeruabat. Atque Adrianus quidem aequo animo, quicquid faceret, tolerabat: culicum morſus appellans profecta a talibus maledicta. Familiares vero, minime ea ferentes, ſeruis ſuis imperarunt, vt verberibus eum mulctarent: quare, intumeſcentibus ei inteſtinis, trigeſimo die vita deceſſit, aliquam ipſo etiam morti occaſionem praebente, quoniam merum aegrotans hauſerat. Cognati autem defuncti, apud Achaiae praeſidem caedis accuſarunt ſophiſtam, vt Athenienſium vnum: quandoquidem & tribus ipſi erat Athenis & pagus. Is vero crimen inficiatus eſt, quippe qui neque ſuis, neque ſeruorum manibus eum percuſſiſſet, qui mortuus dicebatur. Adiumentum autem ipſi in cauſa dicenda attulere primo quidem omnis turba Graecorum; quas enim illi ſuper ipſo voces non edidere cum lacrymis iunctas! Deinde medici de vino teſtimonium.

IV. Tempore autem eo, quo Marcus Imperator Athenis ad myſteria accipienda ſe comparabat, ſophiſticam cathedram iam tenuit vir iſte: Marcus itaque in parte curioſae luſtrationis rerum Athenienſium hoc quoque poſuit, vt nec ipſius eruditionem ignoraret. Nempe eum iuuenibus praefecerat, non poſtquam audiendo eum exploraſſet, ſed famae de eo aſſenſum praebens. Cumque Seuerus, vir conſularis, ſiniſtre de eo iudicaret, tanquam debacchante ſophiſtica argumenta, eo quod in iuridiciali genere magis eſſet exercitatus. Marcus, eius rei experimentum capere cupiens, propoſuit ipſi dicendi argumentum *Hyperidem, qui, dum in Elatea eſſet Philippus, ad ſola Demoſthenis conſilia mentem aduerte-*

---

§. III. 1 Χρῆσον] de quo paulo poſt noſter ex inſtituto.

2 ἑαυτῶν] ſic MS. S. habet: & Salmaſ. Editi male ἑαυτῆ. Certe enim paulo poſt *Adrianus* hoc ipſo maxime argumento ſeſe defendit, quod a *ſuis ſeruis* verberatus non fuerit iſte homuncio.

3 ἡμέραις τριακ.] idem MS. habet ἐν ἡμέρᾳ τριακοςῆ.

4 φυλή τε ἦν αὐτῷ καὶ δῆμος Αθήν.] nempe Phoeniciam patriam habens, iura ciuitatis Athenis nactus eſt, vbi cum diuiſio in tribus obtineret & pagos, tribui certae adſcriptus eſt & pago, conf. Meurſ. Fortun. Athen. cap. V. ſub fin. Idem *Ptolemaeo Naucratitae* datus honos, vid inf. vit. eius: Et confer notata ad *Hippiam* not. 8. it. ad Ariſtidem §. I. not. 3.

5 τίνας ὐχὶ ἀφιέντες] ſimilis loquendi ratio in vita Apollonii lib. I. c. 12. τί γὰρ ὐ λίγων τῶν ἔτυ ἀκολάσων vide ibi notata. Sic & ſ. vita Nicetae καὶ τῆς Σμύρνης τί ὐκ ἐπ' αὐτῷ βοώσης v. ibi §. II. n. 1.

§. IV. 1 Αθήναζε ὑπὲρ μυςηρίων ἐσάλη] qua de re vid. ad vitam Herodis §. XII. n. 15.

2 ἐν μέρει δὲ ὁ Μάρκος &c.] ſubintelligitur verbum ἠγήσατο vel aliquod ſimile.

3 ὐκ ἀκροάσει βασανίσας] nempe alias examine praemiſſo ad *thronum ſophiſticum* promouebantur huius artis profeſſores. vide obſeruata Meurſio de fortun. Athen. cap. VIII. p. 72. adde locum Luciani in Eunucho, non longe ab initio.

4 Σεβήρε δὲ, ἀνδρὸς ὑπάτε] varios Seueros M. Aurelii aetate conſulatu defunctos eſſe, faſti conſulares loquuntur. Hic tamen intelligi putem Claudium Seuerum, M. Aurelii praeceptorem, qui conſul ſuffectus fuit Chr. Anno 163. dum L. Verus Auguſtus bellum in Oriente gereret, de quo Galenus in Progn. p. 453.

5 τὰς σοφιςικ. ὑποθέσεις ἐκβακχεύοντα] vide notata ſ. ad vit. *Nicetae* §. I. n. 6. & *Scopeliani* §. V. n. 10.

6 πρᾶβαλε] vide notata ſ. ad vitam Marci n. 9.

7 ὅτε δὴ ἐν Ελατείᾳ Φίλιππος ἦν] de inuaſione Philippi in Elateam affatim in vita Demoſthenis Plutarchus, Diodorus Siculus &c. qui etiam conſilium tum Demoſthenem dediſſe aiunt, nemine ceterorum oratorum prodire auſo, vt

bat.

bat. Hic vero ita moderate declamationem iſtam concinnauit, vt nihil Polemone dicendi vi videretur inferior. Admiratus ergo Imperator, muneribus doniſque eum inſigniter auxit. Munera voco victum publice praebitum, loci praerogatiuam, immunitateſque & ſacerdotia, & quae alia viros illuſtres reddunt. Dona vero aurum, argentum, equos, mancipia, & quaecunque diuitiarum ſunt argumentum, quibus quidem & ipſum & omnem familiam illius expleuit.

V. Cumque ſuperiorem etiam cathedram obtinuiſſet, ita Romam in ſe conuertit, vt iis etiam, qui Graecam linguam non intelligebant, audiendi cupidinem iniiceret. Auſcultabant autem ipſi non ſecus atque ſuauiſſimae luſciniae, linguae elegantiam admirati, atque in vocis modum & varios flexus, & numerum tum pedeſtris orationis, tum cum modulatione quadam coniunctae intenti. Quotieſcunque igitur dicendo operam nauabat, circa vulgarium ſpectaculorum tempus, erant autem illa mimorum omnino; ſimul atque circa theatrum nuntius comparebat, ipſum verba facturum indicens, conſurgebant confeſtim ex ſenatu, conſurgebant ex equeſtri ordine, non ſolum qui Graecarum literarum eſſent ſtudioſi, verum & alterius linguae quotquot Romae eſſent cultores, plenoque curſu in Athenaeum pergebant, impetu quodam ruentes, eoſque qui tardiore greſſu incederent increpantes.

VI. Aegrotantem Romae, tum cum vitam quoque finiit, epiſtolis ſuis ſcribendis praefecit Commodus, excuſatione addita quod prius id non feciſſet. Ipſe autem,

ἄτῳ τὸν ἀγῶνα εὐηνίως διέθετο, ὡς μηδὲ τῷ Πολέμωνος ῥοίζῳ λείπεσθαι [8] δόξαι. ἀγασθεὶς δὲ αὐτὸν ὁ αὐτοκράτωρ, ἐπὶ μέγα ἦρε δωρεαῖς τε καὶ δώροις. καλῶ δὲ δωρεὰς μὲν τάς τε σιτήσεις καὶ τὰς προεδρίας, καὶ τὰς ἀτελείας, καὶ τὸ ἱεράσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρύνει ἄνδρας. δῶρα δὲ χρυσὸν, ἀργύριον, ἵππους, ἀνδράποδα, καὶ ἴσα ἑρμηνεύει πλῆτον· ὧν αὐτὸν τεὐέπλησε, καὶ γένος τὸ ἐκείνῳ πάντας.

Κατασχὼν δὲ καὶ τὸν ἄνω θρόνον [1], ἄτω τὴν Ῥώμην πρὸς αὐτὸν ἐπέστρεψεν, ὡς καὶ τοῖς ἀξυνέτοις γλώττης [2] Ἑλλάδος ἔρωτα παρασχεῖν ἀκροάσεως [3]. ἠκροῶντο δὲ ὥσπερ εὐσομώσης ἀηδόνος, τὴν εὐγλωττίαν ἐκπληττόμενοι [4], καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ εὔστροφον τῷ φθέγματος, καὶ τὴς πεζῆ τε ξὺν ᾠδῇ ῥυθμούς [5]. ὁπότε δὲν σπεδάσειε περὶ τὰς ἐγκυκλίους θέας, ὀρχηστῶν δὲ αὖται τὸ ἐπίπαν, φανέντος ἂν περὶ τὴν σκηνὴν τῷ τῆς ἀκροάσεως ἀγγέλῳ, ἐξανίσαντο μὲν ἀπὸ τῆς συγκλήτῳ βουλῆς [6], ἐξανίσαντο δὲ τῶν δημοσίᾳ ἱππευόντων [7], οὐχὶ τὰ Ἑλλήνων σπεδάζοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσοι τὴν ἑτέραν γλῶτταν ἐπαιδεύοντο ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ δρόμῳ ἐχώρων ἐς τὸ Ἀθήναιον [8], ὁρμῆς μεσοὶ, καὶ τὰς βάδην πορευομένους κακίζοντες.

Νοσοῦντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Ῥώμην, ὅτε δὴ καὶ ἐτελεύτα, ἐψηφίσατο μὲν τὰς ἐπιστολὰς [1] ὁ Κόμμοδος ξὺν ἀπολογίᾳ τῷ μὴ καὶ θᾶττον [2]. ὁ δὲ

Thebanos contra Philippum excitarent, at Hyperidis in eo negotio mentio nullibi, neque in vita eius quam a Plutarcho habemus.

8 μηδὲ τῷ Πολέμωνος ῥοίζῳ λείπεσθαι] vid. ſ. vitam Polemonis §. VIII. n. 5. ῥοίζος Πολέμωνος rurſus inf. vita *Ptolomaei* v. n. 4. τὰ ἱππικὰ vita Hippodromi §. VI.

§. V. 1 καὶ τὸν ἄνω θρόνον] καὶ ex MS. S. addidi. ὁ ἄνω θρόνος vero eſt *cathedra ſophiſtica* Romae, in qua profiteri inde datum Adriano, quod ex ſequentibus patet: paſſim vero θρόνος, Romae qui ſit, mentio in his vitis.

2 γλώττης] editi τῆς γλώττης. Rectius articulum omittebat cod. S.

3 ἀξυνέτοις γλ. Ελλ. ἔρωτα παρασχ. ἀκρ.] ſimilia ſupra legimus de *Dione* §. II. n. 6. It. de *Fauorino* §. IV. n. 1.

4 ἐκπληττόμενοι] cod. S. habet ἐκτοπιόμενοι.

5 ξὺν ᾠδῇ ῥυθμούς] de ᾠδῇ in oratione vide ſ. vita Fauorini §. IV. n. 4.

6 ἀπὸ τ. συγκλ. βουλῆς] nempe οὐχὶ τὰ Ἑλλήνων σπεδάζοντες μόνον &c. nam ab iſto nominatiuo iſta non minus quam ſequentia ſuſpenduntur. Vt ſenſus ſit, tam ex ſenatu, quam ex equitum ordine, quotquot alterutram linguam colebant, ſpectacula, quibus aſſidebant, deſeruiſſe, & ad audiendum Adrianum confluxiſſe.

7 τῶν δημοσίᾳ ἱππευόντων] eandem phraſin eodem vſu habes inf. vita Heliodori.

8 Ἀθήναιον] quod *ludum ingenuarum artium* dicit, & ab Adriano Imperatore conſtitutum docet Aurelius Victor. Vnde ad illud *Graecorum ac Latinorum rhetorum vel poetarum cauſa frequenter proceſſiſſe* Alexandrum Seuerum in eius vita prodit Lampridius. Verum nolo exſcribere, quae de Athenaeo Romano commentati ſunt Viri doctiſſimi Iſ. Caſaubonus ad Capitolini Pertinacem c. 11. Io. Frid. Gronouius in Diſſ. de Muſeo Alexandrino, Theſaur. Antiquit. Graec. Vol. VIII. p. 2750. Famianus Nardinus Romae Veteris lib. V. c. 14. circa fin.

§. VI. 1 ἐψηφίσατο μὲν τὰς ἐπιστολὰς] male interpretes priores *epiſtolas miſit*, certe enim haec non exhauriunt vim verbi ψηφίζεσθαι, quod decreto Imperatoris honorem aliquem officiumque oblatum Adriano notat. Nempe *epiſtolas* Imperatorum ſcribere viris eloquentia inſignibus demandatum, eratque id munus perhonorificum; quo *Celerem* functum vidimus qui βασιλικῶν ἐπιστολῶν κρατῆς dictus, ſ. lib. I. vita *Dionyſii*. Sic *Alexandro* in vita eius legimus a Marco Aurelio datum τὸ ἐπιστέλλειν, eundemque ἐπιστέλλοντα ad plures abiiſſe. Sic Antipater ταῖς βασιλείοις ἐπιστολαῖς ἐπιταχθεὶς infra dicitur *vita eius*; de quo & Galenus lib. de Theriac. ad Piſon. T. II. opp. p. 458. ὁ τὰς Ἑλληνικὰς ἐπιστολὰς πράττειν πεπιστευμένος. ψηφίζεσθαι igitur τὰς ἐπιστολὰς eſt *decernere munus epiſtolas Imperatoris ſcribendi*, quemadmodum παρελθεῖν εἰς τὰς βασιλείους ἐπιστολὰς inf. vita *Hermocratis* §. III. item in vita *Aſpaſii*, eſt *munus ſcribendi epiſtolas Imperatoris ſuſcipere*, & ἀξιοῦσθαι βασιλείων ἐπιστολῶν vita Apollonii l. I. c. 12 eſt *honorari munere illo*.

2 τῷ μὴ καὶ θᾶττον] ſubint. verbum ψηφίσασθαι.

ἐπιθειάσας μὲν ταῖς Μούσαις[3], ὥσπερ εἰώθει, προσκυνήσας δὲ τὰς βασιλείους δέλτους, τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐταῖς[4] ἀφῆκεν, ἐνταφίῳ τῇ τιμῇ[5] χρησάμενος. ἐτελεύτα δὲ ἀμφὶ τὰ ὀγδήκοντα ἔτη, ὅτῳ τι εὐδόκιμος, ὡς καὶ πολλοῖς γόης δόξαι. ὅτι μὲν ἂν ἀνὴρ οὐκ ἄν ποτε, πεπαιδευμένος, ἐς γοήτων ὑπαχθείη τέχνας, ἱκανῶς ἐν τοῖς ὑπὲρ Διονυσίου λόγοις εἴρηκα. ὁ δὲ, οἶμαι, τερατευόμενος ἐν ταῖς ὑποθέσεσι περὶ τὰ τῶν μάγων ἤθη, τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην παρ' αὐτοῖς ἔσχασε. διαβάλλουσι δὲ αὐτὸν, ὡς καὶ ἀναιδῆ τὸ ἦθος. πέμψαι μὲν γὰρ αὐτῷ τινα τῶν γνωρίμων ἰχθῦς, διακειμένους ἐπὶ δίσκου ἀργυροῦ, πεποικιλμένου χρυσῷ. τὸν δὲ, ὑπερησθέντα τῷ δίσκῳ, μήτε ἀποδῶναι, καὶ ἀποκρίνασθαι τῷ πέμψαντι, εὖγε ὅτι καὶ τοὺς ἰχθῦς[6]. τοῦτο δὲ διατριβῆς μὲν ἕνεκα παίζειν λέγεται, πρός τινα τῶν ἑαυτοῦ γνωρίμων, ὃν ἤκουε μικροπρεπῶς τῷ πλάτῳ χρώμενον, τὸν δὲ ἄργυρον ἀποδοῦναι, σωφρονίσας τὸν ἀκροατὴν τῷ ἀστείσμῳ.

Ὁ δὲ σοφιστὴς οὗτος πολὺς μὲν περὶ τὰς ἐννοίας, καὶ λαμπρὸς, καὶ τὰς διασκευὰς τῶν ὑποθέσεων ποικιλώτατος, ἐκ τῆς τραγῳδίας τοῦτο ἠρημένος[2], ἃ μὴν τεταγμένος γε, οὐδὲ τῇ τέχνῃ ἑπόμενος. τὴν δὲ παρασκευὴν τῆς λέξεως ἀπὸ τῶν ἀρχαίων σοφιστῶν περιεβάλλετο, ἦχῳ προσάγων μᾶλλον, ἢ κρότῳ[3]. πολλαχοῦ δὲ τῆς μεγαλοφωνίας ἐξέπεσεν, ἀταμιεύτως[4] τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος.

Musis ex more inuocatis, & Augustalibus tabulis adoratis, super ipsis animam efflauit; funebri ornatu vsus hoc ipso honore. Esse autem desiit, octoginta circiter natus annos: tanta celebritate, vt multis magus videretur. Atqui virum, doctrina excultus qui sit, nunquam praestigiatorum artibus addictum esse, affatim docui in iis, quae de Dionysio scripsi. Hic autem quia, vt puto, in orationibus, de magorum moribus multa admiranda proferret, hoc inde ab illis traxit cognomen. Impudentiae praeterea eum accusant. Misisse enim ei e familiaribus aliquem pisces, argenteo disco, auro variegato, impositos: eum igitur disco mirifice oblectatum, illum quidem haut restituisse, eique qui miserat respondisse, *recte sane quod etiam pisces.* Hos tamen iocandi animo lusus eum dedisse aiunt, familiarium nonnemini, quem audierat diuitiis vti minus liberaliter: argenteum autem discum restituisse, castigato hac vrbanitate discipulo suo.

VII. Hic autem sophista in sententiis quidem multus, atque sublimis extitit, & in causis ornandis summa varietate iucundus, e tragoedia idipsum nactus: neque tamen ordinis erat obseruans, neque artis praecepta sequebatur. Dictionis autem ornatum ab antiquis sophistis accceptum induit, voce sonora magis quam tinniente vsus. Saepeque vox ipsum magnifica illa destituit, nimis liberaliter paratragoediatum.

ΧΡΗΣΤΟΣ.

Τὸν δὲ Βυζάντιον σοφιστὴν Χρῆσον[1] ἀδικεῖ ἡ Ἑλλὰς, ἀμελοῦντες ἀνδρὸς, ὃς ἄριστα[2] μὲν Ἑλλήνων ὑπὸ Ἡρῴδῃ ἐπαιδεύθη, πολλοὺς δὲ ἐπαί-

XI. CHRESTVS.

In Byzantium autem sophistam Chrestum iniurii certe sunt Graeci, negligentes virum, qui omnium Graecorum optime Herodis institutione profecit, multos ipse instituit, eos-

---

3 ταῖς Μούσαις] sic malui cum cod. S. quam cum editis τὰς Μούσας.

4 τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐταῖς] sic cod. S. Editi τὴν ἐπ' αὐταῖς πνοὴν, ordine inepto: cetera non repugnauero, si pro ψυχὴν πνοὴν retinere quis malit.

5 ἐνταφίῳ τῇ τιμῇ] editi male ἐνταφίῳ τὴν τιμήν. Nec plane sana cod. S. lectio ἐν τῷ ταφίῳ τῇ τιμῇ: ex quo tamen, imo & sine eo, sensu ipso ducente, facile veram indagare lectionem, quam & Salmas. exhibet. Ceterum de illo loquendi genere vide obseruata sup. ad vitam *Critiae* §. III. n. 3. non dissimile est quod inf. habes in vit. *Apollonii Naucratitae* circa fin. vid. n. 6.

6 εὖγε ὅτι καὶ τ. ἰχθῦς] quasi nempe *discum* sibi praecipue destinatum putaret, approbaret autem quod, ne vacuus veniret, pisces imposuerit ille qui miserat.

§. VII. 1 καὶ τὰς διασκευὰς] copulam ex cod. S. reuocauimus.

2 ἐκ τῆς τραγῳδίας τοῦτο ἠρ.] vide ad vitam Herodis §. XIV. n. 16.

3 ἦχῳ προσάγων μᾶλλον ἢ κρότῳ] manifeste hic ἦχος ad *pronunciationem* pertinet, κρότος ad *structuram*, quae minus erat τεχνικὴ, vt in praecedentibus dictum, adeoque minus habebat κρότου: firmat hoc quoque, quod mox addit, eum, quod *tragoediis* parum dextre vteretur, passim *magnifica elocutione*, quae hic est κρότος in compositione, excidere. Contra supra vis in pronunciando & Polemonis ῥοιζος tribuebatur, qui hoc loco ἦχος est. Similem harum vocum coniunctionem & vsum supra obserues in vita Herodis vbi vid. §. XIV. n. 6.

4 ἀταμιεύτως] sic cod. S. quod magis probandum, quam editorum ἀταμιεύτῳ.

XI. ΧΡΗΣΤΟΣ. 1 Χρῆσον] eius mentio paulo ante vit. *Adriani* §. III. & paulo post vit. *Heraclidae*, *Athenodori*, *Oenomarchi*, *Apollonii*, *Naucrat.*

2 ὃς ἄριστα] sic Aldina & cod. S. male Morell. ὃν ἄριστα.

que

que ſpectatos viros: e quorum numero fuit Hippodromus ſophiſta & Philiſcus, itemque Iſagoras, poeta tragicus; Rhetores item probatiſſimi, Nicomedes Pergamenus, & Aquilas e priſca Galatia, [ſeu Gallo-Graecus,] & Ariſtaenetus Byzantinus; ex iis item qui philoſophati cum laude fuerunt, Callaeſchrus Athenienſis, & qui arae Cereris Eleuſiniae praefuit Soſpis, multique alii memoria digni. Circa Adriani autem ſophiſtae tempora docens, centum habuit auditores, mercedem ſoluentes; e quibus praeſtantiſſimi fuere quos dixi. Adriano autem Romam translato, Athenienſes pro Chreſto legatum mittendum decreuere, vt Athenienſis cathedra ab Imperatore ei conferatur petentes. Ipſe vero, in concionem eorum prodiens, legationem impediuit, tum aliis memoratu dignis prolatis, tum coronide orationi addita: *non facit virum decem millium ſtipendium.*

II. Vino autem obnoxius, temulentam tamen petulantiam illam, & leuitatem, & ferociam, quam in mentes hominum vinum inducere ſolet, coercuit. Tantumque valuit vigiliis, vt, etiamſi ad gallicinium vſque compotatio proceſſiſſet, aliquid tamen temporis ſtudiis impenderet, antequam ſomno ſe traderet. Maximè autem increpabat arrogantes iuuenes, tametſi ad ſymbolas, pro mercede conferendas, magis eſſent opportuni: Diogenemque adeo inprimis Amaſtrianum, quem ab adoleſcentia faſtu elatum videbat, ac ſatrapias animo agitantem, agi-

δευσε καὶ θαυμασίως ἄνδρας· ὧν ἐγένετο Ἱππόδρομός[3] τε ὁ σοφιστὴς, καὶ Φιλίσκος[4], καὶ Ἰσαγόρας, ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής. ῥήτορές τε εὐδόκιμοι, Νικομήδης, ὁ ἐκ τῆ Περγάμῳ, καὶ Ακύλας, ὁ ἐκ τῆς ἐώλῳ Γαλατίας[5], καὶ Αριςαίνετος, ὁ Βυζάντιος[6]. καὶ τῶν ἐλλογίμως φιλοσοφησάντων, Καλλαισχρός τε, ὁ Αθηναῖος, καὶ ὁ ἐπὶ βωμῷ Σῶσπις[7], καὶ πολεῖς ἕτεροι λόγῳ ἄξιοι. παιδεύοντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸς Αδριανῆ[8], τῆ σοφιςῆ, καιρὸς, ἑκατὸν ἔμμισθοι ἀκροαταὶ ἦσαν, καὶ ἄρξοι τότων, ὃς εἶπον. Αδριανῆ δὲ καθιδρυθέντος εἰς τὴν Ρώμην, ἐψηφίζοντο μὲν οἱ Αθηναῖοι πρεσβεύσασθαι ὑπὲρ χρήσε, τὸν Αθήνησιν αὐτῷ θρόνον ἐκ βασιλέως αἰτῆντες[9]. ὁ δὲ, παρελθὼν ἐς αὐτὸς ἐκκλησιάζοντας, διέλυσε τὴν πρέσβευσιν, ἄλλα τε διαλεχθεὶς ἀξιόλογα, καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἰπὼν, ὀχ αἱ μυρίαι τὸν ἄνδρα[10].

Οινῳ δὲ ἡττώμενος, παροινίας ἐκράτει, καὶ εὐχερείας καὶ ἀγερωχίας, ἣν ὁ οἶνος ἐπὶ τὰς γνώμας τῶν ἀνθρώπων ἄγει. τοσῆτον δὲ αὐτῷ περιῆν τῆ νήφειν, ὡς καὶ [1] ἐς ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς προβάντος αὐτῷ τῆ πότε, σπευδῆς αὐτὸν ἅπ[α]εσθαι, πρὶν ὕπνον σπᾶσαι. διεβέβλητο δὲ μάλιςα πρὸς τὸς ἀλαζόνας τῶν νέων, καίτοι χρησιμωτέρως τῶν ἄλλων ὄντας ἐς τὰς ξυμβολὰς[2] τῆ μισθῆ. Διογένη γῆν τὸν Αμασρεανὸν[3] ὁρῶν τετυφωμένον ἐκ μειρακίε, καὶ περινοῆντα μὲν σατραπείας, περι-

3 Ἱππόδρομος] de eo inf. ex inſtituto.

4 Φίλισκος] ille haut dubie eſt, cuius vitam inf. habet noſter.

5 ἐκ τῆς ἐώλης Γαλατίας] ſic cod. S. male editi ἐκ τῆ τῆς ἐωλ. Γαλ. Eſt autem ἕωλος Γαλατία *Galatia orientalis*. Nempe ἕωλον ἀνατολικὸν, ὀρθριὸν, vt habet Heſychius. Dicitur autem ita *Galatia* in partibus orientis, inter Pamphyliam & Pontum media, vt diſtinguatur a Galatia Europae, quae *Gallia* vulgo, namque & illa dicta *Galatia*. Diodor. Sic. lib. V. c. 24 a *Galata* Heroe τὲς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένες Γαλάτας dictos ait, ἀφ' ὧν ἡ σύμπασα Γαλατία προσηγορέυθη: loquitur autem de *Gallia*. Et Agathemeres lib. II. Geogr. c 4. τῶν δὲ Γαλλιῶν ἃς πρότερον Γαλατίας ἔλεγον &c. Eucherius quoque Epiſcopus Lugdunenſ. lib. V. c. 24 de Gentibus, *antiquum Gallorum nomen Galatas dicit*. Vt noſtra itaque *Galatia* a *Galatia* Aſiae diſtingueretur, haec dicta ἕωλος. Viciſſim Gallia Europae, diſcriminis cauſa, Κελτογαλατία dicitur Marciano Heracleotae in Periplo p. m. 46. Similiterque Stephanus: Γαλάται, inquit, πρὸς νότον τοῖς Παφλαγόσιν ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν. Magnus vero Salmaſius qui ad hunc locum ſequentia alleuit: *ſub hoc nomine Urbis Galatiae nomen corruptum eſt, quod debuit ſuſpicari interpres*, ipſe quid ſibi voluerit explicare haut potuiſſe videtur.

6 Αριςαίνετος ὁ Βυζάντιος] an ille cuius Epiſtolas, Veneres ſpirantes & Gratias, hodie habemus? Non puto. Alia certe omnia mihi perſuadet doctiſſimus Epiſtolarum illarum interpres. Sane Ariſtaeneti epiſtolarum, quas terimus, XXVI libri primi Caramalli Pantomimi facit mentionem, Sidonio Apollinari coaeui: vt & nouae Romae, quod Conſtantini demum aeuo Byzantio datum eſt nomen.

7 ὁ ἐπὶ βωμῷ Σῶσπις] ὁ ἐπὶ βωμῷ eſt *ad aram miniſtrans* in ſacris Eleuſiniis, *Lunam* repraeſentans in illis myſteriis, vt *creatorem* ille quem *hierophantam* dicebant, *Mercurium* vero *Praeco*, & *Daduchus* denique *Solem*. Euſebius Praep. Euangel. l. III. Ἐν δὲ τοῖς κατ' Ελευσῖνα μυηρίοις ὁ μὲν ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα δημιεργῆ ἐνσκευάζεται· δαδοῦχος εἰς τὴν ἥλιε, ὁ ἐπὶ ΒΩΜΩΙ εἰς τὴν σελήνης· ὁ δὲ ἱεροκήρυξ Ερμῆ. Adde Meurſium de Sacris Eleuſin. cap. XIV.

8 Αδριανῆ] de quo paulo ante noſter.

9 θρόνον ἐκ βασιλ. αἰτῆντες] nempe ipſi Imperatores Profeſſores iſtos haut raro conſtituebant, vid. obſeruata ſupra in *Theodoto*.

10 ὀχ αἱ μυρίαι τὸν ἄνδρα] vide ſ. obſeruata ad Theodotum n. 7. μειρίαι leg. Gruterus, quod quid ſibi velit vix capio. Eandem tamen lectionem in ſimili loco inf. in Damiano margini alleuit.

§. II. 1 ὡς καὶ] addidi καὶ ex cod. S.

2 ξυμβολὰς] ita omnino legendum cum cod. S. male editi ξυμβολὰς.

3 Διογένη γῆν τὸν Αμασρεανὸν.] repetendum hic ἀπὸ τῆ κοινῆ verbum διεβέβλητο. Niſi aliquid forte hic deeſſe malis, quod Morello viſum, qui aſteriſco id, poſt αὐτῷ ταῦτα poſito, indicauit. Nullum tamen lacunae veſtigium in codd. noſtris apparet, neque eam vt admittamus vlla neceſſitas vrget.

νοῦν-

νοῦντα δὲ αὐλᾶς, καὶ τὸ ἀγχῦ βασιλέων ἐσήξειν, λέγοντα δὲ ὡς ὁ δεῖνα Αιγύπτιος προειρήκοι αὐτῷ ταῦτα, ὁ μηδὲ τὰ ἑαυτῦ σιωπῶν [3].

Τὴν δὲ ἰδέαν τῶν λόγων, πεποίκιλται μὲν ἐκ τῶν Ηρώδυ πλεονεκτημάτων, λείπεται δὲ αὐτῷ τῦ ἑτοίμυ, καθάπερ ἐν ζωγραφίᾳ ἡ ἄνευ χρωμάτων ἐσκιαγραφημένη μίμησις [1]. πρῦθη δὲ ἂν καὶ [2] ἐς τὸ ἴσον τῆς ἀρετῆς, εἰ μὴ πεντηκοντάτης ἀπέθανε.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

Πολυδεύκη [1] δὲ, τὸν Ναυκρατίτην [2], ὐκ οἶδα εἴτε πεπαιδευμένον δεῖ καλεῖν, εἴτε ἀπαίδευτον, εἴθ', ὅπερ ἔυηθες δόξει, καὶ ἀπαίδευτον καὶ πεπαιδευμένον. ἐνθυμυμένῳ γὰρ αὐτῦ τὰ ὀνόματα, ἱκανῶς ἐγεγύμνασο τὴν γλῶτταν τῆς Ατθικιζύσης λέξεως. διορῶντι δὲ τὸ ἐν ταῖς μελέταις εἶδος, ὐδὲν βέλτιον ἑτέρυ ἠτθίκισε. τάδε ἄν χρὴ περὶ αὐτῦ εἰδέναι.

Πολυδεύκης τὰ μὲν κριτικὰ ἱκανῶς ἤσκητο, πατρὶ ξυγγενόμενος, τὰς κριτικὰς λόγυς [1] εἰδότι. τὰς δὲ σοφιστικὰς [2] τόλμῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ ξυνέβαλλε, θαρρήσας τῇ φύσει, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἄρσα ἐπεφύκει. Αδριανῦ [3] δὲ ἀκροατὴς γενόμενος, ἴσον ἀφέσηκεν αὐτῦ καὶ τῶν πλεονεκτημάτων καὶ τῶν ἐλαττωμάτων. ἤκισα μὲν γὰρ πίπτει, ἤκισα δὲ αἴρεται. πλὴν ἀλλ' εἰσί τινες ἡδονῶν λιβάδες διακεκραμένοι [4] τῷ λόγῳ. ἰδέα

tantem animo aulas, regibusque vt proximus esset, eaque sibi Aegyptium quendam auguratum esse dictitantem, qui ne artem quidem suam sibi inuiderit.

III. Orationis eius forma, iis quae in Herode erant excellentissima varie fuit exornata: cedit tamen illi eo, quod tantam ad manum non habeat dicendi copiam, instar habens eius quod in pictoria arte expressum est lineis sine coloribus. Ad eundem vero virtutis gradum peruenisset, si quinquaginta natus annos diem non obiisset.

XII. POLLVX.

Pollucem autem Naucratitem nescio an doctum, indoctumne appellare oporteat, an potius, quod inopinabile esse videbatur, doctum simul atque indoctum. Etenim voces quibus vtitur bene considerantibus affatim linguam Attica dictione excoluisse videbitur. Qui autem regnantem in declamationibus indolem perpenderit, nihil melius aliis Attico sermone vsum censebit. De ipso itaque sequentia sunt tenenda.

II. In Criticis accurate Pollux fuit exercitatus: patris vsus institutione, qui artem criticam percallebat. Sophistica vero impetu magis quam arte concinnauit, ingenio fretus: eo enim optimo erat praeditus. Adriani autem discipulus vtut fuerit, ab eius virtutibus tamen aeque fuit ac vitiis alienus. Neque enim humi serpit, neque attollitur nimis. Attamen sunt iucundi latices quidam, orationem eius permeantes. Forma in differen-

---

4 ὁ μηδὲ τὰ ἑαυτῦ σιωπῶν] non video, quo ista referri alias possint, nisi ad liberalitatem Aegyptii, qui etiam artis, cuius adiumento ista praedixerat, praecepta cum Diogene communicauerit: vt nempe non sola eius fide, sed artis praeceptis spes eius niti posset.

§. III. 1 καθάπ. ἐν ζωγρ. ἡ ἄν. χρωμάτων ἐσκιαγραφημ. μίμησις] nihili est lectio Salmasio obseruata, qui pro ζωγραφία scriptum inuenit γυγογραφία. Ceterum elegantissima & plane accurata comparatio. De σκιαγραφία ἄνευ χρωμάτων vero vide notata ad vit. Apollonii lib. II. cap. 22.

2 πρῦθη δ' ἂν καὶ] addidi καὶ ex MS. S. quod & Salmas. agnoscit.

XII. ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ. 1 Πολυδίυκη] habet de eo nonnulla Suidas. Estque hic *Iulius Pollux*, cuius *Onomasticum* habemus, quod inter cetera eius scripta diserte Suidas nominauit. Creditum quoque viris doctis ad eum pertinere Luciani sales in Lexiphane & Rhetorum praeceptis, quod tamen displicere sibi ad Pollucem in praef. & ad cap. 1. cl. Hemsterhusius testatur. Mentio eius rursus in *Athenodoro*, & *Antipatro*. Non confundendus autem ille cum *Polluce* Herodis familiari, de quo s. in *vita Herodis* §. X. Nam hic iuuenis mortuus est, Herode superstite, noster a Commodo thronum Athenis obtinuit, mortuus fere sexagenarius.

2 Ναυκρατίτην] equidem eum Αρδίννης σοφιστὴν γράφοντας παίζειν ait Suidas, vel vt cl. Suidae restaurator legi mauult πλαίειν. Nempe Suidae locum ita accepere Viri docti, quasi dicat, *falli eos, qui Arduennam patriam Pollucis dicant*. Et sane ipsum forte Suidam deceptum, haec ita intelligi voluisse, longe aliter tamen accipienda esse, Kuhnius *praef. ad Pollucem* existimat. Inimicos nimirum nomini Pollucis homines, παίζοντας, h. e. *per contumeliam & ludibrio* Αρδίννας σοφιστὴν eum ait appellasse, quod alios discipulos non haberet, quam ex gentibus, ingenui cultus maxime ignaris, quales circa *Arduennam*, horridissimam Galliae syluam, habitant. Hoc Suidam audientem πόλιν Φοινίκης Αρδίννων, quale tamen in Phoenicia oppidum existat nullum, exsculpsisse, eamque Polluci patriam tribuisse censet. Eo refert etiam quod Lucianus Κίλτιον μίλημα (sic enim legit pro Κλητὶς μελ.) in *Pollucis* scholam adduci fingat in *Lexiphane*. Quamuis haec posterior emendatio parum probetur Hemsterhusio *praef. ad eund. Polluc.* p. 27. quem vide. Ceterum Naucratitem Pollucem Tzetzes etiam statuit in Chiliadibus.

§. II. 1 τὰς κριτικὰς λόγυς] vide notata ad Herodem, §. XIV. not. 3.

2 τὰς δὲ σοφιστικὰς] cod. S. addit τῶν λόγων, quod genuinum esse puto. Sic s. *Herode* l. c. οἱ κριτικοὶ τῶν λόγων dicuntur.

3 Αδριανῦ] de quo s. *vita eius*.

4 διακεκραμένοι] vulgati διακεκαμένυ. cod. S. διακεκριμένυ. Veram lectionem Salmas. quoque obseruauit.

do

do ei talis fuit: *Proteus Pharius, miraculum Homericum. Multae quidem eius, & diuersae formae. Vt aqua enim attollitur, vt ignis accenditur, vt leo excandescit, vt aper impetu fertur, vt draco incedit, vt pardalis micat, factusque arbor frondescit.* Declamantis eius characterem ex *Insulanis* petamus, qui, vt *vectigalia soluerent, filios vendebant*, quandoquidem optime eum hocce tractasse volunt argumentum, cuius vltima ita se habent: puer, in terra continente viuens, ad insulanum patrem e Babylone scribit: *Regi seruio, cui a satrapa dono datus sum, neque tamen Medicum equum conscendo, neque arcum tracto Persicum, neque ad bellum etiam, neque ad venationem, vt virum decet, proficiscor. Sed in gynecaeo desideo, Regisque seruio pellicibus. Nec aegre id patitur Rex: eunuchus enim sum. Iucundissimus autem apud eas habeor, Archipelagum ipsis describens, Graecorumque res celebriores exponens; quomodo Elei solennes conuentus celebrent, & quo ritu Delphi sacra faciant, quae apud Athenienses Misericordiae sit ara. Tu autem, mi pater, apud Lacedaemonios Hyacinthia, & Isthmia apud Corinthios, ac Pythia apud Delphos qualia sint, scribe quaeso. Item an Athenienses vincant nauali bello. Vale, ac fratrem, nisi & ipse iam venundatus sit, a me saluere iube.* Ex istis, qualia sint viri huius, incorruptis auditoribus perspicere licet. Incorruptos autem auditores voco, qui neque beneuoli, neque maleuoli fuerint. Fertur vero haec melliflua voce pronunciasse, qua Imperatorem etiam Commodum deliniens, Athenienſi cathedrae praefectus fuit. Vixit vsque ad quinquagesimum & octauum aetatis annum. Vitam finiit filio relicto ingenuo, sed indocto.

δὲ αὐτῷ διαλεγομένῳ[5] μὲν ὧδε· "ὁ Πρωτεύς, ὁ Φάριος, τὸ θαῦμα τὸ Ομηρικόν. πολλαὶ μέν, αὐτῷ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί· καὶ γὰρ ἐς ὕδωρ αἴρεται, καὶ ἐς πῦρ ἅπλεται, καὶ ἐς λέον-τα θυμοῦται, καὶ ἐς σῦν ὁρμᾷ, καὶ ἐς δράκον-τα χωρεῖ[6], καὶ ἐς πάρδαλιν ἅτλει[7], καὶ δέν-δρον ἢν γένηται, κομᾷ." μελετῶντος δὲ αὐτῷ χαρακτῆρα ποιώμεθα τὸν νησιώτας, τὸν τὰ γένη πιπράσκοντας ἐς τὴν ἀναγωγὴν τῶν φό-ρων, ἐπειδὴ βάλονται καὶ ἄρισα εἰρῆσθαι τήν-δε τὴν ὑπόθεσιν[8], ἧς τὸ ἐπὶ πᾶσιν[9] ὧδε εἴρη-ται· "παῖς ἠπειρώτης ἀπὸ Βαβυλῶνος πατρὶ νησιώτῃ γράφει· Δηλεύω βασιλεῖ, δῶρον ἐκ Σατράπου δοθείς. ὅτε δὲ ἵππον ἀναβαίνω Μηδι-κόν, ὅτε τόξον λαμβάνω Περσικόν. ἀλλ' ὅδε ἐπὶ πόλεμον, ἢ θήραν, ὡς ἀνήρ, ἐξέρχομαι. ἐν γυναικωνίτιδι δὲ κάθημαι, καὶ τοῦ βασιλέως θεραπεύω παλλακάς. καὶ βασιλεὺς ἐκ ὀρ-γίζεται, εὐνοῦχος γάρ εἰμι. εὐδοκιμῶ δὲ[10] παρ' αὐταῖς, θάλατταν Ελληνικὴν διηγούμενος, καὶ τὰ τῶν Ελλήνων μυθολογῶν[11] καλά· πῶς Η-λεῖοι πανηγυρίζουσι[12], πῶς Δελφοὶ θεσπίζουσι, τίς ὁ παρ' Αθηναίοις Ελεύθ βωμός[13]. ἀλλὰ, καὶ σὺ, πάτερ[14], μοι γράφε ποτὲ παρὰ Λακε-δαιμονίοις Υακίνθια[15], καὶ παρὰ Κορινθίοις Ισθμια, καὶ παρὰ Δελφοῖς Πύθια, καὶ εἰ νι-κῶσιν Αθηναῖοι ναυμαχοῦντες. ἔρρωσο, καὶ τὸν ἀδελφόν μοι προσαγόρευσον, εἰ μή πω πέ-πραται." ταῦτα μὲν δή, ὁποῖα τοῦ ἀνδρὸς τύ-χη, σκοπεῖν ἔξεστι τοῖς ἀδεκάστως ἀκροωμένοις. ἀδεκάστως δὲ ἀκροατὰς καλῶ τοὺς μήτε εὐνοῦς μή-τε δυσνοῦς. ἐλέγετο δὲ ταῦτα καὶ μελιχρᾷ τῇ φωνῇ ἀπαγγέλλειν, ἣ καὶ βασιλέα Κόμμοδον θέλξας, τὸν Αθήνησι θρόνον[16] παρ' αὐτοῦ ἔυρατο. ἐβίω μὲν δὴ ἐς ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα ἔτη. ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ παιδὶ γνησίῳ μέν, ἀπαιδεύτῳ δέ.

---

5 διαλεγομένῳ] rursus hic διάλεξις opponitur μελέτῃ, vide s. notata vit. *Philagri* §. II. n. 2.

6 χωρεῖ] vocem ex cod. S. addidi, eratque haec necessaria, quoniam ἰσόκωλα hic Pollucem coniungere manifestum est. Deesse hoc verbum etiam Grutero suboluerat & Salmasio.

7 ἅττει] recte ita legendum esse coniecerat Morellus pro ἅπλει, quod tamen in textu editionis suae retinuit. Confirmabat eius coniecturam cod. S. & Salmasii lectio, quae habebat πηδᾷ, quod glossa est explicans τὸ ἅττει.

8 τήνδε τὴν ὑπόθεσιν] sic MS. S. Editi τὴν δὲ ὑπόθ.

9 ἧς τὸ ἐπὶ πᾶσιν] cuius est laus prima: nempe paulo ante dixerat: βάλονται καὶ ἄρισα εἰρῆσθαι.

10 εὐδοκιμῶ δὲ] malim δὲ cum cod. S. quam γὰρ quod est in editis.

11 μυθολογῶν] sic ex coniectura rescripsi pro μυθολογῶ, quod erat in editis: eam iuuabat cod. S. qui habet μυθολόγων. Salmas. quoque μυθολογῶν legit.

12 πανηγυρίζουσι] *Olympios ludos celebrant.*

13 Ελεύθ βωμός] de quo ex instituto Meursius Ceramico gemino cap. XVI. Obseruatis vero ab eo locis adde duo alia ex Philostrati epistolis LIX & LXX, it. ex vita *Herodis.* §. V. n. 7.

14 πάτερ] sic cod. S. editi πατήρ.

15 Υακίνθια] festum in *Hyacinthi* honorem, quod ex Polycratis Laconicis diligenter describit Athenaeus lib. IV. adde Meursium de festis.

16 θρόνον] v. vit. *Lolliani* §. I. n. 1. & *Theodoti* §. I. n. 5.

ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ.

Καισάρεια δὲ ἡ Καππαδοκῶν, ὄρει Αργαίῳ πρόσοικος, Παυσανίᾳ [1] τῷ σοφιστῇ οἶκος. ὁ δὲ Παυσανίας ἐπαιδεύθη μὲν ὑπὸ Ηρώδου, καὶ τῶν τῷ Κλεψυδρίᾳ μετεχόντων [2] εἷς ἐγένετο, ὃς ἐκάλουν οἱ πολλοὶ διψῶντας. ἐς πολλὰ δὲ ἀναφέρων τῶν Ηρώδου πλεονεκτημάτων, καὶ μάλιστα τὸ αὐτοσχεδιάζειν, ἀπήγγειλε δὲ αὐτὰ παχείᾳ τῇ γλώττῃ, καὶ ὡς Καππαδόκαις σύνηθες, ξυγχρέων μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συστέλλων δὲ τὰ μηκυνόμενα, καὶ μηκύνων τὰ βραχέα. ὅθεν ἐκάλουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον, πολυτελῆ ὄψα πονηρῶς ἀρτύοντα. ἡ δὲ ἰδέα τῆς μελέτης ὑπλιωτέρα. ἔρρωται δὲ ὅμως, καὶ οὐχ ἁμαρτάνει τοῦ ἀρχαίου, ὡς ὑπάρχει ταῖς μελέταις ξυμβαλεῖν. πολλαὶ γὰρ αἱ τοῦ Παυσανίου κατὰ τὴν Ρώμην, ἃς δὴ καταβιοὺς, ἀπέθανε γηράσκων ἤδη. καὶ μετέχων δὲ καὶ τοῦ Αθήνησιν [4], ὅτε δὴ καὶ ἀπιὼν ἐκεῖθεν, ἐπὶ πᾶσιν, οἷς πρὸς τοὺς Αθηναίους διεξῆλθε, καιριώτατα τὸ τοῦ Ευριπίδου [5] ἐπεφθέγξατο,

Θησεῦ πάλιν με στρέψον, ὡς ἴδω πόλιν.

ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ.

Αθηνόδωρος δὲ, ὁ σοφιστὴς, τὸ μὲν ἐς πατέρα ἦκον ἐπιφανέστατος ἦν τῶν [1] κατὰ τὴν Αινον, τὸ δὲ ἐς διδασκάλους καὶ παίδευσιν φανερώτατος τοῦ Ελληνικοῦ. Αριστοκλέους [2] μὲν γὰρ ἤκουσε, παῖς ἔτι, Χρήστου [3] δὲ, ἤδη ξυνιείς. ὅθεν ἀπ' ἀμφοῖν ἐκράτει τὴν γλῶτταν, ἀττικίζων τε καὶ περιβολῆς [4] ἑρμηνεύων. παιδεύων δὲ Αθήνησι κατὰ χρόνους, ὃς καὶ Πολυδεύκους [5] ἐπαίδευσεν, ἐπέκοπτεν [6] αὐτὸν ταῖς διαλέξεσιν, ὡς μειρακιώδεσι καὶ ἀνοήτοις τοῖς ἀκούουσιν ἐπιτηδεύοντα. ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ ἀκριβοῦς ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον ἐπεδίδου, καὶ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐπεμελεῖτο, ἐπῄνει τε καὶ ἐθαύμαζεν. ἐπεὶ δὲ

rilitatem reprehendit, *en inquiens Tantali hortos:* vt mihi quidem videtur, leue dicendi genus, & ſuperficiarium, cum ſpecie comparans quae ſit & non ſit. Ipſe autem moribus quoque grauis, in ipſo flore aetatis mortem obiit, a fortuna prohibitus, quo minus ampliorem gloriam adipiſceretur.

XV. PTOLEMAEVS.

Magnifice inter ſophiſtas Ptolemaeus quoque Naucratites inſonuit. Erat enim ille quidem ex iis, quibus in templo, quod erat Naucrati, victus praebebatur, qui paucis ex Naucratitis habitus eſt honos. Herodis auditor non imitator tamen extitit, ſed ad Polemonis indolem ſe potius compoſuit. Vim enim orationis & ſpiritum, & circumductam orationem e Polemonis ſcena duxit. Dicitur quoque ex tempore dixiſſe cum incredibili dicendi facilitate. Idem cauſas & forum deguſtauit, non ita tamen vt inde nomen fuerit indeptus. Marathonem autem eum cognominarunt, quoniam, cenſentibus quibuſdam, Athenis Marathoni pago adſcriptus fuit: vel, vt a quibuſdam audiui, quia in Atticis orationibus, eorum qui in Marathone fortiter rem geſſerant ſubinde mentionem fecit.

II. Reprehendunt autem in Ptolemaeo nonnulli, quod diſcernere non potuerit dicendi argumenta, neque, vbi ſubſiſtant vel minus, videre: hoc quidem allato eius criminationis argumento: *Meſſeniis Thebani ingratitudinis dicam ſcribunt, quod exules ſuos*

δη, λέγων, "οἱ Ταντάλῳ κῆποι" δοκεῖν ἐμοὶ, τὸ κἄφον τῷ λόγῳ, καὶ ἐπιπόλαιον, φαντασίᾳ προσεικάζων ὄση τε καὶ οὐκ ὄση[7]. ἐμβριθὴς δὲ καὶ τὸ ἦθος γενόμενος, ἐτελεύτα ἡβῶν ἔτι, ἀφαιρεθεὶς ὑπὸ τῆς τύχης καὶ τὸ πρόσω ἐλάσαι δόξης.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ.

Λαμπρὸν ἐν σοφισταῖς καὶ Πτολεμαῖος [1], ὁ Ναυκρατίτης, ἤχησεν. ἦν μὲν γὰρ τῶν μετεχόντων τῷ ἱερῷ, τῷ περὶ Ναυκράτιν [2], ὀλίγοις Ναυκρατιτῶν ὑπάρχον. Ηρώδῃ δὲ ἀκροατὴς μὲν, οὐ μὴν ζηλωτὴς ἐγένετο. ἀλλ' ἐς τὸν Πολέμωνα μᾶλλον[3] ὑπηνέχθη. τὸν γὰρ ῥοῖζον τῷ λόγῳ [4], καὶ τὸ πνεῦμα [5], καὶ τὸ ἐκ περιβολῆς φράζειν [6], ἐκ τῆς τοῦ Πολέμωνος σκηνῆς εἰσηγάγετο[7]. λέγεται δὲ καὶ αὐτοσχεδιάσαι σὺν εὐροίᾳ ἀμηχάνῳ. δικῶν τε καὶ δικαστηρίων παρέτραγεν, οὐ μὴν ὡς ὄνομα ἐντεῦθεν ἄρασθαι. Μαραθῶνα δὲ αὐτὸν ἐπωνόμαζον, ὡς μέν τινες, ἐπειδὴ τῷ Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη [8] Αθηναίων· ὡς δὲ ἐνίων ἤκουον, ἐπειδὴ ἐν ταῖς Ατ[τ]ικαῖς τῶν ὑποθέσεων [9] τῶν Μαραθῶνι προκινδυνευσάντων θαμὰ ἐμνημόνευσε.

Κατηγοροῦσι δὲ τοῦ Πτολεμαίου τινὲς, ὡς μὴ διορῶντος τὰς ὑποθέσεις, μηδὲ ὅπῃ ξυνεχῶς τε καὶ μή, τεκμήριον τόδε τιθέμενοι τῆς κατηγορίας ταύτης. τοὺς Μεσσηνίους οἱ Θηβαῖοι[1] γράφονται τὴν τῶν ἀχαρισησάντων[2], ἐπεὶ τοὺς φεύ-

---

quibus locus eſſe non poſſit huiuſmodi animaduerſionibus, at ſaepe in his vitiis obſeruatum, non *declamationes* eſſe διαλέξεις, ſed *diſſertationes* vel *diſcurſus* & lectiones, quales & Pollucis hic διαλέξεις intelliguntur, quibus Pollucem vexauit.

7 φαντασίᾳ προσεικάζων ὄση τε καὶ οὐκ ὄση] nempe φαντασία Tantali horti, ὄση dum ſenſus quodammodo afficiunt, videndos ſe & palpandos praebentes, οὐκ ὄση dum appetentis os refugiunt, nec deſiderio ſatisfaciunt.

XV. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ. 1 Πτολεμαῖος] eius mentio inf. vit. *Heraclidae* §. V.

2 ἦν μὲν γὰρ τ. μετειχ. τῷ ἱερῷ τῷ περὶ Νάυκρατιν] voces tres poſtremas ex editis dilapſas, reſtitui ex cod. S. Templum autem hic intelligitur *Veſtae* ſeu Πρυτανεῖον, quale *Naucrati* non incelebre meminit Athenaeus lib. IV. p 149. ſq. Vt Athenis vero in *Prytaneo* alebantur bene de Republica meriti & poſteri eorum, vid. Meurſ. Athen. Attic. lib. I. c. 8. Ita apud Naucratitas factum etiam. Autor rurſum Athenaeus l. c. vbi τῶν σιτεμένων in *Prytaneo* iſtius vrbis meminit. Ptolemaeus itaque, quando hic τῶν μετεχόντων τῷ ἱερῷ &c. eſſe dicitur, in *Prytaneo* publico ſumtu paſtus fuiſſe intelligendus eſt.

3 Πολίμωνα μᾶλλον] editi Πολίμωνος . . . . veram lectionem reſtituimus & lacunam impleuimus ex cod. S.

4 τὸν δὲ ῥοῖζον τῷ λόγῳ] ῥοῖζος Polemoni tribuitur etiam ſ. vit. *Adriani* §. IV. n. 8. quam vide, τὸ ἐμφαινόμενον inf. vita *Hippodromi* §. VI.

5 καὶ τὸ πνεῦμα] πνεῦμα idem quod ἠχὼ, Polemonem vero τοροῦ ἠχεῖν, οἷα Ολυμπικὴν σάλπιγγα, ſupra dictum vita eius paulo ante fin.

6 τὸ ἐκ περιβ. φράζειν] hic quoque περιβολὴ non ornatum in genere, ſed *ἰδίαν λόγου* Hermogeni deſcriptam notare videtur, conf. notata ad *Theomneſtum* §. I. n. 1.

7 εἰσηγάγετο] cod. S. ἐπηγάγετο.

8 τῷ Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη] conf. notata ad *Hippiam* §. I. n. 8. it. ad *Adrianum* §. III. n. 4.

9 Ατ[τ]ικαῖς ὑποθέσεων] h.e. argumenta, quae ex Athenienſium hiſtoria deſumta eſſent, ſic Μηδικαὶ ὑποθέσεις ſupra dicuntur vit. Scopeliani vbi vid. §. V. n. 10.

§. II. 1 τοὺς Μεσσηνίους οἱ Θηβαῖοι γράφονται] Θηβαῖοι poſui pro Αθηναῖοι, coniectura ductus minime incerta. Nempe Hiſtoriam Thebarum ab Alexandro M. euerſarum diligenter perſequuntur Diodorus Sicul. l. XVII. p. 492. ſq. & Plutarch. vita Alexandri p. 670. At diſerte Diodorus p. 493. dicit Athenienſium auxilia Thebanis ſubmiſſa nulla fuiſſe; quo belli momenta inclinatura eſſent obſeruantibus Athenienſibus. Praeterea ſi fuiſſent in Thebano exercitu Athenienſium auxilia, cur ad Meſſenios potius quam Athenas fugiſſent? Nec patet, ex quo capite ingratitudinis poſtulare Meſſenios potuerint Athenienſes, quod ſummo iure Thebani facere poterant. Αθηναίους itaque pro Θηβαίους hic irrepſiſſe puto, quod paulo antea Ατ[τ]ικῶν ὑποθέσεων mentio ſit facta, & alias quoque iſtorum nominum permutatio ſit in procliui.

2 τὴν τ. ἀχαρισησάντων] ſubint. δίκην. Ingratitudinis vero dicam Meſſenius ſcribere finxit Thebanos. Nam Peloponnes-

γοντας αὐτῶν μὴ ἐδέξαντο[3], ὅτε καὶ Θῆβαι ὑπὸ Αλεξάνδρᾳ ἥλωσαν. ταύτην γὰρ, ἐπιφανῶς αὐτῷ εἰρημένην, τὴν ὑπόθεσιν, καὶ σοφῶς ὡς οἷόν τε, συκοφαντοῦσι λέγοντες· ὡς εἰ μὲν ζῶντος Αλεξάνδρᾳ κρίνονται, τίς ἂν θρασὺς, ὡς καταψηφίσασθαι Μεσσηνίων; εἰ δὲ τεθνεῶτος, τίς ἂν ὠμὸς ὡς ἀπογνῶναι τὴν αἰτίαν; ἃ γὰρ ξυνίασιν οἱ ταῦτα διαβάλλοντες, ὡς ἡ τῶν Μεσσηνίων ἀπολογία κατὰ ξυγγνώμην ἵσταται[4], τὸν Αλέξανδρον προϊσχομένων, καὶ τὸν ἐκείνᾳ φόβον, ὃ μηδὲ ἡ ἄλλη Ελλὰς ἀπείρως εἶχε. ταῦτά μοι ἀπολελογήσθω ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, παραιτουμένῳ αὐτὸν ἀδίκᾳ καὶ πεπανουργευμένης αἰτίας. καὶ γὰρ δὴ καὶ εὐδοκιμώτατος σοφιστῶν ἦτος. πολλὰ δὲ ἐπελθὼν ἔθνη, καὶ πλείσαις ἐνομιλήσας πόλεσιν, ἀδαμοῦ διέβαλε τὸ ἑαυτοῦ κλέος, ἀδὲ ἥττων[5] ἢ προσεδοκήθη ἔδοξεν. ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ λαμπρᾷ ὀχήματος τῆς φήμης πορευόμενος, διῆει τὰ ἄστη. ἐτελεύτα δὲ γηραιὸς ἐν Αιγύπτῳ, τὰς ὀφθαλμὰς οὐκ ἀφαιρεθεὶς μὲν ἀπὸ τοῦ τῆς κεφαλῆς ῥεύματος, ἐπικοπεὶς δέ.

non susceperissent, tempore quo ab Alexandro ipsae etiam Thebae direptae sunt. Hanc nempe luculenter ab eo tractatam controuersiam, & prudenter, quam fieri potest maxime, calumniantur dicentes: *Si viuente quidem Alexandro iudicio disceptassent, quis ita audax, vt Messenios condemnet? Sin autem eo mortuo, quis animo ita esset remisso, vt iure dicam scribi non agnoscat?* Nempe, ista qui reprehendunt, intelligunt minus, quod apologia pro Messeniis ad consequendam veniam consistere omnino possit, qui scilicet Alexandrum obtendant, eiusque metum, a quo ne reliqua Graecia quidem immunis extiterat. Atque haec mihi quidem pro viro defensio susceptа esto, depellenti ab eo iniustam & versute confictam criminationem. Certe enim clarissimus hic sophistarum extitit. Cumque apud multas egerit gentes, & in plurimis ciuitatibus sit versatus; nullibi locorum gloriae suae labem adsperserit, neque expectatione est inferior visus; sed perinde ac splendido quodam vehiculo fama vectus, per ciuitates iuit. Vitam finiit senex in Aegypto, oculis a defluente ex capite catarrho non priuatus quidem penitus, damnum tamen iis passus.

ΕΥΟΔΙΑΝΟΣ.

Ευοδιανὸν δὲ, τὸν Σμυρναῖον, τὸ μὲν γένος ἐς Νικήτην τὸν σοφιστὴν ἀνῆγεν[1]· αἱ δὲ οἴκοι τιμαὶ ἐς τὸν ἀρχιερέα[2] τε καὶ στεφανωμένους τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων[3]· τὰ δὲ τῆς φωνῆς ἆθλα ἐς τὴν Ρώμην, καὶ τὸν ἐκείνῃ[4] θρόνον[5]. ἐπιταχθεὶς δὲ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις[6], τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο ἀγέρωχοι, καὶ χαλεποὶ[7] ἀρχθῆναι, ἐπιτηδειότατος τὴν ἀρχὴν ἔδοξε, καὶ κρείττων ἢ λαβεῖν αἰτίαν. υἱῷ δὲ αὐτῷ τηλευτήσαντος ἐν τῇ Ρώμῃ, ἀδὲν θῆλυ, ἀδὲ ἀγενὲς ἀνεφθέγξατο· ἀλλ', ὦ τέκνον, τρὶς ἀναβοήσας, ἔθαψεν.

XVI. EVODIANVS.

Euodianum Smyrnaeum quod attinet, genus ille a Niceta sophista deriuabat, familiae vero honores a pontificibus, & praeturae militaris dignitate defunctis. Eloquentiae porro praemia ab vrbe Romana, &, quae ibi est, cathedra habuit. Hic, cum praefectus esset histrionibus, (est vero genus illud hominum ferox inprimis, & ad obtemperandum minime compositum:) aptissimum huic magistratui se probauit, & supra omnem positum reprehensionem. Cumque Romae filius ipsi mortuus esset, nihil effeminatum aut se indignum dixit: sed vbi ter exclamasset, *o Fili*, eum sepultu-

---

neso olim a Lacedaemoniis electi Messenii, Thebanorum beneficio, duce Epaminonda, post Leuctricam pugnam fuerant restituti, vt est apud Diodorum lib. XV. & Cornelium Nepotem in Epaminonda c. 8.

3 τὸς φεύγοντας αὐτῶν μὴ ἐδέξαντο] nempe per συνέδρους τῶν Ελλήνων sententia lata fuerat, Thebis ab Alexandro captis, *vrbem solo aequandam — nec ab vllo Graecorum Thebanum recipiendum esse*, vide Diodorum lib. XVII. p. 498.

4 ὡς ἡ τ. Μεσσ. ἀπολογία κατὰ ξυγγνώμην ἵσταται] qui Ptolemaei μελέτην reprehendebant, ita ratiocinabantur. Vel causam istam actam finges Alexandro viuo, sed tum nemo Messenios condemnaret, vel mortuo, atqui tum nemo absoluere Messenios ausus fuisset. Ergo actio plane locum non habet. Respondet noster: imo locum habere potest actio mortuo Alexandro: tot enim argumenta erant, quibus tueri factum Messenii possent, vt omnino disceptationi locus potuerit esse, an damnandi sint ex lege gratitudinis an absoluendi.

5 ἥττων] sic malim cum cod. S. quam cum editis ἧττον.

XVI. ΕΥΟΔΙΑΝΟΣ. 1 ἐς Νικήτ. τὸν σοφισ. ἤγαγεν] vide supra vita *Nicetae* sub fin.

2 ἀρχιερέας] i. e. *Asiarchas* vide ad vitam Scopeliani §. I. n. 7. Vel aliorum huiusmodi sacrorum, qualia πανελλήνια, Praesides.

3 στεφανωμ. τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων] vide s. obseruata ad vitam *Lolliani* §. I. n. 4. Ceterum phrasis est Demosthenis orat. pro corona p. 329. στεφανῶσαι Ναυσικλέα ἐπὶ τῶν ὅπλων.

4 ἐκείνῃ] sic cod. S. quod praeferrem lectioni editorum, qui habent ἐκεῖθεν.

5 θρόνον] vid. s. vit. *Theodoti* §. I. n. 8.

6 τοῖς ἀμφὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις] de his plura mihi obseruata ad vitam Apollonii lib. V. c. 7. n. 10.

7 χαλεποὶ] sic cod. S. Editi λεπτοὶ. Forte non male iungeres vtrumque hoc modo ἀγέρωχοι καὶ λεπτοὶ, χαλεποὶ δὲ ἀρχθῆναι.

rae

rae mandauit. Cum ipſe vero Romae etiam moreretur, neceſſarii quidem eius omnes praeſto fuerunt. Conſultantibus igitur ipſis de corpore, an ibidem humari oporteat, an conditum Smyrnam referre, Euodianus exclamans, *ſolum*, dixit, *filium non relinquam.* Atque ita ſcite, vt vna cum filio ſepeliretur, praecepit. Cum Ariſtoclis autem auditor extiterit, Panegyricum genus dicendi excoluit, parum iucundo cratere potabiles quaſi temperans latices. Sunt, qui Polemonis quoque auditorem fuiſſe dicant.

ἀποθνήσκοντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Ῥώμην παρῆσαν μὲν οἱ ἐπιτήδειοι πάντες. βουλὴν δὲ αὐτῶν ποιουμένων ὑπὲρ τοῦ σώματος, εἴτε χρὴ καταθάπτειν αὐτόθι, εἴτε ταριχεύσαντας πορθμεύειν ἐς τὴν Σμύρναν, ἀναβοήσας ὁ Εὐοδιανὸς, ὃ καταλείπω τὸν υἱόν, ἔφη, μόνον [8]. ὧδε μὲν δὴ σοφῶς ἐπέσκηψε τὸ τῷ παιδὶ [9] ξυνταφῆναι. ἀκροατὴς δὲ Ἀριστοκλέους [10] γενόμενος, πανηγυρικῆς ἰδέας ἥψατο, ἐν τρυφνῷ κρατῆρι [11] συγκεράσας οἷον νᾶμα πότιμον. εἰσὶ δὲ οἳ φασι καὶ Πολέμωνος [12] ἠκροᾶσθαι αὐτόν.

XVII. RVFVS.

Rufum autem, ſophiſtam Perinthium, quod attinet, eum non a patrimonio [commendabo,] neque ex eo quod multi conſules in eius familia fuerint: neque quod Athenis in Panelleniis magnifice praeſedit. Haec enim, ſi vel plura etiam addantur inſuper, cum viri tamen nequaquam ſapientia conferri merentur. Sed lingua potius eum commendet & ars, qua in coloratis maxime controuerſiis vſus eſt. Iſto enim dicendi genere nominis claritatem indeptus eſt, primum quidem, quod difficillima in eo elocutio ſit. Opus enim habent in cauſis, quae coloratae ſunt, ea quidem quae dicuntur habenis, quae tacentur autem ſtimulis. Deinde, vt ego puto, propter indolem ſuam. Cum moribus eſſet enim apertus, & ſine verſutia, optime tamen ſimulabat, quamuis ad id a natura compoſitum eius ingenium haut eſſet. Vtut vero

ΡΟΥΦΟΣ.

Ῥοῦφον δὲ, τὸν ἐκ τῆς Περίνθου [1] σοφιστὴν, μὴ ἀπὸ τῆς οὐσίας [2], μηδὲ εἰ πολλοὶ ὕπατοι τὸ ἐκείνου γένος [3], μηδὲ εἰ τῆς τῶν πανελληνίων [4] Ἀθήνησιν εὐκλεῶς ἦρξε· ταυτὶ γὰρ εἰ καὶ πλείω λέγοιτο, ὅπως τῇ σοφίᾳ τοῦ ἀνδρὸς παραβεβλῆσθαι ἄξια· ἀλλ' ἡ γλῶττα δηλούτω αὐτὸν, καὶ ἡ ξύνεσις, ἣ περὶ τὰς ἐσχηματισμένας [5] μάλιστα τῶν ὑποθέσεων ἐχρήσατο. τὴν δὲ ἰδέαν ταύτην ἐθαυμάσθη. πρῶτον μὲν, γὰρ [6] χαλεπὴ ἑρμηνεῦσαι [7]· δεῖ γὰρ ἐν ταῖς κατὰ σχῆμα συγκειμέναις [8] τῶν ὑποθέσεων τοῖς μὲν λεγομένοις ἡνίας [9], τοῖς δὲ σιωπωμένοις κέντρα [10]. ἔπειτα, οἶμαι, καὶ διὰ [11] τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. ἐκκειμένως [12] γὰρ τοῦ ἤθους, καὶ ἀπανέργως ἔχων, ὑπεκρίνετο εὖ [13], κἂν μὴ ἐπεφύκει [14]. πλασιώτατος δὲ κατὰ τὸν

---

8 ὃ καταλ. τὸν υἱὸν, ἔφη, μόνον] ille nempe Romae ſepultus fuerat.

9 τὸ τῷ παιδὶ] addidi τὸ ex cod. S.

10 Ἀριστοκλέους] de quo ſ. in *vita* eius.

11 ἐν τρυφνῷ κρατῆρι] ſic λόγων κρατῆρες dicuntur in vita Apollonii Tyanenſis. Videtur autem mihi allegoria iſta hoc ſpectare: Euodianum auſtero dulce in dicendo miſcuiſſe. Scilicet mores eius ante delineati auſteram prae ſe ferre videntur ſeueritatem, quam tamen indolem ſuam dictionis elegantia & ſuauitate apte temperaſſe hoc loco dicitur.

12 Πολέμωνος] de quo ſupra ex inſtituto libro I.

XVII. ΡΟΥΦΟΣ. 1 τὸν ἐκ τῆς Περίνθου] τὸν addidi ex cod. S. Inuenio autem circa haec tempora *Ruffum*, Sardianis ἄρχων qui fuit, in nummis Iuliae Domnae & Caracallae, an hic idem cum noſtro ſit, alii iudicent, certe eo magiſtratu paſſim defuncti ſophiſtae.

2 μὴ ἀπὸ τ. οὐσίας] ſubint. δηλοῖ ποιήσω, vel aliquid ſimile. Orationis naturalem ſtructuram turbat hoc, quod ad alium caſum tranſeat varietatis ſtudio ſophiſta: namque alias ita procederet Ῥοῦφον ἐκ τῆς Περίνθου σοφιστὴν μὴ ἀπὸ τῆς οὐσίας — ἀλλ' ἀπὸ τῆς γλώττης δηλώσομεν καὶ συνέσεως.

3 πολλοὶ ὕπατοι τὸ ἐκ. γένος] frequentiſſimum *Rufforum* nomen in faſtis Conſularibus.

4 τῆς τ. Πανελληνίων] commodiſſime ſubintelligas λαμπρότητος. Sic enim ſ. in *Herode*, ἐλαμπρύνησεν Ἀθηναίους τήνδε ἐπώνυμον καὶ τὸν Πανελλήνιον· Vel ſi malis ἑορτῆς. De Πανελλήνιοις vero vide notata ſ. ad *Herod.* n. 22.

5 περὶ τὰς ἐσχηματισμένας] περὶ ſuppleuimus ex cod. S. certe deeſſe praepoſitionem iam animaduerſum Morello, qui in marg. κατὰ ſupplendum eſſe coniecerat. Quid vero ἐσχηματισμέναι ὑποθέσεις ſint, dictum ſupra vita *Scopeliani* not. 37.

6 γὰρ] addidi hanc particulam ex coniectura.

7 ἑρμηνεῦσαι] ſic lego ex cod. S. pro ἑρμηνεύων, quod erat in editis.

8 κατὰ σχῆμα συγκειμέναις τ. ὑποθέσ.] ὑποθέσεις ἐσχηματισμένας aliquoties dixit in his vitis, quae quales ſint, oſtenſum ex Hermogene ad *vitam Scopeliani* §. V. not. 17.

9 ἡνίας] vide ſupra notata ad vitam *Polemonis* §. X. n. 15.

10 κέντρα] editi κέντρον habebant, ſed facilis eſt iſte lapſus in litteris non diſſimilis figurae. Salmaſ. κέντρων legebat.

11 καὶ διὰ] voculas iſtas ex MS. S. reuocauimus, editis enim exciderant: praepoſ. διὰ deeſſe iam viderat Morellus.

12 ἐκκειμένως] Morelli coniecturam in textum recipere non dubitaui: vulgati enim habebant ἐγκειμένως. Nempe ἐκκεῖσθαι dicuntur quae omnium *expoſita* oculis *patent*, reſteque adeo opponitur τὸ ἐκκειμένως ἔχειν verſutiae & *ſimulationi*.

13 ὑπεκρίνετο εὖ] quod non poſſe ſe facere, eo quod animo a natura eſſet magis candido, aiebat *Polemo*, vid. vitam eius §. X. & hanc cauſam reddebat, cur minus eſſet ἐσχηματισμένας ὑποθέσεσιν idoneus.

14 ἐπεφύκει] exciderat vox iſta editis, neceſſario reſtituenda, reſtituimus ex cod. S.

Ελλήσποντον, καὶ Προποντίδα γενόμενος, καὶ δόξης αὐτῷ ἐπὶ τῷ σχεδιάζειν πολλῆς μὲν ὑπαρχούσης Ἀθήνησι, πολλῆς δὲ ἐν Ἰωνίᾳ τε [15] καὶ Ἰταλίᾳ, ἀδαμοῦ κατέσησεν ἑαυτὸν ἐς ἀπέχθειαν ἢ πόλεως, ἢ ἀνδρὸς, ἀλλὰ πραότητος ἦν χρηματιστής. ἐλέγετο δὲ καὶ γυμναστικῇ κρατύνειν τὸ σῶμα, ἀναγκαιοφαγῶν [16] ἀεὶ, καὶ διαπονῶν αὐτὸ παραπλησίως τοῖς ἀγωνιζομένοις. ἀκροατὴς δὲ Ἡρώδου [17] μὲν ἐν παισὶν, Ἀριστοκλέους [18] δὲ ἐν μειρακίοις [19] γενόμενος, καὶ μεγάλων ὑπ' αὐτοῦ ἀξιωθεὶς, ἐλαμπρύνετο τῷ Ἡρώδῃ μᾶλλον, δεσπότην αὐτὸν ἀπαναλῶν [20], καὶ Ἑλλήνων γλῶτταν [21], καὶ λόγων βασιλέα [22], καὶ πολλὰ τοιαῦτα. ἐτελεύτα δὲ οἴκοι, ἓν καὶ ἑξήκοντα ἔτη γενόμενος, καὶ ἐπὶ παισίν, ὑπὲρ ὧν μέγα ἀδὲν εἰπεῖν ἔχω, πλὴν γε δὴ ὅτι ἀπ' ἐκείνου.

eorum, qui Helleſpontum & Propontidem habitabant, eſſet ditiſſimus, ſibique etiam magnam ſatis gloriam extemporanea eloquentia comparaſſet Athenis, magnam item in Ionia & Italia, nunquam tamen vlli vel ciuitati, vel priuato aduerſarium ſe praebuit, ſed lenitatem in lucro poſuit. Relatum etiam eſt de eo, gymnaſticis corpus eum confirmauiſſe, athletica ſemper vſum diaeta, corpuſque modo ei non diſſimili, quo ſolent athletae, exercentem. Diſcipulus autem Herodis puerili aetate cum extitiſſet, Ariſtoclis vero in adoleſcentia, multumque ab eo emolumenti cepiſſet; magis tamen gloriabatur Herode, Dominum illum vocans, atque os Graecorum, & principem eloquentiae, aliaque eius generis. Vitam in patria finiuit vnum & ſexaginta annos natus, liberis quoque relictis, de quibus nihil praeclare dicere habeo, niſi quod ab illo geniti fuerint.

ΟΙΝΟΜΑΡΧΟΣ.

Οινόμαρχος δὲ, ὁ ἐκ [1] τῆς Ανδρου σοφιστὴς, οὐκ ἐθαυμάζετο μὲν, οὐ μεμπτὸς δὲ ἐφαίνετο. ἐπαίδευσε μὲν γὰρ κατὰ χρόνους, οὓς Αδριανός τε καὶ Χρῆστος [2] Αθήνησι. πρόσοικος δὲ ὢν τῆς Ασίας, τῆς Ιωνικῆς ἰδέας, οἷον ὀφθαλμίας ἔσπασε [4], σπυδαζομένης μάλιστα τῇ Εφέσῳ. ὅθεν ἐδόκει τισὶν οὐδ' ἠκροᾶσθαι Ἡρώδου, καταψευδομένοις τοῦ ἀνδρός. τὸ μὲν γὰρ [5] τῆς ἑρμηνείας παρέφθορεν [6] ἔσθ' ὅπη, δι' ἣν εἴρηκα αἰτίαν. αἱ δὲ ἐπιβολαὶ τῶν νοημάτων Ἡρώδειοί τε καὶ ἀπορρήτως γλυκεῖαι. ἔξεστι δὲ θεωρεῖν ἐπὶ τοῦ τῆς εἰκόνος ἐρῶντος [7], εἰ μὴ μειρακιεύεσθαι δόξω. εἶπε γὰρ δὴ τάδε· "ὦ κάλλος ἔμψυχον ἐν ἀψύχῳ "σώματι. τίς ἄρα σε δαιμόνων ἐδημιούργησε;

XVIII. OENOMARCHVS.

Oenomarchus autem, ſophiſta Andrius, non in magna quidem exiſtimatione fuit, nec contemnendus tamen eſt viſus. Eodem enim quidem tempore, quo Adrianus & Chreſtus Athenis docuit. Cumque Aſiae eſſet vicinus, Ionico dicendi genere, quod Epheſi plurimum vigebat, velut oculorum morbo infectus eſt. Quare nonnullis Herodem ne audiuiſſe quidem viſus eſt vnquam, iniuriam viro facientibus. Elocutionem enim nonnihil inquinauit quidem, ob eam quam dixi cauſam. Sententiae autem, quas vibrat, plane Herodeae ſunt, ac mirum in modum ſuaues. Licet vero, qualis extiterit, cognoſcere *ex imaginis amatore:* niſi tamen iuueniliter videar ſentire. Ita autem dictum ibi: *O animatam pulcritudinem in corpore exanimi! quiſnam igitur te*

---

15 ἐν Ἰωνίᾳ τε] addidimus τε ex cod. S.

16 ἀναγκαιοφαγῶν] nempe athletis certa diaeta ſeruanda, id quod voce ἀναγκαιοφαγεῖν veteribus exprimere ſolenne eſt. Heſych. ἀναγκοφαγεῖν, πρὸς ἀνάγκην ἐσθίειν ὅπερ Αθληταὶ πάσχουσιν. conf. obſeruata Petro Fabro Agoniſtic. lib. III. c. 2.

17 Ἡρώδου] de cuius vita ſ.

18 Αριστοκλ.] de quo itidem ſ. ex inſtituto.

19 ἐν μειρακίοις] ſic cod. S. Editi habent ἐκ μειρακ.

20 ἀπαναλῶν] cod. S. καλῶν.

21 Ελλήνων γλῶτταν] quoniam ſcilicet maxime Graeca facundia valeret atque Attica. Sic ſupra de Ariſtocle noſter αὐτῷ δὲ καὶ Ατθίκισις, εἰ παρὰ τὴν Ἡρώδου γλῶσσαν βασανίζοιτο, λεπτολογεῖσθαι μᾶλλον δόξει ἢ κρότου τε καὶ ἠχῆς συγκεῖσθαι. Simili modo *Atticus*, Herodis filius, vocatur Ἡρώδου γλῶσσα in Inſcriptione Regillae:

Ἡρώδεω γλῶσσαν δέ τε μιν καλέουσιν Αθῆναι.

Sic enim verſum illum repraeſentat Salmaſius. Nempe, quoniam dicendi virtute maxime ſimilis eſſet patri, eiuſque virtutes in dicendo omnes complecteretur, vt quidem inſcriptionis autor, Attico blandiens, perſuadere cupit, nam alia omnia de hoc Attico Philoſtratus referebat. Simili modo ταμιεῖον βασιλικὸν γλῶτταν Quirinus dicitur ap. Suid. v. Κυρ. quod *fiſci* Imperatoris cauſas ageret.

22 λόγων βασιλέα] vide ſ. ad vitam *Adriani* §. I. n. II.

XVIII. ΟΙΝΟΜΑΡΧΟΣ. 1 Οινόμαρχος δὲ ὁ ἐκ] particulam δὲ omittebat cod. S. Verum praecedentes vitas quamplurimas ab iſta particula auſpicatus eſt Philoſtratus. Ceterum & Οινόμαρχος pro Οινόμαρχος legit Salmaſ.

2 Αδριανὸς δὲ καὶ Χρῆστος] de quibus ſ. *vitis* eorum.

3 Ιωνικῆς ἰδέας] quam vulgo *Aſianam* vocant, de qua videri poteſt Cicero Bruto cap. XIII. *Ionicam* dicit noſter, quoniam ea parte Aſiae, quae Ionia dicitur, maxime vigeret.

4 οἷον ὀφθαλμίας ἔσπασε] contagio quodam, vt morbi oculorum contrahi ſolent.

5 τὸ μὲν γὰρ] ſic legendum cum cod. S. Editi: τί μὲν γὰρ.

6 τὸ μὲν γ. τῆς ἑρμηνείας παρέφθ. &c.] nempe *dictioni* maxime obfuit Aſiatica ἰδέα, quam Ἰωνικὴν hic vocat. Cicero l. c. *Et ſemel e Peiraeeo eloquentia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, atque ita peregrinata tota Aſia eſt, vt ſe externis oblineret moribus, omnemque illam ſalubritatem Atticae DICTIONIS quaſi ſanitatem perderet.*

7 ἐπὶ τοῦ τῆς εἰκόνος ἐρῶντος] qua de re vide obſeruata ad vitam Apollonii lib. VI. c. 40. n. 1.

Deus

Deus effinxit? An Suada aliqua, vel Gratia, vel ipſe Cupido venuſtatis pater? Quam omnia tibi re vera adſunt! Vultus ſtatus, color floridiſſimus; oculorum oeſtrum, riſus gratia pleniſſimus, genarum rubor, auditus veſtigia. Eſt tibi vox quoque ſemper exire parata. Imo fortaſſe etiam loqueris aliquid, ſed me abſente, amoris expers & inuida, infidelis aduerſus fidum amantem, nullum mihi verbum impertiiſti. Semper igitur horrendam maxime omnibus formoſis imprecationem in te effundam, precor vt ſera te occupet ſenectus. Vitam autem eum finiiſſe aliqui Athenis, alii in patria aiunt, iam canum, & ſenectam ingreſſum. Fuiſſe vero agreſti facie, & Marco Byzantio ſqualore non diſſimilem.

XIX. APOLLONIVS.

Apollonius porro Naucratites Heraclidae quidem in docendo aduerſarium ſe praebuit, qui Athenienſem cathedram tum tenebat. Genus vero dicendi ciuile exercebat, beneque caſtigatum: minus tamen vehementiae habens & contentionis, circumductione enim & ſpiritu deſtituitur. Cum vero in re venerea male audiret, ex concubinatu filius ei natus eſt, Ruffinus, qui poſt eum Rhetoricam exercuit: nihil a ſe profectum & ex proprio natum ingenio, ſed effata atque ſententiolas ipſius habens. Quamobrem etiam reprehenſus a docto quodam viro, *leges mihi*, reſpondit, *concedunt paternis rebus vt vtar.* At ille: *concedunt*, inquit, *verum his qui legitime nati ſunt.* Vitio quoque ipſi vertunt nonnulli, quod in Macedoniam profectus ſit, mercede conductus a familia quadam, neque ea quidem valde illuſtri. Sed talium veniam ipſi fa-

πειθώ τις, ἢ χάρις, ἢ αὐτὸς ἔρως, ὁ τῆ κάλ-„
λης πατὴρ; ὡς πάντα σοι πρόσεστιν ἐν ἀλη-„
θείᾳ· προσώπῳ στάσις[8], χρόας ἄνθος, βλέμ-„
ματος κέντρον, μειδίαμα κεχαρισμένον, πα-„
ρειῶν ἔρευθος[9], ἀκοῆς ἴχνος. ἔχεις δὲ καὶ φω-„
νὴν μέλλουσαν ἀεί[10]. τάχα τι καὶ λαλεῖς[11]", „
ἀλλ' ἐμῆ μὴ παρόντος, ἀνέρασε καὶ βάσκα-„
νε, πρὸς πιστὸν ἐρωτὴν ἄπιτε, ἀδενός μοι μετέ-„
δωκας ῥήματος. τοιγαροῦν τὴν φερεκωδεστάτην„
ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς ἀρὰν ἐπὶ σοὶ θήσομαι·„
ἔυχομαί σε γηράσαι[12]." τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν„
οἱ μὲν Ἀθήνησιν, οἱ δὲ οἴκοι, μεσαιπόλιόν τε καὶ
παρόντα ἐς γῆρας. γενέσθαι δὲ ἀγροικότερον
τὸ εἶδος, καὶ κατὰ τὸν τῆ Μάρκε τῆ Βυζαντίε
ἀυχμόν[13].

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ.

Ἀπολλώνιος[1] δὲ, ὁ Ναυκρατίτης, Ἡρακλείδῃ
μὲν ἐναντία ἐπαίδευσε[2], τὸν Ἀθήνησι θρόνον[3]
κατειληφότι. λόγε δὲ ἐπεμελήθη πολιτικῆ[4],
καὶ ἐυ κεκολασμένε, ἧττον δὲ ἀγωνιζομένε, πε-
ριβολὴ[5] γὰρ ἄπεσιν αὐτῆ, καὶ πνεῦμα. ὅντι δὲ
αὐτῷ κακῷ τὰ ἐρωτικὰ, γίγνεται παῖς ἐξ ἀδί-
κων γάμων, Ῥυφῖνος[6], ὁ ἐπ' αὐτῷ σοφιεύσας
ἀδὲν γόνιμον, ἀδὲ ἐκ καρδίας, ἀλλὰ τῶν ἐκεί-
νε καμματίων τε καὶ νοιδίων ἐχόμενος. ἐφ' ᾧ καὶ
λαβὼν αἰτίαν ἐξ ἀνδρὸς σοφῆ, οἱ νόμοι, ἔφη, δι-
δόασί μοι χρῆσθαι τοῖς πατρῴοις. καὶ ὃς, δι-
δόασι μὲν, εἶπεν, ἀλλὰ τοῖς κατὰ νόμος γεγο-
νόσι. καθάπτονται δὲ αὐτῆ τινὲς καὶ τὸ σαλῆ-
ναι ἐς Μακεδονίαν[7], μισθωτὸν οἰκίας, ἀδὲ ἐυ
πραττόσης. ἀλλ' ἀφείσθω τῶν τοιήτων· ἔυροι-

---

8 στάσις] cod. S. habet τάσις.

9 ἔρευθος] ſic cod. S. quod malim quam ἄνθος, quod in editis eſt. Nam ἄνθος paulo ante χρόας dixit, nec verſimile in hoc dicendi genere ſophiſtam tam cito eandem vocem repetiturum. Salmaſio quoque lectio, quam edidimus, magis probatur.

10 μέλλουσαν] ſcilicet os aperit, quaſi *iam iam locutura*, imago, quod vocem μέλλουσαν vocat.

11 λαλεῖς] ſic cod. S. & Salmaſ. editi καλεῖς.

12 ἔυχομαί σε χηράσαι] cod. S. σοι habet pro σε. Ceterum acumen ingenii in his oſtendere voluit ſophiſta, ſtatuam γηράσαι optat, id eſt vt *perduret & aetatem ferat*; quod ſi ſpectetur ab iis, quae comitari ſolent aetatem magis maturam, (marceſcente ſc. aetatis flore, quem dum amittimus γηράσαι dicimur,) *terribile pulcris.*

13 κατὰ τ. Μάρκε τ. Βυζ. ἀυχμὸν] de quo ſupra in *vita* eius.

XIX. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ. 1 Ἀπολλων.] vide ad vitam ſeq. not. 1.

2 Ἡρακλείδῃ μὲν ἐναντία ἐπαίδευσε] eius aemulationis cum *Heraclide* rurſus inf. in huius vita mentio: vbi conſtat eum, quae ei in docendo munere publico, quod Athenis ſuſtinuerat, abdicato, Smyrnam abire coactus fuerit.

3 θρόνον] vid. ſ. ad vitam *Lolliani* §. I. n. 1. & *Theodoti* §. I. n. 5.

4 λόγε δὲ ἐπεμελήθη πολιτικῆ] de quo peculiari capite egit Hermogen. de ideis lib. II. c. 10. qui videndus. Antiphontem Rhamnuſium illud genus excoluiſſe primum ait. Peculiaris autem θρόνος πολιτικὸς Athenis erat, diuerſus a σοφιστικῷ, eſtque illius mentio in vita ſequenti. conf. de eodem Creſoll. Theatr. Rhetor. l. I. c. 3. & Meurſium fortuna Attic. p. 71. adde ſ. notata ad *Theodotum* §. I. n. 5.

5 περιβολὴ] vide ſ. vita *Theomneſti* §. I. n. 1. intelligitur autem hic quoque ἰδία λόγε quae *circumductio* dicitur: nam *ornatu* carere non potuit λόγος πολιτικός.

6 Ῥυφῖνος] alius ab eo, quem audiuit *Hermocrates*, vt paulo poſt in huius vita narratur. ad quam vide n. 2.

7 σαλῆναι ἐς Μακεδονίαν] negotiorum quorundam non magni momenti cauſa, quod illuſtri ſophiſta indignum, vt honorificum erat legationes pro vrbibus ad Imperatores obire.

μεν

μεν γὰρ ἂν καὶ τῶν πολυσοφῶν ἐνίους, πολλὰ καὶ ἀνελεύθερα ὑπὲρ χρημάτων πράξαντας, ἐ μὴν τόν γε Απολλώνιον τοῦτον. κοινήν τε γὰρ παρέσχε τὴν ἐσίαν τῶν Ελλήνων τοῖς δεομένοις, καὶ ἐ βαρὺς ὑπὲρ μισθοῦ ξυμβῆναι. ἐτελεύτα δὲ ἑβδομηκοντάτης Αθήνησιν, ἔχων ἐντάφιον τὴν ἐξ ἁπάντων Αθηναίων ἔυνοιαν [8]. Αδριανῷ μὲν καὶ Χρήστῳ [9], τῶν σοφιστῶν, ἀκροατὴς ἐγένετο, ἀμφοῖν δὲ ἀφέστηκεν, ὅσον οἱ μηδὲ [10] ἀκούσαντες. ἐφεώρα δὲ τὰς ὑποθέσεις, ὑπεξιὼν μὲν τοῦ κοινοῦ, καιρὸν δὲ πλείω τοῦ ξυμμέτρου.

ciamus. Inuenire enim liceat quosdam, magna quoque praeditos eruditione, qui multa parum liberalia pecuniae gratia patrarunt, qualia tamen Apollonium istum minime patrasse deprehendimus. Opes namque suas cum Graecis communicauit, qui opus haberent: neque difficilis in mercede pacisenda fuit. Diem obiit septuagesimo aetatis anno Athenis, sepulcrali quasi ornamento, omnium Athenienſium beneuolentia vsus. Adriani quidem Chrestique sophistarum fuit auditor; sed vtrique tam dissimilis, quam qui nunquam audiuissent. Orationes quidem, turbae se subducens, spatioque temporis plusquam mediocri impenso, meditari solebat.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

Ο δὲ Απολλώνιος, ὁ Αθηναῖος [1], ὀνόματος μὲν ἠξιώθη καθ' Ελληνας, ὡς ἱκανὸς τὰ δικανικὰ, καὶ τὰ ἀμφὶ μελέτην ἐ μεμπτός. ἐπαίδευσε δὲ Αθήνησι καθ' Ηρακλείδην τε καὶ τὸν ὁμώνυμον [2], τοῦ πολιτικοῦ θρόνου [3] ὡρεσιὼς ἐπὶ ταλάντῳ [4]. διαπρεπὴς δὲ τὰ πολιτικὰ [5] γενόμενος, ἔντε πρεσβείαις ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἐπρέσβευσεν, ἔντε λειτουργίαις, ἃς μεγίστας Αθηναῖοι νομίζουσι, τὴν δ' ἐπώνυμον [6], καὶ τὴν τῶν ὅπλων [7]. ἐπετράπη καὶ τὰς ἐξ ἀνακτόρων φωνὰς [8], ἤδη γη-

XX. APOLLONIVS ATHENIENSIS.

Apollonius autem Athenienſis nomen quidem apud Graecos consecutus est, tanquam iuridiciali genere potens, nec in declamationibus contemnendus. Docuit autem Athenis, Heraclidae & cognominis sibi sophistae aetate, cathedrae politicae praefectus talenti mercede. Cumque in ciuilibus rebus clarus haberetur, tum in legationibus res maximas obiit, tum in publicis muneribus, quae maxima apud Athenienſes habentur; Panathenaea intelligo, & praeturam. Hierophanta quoque in sacris Eleusiniis senium iam ingres-

---

8 ἐντάφιον τὴν ἐξ ἁπ. Αθην. ἔυνοιαν] vide notata ad vitam *Critiae* §. III. n. 3. & *Adriani* §. VI. n. 4.

9 Αδριανῷ μὲν καὶ Χρήστῳ] de quibus s. in vitis eorum.

10 ὅσον οἱ μηδὲ] editi ὅσον δὲ οἱ μηδέ. Omisi δὲ autoritate cod. S. qui legebat ὅσον δὲ οἱ μηδέν.

XX. ΑΠΟΛΛΩΝ. ΑΘΗΝ. 1 Απολλών. Αθην.] errat vir clariss. Ioannes Meursius ad Apollonium Dyscolum p. 62. quando vel hunc vel Naucratitem Apollonium esse putat, de quo Imp. M. Aurelius τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. I. §. 8. παρὰ Απολλωνίῳ τὸ ἐλεύθερον καὶ ἀναμφιβόλως ἀκέδευτον &c. certe enim vterque illorum florui *Heraclidae* aetate, vt diserte Philostratus dicit, qui *Heraclidem* inf. in vita eius ad Seueri Imperatoris tempora refert. Melius Gattakerus, qui *Apollonium* M. Aurelii *Chalcedonium* esse docuit, vel, vt alii malunt, *Chalcidensem*, Stoicum philosophum, quem respici etiam puto a Luciano in Demonacte, qui eum, accersitus cum esset, vt M. Aurelii fieret praeceptor, cum multis discipulis equo discedere cernens, προσίεχται, dixit, Απολλώνιος καὶ οἱ Αργοναῦται ἀνιᾶ, lucri studio eos iter ingressos ἐπισκώπτων.

2 καὶ τὸν ὁμώνυμον] alterum *Apollonium* intelligit, *Naucratitem*, de quo paulo ante.

3 πολιτικοῦ θρόνου] vid. ad vitam proxime praecedentem not. 2.

4 ἐπὶ ταλάντῳ] ergo deterior conditio eorum qui πολιτικῷ, quam eorum qui σοφιστικῷ θρόνῳ praeessent, nam horum salarium est μυρίων i. e. *decem mille drachmarum*, vt vidimus ad vitam *Theodoti* & *Chresti*: *talentum* enim *sex millibus drachmarum* constat, quae conficiunt 825 *coronatos Anglicos*, illi autem fere respondent totidem Ioachimicis nostris.

5 διαπρεπὴς δὲ τὰ πολιτικ.] editi διατρ. δὲ καὶ τὰ πολ. Coniunctio καὶ redundare visa.

6 τὴν δ' ἐπώνυμον] Panathenaea intelligit, cui festo ab *Athenis* nomen. Simili modo supra de Herode noster: Ελειτούργησεν Αθηναίοις τήν τε ἐπώνυμον καὶ τὴν τῶν Παναλληνίων. vide ad illam vitam §. V. n. 1.

7 καὶ τὴν τῶν ὅπλων] v. ad vitam *Lolliani* §. I. not. 3.

8 ἐπετράπη καὶ τὰς ἐξ ἀνακτόρων φωνὰς] *Hierophantae* munus hic intelligi, in versione indicaui, de quo munere vid. Meursius de Sacr. Eleusin. c. 13. apud quem tamen nihil vel de hoc loco, vel de isto loquendi genere. Ἀνάκτορον autem templum Cereris, diserte Hesych. Ἀνάκτορον τὸ τῆς Δήμητρος, ὃ καὶ μέγαρον καλοῦσι. Nempe solenni maxime vsu Cereris templum ita appellatum, nam alias Θέτιδος ἀνάκτορα quoque sunt ap. Euripid. Androm. v. 43 & 117. Sic & apud Athenaeum lib. V. p. 123. ἀνάκτορον τοῦ Θεοῦ *Cereris* & *Proserpinae* aedem, non Castoris & Pollucis, vt Dalechampius voluerat, esse, obseruat ὁ πάνυ Casaubonus, animaduers. ad illum locum: qui firmare explicationem suam alio poterat Athenaei loco lib. IV. p. 167. vbi ἀνάκτορον certissime Cereris Eleusiniae templum est. Nempe *Demetrium* narrat, *Aristagorae* amasiae suae *thronum* posuisse in Eleusine, παρὰ τὸ ἀνάκτορον. Dicit autem hoc loco in plurali ἀνάκτορα noster, quod vtramque Cereris aedem, tam in *Eleusine* quam *agris*, complecteretur, in quarum illa *maiora*, in hac *minora* mysteria peragebantur; quod obseruatum Meursio de Sacr. Eleusin. c. 6. vt adeo in vtroque *Hierophantae* munere suo fuerit defungendum. Αἱ ἐξ ἀνακτόρων φωναὶ quid sint, iam minus obscurum. Nempe sunt illa *mysteria*, initiatis ab Hierophanta exponenda. Diogen. Laert. lib. VII. s. 187. ὁ Ιεροφάντης τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια λέγει. Vide plura ap. Meurs. l. c. Atque hoc munus, mysteria pandendi initiatis, φωνῆς nomine quoque significatur Epicteto apud Arrian. lib. III. c. 21. ἐκ ἐσθῆτα ἔχεις ἣν δεῖ τὸν ἱεροφάντην — ἐ φωνήν. Vnde simul patet, peculiarem φωνὴν ei rei fuisse adhibendam, vt vestem peculiarem, & cetera, quae ibi commemorantur. Επιτρέπεσθαι itaque τὰς ἐξ ἀνακτόρων φωνὰς, est munus accipere *voce conuenientia mysteria, quae sint templi Cereris* explicandi. Firmat in-

sus

ſus factus eſt. Heraclide quidem, Logimo, Glauco, eiſque ſimilibus Hierophantis, vocis gratia inferior: at grauitate, magnificentia, & decore multis anteceſſorum ſuperior.

II. Is cum ad Seuerum Romanorum Imperatorem legatus mitteretur, cum Heraclide ſophiſta declamationis certamen ingreſſus eſt. Diſceſſitque ex eo ille quidem immunitate priuatus, Apollonius vero muneribus ornatus. Spargente autem Heraclide rumorem de Apollonio, nequaquam verum, quod paulo poſt in Libyam ſit profecturus, quoniam Leptines ibi imperium arripuerat, atque ex vniuerſo orbe praeſtantiſſimos viros colligebat; dicenteque ad eum, *iam tempus, vt ſermonem ad Leptinem legas: imo tibi* [*tempus eſt,*] reſpondit Apollonius, *de immunitate enim elaboratum habes.*

III. Dicendi vero impetum ex Adriani dicendi forma Apollonius formauit, cuius & auditor fuerat: attamen ab eo in numerum metricum & anapaeſtis frequentem diuergit, quos ſi cauiſſet, dignitatem habere eius dictio & grauitatem videri poſſet. Hoc autem deprehendas licet tum in aliis eius orationibus, tum in *Callia maxime*, *qui Athenienſi-*

---

terpretationem inuicte, quod in ſequentibus cum Hierophantis anteceſſoribus ſuis, ratione *ἰυφωνίας*, comparetur.

9 *ἤδη γηράσκων*] nempe ea aetas ad munus hoc obeundum requiſita. Hinc Epictetus l. c. *ἐκ ἰσθῆτα ἔχεις, ἣν δεῖ τὸν ἱεροφάντην — ἐχ ἡλικίαν.*

10 *Ηρακλείδᾳ*] alius intelligitur ab Heraclida paulo ante commemorato, & paulo poſt iterum. *Lycius* enim ille erat, Hierophantae autem nemini eſſe licebat, qui Athenienſis non eſſet, vid. Meurſ. de Sacr. Eleuſin. c. 13. Praeterea per totam vitam munere hoc fungebantur, at *Heraclides* Lycius Athenis Smyrnam diſceſſit, vt inf. in vita eius memoratur.

11 *ἰυφωνία*] licet gratiam non haberet vox eius ſummam, cetera tamen habere requiſita poterat *Hierophantideae* vocis, de quibus paulo ante n. 8.

§. II. 1 *ἀπεδύσ. — ὑπὲρ μελ. ἀγῶνα*] *ἀποδύεσθαι* hic eleganter, nempe athletae nudi certamen ingrediebantur, vnde ingredi alterius quoque generis certamina, & rite ad ea comparatum accedere, hac phraſi eleganter ſignificatur. Redit vox eodem vſu vita *Hippodromi* §. III. ſub fin. Ceterum de huiuſcemodi ſophiſtarum certaminibus vide obſeruata ad vitam *Marci* §. I. n. 9.

2 *ὑπ. μελ. ἀγῶνα*] paſſim *ἀγῶνες* vox de Rhetoribus eorumque exercitiis vſurpatur, vide ſupra ad *Alexandrum Peloplat.* §. III. n. 19.

3 *δῶρα*] forte quod *ἀτέλειαν* iam haberet. Quid vero *δῶρα* ſint noſtro, & vt a *δωρεαῖς* ea diſtinguat, vide ſupra vita *Adriani* §. IV.

4 *ἡνίκ. Λεπτίνης ἦν αὐτοκρ. ἐκεῖ*] per *Λεπτίνην* intelligitur ipſe Imperator *Seuerus*, oriundus *Lepti* Africae vrbe, qui *Λεπτίνης* appellatur, vt habeat locum Heraclidae luſus de quo vide not. 6. Ceterum quod addit *ἐκεῖ*, h. e. in Libya, eum fuiſſe Imperatorem, non capio ſatis. Seuerus enim Imperator declaratus eſt in Illyrico, neque patriam adiiſſe, poſtquam Imperio admotus fuit, legitur, malim igitur eam particulam vel exulare vel tranſponi hoc modo: *καὶ ἐκεῖ τὰς ἐξ ἀπάσης γῆς* &c. Vt ſenſus ſit, eum *ibi*, nempe in Libya, viros doctiſſimos collegiſſe.

5 *τὰς ἐξ ἀπάσης γῆς ἀρετὰς συνῆγε*] philoſophiae ac dicendi ſtudiis deditum Seuerum tradunt, qui vitam eius ſcripſere Spartianus c. 18. Aurelius Victor, Eutropius, Suidas. In patria tamen litterarum Profeſſores eum conſtituiſſe, quod hic innuitur, nuſpiam alias dici memini. *Securiſſimam eum patriam praeſtitiſſe, contuſis bellicoſiſſimis gentibus* l. c. Spartianus ait: neque dubium eis artibus, quas ipſe amaret, impenſe, patria vt excoleretur, eum operam dediſſe.

6 *τὸν πρὸς Λεπτίνην*] ſubint. *λόγον*· nempe *oratione* excipere Imperatores ſophiſtae non raro ſolebant, habemuſque in eo genere Dionis, Ariſtidae, Libanii nonnullos, alluditur autem hoc loco ad *Demoſthenis orationem in Leptinem.*

7 *ὑπὲρ τῆς ἀτελείας*] nempe argumentum orationis Demoſtheneae in Leptinem erat, rogationis Leptinis de immunitatibus, (*ἀτελείαις*,) bene meritis ciuibus non indulgendis; quod nemo alias futurus ſit, qui publica munia obeat, confutatio. Quod ingenioſe in rem ſuam vertens Apollonius, cum *σκώπτων* Heraclides ei orationem *πρὸς Λεπτίνην* mox recitandam dixiſſet: imo tibi erit, inquit, talis oratio recitanda, quam de *immunitatibus*, quibus ipſe ſcilicet inhies, eam conſcriptam eſſe audio.

§. III. 1 *βαλβίδα — βίβληται*] idem eſt quod *ὁρμὴν ἔλαβε*. Nempe *βαλβὶς repagulum* eſt, quo continebantur in ſtadio curſuri, *eoque remoto* i. e. *βαλβίδος βεβλημένης*, decurrere incipiebant. Id per metaphoram vſurpatum de quacunque data *ὁρμῇ*: ſic apud Ariſtophan. Equitib. A. IV. ſc. 1. p. 554. *Ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἰμὲ δὲ καὶ τυτονὶ ἵνα σ' ἓν ποιῶμεν.* Verto *ſine bt impetu noſtro lati bene tibi faciamus.* Vide ibi Schol. *Ἀπολλώνιος βαλβίδα βίβληται*, eſt vt paulo ante, *ἐπιτράπη Ἀπολλώνιος τὰς φωνάς*; item *οἱ Ἰουδαῖοι ἐπιτρεύθησαν τὰ λόγια τῷ Θεῷ* aliaque eius generis idiotiſmo Graeco frequentiſſima.

2 *Ἀδριανῷ*] vid. eius vitam ſupra expoſitam.

3 *ἐπὶ τῷ Καλλίᾳ*] tale quid *Calliam* aliquem Athenienſi-

"μὴ θάπτειν. "ὑψηλὴν ἆρον ἄνθρωπε τὴν δᾷ-
"δα. τί βιάζεις, καὶ κατάγεις κάτω[4], καὶ
"βασανίζεις τὸ πῦρ; ἐράνιόν ἐστι, αἰθέριόν ἐστι[5],
"πρὸς τὸ συγγενὲς ἔρχεται. τοῦτο τὸ πῦρ οὐ κα-
"τάγει νεκρούς, ἀλλ' ἀνάγει θεούς. ἰὼ Προμηθεῦ,
"δαδοῦχε[6] καὶ πυρφόρε, οἷά σε τὸ δῶρον ὑβρί-
"ζεται. νεκροῖς ἀναισθήτοις ἀναμίγνυται. ἐ-
"πάρηξον, βοήθησον, κλέψον, εἰ δυνατὸν, κἀ-
"κεῖθεν[7] τὸ πῦρ." παρεθέμην δὲ ταῦτα, οὐ παραιτούμενος αὐτὸν τῶν ἀκολάστων ῥυθμῶν[8], ἀλλὰ διδάσκων ὅτι μηδὲ τοὺς σωφρονεστέρους ῥυθμοὺς ἠγνόει. ἐτελεύτα μὲν οὖν ἀμφὶ τὰ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, πολὺς ἐν τῷ Ἀθηναίων δήμῳ πνεύσας. ἐτάφη δὲ ἐν τῷ προαστείῳ τῆς ἐν Ἐλευσῖνι λεωφόρου, ὄνομα τῷ προαστείῳ, ἱερὰ συκῆ[9]. τὰ δὲ Ἐλευσινόθεν ἱερὰ[10], ἐπειδὴ ἐς ἄστυ ἄγωσιν, ἐκεῖ ἀναπαύουσιν.

bus dissuadet, *ne corpora sepelienda cremarent. Sublatam*, inquit, *tene homo facem. Cur vim facis, deorsumque impellis & torques ignem? Coelestis est, aethereus est, ad cognatam sibi naturam pergit. Hic ignis non mortuos deducit, sed reducit deos. Io Prometheu, facifer & ignifer, quam graue donum tuum afficitur iniuria! Mortuis sensu carentibus commiscetur. Succurre, adiuua, furto auffer, si fieri id potest, & isthac ignem.* Haec vero adieci, non vt modulos parum castigatos excusem, sed vt doceam, eum castigatos quoque non ignorasse numeros. Vitam quidem finiuit circa quintum ac septuagesimum aetatis annum, cum multum in Athenienſi populo dixisset. Sepultus est vero in viae regiae, quae in Eleusine est, suburbio: nomen suburbio est sacrae ficus. Sacra autem Eleusinia, vbi in vrbem deuehuntur, ibi requiescere solent.

ΠΡΟΚΛΟΣ.

Ἀναγράφω δὲ καὶ Πρόκλον[1], τὸν Ναυκρατίτην, εἰδὼς εὖ τὸν ἄνδρα· καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν ἐμῶν διδασκάλων εἷς ἦτος. Πρόκλος τοίνυν ἦν μὲν

XXI. PROCLVS.

Refero quoque in [haec sophistarum] acta Proclum Naucratitem probe cognitum habens virum: etenim e praeceptoribus meis vnus is fuit. Proclus igitur erat minime ob-

---

4 κατάγεις κάτω] id enim faciendum pyram accendenti.

5 αἰθέριόν ἐστι] voces hae alio loco erant in editis positae: secutus sum lectionem cod S. quam & Salmas. inuenit. Nempe Editi ita legunt & distinguunt: ἐράνιόν ἐστι, πρὸς τὸ συγγενὲς ἔρχεται. αἰθέριόν ἐστι. τοῦτο τὸ πῦρ οὐ κατάγει νεκρούς.

6 δαδοῦχε] vir doctiss. Io. Meursius de festis Graec. p. 236. a Lampadum certamine hoc nomen Prometheo datum putat, quod in Promethiis institui solebat. At cur non potius a *virga* vel *ferula*, qua, igne coelesti accensa, facisque instar habente, Prometheum ex coelo in terram detulisse Hesiodus fingit? Cuius *ferulae* speciem nuper in insula *Melo* se inuenisse putauit Tournefortius. vide Noua Reipubl. Litterariae quae clarissimi viri Iacobi Bernardi industriae debemus A. 1705. M. Iunio p. 703.

7 κἀκεῖθεν] malim cum Salmas. κἀντεῦθεν.

8 τῶν ἀκολ. ῥυθμῶν] quos ἰαμβίτρεις & ἀναπαίστους paulo ante vocabat.

9 ἱερὰ συκῆ] de via ista & suburbio multa Meurs. de Sacr. Eleusin. c. 27.

10 ἐλευσινόθεν ἱερὰ] Mystae nempe, qui Bacchum deduxerant, Eleusine redeuntes ibi conquiescebant: & haec τὰ ἐλευσινόθεν ἱερὰ vide Meurs. l. c.

XXI. §. I. 1. ΠΡΟΚΛΟΣ] rursum eius mentio fit inf. *Hippodromo*, e cuius vita *Pompeiani* ei fuisse cognomen constat. Non confundendus autem is est cum *Claudio Proclo*, sophista Smyrnaeo, qui circa haec tempora στρατηγίαν *Praeturam* in patria gessit. Noster enim *Naucratita* fuit, & apud *Athenienses* ius ciuitatis indeptus est, vitamque ibi egit, vt ex hac vita patet, quem a priore illo distinguendum esse, iam ante nos monuere, Vir summus, Ez. Spanhemius de Praest. & Vsu Numism. p. 711. ed. nouae Io. Harduinus Addendis ad Nummos Vrb. &c. p. 591. Claudii illius Procli, praetoris Smyrnaei memoria in nummis obseruatur. In nummo enim M Aurelii ex gaza regia, inuenit sequentem inscriptionem Harduinus ΣΜΥΡ. ΣΤ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΣΟΦΙΣΤΟΥ. *Smyrnaeorum praetore Proclo sophista*, & alteram illam ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΚΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΣΟΦΙΣΤΟΥ *praetore Claudio Proclo sophista*. Vtramque ex cimeliis Ducis Vernolii, & schedis Morellianis etiam, repraesentauit Ill. Spanhemius l. c. Et Vaillantius de nummis Graec. Imp. Hic tamen in posteriore inscriptione non ΚΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ sed ΑΙΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ exhibet bis, p. 56. & pag. 318. vertitque *Aelium Proclum*, cuius sit error, viderint illi, quibus ipsum nummum inspicere datum. Ceterum Harduinus lib. cit. in nummis *Mytilenaeis* p. 335. & in addend. p. 591. hunc *Claudium Proclum*, praetorem Smyrnaeum, eundem esse ait cum *Claudio Aurelio Proclo*, qui *Herois* titulo honoratur, in Inscript. Sponiana T. II Itin. eius p. 113. quae etiam exhibetur in append. ad Marm. Oxon. p. 299. Sed ab eo dissentit illustriss. Spanhemius, eo nixus fundamento, quod *Proclus Heros*, non *Smyrnae* sed *Thyatiris* munera gessisse dicatur, in inscriptione allegata. Verum non rarum, vt plurium ciuitatum ciues viri illustres, magistratus in iis gererent, easque meritis pariter ac opibus suis ornarent, vt vel *Herodis Attici* probat exemplum. In eo consentiunt Viri doctissimi, esse *Claudii Aurelii Procli Herois* filiam *Iuliam Proclam Heroinam* cuius in nummo Mytilenaeorum fit mentio. Ceterum ipsorum nummorum ad Proclum istum pertinentium ectypa hic quoque merito lector desideret. En igitur ea:

scuro

ſcuro loco inter Aegyptios. Cum vero Naucratitas factionibus diſſidere, & praeter leges rempublicam gerere videret, Athenis quietem amplexus eſt. Nauique ex patria clam vbi diſceſſiſſet, vixit ibidem, magna ſecum aſportata pecuniae vi, ſeruiſque compluribus, ceteraque ſupellectile magnifice inſtructa. Bene autem audiens Athenis, iuuenili quoque aetate clarus extitit, hocque magis virilibus annis. Idque primum quidem ob vitae optionem, deinde propter beneficium, vt arbitror, cuidam Athenienſi praeſtitum, quod argumentum probi viri dederat. Nam cum Piraeeum naui eſſet ingreſſus, quendam eorum, qui ibi ei occurrebant, interrogauit, an certus quidam homo Athenis viueret & bene ageret: haec autem ſciſcitabatur de hoſpite, cum quo iura hoſpitii contraxerat Athenis, iuuenis ipſe, quo tempore audiuerat Adrianum. Cumque audiuiſſet ſuperſtitem eum eſſe & viuere, ſed domo ſua confeſtim deceſſurum, quae ſub haſta eſſet ob decem millia drachmarum, quas ea oppignerata mutuo accepiſſet, miſit ei decem millia antequam aſty ingrederetur, verbis additis: *domum tuam libera, ne te moeſtum conſpiciam.* Haec non diuitis ſolum, ſed diuitiis etiam pulcre vtentis eſſe ducamus, & probe animo exculti, atque amicitiae iura accurate obſeruantis.

τῶν ἐκ ἀφανῶν κατ' Αἴγυπτον. σασιάζουσαν δὲ ἰδὼν τὴν Ναύκρατιν, καὶ παρὰ τὰ ἤθη πολιτεύοντας, τὴν Ἀθήνησιν ἡσυχίαν ἠσπάσατο. καὶ ὑπεκπλεύσας ἐκεῖ ἔζη· πολλὰ μὲν ἀγαγὼν χρήματα, πολλοὺς δὲ οἰκέτας, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν μεγαλοπρεπῶς κεκοσμημένην. εὖ δὲ ἀκμάσαντα Ἀθήνησι, καὶ τὸν ἐν πειρακίῳ χρόνον ηὐδοκίμησε, πολλῷ μᾶλλον ἀνὴρ γενόμενος. πρῶτον μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ βίου αἱρέσει· ἔπειτα, οἶμαι, καὶ ἐπὶ εὐεργετήματι, γενομένῳ μὲν περὶ ἕνα Ἀθηναῖον, δήλωσιν δὲ παρασχομένῳ χρηστοῦ ἤθους. εἰς γὰρ τὸν Πειραιᾶ ἐσπλεύσας ἤρετό τινα τῶν αὐτόθεν, εἰ ὁ δεῖνα καλῶς Ἀθήνησι ζῇ, καὶ εὖ πράττει; ἠρώτα δὲ ταῦτα ὑπὲρ τοῦ ξένου, ᾧ προσέμιξεν Ἀθήνησι νέος ὤν, ὅτε δὴ καὶ Ἀδριανῷ[2] ἐφοίτα. μαθὼν δὲ αὐτὸν εἶναί τε καὶ ζῆν, ἐκπεσεῖν δὲ αὐτίκα τῆς οἰκίας, διακηρυττομένης ἐπ' ἀγορᾶς πρὸς δραχμὰς μυρίας, ἃς ἐπ' αὐτῇ ἐδεδάνειστο, ἔπεμψεν αὐτῷ τὰς μυρίας, μηδὲ ἀνελθὼν πω[4] ἐς τὸ ἄστυ, εἰπών, ἐλευθέρωσον τὴν οἰκίαν, ἵνα μή σε κατηφῆ ἴδω. ταῦτα μὴ πλούτου μόνον ἡγώμεθα, ἀλλὰ καὶ τῷ πλούτῳ[5] καλῶς χρωμένου, πεπαιδευμένου τε ἱκανῶς, καὶ τὰ φιλικὰ ἀκριβοῦντος.

II. Poſſedit autem & domos, duas in *aſty*; vnam in Piraeeo, Eleuſine aliam. Afferebaturque ipſi ex Aegypto thus, ebur, vnguentum, papyrus & libri, omneſque id genus merces. Quas iis permittens, qui huiuſmodi rerum exercent mercatum, nunquam pecuniae cupidus viſus eſt, nec illiberalis, neque plus habendi auidus, neque lucrum quaerens & foenus, ſed ipſa ſorte contentus. Cumque filio prodigo in alendis gallinaceis, coturnicibus, catellis & equis, iuueniliter ſe accommodaret potius, quam illum increparet, idque a pleriſque vitio ei verteretur; *citius*, inquit, *ludere cum ſenibus deſinet, quam cum coaetaneis.* Cum mortuus vero ipſi & filius eſſet & vxor, pellici adhaeſit, quandoquidem & ſeneſcentes iam oculi illiciuntur. Ei

Ἐκτήσατο δὲ καὶ οἰκίας, δύο μὲν ἐν ἄστει[1], μίαν δὲ ἐν Πειραιεῖ, καὶ ἄλλην Ἐλευσῖνι. ἐφοίτα δὲ αὐτῷ καὶ ἀπ' Αἰγύπτου λιβανωτὸς, ἐλέφας, μύρον, βύβλος, βιβλία, καὶ πᾶσα ἡ τοιάδε ἀγορά. καὶ ἀποδιδόμενος αὐτὰ τοῖς διατιθεμένοις τὰ τοιαῦτα, οὐδαμοῦ φιλοχρήματος ἔδοξεν, οὐδὲ ἀνελεύθερος, οὐδὲ ἐραστὴς τοῦ πλείονος, οὐδὲ ἐπικερδία μασεύων, ἢ τόκους, ἀλλ' αὐτὸ ἀγαπῶν τὸ ἀρχαῖον, υἱῷ τε ἀσώτῳ περὶ ἀλεκτρυόνων[2] τροφὴν, περί τε ὀρτύγων, κυνιδίων τε καὶ ἵππων, ξυννεάζων μᾶλλον ἢ ἐπιπλήττων, καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἔχων αἰτίαν· θᾶττον, ἔφη, μεταβαλεῖ τὸ μετὰ γερόντων παίζειν, ἢ μετὰ ἡλίκων. ἀποθανόντος δὲ αὐτῷ τοῦ παιδὸς καὶ τῆς γυναικὸς[3], ἐπὶ παλλακῇ ἐγένετο, διὰ τὸ καὶ γηράσκοντας ὀφθαλμοὺς ἐπάγεσθαι[4]. θηλυτάτη δὲ ταύτη γε-

2 *Ἀδριανῷ*] de quo ſ. in *vita* eius.

3 *ἐκπεσεῖν δὲ*] ſic reſcripſi ex cod. S. pro *ἐκπεσεῖσθαι*, quod erat in editis.

4 *πω*] ſic cod. S. Editi *πως*.

5 *τῷ πλούτῳ*] articulum adieci ex cod. S.

§. II. 1. *ἐν ἄστει*] praepoſitionem agnoſcunt Aldina & cod. S. Morelliana enim exciderat.

2 *ἀλεκτρυόνων*] quos ad pugnam paſcebant.

3 *καὶ τῆς γυναικ.*] ſic optime cod. S. quod ex coniectura quoque reſtituerat Salmaſ. Male editi *ἐκ τ. γυν.*

4 *ἐπάγεσθαι*] ſic malim cum cod. S. quam cum edit. *ἀπάγεσθαι*. Pro *γηράσκοντας καταγηράσκοντας* inuenit Salmaſius.

νομένη[1], πᾶσαν ἀφιεὶς ἡνίαν, ἀκ ἀγαθὸς ἔδοξε προστάτης τῷ οἴκῳ.

Τὰ δὲ τῆς μελέτης πάτρια τῷ ἀνδρὶ τάτῳ διέκειτο ὧδε· ἑκατὸν δραχμὰς[1] ἅπαξ καταβαλόντι ἐξῆν ἀκροᾶσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. ἦν δὲ αὐτῷ καὶ θήκη βιβλίων ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὧν μετῆν τοῖς συλλεγομένοις ἐς τὸ πλήρωμα τῆς ἀκροάσεως. ὡς δὲ μὴ[2] συρίττοιμεν ἀλλήλοις, μηδὲ σκώπτοιμεν, ἃ ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν συνουσίαις φιλεῖ γίγνεσθαι, ἀθρόοι ἐσεκαλούμεθα[3], καὶ ἐκαθήμεθα, ἐσκληθέντες, οἱ μὲν παῖδες καὶ οἱ παιδαγωγοὶ μέσοι, τὰ μειράκια δὲ αὐτοί. τὸ μὲν ἂν διαλεχθῆναι[4] αὐτὸν, ἐν σπανίοις ἔκειτο. ὅτε δὲ ὁρμήσειεν ἐς διάλεξιν, ἱππιάζοντί τε ἐῴκει, καὶ γοργιάζοντι[5]. ἡ μελέτη δὲ τῆς προτεραίας προεσκαμένη ἐσεκυκλεῖτο[6]. τὸ δὲ μνημονικὸν, ἐννενηκοντούτης ἤδη γηράσκων, καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην[7] ἔῤῥωτο. καὶ ἡρμήνευε μὲν κατὰ φύσιν, Ἀδριάνειοι[8] δὲ ἦσαν αἱ ἐπιβολαὶ τῶν νοημάτων.

vero, vtut, quicquid est femineae imbecillitatis, haberet, omnes tamen laxans habenas, minus bene rem familiarem curare est visus.

III. Declamationis autem lex viro huic ita constituta fuit. Ei, qui centum drachmas semel soluisset, semper audire licebat. Erat etiam Bibliotheca domi, quae patebat apparatum sibi comparare cupientibus, ad auscultationis supplementum. Ne autem vel exsibilaremus nos inuicem, vel conuitiis incesseremus, vt fieri in sophistarum scholis assolet; confertim intromittebamur, & intromissi sedebamus ita, vt inter pueros medii essent paedagogi, adolescentes vero sederent seorsim. Ceterum perraro vsu veniebat, vt ipse differeret; sed quando ad dissertationem se conferebat, Hippiam & Gorgiam imitari videbatur. Declamationes vero die praecedente elaboratae in medium adducebantur. Memoriae vi, nonagenarius iam senex, magis etiam quam Simonides valuit. Dictio eius erat sine affectatione, sententiarum vero impetus Adriani sapiebat indolem.

ΦΟΙΝΙΞ.

Φοίνιξ δὲ, ὁ Θετταλὸς, οὐδὲ θαυμάσαι ἄξιος, οὐδὲ αὖ διαβαλεῖν πάντα. ἦν μὲν γὰρ τῶν Φιλάγρῳ[1] πεφοιτηκότων, γνῶναι δὲ ἀμείνων, ἢ ἑρμηνεῦσαι. τάξιν τε γὰρ τὸ νοηθὲν εἶχε, καὶ ὀνθὲν ἔξω καιρὸς ἐνοεῖτο. ἡ δὲ ἑρμηνεία διεσπάσθαι τε ἐδόκει, καὶ ῥυθμὸς ἀφεῖκεν. ἐδόκει δὲ ἐπιτηδειότερος[2] γεγονέναι τοῖς ἀρχομένοις τῶν νέων, ἢ τοῖς ἔξιν τινὰ ἤδη κεκτημένοις. τὰ γὰρ πράγματα γυμνὰ ἐξέκειτο, καὶ ὁ περιήμπισχεν αὐτὰ ἡ λέξις. ἑβδομηκοντούτης δὲ ἀπεθανὼν, Ἀθήνησιν ἐτάφη ἐκ ἀφανῶς. κεῖται γὰρ πρὸ τῆς ἐκ τῶν πολεμίων[3], ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀκαδημίας καθόδου.

XXII. PHOENIX.

Phoenix autem Thessalus nec laudari valde meretur, neque reprehendi in omnibus. Erat enim is quidem ex Philagri discipulis, inuentioni quam elocutioni magis idoneus. Ordo enim erat in inuentis, nihilque intempestiue excogitabat. Elocutio vero distracta videbatur, & numero destituta. Visus est etiam incipientibus iuuenibus magis aptus, quam aliquem iam habitum adeptis. Nudae enim prostabant res, neque elocutionis inuoluebantur ornatu. Septuagenarius diem obiit, Athenisque sepultus est satis splendide. Situs est enim ante viam ex hostico, qua ex Academia descenditur, dextram versus.

---

1 θηλυτάτη δὲ τάυτη γενομένη] editi θηλυτάτη δὲ αὕτη γενομένη, punctis tantum quibusdam & apicibus haec mutanda duximus post Morellum.

§. IV. 1 ἑκατὸν δραχμὰς] i. e. minam unam, quae absoluit coronatos Anglicos XIII & III Schellingos: i. e. XIII & $\frac{3}{5}$ Ioachimicos.

2 ὡς δὲ μὴ] verissima lectio cod. S. Editi ὡς μὴ δὲ.

3 ἐσεκαλούμεθα] sic recte rursus cod. S. Editi ἐσκαλούμ.

4 διαλεχθῆναι] rursus hic διάλεξις μελέτη opponitur, vide notata ad vit. *Philagri* §. II. n. 1.

5 ἱππιάζοντι ἐῴκει καὶ γοργιάζ.] de Hippiae & Gorgiae ideis vid. s. *Vitis* eorum.

6 προεσκαμένη ἐσεκυκλεῖτο] non ex tempore ergo dicebat. Ceterum veriorem lectionem ex cod. S. restituimus. Editi ἐσεκυκλεῖτο παρεσκαμένη.

7 Σιμωνίδην] simile loquendi genus habes vita *Tyanet* l. I. c. 14.

8 Ἀδριάνειοι] de cuius indole vid. s. *Vita* eius.

XXII. ΦΟΙΝΙΞ. 1 Φιλάγρῳ] cuius *Vitam* habes supra.

2 ἐπιτηδειότερος] sic legendum haut dubie cum cod. S. Editi habent ἐπιτηδειότατος.

3 πρὸς τῆς ἐκ τ. πολεμίων] audax coniectura Morelli & nullo fundamento nixa, qui suspicabatur legendum esse πρὸ τῆς τῶν ἱππέων ταφῆς. Clarissimus Vir Ib. Meursius Athen. Attic. lib. III. c. 8. *viam* aliquam hic designari putat, satis commode, nam in *Vitis* veteribus fere sepulcra. Non video tamen cur ille praepositionem ἐκ omiserit, quam constanter retinent MSS. Nempe potuit via dici ἐκ τῶν πολεμίων, quae *ex hostico* solo procederet, nomen hoc

XXIII. DAMIANVS.

Ad Damianum me ducit oratio, virum longe clariſſimum, Epheſo oriundum. In quem cenſum Soteri, Soſi, Nicandri, Phaedri, Cyri & Phylaces minime admitti debent, nam Graecorum ludibrium hi potius appellandi ſunt, quam ſophiſtae memoria digni. Damiano igitur & maiores magnae dignitatis viri, & in maxima Epheſi autoritate; & magnae quoque dignitatis poſteri fuere. Senatui enim qui adſcriberentur digni habiti ſunt omnes, ob nominis claritatem, & ſummam liberalitatem ſpectatiſſimi.

II. Ipſe quoque multiuariis opibus magnificiſque inſtructus, & illis, qui indigerent inter Epheſios, iiſdem ſubuenit, & Rempublicam plurimum adiuuit, pecunias largitus, & publica opera, ſi quae collapſa eſſent, reſtaurans. Vrbi quoque Epheſiae templum coniunxit, deducta ad illud via, qua per Magnetica deſcenditur: eſt vero ea porticus, in ſtadii longitudinem porrecta, tota ex lapide. Structura autem iſta id intendit, vt templum cultoribus ne careret, ſi quando plueret: idque opus magnis ſumtibus perfectum, ab vxore ſua cognominauit. Coenaculum item, quod in templo eſt, ipſe dedicauit, & amplitudine efficiens vt alia omnino omnia, quae in aliis templis ſunt, ſuperaret, & ornatu, quo illud inſtruxit, maiore, quam vt verbis deſcribi poſſit: Phrygio enim lapide pulcre diſtinxit, qualis antea exciſus non fuerat. Opibus autem recte vti ab ipſa adoleſcentia coepit. Cum enim Ariſtides & Adrianus, Smyrnae quidem alter, alter vero Epheſi conſediſſent, ambos audiuit decem millium drachmarum mercede, *multo*, inquiens, *ſuauius eſt, in tales delicias magnas impenſas facere, quam in pulcros & pulcras, vt quidam faciunt.* Quaecunque autem de viris iſtis ſcripſi ego a Damiano edoctus retuli, cui vtriuſque res erant notiſſimae.

III. Opulentiam autem vir ille iſtis quo-

ΔΑΜΙΑΝΟΣ.

Ἀγει με ὁ λόγος ἐπ' ἄνδρα ἐλλογιμώτατον, Δαμιανὸν[1], τὸν ἐκ τῆς Ἐφέσου. ὅθεν ἐξῃρήσθων Σωτῆροί τε[2] καὶ Σῶσοι, καὶ Νίκανδροι, καὶ Φαῖδροι, Κῦροί τε καὶ Φύλακες, ἀθύρματα γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἔτοι μᾶλλον προσρηθεῖεν ἂν, ἢ σοφισταὶ λόγου ἄξιοι. Δαμιανῷ τοίνυν ἐλλογιμώτατον μὲν καὶ τὸ ἄνω γένος, καὶ πλεῖστου ἄξιοι τῇ Ἐφέσῳ, εὐδοκιμώτατοι δὲ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ φύντες. συγκλήτου γὰρ βουλῆς ἀξιωθέντα πάντες, ἐπ' εὐδοξίᾳ θαυμαζόμενοι, καὶ ὑπεροψίᾳ χρημάτων.

Αὐτός τε πλάτῳ ποικίλῳ, καὶ πολυπρεπεῖ κατεσκευασμένος, ἐπήρκει μὲν καὶ τοῖς δεομένοις τῶν Ἐφεσίων, πλεῖστα δὲ ὠφέλει τὸ κοινὸν[1], χρήματά τε ἐπιδιδούς, καὶ τὰ ὑποδεδωκότα τῶν δημοσίων ἔργων ἀνακτώμενος. συνῆψε δὲ καὶ τὸ ἱερὸν τῇ Ἐφέσῳ, κατατείνας ἐς αὐτὸ τὴν διὰ τῶν Μαγνητικῶν κάθοδον· ἔστι[2] δὲ αὕτη στοὰ ἐπὶ σταδίου, λίθου πᾶσα. νεὼς δὲ τοῦ οἰκοδομήματος, μὴ ἀπεῖναι τοῦ ἱεροῦ τοὺς θεραπεύοντας ὁπότε ὕοι· τοῦτο μὲν δὴ τοὔργον, ἀπὸ πολλῶν χρημάτων ἀποτελεσθὲν, ἐπέγραψεν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. τὸ δὲ ἐν τῷ ἱερῷ ἑστιατήριον, αὐτὸς ἀνέθηκε, μεγέθει τε ἐξάρας ὑπὲρ πάνθ' ὁμοῦ τὰ παρ' ἑτέροις, καὶ λόγου κρείττω περιβαλὼν κόσμον· ὡράϊσται γὰρ φρυγίῳ λίθῳ, οἷος ἔπω ἐτμήθη. πλάτῳ δὲ χρῆσθαι καλῶς ἐκ μειρακίου ἤρξατο. Ἀριστείδου γὰρ δὴ, καὶ Ἀδριανοῦ[3] κατειληφότειν, τοῦ μὲν τὴν Σμύρναν, τοῦ δὲ τὴν Ἔφεσον, ἠκροάσατο ἀμφοῖν ἐπὶ μυρίαις[4], εἰπὼν, πολλῷ ἥδιον ἐς τοιαῦτα δαπανᾶν παιδικὰ, ἢ ἐς καλούς τε καὶ καλὰς, ὥσπερ ἔνιοι. καὶ ὁπόσα ὑπὲρ ἀνδρῶν τούτων ἀναγέγραφα, Δαμιανοῦ μαθὼν εἴρηκα, ἓυ τὰ ἀμφοῖν εἰδότος.

Πλάτου δὲ ἐπίδειξιν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ κἀκεῖνα

---

nacta ab hoſtibus, qui forte aliquando Athenienſibus in iſta parte fuerint.

XXIII. ΔΑΜΙΑΝΟΣ. §. I. 1 Δαμιανὸν] cod. S. conſtanter legit Δαμμιανὸς. Eius mentio ſupra quoque obvia in vita *Adriani*: item apud Suidam, qui eum a Seuero Imp. Conſulem, & Bithyniae praeſidem factum memorat. Sed conſulatus eius nulla in faſtis mentio: forte igitur ſuffectus fuerit: imo vereor ne Suidas Damianum cum *Antipatro* confundat, illique tribuat, quae huic debentur. *Antipatrum* enim ſophiſtam, de quo paulo poſt, Conſulem & Bithyniae Praeſidem ab Imperatore Seuero factum conſtat.

2 Σωτῆροι] cod. S. Σώτηροι.

§. II. 1 τὸ κοινὸν] intelligit *commune Aſiae* de quo egimus ad vitam Apollon. l. IV. c. 5. n. 3. Hoc vero eſt, quod liberalitate ſua in ſolennibus illis ſacris obeundis adiuuit Damianus.

2 ἔστι] cod. S. ἔσι. Sed ferri poſſe exiſtimo ἔστι.

3 Ἀριστείδου γὰρ δὴ, καὶ Ἀδριανοῦ] de quibus vid. ſ. vitas eorum.

4 ἐπὶ μυρίαις] male Creſoll. theatr. rhetor. lib. IV. c. 3. haec ad ſtipendium trahit, quo ab Imperatoribus conducti ſophiſtae Romae & Athenis docebant: de quo ſupra egimus aliquoties, maxime ad Theodotum §. I. n. 5. Neutec enim iſtorum ſophiſtarum ſophiſticum θρόνον tum occupabat, & ex ſequentibus patet fuiſſe hoc minerual ab ipſo *Damiano* ſolutum. Gruter. μερίαις pro μυρίαις legebat. vide etiam ſ. in Chreſto §. I. n. 19.

εἶχε. πρῶτον μὲν ἡ γῆ πᾶσα, ὁπόσην ἐκέκτητο, ἐκπεφυτευμένη δένδρεσι καρπίμοις τε καὶ ἐυσκίοις. ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ θαλάττῃ καὶ νῆσοι χειροποίητοι, καὶ λιμένων προχώσεις, βεβαιῶσαι τὰς ὁρμὰς καταιρόσαις τε καὶ ἀφιείσαις ὁλκάσιν. οἰκίαι τε ἐν προαστείοις, αἱ μὲν κατεσκευασμέναι τὸν ἐν ἄστει τρόπον, αἱ δὲ ἀντρώδεις[1]. ἔπειτα[2], αὐτῷ τῷ ἀνδρὶ τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἦθος, ὃ πᾶν ἀσπαζομένῳ κέρδος, ὃδὲ ἐπαινοῦντος τὸ ἐξ ἅπαντος λαμβάνειν, ἀλλ' ὃς αἴσθοιτο ἀπορῶντας, προῖκα τούτοις τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν διδόντος. παραπλήσιον δὲ ἦν καὶ τοῖς σοφιστικοῖς τῶν λόγων. ὃς γὰρ αἴσθοιτο ἀπορῶντας, ἐξ ὑπερορίων ἐθνῶν[3] ἥκοντας, ἠφίει τούτοις τὸν μισθὸν τῆς ἀκροάσεως, μὴ λάθοιεν δαπανώμενοι.

Ην δὲ δικανικῷ μὲν σοφιστικώτερος, σοφιστικῷ δὲ δικανικώτερος[1]. πρὸ ὧν δ' ἐς γῆρας, μεθῆκεν ἄμφω τὰς σπουδὰς, τὸ σῶμα καταλυθεὶς μᾶλλον ἢ τὴν γνώμην. τοῖς γοῦν κατὰ κλέος αὐτοῦ φοιτῶσιν ἐς τὴν Ἔφεσον παρέχων ἑαυτὸν, ἀνέθηκε καμοί τινα συνουσίαν, πρώτην τε καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην. καὶ εἶδον ἄνδρα παραπλήσιον τῷ Σοφοκλείῳ ἵππῳ[2]. νωθρὸς γὰρ ὑφ' ἡλικίας δοκῶν, νεάζουσαν ὁρμὴν ἐν ταῖς σπουδαῖς ἀνεκτᾶτο. ἐτελεύτα δὲ οἴκοι, ἔτη βιοὺς ἑβδομήκοντα, καὶ ἐτάφη ἐν προαστείῳ τινὶ τῶν ἑαυτοῦ, ᾧ μάλιστα ἐνεδίωσεν.

que prodidit. Primo nempe omnis terra, quae ab ipso possidebatur, frugiferis opacisque arboribus consita fuit. In iis autem, quae ad mare vergebant, insulae arte humana structae erant, ac terra ante portus aggesta, ad firmandas stationes soluentibus & appellentibus onerariis nauibus. Domus item suburbanae, aliae quidem eodem, quo urbanae, apparatu instructae; aliae antrorum speciem praebentes. Deinde & illi viri huius in foro mores erant, vt non omne lucrum amaret, nec probaret a quibuscunque acceptam pecuniam, sed quos indigere intelligebat, his vocem suam gratis commodaret. Simile quid in Rhetoricis quoque scholis obseruabat. Quos enim pauperes esse sentiebat, ab vltimis vsque gentibus profectos, iis auscultationis mercedem condonauit, ne impensis faciendis sensim consumerentur.

IV. Fuit autem eius oratio magis quam iuridiciale esse solet genus sophistica, magisque, quam sophisticum genus solet, iuridicialis generis indolem habuit. Ad senium tamen prouectus utrumque studium abiecit, corpore magis quam mente solutus. Iis igitur, qui fama eius exciti Ephesum veniebant, copiam sui faciens, mihi quoque accessum permisit vice vna atque altera, imo & tertia. Vidique tum virum Sophocleo equo non dissimilem. Cum tardus enim senii culpa videretur, iuuenilem tamen impetum inter differendum recuperabat. Vitam finiuit in patria, cum annos vixisset septuaginta, sepultusque est in quodam suburbano suo, in quo maximam vitae partem exegerat.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ.

Ἀντιπάτρῳ δὲ, τῷ σοφιστῇ, πατρὶς μὲν ἦν Ἱεράπολις, καταλεκτέα δ' αὐτὴ ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν εὐπραττούσαις. πατὴρ δὲ Ζευξίδημος,

XXIV. ANTIPATER.

I. Antipatro vero sophistae patria quidem Hierapolis fuit: ea vero vrbs in iis censenda est, quae in Asia maxime florebant, vrbibus. Pater vero Zeuxidemus extitit, ex

§. III. 1 ἀντρώδεις] sic cod. S. Editi habebant ἀνδρώδη, Morellus tentabat δενδρώδη. Quod & Gruter. margini alleuit & Salmas. *δενδρώδεις. arboribus stipatae.*

2 ἔπειτα] refertur ad id, quod praecessit πλούτῳ μὲν ἐπίδειξιν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ κἀκεῖνα εἶχε· πρῶτον μὲν &c. Nempe variis argumentis eius opulentiam ostendit, de quorum *primo* hucusque. Iam *secundum* exorditur ἔπειτα &c. quae tam diligenter non monerem, nisi ista prioribus offendiculo fuisse animadverterem.

3 ἐξ ὑπερορίων ἐθνῶν] sic cod. S. optime. Editi ὑπερορίων καὶ ἐθνῶν.

§. IV. 1 δικανικῷ μὲν σοφιστικώτερος, σοφιστικῷ δὲ δικανικώτερος] plane simili modo s. *Antiochi ideam* δικανικῆς μὲν σοφιστικώτερον aiebat, σοφιστικῆς δὲ δικανικώτερον vid. ibi §. II. n. 6.

2 παραπλήσιον τῷ Σοφοκλείῳ ἵππῳ] respicitur ad verba Orestis apud Sophoclem in Electra Act. I. Sc. I. p. m. 141. quibus paedagogum suum affatur:

Ὥσπερ γὰρ ἵππος ἐυγενὴς κἂν ᾖ γέρων
Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν
Ἀλλ' ὀρθὸν ἐς ἵππους· ὡσάυτως δὲ σύ &c.

Vt iam olim obseruauit Hadrianus Iunius, in Adagiis castigatis παροιμιακῶς huius loci, quas Coelius Rhodiginus lib. XXI. antiquarum lectionum attulerat, quasue exponere fusius nihil ad rem pertinet. Simili modo Homerico equo Polemonem comparabat Herodes. vid. *Vitam Polemonis* §. VII. n. 23. conf. & ibid. §. VIII. n. 5.

XXIV. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ. 1 Ἀντίπατρος] eius mentio apud Galenum lib. de Theriac. ad Pison. Tom. II. opp. pag. 458 ὁπότε γοῦν Ἀντίπατρος, ὁ τὰς Ἑλληνικὰς ἐπιστολὰς (τῶν αὐτοκρατόρων) πράττειν πεπιστευμένος, καὶ διὰ σεμνὸν τὸ ἦθος, καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς ῥητορικοῖς λόγοις ἐντελῆ παιδείαν, μεγάλως ὑπ' αὐτῶν τιμώμενος, τῇ νεφριτικῇ διαθέσει περιπεσών, δεινὰ καὶ ἀνήκεστα ὑπὸ τοῦ πάθους ἔπασχεν. ἀξιόπιστον αὐτῶν εἶδον τὴν περὶ τοῦ φίλου εἰς τὸ σωζεσθαι σπουδὴν, καὶ θαυμαστὴν τὴν περὶ τὴν ἰατρικὴν φιλοτιμίαν. Loquitur autem de *Seuero* & *Antonino Caracalla* Augg. Ceterum hic *Antipater* non ille potest esse, contra quem Philostratus Verus, patria Lemnius, scripsit, teste Suida, in Φίλοις. Nam Philostratus ille temporibus Neronis vixit, teste eodem Suida. De aliis *Antipatris* nil addo. Nam confusionis eorum cum nostro nullum periculum. Ceterum de nostro habes nonnulla paulo post etiam vita *Hermocratis* §. III. & *Heraclidae* §. III.

cla-

clariſſimis illius ciuibus. Adriani & Pollucis diſciplinae traditus, ad Pollucis ingenium magis ſe compoſuit, ſententiarum vim modulis elocutionis eneruans. Zenonem autem etiam Athenienſem audiuit, atque ab eo artis ſubtilitates edoctus eſt. Vtut vero extempore dicendi facultate gauderet, elaboratas tamen ſtudio orationes haut neglexit. Olympiacaſque & Panathenaicas nobis recitauit orationes, & hiſtoriae argumentum Seueri Imperatoris geſta ſibi ſumpſit; ſub quo cummaxime imperatoriis epiſtolis praefectus, ſplendidum quid in eis inſonuit. Mihi enim certe ſtatutum, in declamationibus & reliquo iſto ſcribendi genere virum hunc multos habuiſſe ſuperiores, epiſtolas vero melius ſcripſiſſe neminem: eumque, inſignis ad inſtar Tragoediae actoris, totius fabulae apprime gnari, digna Imperatoris perſona protuliſſe. Perſpicuitas enim in oratione erat & ſententiarum ſublimitas, & elocutio ex re ipſa petita, & neglectus nexus iucundus, qui maxime epiſtolam illuſtrat.

τῶν ἐπιφανεσάτων ἐκείνη. Ἀδριανῷ μὲν, καὶ Πολυδεύκει [2] φοιτήσας, ἀπὸ τῦ Πολυδεύκους μᾶλλον ἥρμοσαι, τὰς ὁρμὰς τῶν νοημάτων ἐκλύων τοῖς τῆς ἑρμηνείας ῥυθμοῖς. ἀκροασάμενος δὲ καὶ Ζήνωνος, τῦ Ἀθηναίυ, τὸ περὶ τὴν τέχνην ἀκριβὲς ἐκεῖνυ ἔμαθεν. αὐτοσχέδιος δὲ ὢν, ὐδὲ φροντισμάτων ἠμέλει, ἀλλ' Ολυμπιακύς τε ἠμῖν διῆει, καὶ Παναθηναϊκύς· καὶ ἐς ἱσορίαν ἔλαβε τὰ Σεβήρυ τῦ βασιλέως ἔργα. ἐφ' ἅ μάλισα [3] ταῖς βασιλείοις ἐπισολαῖς ἐπιταχθεὶς [4], λαμπρόν τι ἐν αὐταῖς ἤχησεν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δὴ ἀποπεφάνθω μελετῆσαι μὲν καὶ συγγράψαι τῦ ἀνδρὸς τύτυ πολλὺς βέλτιον, ἐπισεῖλαι δὲ μηδένα ἄμεινον [5], καὶ, ὥσπερ τραγῳδίας λαμπρὸν ὑποκριτὴν, τῦ δράματος ἓυ ξυνιέντα, ἐπάξια τῦ βασιλείυ προσώπυ φθέγξασθαι. σαφήνειάν τε γὰρ τὰ λεγόμενα εἶχε, καὶ γνώμης μέγεθος, καὶ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ τῶν παρόντων, καὶ ξὺν ἡδονῇ τὸ ἀξύνδετον [6], ὃ δὴ μάλισα ἐπισολὴν λαμπρύνει.

II. Conſularem vero indeptus dignitatem, Bithyniae praeſes extitit. Sed, cum promptius vti gladio viſus eſſet, magiſtratus officio motus eſt. Vitae quidem octo & ſexaginta anni Antipatro fuere, ſepultuſque in patria eſt. Inedia vero magis quam morbo mortuus eſſe dicitur. Seueri filiorum praeceptor factus eſt: vnde inter plauſus, quibus audientes eum proſequebamur, *Deorum doctorem* appellabamus. Cum autem iunior eorum occiſus eſſet, quod fratri inſidias ſtrueret inſimulatus; ad maiorem natu epiſtolam ſcripſit, lugubrem ſermonem & threnum continentem; *quod vnus quidem ipſi ocuius ex duobus, vnaque manus tantum ſuperſit: quodque eos, quos arma pro ſe inuicem ferre docuerit, aduerſus ſe mutuo inſurrexiſſe audiat.* Quae quidem animo minus aequo Imperatorem accepiſſe, non eſt cur dubitemus: vel priuatus enim aegre iſta tuliſſet, qui quidem quod inſidiis ſit circumventus, in dubium vocari nollet.

Ὑπάτοις δὲ ἐγγραφεὶς [1], ἦρξε μὲν τῆς τῶν Βιθυνῶν ἔθνυς. δόξας δὲ ἑτοιμότερον χρῆσθαι τῷ ξίφει, τὴν ἀρχὴν παρελύθη. βίυ μὲν δὴ ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα ἔτη τῷ Αντιπάτρῳ ἐγένετο, καὶ ἐτάφη οἴκοι. λέγεται δὲ ἀποθανεῖν καρτερίᾳ μᾶλλον, ἢ νόσῳ. διδάσκαλός τε [2] τῶν Σεβήρυ παίδων [3] ἐνομίσθη· καὶ θεῶν διδάσκαλον ἐκαλῦμεν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπαίνοις τῆς ἀκροάσεως [4]. ἀποθανόντος δὲ τῦ νεωτέρυ σφῶν, ἐπ' αἰτίᾳ, ὡς τῷ ἀδελφῷ ἐπιβελεύοι [5], γράφει πρὸς τὸν πρεσβύτερον ἐπισολὴν, μονῳδίαν ἐπέχυσαν καὶ θρῆνον, "ὡς εἷς μὲν αὐτῷ ὀφθαλμὸς ἐκδυσῖν,, χεὶρ δὲ μία· καὶ ὃς ἐπαίδευσεν ὅπλα ὑπὲρ,, ἀλλήλων αἴρεσθαι, τύτυς ἀκμὰς κατ' ἀλλή-,, λων ἠρμένυς." ὑφ' ὧν παροξυνθῆναι τὸν βασι-,, λέα μὴ ἀπιστῶμεν, καὶ γὰρ ἂν καὶ ἰδιώτην ταῦτα παρώξυνε, βυλόμενόν γε τὸ δοκεῖν ἐπιβεβελεῦσθαι μὴ ἀπιστεῖσθαι.

---

2 Ἀδριανῷ μὲν καὶ Πολυδεύκει] de quibus ſ. vitis eorum. Ceterum cod. S. omittebat particulam μὲν.

3 ἐφ' ἅ μάλισα] malim ὑφ' ἅ. μάλισα addit, quoniam Antoninus Caracalla iam tum Auguſtus quidem erat, ſed Antipater tamen Spartam oblatam Seuero Imperatori inprimis debebat.

4 βασιλ. ἐπισολ. ἐπιταχθεὶς] vide not. 1. & paulo poſt vit. *Hermocratis.* de hoc munere, & phraſi id deſignante ſupra etiam *Hadriano* §. VI. actum.

5 μηδένα ἄμεινον] in epiſt. ad *Aſpaſium* tamen Philoſtratus *Marcum Aurelium* maxime excelluiſſe in βασιλείοις epiſtolis iudicat.

6 τὸ ἀξύνδετον] vid. de hac figura orationis Longinus π. ὕψυς cap. 19.

§. II. 1 ὑπάτοις δὲ ἐγγραφεὶς] in faſtis nomen eius non comparet, ſuffectus itaque forte conſul fuerit.

2 διδάσκαλός τε] cod. S. διδάσκαλος μὲν γάρ.

3 τῶν Σεβήρυ παίδων] Antonini *Caracallae* & *Getae.*

4 ἐν τοῖς ἐπαίνοις τῆς ἀκροάσεως] h. e. quando dicenti applaudebant: cuiuſmodi ἐπαίνων cupidiſſimum ſ. vidimus *Ariſtidem* in vita eius.

5 ἐπ' αἰτίᾳ ὡς τῷ ἀδελφῷ ἐπιβελεύοι] optime eſt in Salmaſianis τῷ ἀδελφῷ pro τῶν ἀδελφῶν, quod editos occupauit. Nempe interemto in matris amplexibus Geta, ad

EPMO-

ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ.

Πολὺς ἐν σοφιστῶν κύκλῳ [1] καὶ Ερμοκράτης [2], ὁ Φωκαεὺς, ἄδεται, φύσεως ἰσχὺν δηλώσας παρὰ πάντας, ὃς ἐρμηνεύω. ἑδενὶ γὰρ θαυμασίῳ σοφιστῇ συγγενόμενος, ἀλλὰ Ρυφίνῳ τῷ Σμυρναίῳ [3] ἀκηκοὼς, τὰ σοφιστικὰ τολμῶντος

XXV. HERMOCRATES.

Multum in ſophiſtarum corona Hermocrates Phocenſis celebratur, in quo ingenii vis maior apparuit quam in omnibus iis, de quibus ſermonem antea inſtitui. Nullius enim ſophiſtae, cuius aliquod nomen ſit, cum fuerit diſcipulus, ſed Rufinum audiuerit Smyrnaeum, qui rhetoricam profiteri magis au-

---

milites profectus Caracalla, in via identidem clamabat, *inſidias ſibi ſtructas eſſe. διὰ πάσης τῆς ὁδῦ κεκραγὼς ὡς ἐπιβεβουλευμένος καὶ κινδυνεύων.* Dio lib. LXXVII. p. 872. adde Herodianum l. IV.

XXV. ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ. 1 *ἐν σοφιστῶν κύκλῳ*] Eadem phraſis occurrit vita Apollonii I, 3. plura de ea habes in *Polemone* §. III. n. 1.

2 Ερμοκράτης] de hoc ſe dicturum promiſerat Philoſtratus ſ. vit. *Polemonis* ſub fin.

3 Ρυφίνῳ τῷ Σμυρναίῳ] non confundendus ille cum *Apollonii* Naucratitae notho, de quo ſ. in *vita* eius. Smyrnaeus enim ille haut fuit, (multo minus Smyrnaeorum Praetor,) ſed, vti videtur, Athenienſis. Nam Smyrnae verſatum eius parentem nuſpiam legas, ſed Athenis. Fuit praeterea *Naucratita Apollonius*, pater *Ruffini*, *Heraclidae* aequalis. vid. vitam *Apollon. Nauer.* §. I. *Heraclides* ſub Seuero maxime floruit, vt patet ex vita *Apollonii Athenienſis* §. II. Qui igitur fiat credibile, filium Naucratitae Apollonii, Ruffinum, poſſe eſſe eundem cum *Ruffino Hermocratis* praeceptore, qui itidem ſub *Seuero* Imp. maxime floruit, vt patet ex vita eius §. IV. Miror itaque vnum ex duobus facere poſt Triſtanum virum illuſtriſſimum in Diſſ. de Veſta & Prytanib p. 701. & de P. & V. Numiſm. p. 712. Nec plane, vt hic locus docet, Ruffini, Smyrnaeorum ſophiſtae, praeterita mentio eſt Philoſtrato noſtro, vt putabat idem de Praeſt. & Vſu Numiſm. opere reſtituto, Diſſ. IX. p. 713. Fuit vero hic *Claudius Ruffinus* ſophiſta, praetor Smyrnaeorum. De eius *praetura* decretum Imperatorum Seueri & Antonini in antiquo lapide Smyrnae repertum edidit Sponius, Itiner. T. I. p. 403. Idemque etiam in Marm. Oxon. append. inuenitur p. 304.

ΟΙ ΘΕΙΟΤΑΤΟΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕC CEOYHPOC ΚΑΙ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΚΑΙCΑΡΕC CMYPNAIOIC ΕΙ ΚΛΑΥΔΙΟC ΡΟΥΦΙΝΟC Ο ΠΟΛΕΙΤΗC ΗΜΩΝ Ο ΔΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΑΙΡΕCΙΝ Η CΥΝΕCΙΝ ΕΠΙ ΠΑΙΔΕΙΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΝ ΛΟΓΟΙC CΥΝΕΧΗ ΒΙΟΝ ΤΗΝ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΗΝ ΤΟΙC CΟΦΙCΤΑΙC ΚΑΤΑ ΤΑC ΘΕΙΑC ΤΩΝ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΗΜΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΙC ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΤΩΝ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΩΝ ΚΑΡΠΟΥΜΕΝΟC ΥΜΩΝ ΑΥΤΟΝ ΕΚΟΥCΙΩ ΑΝΑΓΚΗ ΠΡΟΚΑΛΟΥΜΕΝΩΝ ΥΦΕCΤΗ ΤΗΝ CΤΡΑΤΗΓΙΑΝ ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΡΟC ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ ΦΙΛΤΡΟΝ ΤΗΝ ΓΟΥΝ ΕΙC ΤΑ ΑΛΛΑ ΜΕΝΕΙΝ ΑΠΡΑΓΜΟCΥΝΗΝ ΑΚΕΙΝΗΤΟΝ ΑΥΤΩ ΔΙΚΑΙΟΤΑΤΟΝ ΕCΤΙΝ ΟΥ ΓΑΡ ΑΞΙΟΝ ΑΝΔΡΙ ΤΗΝ ΕΙC ΥΜΑC ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΝ ΓΕΝΕCΘΑΙ ΖΗΜΙΑΝ ΚΑΙ ΜΑΛΙCΤΑ ΤΑΥΤΗΝ ΥΜΩΝ ΑΙΤΟΥΝΤΩΝ ΥΠΕΡ ΑΥΤΟΥ ΤΗΝ ΧΑΡΙΝ ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ ΕΠΡΕCΒΕΥΕΝ ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΚΑΙ ΑΙΛΙΟC CΠΗΡΑΤΟC. h. e. *Diuiniſſimi Impp. Seuerus & Antoninus Caeſares, Smyrnaeis. Si Claudius Rufinus, ciuis veſter, qui ob profeſſionem ſtudiorum & aſſiduam in eloquentia vitam, propoſita ſophiſtis, ſecundum diuina maiorum noſtrorum edicta, vacatione munerum fruitur, vobis ipſum ex neceſſitate poſtulantibus, praeturam ineat, ex patriae caritate, eum tamen ab aliis muneribus vacationem retinere integram aequiſſimum eſt. Nefas eſt enim ſuam illi erga vos benevolentiam damno eſſe, maxime cum hoc ipſi beneficium ei concedi poſtuletis. Bene valete. Legati fuere Aurelius Antoninus & Aelius Speratus.*

Creberrima eius quoque in nummis Smyrnaeorum, Seuero, Caracalla, & Geta Impp. cuſis, mentio, vt obſervatum poſt Triſtanum Comm. T. II. p. 96. Vaillantio in Numm. Graec. Imp. p. 87. Illuſtriſſ. Spanhemio de Veſta & Prytanib. Graec. Diatrib. T. V. Theſauri Antiquit. Graeuiani p. 701. & operis reſtituti de Praeſt. & Vſ. Numiſm. Diſſ. IX. p. 712. vt & Io. Harduino de Nummis Vrb. &c. p. 466. 467. 468. 470. Eorum en tibi eſtypa.

Maximi moduli qui eſt, cum Cybeles effigie, Seueri eſt, ex Gaza Regis Galliae ab illuſtr. Spanhemio editus: alterum, Seuerum parte altera ſedentem inter filios Caracall. & Getam exhibentem, cuius pars auerſa coronam querceam

ſus

sus est, quam aliquid in ea praestitit: maiore tamen quam quisquam Graecorum varietate in elocutione & dispositione vsus est: idque non in quibusdam tantum argumentis praestitit, in aliis vero minus, sed plane in omnibus quae modo tractaret. Certe enim colorata etiam egregie tractauit, aequiuoce dicta plurimas excogitans, & eius quod intendebat indicia immiscens orationi, verum sensum prementi.

II. Auus quidem ipsi Attalus fuit Polemonis sophistae filius. Pater vero Rusinia-

μᾶλλον ἢ κατορθῶντος, ἑρμηνεῦσαι ποικιλώτατα Ἑλλήνων καὶ ἔγνω, ᾗ ἔταξεν· ἃ τὰς μὲν τῶν ὑποθέσεων, τὰς δ' ἀχὶ, ἅπαξ δὲ πάσας τὰς μελετωμένας. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς ἐσχηματισμένας [4] εὖ διέθετο, ἀμφιβολίας τε πλείστας ἐπινοήσας, καὶ τὸ σημαινόμενον ἐγκαταμίξας τῷ ἀφειμένῳ.

Πάππος μὲν δὴ αὐτῷ ἐγένετο Ἄτ[τ]αλος [1], ὁ Πολέμωνος τῷ σοφιστῇ παῖς. πατὴρ δὲ Ρουσινια-

---

& communium Asiae mentionem habet, ex Tristano expressi Tom. II. p. 96. ex Foucaultii cimeliis eius auersam repraesentat illustriss. Spanhem. Tertium cum templo & stante in eo fortuna ex equitis aurati Trombali thesauris ill. Spanhemius vulgauit. Praeterea alterius Seueri nummi, in cuius auersa mulier turrita, stans, dextra pateram, sinistra hastam tenens, cum eadem inscript. ΕΠΙ CTP. ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΟΦΙ meminit Vaillantius l. c. p. 87: vt & alterius Iuliae Domnae, in quo Hercules stans, dextra poculum, sinistra clauam & spolia Leonis tenens, cum inscript. ΕΠΙ CTP. ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Visum autem fuerat illustriss. Spanhemio in Diatr. de Vesta & Prytanib. l. c. hunc quoque Ruffinum esse, cuius mentio apud Aristidem est, serm. IV. p. 581. 606. & 616. Certe enim, inquit, existimem, *nihil obstare, vt qui Rufinus sub M. Aurelio, cuius aetate floruit Aristides, fuit iam notus, idem adhuc sub Seuero summis in patria honoribus fungeretur.* Cui rationi tanto libentius ego quidem locum faciam, quod obseruem in marmore allegato diserte dicere Seuerum & Antoninum Caracallam Augg. Ruffinum κατὰ τὰς θείας τῶν προγόνων (ἑαυτῶν) διατάξεις i. e. *ex decretis praecedentium imperatorum*, (per quos M. Aurelium & Commodum, simul Augustos, intelligere par est) ἀτέλειαν τῶν λειτουργιῶν h. e. vacationem munerum indeptum fuisse. At suam sententiam mutauit vir summus in restituto opere de P. & V. Numism. diss. IX. p. 713. Causa mutati animi, quod in Gordiani nummos incidisset, CL. *Ruffini* nomen & praeturam praeferentes, quem ille eundem censet cum *Ruffino*, de quo hucusque egimus, qui sub Seuero & Caracalla Smyrnae praefuit. Nam ab obitu Caracallae vsque ad annum primum Gordiani XXI annos tantum intercedere ait, quibus superstitem adhuc fuisse Ruffinum, qui sub eo & Seuero apud Smyrnaeos praeturam gessit, eamque iterata vice sustinuisse nil vetare vir summus existimat: verum hac posita hypothesi nimium esse spatium viro illustrissimo, vt puto, visum fuit inter Antonini tempora, (quibus ἀτέλειαν iam nactum constat Ruffinum, qui praeturam gessit sub Seuero,) & Gordianos, id enim XLIV annos excederet. Sed malim ego *Ruffinum* apud Aristidem eundem cum Smyrnaeo sub Seuero praetore statuere. Id enim suadet decretum Seueri & Caracallae. Gordiani vero nummis notatum praetorem *Ruffinum* alium esse existimem. Inque ea sententia etiam ex eo firmor, quod *praeturam*, munus maxime *oneroſum*, vt ex decreto Seueri & Carcall. patet, eundem bis gessisse, non sit verosimile. Hic vero, qui sub Gordiano praetor fuit, Ruffinus, non noster, sit oportet is qui in *Sardianorum* quoque nummis, sub Gordiano, Ἀρχων eius vir bis notatur, vt obseruatum viro illustrissimo. Nummos eius generis habes apud Vaillant. p. 155. & 160. Nisi eum tamen quoque a reliquis distinguere praestet: sane in duobus nummis, caput Gordiani, & tertio, caput Furiae Trancyllinae praeferentibus, non ΡΟΥΦΙΝΟΥ scribitur, sed ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ, neque *sophistae* titulus ei tribuitur. Ceterum *Pergamenorum* quoque nummum sub eodem Gordiano apud Vaillantium inuenio, qui signatus est ΑΥΡ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΣ h. e. *Aurelius Ruseinus*. Quatuor hinc circa ista tempora minimum *Ruffini* fuisse videntur. Primus *Apollonii Naucratitae nothus*: Smyrnaeorum alter sub *Seuero & Caracalla praetor* & sophista: tertius Smyrnaeorum sub *Gordiano* praetor: quartus Sardianorum archon.

4 ἐσχηματισμένας] de quibus vide notata inprimis ad vit. *Scopeliani* §. V. n. 17.

§. II. 1 Ἄτ[τ]αλος] ille ipse, cuius mentio in nummis Smyrnaeorum sub M. Aurelio, quorum medium primus produxit Tristanus, T. I. p. 647. reliquos duos ill. Spanhem. de Prytanib. p. 1709. & de P. & V. numism. p. 711. ed. nouae. Primum & secundum quoque vidit Harduinus, vt patet ex libro eius de nummis vrb. & c. p. 465. In eis nummis ista leguntur: ΑΤΤΑΛΟΣ. ΣΟΦΙΣ. ΤΑΙΣ. ΠΑΤΡΙΣΙ. ΣΜΥΡ. ΛΑΟ.? quae viri docti interpretantur *Attalus sophista patriis suis Smyrnae & Laodiceae.* Nempe illa patria ei natiuitate, haec adoptione extitit. conf. notata a nobis s. ad Aristidem §. I. n. 2. & aliis locis, ibi allegatis. Ceterum en tibi ipsos illos nummos expressos ex accuratioribus, vt credere par est, typis, qui repraesentantur in opere Spanhemiano de Praest. & Vsu numismatum: ab iis enim aliquantum differunt Tristani pariter ectypa ac ea quae in Diatribe de Prytanibus Vir illustrissimus exhibuerat.

νος[2], ὁ ἐκ Φωκέων, ἀνὴρ ὕπατος[3], Καλλιςὼ γήμας τὴν Ατ[ά]λα. τελευτήσαντος δὲ αὐτῷ τοῦ πατρὸς, ἐς διαφορὰν κατέςη πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα, ἄτω τι ἀπαραίτητον, ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπ' αὐτῷ τὴν Καλλιςὼ ἀφεῖναι, ἐν μειρακίῳ[4] ἀποθανόντι, ὅτε δὴ καὶ τοῖς πολεμιωτάτοις ἐλεεινὰ τὰ τῆς ἡλικίας φαίνεται. καὶ τοῦτο, ὅτῳ μὲν ἀκήδαντι, κακίᾳ τοῦ μειρακίου προσκείσεται[5] μᾶλλον, εἰ μηδὲ μήτηρ ἐπ' αὐτῷ τι ἔπαθε· λογιζομένῳ δὲ τὴν αἰτίαν, καὶ ὅτι τὴν μητέρα ἀπέςερξεν ἐπὶ δάλῳ ἔρωτι, ὁ μὲν ξυμβαίνων τοῖς νόμοις φαίνοιτο ἂν, οἳ δεδώκασι τὸ ἐπὶ τοιαῖσδε αἰτίαις καὶ ἀποκτείνειν· ἡ δὲ ἀξία μισεῖσθαι καὶ τοῖς μὴ προσήκουσιν, ὑπὲρ ὧν ἑαυτήν τε[6] καὶ τὸν υἱὸν ἤσχυνεν.

Ὥσπερ δὲ ταύτην ὁ Ερμοκράτης διαφεύγει τὴν αἰτίαν, ὅτως ἐκείνην οὐκ ἂν διαφύγοι. τὸν γὰρ πατρῷον οἶκον, βαθὺν[1] αὐτῷ παραδοθέντα, κατεδαπάνησεν, οὐκ ἐς ἱπποτροφίας, οὐδὲ ἐς λειτουργίας, ἀφ' ὧν καὶ ὄνομά ἐςιν ἄρασθαι, ἀλλ' ἐς ἄκρατον, καὶ ἑταίρας, οἷς παρασχεῖν καὶ κωμῳδίᾳ λόγον, οἷον παρέσχον οἱ Καλλίαν ποτὲ τὸν Ιππονίκου[2] κολακεύσαντες.

Αντιπάτρᾳ[1] δὲ παρελήλυθότος ἐς τὰς βασιλείους ἐπιςολὰς[2] ἤδη, ἀσπαζομένῳ τε ἁρμόσαι οἱ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, πονήρως ἔχουσαν τοῦ εἴδους, οὐκ ἐπήδησε πρὸς τὴν ἐκείνου εὐπραγίαν. ἀλλὰ καὶ τῆς προμνηςρίας ἀναγούσης ἐς τὴν τοῦ Αντιπάτρου ἰσχύν, ἣν εἶχε τότε, οὐκ ἄν ποτε ἔφη δελεῦσαι προικὶ μακρᾷ, καὶ πενθερῷ τύφῳ. ὠθούντων[3] δὲ αὐτὸν τῶν συγγενῶν ἐς τὸν γάμον, καὶ Διὸς Κορίνθου[4] ἡγεμένων τὸν Αντίnus, Phocensis vir consularis, qui Callisto duxerat, filiam Attali. Patre vero morte ei erepto, in controuersiam incidit cum matre sua, ita implacabili, vt ne lacrymam quidem Callisto ob eum effuderit primo aetatis flore diem obeuntem: tamen vel infestissimis quibusque haec aetas commiseratione digna videatur. Hoc autem, qui inaudiuerit tantum, pessimae adolescentis tribuet indoli, quod ne mater quidem ipsa eius casu commota sit. Verum causam si quis expenderit, quodque alieno a matre animo fuerit eo, quod seruum illa amaret; ipse quidem, quod leges postulant fecisse videbitur, quae ob eiusmodi crimen interficere etiam [matrem] permittunt: illa autem digna omnino quam odio habeant ei quoque, quibus nihil cum ea intercedat cognationis, propterea quod & seipsam, & filium, ignominiae obnoxium reddiderit.

III. Vt ista vero facile Hermocrates culpa se liberat, ita aliam non facile effugerit: paternam enim rem familiarem, quae amplissima ei relicta fuerat, consumsit, non in equis quidem alendis, aut muneribus publicis obeundis, vnde nomen saltem sibi comparare licet; sed crapula, & sodalibus, qui Comicae licentiae argumentum praeberent, vt praebuere Calliae olim, Hipponici filii, parasiti.

IV. Antipater autem cum suscepisset iam Imperatoris epistolas scribendi munus, cuperetque ei filiam suam matrimonio iungere, formae parum felicis puellam, ad illius opulentiam non statim is quidem prosiliit. Imo cum pronuba, ad Antipatri opes, quibus eo tempore valebat, ipsum animum iuberet aduertere: *Nunquam*, aiebat, *se seruum esse velle amplae dotis fastusque soceri.* Cognatis autem ad has nuptias vehementer impellentibus eum, iterumque atque iterum Anti-

---

2 Ρωσινιανὸς] cod. S. legit Ρωσιανὸς.

3 ὕπατος] suffectus forte, nam in fastis nomen eius non comparet, nisi malis ὑπάτου nomen, quod sequiore aeuo factum, hac iam aetate quibusuis tributum urbiumque praefectis.

4 ἐν μειρακίῳ] simili sensu ἐν παιδὶ dicunt Graeci, exempla habes apud Gataker. ad Antonini εἰς ἑαυτὸν I, 7.

5 προσκείσεται] sic cod. S. Editi προύσκηται.

6 ἑαυτήν τε] addidi τε ex cod. S.

§. III. 1 βαθὺν] vide s. ad vitam Apollonii l. I. cap. 3. & *vita Polemonis* §. IX. n. 2.

2 Καλλίαν ποτὲ τὸν Ιππονίκου] qui πλουσιώτατος Αθηναίων audit Plutarcho π. φιλοπλουτ. Et in *Pericle* p. 165. quem matrem eius altero matrimonio sibi iunctam habuisse, eaque repudiata Aspasiam duxisse narrat. Eum passim Aristophanes, quod ad omne genus voluptatum propensus esset, κωμῳδεῖ. Sic in Ranis p. m. 233. Καλλίαν Ιπποβίνου vocat pro Ιππονίκου, vbi Scholiast. παρεγραμμάτισε διὰ τὴν ἀσέλγειαν παρὰ τὸ Ιππονίκου εἰς πορνομανῆ. τὸ δὲ ἵππος πολλαχοῦ ἐπὶ τοῦ μεγάλου λαμβάνεται. ἱππόπορνε. Κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὁ Καλλίας ὡς σπαθῶν τὴν πατρικὴν οὐσίαν, καὶ μάλιςα ἐπὶ γυναικὶ μεμηνὼς ἣ τοῦ κτενοῦτος. conf. idem *in auibus* p. 554. & in ἐκκλησιαζούσ. vbi, quod quis loqueretur non obseruassent Aristophanis editores, obscuritas. Legerem ita

— φησὶ Καλλίμαχος δ' ὁ χοροδιδάσκαλος
Αυτοῖσιν εἰσοίσει. Αν. τί; φησὶ πλείω Καλλίᾳ.

§. IV. 1 Αντιπάτρου] de eo vide *vit.* praeced.

2 παρελ. εἰς τὰς βασιλ. ἐπις.] eadem plane phrasis recurrit inf. in vita *Aspasii* conf. & notata ad vitam *Hadriani* §. VI.

3 ὠθούντων] cod. S. non male ἐξωθούντων, nempe in compositione ista praepositio significatum auget atque intendit.

4 Διὸς Κορίνθου] de hoc proverbio multa in Chiliadib. Erasmus p. 678. qui hoc loco illud, praeter vsum eius, existimat *hominem felicem* notare. At, cum nunquam apud autores bonos aliud quid illud notare ex ipsis ab eo allatis exemplis pateat, *quam frequentem eiusdem rei iterationem*, natum quippe ex eo, quod Corinthiorum legatus apud Megarenses seditiosos identidem repeteret istud: οὐκ ἀνέξεται ὑμῶν Διὸς Κορινθος vt praeter Autores Erasmo citatos Scholiast. Aristophanis quoque docet ad Ranas p. 232;

patrum

patrum ei ob oculos ponentibus, non ante tamen ceſſit, quam Seuerus, Imperator, ad orientem accerſito ei puellam tradidiſſet. Tunc eius familiari quodam ipſum interrogante, quando *anacalypteria* ſit celebraturus? vrbaniſſime quidem Hermocrates, imo *encalypteria*, inquit, *potius, cui talis ducenda ſit.* Fecitque etiam paulo poſt diuortium, videns, vxorem neque aſpectu eſſe iucundam, neque moribus commodam.

πατρον, ἀ πρότερον εἶξεν[5], ἢ Σεβῆρον αὐτοκράτορα, μεταπέμψαντα αὐτὸν ἐς τὴν ἑῴαν[6], δῆναί οἱ τὴν κόρην. ὅτε δὴ καὶ, ἐπιτηδείων ἐρομένων τινὲς αὐτὸν, ὁπότε[7] ἄγοι τὰ ἀνακαλυπτήρια[8], ἀσειότατα ὁ Ερμοκράτης, ἐγκαλυπτήρια[9] μὲν ἄν, ἔφη, τοιαύτην λαμβάνων. καὶ διέλυσε μετ' ὀλιγὸν τὸν γάμον, ὁρῶν ὅτε ἰδεῖν ἡδεῖαν, ὅτε ἐπιτηδείαν τὸ ἦθος.

V. Hermocratem autem cum audiiſſet Imperator, eum non minus atque auum eius eſt admiratus, ac petendorum munerum ei copiam fecit. Hermocrates autem: *dignitates quidem*, inquit, *immunitates, victum e publico, praetextam & Pontificatum, auus nobis, poſteris ſuis, reliquit. Quid igitur hodie a te peterem, quae tanto tempore iam habeam? Quoniam vero mihi ab Aeſculapio Pergameno imperatum eſt, vt perdicem edam ſuffitam thure: hoc autem aroma ita iam apud nos rarum eſt, vt molam & lauri folia Diis adolere oporteat: Thuris talenta quinquaginta mihi expeto, vt Deos colere poſſim, medelamque ipſe inueniam.* Deditque ei thus, collaudato, Imperator, ſe erubeſcere aiens, quod tam parua a ſe petita ſint.

Καὶ ἀκροατὴς δὲ τῶ Ερμοκράτης ὁ αὐτοκράτωρ γενόμενος, ἠγάσθη αὐτῷ ἴσα τῷ πάππῳ, δωρεάς τε αἰτεῖν ἀνῆκε. καὶ Ερμοκράτης "σεφάνης μὲν, ἔφη, καὶ ἀτελείας, καὶ σιτή-„σεις, καὶ πορφύραν, καὶ τὸ ἱεραῖσθαι, ὁ πάπ-„πος ἡμῖν, τοῖς ἀπ' αὐτοῦ, παρέδωκε· καὶ τί ἂν „αἰτοίην παρά σε σήμερον, ὃ ἐκ τοσούτου ἔχω; „ἐπεὶ δέ ἐσί μοι προσεταγμένον ὑπὸ τῶ κατὰ „τὸ Πέργαμον Ασκληπιῶ[2] πέρδικα σιτεῖσθαι „λιβανωτῷ θυμιώμενον, τὸ δὲ ἄρωμα τοῦτο ὀλίγον „τί σπάνιον καθ' ἡμᾶς νῦν, ὡς ψαιστὸν καὶ δά-„φνης φύλλα τοῖς θεοῖς θυμιᾶσθαι, δέομαι „λιβανωτοῦ ταλάντων πεντήκοντα, ἵνα θερα-„πεύοιμι μὲν τοὺς θεοὺς, θεραπευοίμην δὲ αὐ-„τός[3]." ἔδωκε δὲ τὸν λιβανωτὸν σὺν ἐπαίνῳ ὁ αὐτοκράτωρ, ἐρυθριᾶν εἰπὼν, ἐπειδὴ μικρὰ ἠ-„τήθη.

VI. Adiuuit Hermocratem vero in declamationibus primum quidem aui ſui gloria. Ita enim homines ingenio ſunt comparati, vt virtutes a parentibus in filios propagatas magis colant. Quare magis ſpectatus eſt victor Olympicus, ex victorum Olympicorum familia natus. Et miles ingenuus magis, qui natus ſit ex bello non inexercitatis. Suauioraque etiam ſtudia ſunt, quae in parentum

Ξυνελάμβανε δὲ[1] τῷ Ερμοκράτῃ τῶν ἐπιδείξεων πρῶτον μὲν τὸ τοῦ πάππου κλέος. ἡ γὰρ φύσις ἡ ἀνθρωπεία τὰς ἀρετὰς ἀσπάζεται μᾶλλον ἐκ πατέρων ἐς παῖδας διαδοθείσας. ὅθεν εὐκλεέστερος μὲν Ολυμπιονίκης, ὁ ἐξ Ολυμπιονικῶν οἶκος. γενναιότερος δὲ στρατιώτης, ὁ μὴ ἀστρατεύτων. ἡδίους τε τῶν ἐπιτηδεύσεων αἱ πα-

malim hoc quoque loco eum ſenſum, cum percommode id fieri poſſit, retineri. Nempe Διὸς Κόρινθον ἠγήσαντο τὸν Ἀντίπ. cognati Hermocratis, identidem apud eum repetentes, quantus vir ſit *Antipater*, vt hac ratione ad filiam eius ducendam ipſum impellerent.

5 εἶξεν] ſic bene cod. S. & Aldina. male εἴξειν in Morelliana, ſolo, vt videtur, typographi vitio.

6 ἐς τὴν ἑῴαν] eo nempe tempore, quo ipſe Seuerus in oriente verſabatur, quod bis factum circa annum C. 195. & 197.

7 ὁπότε] cod. S. & Angl. πότε.

8 ἀνακαλυπτήρια] ſic dicta tertia a nuptiis dies, qua nouа nupta amoto flammeo, & ita *detecto* primum vultu, quod eſt ἀνακαλύπτειν, a propinquis conſpiciebatur, a quibus *dona* ea die ipſi offerebantur, quae & ipſa ἀνακαλυπτήρια dicta, vulgo ἐπτήρια appellata. vide Heſychium & Harpocrationem, & praeterea obſeruata viris ſummis Io. Meurſio ad Lycophron. p. 11. & Ezech. Spanhemio ad Callimach. p. 180.

9 ἐγκαλυπτήρια] vocem fingit alluſione facta ad ἀνακαλυπτήρια. Nempe *ſibi* prae pudore faciem *abſconden-dam* dicit, ſimul ac duxerit puellam formae tam infelicis, & ſe adeo indignam, qui, vt paulo poſt docet noſter, forma ſit praeſtantiſſimus. Niſi malis ad ipſam ſponſam referre, quam *velatam* cupiat, ne formae vitio ſponſus offendatur. Ceterum ἐγκαλύπτειν faciem pudoris eſt. Sic Apollonius Tyan. ep XVIII. ἐγκαλυπτίος ἕκαστος ὁ ματαίως ἐν δόξῃ γενόμενος.

§. V. 1 σεφάνης] i. e. *dignitates*, ſic enim σεφανῶσθαι τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων ſupra habuimus, adde ad Vitam Polemonis §. I. n. 5. Haec autem, quae hic enarrat Hermocrates, ſunt δωρεαὶ, eodem fere ordine ſupra recenſitae noſtro, vita *Adriani* paulo ante fin.

2 κατὰ τὸ Περγ. Ασκληπιῶ] de quo vide ad vit. *Apollonii* l. IV. c. 1.

3 θεραπεύοιμι τοὺς θεοὺς θεραπευοίμην δὲ αὐτός] decor qui eſt ex repetitione verbi θεραπεύειν, diuerſo ſignificatu, verſione reddi non potuit. *Thus* autem ſibi expetit, quo *& Deos colat*, nam illud thure faciebant, & ipſe *medelam inueniat*; nam morbo aliquo laboranti ſuaſerat Aeſculapius perdice veſci aſſidue thure condita & ſuffumigata.

§. VI. 1 ξυνελάμβ. δὲ] addidi δὲ ex cod. S.

τέρων τε καὶ προγόνων οἴκῳ· καὶ τέχναι βελτίους, αἱ κληρονομέμεναι. ξυνελάμβανε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ὥρα ἡ περὶ τῷ εἴδει· καὶ γὰρ ἐπίχαρις, καὶ ἀγαλματίας[2], οἷα ἔφηβοι[3]. καὶ τὸ θάρσος δὲ τῆ μειρακίῳ, τὸ ἐν τοῖς πλήθεσιν, ἔκπληξιν ἐς τοὺς πολλοὺς ἔφερεν, ἣν ἐκπλήττονται ἄνθρωποι τοὺς τὰ μεγάλα μὴ ξὺν ἀγωνίᾳ πράττοντας. ἐδίδου τι καὶ ἡ εὐροια, καὶ ὁ τῆς γλώττης κρότος, καὶ τὸ ἐν σιγμῇ τοῦ καιροῦ ξυνορᾶν τὰς ὑποθέσεις, καὶ τὰ ἀναγιγνωσκόμενά τε καὶ λεγόμενα παλαιότερα[4] ὄντα, ἢ νέῳ γε ἐνθυμηθῆναι, καὶ ἑρμηνεῦσαι. αἱ μὲν δὴ μελέται τοῦ Ἑρμοκράτους ὀκτώ που ἴσως, ἢ δέκα. καί τις λόγος ὀλίγος ὢν ἐν Φωκαίᾳ διῆλθε τῷ Πανιωνίῳ κρατῆρι[5]. ἐμοὶ δὲ ἀποπεφάνθω, μὴ ἄν τινα ὑπερφωνῆσαι τὴν μειρακίου τύτου γλῶτταν, εἰ μὴ ἀφηρέθη τὸ παρελθεῖν ἐς ἄνδρας, φθόνῳ ἀλιτοῦς[6]. ἐτελεύτα δὲ κατ' ἐνίους μὲν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι γεγονὼς ἔτη· ὡς δὲ ἔνιοι, πέντε καὶ εἴκοσι. καὶ ἐδέξατο αὐτὸν ἡ πατρῴα γῆ, καὶ αἱ πατρῷαι θῆκαι.

& maiorum domo floruerunt, melioresque artes, haereditario iure comparatae. Profuit autem ipsi quoque pulcra corporis forma. Etenim gratia eius summa erat, statuaeque instar habebat, affabre factae, similis ephebis. Audacia porro adolescentis, qua in coetu hominum vtebatur, admirationi plerisque erat, qua prosequi eos homines solent, qui res magnas sine anxio labore adoriuntur. Aliquid etiam conferebat flumen eloquii, & linguae sonitus, & quod momento temporis argumenta pernosceret, item quod ea pariter, quae ex scheda recitabat, quam illa, quae memoriter promebat, magis saperent maturam aetatem, quam vt a iuuene vel mente vel verbis concepta videri possent. Et declamationes quidem certe Hermocratis octo circiter extant, vel decem. Oratio item quaedam non longa, quam in Phocaea in Panionium craterem dixit. Equidem ego statuo, adolescentis huius linguam neminem facile superaturum fuisse, nisi ad virilem aetatem peruenire prohibitus esset, fati inuidiae succumbens. Finiit autem vitam, iuxta nonnnullos, octo & viginti annos natus: vt alii vero volunt, natus annos quinque & viginti: recepitque eum patria terra conditoriaque paterna.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ.

Ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ Ἡρακλείδης[1], ὁ Λύκιος· καὶ τὰ οἴκοι μὲν, ἐπειδὴ πατέρων τε ἀγαθῶν ἔφυ· καὶ ἀρχιερέων Λυκίων ἐγένετο. τὴν δὲ τὴν λειτουργησίαν[3], ὅσαν ὁ μεγάλα ἔθνος Ῥωμαίων[4], μεγάλων ἀξιοῦσιν[5], ὑπὲρ ξυμμαχίας, οἶμαι, παλαιᾶς[6]. ἐλλογιμώτερος δὲ ὁ

XXVI. HERACLIDES.

Vir spectatae autoritatis Heraclides etiam fuit, Lycius: tum familiae causa, nam bonis parentibus ortus erat: tum quod ipse inter pontifices Lycios esset. Hoc ipsum vero munus, vtut non magnae Romanorum prouinciae esset, magni tamen aestimant, propter antiquam, opinor, confoederationem. Maior

---

2 ἀγαλματίας] sic in *Heroicis* passim pulcerrimae formae heroes ἀγάλμασι comparantur. Ita in *Protesilao* §. II. n. 4. ei Heroi *nasus* tribuitur τετράγωνος, qualis ἀγαλμάτων. & *Euphorbus* ἰσοκίονα ἀγάλματι dicitur §. I. historiae eius. & ἄγαλμα πολίμα *Aiax* vocatur *Aiace* §. II. & in *Achille* §. XIII. ei Neptolemus pulcritudine tantum cessisse dicitur ὅσον τῶν ἀγαλμάτων οἱ καλοὶ λείπονται.

3 οἷα ἔφηβοι] nempe maturi magis aetate istam corporis formam decoram, quali statuae finguntur, amittunt, ventrem promittentes, & alias turbata illa corporis adolescentis harmonia.

4 παλαιότερα] sic bene cod. S. Editi παλαιοτέρου.

5 πανιωνίῳ κρατῆρι] vera lectio restituta ex cod. S. Nam editi inepte πανίῳ. Ceterum de πανιωνίῳ *Cratere* etiam in vita Apollonii Philostratus l. IV. c. 6. vbi vid. obseruata n. 1.

6 φθόνῳ ἀλιτοῦς] φθόνῳ nempe *Deorum*, qui rebus magnis inuidere fingebantur, vide obseruata s. vita *Alexandri* §. IV. n. 14.

XXVI. ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ. 1 Ἡρακλείδης] eius mentio etiam supra vita *Nicetae* fin. Vnde Κριτικὸν quoque egisse hunc *Heraclidem* patet. Nata inde mihi suspicio, esse hunc Ἡρακλείδην Κριτικὸν cuius opus περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων citatur Apollonio Dyscolo Hist. Mirab. c. 19. Nempe Κριτικῶ lego pro Κρητικῶ, quod genus erroris apud nostrum quoque commissum obseruauimus supra, in vita *Dionysii* §. IV. n. 3. & vita *Polemonis* vbi v. §. VII. not. 18. quamuis & alterius *Heraclidae* critici & grammatici orti Mopso, Ciliciae ciuitate, Stephanus meminerit in libro π. πόλ. Nostri mentio etiam supra in vtriusque *Apollonii*, Naucratitae & Athenienfis, *vitis*, it. inf. in vita *Hippodromi* §. III. V. & in antiquo aere vid. inf. §. II. n. 9.

2 Ἀρχιερέων Λυκίων] *Lyciarchas* intelligit. Nempe vt ἀρχιερεῖς dicti Ἀσιάρχαι, qui sacris solennibus & controuersiis inter vrbes, ad κοινὸν Ἀσίας pertinentes, praeerant: qua de re alibi nos post viros doctos nonnulla: ita ἀρχιερεῖς quoque dicti qui *Lyciae* κοινῷ XXIII vrbium praeerant, qui Λυκιάρχαι dicuntur Straboni l. XIV. p. 665. vbi ex instituto de hac re.

3 τὴν δὲ τὴν λειτουργησίαν] editi τὴνδε ἀλειτουργησίαν, in quo manifestum mendum, quod nos coniectura quidem, certa tamen sustulisse confidimus.

4 ὅσαν ὁ μεγάλα ἔθνος Ῥωμαίων] ἔθνος Ῥωμαίων est Romana prouincia, in qua non magna eius muneris superstes esse poterat autoritas. Nempe, vt l. c. Strabo obseruat, περὶ πολίμα κοὴ εἰρήνης κοὴ συμμαχίας olim Lyciarcha & συνέδριον deliberabat, tum vero vt addit ἐπὶ τοῖς Ῥωμαίοις τοῦτ' ἔκειτο.

5 μεγάλων ἀξιοῦσιν] nempe apud ipsos Romanos hoc munus in honore esse ait, licet magna eius non amplius sit auctoritas.

6 ὑπὲρ ξυμμαχίας, οἶμαι, παλαιᾶς] puto respici ad Syllana tempora, quibus, ob praestitam in bello Mithridatico & contra Fimbriam operam, *Lycii*, iuxta cum aliis, libertate donati, inter Romani populi socios adscripti sunt. vide maxime Appianum in Mithridaticis p. m. 355.

tamen

tamen Heraclidis autoritas in eloquentiae ſtudiis fuit; vt qui inuentione quidem valeret, valeret & elocutione, & in iuridiciali genere caſtigatus eſſet, & demonſtratiui generis ſententias bacchico quodam furore non efferret.

II. Athenienſi autem excidens cathedra, poſtquam contra eum Apollonii Naucratitae ſocii inſurrexiſſent; quorum primus, mediuſque & vltimus Marcianus Dolichius extitit; Smyrnam ſe contulit, quae prae ceteris ciuitatibus ſophiſtarum Muſis maxime litabat. Iuuentutem igitur Ionicam, Lydiamque, & Phrygiam atque Cariam in Ioniam confluxiſſe, vt viri conſuetudine vterentur, magnum non eſt, quandoquidem Smyrna omnibus iſtis quaſi ad ianuam poſita eſt. At Europaeos quoque ille Graecos inuitauit, inuitauit & ex oriente iuuenes, multoſque Aegyptiorum inuitauit, quibus non ignota eius fama fuit, poſtquam cum Ptolemaeo Naucratite in Aegypto de ſapientiae ſtudiis certauit. Smyrnam autem & ſplendidiſſima aduenarum frequentia impleuit, & pluribus aliis rebus, quas iamiam ego ſum expoſiturus, eandem adiuuit. Ciuitas certe, cui hoſpites multi obuerſantur, praeſertim ſapientiae amantes, decenter conſilia inibit, concionem habebit decenter; quae vero rebus ſuis inter multos & prudentes viros recte cauere poſſit, ea aegerrime vinci poterit. Geret autem ſacrorum curam gymnaſiorum, item & fontium ac porticuum, vt vniuerſae multitudini ſufficere videantur. Quod ſi talis ciuitas rei nauticae ſit opportuna, vt Smyrna eſt, multa quidem liberaliter mare etiam ipſi dabit. Idem ad augendam Smyrnae pulcritudinem adiumento ei etiam fuit, olei fonte extructo, in gymnaſio Aeſculapii; laquearibus auratis. Magiſtratum quoque praeturae apud eos geſſit, a quo annis Smyrnaei nomen imponunt.

Ἡρακλείδης τὰ σοφιστικὰ, ἀποχρῶν μὲν γὰρ ξυνεῖναι, ἀποχρῶν δὲ ἑρμηνεῦσαι, καὶ τὰς ἀγῶνας ἀπέριττος, καὶ τὰς πανηγυρικὰς ἐννοίας οὐχ ὑπερβακχεύων[7].

Ἐκπεσὼν δὲ τοῦ θρόνου[1], τοῦ Ἀθήνησι, συσάντων ἐπ' αὐτὸν τῶν Ἀπολλωνίου τοῦ Ναυκρατίτου ἑταίρων[2], ὧν πρῶτος, καὶ μέσος, καὶ τελευταῖος ὁ Μαρκιανὸς, ὁ ἐκ Δολίχης, ἐγένετο, ἐπὶ τὴν Σμύρναν ἐτράπετο, θύσαν δὴ μάλισα πόλεων ταῖς τῶν σοφιστῶν μούσαις[3]. νεότητα μὲν ἂν Ἰωνικήν τε καὶ Λύδιον[4], καὶ τὴν ἐκ Φρυγῶν, καὶ Καρίας ξυνδραμεῖν ἐς Ἰωνίαν, κατὰ συνουσίαν τοῦ ἀνδρὸς, ὅπω μέγα, ἐπειδὴ ἀγχίθυρος ἁπάσαις ἡ Σμύρνα. ὁ δὲ[5] ἦγε μὲν καὶ τὸ ἐκ τῆς Εὐρώπης Ἑλληνικὸν, ἦγε δὲ τοὺς ἐκ τῆς ἑῴας νέους, πολλοὺς δὲ ἦγεν Αἰγυπτίων, ἐκ ἀνηκόους αὐτοῦ ὄντας, ἐπειδὴ Πτολεμαίῳ, τῷ Ναυκρατίτῃ[6], κατ' Αἴγυπτον περὶ σοφίας ἤρισεν. ἐνέπλησε δὲ τὴν Σμύρναν ὁμίλου λαμπροῦ, ὤνησε δὲ καὶ πλείω ἕτερα, ἃ ἐγὼ δηλώσω. πόλις ἐς ξένους πολλοὺς ἐπεστραμμένη, ἄλλως τε καὶ σοφίας ἐρῶντας, σωφρόνως μὲν βουλεύσει, σωφρόνως δὲ ἐκκλησιάσει, φυλαττομένη δέ πῃ τὸ ἐν πολλοῖς τε καὶ σπουδαίοις κακῶς ἀλίσκεσθαι[7]· ἱερῶν τε ἐπιμελήσεται, καὶ γυμνασίων, καὶ κρηνῶν, καὶ ὑδάτων, ἵνα ἀποχρῶσα τῷ ὁμίλῳ φαίνοιτο. εἰ δὲ καὶ ναύκληρος ἡ πόλις εἴη, καθάπερ ἡ Σμύρνα, πολλὰ καὶ ἄφθονα αὐτοῖς ἡ θάλασσα δώσει. ξυνήρατο δὲ τῇ Σμύρνῃ καὶ τοῦ εἴδους, ἐλαίᾳ κρήνην ἐπισκευάσας ἐν τῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ γυμνασίῳ, χρυσῆν τοῦ ὀρόφου. καὶ τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν[8] παρ' αὐτοῖς ἦρξεν, ἀφ' ἧς τοῖς ἐνιαυτοῖς τίθενται Σμυρναῖοι τὰ ὀνόματα[9].

---

7 ὑπερβακχεύων] vide ſ. notata ad vitam *Scopeliani*.

5. II. 1 θρόνου] vide vit. *Lolliani* §. I. n. 1. & *Theodoti* §. I. n. 5.

2 τῶν Ἀπολλων. τ. Ναυκρ. ἑταίρων] vide ea de re & ſ. in *Apollonii* illius vita.

3 θύσαν μάλισα ταῖς τ. σοφιστῶν μούσαις] quibus ſcilicet primos in ciuitate honores, quales στρατηγία, & πρυτανεία frequentiſſime demandabat, quod *Ariſtidis*, *Ruffi*, *Attali* aliorumque exemplis, de quibus paſſim nos ad has vitas, conſtare poteſt. Adde obſeruata illuſtriſſimo Spanhemio de Veſta & Prytanib. Graec. T. V. Ant. Rom. p. 701.

4 νεότητα μὲν ἂν Ἰωνικήν τε καὶ Λύδιον &c.] plane geminus locus iſti ſupra extat in vita *Scopeliani* vide §. V. n. 2.

5 ὁ δὲ] ſic cod. S. Editi ἡ δὲ.

6 πτολ. Ναυκρατ.] de quo ſupra *vita* eius.

7 φυλαττομένη δὲ τὸ ἐν πολλοῖς τε καὶ σπουδαίοις κακῶς ἁλίσκ.] recte Morellus coniecerat, φυλαττομένην legendum eſſe pro φυλαττόμενοι, quod in textu ediderat. At mutandum etiam κακοὶ, quod vulgati praeferebant, in κακῶς: cuius lectionis veſtigia Salmaſ. quoque obſeruat. φυλαττομένη τὸ ἐν πολλοῖς τε καὶ σπουδαίοις ſubintellige σφαλερὸν, vel tale quid. Niſi malis expungi τὸ, quod & ipſe exulare potius iuberem. Vt autem in immediate praecedentibus βουλεύσεις & in ſequentibus pro ἐπιμελήσεται legatur ἐπιμελήσεσθαι, in eo Morello quidem aſſentiri non poſſum.

8 τὴν στεφανηφ. ἀρχ.] articulum ex cod. S. reuocaui. Intelligit στρατηγὸν τῶν ὅπλων munus, τοῦτον γὰρ τὴν λειτουργίαν ἐστεφανώθησαν, qui paſſim eſt ſtylus noſtri. vide ſ. ad vitam *Lolliani* §. I. n. 2. & ibi allegata Philoſtrati loca. De praetura vero *Heraclidae* adde & not. ſq.

9 ἀφ' ἧς τοῖς ἐνιαυτοῖς τίθενται Σμυρναῖοι ὀνόματα] nempe vt Romani conſulum ſuorum, ſic Smyrnaei *praetorum* nominibus annum ſignant. Frequentiſſima exempla in

Ἐπὶ Σεβήρᾳ δὲ τῷ αὐτοκράτορος φασὶν αὐτὸν σχεδίᾳ λόγᾳ ἐκπεσεῖν, αὐλὴν καὶ δορυφόρους δείσαντα. τυτὶ δὲ ἀγοραῖος μέν τις παθὼν κἀν αἰτίαν λάβοι. τὸ γὰρ τῶν ἀγοραίων ἔθνος ἰταμὸν καὶ θρασεῖς. σοφιστὴς δὲ ξυσπερδάζων μειρακίοις τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας, πῶς ἂν ἀντίσχοι ἐκπλήξει; ἐκκρύει γὰρ σχεδίᾳ λόγᾳ καὶ ἀκροατὴς σεμνῷ προσώπῳ, καὶ βραδὺς ἔπαινος, καὶ τὸ μὴ κροτεῖσθαι συνήθως. εἰ δὲ καὶ φθόνῳ ὑποκαθημένῳ ἑαυτὸν αἴσθοιτο, ὥσπερ ὁ Ηρακλείδης τὸν τῷ Αντιπάτρᾳ [1] τότε ὑφεωρᾶτο, ἧττον μὲν ἐνθυμηθήσεται, ἧττον δὲ εὑρήσει. αἱ γὰρ τοιαίδε ὑποψίαι, γνώμης ἀχλύς, καὶ δεσμὰ [2] γλῶττης.

Ἱερὰς δὲ λέγεται κέδρους ἐκτεμὼν [1] δημευθῆναι τὸ πολὺ τῆς οὐσίας. ὅτε δὴ καὶ ἀπιόντι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ ἐπηκολούθησαν μὲν οἱ γνώριμοι, παραμυθούμενοί τε καὶ ἀνέχοντες τὸν ἄνδρα. ἑνὸς δὲ αὐτῶν εἰπόντος, ἀλλ' ὦ μελέτην ἀφαιρεθήσεταί τις, ὦ Ηρακλείδη, οὐδὲ τὸ ἐπ' αὐτῇ κλέος, καὶ ἐπιῤῥαψῳδήσαντος [2] αὐτῷ τὸ,

Εἰς δή πε λοιπὸς [3] κατερύκεται εὐρέϊ οἴκῳ,

ἔφη, μάλα [4]· ἀστειότατα δὴ ἐπιπαίξας τοῖς ἑαυτῷ κακοῖς.

Δοκεῖ δὲ μάλιστα σοφιστῶν ἅπτος τὴν ἐπιστήμην πόνῳ κατακτήσασθαι, μὴ ξυγχωρούσης αὐτῷ τῆς φύσεως. καὶ ἔστιν αὐτῷ φρόντισμα ἐκ ἀηδὲς, βιβλίον ξύμμετρον, ὃ ἐπιγέγραπται, πόνος ἐγκώμιον. τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο πρὸ χειρῶν ἔχων,

III. Coram Seuero Imperatore autem extempore dicentem obmutuisse aiunt; aula & apparitoribus perculsum. Atque id quidem, forensi oratori si contigisset, merito ei fortassis vitio vertas. Causidicorum enim gens animosa est atque audax. Sophista vero, qui cum adolescentibus maximam diei partem docendo exigit, quo minus externetur qua ratione obsistat? Vt extemporanea oratione enim quis excidat, efficere potest auditor vultu grauis, & laudatio tardius veniens, & plausus aliquid insoliti habens. Si autem inuidiam quoque sibi insidiantem praesenserit, quemadmodum Heraclides tunc Antipatri inuidiam suspectam habebat, minus feliciter animo concipiet, minus feliciter inueniet. Tales namque suspiciones menti sunt caligo, & linguae vincula.

IV. Eo porro quod sacras cedros excidisset, magna facultatum parte mulctatus dicitur. Quo etiam tempore e foro abeuntem familiares comitati sunt, solati virum, atque verbis sustinentes. Cumque dixisset ex iis nonnemo, *At declamandi facultatem nemo tibi, o Heraclide, adimet, neque partam ea gloriam:* eamque in rem versum poëtae recitasset:

Nempe vnus reliquus lata reperitur in aede.

Ita est, respondit, vrbane in mala sua ipse iocatus.

V. Videtur autem maximo inter omnes sophistas labore istam sibi comparasse artem, naturam parum indulgentem expertus. Extatque eius lucubratio non iniucunda, liber modicae molis, qui *laudes laboris* inscribitur. Hunc autem manibus tenens librum, occur-

---

nummis Smyrnaeorum occurrunt, vidimusque supra, in quibus sit: ΕΠΙ ΣΤΡΑ ΚΛ ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΟΦΙ *Praetore Claudio Ruffino Sophista.* Tales plurimos a Tristano, Spanhemio & Harduino in nummis vrbium & populorum aliisque repraesentatos habes. vid. s. ad vitam *Hermocratis* §. I. In iis est minime praetereundus, quo ipsius *Heraclidae* nostri signatam praeturam habemus, idque eo minus, quod viris eruditis obseruatum haut esse videatur, eum nummum ad sophistam nostrum pertinere. Ne ipsi enim quidem illustriss. Spanhemio, in Dissert. *de Vesta & Prytanibus*, & restituti operis de *Praest. & Vsu numism.* Diss. IX, vbi ex instituto de sophistis Smyrnaeorum egit, quorum in nummis memoria extat, ille est obseruatus: Ita autem ea quae h. l. de *Heraclidae* praetura dicit Philostratus, cum nummi illius aetate & reliquis circumstantiis collata firmiter persuadent de nostro agere nummum, vt in dubium id merito vocari non posse putem: nempe caput in nummo *Commodi* est Imp. in auersa *Mars* cum *Cybele* conspicitur, illo Lacedaemoniorum Deo, ista Smyrnaeorum Dea custode & praeside. Inscripto est ΣΤΡΑ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΟΜΟ. ΣΜΥΡ. ΛΑΚΕΔΑΙ. h. e. vt recte Harduinus, qui ex gazis Regis Galliae hunc nummum protulit, interpretatus est: *Praetore Heraclide concordia Smyrnaeorum & Lacedaemoniorum.*

§. III. 1 Αντιπάτρῳ] cuius vitam supra exhibet noster.

2 δεσμὰ] cod. S. δεσμὸς.

§. IV. 1 ἱερὰς κέδρους ἐκτεμὼν] nempe variis locis sacras arbores, & inuiolabiles iusserunt esse Impp. rescripta. vid. ad vitam Apollonii Tyanens. lib. I. cap. 16. not. 7.

2 ἐπιῤῥαψῳδήσαντος] bene se habet, nec opus emendatione Morelli, qui malebat ἐπιπαῤῥαψῳδήσαντος. Ραψῳδεῖν enim maxime proprie est versus ex Homero aliisque poëtis recitare, qualis ille, sed paululum immutatus: extat autem Odyss. Δ'. v. 198. eundemque supra paulo aliter παῤῥῳδέντα vidimus Herodem, in vita eius §. X.

3 ἴφθη μάλα] plane haec non intellecta prioribus interpretibus, vt nec alia infinita. Nempe voce vnica μάλα *Heraclides* respondit ad versum Homericum, ipsum consolanti. ἀστεῖον, quod in hac responsione obseruat Philostratus hoc est, quod ad paulo aliam sententiam versum istum hac responsione deflectat. Cum enim hoc sibi velit solatium afferens: *vtcunque infelix sit Heraclides, virum tamen eum esse magnum, quae laus eius persistat, vtcunque alia nomina ipsi pereant*; Heraclides voculam ἴφθη arripiens: Ita omnino esse ait, sollicet, omnibus sibi sententia iudicis ereptis, nihil superesse domo, nisi *seipsum vnum.*

rebat

rebat aliquando Ptolemaeo ſophiſtae Naucratitae. Is igitur interrogauit eum, quidnam muſinaretur? cui vbi reſpondiſſet, *Laudes* eſſe πόνε h. e. *laboris*, accepto libello Ptolemaeus litteram π deleuit, iamque, inquit, tempus eſt vt *laudum* titulum legas. Diſputationes quoque, quibus Apollonius Naucratites aduerſus eum diſputauit, ipſum tanquam ſtupidum & ſummo labore omnia agentem perſtringunt.

ἐνέτυχε Πτολεμαίῳ[1], τῷ σοφιστῇ, κατὰ Νάυκρατιν· ὁ δὲ ἤρετο αὐτὸν ὅ, τι σπουδάζοι; τὸ δὲ εἰπόντος ὅτι πόνε εἴη ἐγκώμιον· λαβὼν ὁ Πτολεμαῖος τὸ βιβλίον, καὶ ἀπαλείψας τὸ π. ὥρα σοι, ἔφη, ἀναγιγνώσκειν τὸ ὄνομα τῦ ἐγκωμίε[2]. καὶ αἱ διαλέξεις δὲ, ἃς Απολλώνιος ὁ Ναυκρατίτης κατ' αὐτῦ διελέγετο, ὡς γνωθρῦ καθάπτονται καὶ μοχθῆντος.

VI. Praeceptores Heraclidae, Herodes quidem in eorum numero, de quibus non certo conſtat: indubitati vero Adrianus & Chreſtus. Neque eſt cur Ariſtoclem quoque cum audiuiſſe dubitemus. Ceterum ventre vſus dicitur profundo, & voraciſſimus fuiſſe, neque tamen voracitatem eius in aliquod damnum ipſius deſiiſſe. Vitam itaque finiuit octogenario maior, corpore integer. Sepulcrum eius *Lycia* vocatur. Obiit ſuperſtite filia, libertiſque parum probis, qui *Rhetoricam* itidem hereditate ab eo acceperunt; *Rhetorice* vero fuit praedium, talentorum decem, quod prope Smyrnam emtum ei fuerat pro declamationum mercede.

Ηρακλείδε διδάσκαλοι Ηρώδης[1] μὲν, τῶν ἐκ ἀληθῶς πεπιστευμένων· Αδριανὸς δὲ, καὶ Χρῆστος[2], ἐν γνησίοις. καὶ Αριστοκλέης[3] δὲ ἠκροᾶσθαι αὐτὸν μὴ ἀπιστῶμεν. λέγεται καὶ γαστρὶ κοίλῃ χρῆσθαι[4], καὶ πλεῖστα ὀψοφαγῆσαι· καὶ ἡ πολυφαγία αὕτη ἐς ὀδὲν αὐτῷ ἀποσκῆψαι. ἐτελεύτα γᾶν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη, ἄρτιος τὸ σῶμα. καὶ τάφος μὲν αὐτῷ Λύκια[5] λέγεται. ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ θυγατρὶ, καὶ ἀπελευθέροις ἀ σπουδαίοις, ὑφ' ὧν καὶ τὴν ῥητορικὴν ἐκληρονομήθη. ἡ δὲ ῥητορικὴ γήδιον δέκα ταλάντων ἦν, αὐτῷ κατὰ τὴν Σμύρναν ἐωνημένον ἐκ τῶν ἀκροάσεων.

XXVII. HIPPODROMVS.

Neque ſecundum antea commemoratis ſophiſtis Hippodromum quoque, Theſſalum, quiſquam putato. Quoſdam enim eorum ſuperaſſe etiam videtur, ceteris autem qua re inferior fuerit, non video. Hippodromo igitur patria quidem fuit Lariſſa, ciuitas flore inter Theſſalas conſpicua, pater autem Olympiodorus, qui alendis equis Theſſalos omnes ſuperabat.

II. Cum magnum autem eſſe videretur apud Theſſalos vel ſemel Pythiis praefuiſſe; Hip-

ΙΠΠΟΔΡΟΜΟΣ.

Μηδὲ δεύτερον[1] τῶν προειρημένων σοφιστῶν μηδὲ Ιππόδρομόν[2] τις ἡγείσθω, τὸν Θετταλὸν, τῶν μὲν γὰρ βελτίων φαίνεται, τῶν δὲ ἐκ οἶδα ὅ, τι λείπεται. Ιπποδρόμῳ τοίνυν πατρὶς μὲν ἦν Λάρισσα, πόλις εὖ πράττουσα[3] ἐν Θετταλοῖς, πατὴρ δὲ Ολυμπιόδωρος, παρελθὼν ἱπποτροφία Θετταλὲς πάντας[4].

Μεγάλε δὲ ἐν Θετταλίᾳ δοκῦντος τῦ καὶ ἅπαξ προσῆναι τῶν Πυθίων, ὁ Ιππόδρομος προ-

---

§. V. 1 Πτολεμαίῳ] de quo ſupra ex inſtituto.

2 τὸ ὄνομα τῦ ἐγκωμίε] quod ὄνε iam erat ἐγκώμιον, h. e. *laus aſini*.

§. VI. 1 Ηρώδης] *Herodes Atticus*, de quo ſ. *vita* eius.

2 Αδριανὸς δὲ καὶ Χρῆστος] de quibus itidem ſ. vitis eorum.

3 Αριστοκλέης] de quo itidem ſ. ex inſtituto.

4 γαστρὶ κοίλῃ χρῆσθαι] quid hoc ſibi velit, ex ſtatim ſequentibus conſtat, *ventrem auarum* diceret Horat. lib. I. ep. 15. v. 32. Κοίλη *profundus*, rebus in eo *mergendis* idoneus, vt Iuuenalis phraſi vtar Sat. XI. v. 40.

5 Λύκια λέγεται] ſic legit cod. S. Nempe hoc ſepulcri nomen, quaſi illud *patriam* ſibi putauerit, quo tandem redeundum, nam ex *Lycia* erat oriundus: Ita enim *praedium* quoque ῥητορικὴ dixit, quod ea arte ſit comparatum. Critici parum felicis manum olet, quod editi habent ἐν Λυκίᾳ.

XXVII. ΙΠΠΟΔΡΟΜΟΣ. §. I. 1 δεύτερον] cod. S. δέυτερα, quam ego quidem veriorem puto eſſe lectionem. Sic enim in eadem hac vita paulo poſt ὁ τὰ δέυτερα φυσιογνωμένων νομισθείς.

2 ἱππόδρομον] cognatus eius *Philiſcus*, de quo paulo poſt. Mentio eius quoque ſupra in *Chreſto*.

3 πόλις εὖ πράττουσα] ſic Scymno Chio in Periegeſi ἐυτυχεστάτη πόλις vocatur. *Caput Theſſaliae* Liuio XLII, 47.

4 παρελθ. ἱππότρ. Θετταλὲς πάντας] nempe Theſſalia ἱπποτρόφος καὶ παλοτρόφος vid. Anthолog. lib. I. c. 23. epigr. 14. Equeſtribus dimicationibus maxime apta vid. Iulianum Orat. II. p. 117. Arte domandi equos inclyta vid. Plato de Legib. l. I. p. 625. Themiſtius Orat. XXV. p. 335. vnde & in ipſis *Lariſſaeorum* nummis equus paſſim conſpicitur. Iſte vero *equorum* amor feciſſe videtur, vt filio ab *equis* nomen faceret, *Hippodromum* appellans, ſophiſtae noſter pater, Olympiodorus. Sic enim ſolebant liberis parentes a ſtudiis ſuis nomina dare vid. Ariſtophan. Nubes Act. I. Sc. I. Vbi Strepſiades controuerſiam cum vxore de filii nomine exponit, quem ipſe a *parſimonia Phidiae* vel ſimili nomine appellari volebat, matre, equeſtri familia nata, pro equeſtri nomine, qualia *Philippi*, *Hipponici* &c. contendente, vnde denique vt vtrique parentum ſatisfieret *Phidippidae* conflatum nomen.

§. II. 1 τῦ καὶ ἅπαξ] neceſſario addendum καὶ quod agnoſcebat cod. S. omiſſum in editis.

ἑξῆ δὶς τῶν Πυθικῶν ἄθλων[2]. πλάτῳ τε ὑπερήνεγκε τὰς ἄνω, καὶ κόσμῳ, τῷ περὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ μεγέθει γνώμης, καὶ δικαιότητι βεβεύκῃ τὸ εὐθύ. τὸ γὰρ περὶ τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴν[3] ὑπ' αὐτῷ πεφυκὸς ἀφεὶς ὑπερβολὴν ἑτέρῳ καταλέλοιπε δικαιότητός τε καὶ γνώμης. Κλήμης γάρ[4], ὁ Βυζάντιος, τραγῳδίας ὑποκριτὴς ἦν, οἷος ὅπως τις τὴν τέχνην. νικῶν δὲ κατὰ τὰς χρόνους, ὃς τὸ Βυζάντιον ἐπολιορκεῖτο, ἀπῄει ἁμαρτάνων τῆς νίκης[6], ὡς μὴ δοκοίη δι' ἑνὸς ἀνδρὸς κηρύττεσθαι πόλις, ὅπλα ἐπὶ Ρωμαίους ἠρμένη. ἄρτια δὲ αὐτὸν ἀγωνισάμενον καὶ τοῖς Αμφικτυονικοῖς ἄθλοις[7], οἱ μὲν Αμφικτύονες ἀπεψηφίζοντο τῆς νίκης, δέει τῆς προειρημένης αἰτίας. ἀναπηδήσας δὲ ξὺν ὁρμῇ ὁ Ιππόδρομος, "ἔτοι μέν, εἶπεν, ἐρρώσθων ἐπιορκοῦντές[8] τε καὶ παραγιγνώσκοντες τῷ δικαίῳ· "ἐγὼ δὲ Κλήμεντι τὸν νικῶσαν δίδωμι." ἐφέντος δὲ θατέρᾳ τῶν ὑποκριτῶν ἐπὶ τὸν βασιλέα, ἠδοκίμησε πάλιν ἡ τῷ Ιπποδρόμῳ ψῆφος, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐνίκα ὁ Βυζάντιος.

Τοιοῦτος δὲ ὢν ἐς τὰ πλήθη, θαυμασίᾳ πραότητι ἐπὶ τὰς ἐπιδείξεις ἐχρῆτο. παραλαβὼν γὰρ τὴν τέχνην φίλαυτόν τε καὶ ἀλάζονα[1], ὥτε ἐς ἔπαινον ἑαυτῷ κατέσῃ ποτὲ, καὶ ἐπέκοπτε τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαίνων. βοώντων γὰρ ποτε ἐπ' αὐτῷ τῶν Ελλήνων πολλὰ καὶ εὔφημα, καί πῃ καὶ τῷ Πολέμωνι ὁμοιούντων[2] αὐτὸν, Τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις[3]; ἔφη, ὥτε τὸν Πολέμωνα ἀφελόμενος τὸ νομίζεσθαι θεῖον ἄνδρα, ὥτε ἑαυτῷ δοὺς τὸ τοιούτῳ ὁμοιοῦσθαι. Πρόκλῃ[4] δὲ, τῷ Ναυκρατίτῃ, τῷ Πομπηιανῷ

podromus Pythiis certaminibus bis praefedit, diuitiisque anteceſſores ſuos ſuperauit & elegantia, qua ludos inſtruxit, magnificentiaque & iuſtitia, qua aequiſſime brabea diſtribuit. Certe enim, quod de Tragoediae ſtatuit actore; id vincendi eum ſiue iuſtitia ſiue animi magnitudine, omnibus aliis facultatem ademit. Clemens nempe, Byzantius, Tragicus hiſtrio erat, qui arte ſimilem ſibi haberet nuſpiam. Ille iis temporibus victor, quibus Byzantium obſidebatur, praemio victoriae tamen haut potitus diſceſſit, ne videretur ciuitas, quae arma aduerſus Romanos tuliſſet, in vno viro praeconis voce celebrari. Cum igitur in Amphictyonicis etiam certaminibus primas tuliſſet, Amphictyones victoriam ei abiudicarunt, ante allegatam reformidantes cauſam. Exſiliens autem cum impetu Hippodromus: *Valeant*, inquit, *periuri iſti, & praeter ius faſque ſtatuentes, ego vero Clementi victoriam voto meo concedo.* Cumque alter hiſtrio ad Imperatorem prouocaſſet; approbata eſt iterum Hippodromi ſententia: etenim Romae etiam Byzantius cauſa ſuperior extitit.

III. Talem autem qui publice ſe geſſit, admirabili manſuetudine in declamationibus eſt vſus. Artem enim amplexus, cum inordinato ſui amore faſtuque coniunctiſſimam, neque tamen ſuae vnquam immoratus eſt laudi, laudumque exceſſum aegre ſe ferre teſtatus eſt. Imo & Graecis aliquando, multa ei cum laude dicta acclamantibus, & cum ipſo eum comparantibus Polemone;

quid me immortalibus aequas?

dixit. Neque Polemoni derogans, quo minus diuinus exiſtimaretur, neque ſibi concedens vt ei crederetur ſimilis. Cum Proclus autem Naucratites, Pompeianus, orationem

---

2 περσίσῃ δὶς τ. Πυθ. ἄθλων] Agonotheta ſc. vel athlotheta factus, de quo munere videndi qui de rebus athleticis ſcripſere.

3 π. τραγῳδίας ὑποκριτὴν] nempe in Pythicis ludi ſcenici valebant, qualia in Olympiis nulla, vt notatum ad vitam Apollonii l. IV. c. 23.

4 Κλήμης γάρ] ſic cod. S. Editi δέ.

5 κατὰ χρ. ὃς τὸ Βυζ. ἐπολιορκ.] nota Byzantii, quod in partibus Nigri tum erat, obſidio, ab Imperatore Seuero trienni ſpatio continuata, inde nempe a fine anni C. 193. ad annum vſque 196. Cumque Pythia incidant ſemper in ſecundum annum Olympiadis exeuntem, hinc colligitur iſta anno C. 194. geſta eſſe vel 195. de qua re Dio l. LXXIV. p. 845. Initium eius incidiſſe videtur in A. C. 196.

6 ἁμαρτάνων τῆς νίκης] quomodo ἁμαρτάνων τῆς νίκης, quem νικῆσαι paulo ante dicebat? Nempe νικᾶν hic eſt victorem eſſe, & palmam mereri: ἁμαρτάνειν τῆς νίκης eſt praemio victoriae, de quo ſtatuere in iudicum erat arbitrio, excidere.

7 καὶ τοῖς Αμφικτυονικοῖς ἄθλοις] aliis itaque ludis, Olympiis forte, vel Iſthmiis, priorem illam iniuriam paſſus Clemens fuerat. *Amphictyonici* ludi dicti *Pythii*, ab *Amphictyonibus*, h. e. vrbium, quae in partes illorum ſacrorum veniebant legatis, penes quos iudicium erat.

8 ἐπιορκοῦντες] notum, ſanctos hos iudices habitos ob iuramenti religionem, quam Apollini, Latonae, & Dianae ſub imprecatione diri exitii praeſtiterunt.

§. III. 1 φίλαυτον καὶ ἀλάζονα] nempe ita gloriae ſtudioſi erant ſophiſtae, vt χολὴν non continerent, ſi plauſus non ſequeretur audientium, cuius rei aliquot in his vitis habemus exempla: adde notata Creſollio theatri rhetor. l. I. c. 12.

2 Πολέμωνι ὁμοιούντων] ſic ſolebant inter populares plauſus priorum ſophiſtarum, fama ad ſidera notorum, laudes tribuere orantibus. Sic ſ. *Polemone* dicente, εἷς ὡς Δημοσθένης, exclamabant, vita eius §. VIII. & *Herodem* ἕνα τῶν δέκα vocabant vid. *vitam* eius §. XIV.

3 τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις] Homeri eſt Odyſſ. Π'. v. 187.

4 Πρόκλῃ] de cuius *vita* paulo ante noſter ex inſtituto.

in

in omnes, qui Athenis profiterentur, compoſuiſſet, illaque inuectiua Hippodromum quoque eſſet complexus; orationem ab eo quidem expectabamus, quae ita compoſita eſſet, vt echus inſtar reſponderet [a Proclo] dictis. At ille nihil contumelioſe profatus, de *modeſtiae laude* orationem habuit, a pauone exorſus, qui pennas ad propriam laudem erigat. Atque ita ſe gerebat aduerſus ſeniores ſeipſo, & eos, qui aetate vel longe vel parum eum anteirent: quemadmodum in aequales ſe geſſerit autem, ex ſequentibus diſcere licet. Adoleſcens, qui ex Ionia aduenerat Athenas, laudes Heraclidis ad ſummum taedium vſque proſequebatur. Eum igitur Hippodromus inter auditores ſuos conſpicatus, *Adoleſcens*, inquit, *iſte praeceptorem ſuum amat. Honeſtum eſt igitur adiuuare eum in amoribus. Etenim, cum lucro abierit certe, ſi vel laudare decenter didicerit.* Hiſque dictis, laudes Heraclidis ita eſt proſecutus, vt ſimilibus nemo vnquam eum exceperit. Lacrymae porro ſuper Diodotum Cappadocem effuſae, & pulla ob ipſum induta veſtis, eo quod aptiſſimum declamationi ingenium prodidiſſet, vita licet iuuenis oppido exceſſerit, patrem Graecorum Hipprodromum eſſe probarunt, atque de eo ſolicitum vt poſt ſe illuſtres etiam viri orirentur. Id tamen ipſum in Olympia maxime declarauit. Philoſtrato enim Lemnio, ipſi qui innotuerat, ſecundo & vigeſimo aetatis anno extemporaneae orationis periculum facienti, plurimum emolumenti in arte proferendarum laudum, & quas allegare deceat, quas item praeterire, attulit. Cumque vniuerſa Graecorum turba oraret Hippodromum, ſtatim vt ipſe quoque in medium prodiret: *Aduerſus viſcera*, inquit, *mea ad pugnam me haut quaquam componam:* hiſque dictis auſcultationem in ſacrorum diem diſtulit. Haec igitur allata mihi ſunto argumenta probe culti, humani, atque manſueti in viro ingenii.

ασιν ἐπὶ τὴν τῆς θυσίας ἡμέραν. ταῦτα μὲν ἓν ἐχέτω μοι δήλωσιν ἀνδρὸς πεπαιδευμένου, φιλανθρώπου τε καὶ πρᾴου τὸ ἦθος.

IV. Athenis autem cathedram Rhetoricam

νῦ, πρεσβευτικὴν ξυνθέντος ἐπὶ πάντας τοὺς παιδεύοντας Ἀθήνησι, καὶ τὸν Ἱππόδρομον ἐγκαταλέξαντος τῷ λοιδορισμῷ τούτῳ, ἡμεῖς μὲν ὡμεθα λόγου ἀκροάσασθαι πρὸς τὴν τῶν εἰρημένων ἠχὼ ξυγκειμένου. ὁ δὲ, ὡδὲν εἰπὼν φλαῦρον, ἔπαινον εὐφημίας διεξῆλθεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ ταὼ τοῦ ὄρνιθος, ὡς ἀναπτερῶντος αὐτὸν τοῦ ἐπαίνου. ὧδε μὲν δὴ διέκειτο πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ πρεσβυτέρους, καὶ χρόνῳ πολλῷ τε καὶ πολλῷ προειληφότας[5]. ὡς δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἰσήλικας εἶχεν, ὑπάρχει μαθεῖν ἐκ τῶν δε. νεανίας, ἀπ' Ἰωνίας ἥκων Ἀθήναζε, διῆει ἐπαίνους τοῦ Ἡρακλείδου[6] πέρα ἀχθηδόνος. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἱππόδρομος ἐν τῇ ἀκροάσει, "ὁ νεανίας οὗτος," ἔφη, "ἐρᾷ τοῦ ἑαυτοῦ διδασκάλου. καλὸν οὖν ξυλλαβεῖν αὐτῷ τῶν παιδικῶν· καὶ γὰρ ἂν καὶ ξὺν ἑρμαίῳ ἀπέλθοι, μαθὼν ἐγκωμιάζειν." καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἔπαινον τοῦ Ἡρακλείδου διῆλθεν, οἷος ἐπ' αὐτῷ ὅπω εἴρηται. τὰ δὲ ἐπὶ Διοδότῳ Καππαδόκῃ δάκρυα, καὶ τὸ ἐσθῆτα μέλαιναν ἐπ' αὐτῷ ἐνδύναι, φύσιν μὲν παρεσχημένῳ μελέτῃ ἐπιτηδείαν, ἐφήβῳ δὲ ἀποθάνοντι, πατέρα τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐκήρυξε τὸν Ἱππόδρομον, καὶ πομπὴν ἔχοντα τοῦ καὶ μεθ' ἑαυτὸν γενέσθαι τινὰς ἀριπρεπεῖς ἄνδρας. τοῦτο δὲ μάλιστα ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐδήλωσε. Φιλοστράτῳ γὰρ τῷ Λημνίῳ[7], γνωρίμῳ μὲν ἑαυτοῦ ὄντι, δύο δὲ καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονότι[8], ἀναῤῥιπτοῦντί τινα αὐτοσχέδιον, πλεῖστα μὲν ἐνέδωκε τῇ τέχνῃ τῶν ἐπαίνων, ὧν τε εἰπεῖν ἔδει, καὶ μή. ἀξιώσης δὲ καὶ τὸν Ἱππόδρομον τῆς Ἑλλάδος αὐτίκα παρελέναι[10], "ἐκ ἐπαποδύσομαι[11]," ἔφη, "τοῖς ἐμαυτοῦ σπλάγχνοις[12]." καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἀνεβάλετο τὴν ἀκρό-

Τὸν δὲ Ἀθήνησι τῶν σοφιστῶν θρόνον[1] κατα-

---

5 καὶ χρόνῳ πολλῷ τε καὶ πολλῷ προειληφ.] nempe illorum modeſte & honorifice exceptorum ab Hipparcho exemplum in *Polemone*, horum in *Proclo* a noſtro ſuppeditatum.

6 Ἡρακλείδου] cuius *vitam* paulo ante exhibuit noſter.

7 Φιλοστράτῳ γὰρ τῷ Λημνίῳ] vide de hoc Prolegomena noſtra. Eiuſdem rurſus mentio inf. in *Philiſco*. §. I. n. 15. it. in *Aelian.* § II. n. 1. & in *Aſpaſio*, nec non in *Epilogo* harum vitarum.

8 δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονότι] idem vita *Philiſci* dicitur a Caracalla XXIV aetatis anno ἀτέλειαν accepiſſe. Olympias igitur, qua hic ex tempore dixit, praecedere 247 non poteſt, probabileque eſt, eſſe 248vam: vide, quae in prolegomenis de Philoſtratis diſputauimus.

9 ὧν τε] ſic legendum pro ὧν δὲ, quod erat in editis, iam ſuſpicatus fuerat Morell. cuius coniecturam firmat cod. S.

10 ἀυτίκα παρελέναι] vt ad dicendum prodiret, certaturus cum Philoſtrato aliiſque ſimilibus.

11 ἐπαποδύσομαι] vide de hac voce ſupra obſeruata ad vitam Apollonii Athenienſ. §. II. n. 1.

12 τοῖς ἐμαυτοῦ σπλάγχνοις] vocat σπλάγχνα quos ſummo amoris affectu complectebatur, quod nec Romanis nec Graecis infrequens.

§. IV. 1 θρόνον] v. vit. *Lolliani* §. I. not. 1. *Theodoti* §. I. n. 5.

σχὼν, ἐτῶν πε τετ]άρων ἀπηνέχθη αὐτὸς[2] ὑπὸ τῆς γυναικὸς, καὶ τὰ πλέτε. ἐκείνη γὰρ ἐνεργοτάτη γυναικῶν ἐγένετο, καὶ φύλαξ ἀγαθὴ χρημάτων. ἀμφοῖν τε ἀπόντων, ἡ ὐσία ὑπεδίδε. τᾶγε μὲν ἐσφοιτᾶν ἐς τὰς τῶν Ελλήνων πανηγύρεις ὐκ ἠμέλει, ἀλλ' ἐθάμιζεν ἐς αὐτὰς, ἐπιδείξεων ἕνεκα καὶ τᾶ μὴ ἀγνοεῖσθαι. βελτίων[3] δὲ κἀκεῖνα ἐφαίνετο, ὑπὸ τᾶ καὶ μετὰ τὸ πεπαῦσθαι τᾶ παιδεύειν ἀεὶ σπεδάζειν. Ιππόδρομος μὲν γὰρ δὴ πλεῖτα μὲν ἐξέμαθεν Ελλήνων, τῶν γε μετὰ τὸν Καππαδόκην Αλέξανδρον[4] μνήμης ἐυτυχησάντων· πλεῖτα δὲ ἀνέγνω μετά γε Αμμώνιον τὸν ἀπὸ τᾶ Περιπάτε[5]. ἐκείνε γὰρ πολυγραμματώτερον ἄνδρα ὔπω ἔγνων. μελέτης δὲ ὁ Ιππόδρομος ὅτε ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος ἠμέλει, ὅτε ὁδοιπορῶν, ὅτε ἐν Θετ]αλίᾳ· ἀλλὰ καὶ κρεῖτ]ον[6] ὅλε κτῆμα ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Ευριπίδε τε ὕμνων καὶ Αμφίονος[7].

cum occuparet, poſt quadriennium eam deſeruit vxoris inſtinctu, ſtudiique opum. Illa namque mulier fuit maxime rei familiari intenta, & optima opum cuſtos. Abſentibus autem a re familiari ambobus detrimentum patiebantur facultates. Sed tamen Graecorum minime conciones neglexit, ſed aſſidue eos, declamandi cauſa, & ne obſcurus fieret, frequentauit. Eo ipſo autem magis quoque virtus eminuit, quod, poſtquam inſtituere alios deſiiſſet, in ſtudiis tamen eſſet aſſiduus. Certe enim Hippodromus omnium Graecorum in ediſcendo diligentiſſimus fuit, qui poſt Cappadocem quidem Alexandrum memoria valuerunt. Lectionis quoque copia poſt Ammonium Peripateticum primas tulit. Eo autem plura qui ſcripſerit, neminem noui. Declamandi porro Hippodromus neque ruſticans omittebat ſtudium, neque iter faciens, neque in Theſſalia commoratus; idque omnibus diuitiis melius peculium ex Euripidis Amphioniſque hymnis dicebat.

Αγροικότερός τε ὢν τὸ εἶδος, ὅμως ἀμήχανον εὐγένειαν ἀπεδήλε τοῖς ὄμμασι, γοργόν τε καὶ φαιδρὸν βλέπων[1]. τετὶ δὲ καὶ Μεγιτίας ὁ Σμυρναῖος ἐν αὐτῷ καθεωρακέναι φησὶν, ὃ τὰ δεύτερα[2] φυσιογνωμονέντων νομισθείς. ἀφίκετο μὲν γὰρ ἐς τὴν Σμύρναν, μετὰ τὸν Ηρακλείδην[3] ὁ Ιππόδρομος, ὅπω πρὸ τότε ἥκων. ἀποβὰς δὲ τῆς νεὼς, ἀπῆει εἰς ἀγοράν, εἴτ᾽ ἐντύχοι πεπαιδευμένῳ τὰ ἐγχώρια. ἱερὸν δὲ κατιδὼν, καὶ παιδαγωγὸς προσκαθημένης, ἀκολέθης τε παῖδας, ἄχθη βιβλίων ἐν πήραις ἀνημμένης, ξυνῆκεν ὅτι παιδεύοι τις ἔνδον[4] τῶν ἐπιφανῶν, καὶ εἴσω παρῆει. καὶ προσειπὼν τὸν Μεγιτίαν, ἐκάθητο ἐρωτῶν ἑδέν. ὁ μὲν δὴ Μεγιτίας ᾤετο ὑπὲρ μαθητῶν διαλέξεσθαί οἱ, πατέρα ἴσως ἢ τροφέα παίδων ὄντα· καὶ ἤρετο, ὑπὲρ ὅτε ἥκοι; ὁ δὲ, πεύσῃ, ἔφη, ἐπειδὴ[5] αὐτοὶ

V. Licet facie autem eſſet paulo magis agreſti, mirificam tamen indolis bonitatem oculis praeferebat, grauitatemque & ſuauitatem. Hocque Megiſtias quoque Smyrnaeus in eo ſe obſeruaſſe ait, qui inter eos, qui ex vultus lineamentis ingenia iudicant, primas tenere credebatur. Smyrnam enim Heraclidae cauſa venerat Hippodromus, vbi nunquam fuerat antea. Cumque naue egreſſus eſſet, in forum iuit, ſi quem ibi forte obuium habeat in patriis moribus eruditum. Templum autem videns, eique aſſidentes paedagogos, ſeruoſque pediſſequos, libellorum onera peris appenſa ferentes; intus docere virorum illuſtrium nonneminem intellexit, ideoque ingreſſus eſt. Megiſtia igitur ſalutato, nihil percontatus aſſedit. Megiſtias vero de diſcipulis eum ſecum locuturum exiſtimauit, parentem fortaſſe aut puerorum alumnum, interrogauitque cuius rei gratia veniſſet? Hic vero, audies, inquit, ſimulac ſoli

---

2 αὐτὸς] omitti hanc vocem mallem.

3 βελτίων] praetulimus lectionem cod. S. editae βίλτιον.

4 Αλέξανδρον] de quo vide ſ. ex inſtituto: hanc memoriae exercendae aſſiduitatem in aliis quoque ſophiſtis paſſim commendat noſter.

5 Αμμώνιον τὸν ἀπὸ τᾶ περιπ.] Ammonium Saccam haut dubie intelligit, Origenis & Plotini praeceptorem, qui temporibus hiſce floruit, & cuius vitam *Ariſtotelis* hodienum habemus. De eo praeter illos, qui de ſcriptoribus eccleſiaſticis commentati ſunt, videri poteſt Ionſius l. III. de Scriptorib. Hiſt. Philoſ. p. 281. ſq.

6 κρεῖττον] ſic legendum pro κρείττω, quod eſt in editis, & res ipſa ſuadet & cod. S.

7 Αμφίονος] antiquiſſimus is ὑμνῳδὸς, illeque notiſſimus, cui Θεᾶ πνεῦμα & ἔρωτα ὑμνῳδίας tribuit Iulianus in epiſtola, quae hodie non extat, ſed cuius fragmentum eſt apud Suidam in Αμφ.

§. V. 1 βλέπων] vocem addidi ex cod. S. Nam editis exciderat.

2 ὃ τὰ δεύτερα] vide ad hanc *vitam* §. I. n. 1.

3 Ηρακλείδην] ſophiſtam, qui θρόνῳ Athenienſi relicto Smyrnam ſe contulerat, vid. ſ. *vitam* eius.

4 παιδεύοι τις ἔνδοι] nam in templis philoſophi & ſophiſtae docebant, qua de re ſupra nobis quaedam obſeruata. Sic & Apollonius Aegis in templo Aeſculapii docebat, imo nunquam non agebat in templis, vt ex tota *vita* eius patet hiſtoria. add. Antioch. §. I.

5 ἐπειδὴ] cod. S. ἐπεὶ δ' ἂν.

eri-

erimus. Tum Megistias adolescentibus examinatis, dic, quid velis? inquit. Tum Hippodromus, vestes inuicem commutemus, inquit, Hippodromo enim chlamys erat, Megistiae vero pallium. Quid vero ista re intendis? Megistias aiebat. Declamationis, respondebat ille, auditorem te esse cupio. Ille igitur furere eum existimabat, talia pollicitum, & mente motum esse: oculorum tamen obseruans aciem, mentisque compotem esse videns, eaque minime motum, vestem cum eo permutauit. Argumentum vero dicendi postulanti, proposuit *Magum mori volentem, quia non potuerat Magum adulterum occidere.* Cum vero in cathedra sedens, parumque se continens, subito exsiliisset; magis adhuc Megistiae animum subiit furoris suspicio, doteseque eius mentis externatae putauit esse furorem. Eo autem argumentum ipsum exorso, atque dicente: *Iam ego mei ipsius sum potens*, Megistias prae admiratione extra se raptus fuit: & accurrens ad eum, vt quisnam esset, scire sibi liceret, supplex exorauit. Sum ego, respondebat Hippodromus ille, Thessalus, venique me exerciturus, vt a viro vno, tam docto, declamandi apud Ionios morem acciperem. Verum attende quaeso mihi, donec totam orationem absoluero. Ad finem autem spectante oratione, concursus eorum, qui Smyrnae studiis operabantur, ad Megistiae fores est factus, fama subito per omnes sparsa, Hippodromum ad ipsos aduentasse. Ille igitur denuo exorsus illud argumentum, alia ratione iam prolatas sententias tractauit. Cumque Smyrnae in publicum prodiisset, vir plane egregius est habitus, & dignus, qui in censum antiquiorum sophistarum veniret.

γενώμεθα. διακωδωνίσας[6] ἂν ὁ Μεγιστίας τὰ μειράκια, λέγε, ἔφη, ὅ, τι βέλει; καὶ ὁ Ἱππόδρομος, ἀντιδῶμεν ἀλλήλοις τὴν ἐσθῆτα, ἔφη. ἦν δὲ ἄρα τῷ μὲν Ἱπποδρόμῳ χλαμὺς, τῷ δ' αὖ δημηγορικὸν ἱμάτιον. καὶ τίνα σοι νῦν τοῦτ'[7]; ἦδ' ὁ Μεγιστίας, ἐπίδειξιν, ἔφη, σοὶ μελέτης ποιήσασθαι βέλομαι[8]. δαιμονᾷν μὲν ἂν αὐτὸν ᾠήθη, ταῦτα ἐπαγγείλαντα, καὶ τὴν γνώμην ἐλαύνεσθαι. τὰς δὲ βολὰς ἀνασκοπῶν τῶν ὀμμάτων, καὶ ὁρῶν αὐτὸν ἔννυν, καὶ καθεσηκότα, ἀντέδωκε τὴν ἐσθῆτα. ὑπόθεσίν τε αἰτήσαντι πρόβαλε[9] τὸν μάγον, τὸν ἀποθνήσκειν ἀξιοῦντα, ἐπειδὴ μὴ ἐδυνήθη ἀποκτεῖναι μάγον μοιχόν. ὡς δὲ ἱζήσας[10] ἐπὶ τὸ θρόνῳ, καὶ μικρὸν ὑποσχὼν[11], ἀνεπήδησε, μᾶλλον εἰσῆει τὸν Μεγιστίαν ὁ τῆς μανίας λόγος, καὶ τὰ πλεονεκτήματα ἐμβροντησίαν ὤετο. ἀρξαμένῳ δὲ τῆς ὑποθέσεως, καὶ εἰπόντος· "ἀλλ' ἐμαυ-„τόν γε δύναμαι", ἐξέπεσεν ἑαυτῷ ὑπὸ θαύ-„ματος· καὶ προσδραμὼν αὐτῷ, ἱκέτευε μαθεῖν ὅς τις εἴη. εἰμὶ μὲν, ἔφη, Ἱππόδρομος ὁ Θετ]αλὸς, ἥκω δέ σοι γυμνασόμενος, ἵν' ἐκμάθοιμι δ' ἑνὸς ἀνδρὸς, ὅτῳ πεπαιδευμένῳ[12], τὸ ἦθος τῆς Ἰωνικῆς ἀκροάσεως. ἀλλ' ὅρα με δι' ὅλης τῆς ὑποθέσεως. περὶ τέρμα δὲ τῷ λόγῳ δρόμος ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν Σμύρναν πεπαιδευμένων ἐπὶ[13] τὰς Μεγιστίᾳ θύρας ἐγένετο, ταχείας τῆς φήμης διαδοθείσης ἐς πάντας, ἐπιχωριάζειν αὐτοῖς τὸν Ἱππόδρομον. ὁ δὲ ἀναλαβὼν τὴν ὑπόθεσιν, ἑτέρᾳ δυνάμει[14] μετεχειρίσατο τὰς ἤδη εἰρημένας ἐννοίας. παρελθὼν δὲ ἐς τὸ κοινὸν τῶν Σμυρναίων, ἀνὴρ ἔδοξε θαυμάσιος, καὶ οἷος ἐν τοῖς πρὸ αὐτοῦ γράφεσθαι[15].

VI. Erat autem ei in disserendo Platonis

Ἦν δὲ αὐτῷ τὰ μὲν τῆς διαλέξεως[1] Πλάτωνος

---

6 διακωδωνίσας] Hesychio διακωδωνίσαι est δοκιμάσαι, experimentum capere, examinare. Vocem explicat vberius Schol. ad Aristophanis Lysistrat. Κωδωνίσαι διαπεῖραι. μεταφέρεται δὲ ἀπὸ τῶν περιπατούντων (male editi περιπαραλύτων) καὶ κώδωσι διαπειρωμένων εἰ ἐγρηγόρασιν οἱ ἐπὶ ταῖς φυλακαῖς τεταγμένοι. οἱ δὲ ὑπομνηματισταὶ ἀπὸ τῶν ὀρτύγων φασὶ μετῆχθαι τὴν λέξιν. τὰς γὰρ ὑποκείνανται τὸ κώδωνος ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς μάχην. ἔνιοι δέ φασι καὶ τοὺς ἵππους κώδωσιν ἐξετάζειν.

7 νῦν τοῦτ'] cod. S. habet νῦν ἔχει τοῦτ', potest tamen istud verbum per *ellipsin* subintelligi.

8 ἐπίδειξιν ἔφη, σοὶ μελέτης ποιήσ. βολ.] cod. S. habet τῆς μελέτης, sed bene habet σοι. Ceterum *pallium* decentior habitus, philosophis & sophistis inprimis familiaris, & declamare in *chlamyde*, quae militum est & iter facientium, minus decorum fuisset, eoque spectat ista vestium permutatio.

9 ὑπόθεσιν δὲ αἰτήσ. πρόβαλε] vide obseruata supra ad vitam *Marci* §. II. n. 4.

10 ὡς δὲ ἱζήσας] cod. S. ὡς δ' ἱκιζήσας.

11 ὑποσχὼν] cod. S. ἐπισχὼν.

12 ὅτῳ πεπαιδευμένῳ] qui doctissimus sit φυσιογνωμονίας, adeoque certissimus vultus & gestuum iudex; quos quales esse oporteat, vt probentur Smyrnaeis, apud quos declamaturus erat Hippodromus, exploratissimum ipsi esse debebat.

13 ἐπὶ] sic cod. S. Editi ὑπὸ.

14 ἑτέρᾳ δυνάμει] id est variato dicendi genere, vt *Alexandrum Peloplatonem* quoque fecisse, narratum in vita eius §. III. quem μεταχειρίσασθαι ἑτέρᾳ λέξει καὶ ἑτέροις ῥυθμοῖς prius dicta aiebat noster, eius rei speciminibus quoque prolatis.

15 ἐν τοῖς πρὸ αὐτοῦ γράφεσθαι] quae singularis laus. Sic *Herodem* gratulantes τῶν δίκα esse inclamabant in Olympia Graeci, vide *vitam* eius §. XIV.

§. VI. 1 διαλέξεως] quae hic rursus μελέτη opponitur vid. s. notata ad Philagrum §. II. n. 1.

ἀνειμένα καὶ Δίωνος[2]· τὰ δὲ τῆς μελέτης κατὰ τὸν Πολέμωνος ἐῤῥωμένα[3], καί πᾳ καὶ ποτιμώτερα· τὰ δὲ τῆς εὐρείας, οἷα τοῖς ἁλύπως ἀναγιγνώσκουσι, τὰ σφόδρα αὐτοῖς καθωμιλημένα. Νικαγόρᾳ[4] δὲ, τῷ σοφιστῇ, μητέρα σοφιστῶν τὴν τραγῳδίαν[5] προσειπόντος, διορθούμενος ὁ Ἱππόδρομος τὸν λόγον, ἐγὼ δὲ, ἔφη, πατέρα Ὅμηρον[6]. ἐσπούδαζε δὲ καὶ ἀπὸ Ἀρχιλόχου, καλῶν τὸν μὲν Ὅμηρον φωνὴν σοφιστῶν, τὸν δὲ Ἀρχίλοχον[7] πνεῦμα. μελέται μὲν δὴ τῷ ἀνδρὸς τάττω τριάκοντα ἴσως. ἄριστοι δὲ αὐτῶν οἱ Καταναῖοι, καὶ οἱ Σκύθαι, καὶ ὁ Δημάδης, ὁ μὴ συγχωρῶν[8] ἀφίσασθαι Ἀλεξάνδρου ἐν Ἰνδοῖς ὄντος. ᾄδονται δὲ αὐτῷ καὶ Λυρικοὶ νόμοι[9], καὶ γὰρ δὴ καὶ τῆς νομικῆς λύρας ἥπτετο. ἐτελεύτα δὲ ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντα[10], καὶ οἴκοι, καὶ ἐπὶ υἱῷ, ἀγρῷ μὲν προσῆκον καὶ οἰκίας ἱκανῷ, παραπλῆγι δὲ καὶ ἔκφρονι, τά τε τῶν σοφιστῶν ἀπαιδευμένῳ.

ΟΥΑΡΟΣ.

Οἱ τὸν Λαοδικέα Ουαρον[1] λόγου ἀξιοῦντες αὐτοὶ μὴ[2] ἀξιώσθων λόγων. καὶ γὰρ εὐτελὴς, καὶ διακεχηνὼς, καὶ εὐήθης, καὶ ἦν εἶχεν[3] εὐφωνίαν αἰσχύνων καμπαῖς ἀσμάτων[4], αἷς κἂν[5] ὑπορχήσαιτό τις τῶν ἀσελγεστέρων. ᾧ διδάσκαλον ἢ ἀκροατὴν τί ἂν λέγοιμι; τί δ' ἂν γράφοιμι[6]; ἦ γινώσκων ὅτι μήτ' ἂν τοιαῦτα διδάξειέ τις, καὶ τοῖς μεμαθήκοσιν ὄνειδος τὸ τοιούτων ἀκροᾶσθαι;

ΚΥΡΙΝΟΣ.

Κυρίνῳ[1] δὲ, τῷ σοφιστῇ, πατρὶς μὲν Νικομήδεια ἐγένετο, γένος δὲ οὔτε εὐδόκιμον, οὔτ' ἂν κατ-

lenitas atque Dionis: declamationes autem vim Polemonis habebant, suauitatem autem adhuc maiorem. Dicendi ipsi facilitas erat, qualis eorum, qui sine molestia legunt ea quae valde ipsis sunt familiaria. Cum Nicagoras autem sophista tragoediam *sophistarum matrem* appellaret, sententiam illam rectius constituens Hippodromus, *ego vero*, inquiebat, *sophistarum patrem Homerum puto.* Sedulo quoque Archilochum terebat, vocans Homerum quidem sophistarum *vocem*, Archilochum vero *spiritum:* Declamationes viri huius triginta sunt circiter. Optimae tamen earum *Catanaei*, *Scythaeque* sunt, & *Demades*, *ne defectio fiat ab Alexandro*, *dum apud Indos esset*, dissuadens. Canuntur etiam ipsius *hymni in Deos*, genere lyrico, etenim lyram quoque hymnis aptatam tractare nouerat. Vitam autem finiit septuagenarius fere, & quidem in patria, superstite filio, agro domuique curandae satis idoneo, mente tamen capto & vesano, ac eloquentiae studiis plane non exculto.

XXIIX. VARVS.

Qui Varum Laodicensem mentione dignum existimant, nae ipsi mentione indigni sunto. Est enim humilis hiansque, & fatuus, quamque habet vocis suauitatem flexibus cantuum deturpat, ad quos saltare vel profligatissimus possit. Eius magistrum quid prodam vel auditorem? aut quid scribam? cum probe nouerim, quod neque talia docere voluerit quispiam: iisque, qui didicerunt, probro esse, quod talia audierint?

XXIX. QVIRINVS.

Quirino sophistae patria quidem Nicomedia fuit; genus autem neque nobile, neque

---

2 Δίωνος] Prusaeensis, de quo supra ex instituto.

3 κατὰ τὸν Πολέμ. ἐῤῥωμένα] Polemonis ῥοῖζον supra aliquoties dixit: vide notata ad vitam *Adriani* §. IV. n. 8. adde & *vitam Polem.* §. X.

4 Νικαγόρᾳ] eius rursum mentio inf. in vita *Aspasii* sub fin. vide etiam de eo Suidam in Νικαγ. & iterum v. Μάιας & Μινκιανός, adde & Ionsium de Scriptorib. Hist. Philos. lib. III. c. 14.

5 μητέρα σοφιστῶν τὴν τραγῳδίαν] vide obseruata s. ad vitam *Herodis* §. XIV. n. 16.

6 πατέρα Ὅμηρον] quae & sententia Maximi Tyrii, Hermogenis & Eustathii. Verum eorum loca iam obseruata Cresollio theatr. Rhetor. l. III. c. 2.

7 Ἀρχίλοχον] Iambographum haut dubie poetam intelligit, satyrica acerbitate celeberrimum, de quo notissima omnia.

8 ὁ Δημάδης ὁ μὴ ξυγχωρ.] historiam, quae huic μελέτῃ argumentum suppeditauit, habes apud Curtium IX, 2. adde Arrianum.

9 Λυρικοὶ νόμοι] Scholiast. ad Aristoph. Equit. pag. 228. Νόμοι δὲ καλοῦνται οἱ εἰς Θεοὺς ὕμνοι. Et de Olympo, Marsyae discipulo, Plutarch. de Musica πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους. Nec in Apollinem ὕμνοι tantum ita dicti, sed in omnes Deos, vt pluribus demonstrat vir illustrissimus ad Callimachi hymnum in Delum v. 304.

10 ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντα] subintellige ἔτη, quod etiam expresse additum legitur in cod. S.

XXVII. ΟΥΑΡΟΣ. 1 Ουαρον] de alio *Varo* supra noster ex instituto vbi vide obseruata n. 1.

2 αὐτοὶ μὴ] sic cod. S. verissime pro αὐτοὶ μὲν, quod est in editis: tale quid Morello iam suboluerat, legendum enim suspicabatur αὐτοὶ μὲν ἂν.

3 ἦν εἶχεν] sic & Aldina & MSS. ex typographi ergo errore apud Morellum erat ἣν.

4 καμπαῖς ἀσμάτων] de quo orationis vitio vide obseruata supra ad vitam *Fauorini* §. IV. n. 4.

5 αἷς κἂν] cod. S. αἷς καὶ.

6 τί δ' ἂν γράφοιμι] cod. S. addit τί δ' ἂν φράζοιμι; quae mihi diuersa lectio videtur esse, quae in textum irrepsit.

XXIIX. ΚΥΡΙΝΟΣ. 1 Κυρίνῳ] mentio eius apud Suidam est. In vita quoque Damascii, ab Isidoro scripta, Cyrinus aliquis memoratur, apud Photium p. 1045, vbi in eius domo Hierius caput humanum ciceris vidisse magnitudine dicitur. At ille diuersus a nostro est, nam Procli aetate floruit, multum proinde nostro recentior.

obscu-

obſcurum. Ingenium diſciplinae admittendae idoneum, magis etiam impertiendae. Non enim memoriam ſolum, ſed & perſpicuitatem excoluit. Inciſis ſaepe vtitur hic ſophiſta, & in communibus locis multus non eſt: vis tamen & vehementia egregia eſt, & ad concitandas auditorum aures facultas. Certe ex tempore quidem dixit etiam, cum tamen ad cauſas agendas a natura videretur aptus magis, ab Imperatore fiſci aduocatus eſt conſtitutus. Cumque adeo ad aliquam autoritatem peruenisſet, neque moleſtus tamen ex eo, neque arrogantior fieri eſt viſus, verum manſuetus manſit, ſuique ſimilis. Neque pecuniae auidus, verum, vt de Ariſtide aiunt Athenienſes, eum poſt vectigalium impoſitionem, & inſularum adminiſtrationem, cum eodem pallio in patriam rediiſſe; ita & Quirinus in patriam rediit ſuam pauperie venerabilis. Cumque eum Aſiae quadruplatores accuſarent, quod in accuſatione mitior eſſet, quam ipſi vellent: *Atqui multo melius foret*, inquit, *vos lenitatem meam adoptare, quam me crudelitatem veſtram.* Cum item illi ciuitatem non ita magnam multis myriadibus drachmarum mulctandam detuliſſent; actionem Quirinus inuitus inſtitui permiſit. Delatores igitur eum adeuntes; *Iſta te cauſa*, inquiebant *ſublimem tollet, vbi ad Imperatoris aures penetrarit*; tum vero Quirinus: *Non equidem me, ſed vos decet ob euaſtatam ciuitatem praemia conſequi.* Ob filium vero defunctum cum eum conſolarentur cognati; *quando*, inquiebat, *ſi ne nunc quidem, vir eſſe videbor?* Adriani autem licet fuerit auditor, non omnia tamen eius dicta probauit: verum ſunt, quae litura delenda cenſeret, vt minus recte dicta. Finis denique vitae ſeptuageſimus ipſi annus fuit, ſepulcrum in patria accepit.

XXX. PHILISCVS.

Philiſcus porro Theſſalus Hippodromo quidem genere fuit coniunctus, Athenienſi vero cathedrae ſeptem annis praefuit, vacatione a muneribus, quae dignitati iſti attri-

	2	27	727	4
	3			
	4			
CLXXXIX	1			
	2			
	3			
	4			
CXC.	1			
	2			
	3			
	4	17	737	14

Olympiadum Iphit.		Ante Chr. N.	Vrb. Cond.	Imperat. Augusti	
CXCI	1				
	2				
	3				
	4				
CXCII	1				
	2				
	3				
	4				
CXCIII	1				
	2	7	747	24	
	3				
	4				
CXCIV	1				
	2				
	3				
	4				
CXCV	1	Ann9 Xsti 1	754		
	2				
	3				
	4	4	757	34	
CXCVI	1				
	2				
	3				
	4				
CXCVII	1				
	2				
	3				
	4				
CXCVIII	1				
	2	14	767	44	Moritur Augustus die 19 Augusti, succedit Tiberius.
	3			Tiberii 1	
	4				
CXCIX	1				
	2				
	3				
	4				
CC	1				
	2				
	3				
	4	24	777	10	
CCI	1				
	2				
	3				
	4				
CCII	1				
	2				
	3				
	4				
CCIII	1				
	2	34	787	20	

Olympiadum Iphit.		Anni Christi.	Vrb. Cond.	Imperat. Rom.	
	3			21	
	4			22	
CCIV	1			CALIGVL. 1	Hoc anno d. 16. Martii moritur Tiberius, succedit C. Caligula.
	2				
	3				
	4				
CCV	1			CLAVDII 1	Caligula perit d. 24. Ianuarii. Succedit Claudius.
	2				
	3				
	4	44	797	4	
CCVI	1				
	2				
	3				
	4				
CCVII	1				
	2				
	3				
	4				
CCVIII	1				
	2	54	807	14	Claudius Imp. perit d. 13. Octobr. Succedit Nero.
	3			NERON. 1	
	4				
CCIX	1				
	2				
	3				
	4				
CCX	1				
	2				
	3				
	4	64	817	10	
CCXI	1				
	2				
	3				Nero moritur d. 9. vel 11. Iunii. paulo post *Galba* Caesaris titulum sumit.
	4				
CCXII	1			VESPAS. 1	Vitellius in Galliis a militibus Caesar creatur Ian. die 3.
	2				*Galba* interficitur d. 15 Ianuarii. Otho fit Caesar.
	3				*Otho* perit d. 15. April.
	4				*Vespasianus* Caesar declaratur Alexandriae d. 1. Iulii. Vitellius perit d. 20. Decembris.
CCXIII	1				
	2	74	827	6	
	3				
	4				
CCXIV	1				
	2				
	3			TITVS. 1	Vespasianus pater moritur d. 24. Iunii. Succedit Titus.
	4				
CCXV	1			3	Titus moritur d. 13. Septembr. Domitianus succedit.
	2			DOMIT. 1.	
	3				
	4	84	837	3	

Olympiadum Iphit.		Anni Christi.	Vrb. Cond.	Imperat. Rom.	
CCXVI	1				
	2				
	3				
	4				
CCXVII	1				
	2				
	3				
	4				Editum Domitiani edictum de vitibus in Ionia vit. Apollon. VI, 42.
CCXVIII	1				*Scopelianus* vitium causam agit, vit. Soph. I. N. XXI. 6.
	2	94	847	13	*Dion* ad Getas fugit, vit. Sophist. l. I. N. VII. §. 1.
	3				
	4			15	Moritur *Domitianus* d. 18 Sept. Succedit Nerua. *Dion* Moesiae exercitum pacat. Philostr. vit. Soph. l. I. N VIII.
CCXIX	1			NERVÆ 1	*Nicetas* & *Ruffus* Philostr. vit Soph. l. I. N. XIX. *Atticus* thesaurum inuenit, vit. Soph. l. II. N. I §. 2.
	2				
	3				Nerua moritur Ianuarii die 21 vel 27. succedit Traianus.
	4			TRAIAN. 1	*Isaeus* floruit *Nicetae* coaeuus, vit. Soph. l. I. N. XX.
CCXX	1				*Ardys* rhetor coaeuus *Isaei* ibid.
	2				
	3				Vel hoc vel sequenti anno triumphum egit Traianus, quo quadrigis post eum constitit *Dion.* qua de re Philostr. vit. Soph. l. I. N. VIII.
	4	104	857	7	
CCXXI	1				
	2				
	3				
	4				
CCXXII	1				
	2				
	3				
	4				
CCXXIII	1				
	2	114	867	17	*Dionysius Milesius* discipulus Isaei. Philostr. vit. Soph. I, N. XX §. 2.
	3				
	4				
CCXXIV	1			ADRIAN. 1	Mens. Aug. Traiano succedit Adrianus. Floret *Fauorinus* Soph. lib. I. N. IIX.
	2				*Dionysius* floret. vit. Soph. I. XXI 3. vt & *Celer* ib. I. XXII 3.
	3				*Herodes* in Pannonia oratione excidit XXV aet. anno, vit. eius §. XIV.
	4				Inter hunc annum, quo Cos. fuit Antoninus Pius & A. C. 138. quo adoptatus est, proconsulatus eius ponendus & gesta cum *Lolliano.* v. vita eius § III & Herode, vit. eius §. VIII.
CCXXV	1				
	2				*Herodes* vrbibus Asiae praest. l. II. N. I. §. 2. *Lucius* floret ib. §. 10.
	3				*Lollianus* iuuenis sene Dionysio floret, vit. Soph. l. I. N.
	4	124	877	8	XXII §. 4.
CCXXVI	1				*Pancratius* Cynicus Lolliani coaeuus vit. Soph. I, N XXIII. §. 1.
	2				
	3				
	4				*Marcus* sophista Adriano charus vit. Soph. I, N. XXIV. §. 3.
CCXXVII	1				
	2				
	3				Hoc vel sequenti anno *Polemon* orationem in dedicatum ab Adriano Olympium habet, vit. Soph. I, N. XXV. §. 3.
	4				
CCXXVIII	1				*Timocrates* Heracleota, philosophus, cum Polemone in Ionia versatur. vit. Soph. I, N. XXV. §. 4. Euphratis, discipulus. ibid. §. 5.
	2	134	887	18	

Olympiadum Iphit.		Anni Christi.	Vrb. Cond.	Imperat. Rom.	
	3				
	4				
CCXXIX	1				
	2			ANTON. P. I.	Adrianus Imp. moritur d. 10. Iulii. Succedit Antoninus Pius, cui in teſtamento *Polemonem* commendat. vit. Soph. l. I. N. XXV. §. 3.
	3				
	4				
CCXXX	1				
	2				Conſulatus *Quadrati* praeceptoris *Vari*. vit. Vari initio.
	3				
	4	144	897	7	
CCXXXI	1				Circa haec tempora Iuuenis *Alexander Peloplaton* Seleuciae cauſam ap. Imperatorem agit. v. Soph. l. II N. V. §. 2.
	2				
	3				
	4				
CCXXXII	1				
	2				
	3				
	4				
CCXXXIII	1				
	2	154	907	17	
	3				
	4				
CCXXXIV	1				
	2				
	3				
	4				
CCXXXV	1			M. AVREL. I Antonin.	Antoninus Pius moritur d. 7 Martii: ſuccedit M. Aurelius.
	2				
	3				Huius Imperatoris aetate πρυτεῖα Smyrna obtinet, *Polemonis* iam defuncti oratione Imperatore moto. tempus colligo ex nummis v. vit. Soph. l. I. N. XXV. §. 8. not. 4.
	4	164	917	4	
CCXXXVI	1				*Lucius* Marco Aurelio exprobrat Scholas ap. Sextum vit. Soph. l. II. N. I. §. 9.
	2				Quadratus Vari *praeceptor* Aſiae eſt Procoſ. vit. *Vari* init. hinc de *Vari* aetate colligas.
	3				
	4				Circa haec tempora agitata *Herodis* controuerſia cum Quintilio, Demoſtrato &c. vit. Soph. l. II. N. I. §. II. not. 7.
CCXXXVII	1				
	2				Circa eadem *Theodotus* Athenienſibus πρέσβ. vid. vita eius init.
	3				Eodem *Alexander Peloplato* epiſtolis ad Graecos nomine Imperatoris ſcribendis praeficitur. vit. Soph. l. II. N. V. §. 3.
	4				
CCXXXVIII	1				
	2	174	927	14	
	3				Primus ſtipendio Imperat. eloquentiam docet *Theodotus*.
	4				M. Aurel. ad *Herodem* Sophiſt. ſcrib. vit. Soph. l. II. N. I. § 12.
CCXXXIX	1				Imp. M. Aurel. audit *Hermogenem* l. II. N. VII. *Ariſtidem* II. N. IX. §. 2. *Adrianum* II. N. X. § 4.
	2				*Oenomarchus* floret l. II. N. XVIII. Hermog. περὶ ἰδ. lib. edit.
	3				*Proteus* vel *Peregrinus* floret. II. I. 13. item *Philager* II. VIII. 1. *Ariſtocles* l. II. N. III. & Ruffinus II. XXV. 1.
	4			COMMOD. I	M. Aurelio d. 17. Martii mortuo ſuccedit Commodus.
CCXL	1				
	2				
	3				
	4	184	937		Hermogenes A. aet. XVIII de ideis ſcribit. *Vita eius in Cod. Barocc.*

Olympiadum Iphit.		Anni Christi.	Vrb. Cond.	Imperat. Rom.	
CCXLI	1				
	2				*Hermogenes* facultatem dicendi amittit. *Vita* Barocc.
	3				
	4				Circa haec tempora moritur *Adrianus* l. II. N. XII. florent *Pollux* l. II. N. XII. *Zeno* lib. II. N. XXIV. *Pausanias* l. II. N. XIII.
CCXLII	1				
	2				
	3				
	4				*Commodus* die anni vlt. interficitur succedit *Pertinax*.
CCXLIII	1			SEVERI 1	*Pertinax* M. Mart. interficitur succedit *Seuerus*.
	2	194	947		*Apolloniorum* cum *Heraclide* controuers. II, XXIII. XXIV. 1. *Proclus* & *Damianus* florent lib. II. N. XXI. & XXIII.
	3				Ad haec tempora *Rufum* refero Arist. discipulū l. II. N. XVII.
	4				Pythia, quibus praefuit *Hippodromus*. II. XXVII. 2.
CCXLIV	1				Hoc anno vel biennio ante *Hermocrates* filiam Antipatri ducit. II. XV. 4.
	2				
	3				Florent *Apollonius Naucratita* & Athenienſ. vid. ad vitam
	4				*Athenienſ.* §. I. n. 1. &
CCXLV	1				*Heraclides*. ibid. & lib. II. N. XXVI.
	2				*Antipater* Seuero Imp. ab epistolis & Caracallae ac Getae praeceptor.
	3				
	4	204	957	12	
CCXLVI	1				
	2				
	3				
	4				*Antiochus* circa haec tempora adhuc floret, & paulo ante
CCXLVII	1				eius aequalis *Hermogenes*. vid. vitam eius.
	2				
	3				d. 4. Februar. moritur Seuerus: succedit Caracalla.
	4				
CCXLVIII	1			CARAC. 1	*Heliodorus* coram Caracalla in Galliis dicit. v. l. II. N. XXXII.
	2	214	967		*Philiscus* ἀτέλειαν amittit. vit. Philisc. l. II. N. XXX. obtinet Philostratus. ibid. *Varus* floret.
	3				Antiochum cum Tiridate Parthi Caracallae reddunt. Dio lib. LXXVII. p. 879.
	4				
CCXLIX	1			MACRINI 1	Perit Caracalla d. 8. April. succedit Macrinus.
	2			HELIOG. 1	Macrino succedit Elagabalus qui d. 16. Maii proclamatur Augustus.
	3				
	4				
CCL	1				
	2			ALEXAND. 1	Perit Elagabalus d. 11. Martii. Succedit Alexander.
	3				Circa hoc tempus *Aelianus* γυναικὸς κατηγορίαν scripsit.
	4	224	977	3	*Heliodorus* insula donatur, Romae caedis causam dixit. vit. Heliodor.
CCLI	1				*Aspasius* floret Romae. vit. Aspas.
	2				*Nicagoras* item &
	3				*Apsines* vit. Aspas. §. IV.
	4				
CCLII	1				
	2				
	3				
	4				
CCLIII	1				
	2	234	987	13	

ΦΛΑΥΙΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΗΡΩΙΚΑ

FLAVII PHILOSTRATI HEROICA.

LECTORI S.

NOn aegre patieris, Lector beneuole, morulae aliquantum breui tibi fieri praefatione, quo minus ſtatim in Philoſtrati noſtri *Heroicos ſermones* te immergas. Nimirum veniam tuam mereri ſperauimus, quod maioris emolumenti tui inſtituimus ſtudio, vt nempe tum de propoſito autori in hoc opere ſcopo, tum etiam de libri diuiſione nonnulla diſſereremus.

Agit igitur hoc opere Philoſtratus Ὀμηρομάστιγα ex inſtituto, qualem ſe in aliis ſcriptis etiam, vbicunque occaſio tulerit, oſtendit. Sane eo ſpectat grauis oratio, quam Iarchae tribuit lib. III. de vita Apollon. c. 19. & 22. qui, vt alia quaedam in Troicis fabulis, ab Homero traditis, ita cap. 22. Palamedis inprimis praetermiſſas ab eo laudes reprehendit, & lib. IV. c. 16. Achillis vmbra eundem Poetam ob cauſam eandem taxans repraeſentatur. Imo & in Imagin. l. I. *Neptuno* & *Amymone* acerbe Homerum reprehendit, Neptunum qui ſiſtat, equis ἠπειρωτοῖς inter media cete per oceanum vectum, qua de re plura ad eum locum a nobis annotata fuere. Vt mirum omnino ſit viros doctos, qui de Poeſeos Homericae cenſoribus eiuſmodi ex inſtituto egerunt, eum quidem in hunc cenſum non retuliſſe. Idque eo mirandum videtur magis, quod e veteribus quidem, qui κρίσιν eam exercere auſi fuerunt, vel temporum paſſi iniuriam fuerint, vel obiter tantum & per tranſennam, vel animi cauſa, & παραδοξολογέντων ſpeciem quandam ipſimet ſibi induentes, hoc munere ſint defuncti. Cum noſtri Philoſtrati opus & integrum ſatis manibus noſtris teratur, & totum eo videatur ſpectare, vt qua parte poeſin Homericam τὸ πιθανὸν h. e. *veroſimile*, quam praecipuam facile in *epopoeia* virtutem eſſe omnes agnoſcunt, deſtituat, oſtendatur: & ea praeterea arte hoc argumentum tractetur, ea prudentia inuidia eius auertatur, ea ſiue inuentionis elegantia & varietate, ſiue elocutionis nitore haec κρίσις inſtituatur, vt inter praecipuos Homeri cenſores comparenti Philoſtrato minime ſit erubeſcendum, vel poſteritatis trepide refugiendum iudicium, ſi vel maxime ei illos omnes ſiſti per aſperiora bonarum litterarum tuta licuiſſet.

Zoilus certe, ſiue *Epheſius* is fuerit, vt volunt Euſtathius ad Iliad. p. 387. & autor ſcholiorum minorum ad Iliad. E'. v. 4. ſiue Amphipolita ex Macedonia, vt Plutarchus Sympoſ. V, 4. Heraclides in Allegor. Homer. p. 427. Aelianus Var. XI, 10. & Suidas variis in locis volunt, quibus & Vitruuius praef. ad lib. VII. & Plinius indice libri XII & XIII fauere videntur; is inquam Zoilus, cuius praecipuum eſt inter Homeromaſtigas nomen, primo propterea loco nobis memorandus, ita in Homerum Criticum ſtylum diſtrinxit, vt plerorumque ea re non indignationem tantum ſed odium quoque incurriſſe obſeruetur. Argumento ſunto ea, quibus Ptolemaei Philadelphi iudicium de hoc Grammatico repraeſentauit Vitruuius praef. ad lib. VII. *Inſequentibus annis a Macedonia Zoilus, qui adoptauit cognomen vt Homeromaſtix vocitaretur, Alexandriam venit, ſuaque ſcripta, contra Iliadem & Odyſſeam comparata Regi recitauit. Ptolemaeus vero, cum animaduertiſſet poetarum parentem philologiaeque omnis ducem abſentem vexari, & cuius a cunctis gentibus ſcripta ſuſpicerentur, ab eo vituperari, indignatus, nullum ei dedit reſponſum. Zoilus autem, cum diutius fuiſſet in regno inopia preſſus, ſummiſit ad Regem, poſtulans vt aliquid ſibi tribueretur. Rex vero reſpondiſſe dicitur: Homerum*

rum, qui annos mille deceßiſſet, aeuo perpetuo multa millia hominum paſcere. Item debere, qui meliore ingenio ſe profiteretur, non modo ſe vnum ſed etiam plures alere poſſe. Et ad ſummam mors eius vt parricidii damnati varie narratur. Alii eum ſcripſerunt a Philadelpho eſſe in crucem fixum, nonnulli in eum lapides eſſe coniectos. Alii Smyrnae viuum in pyram coniectum. Quam quidem ego narrationem licet fabulam meram eſſe non dubitem, magni Reineſii noſtri (Var. Lect. III. c. 2.) penitus perſuaſus argumentis, centum & amplius annis ante Ptolemaeum Philadelphum Grammaticum noſtrum vixiſſe; neque eſſe putem, cur viro docto Ger. I. Voſſio, in praeclaro de Hiſt. Gr. opere l. I. c. 15. tanti ſit Vitruuii autoritas, vt aliter hic ſtatuat; affatim tamen hominum in Zoilum ob Homericas κρίσεις animos, quibus iſta commenta protulere, ex iſtis perſpici poſſe putem. Neque minus eo faciunt Suidae relata, qui tanto odio aduerſus rhetorem iſtum ob id inſtitutum exarſiſſe Olympios narrat, vt de Scironiis ſaxis praecipitem eum dederint. Ἐπεκλήθη, ait, Ὁμηρομάστιξ, ὅτι ἐπέσκωπτεν Ὅμηρον, διὸ αὐτὸν διώξαντες οἱ ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ κατὰ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν ὤθησαν.

Sed vt populares fabulas, vel diſſenſu, quo inuicem diſſident, ſuſpectas mittamus; doctiſſimorum quoque virorum parum fauentia eius induſtria experta iudicia eſt. Vitruuius loco, quem allegauimus, poſtquam varias de morte Zoili ſententias retuliſſet: *Vtrum*, inquit, *ei acciderit, merenti digna conſtitit poena. Non enim aliter videtur promereri, qui citat eos, quorum reſponſum, quid ſenſerint ſcribentes non poteſt coram indicari.* Heraclides in allegoriis Homericis p. 427. Θρακικὸν ἀνδράποδον vocat, atque ἄνω καὶ κάτω τοιάδες τινας λήρους contra Homerum φληναφεῖν ait. Galenus Method. Therap. l. I. c. 3. cum Salmoneo eum componit, τοῖς θεοῖς λοιδορημένῳ, eumque τοῖς μὲν φιλολοιδόροις ζηλωτὸν, vt Salmoneum τοῖς Ιεροσύλοις, exiſtimat. Suidas eum Homerum κακίσαι ait, obtinuitque ab eius inde tempore, vt Homeromaſtiges & Zoili dicerentur, quotquot non optimo ſiue animo, ſiue cauſa, viros eruditos vellicarent. Sic pium Martialis eſt votum l. IV. epigr. 77.

Pendentem volo Zoilum videre,

Et in praefat. ad Hiſtoriam ſuam Plinius *Homeromaſtigas* ſibi ſe cauendos ait propoſuiſſe.

Neque ſane iniuria plane eo animo videntur viri docti in Zoilum fuiſſe, quem, ſi recte Galenum intelligunt noſtri aeui homines eruditi, ea in Homerum animi impotentia fuiſſe credendum, vt in imaginem quoque Homeri flagris ſaeuierit, ἅτω καὶ Ζωΐλος ἔνδοξος τὴν Ὁμήρου μαστίζων εἰκόνα. (ita enim pro μαστίζειν εἰκόνα legendum eſſe contextus Galeni inuicto argumento ſuadet.) At dubitare tamen mihi liceat, iure id de Zoilo Galeni autoritate affirmari, atque ab abſurdi plane affectus infamia Zoilum Homeromaſtiga liberare. Scilicet, quod Galenus dicit, id a coaeuo ſcriptore Luciano mihi videtur accepiſſe, qui, defenſurus εἰκόνα, quam delineauerat, Panthiae, pulcerrimae feminae, & qua modum exceſſiſſe viſus fuerat eo maxime, quod cum Dearum formis eius pulcritudinem contendiſſet, ad Homeri inter alia prouocat autoritatem, qui Briſeidis, Patrocli fatum acerbo luctu proſequentis, εἰκόνα delineans, eam Veneri non tantum comparauerit, χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἰκέλην dicens, ſed & *Deabus omnibus*, vt cui εἰκῆα θεῇσιν audiat. Quibus ita prolatis ſequentia Lucianus (pro Imaginib. p. 22.) ſubiungit:

Vid. Ionſium de Script. Hiſt. Phil. I, 9.

Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 366.

git: ὁπόταν ἓν τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς κἀκεῖνον, καὶ ἀποῤῥίπτεις τὸ βιβλίον; ἢ δίδως αὐτῷ ἐλευθεριάζειν ἐν τῷ ἐπαίνῳ; ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ δῷς, ὅγε τοσοῦτος αἰὼν δέδωκεν, ὃς ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐπὶ ΤΟΥΤΩ ΑΙΤΙΑΣΑΙΤΟ, ὃς ὁ ΜΑΣΤΙΞΑΙ τολμήσας αὐτοῦ τὴν ΕΙΚΟΝΑ, ὃς ὁ τὰ νόθα ἐπισημηνάμενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ παραγραφῇ τῶν ὀβελῶν h. e. *talia itaque cum dicit, odione & ipsum prosequeris, librumque abiicis? an ipsi libertatem in laudando permittis? at non permittas licet, permisit iamiam longa annorum series. Neque enim reperitur, qui propterea ei controversiam mouerit, neque qui FLAGRIS CAEDERE eius IMAGINEM ausus sit, neque qui obelis adscriptis tanquam nothos versus illos proscripserit.* Quorum vltimorum verborum sensus hic est: non esse in Panthiae arbitrio, vt Homerica etiam illa, quibus sua tuebatur Lucianus, improbet atque reiiciat: cum seueriſſimorum Criticorum ea censuram effugerint. Neque enim Ομηρομάστιγα *Zoilum* εἰκόνα illam Briseidis plorantis, a poeta delineatam, μαστιγῶσαι *flagris concidisse* hoc est critica saeuitie laceraſſe: neque *Aristarchum* Grammaticum versus eo spectantes, vt aliis facere solebat, tanquam spurios *obelo* notaſſe. Haec itaque verba Galenum verosimile a parte ad totum transtuliſſe, scilicet ad totam Ilii capti *delineationem* siue εἰκόνα, quam exhibet Ilias, errorumque Vlyssis item, quam Odyssea repraesentat, atque eo sensu dicere Zoilum τὴν Ομήρου μαστίξαι εἰκόνα Homeri imaginem, ab eo scilicet Iliade Odysseaue delineatam, flagro critico concidere. Sed quicquid ea de re statuamus, modum in Homero reprehendendo exceſſiſſe Zoilum non dubitem, qui non contentus, teste Suida, nouem integros libros censuris contra Homericam poesin impleuiſſe, quas τὰς κατ' Ομήρου συντάξεις vocat Dionysius Halic. in iudicio de Dinarcho p. 178. ipsius quoque Homeri ψόγον composuit, vt auctor est Suidas. Atque posterius hoc opus Strabonem quoque respicere non dubito, qui lib. I. Geogr. p. 271. Zoili, quem rhetorem vocat, Tenediorum encomium allegat, τοῦ τὸν Ομηρον ΨΕΓΟΝΤΟΣ, hoc est, vt interpretarer ego, Homeri ψόγον συγγεγραφότος. His vero scriptis adeo non candido animo sed atra loligine suffuso in Homerum videtur se geſſiſſe, vt scommatibus fere ridiculum poetam facere conatus sit. Quo enim alias spectat quod, vt apud Longinum est, lib. I. sect. IX. §. 30. Vlyssis socios a Circe transmutatos χοιρίδια κλαίοντα vocat? Quo spectat, quod apud autorem breuium scholiorum, quae Didymo tribuuntur vulgo, ad Iliad. E'. v. 5. versum illum Homeri perstringens

Δαΐε οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ

Homerum ignem ex humeris Diomedis exsurgentem repraesentaſſe fingat, periculum esse aiens, ne bonus Heros incendio pereat? En verba Grammatici μέμφεται τὸν ποιητὴν, ὅτι λίαν γελοίως πεποίηκεν ἐκ τῶν ὤμων τοῦ Διομήδους καιόμενον πῦρ, ἐκινδύνευε γὰρ φησι καταφλεχθῆναι ὁ ἥρως. Certe ea hominis esse videntur γελωτοποιῶ, qui nihil aliud quaerere videatur, quam vt risu excitato in contemtum adducat poetae dicta, quod rebus optime dictis ingenii humani proteruia euenire posse, nemo est qui non agnoscat.

Hinc verosimile etiam fit, maximam partem eorum, quae suspenso nare risit Zoilus, facile benignam interpretationem aut saltem excusationem admissura fuisse, si bona fide cum Homero agere Zoilus ingenioque ad defendendum poetam perinde atque ad accusandum vti voluisset. Eam suspicio-

nem ipsa librorum Homero oppositorum firmat multitudo, quam sane absoluere haut potuisset, nisi inuidiose quamplurima, quae ferri poterant, aut saltem excusari, exaggerauisset. Sed plane etiam rem euincunt exempla partim allata, partim afferenda. Certe Vlyssis socios in porcos abiisse quod finxit poeta, eo saltem seculo adeo absurde confictum non fuit, quo vulgo creditum talia carmine effici posse & venenis, vt posteris quoque temporibus ea superstitio obtinuit, eiusque fidei argumenta ex Apuleio, Petronio & aliis, si id nunc ageremus, afferri possent. Praeterea cum symbolica Aegyptiorum philosophia ei fictioni non male conueniebat, vt hoc minus doctioribus quoque offensae esse posset, quibus adeo famosa illa μετεμψύχωσις arrisit, vt de ea tradita sine allegoria plerique etiam sequenda ducerent. Sicque adeo, si nostra aetate vel maxime τὸ πιθανὸν in istis non esse obseruatum concedatur, Homeri aetate tamen nihil hac ex parte peccatum esse nobis est largiendum, quibus *verosimilia* multa erant, quae nostri seculi, adde & eius, quo Zoilus vixit, ingenio minus verosimilia esse videantur. Nec video maiorem causam reprehensionis in versu Homeri, quo ex galea & clypeo Diomedis ignem dicit sine intermissione effulsisse. Nam, vt praeclare eum ad locum Didymo atque Eustathio obseruatum, ad splendorem armorum id pertinet, quae perinde ac ignis micauerint: comparandi enim particulam ὡς omitti haut infrequens: idque ipse innuebat in sequentibus poeta, ἀσσέ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον istud πῦρ esse dicens, adeoque proprie sic dictum non intelligens ignem. Verum ea de re plura apud modo laudatos interpretes. Nec maioris profecto momenti est, quod apud eundem Didymum ad Iliad. E'. v. 20 rodit poetam, quod Idaeum curru & equis desilientem fugam arripere fingat, quasi fugam maiori celeritate equis & curru non potuisset continuare. Certe enim, vt taceam quae apud Didymum ei κρίσει opposita leguntur, saepe per auia pedestri itinere tutius licet fuga euadere, quam quadrigis, qualibus heroes vehebantur. Sed & ignorantiam prodit Zoilus, quando reprehendit, quod Iliad. A' v. 48 poeta Apollinis iram in *mulos* & *canes* saeuiisse finxit. Vt enim optime notat Heraclides, Allegor. Homer. p. 427. Phoebus ei sol est iuxta theologiam gentilium, cuius aestibus pestis excitatur, quam proinde missis ab Apolline sagittis existere intelligit. Pestem vero quadrupeda animantia primo inuadere norunt medicorum filii, eiusque rei ex parte rationes allegauit l. c. Heraclides. Vnde etiam tantum abest, vt in eo negotio Zoili insistens vestigiis Homerum reprehenderit Philostratus, vt potius erudite id fictum agnoscat, atque, quomodo ex ea fictione vberior gratia poemati Homeri conciliari potuisset, ostendat: eo enim spectant quae de Palamede narrat Vinitor in historia eius §. IV. Vnus adhuc succurrit Homeri locus qui Zoili φληναφείας effugere non potuit. Est is Odyss. I' v. 60 vbi, nauali cum Ciconibus praelio descripto, ait

Ἐξ δ' ἀφ' ἑκάστης νηὸς εὐκνήμιδες ἑταῖροι
Ὤλοντ'.

Sex sibi in isto praelio sociorum e quauis naui disperiisse indicans. Quid ad haec Zoilus? Scilicet, verosimile haut esse aequalem ex quauis naui sociorum numerum mortem oppetiisse, quasi ex composito aut instituto haec ita gesta fuissent. Sed & illud exiguum est, facileque aequo censori approbandum; nempe, vt veteres Grammatici non inepte responderunt, interemtorum in tota classe summa computata, atque in naues ex aequo distributa residua manu, sex minus quam antea quamuis nauem habere euenit vectores, id quod sibi vult

vult Euſtathius, ad locum Homeri, a Zoilo notatum, ita commentatus: *οἱ δὲ λύοντες ἀντιλέγεσιν αὐτῷ πιθανῶς ἐκ τῦ ἀποτελέσματος, ὡς ἐλλογηθέντων τῶν ἀπολωλότων ταῖς ὅλαις ναυσὶ, καὶ ἀπὸ τῦ πρώην ἀριθμῦ ἐπιλειπόντων μιᾷ ἑκάστῃ ἀνὰ ἓξ ἀνδρῶν.* Eius igitur ingenii cenſorem poetae principis pleriſque inviſum fuiſſe non mirum. Certe idem odium non fuit, qui ante eum Homero adhuc viuo *ἐφιλονείκησε*, *Sagaridis*, apud Diogenem Laertium II, 46. Quamuis eum etiam non cenſuram in Homerica exercuiſſe putem, ſed aemulum tantum ei ſeſe praebuiſſe poetae, idem carmine argumentum proſecutum, ſi quidem ille, quod viſum fere viris eruditis, cum *Syagro* eſt idem. Nam hunc quidem *πόλεμον Τρωϊκὸν ᾆσαι* diſerte aiunt Aelianus lib. XIV. Var. c. 21. & Euſtathius in prolegom. ad Iliad. p. 3. Imo ſi idem cum *Syagro Sagaris*, eorundem autorum fide maior aetate fuerit quam Homerus oportet, Orpheo atque Muſaeo aequalis, vt eius proinde cenſorem agere non potuerit. Quae cum ita ſint, vel idem non erit *Sagaris* cum *Syagro*, vel errauerit Diogenes Laertius, vel verba eius *ἐφιλονείκησε Ομήρῳ ζῶντι* ita accipienda erunt, vt aemulationem ipſi in ſcriptis ſuperſtiti cum Homero viuo interceſſiſſe intelligamus.

Certius inter Homeri cenſores locum *Pythagorae* deberi conſtat, quem contra poetam hunc non pauca apud diſcipulos ſuos diſſeruiſſe, facile colligas ex iis, quae ex Hieronymo Diogenes Laertius refert lib. VIII. ſect. 21. Eum ſcilicet ſibi apud inferos viſam retuliſſe Heſiodi vmbram, columnae aereae vinculis adſtrictam ſtridentemque, Homericam autem ex arbore pendentem, ſerpentibus eam circumſtridentibus, propter ea quae de Diis finxerat. Ergo Theologiam Homeri apud ſuos caſtigauit Pythagoras, reliqua Philoſophi cura non aeque digna arbitratus, philoſophica haut dubie ſeueritate. Sed eius hac quoque parte exanclata opera, cum in litterarum monimenta ab ipſo relata haut fuerit, non poteſt cum iis quae Philoſtratus eo de argumento ſcripſit in comparationem venire.

Heraclitus ille tenebricoſus haut mitiore certe quam Zoilus animo in Homerum debacchatus eſſe videtur, dignum eum eſſe dicens, qui ex ſacris relegetur certaminibus, colaphiſque caedatur. Sic enim Laertius X, 1. *τόντε Ομηρον ἔφασκεν ἄξιον ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι.* De eo tamen neque quid tantopere in poeta reprehenderit, neque quod ſcripto id fecerit conſtat. Theologiam Homericam eum maxime offendiſſe non dubitem, qua parte profecto iure cenſuris philoſophorum Poeta ille patebat. Cui ſi finxiſſe de Diis nonnulla condonare vel maxime voluiſſent, finxiſſe ea tamen, quae in exemplum tracta a mortalibus morum diſciplinam peſſundarent penitus, ignoſcere non poterant. Vt facilius Heraclitus veniam inuenerit quidem, ſi in eius argumenti tractatione ſuae vel maxime *σχολῆ* aliquantum indulgeret: ab eius tamen *σκότει*, licet vel maxime eius quaedam in Homerum extarent, non multum luci ingenii, quae in Philoſtrati Heroico refulget, metuendum eſſe videatur.

Quod Pythagoram & Heraclitum id *Xenophanem* quoque Colophonium male habuit, quem *ἀποθανόντι* Homero *φιλονεικῆσαι* Laertius teſtatur, l. II. ſ. 46. Elegias & Iambos vero compoſuiſſe ait, quibus tam Homero quam Heſiodo de Diis dicta reprehendat: *γέγραφε δὲ καὶ Ἰάμβους καθ' Ησιόδου καὶ Ομήρου ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ Θεῶν εἰρημένα.* Id. lib. IX. ſ. 18. Ea cauſa fuit, cur Timoni Sillographo

Ξενοφάνης ὑπάτυφος, Ομηροπάτης ἐπισκώπτης

audiret, vt rectius quam apud Laertium l. c. legitur apud Sextum Empiricum, lib. I. Hypotypos. c. 33. ὑπάτυφος nempe, vt idem explicat, ὡς κατά τι ἄτυφος, & Ομηραπάτης ἐπισκώπτης, ἐπεὶ τὴν παρ' Ομήρῳ ἀπάτην διέσυρεν. Specimen eius scripti non contemnendum habemus apud eundem Sextum aduersus Mathematicos lib. I. p. 57. Ομηρος δὲ, inquit, καὶ Ησίοδος κατὰ τὸν κολοφώνιον Ξενοφάνη

Οι πλεῖστ' ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Itemque lib. VIII. p. 341.

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ομηρος θ' Ησίοδός τε
Οσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστὶν,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Iungamus statim iisdem Platonem, philosophum itidem, eadem Homeri de diis doctrina offensum, atque propterea fuse satis contra poetam & erudite disputantem, libri II de Republica fine & III initio, quo demum sententiam in Homerum dicit ἀποπέμποιμεν δὲ εἰς ἄλλην πόλιν, μῦρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες, καὶ ἐρίῳ στέψαντες, honorifice quidem & sine ignominia, sed emittendum tamen ex ciuitate sua iudicans. Quod quidem iudicium non Heraclidae tantum Pontico acerbae aduersus Platonem censurae causa extitit, ipsum ex lege talionis vicissim relegandum statuenti, ἐρρίφθω δὲ, inquit, καὶ Πλάτων ὁ πόλαξ, ὁ Ομήρου συκοφάντης, ἔνδοξον ἀπὸ τῆς ἰδίας Φιλοσοφίας τὸν Φυγάδα προπέμπων λευκοῖς ἐρίοις ἐστεμμένον, καὶ πολυτελεῖ μύρῳ τὴν κεφαλὴν διάβροχον. Sed & Dionysio Halicarnassaeo, in epist. ad Cn. Pompeium p. 203, argumentum *Φιλοτιμίας ambitionis* Platonicae praebuit: eam enim Homeri aemulatione maxime eum prodidisse ait, quem corona donatum vnguentisque delibutum, ex ea, quam constituebat, republica relegauerit, quasi his ipse, qui eiiciebatur egeret, per quem cum omnis alia institutio in vitam ingressa sit, tum etiam ad extremum philosophia. Verum ipsa ecce Dionysii verba: ἦν γὰρ ἦν τῇ Πλάτωνος Φύσει, πολλὰς ἀρετὰς ἐχούσῃ, τὸ Φιλότιμον. ἐδήλωσε δὲ τοῦτο μάλιστα διὰ τῆς πρὸς Ομηρον ζηλοτυπίας, ὃν ἐκ τῆς παλαισκευαζομένης ὑπ' αὐτοῦ πολιτείας ἐκβάλλει, στεφανώσας καὶ μύρῳ χρίσας· ὡς δὴ τούτων αὐτῷ δέον ἐκβαλλομένῳ, δι' ὃν ἥτε ἄλλη παιδεία πᾶσα παρῆλθεν εἰς τὸν βίον, καὶ τελευτῶσα Φιλοσοφία. Neque ea se Dioni Chrysostomo probasse Platonis censura videtur, qui ea quidem acerbitate, qua Heraclides & Dionysius eam haut est insecutus, sed pro suo in vtrumque magnorum istorum virorum studio, non facile esse ait inter duos amicos, quorum amborum conspicua sit autoritas, controuersiam dirimere, eorumque alterum condemnare, sed tamen procliuiorem se ad Homeri causam defendendam esse minime obscuris indiciis prodidit. vid. ipsum in orat. LIII. de Homero.

Hinc mirum inter Homeromastigas ipsum Dionem Chrysostomum alibi nomen profiteri, cuius tamen summum in Homerum studium fuisse tum ex allegata oratione, tum ex LV qua cum Socrate Homerum comparauit, elucescit. In oratione nempe XI, quae Τρωικὸς λόγος inscribitur, & de Ilio non capto agit, adeo acerbe Homerum impetit, vt nihil in eum dici seuerius possit. Critica, vt iam non repetam cl. Viro Io. Henrico

Vrsi-

Vrſino eam in rem dicta, parum ſolida vſus, dum poema ad hiſtoriae leges exigere vbique videtur, & tamen diſerte fatetur (p. 176.) nullos extitiſſe Homeri aetate poetas alios, vel hiſtoriographos, qui verum dicerent, quo facilius fuerit eum, primum iſtud argumentum aggreſſum, ſuas ſimplicioribus fabulas obtrudere, e medio iam ſublatis iis qui Troianis rebus interfuiſſent, & obſcura tantum fama de iiſdem ſuperſtite. Vnde velut hiſtoriam redarguens Homeri *ποίησιν*, vt ne grauiore deſtituatur autoritate, neſcio quem Onophiticum nobis ex Aegypto ſacerdotem adducit, ex ſacris ſtelis, a Menelao in Aegypto relata continentibus, certiora depromentem. Sane multo hac ex parte prudentius rem aggreſſus eſt Philoſtratus noſter, quem ſi nulla alia re, certe eo, quod operis ſui oeconomiam poematis, quod cenſura inſequitur, elegantiſſime accommodauerit ingenio, maximam iudicii *ἀκρίβειαν* omnibus, qui rite attenderint, approbaſſe exiſtimamus, ſuoque loco ex parte demonſtrabimus.

Id antequam fiat duo alii nobis *Ομηρομάστιγες* adhuc commemorandi, quorum Dionem Chryſoſtomum aetate antecedit alter, alter ſequitur. Qui antecedit *Daphidas* eſt, vt Valerio Maximo l. I. c. 8. Heſychio item illuſtri & Suidae vocatur, velvt Ciceroni de fato, ac Straboni lib. XIV audit, *Daphilas*, Telmiſſenſis Grammaticus, qui, Suida teſte, *περὶ Ομήρου καὶ τῆς αὐτοῦ ποιήσεως ὅτι ἐψεύσατο* eſt commentatus. At *hominem ineptae & mordacis opinationis*, ita vt Apollinem quoque Delphis irridendi cauſa conſuluerit, vt de eo relatum Ciceroni, Valerio Maximo, Straboni, Heſychio, Suidae locis citatis, turpique exitu infamem, quid aliud, quam ſcommata ſparſiſſe credas in poetarum principem, quae cum grauioris viri modeſta atque iucunda *κρίσει* contendi vix mereantur. Iuniorem quem dixi Dione, Lucianus eſt: Is non in Philopſeude (T. II. p. 463) & *Gallo* (p. 26) tantum Homerum de rebus ad Troiam geſtis ſtrenue mentitum ait, de quibus certi reſcire nihil quicquam potuerit, qui ea aetate, vt fingit ridicule, camelus in Bactris fuerit, eumque ridet quod Helenam, quam Troianis temporibus anum fuiſſe oporteat, Hecuba aetate non inferiorem, ſi quidem virginem raptam a Theſeo eſſe ſit verum, tanto bello cauſam dicat praebuiſſe; verum & paſſim, maximeque in Deorum dialogis, eius de Diis fictiones in ludibrium vertit & iocum. Sed cum ſerio is nuſpiam agat, optimeque dicta in ridiculum ſenſum detorqueri poſſint, ſolidum de poeſi Homerica iudicium ex eo vix inſtituas, vt ne cum eo quidem in arenam deſcendere Philoſtratum noſtrum pudere debeat.

Non eſt, quod alios allegem, qui obiter Homerum mendacii & fabularum reum peregere, qui ipſi neſcire videntur, quid dicant, hoc ita crude in poeta reprehendentes. Nec eſt, quod recentiorum quorundam aduerſus eundem cenſuras prolixe exponam, id enim hoc loco non ago, cui propoſitum iam eſt Philoſtrati *Criſin* paulo penitius expendere, eiuſque virtutes, quibus aliorum ex veteribus cenſuras ſuperare videtur paucis exponere. Mores itaque primo Critici noſtri animumque, quo iſtam cenſuram ſuſcepit, quod attinet, tantum abeſt vt *φιλοτιμία* atque aemulationis ſtudium in eo deprehendatur, vt potius contraria omnia ex genere ſcribendi colligere liceat. Vt enim laudes taceam liberali manu in Poetam paſſim congeſtas, in *Proteſilao* maxime §. IV: & digreſſione in laudes Homeri perquam honorifica, toto capite XVIII inſtituta, qua *θεασμὸν diuinum afflatum*, Apolliniſque & Muſa-

rum inſpirationem ei tribuere non veretur. Certe hoc ipſo, quod Heroi tribuit Troiano quaecunque in Homerum dicuntur, eique non inuidioſe quidem Homerica carmina perſtringenti, verum res ſibi rectius notas enarranti, egregie & modeſtiae conſuluiſſe, debitaeque manibus Homeri venerationi videtur, & inuidiam prudenter declinauiſſe, quae reliquos Homeromaſtigas oppreſſit fere omnes, qui ſola φιλοτιμίᾳ ducti id tantum quaerere videbantur, vt ingenii laude principem poetarum ſuperaſſe viderentur, cui indignis modis, conuitiis etiam & ludicra dictione adhibita, naeuos ſuos exprobrarent.

Contra commendat hancce Philoſtrati operam, quod praecipuam cauſam modeſte reprehenſae Homericae poeſeos ex ſcriptis eius paſſim eluceſcat pietatem fuiſſe, qua tum Palamedis proſecutus memoriam eſt, praecipui litterarum & artium inter Graecos ſtatoris, tum alios quoſdam homines eius aetatis, virtute inclutos, quibus celebrandis vel nullam vel exiguam operam Homerus praeſtiterat. Qui Philoſtrati quidem affectus, vt grati animi eſt & probi, atque ad virtutis exemplorumque virtutis commendationem pertinet vnice; ita opera eo animo ſuſcepta non poterat non ipſi legentium adiungere animos. Quam aegre autem iſte praeſtantiſſimorum virorum neglectus ei fecerit, non ex ipſis tantum Heroicis, ſed & alibi ei ſcriptis colligere eſt, vt hoc minus de eius ſtudii dubitare liceat ſinceritate. Sic enim tertio de vita Apollonii libro cap. 19. generali oratione Graecos increpantem inducit Iarcham, Indum, quod Troicos tantum ſuſpicientes Heroes, alia magna nomina ita negligant, atque propterea eos ait ἀπολωλέναι τὰς ἐπὶ τῇ Τροίᾳ λόγας. Deinde cap. 22 eundem Iarcham ſiſtit, haut obſcure Homero exprobrantem, quod Palamedis mentionem nullam fecerit, magni viri & ſapientis, cum tamen multis, non adeo praeſtantibus, carmine ſuo nominis conciliauerit immortalitatem. Rurſum lib. IV. cap. 16. de eadem re conquerentem inducit Achillem, ſuadentem Apollonio vt ſepulcrum Palamedis reſtituat, ratione allegata, quod intercedat viris eruditis & ſapientia conſpicuis inuicem neceſſitudo: σοφοῖς γὰρ πρὸς σοφὰς ἐπιτήδεια, vt ibi habemus. Atque haec ipſa cauſa etiam eſt, quae Philoſtrati quoque ſtudium Palamedi adiunxit, vtque iniquius ferret Homeri de eo ſilentium effecit.

Eadem vero animo ſibi aegre facere haut minus luculenter in ipſo *Heroicorum* opere oſtendit, in cuius exordio §. V. plerorumque Heroum res praeclare geſtas parum vulgo notas ait Vinitor, eo quod admiratione poeſeos Homericae perculſi in ſolum Achillem atque Vlyſſem oculos conuertant plerique, nulla habita aliorum virorum bonorum ac ſtrenuorum ratione. Palamedis vero ſui hoc frequentiorem ingerere memoriam affectat, hoc maiore cum animi ſenſu, quo ea altiore obliuionis caligine apud Homerum ſepulta iacet. Hinc nullius Heroum frequentius facta commemorat, virtutes celebrat, quod in ipſo ſtatim *Proteſilao* ter § nempe XI XVII & XX fecit, ſuſe inde rurſum, in *Aiace Telamonio, Palamede, Vlyſſe, Achille*. Hoc magis aegre ſeſe ferre Homeri de eo ſilentium teſtatus, quo prolixior in Palamedis extitit laudibus: quo pertinentia rurſum videri poſſunt, quae habentur in Proteſilao § V & XX. it. cap. XVIII. §. V. Ea in re tamen iterum obſeruanda Philoſtrati modeſtia atque ἐπιείκεια. Ne enim Homerum grauius premat odium ob Palamedis neglectum, atque nimium in Vlyſſem, hominem non adeo laudandum, ſtudium, eumque acerbius inſectatus Philoſtratus videatur, ex pacto ita Poetam ſe geſſiſſe ſcite fingit, cum manibus Vlyſſis inito, quod detre-

detrectare non potuerit, nisi penitus Troicarum rerum ignarus, omnino de illis silere voluisset, quod faciendum ei erat, nisi ab Vlysse ista lege ea accepisset. vide cap. 18. Heroic. §. II.

Verum satis de ingenio quo vsus ad hoc opus accessit Philostratus. Quantum ad ipsam censuram attinet, non Grammaticis ea minutiis absoluitur, non circa epithetorum delectum, non eiusdem rei factam identidem repetitionem, non vsurpatam in prosodia vocum licentiam, aliaque eius commatis, quae ab aliis exiguo legentium vsu, magno taedio, ei inuidiose exprobrata fuere. Neque dispositionem Epopoeiae Homericae aggreditur, quod Dion Prusaeensis in Troico fecit, parum felici successu, vt ostendere facile esset, id quidem si a nobis nunc ageretur. Circa solam inuentionem igitur Philostrati nostri κρίσις occupata est. Suntque duo inprimis, quantum perspicio, quae reprehendit: Nempe cum Epopoeiae sit officium certas virtutes suadere, in odium adducere vitia per fabulam, cui idoneae personae ex vetere historia deligantur, Homero quod neglectū hoc sit, vt πρόσωπα Epopoeiae suae deligeret, inprimis ornandae ei, finique proposito assequendo conuenientia primum taxatur. Hinc est quod Palamedis inprimis, virorum fortissimi & sapientissimi, atque Hierae, Mysorum illo aeuo reginae, feminei sexus illustrissimo exemplo, nullas esse in hoc poemate partes Philostrato displiceat. Alterum, quod reprehenditur, est, quod iis, quas produxit, personis vel parum conuenientia fingat, vel magis conuenientia, & quae τῇ ἑνότητι τὸ χαρακτῆρος, quam vocant, herois magis essent accommodata, fingere haut pauca potuisset poeta. Nempe & istud ad veras Epopoeiae virtutes pertinet, cuius perinde atque tragoediae est, vt id quod *verosimillimum* est maxime sequatur, vt sine quo ei proposita morum emendatio difficilius obtineatur: quam in rem plura post veteres, Aristotelem maxime atque Horatium, nostri seculi deliciae Dacerius, Bossulus atque alii obseruarunt. Neque enim ita accepturum quenquam, in hoc genere rerum paulo diligentius versatum, Philostratum existimo, quasi eo animo *Protesilaum* nobis sistat, haut pauca de Troianis rebus aliter quam Homerus narrantem, quod historicam veritatem in fabulis istis sequendam & eruendam putaret, atque adeo Homerum ad historiae leges exigendum crederet, quod alios eius censores spectasse videmus. Certe enim nouerat Philostratus ad historiae Troianae veritatem exacte rimandam nullam viam patere, qui diserte fatetur sub exordii fin. §. III. nulla extare scriptorum de Troianis rebus, qui ea aetate floruerint, monimenta, ex quibus reuinci Homerus valeat. Atque ne ipsius quidem aetate certam earum rerum notitiam superstitem fuisse agnoscit, quamobrem opus eum habuisse ait, vt ab Vlysse de iisdem institueretur cap. XVIII. §. V. Haec vero qui penitissime perspecta habeat, qua ratione de historica rerum veritate cum Homero contendere ausit? quae autoritas, quae testium fides, quae alia argumenta istam dirimerent controuersiam? Praeterea ob hoc ipsum μυθικῶς instruit orationem, *Protesilai* herois manes in scenam producens, vt intelligatur, ab eo prolata non historiam certiorem, sed μύθους aptius confictos continere. Nihilque adeo aliud propositum habet, quam vt ostendat, quomodo verosimilius, aptius, personis quas inducit conuenientius μυθοποιεῖν potuisset Homerus, vt nitidior inde totius fabulae suae magisque εὐάρμοστος atque iucunda facies exsurgeret. Et ne fides ei rei apud quemquam deesse possit, ad ipsum loquendi modum, quo passim in illa censura sua *Protesilaus*, siue ὑποφήτης eius Vinitor vsus est,

est, attendi paulo accuratius velim, solet enim fere dicere πιθανώτερα esse h. e. *verosimilia* magis, quae ipse dicat. Maxime autem res in oculos incurrit in Achille cap. 8, vbi Achillis cum Scamandro fluuio rixa πιθανότητος potissimum argumento explodituꝛ. Nempe ea Iliados parte in poetica descriptione & venustate nihil desiderari posse ait, sed vere ποιητικὰ & κεχαεισμένα ea esse, at τὸ πιθανὸν *verosimile* non obseruari. Neque enim esse probabile, Scamandrum, exiguum in Troade fluuium, Achilli, giganteae proceritatis viro, superatu difficilem fuisse: neque item quod cum fluuio voluerit rixari Achilles: quin potius, si aliquid ab eo potuisset noxae imminere, fuisse deuitaturum. Esseque adeo πιθανώτερα quae a Protesilao narrata eo loco subiunguntur.

Quantum ad eius vero censurae soliditatem attinet, ea seipsam facile probabit legentibus. Certe enim in eis, quae de Antiphalo, Scylla, inferis Sirenibus finxit Homerus, reliquis item, quae tanquam minus *verosimilia* reiiciuntur in Protesilao §. XX, Palamede & Vlysse §. XII, & Aiace Telamonio §. III, adeo parum est probabilitatis, vt pro impossibilibus facile habeat lector non nimis acutae naris. Eiusdem generis sunt, quae contra monstrosam Chironis formam in Chirone §. I, Achillis arma a Vulcano fabricata & varia caelatura ornata in Achille §. IV, equos item eiusdem immortales ibid. §. X, & Musas funus eius lamentantes §. XII disputantur: denique ea, quae de Diis Homerum finxisse ait, μικρὰ καὶ φαῦλα iisdem tribuentem. Quae vltima, vtut defendere nonnulli eo conati fuerint, quod ἀλληγορούμενα sint, exquibus sunt Heraclides & Dion, ille in *Allegoriis* quorum hic in *Homero* videri possunt, eo tamen imbecillum valde Homero auxilium ferre videntur. Nam quaecunque ἐποποιΐαν ingreditur fabula, vltra *verosimilitudinis* limites accersenda non est. Neque iusta reprehensione carere potest, quod sanctissimum mortalibus esse debet, profanis imo spurcis huiusmodi repraesentationibus contaminare.

Plane impossibilia quidem non sunt alia pleraque nostro in Homero reprehensa, ita tamen conficta, vt haut paulo magis commode & verosimiliter potuissent effingi, pulcerrimo carmini maiorem gratiam, si id factum fuisset, conciliatura. Huc spectant, quae *Protesilai* cap. XX contra Helenam disputantur, expudorata fronte apud Homerum in Ilii sese sistentem moenibus: quam ne toleraſſe quidem vrbe sua Hectorem, alioſque conspicuae virtutis heroes, summisque calamitatibus obnoxium populum Troianum, sit verosimile: contra Paridis item & Menelai pugnam, & Dearum ac Heroidum in Vlyssem ad senium iam vergentem amoribus, ibidem: contra Memnonem porro Homericum, ex remotissimis Aethiopiae partibus auxilia adducentem, *Nestore & Antilocho* §. III: Contra consilium fugae quod a Diomede datum Homero fingitur, fortissimo viro, & cuius ingenio plane tale sit indignum consilium, *Diomede & Phenelo* §. II: contra vallum Graecis exstructum Heroicorum animorum imperterrito robori minus conueniens ibid. §. III: contra Idomenei in Ilii obsidione praesentiam, quem scilicet Κρήτης ἑκατομπόλεως regem, opibus inferiori Agamemnoni imperio & auspiciis cedere voluisse haut sit probabile, *Idomeneo:* contra oblatum ab Aiace Locrensi Cassandrae vitium, vt indignum plane Heroico animo facinus, in *Aiace Locr.* §. II; contra allegatam Homero cognominis Aiacis Telamonii, quo *magnus* est dictus, rationem, cum verosimilius sit ab animo & gestis quam a corpo-

re

re magnum vocari heroem *Aiace Telam.* §. I: contra Vlyſſis in palaeſtra ab eo reportatas victorias ibid. §. II: contra Hectoris fugam, in *Hectore:* contra effeminatas Achillis in funere Patrocli lacrymas *Achille* §. VII: contra iram ab Achille impotenti animo ob Briſeida conceptam, cuius cauſam, Heroe magis dignam, fingere licuiſſet necem amiciſſimi Palamedis iniuſtam ibid. contra legationem reconciliationis cauſa ad Achillem obitam, in qua Diomedis partes Aiaci potius deferendas putat, ſanguinis iure iuncto Achilli, eidemque Palamedi amiciſſimo ibid: denique contra Troianorum conſternationem, fugam, exitium, ſoli Achilli iam rurſum ad pugnam prodeunti adſcripta ibid. §. VIII: & ſi quae alia ſunt eius generis, non abſurda quidem plane atque impoſſibilia, vt tamen probabilia magis afferri potuiſſent. Cum quibus ſi, quae Philoſtratus ſubſtitui poſſe indicat, contendas, haut paulo ſane minorem exinde gratiam Homericae fabulae accedere iudices.

Atque in pleriſque iſtorum ſatis belle ſeſe tueri Philoſtrati poſſe κρίσιν exiſtimem. Vnum praeterea eſt, idque paucis monitum eidem, de quo non praeceps nimis ei aſſenſum praebere velim. Nempe in *Proteſilao* §. XX. neque illud in Homero probare heroem iſtum ait, quod, cum Troiae res argumentum carminis ſibi eſſe voluiſſet, illud tamen ſtatim poſt Hectoris abrumpat mortem, ad finem vſque Troiani belli hiſtoriam minime perſecutus. Nempe eum quaſi feſtinantem ab illo reſilire ait, vt ad alterum, quo Vlyſſis geſta deſcripſit, accedere valeret. Certe enim, ſi recte de epopoeia Homerica praeeunte Ariſtotele iudicarunt viri docti, non id egit Homerus, vt totius belli Troiani ab initio ad finem vſque perſequeretur hiſtoriam. Verum ei propoſitum potius fuit fabulam proferre, qua Graecos ſuos inſtitueret, nihil magis ipſis nocere poſſe, quam ſi principes ipſorum, tot paruis ciuitatibus diſtracto Graecorum corpori imperantes, mutuis odiis diſſideant. Ei ſcopo ſufficiebat profecto illa Troiani belli pars, quam in Iliade delineandam ſibi ſumſit Homerus; neque vlla alia re opus erat, quam vt principes Graecorum Achillem & Agamemnonem ſiſteret, quibus mutuis odiis diſtractis Graecorum res grauiſſima clade ab hoſtili exercitu afficeretur: quae reſtitui inciperet ſimul ac reconciliati diſſidentium Principum animi eſſent. Imo, ſi merentur doctorum aſſenſum, quae de *tempore* Epici carminis noſtra aetate doctiſſimus Boſſulus eſt commentatus, hoc minus locum inueniet Philoſtrati reprehenſio, cui diſplicuiſſe videantur quae Boſſuli ſententiam ſecutis in praecipua etiam laude erant collocanda. Nimirum vt comoediae tragoediaeue *tempus* ſuum praefigunt, qui *theatrum* regulis circumſcribere laborarunt, quod vltra vnius diei ſpatium extendi prohibent accuratiores, ita Epica narratio quoque hac parte limitibus certis deſtitui hautquaquam debere videtur. Neque ingenio caret, quod ſtatuunt viri eruditi, id quod tragoediae eſt dies, hoc epopoeiae anni tempeſtates eſſe, rei gerendae maxime idoneas, cui aeque incommoda bruma ſit quam nox theatro eſt, vtraque iſtarum temporis partium hiatum quaſi quendam conſtituente, neque ſine vitio & dedecore iſtius generis poemata interpellante. Cui profecto regulae, ſi certa eſt, ſi rationi conſentanea; egregie ac commodatum eſt Iliados tempus, imo potius exemplum praebet eiuſdem. Nempe initium Iliadi praebet peſtis decendialis, poſt quam decem viciſſim elapſi finguntur, quibus valetudinem Graeci curauerint. Eos quinque diebus continuata excipiunt praelia: Vndecim inde dies iuſtis Patroclo, & totidem Hectori perſoluendis impen-

duntur, in quibus id quidem poema desinit, tempus proinde complexum XLVII dierum, quo tota illa fabula, qua ad concordiam Graeci instituuntur, sit peracta. Verum ea in re definienda praefidens quidem ego esse non audeam.

Superest vt pauca adhuc de obseruata a Philostrato in hoc opere οἰκονομίᾳ atque dispositione subiiciam. Ipsum igitur opus quidem post Exordium, quo occasio quaeritur de hisce rebus colloquio, atque propositionem qua summa dicendorum exponitur, primo instituta de statura heroum διατειθῇ, ordine primum Graecos heroes, inde Troianos sistit, Achille, quod prolixior de eo instituatur narratio, vltimo loco reseruato. Ceterum ego quidem eodem tenore a Philostrato continuatam esse orationem existimem, a quo propterea etiam Τρωϊκὸς λόγος haec ipsa commentatio appellatur. Eius rei mihi argumento vel ipsae sunt orationis formulae, quibus coniunguntur de vno heroe dicta cum eis, quae de sequente dicenda sunt, ita dramatis huius partes constringentes, vt nisi inuitae diuelli haut possint. Eius rei tot exempla fere habes, quot heroes in hoc opere delineantur, decerpam tamen illustriora nonnulla. Sic Aeneae igitur historia ita cum Hectoris rebus coniungitur vt μάχεσθαι μὲν τάτε ἤτλον, συνέσει δὲ περιεῖναι τῶν Τρώων, ἀξιῶσθαι δὲ τῶν αὐτῶν Ἕκτορι dicatur. Et de *Protesilao* agere ita incipit, vt Phoenix gratuletur Vinitori cognitionem rerum, de quibus hucusque narrationem instituerat, iamque se fidem ei habere testetur, tum vero statim interroget de Protesilai rebus, quarum inde historia subiungitur. Quae certe Dialogi sunt nulla intermissione aut distinctione continuati. Accedit, quod quorundam heroum res ita sint inuicem permistae, vt in distincta capita distrahi ne potuerint quidem. Exempla habes cap. III, quo coniunctim de Nestoris & Antilochi rebus agitur. Equidem ibi in prioribus editionibus §. II, nostra distinctione constituto, tituli loco nomen ANTILOCHI inscriptum legitur. Verum, quam sine ratione factum id sit, facile patet ex statim sequente §. III. quo ad Nestoris formam delineandam reditur. Vt manifestum sit parentis ac filii res eadem oratione coniungi. Simili modo cum Vlysse rem se habere credo, cuius nomen tituli loco superscriptum legitur cap. XI §. XII. At toto illo capite iuxta cum Palamedis rebus exponebantur Vlyssi gesta, §. XII vero nonnulla solum ad ingenium & mores eius pertinentia insuper attingebantur. Clarior res de *Teucro* est, cuius nomen titulum praebebat cap. XI. §. V. a verbis illis τὸν δὲ Τεῦκρον νέον, &c. vsque ad finem capitis, post quem tamen titulum nil aliud, quam tria verba de Teucri forma sequebantur, cuius mentio data occasione in praecedentibus facta fuerat; reliqua vsque ad finem capitis transitionem continebant ad Troianorum heroum historiam. Denique idem capite vltimo, de *Achille*, quoque admissum, cuius §. XIII. nouus titulus NEOPTOLEMVS erat superscriptus, cum tamen manifestissimum sit, paucis tantum eo loco ex occasione oblata *Neoptolemi* res attingi, statim vero ad Achillem rediri, cuius etiam historiam extremum huius operis esse occupaturam diserte praedixerat antea Philostratus cap. XII. §. IV. His ego argumentis plane conuincebar, ab ipso Philostrato hosce titulos, operisque adeo diuisionem profectam non esse, tam parum iis quae scripserat accommodatam. Inque ea sententia eo insuper confirmabar, quod cap. XVII. praefixus titulus EVPHORBVS inueniretur, inde vero textus, nulla noua distinctione constituta, vsque ad cap. XIX. quod *Achillis* titulo

insi-

insignitum fuerat; continuaretur. Quo nihil absurdum magis fieri poterat, cum tota illa digressio de *Homero*, quam capite XVIII. inclusimus, *Euphorbi* titulo nequeat comprehendi. Hinc ipsius ego hos titulos Philostrati quidem haut esse firmiter concluси, eandemque adeo mihi in relegandis eis libertatem deberi, quam alii in iisdem inepte intrudendis vsurparunt, existimaui. Vt lectorum tamen commoditati in legendo allegandoue consulerem, capitum distinctionem, quae non multum ab ista *tituiorum* in prioribus editionibus designatione abeat, institui, nominaque Heroum argumenti loco in margine adieci: si qua ea ex parte a prioribus editionibus mihi recedendum fuisset, eius rei in notis insuper indicio facto. Cum vero de nonnullis Heroum paulo prolixior instituta narratio a Philostrato fuerit, capita sectionibus vel paragraphis distinxi, argumentis orationis, quantum potuit fieri, accommodatis. Atque ea sunt, quibus ab aliis differt, siue Latinis siue Graecis editionibus, quarum recensionem alibi dedimus, nostra haecce, quae vt quam emendatissima prodiret quibus subsidiis sit effectum, quid in refundenda Stephani Nigri versione praestitum, in prolegomenis explicatum dedimus, toti huic collectioni operum Philostrateorum praemissis. Nam quod ad Antonii Bonfinii versionem Heroicorum attinet, quam iuxta cum interpretatione vitarum sophistarum, imaginum, & epistolarum Matthiae Coruino, Regi Hungariae, obtulit, eius vix mentionem faciendam duximus, cum ea intra Bibliothecae Vindobonensis cancellos delitescat quidem, testante P. Lambecio Bibl. Vindob. lib. II. p. 995, lucem vero nunquam adspexerit; ea enim fortuna ex versionibus Bonfinii, quibus Philostratos illustrauit, soli obtigit ei, qua vitas sophistarum est interpretatus, vt suo loco ostensum fuit.

Iamque adeo nihil est amplius cur te moremur, Lector beneuole, Tu bene vale, & iucundissimo sermonum istorum Heroicorum vsu fruere.

INDEX HEROICORVM.

I. Exordium
II. De Heroum statura
III. Protesilaus
IV. Nestor
V. Antilochus
VI. Diomedes & Sthenelus
VII. Philoctetes
VIII. Agamemnon & Menelaus
IX. Idomeneus
X. Aiax Locrensis
XI. Chiron
XII. Palamedes
XIII. Vlysses
XIV. Aiax Telamonius
XV. Teucer
XVI. Hector
XVII. Aeneas
XVIII. Sarpedon
XIX. Alexander
XX. Helenus, Deiphobus, Polydamas
XXI. Euphorbus
XXII. Achilles
XXIII. Neoptolemus.

ΦΛΑΥΙΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ[1] ΗΡΩΙΚΑ[2].

FLAVII PHILOSTRATI HEROICA.

ΑΜΠΕΛΟΥΡΓΟΣ καὶ[3] ΦΟΙΝΙΞ.

ΑΜΠΕΛ.

Ἴων ὁ ξένος, ἢ πόθεν; Φοῖ. Ἀμπελουργέ, τῶν περὶ Σιδῶνά τε καὶ Τύρον. Αμ. τὸ δὲ Ιωνικὸν τῆς στολῆς; Φοῖ. ἐπιχώριον ἤδη καὶ ἡμῖν τοῖς ἐκ Φοινίκης. Αμ. πόθεν ἂν μετεσκεύασθε; Φοῖ. Σύβαρις Ιωνικὴ[4] τὴν Φοινίκην κατέσχεν ὁμῶ πᾶσαν. καὶ γραφὴν ἐκεῖ ἄ τις[5], οἶμαί, φύγοι[6] μὴ τρυφῶν. Αμ. βαδίζεις δὲ ποῖ, μετεωρός τε καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν ποσί; Φοῖ. ξυμβόλαι καὶ φήμης, Ἀμπελουργέ, δέσμαι περὶ εὐπλοίας. φασὶ γὰρ ἡμᾶς ἀφήσειν ἐς τὸν Αἰγαῖον αὐτόν· δεινὴ δὲ, οἶμαι, ἡ θάλαττα, καὶ ἀ ῥᾳδία πλεῦσαι. βαδίζω δὲ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν τῷ ἀνέμῳ· τὰ γὰρ ὑπὲρ[7] εὐπλοίας πρὸς τοὐναντίον τὸν τρόπον[8] θεωροῦσι Φοίνικες. Αμ. σοφοί γε, ὦ ξένε, τὰ ναυτικὰ ὄντες. ὑμεῖς γάρ που[9] καὶ τὴν ἑτέραν ἄρκτον[10] ἐνεσημήνασθε τῷ οὐρανῷ, καὶ πρὸς αὐτὴν πλεῖτε[11]. ὥσπερ δὲ τὰς ναυτιλίας ἐπαινεῖσθε, ὕτω τὰς ἐμπορίας διαβέβλησθε[12], ὡς φιλοχρήματοί τε καὶ τρῶκται. Φοῖ. σὺ δὲ ὁ φιλοχρήματος; Αμπελουργέ, ζῶν ἐν ταύταις ταῖς ἀμπέλοις, καὶ ζητῶν ἴσως ὅς τις

VINITOR & PHOENIX, INTERLOQVVTORES.

VINITOR.

AN Ion es, hospes, vel cuiatis? *Phoenix.* Sum, o Vinitor, ex his, qui circa Sidona habitant ac Tyrum. *Vinitor.* Habitus autem vnde Ionicus? *Phoenix.* Patrius iam & nobis Phoenicibus est. *Vinitor.* Quid est igitur quod habitum mutastis? *Phoenix.* Luxus Ionicus vniuersam pariter occupauit Phoeniciam: neque ibi quis accusationem facile, vt puto, effugerit, qui luxui indulgere noluerit. *Vinitor.* Quid vero est quod incedis elatus, & obuia quaeque despiciens? *Phoenix.* Omine atque oraculo, mi Vinitor, opus habeo secundae nauigationis. Aiunt enim nos in ipsum Aegaeum soluturos: difficile autem, vt puto, id mare est, neque nauigantibus aequum. Tendo autem aduersus ventum: quae ad secundum enim pertinent cursum, hocce modo explorare solent Phoenices. *Vinitor.* Peritissimi nempe, o hospes, nauticae rei [qui sint:] vos olim enim Vrsae quoque minoris signum in coelo posuistis, & ad ipsam nauigationis cursum dirigitis. Verum vt nauigandi peritia laudem, ita mercatura reprehensionem meremini, pecuniarum auidi, ac voraces. *Phoenix.* Tune vero pecuniarum cupidus non es, o Vinitor, in hisce vitam agens vitibus? & quaerens fortasse vindemiam fa- Prooemium.

PROOEM. §. I. 1 Φλ. Φιλοστράτου] de autore huius operis vide prolegomena nostra generalia.

2 Ἡρωικά] Ἡρωικὸν vocatur hoc opus apud Suidam. Ἡρωικοὺς λόγους ipse vocat Philostratus *Achille* cap. 19.

3 Ἀμπελουργὸς καὶ Φοῖνιξ] editi male ἢ Φοῖνιξ. Veram lectionem coniectura assecutus fuerat Morell. Cod. Barocc. habet τὰ τῶ διαλόγω πρόσωπα Ἀμπελουργὸς καὶ Φοῖνιξ. Ceterum istos colloquentes fingit Philostratus in praedio quodam, non longe dissito *Eleunte*, Thraciae *oppido*. Qua de re plura inf. §. II. n. 12. & §. III. n. 9.

4 Σύβαρις Ιωνικὴ] Σύβαρις pro luxu, Sybaritico haut dissimili. vide notata ad vitam Apollonii l. IV. c. 10. n. 8. Ionum vero luxus, maxime in vestibus, aliis quoque autoribus celebratur: τρυφεραυπεχόνας dictos memorat Athenaeus l. XII. p. 524. adde & p. 528.

5 ἄτις] edit. male ἄντις. Verterat tamen Stephanus Niger, ac si ipse quoque ἄτις legisset.

6 οἶμαι φύγοι] omittunt οἶμαι codices nostri omnes. pro φύγοι habet φυγοι cod. Baroccianus.

7 τὰ γὰρ ὑπὲρ] cod. Laudianus legebat καὶ γὰρ ὑπέρ. Baroccianus vero & Collegii Noui apud Oxonienses omittebant ὑπέρ.

8 τὸν τρόπον] sic ex coniectura reponere ausus sum pro σκόπον, quod erat in vulgatis.

9 που] cod. Barocc. & Colleg. Nou. habent πω.

10 τὴν ἑτέραν ἄρκτον] *arctturus minor* de quo Germanicus in Aratum: *Arcturus minor a pluribus Phoenice &c. vocatur, quam Sidones aspicientes continuo nauigant.* & clarius Hyginus l. II. de ea loquens *& vere eam ab inuentoris nomine Phoenicen appellant.* De vtraque arcto Ouidius in Trist.

Magna minorque fera, quarum regit altera GRAIAS
Altera SIDONIAS, vtraque ficta rates.

adde Manilium in Astronom. l. I. p. m. 10.

11 καὶ πρὸς αὐτὴν πλεῖτε] res notissima. vide Bochartum Geograph. S. l. I. c. 8.

12 τὰς ἐμπορίας διαβέβλ.] nempe mercaturam intelligit, quae *pecunia* continetur: nam antiquissimis Heroum temporibus permutatione mercium ea peracta est, vt nullus χρημάτων studio, sed solius *necessitatis* locus esse posset. Plinius lib. XXXIII. c. 2. *quantum feliciore aeuo, cum res ipsae permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus facilitatum Homero credi conuenit.*

cturum, qui pro racemis drachmas tibi ſoluat, cui muſtum ſis venditurus, item cui recens vinum, quod defoſſum, vt puto, habes, vt Maro. *Vinitor.* Hoſpes Phoenicie, ſi Cyclopes quidem terrarum eſſent alicubi, quos otio fruentes terra paſcere dicitur, neque plantantes quicquam, neque ſerentes; tum quidem incuſtodita, quaecunque e terra naſcuntur, manerent, vt quae Cereris ſint atque Bacchi: nec quicquam ex terra ortum venderetur, ſed neglecta omnia ac communia gignerentur, vt in porcorum mercatu. Vbi vero ſementem facere oportet, & arare, ac plantare, aliumque ex alio laborem ſuſcipere, terrae operam dantem, & anni tempeſtatibus obſequentem, ibi vendere atque emere neceſſe eſt. Nempe agriculturae quoque pecunia eſt opus: neque enim abſque ea aratorem ales, neque vinitorem, nec bubulcum, nec caprarium: nec tibi ad bibendum ac libandum erit poculum. Nempe hoc ipſum, quod iucundiſſimum eſt in Georgicis, vindemiare, data mercede peragere oportet: alioqui nihil facientes & ocioſi ſtabunt, pictarum imaginum ad inſtar. Hiſque adeo, o hoſpes, omnis agricolarum chori cauſam dixi. Quod meum autem attinet vitae genus, multo etiam illud eſt manſuetum magis. Nihil enim mihi cum mercatoribus rei eſt, nec, quid ſit drachma, noui, ſed bouem tritico, hircum vino, ſimiliaque ſimilibus aut emo, aut vendo, paucis vltro citroque verbis commutatis. *Phoenix.*

μὲν ὀπωρεῖ[13], καταβαλών σοι δραχμὴν τῶν βοτρύων, ὅτῳ δὲ ἀποδώσεις[14] τὸ γλεῦκος, ἢ ὅτῳ τὸν ἀνθοσμίαν, ὃν, οἶμαι, κατορωρυγμένον φὴς ἔχειν, ὥσπερ ὁ Μάρων[15]. Αμ. ξένε Φοῖνιξ, εἰ μέν εἰσί πᾳ τῆς γῆς Κύκλωπες, ἃς λέγεται ἡ γῆ ἀργὰς βόσκειν[16], φυτεύοντας ὐδὲν, ὐδὲ σπείροντας[17], ἀφύλακτα μὲν τὰ φυόμενα εἴη ἂν, καί τοι Δήμητρός γε καὶ Διονύσου ὄντα· πωλοῖτο δ' ἂν ὐδὲν ἐκ τῆς γῆς, ἀλλ' ἄτιμά τε καὶ κοινὰ φύοιτ' ἂν, ὥσπερ ἐν συῶν ἀγορᾷ[18]. σπείρειν δὲ ὅπᾳ χρὴ, καὶ ἀρᾶν, καὶ φυτεύειν, καὶ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ πονεῖν προσκείμενον τῇ γῇ, καὶ ὑποκείμενον ταῖς ὥραις, ἐνταῦθα πωλεῖν τε χρὴ καὶ ὠνεῖσθαι. δεῖ γὰρ καὶ γεωργίᾳ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων ὅτε ἀρότην θρέψεις, ὅτ' ἀμπελουργὸν, ὅτε βυκόλον, ὅτε αἰπόλον, ὐδὲ κρατὴρ ἔσαι σοι πιεῖν, ἢ σπεῖσαι. καὶ γὰρ τὸ ἥδιστον τῶν ἐν γεωργίᾳ, τὸ τρυγᾶν ἀμπέλους, μισθῷ χρὴ πράττειν. εἰ δὲ μὴ, ἄπονοί[19] τε καὶ ἀργοὶ ἐσήξουσιν, ὥσπερ γεγραμμένοι. ταυτὶ μὲν ἄν[20], ὦ ξένε, ὑπὲρ παντὸς εἴρηκα τῶν τῶν γεωργῶν κύκλου. τἄμὸν δὲ, πολλῷ ἐπιεικέστερον. ὐ γὰρ ξυμβάλλω ἐμπόροις, ὐδὲ τὴν δραχμὴν ὅ, τι ἐστὶ γινώσκω, ἀλλὰ βῦν σίτου, καὶ οἶνου τράγον, καὶ τοιαῦτα τοιούτων, ἢ ὠνοῦμαι, ἢ αὐτὸς ἀποδίδωμι, σμικρὰ εἰπών τε καὶ ἀκούσας[21]. Φοῖ. χρυ-

---

13 ὀπωρεῖ] ſcilicet moris emere vinum ἀτρύγητον, & ante vindemiam, vt vindemiam adeo facere ſit emtoris. Hinc ait quaerere vinitorem ὅτις ὀπωρεῖ, *vindemiam facturum*, aere ſcilicet redemtam, nam mox ſequitur καταβαλών σοι δραχμήν.

14 ἀποδώσεις] bene ſe habet. Cod. Barocc. & Colleg. Nov. habebant ἀποδώσῃ.

15 ὁ Μάρων] litteris miniatis ad oram codicis Barocciani ſcriptum Μάζων. Sed vera lectio eſt quam editam inuenimus. *Maron* ἷς τῶν μετὰ Διονύσου στρατευσάντων, vt habet Athenaeus l. I. p. 33. inque Bacchi exercitu etiam cenſeturPhiloſtratoImagin. l. I. in *Tyrrhenis*. Noſter infra in hac ipſa *Proteſilai* ἰσορίᾳ rurſum eius meminit, filiumque dicit Εὐάνθην. Sic & Homer. Odyſſ. ι' v. 196 & ad eum Euſtathius, qui & ad eum refert, quae de Οἰνοπίωνος υἱῷ Διονύσου templo, apud Heſiodum habebantur. Bacchine itaque filius? Ita eſt, nam *Euanthes*, pater Maronis, *Bacchi* eſt ex *Ariadne*. Vnde non Βάκχου, ſed Βακχίου παῖς dicitur apud Euripidem in Cyclope v. 143. Quamuis & *Euanthem* ipſum Bacchum nonnulli interpretentur. Nonnus in Dionyſiac. *Maronem* Sileni facit filium. Errat igitur Ioſ. Barnes ad Euripidis l. c. quando ex Heſiodo *Oenopione* ait genitum Maronem; quis enim ille *Oenopion*? Nempe Οἰνοπίωνα *potatorem bini* ipſum vocat *Maronem* Heſiodus apud Euſtathium, vt paulo ante vidimus, templum Οἰνοπίωνος υἱῷ Διονύσου commemorans. Templum vero *Maronis* extitit *Maroneae* Thraciae vrbe, de qua Stephanus conſulendus & Voſſius ad Melam p. 132: In eo oracula fundebat *Maron*, vt colligere eſt ex Philoſtrato dictis inf. in *Proteſilai* rebus. Vrbs illa, vt autorum allegatorum vterque habet, nomen a *Marone* accepit, & *vinis* frequentiſſima fuit, in quibus, vt Athenaeus habet, θυα βρωθῆναι ἥνσμος, *vinum* autem κάλλιστον, λευκὸν τε γὰρ καὶ ἡδὺ, ἴυπιον, ἰυαιάδατον, λεπτὸν, κεφαλῆς ὲ καθιεὶμενον, διεζητικόν: quale nempe *Maro* coluit & diligenter aſſeruauit. Sic enim de eo Euſtathius: δοκεῖ δὲ ἀμπέλων ἐπιμελητὴς ὁ Μάρων γενέσθαι, μάλιστα ὧν γλυκὺς ὁ οἶνος. Cetera de eo vide apud ipſum autorem. Hinc liquet, cur in *Maroneae* vrbis nummis Bacchi frequens ſit imago, vide notata Holſtenio ad *Stephanum*, & Harduino *de nummis vrbium*.

16 Κύκλωπες, ἃς λέγεται ἡ γῆ ἀργὰς βόσκειν] cod. Laud. pro βόσκειν habet τρέφειν. Ceterum ad verſum Homeri de Cyclopibus reſpicere videtur Odyſſ. ι' v. 108.

Οὔτε φυτεύσι χερσὶ φυτὸν, ὅτ' ἀρόωσι.

conf. Philoſtr. ſenior. Imagin. l. II. in *Cyclope*.

17 ὐδὲ σπείροντας] cod. Colleg. Noui habet σπείροντας ὐδὲν, ὐδὲ θερίζοντας quod plane geminum illi Saluatoris de auibus, ὐ σπείρουσιν ὐδὲ θερίζουσι Matth. VI, 26.

18 ἐν συῶν ἀγορᾷ] quae ſylua eſt, glandes ἀφθονους nullo arcente praebens, quam eleganter ἀγορᾷ comparat, in qua nobis neceſſaria comparare ſolemus.

19 ἄπονοι] ſic reſcribere auſus ſum pro ἄοινοι quod in vulgatis erat. Refertur autem ἄπονοι & ἀργοὶ ad ἀμπελουργὸν, βυκόλον, αἰπόλον, quorum in praecedentibus mentio, quos ſine mercede *laborem* quoque nullm ſuſcepturos eſſe ait, ſed otioſos fore vt *imagines* vel *ſtatuas*. Male ergo cod. Collegii Noui & Barocian. in ſeq. legebant ἀργαὶ & γεγραμμέναι.

20 ἄν] omittunt Barocc. & cod. Collegii Novi.

21 σμικρὰ εἰπών τε καὶ ἀκούσας] *non multis inuicem verbis commutatis*, quod eſt contra morem mercatorum lucro inhiantium: *Hinc* Cic. offic. I. de iis inprimis qui mercantur a mercatoribus, quod ſtatim vendant, *nil proficiunt niſi ſtrenue mentiantur*. Et Siracides c. 26. v. vlt. *Non iuſtificabitur caupo a peccatis labiorum*, prout eſt in vetere latina. Con-

σῆν ἀγορὰν λέγεις, Ἀμπελεργέ, καὶ ἡρώων μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων. ἀλλὰ [22] ὁ κύων ἕτος τί ἐθέλει; περίεισι γάρ με προσκνυζόμενος τοῖς ποσὶ, καὶ παρέχων τὸ ὖς ἁπαλόν τε καὶ πρᾷον [23]. Αμ. τἀμὸν ἦθος ἑρμηνέυει σοι, ξένε, καὶ ἔτι πρὸς τὰς δεῦρο ἀφικνυμένας ὅτω μετρίως καὶ χρηστῶς ἔχομεν, ὡς μηδὲ τῷ κυνὶ συγχωρεῖν ὑλακτεῖν αὐτὰς, ἀλλὰ προσδέχεσθαί τε [24] καὶ ὑποπίπτειν ἥκοντας. Φοῖ. ἔξεστιν ἂν ἀμπέλῳ προσβαλεῖν; Αμ. φθόνος οὐδείς. εἰσὶ γὰρ ἡμῖν ἱκανοὶ βότρυς. Φοῖ. τί δὲ [25] συκᾶσαι; Αμ. καὶ τούτου ἄδεια· περίεσι γὰρ καὶ σύκων. καὶ κάρυα δοίην, καὶ μῆλα δοίην, καὶ μυρία ἀγαθὰ ἕτερα· φυτεύω δὲ αὐτὰ, οἷον παροψήματα τῶν ἀμπέλων. Φοῖ. τί ἂν ἔν καταβάλλοιμι; Αμ. τί δ' ἄλλογε, ἢ φαγεῖν τε ἡδέως, καὶ ἐπισιτίσασθαι, καὶ ἀπελθεῖν χαίρων; Φοῖ. ἀλλ' ἢ φιλοσοφεῖς, Ἀμπελεργέ; Αμ. καὶ σύν γε τῷ καλῷ [26] Πρωτεσιλέῳ [27].

Aureum mercatum, o Vinitor, refers & heroum potius quam hominum. Sed hic canis quid sibi vult? circuit enim me, pedibus blande adganniens, mollemque praebens aurem ac manſuetam. *Vinitor.* Mei tibi interpres ingenii eſt, o hoſpes, quodque aduerſus huc accedentes modeſte nos geramus ac benigne, vt ne cani quidem eos adlatrare permittamus: ſed eum admittere venientes, ipſiſque arrepere velimus. *Phoenix.* Licetne igitur vineam adire? *Vinitor.* Nemini id inuidemus: eſt enim nobis racemorum ſatis. *Phoenix.* Quid vero, an ficus decerpere etiam? *Vinitor.* Et huius rei datur facultas: eſt enim & ficuum affatim. Dederim & nuces, & poma dederim, innumeraque alia bona. Planto nempe haec quaſi quaedam vitium obſonia. *Phoenix.* Quidnam vero ſoluendum mihi? *Vinitor.* Quid aliud enim, quam vt & libenter edas, & cibum inde ſumas, laetuſque diſcedas? *Phoenix.* An philoſophiae vero operam nauas, o Vinitor? *Vinitor.* Id quidem cum bono illo facio Proteſilao.

Φοῖ. σοὶ δὲ τί καὶ τῷ Πρωτεσιλέῳ κοινὸν, εἰ τὸν ἐκ Θετ[τ]αλίας λέγεις; Αμ. ἐκεῖνον λέγω, τὸν τῆς Λαοδαμείας [1]· τητὶ γὰρ χαίρει ἀκούων. Φοῖ. τί δὲ [2] δεῦρο πράττει; Αμ. ζῇ, καὶ γεωργοῦμεν. Φοῖ. ἀναβεβιωκὼς, ἢ τί; Αμ. οὐδὲ αὐτὸς λέγει, ὦ ξένε, τὰ ἑαυτοῦ πάθη. πλήν γε δὴ ὅτι ἀποθάνοι μὲν δι' Ελένην [3] ἐν Τροίᾳ, ἀναβιώῃ δ' ἐν Φθίᾳ, Λαοδαμείας ἐρῶν [4]. Φοῖ. καὶ μὴν ἀποθανεῖν γε μετὰ τὸ ἀναβιῶναι λέγεται, καὶ ἀναπεῖσαι τὴν γυναῖκα ἐπισπέσθαί οἱ [5]. Αμπελ· λέγει καὶ αὐτὸς ταῦτα· ἀλλ' ὅπως καὶ μετὰ

II. *Phoenix.* Quid autem tibi cum Proteſilao eſt, ſi Theſſalum quidem illum intelligis? *Vinitor.* Illum intelligo, Laodamiae maritum: hoc enim nomine appellari geſtit. *Phoenix.* Quid autem hic agit? *Vinitor.* Viuit, terramque vna colimus. *Phoenix.* Vitaene reſtitutus, vel quid? *Vinitor.* Ne ipſe quidem ſuos exponit caſus: praeterquam quod deceſſerit quidem ad Troiam propter Helenam, in Phthia vero reuixerit, amans Laodamiae. *Phoenix.* Atqui poſtquam reuixit, mortuus denuo eſſe dicitur, vxorique, vt ſe ſequeretur, perſuaſiſſe. *Vinitor.* Haec & ipſe narrat: ſed quo pacto poſt-

---

tra de Seribus Ammianus Marcellin. lib. XXXIII. antiquiſſimum mercaturae morem permutatione ipſarum mercium peragendae retinentibus: *Cum ad coemenda fila vel quaedam alia fluuium tranſierunt aduenae, nulla ſermonum vice propoſitarum rerum pretia ſolis oculis aeſtimantur.*

22 ἀλλὰ] cod. Laud. addit καὶ.

23 ὖς ἁπαλόν τε καὶ πρᾷον] quales eſſe ſolent canis blandientis aures, nam irato obrigeſcunt & arriguntur.

24 προσδέχεσθαί τε] ſic cod. Barocc. & Coll. Noui, nam in editis τὲ omiſſum.

25 τί δὲ] cod. Laud. addit καὶ.

26 καλῷ] vocem omiſit cod. Laud.

27 Πρωτεσιλέῳ] nomen primum ipſi *Iolai*, dictus autem *Proteſilaus*, quod primus Graecorum a Troianis eſſet interemtus. vid. Hygin. fab. CIII. quamuis ab incunabulis *Diclys* hoc eum nomen geſſiſſe dicat, quod & Auſonius ſequitur Epitaph. Heroum XII. Multa de eo paſſim veteres.

§. II. 1 Λαοδαμείας] nomen vxoris eius, quae viuum amauit tenerrime, mortuum acerbiſſime luxit. vide Hygin. l. c. & ceteros. Epiſtola eius ad Proteſilaum extat inter Ouidianas Heroidum. Hinc eſt quod ab vxore cognominari geſtiat, vt mox additur, quod minime alias vſu Graecorum tritum.

2 τί δὲ] editi τί δὲ δή omnes MSS. omittebant δή, Baroccianus etiam δέ.

3 Ελένην] quam ipſe amauerat olim: vide Hygin. fab. 81.

4 ἀναβιώῃ δ' ἐν Φθίᾳ] nempe *Phthiae* Rex erat: vnde *Phylacae*, *Phthiae* oppido ἱερὸν eius & ἐπιτάφιοι ἀγῶνες, qua de re inf. Ceterum de reditu eius ad vitam ita Hygin. fab. CIII. *Laodamia Acaſti filia, cum audiſſet eum periiſſe, flens petit a Diis, vt ſibi cum eo tres horas colloqui liceret, quo impetrato a Mercurio reductus, tres horas cum eo collocuta eſt.* Sed unam diem impetratam Proteſilao in dialogis mortuorum ait Lucianus, Dial. Pluton. & Proteſil. Sic & Propertius lib. IV. & VII. Et Statius Epicedio in patrem, nam Heinſio emendante ita ille:

Si lux ſua retro Phylaceida retulit umbram.

Ceterum vide de Proteſilao ad ſuperos reuocato etiam Catullum epigr. 69. Auſonium in Cupidine crucifixo &c.

5 ἀναπεῖσαι τ. γυναῖκα ἐπισπέσθαι] ἐπισπέσθαι habebant & MSS. & Aldina, pro ἐπισπάσθαι quod Morelliana habebat. Ceterum ſequitur hic Philoſtratus eos, qui Proteſilaum ex inferis reductum, & luctu vxoris motum, petiiſſe eam aiunt ipſum, vt ne ipſa ſibi amplius ſuperſtes eſſe vellet: id quod ſecuta haſta ſibi vitam finiuerit. Quod tamen aliter referunt alii v. Hygin. fab. CIV.

haec

haec in vitam redierit, mihi iam pridem discere id cupienti, dicere recusat, fatorum quoddam arcanum, vt ait, celans; qui autem ad Troiam istam cum ipso militabant, hodienum in campo apparent militari habitu, cristasque quatientes. *Phoenix.* Credere per Mineruam nolim, mi Vinitor, licet haec ita habere cum maxime cupiam: quod si vero iam tibi plantandum non sit, vel riui in plantas deducendi, haec mihi, & quaecunque de Protesilao nosti, quaeso narres: ipsis Heroibus enim rem gratam praestiteris, si persuasus abiero. *Vinitor.* Nullam amplius, o hospes, plantae, cum meridies iam sit, aquam postulant. Iam enim autumnus est, ipsaque tempestas irrigat eas. Otium mihi est igitur ad narranda omnia: neque enim latere haec velim homines elegantes, tam diuina cum sint, tamque magna. Praestiterit tamen in pulcro aliquo praedii loco considere. *Phoenix.* I prae, sequar, vel mediam vltra Thraciam. *Vinitor.* Eamus in vineam, Phoenix: nam & in ipsa voluptatis aliquid inuenies. *Phoenix.* Eamus: suaue enim quid ex plantis adspirat. *Vinitor.* Quid suaue ais? imo diuinum. Syluestrium namque arborum flores odorati; cicurum vero fructus: quod si forte in cicurem incideris arborem, in qua non a flore sit odor, de foliis decerpe potius, illa enim bene olent. *Phoenix.* Quam varia est tibi praedii pulcritudo, quamque laeti eruperunt racemi! Arbores praeterea quam belle dispositae omnes! quamque ambrosiam spirat praedii odor! curricula autem quae reliquisti, multum gratiae quidem habere existimo: prodigus tamen mihi esse videris, qui tam multum sine cultu relinquas terrae. *Vinitor.* Sacra, o hospes, haec sunt curricula: in eis enim sese heros exercet. *Phoenix.* Haec dices, cum loco, ad quem ducis, consederimus: nunc autem hoc mihi expone, an tua sunt ista quae colis? an dominus quidem ipsorum alter, tu vero eum alentem alas vicissim, vt Euripidis Oeneum? *Vinitor.* Vnus hic de multis agellus reliquus mihi est, alens me haud illiberaliter: ceteros vero agros potentiores abstulere, cum orphanus essem admodum: praedioneisque abundabat, quos agricolis & vinitoribus locans alebat illos, & ab iis alebatur vid. de eo Hygin. fab. CXXIX. Euripidis de eo tragoedia intercidit. Vid. tamen de ea Meursius de tribus tragicis p. 114. Eum praeterijt locus de ea Aristophanis in Ranis p. 168. Vbi versus primus Prologi illius tragoediae allegatur, ad rem nostram faciens:

Ωιχου ποτ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαὸν τάχυ.
Θύων ἀπαρχὰς &c.

11 χωρίδιον] cod. Barocc. & Colleg. Noui χωρίον: ille tamen in marg. habet χωρίδιον.

τῶτο ἀνῆλθε, πάλαι μοι βελομένῳ μαθεῖν, ἃ λέγει, μοιρῶν τι ἀπόῤῥητον, ὥς φησι, κρύπτων [6]. καὶ οἱ συστρατιῶται δὲ αὐτῷ, οἱ ἐν τῇδε τῇ Τροίᾳ [7], ἔτι ἐν τῷ πεδίῳ φαίνονται, μάχιμοι τὸ σχῆμα, καὶ σείοντες τὰς λόφους. Φοῖ. ἀπιστῶ νὴ τὴν Ἀθηνᾶν [8], Ἀμπελουργὲ, καί τοι βουλόμενος ταῦτα ἅτως ἔχειν. εἰ δὲ μὴ πρὸς τοῖς φυτοῖς εἶ, μηδὲ ὀχετηγεῖς ἤδη, διελθέ μοι ταῦτά τε, καὶ ὅσα τῷ Πρωτεσίλεω γινώσκεις· καὶ γὰρ ἂν χαρίζοιο τοῖς ἥρωσιν, εἰ πιστεύων ἀπέλθοιμι. Αμ. ἀκέτ', ὦ ξένε, κατὰ μεσημβρίαν τὰ φυτὰ πίνει. μετόπωρον γὰρ ἤδη, καὶ ἄρδει αὐτὰ ἡ ὥρα· σχολὴ γᾶν μοι διελθεῖν πάντα· μηδὲ γὰρ λανθάνοι τὰς χαρίεντας τῶν ἀνθρώπων θεῖα ἅτω καὶ μεγάλα ὄντα. βέλτιον δὲ καὶ ἐν καλῷ τῷ χωρίῳ ἱζῆσαι. Φοῖ. ἡγοῦ, ὡς ἑψομένῳ καὶ ὑπὲρ τὰ μέσα τῆς Θρᾴκης. Αμ. παρέλθωμεν εἰς τὸν ἀμπελῶνα, ὦ Φοῖνιξ, καὶ γὰρ ἂν καὶ εὐφροσύνης τι ἐν αὐτῷ εὕροις. Φοῖ. παρέλθωμεν, ἡδὺ γάρ πῳ τῶν φυτῶν ἀναπνεῖ. Αμ. τί λέγεις ἡδύ; θεῖον· τῶν μὲν γὰρ ἀγρίων δένδρων αἱ ἄνθαι εὔοσμοι, τῶν δὲ ἡμέρων οἱ καρποί. εἰ δὲ ἐντύχοις ποτὲ φυτῷ ἡμέρῳ, παρὰ τὴν ἄνθην εὐώδει, δρέπου τῶν φύλλων μᾶλλον, ἐκείνων γὰρ τὸ ὀδωδέναι. Φοῖ. ὡς ποικίλη σοι ἡ ὥρα τῷ χωρίῳ, καὶ ὡς ἐκδεδώκασιν ἱλαροὶ οἱ βότρυς. τὰ δένδρα τε ὡς διάκειται πάντα, καὶ ὡς ἀμβροσία ἡ ὀσμὴ τῷ χωρίῳ. τὰς δρόμους δὲ, ἃς ἀνῆκας, χαρίεντας μὲν ἡγοῦμαι. τρυφᾷν δέ μοι δοκεῖς Ἀμπελουργὲ τοσαύτῃ γῇ ἀργῷ χρώμενος. Αμ. ἱεροὶ, ξένε, οἱ δρόμοι. γυμνάζεται γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁ ἥρως [9]. Φοῖ. ἐρεῖς ταῦτα ἐπειδὴ ἱζήσομεν ἃ ἄγεις· νυνὶ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπέ, οἰκεῖα γεωργεῖς ταῦτα, ἢ δεσπότης μὲν αὐτῶν ἕτερος, σὺ δὲ τρέφοντα τῶτον τρέφεις, ὥσπερ τὸν τῷ Εὐριπίδᾳ Οινέα [10]; Αμ. ἐν τῷτ' ἐκ πολλῶν γήδιον λείπεταί μοι, τρέφον ἐκ ἀνελευθέρως. τὰς δὲ ἄλλας ἀγρὰς ἀφείλοντό με οἱ δυνατοὶ, κομιδῇ ὀρφανόν. καὶ τωτὶ δὲ τὸ χωρίδιον [11],

6 μοιρῶν τι ἀπόῤῥ. ὡς φησι κρύπτων] similia legas inf. *Achille* §. XX.

7 ἐν τῇδε τῇ Τροίᾳ] nempe Troiam manu monstrat, quae in conspectu erat Eleuntis, vbi hic dialogus institutus fingitur.

8 νὴ τὴν Ἀθηνᾶν] vide notata ad vitam Apollonii lib. VIII. cap. 5.

9 ὁ ἥρως] Protesilaum intelligit, qui in istis curriculis cursu se exerceat.

10 τὸν τῷ Εὐριπίδᾳ Οινέα] cod. Colleg. Noui omittit τῷ. Oeneus autem a Baccho vites serere edoctus, praediis vi-

lum-

ὑπὸ Ξείνιδος [12] ἤδη, τῇ Χερρονησίτῃ [13], κατεχόμενον, ἐξείλετο ὁ Πρωτεσίλεως, προσβαλών τι [14] αὐτῷ ἑαυτῇ φάσμα, ὑφ' ᾧ τὰς ὄψεις ἀνακοπεὶς, ἀπῆλθε τυφλός. Φοῖ. ἀγαθόν γε τῇ ἀγρῷ φύλακα ἐκτήσω. καὶ ἠδὲ λύκῳ τινὸς ἔφοδον οἶμαι δέδιας, ἐγρηγορότος ἠτωσὶ τῇ φίλῃ. Αμ. ἀληθῆ λέγεις [15]. ἠδὲ γὰρ θηρίῳ ξυγχωρεῖ ἐσφοιτᾶν ἠδενί, ἠδὲ ὄφις ἐνταῦθα, ἠδὲ φαλάγγιον, ἠδὲ συκοφάντης ἡμῖν περὶ τῇ ἀγρῇ ἐπιτίθεται. τὸ δὲ θηρίον τῆτο δεινῶς ἀναιδές, ἀπόλλυσι γᾶν ἐν ἀγορᾷ [16]. Φοῖ. τὴν δὲ φωνὴν, Ἀμπελουργὲ, πῶς ἐπαιδεύθης; ἠ γάρ μοι τῶν ἀπαιδεύτων φαίνῃ. Αμ. ἐν ἄστει, ξένε, τὸ πρῶτον διετρίβομεν τῇ βίῳ, διδασκάλοις χρώμενοι, καὶ φιλοσοφῆντες. πονήρως ἦν τὰ ἐμὰ εἶχεν, ἐπὶ δάλοις γὰρ ἦν τὰ γεωργήμενα, οἵδ' ἀπέφερον ἡμῖν ἠδέν, ὅθεν δανείζεσθαί τε ἐπὶ τῷ ἀγρῷ ἔδει, καὶ πεινῆν. καὶ δῆτα ἀφικόμενος ἐνταῦθα, ξύμβολον ἐποιήμην τὸν Πρωτεσίλεων. ὅδ' ὀργήν μοι δικαίαν ἔχων, ἐπειδὴ καταλιπὼν αὐτὸν ἐν ἄστει ἔζων, ἐσιώπα. λιπαρῆντος δέ μῳ, καὶ ἀπολεῖσθαι φάσκοντος εἰ ἀμεληθείην, μεταμφίασαι, ἔφη. τῆτ' ἐπ' ἐκείνης μὲν τῆς ἡμέρας ἀργῶς ἤκουσα [17]. μετὰ ταῦτα μέν τοι βασανίζων αὐτὸ, ξυνῆκα, ὅτι μεταβαλεῖν κελεύει με τὸ τῇ βίῳ σχῆμα. ὅθεν διφθέραν [18] τε προσαρμοσάμενος [19], καὶ σμινύην φέρων, καὶ ἠδὲ τὴν ἐς ἄστυ ὁδὸν ἔτι γινώσκων, βρύει μοι τὰ ἐν τῷ ἀγρῷ πάντα. κἂν νοσήσῃ προβάτιον, ἢ σμῆνος, ἢ δένδρον, ἰατρῷ χρῶμαι τῷ Πρωτεσίλεῳ. συνών τε αὐτῷ [20], καὶ τῇ γῇ προσκείμενος, σοφώτερός τε ἐμαυτῇ γίνομαι, περίεσι γὰρ καὶ σοφίας αὐτῷ. Φοι. μακάριε τῆς ξυνουσίας, καὶ τῇ ἀγρῇ, εἰ μὴ μόνον ἐλάας καὶ βότρυς ἐν αὐτῷ τρυγᾷς, ἀλλὰ καὶ σοφίαν δρέπῃ, θείαν τε καὶ ἀκήρατον. καὶ ἴσως ἀδικῶ

lumque hoc a Xenide Cherrhoneſio occupatum eripuit Proteſilaus, ſui ipſius quoddam ei obiiciens ſimulacrum, vnde luminibus captus coecus abiit. *Phoenix.* Strenuum vtique agri cuſtodem adeptus es: neque lupi, vt puto, cuiuſpiam inuaſionem metuis, amico ita vigilante. *Vinitor.* Vera dicis, neque enim ferae permittit irruere vlli: nec ſerpens hic eſt, nec phalangium, nec ſycophanta in nos agri cauſa impetum facit: haec autem valde impudens fera eſt, in medio enim foro ſaeuitiem exercet. *Phoenix.* Linguam autem, mi Vinitor, ita excultam quomodo es nactus? neque enim mihi ea rudis videris eſſe. *Vinitor.* In vrbe, mi hoſpes, prima aetate verſabamur, praeceptoribus vtentes, ac philoſophiae operam nauantes. Male igitur res meae ſuccedebant. Seruis enim agri fuere permiſſi, hi autem nihil nobis redituum attulerunt: vnde mutuum accipere oppignerato agro, & eſurire oportuit. Huc igitur profectus Proteſilaum conſului. Ipſe vero, iuſta aduerſus me concepta indignatione, quoniam ipſo deſerto in vrbe vixiſſem, tacebat. Me autem ſupplicante, & perire, ſi negligar, dicente: *Veſtem mutato*, reſpondit. Hoc illo quidem die negligenter audiui. Poſthac vero penitius id expendens, praecipere eum, vt vitae habitum mutarem, intellexi. Vnde pellicea veſte indutus, & bidentem ferens, ne ad vrbem quidem ducentis viae amplius gnarus, omnia mihi in agro affluere ſentio. Et ſi ovicula male ſe habuerit aut examen, aut arbor; medico vtor Proteſilao. Ipſius vero conſuetudine vtens, & terrae intentus, ſapientior indies euado: plurimum enim ipſe ſapientia quoque valet. *Phoenix.* Beatum te ob iſtam conſuetudinem & agrum, quod non modo oliuas ac racemos in ipſo vindemies, verum ſapientiam quoque diuinam atque puram. Fortaſſe autem iniurius ſum in ſapi-

---

12 Ξείνιδος] ſic & editi & MSS. noſtri. Ξεινίτιδος tamen ſe inueniſſe in quibuſdam in margine Morellus teſtatur. Mihi vtrumque nomen ſuſpectum eſt, forte Ξενίᾳ legendum vel Ξενιάδῃ.

13 Χερρονησίτῃ] cod. Laudian. Χερρονησίῳ. Stephanus Χερρονήσους complures memorat, harumque nonnullas Χερρονήσιος alias Χερρονησίτης facere obſeruat. Mihi videtur ſuperſtitioſe ſubtilis ille Grammaticus, non obſeruans ab aliis Χερρονήσοις aliter ciues denominari ideo tantum, quod promiſcue vtrumque dici poſſit. Ceterum Χερρόνησος intelligitur Thraciae, & quidem non χώρα ſed πόλις, quae ſita in Iſthmo *Cherſoneſi Thraciae*, autore *Hecataeo*, apud Stephan. qui *ciuem* inde Χερρονήσιον dicit. Thraciae Cherſoneſum hic intelligi inde colligitur, quod locum huius dialogi Thracium fingat Philoſtratus, non longe ab *Eleunte* diſſitum, vt patebit inf. §. III. n. 9.

14 προσβαλ. τι] τι omittit cod. Colleg. Nouī.

15 ἀληθῆ λέγεις] haec verba omiſſa in cod. Coll. nouī.

16 ἀπόλλυσι γᾶν ἐν ἀγορᾷ] Barocc. ἓν. Morell. putabat addendum eſſe πολλὰς: vt ſenſus ſit *perdere multos in foro.* Sed eo additamento non opus, imo eo perit ſermoni elegantia, cuius ſenſus eſt: ferociſſimam eſſe beſtiam, quae medio foro ſaeuiat, quod aliae ſyluis & locis deſertis faciant tantum.

17 ἀργῶς ἤκουσα] Cl. Chriſtianus inter emendationes cum Morello communicatas ſcripſit ἀργὸς ἤκουσα.

18 διφθέραν] διφθέραν Schol. ad Ariſtophan. Nubes p. 127 paſtoritiam veſtem dicit, ex pellibus, quam Attici recentiores ἰσάλην vocent.

19 προσαρμοσάμ.] cod. Barocc. & Colleg. Nov. habent ἐναρμοσάμενος.

20 συνών τε αὐτῷ] τε ex coniectura addidi.

pien-

entiam tuam, dum te vinitorem appello. *Vinitor.* Imo ita me appella. Nam Proteſilao quoque rem gratam feceris, ſi agricolam me atque hortulanum, & id genus alia vocaueris.

III. *Phoenix.* Hic igitur, Vinitor, mutua vtimini conſuetudine? *Vinitor.* Hic, o hoſpes, quo indicio autem tu id ſuſpicatus es? *Phoenix.* Quoniam haec agri pars mihi eſſe ſuauiſſima, ac plane diuina videtur: & an reuiuiſcere hic aliquis poſſet, ignoro quidem, vixerit tamen hic ſuauiſſime profecto ac iucundiſſime, a turba ſemotus. Arbores enim hae eximiae ſunt proceritatis, aetate ipſas [ad coelum] tollente: aqua autem iſta fontana varia eſt, eamque hauritis, vt puto, quaſi qui vino recenti alio ſemper atque alio potemini. Tu autem & vmbracula plantare inſtituis, ita contexens arbores atque concinnans, vt ne coronam quidem ex puriſſimo prato quiſpiam apte magis contexat. *Vinitor.* At nondum, o hoſpes, philomelas audiuiſti, vt in praedio hocce quaſi atticiſſent, quando veſperugo adeſt, & dilucare incipit? *Phoenix.* Videor mihi audiuiſſe, ſpondereque illas lugubri voce ſe non vſuras, ſed laetum occenturas tantum. Veruntamen, quae ad Heroes pertinent, dicito: haec enim libentius audiam. Pateris ne vero vt alicubi conſideamus? *Vinitor.* Patitur Heros, benignus eſt enim, hiſce te ſedibus hoſpitem excipiens. *Phoenix.* Ecce conſideo: xenium enim accipit ſuauiſſimum, eruditum qui audiuerit ſermonem. *Vinitor.* Percunctare, mi hoſpes, quicquid volueris, & haud fruſtra te veniſſe fateberis. Vlyſſi enim quidem cum procul alicubi a naui, conſilii anceps, oberraret, obuius factus Mercurius, vel eorum aliquis, qui a Mercurio ſapientiam acceperant, in orationis ac ſtudiorum communionem peruenit: id enim intelligere par eſt per *Moly*. Te vero Proteſilaus hiſtoria per me implebit, laetumque magis faciet & doctum magis. Noſſe enim multa, res eſt quantiuis pretii. *Phoenix.* At non anceps oberro, Vir bone, ſed Dei, ita me Pallas amet, venio auſpicio: intelligo enim iam demum inſomnium. *Vinitor.* Quo modo autem ſe habet inſomnium tuum? diuinum enim aliquod te innuere puto. *Phoenix.* Quintus iam ac triceſimus dies eſt, ex quo ſolui ex Aegypto. Vbi ap-

τὴν ἐν σοὶ σοφίαν, καλῶν σε ἀμπελουργόν. Αμ. ὄτω κάλει. καὶ γὰρ ἂν χαρίζοιο τῷ Πρωτεσίλεῳ, γεωργόν τε ἐμὲ, καὶ κηπουρὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων.

Φοῖ. ἐνταῦθα ἄν, Ἀμπελουργὲ, ξύνεσε ἀλλήλοις; Αμ. ἐνταῦθα, ξένε. πῶς δὲ ἐτεκμήρω; Φοῖ. ὅτι μοι δοκεῖ τὸ μέρος τῆ ἀγρῆ τῶτο ἥδιστόν τε εἶναι καὶ θεῖον. καὶ εἰ μὲν ἀναβιώη ἄν τις ἐνταῦθα, ἐκ οἶδα, βιώη δ' ἂν ἥδιστά πω καὶ ἀλυπότατα, ἐξελθὼν τῆ ὁμίλης. δένδρα τε γὰρ ὑπερμήκη ταῦτα, τῷ χρόνῳ αὐτὰ ἄραντος· ὕδωρ τε ἐκ πηγῶν τουτὶ ποικίλον, καὶ ἀρύεσθε οἶμαι αὐτὸ, ὥσπερ ἄλλης καὶ ἄλλης ἀνθοσμίης πίνοντες. σὺ δὲ καὶ σκηνὰς φυτεύεις, ξυμπλέκων τὰ δένδρα καὶ ξυναρμόττων, ὡς ἑδ' ἂν στέφανόν τις ἐκ λειμῶνος ἀκηράτου ξυμβάλοι. Αμ. καὶ ὅπως, ξένε, τῶν ἀηδόνων ἤκουσας, οἷον τῷ χωρίῳ ἐναττικίζουσιν, ἐπειδὴ δείλη τε ἤκει, καὶ ἡμέρα ἄρχεται. Φοῖ. δοκῶ μοι εἰκηκοέναι, ξυντίθεσθαι[1] τε μηδὲ θρηνεῖν αὐτὰς, ἀλλὰ ᾄδειν μόνον. πλὴν εἰπὲ τὰ τῶν ἡρώων, ἥδιον γὰρ ἂν τούτων ἀκούσαιμι. ξυγχωρεῖς δέ πως καὶ ἰζῆσαι; Αμ. ξυγχωρεῖ ὁ ἥρως, χρηστὸς ὢν, ξενίζων τουτοισὶ τοῖς θάκοις. Φοῖ. ἰδὲ ἀναπαύομαι· τὸ γὰρ ξένιον ἡδὺ τῷγε ἀκροωμένῳ[2] λόγου σπουδαιοτέρου. Αμ. ἐρώτα, ξένε, ὅ, τι βούλει, καὶ σ' ἀμήχανον ἀφίχθαι φήσεις. Ὀδυσσεῖ μὲν γάρ[3], ὁπότε πόρρω που τῆς νεὼς ἤλυεν, ἐντυχὼν ὁ Ἑρμῆς, ἢ τις τῶν παρὰ τῷ Ἑρμῇ σοφῶν, ἐς κοινωνίαν λόγου τε καὶ σπουδῆς ἀφίκετο· τουτὶ[4] γὰρ ἡγεῖσθαι προσήκει τὸ Μῶλυ[5]. σὲ δὲ ὁ Πρωτεσίλεως, ἱστορίας τε δι' ἐμοῦ ἐμπλήσει, καὶ ἡδίω ἀποφανεῖ, καὶ σοφώτερον[6]. τὸ γὰρ πολλὰ γινώσκειν πολλοῦ ἄξιον. Φοῖ. ἀλλ' ἐκ ἀλύω, βέλτιστε. κατὰ δὲ θεὸν, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἥκω· ξυνίημι γὰρ λοιπὸν τῷ ἐνυπνίῳ. Αμ. καὶ πῶς ἔχει σοι τὸ ἐνύπνιον; θεῖόν γάρ τι ὑποδηλώσεις. Φοῖ. πλέω μὲν ἐξ Αιγύπτου[8] καὶ Φοινίκης, πέμπτην καὶ τριακοστὴν ἤδη πω ταύτην ἡμέραν. κα-

---

§. III. 1 ξυντίθεσθαι] cod. Barocc. ſuperſcriptum voci huic habebat συμφωνεῖν, quae gloſſa eſt. Non intellexiſſe vocem videtur Niger.

2 ἀκροωμένῳ] cod. Laud. ἀκροωσομένῳ.

3 Ὀδυσσεῖ μὲν γὰρ] locus eſt Odyſſeae Κ'.

4 τουτὶ] τοῦτο cod. Laud.

5 τὸ Μ[illegible]] herba quam contra Circes incantamenta Vlyſſi dedit Mercurius vid. Homerum l. c. v. 302. ſeq. adde Ouidium Metam. XIV. v. 219. Plinium H. N lib. XXV. ſect. 8. Apuleium cap. 7. libri de virtute herbarum. Hanc herbam aliter hic noſter interpretatur.

6 σοφώτερον] cod. Colleg. N. σοφώτατον.

7 νὴ τ. Ἀθηνᾶν] vid. ad vitam Apollonii l. V. c. 8.

8 Αιγύπτου] editi addebant τε, quod omiſi, ſecutus lectionem cod. Barocc. & Coll. Nou.

τασχάσης δὲ τῆς νεὼς εἰς Ελεῦντα[9] τοῦτον, ἔδοξα τὰ Ομήρᾳ ἔπη ἀναγινώσκειν, ἐν οἷς τὸν κατάλογον τῶν Αχαιῶν φράζει. καὶ ξυνεκάλουν τοὺς Αχαιοὺς ἐμβῆναι τὴν ναῦν, ὡς ἀποχρῶσαν ὁμοῦ πᾶσιν. ἐπεὶ δὲ ἐξέθορον τοῦ ἐνυπνίου, καὶ γάρ με καὶ φρίκης τι ὑπεληλύθει, ξυνεβαλλόμην μὲν αὐτὸ ἐς βραδυτῆτα τοῦ πλοῦ, καὶ μῆκος, αἱ γὰρ τῶν ἀποθανόντων ὄψεις ἀργοὶ τοῖς ἐσπουδακόσι. βουληθεὶς δὲ ξυμβόλῳ περὶ τοῦ ἐνυπνίου χρήσασθαι, ὁδὲ γὰρ τὸ πνεῦμά πω[10] ξυνεχώρει πλεῖν, ἐξαλλάττω δεῦρο ἀπὸ τῆς νεώς. βαδίζων δὲ ὡς εἶδες, πρώτῳ ἐντετύχηκά σοι, καὶ περὶ τοῦ Πρωτεσίλεω διαλεγόμεθα. διαλεξόμεθα[11] δὲ καὶ περὶ τοῦ καταλόγου τῶν ἡρώων, φὴς γὰρ ἄτω ποιήσειν. καὶ τὸ καταλέγειν σφᾶς ἐς τὴν ναῦν, εἴη ἂν τὸ συλλεξαμένους τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, εἶτα ἐμβῆναι. Αμ. κατὰ θεὸν ἥκεις ἀληθῶς, ξένε, καὶ ὑγιῶς ἐξηγῇ τὴν ὄψιν. περαίνωμεν[12] ἂν τὸν λόγον, μὴ καὶ θρύπτεσθαί[13] με φῇς, διάγοντά σε ἀπ' αὐτοῦ. Φοῖ. ἃ ποθῶ μαθεῖν ξυνίης δήγε. αὐτὴν γὰρ τὴν ξυνουσίαν, ἥτις ἐστί σοι πρὸς τὸν Πρωτεσίλεων, καὶ ὁποῖος ἦκει, καὶ εἴτι παραπλήσιον τοῖς ποιηταῖς, ἢ διηγνοημένον αὐτοῖς περὶ τῶν Τρωϊκῶν οἶδεν, ἀκοῦσαι δέομαι. Τρωϊκὰ δὲ λέγω τὰ τοιαῦτα, τήν τε ἐν Αυλίδι[14] ξυλλογὴν[15] τοῦ στρατοῦ, καὶ καθ' ἕνα[16] τοὺς ἥρως, εἰ καλοί τε ὡς ἄδονται, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ σοφοὶ ἦσαν; τὸν γὰρ πόλεμον, ὃς περὶ τὴν Τροίαν[17] ἐγένετο, πῶς ἂν διηγοῖτο; μήτε διαπολεμήσας αὐτὸν, ἀποθανών τε πρῶτος τοῦ Ελληνικοῦ παντὸς[18], ἐν αὐτῇ φασι τῇ ἀποβάσει. Αμ. ἔυηθες τοῦτό σοι, ξένε; ψυχαῖς γὰρ ἄτω θείαις, καὶ μακαρίαις, ἀρχὴ βίου τὸ καθαρεῦσαι τοῦ σώματος. θεὸς τε γὰρ, ὧν ὀπαδοί εἰσι, γινώσκουσι τότε, οὐκ ἀγάλματα θεραπεύουσαι, καὶ ὑπονοίας, ἀλλὰ ξουσίας φανερὰς πρὸς αὐτοὺς ποιούμεναι. τότε τῶν ἀνθρώπων ὁρῶσιν, ἐλεύθεραι νόσων τε καὶ σώματος· ὅτε δὴ καὶ μαντικῆς σοφίας ἐμφορῶνται, καὶ τὸ χρησμῳδεῖν αὐταῖς

pulisset autem nauis ad Eleuntem istum, Homeri versus legere mihi visus sum, quibus Graecorum catalogum describit: Achiuosque ego, vt nauem conscenderent, conuocabam, vt quae simul omnibus capiendis par esset. Postea vero quam ab insomnio exsilii, (me enim horroris aliquantum incesserat,) coniecturam inde feci tarditatis maritimi itineris, longitudinisque. Defunctorum namque apparitiones moram significant cum studio aliquid agentibus. Dumque omen ad insomnium spectans captare cupio, (neque dum enim ventus nauigare permittebat,) huc a naui discessi. Incedens autem, vt vidisti, primo tibi occurri, deque Protesilao iam disserimus, de heroum etiam catalogo disseremus: id enim te facturum ostendis: eosque vna naui recipere erit, collecta eorum prius historia, postea nauem conscendere. *Vinitor.* Dei auspiciis venisti certe, o hospes, recteque visionem interpretaris. Perficiamus igitur sermonem, ne me in mora voluptatem quaerere dicas, ab eo te longius abducentem. *Phoenix.* Quae cupiam discere, nosti vtique. Nempe ipsam, quae tibi cum Protsilao est, conuersationem, qua item specie veniat, & an simile quid eis, quae Poëtae habent, dissidensue ab eis, de Troianis rebus nouerit, audire velim. Troiana autem dico ista: exercitus in Aulide collectionem, singulos item Heroes, vt & pulcrine, vt canuntur, forteque ac sapientes illi fuerint? Bellum enim, quod ad Troiam gestum est, quomodo narrare possit? cum toti non interfuerit, sed primus Graecorum mortuus sit, dum nauibus, vt aiunt, exscenderent. *Vinitor.* Parum sapienter, o hospes, hoc tibi se habet. Animis enim adeo diuinis, ac beatis, vitae initium est a corpore esse immunes. Deos enim, quorum pedisequi sunt, tunc cognoscunt, non simulacra colentes, mentisque figmenta, sed conuersationes luculentas cum ipsis instituentes. Humanas vero res perspiciunt, liberae a morbis pariter ac ipso corpore: quo facto certe & futurorum scientia pollent, diuinoque oracula fundendi cor-

9 Ελεῦντα] Thraciae oppidum Ελεῦς ad Hellespontum, *Sesto* proximum, de quo Strabo Excerptis libri VII. p. 331. & Scylax Peripli p. 28. Plinius lib. IV. c. 11. *Turris & delubrum Protesilai & in extrema Cherronesi fronte, quae vocatur Aeolium, oppidum* AELEVS. Vrbem eam dedicatam post mortem Heroi Protesilao refert Pausan. Attic. cap. 34.

10 πνεῦμά πω] omittit πω cod. Coll. Nov.

11 διαλεξόμεθα] idem cod. legit διαλεγώμεθα.

12 περαίνωμεν] cod. Laud. περαίνω μὲν.

13 μὴ καὶ θρύπτεσθαι] cod. Colleg. Nou. μὴ καὶ διαθρύπτ.

14 ἐν Αυλίδι] particulam ἐν, quae exciderat in Morelliana, Aldina editio & omnes MSS. agnoscunt.

15 ξυλλογὴν] bene. Cod. Barocc. legebat ξυναλλαγήν.

16 καθ' ἕνα] omissum in Barocc.

17 περὶ τὴν Τροίαν] cod. Barocc. & Coll. Nou. παρὰ τὴν Τροίαν.

18 πρῶτος τοῦ Ελλην. π.] deerant ista in cod. Coll. Noui. Ceterum vid. *I. §. I. n. 27.*

Ceterum eundem, quo h. l. venit, vsum vocis apud Lucianum obseruauit *Budaeus* quem vide.

ripi-

ripiuntur furore. Homeri igitur poëmata, quem ſtatues quaeſo ita legiſſe, eorum etiam qui diligenter Homerum expendunt, vt & legit illa & intelligit Proteſilaus? Atqui, o hoſpes, ante Priamum & Troiam, nec vlla quidem erat rhapſodia, nec, quae nondum geſta erant, canebantur. Poëſis enim in oraculis tantum haerebat, & in Alcmenes filio Hercule, nuper admodum nata, nec dum adulta. Homerus autem nondum cecinerat. Sed alii quidem poſt captam Troiam, alii vero paucis, vel octo poſt generationibus poëſim eum aggreſſum dicunt. Sed tamen Homeri omnia nouit Proteſilaus. Multaque quidem Troiana canit, quae poſt ipſum geſta ſunt: multa vero etiam Graeca, & Medica. Xerxis igitur expeditionem cladem hominum appellat tertiam, quae poſt Deucalioneam ac Phaëthonteam contigerit, eo quod plurimis ipſa gentibus exitium attulit.

προσβακχέυει. τὰ γᾶν Ομήρε ποιήματα, τίνα φήσεις ἔτως ἀνεγνωκέναι τῶν σφόδρα βασανιζόντων Ομηρον, ὡς ἀνέγνωκέ τε ὁ Πρωτεσίλεως, καὶ διορᾷ αὐτά; καί τοι, ξένε, πρὸ Περάμε, καὶ Τροίας, ἀδὲ ῥαψῳδία τις ἦν, ἀδὲ ἤδετο τὰ μή πω πραχθέντα. ποιητικὴ μὲν γὰρ ἦν περί τε τὰ μαντεῖα[19], περί τε τὸν Αλκμήνης Ηρακλέα[20], καθισαμένη[21] τε ἄρτι, καὶ ὅπω ἠβάσκεσα[22]. Ομηρος δὲ ὅπω ἤδεν. ἀλλ' οἱ μὲν Τροίας ἀλόσης[23], οἱ δὲ ὀλίγαις ἢ ὀκτὼ γενεαῖς[24] ὕστερον ἐπιθέσθαι αὐτὸν τῇ ποιήσει λέγεσιν· ἀλλ' ὅμως οἶδεν ὁ Πρωτεσίλεως τὰ Ομήρε[25] πάντα. καὶ πολλὰ μὲν ἄδει Τρωϊκὰ μεθ' ἑαυτὸν γενόμενα[26], πολλὰ δὲ Ελληνικά τε καὶ Μηδικά. τὴν τε γᾶν στρατείαν τᾶ Ξέρξε[27] τρίτην ὀνομάζει φθορὰν τῶν ἀνθρώπων, μετὰ τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνός[28], καὶ Φαέθοντος ξυμβᾶσαν, ἐπειδὴ πλεῖστα ἔθνη[29] ἐν αὐτῇ διεφθάρη[30].

CAP. I. De Heroum ſtatura.

I. *Phoenix.* Amaltheae cornu implebis, Vinitor, vbi tam multas res praeclaras me, amicum tuum, edocueris: referes enim ingenue, & vt audiuiſti. *Vinitor.* Ita per Iouem, alias enim offenſurus eſſem ſapientiae veritatiſque amantem heroem, veritatis incurius, quam ille virtutis matrem appellare conſueuit. *Phoenix.* Videor mihi iamiam ſub colloquii huius initium meum faſſus eſſe morbum. Fateor enim exiguam meam eſſe fidem in rebus fabuloſis. Cauſa eſt: in nullum vnquam oculatum teſtem incidi, ſed alius quidem ſe ab alio audiuiſſe ait, alius opinari, alium Poëta accendit. Et quae de heroum ſtatura traduntur, quod de-

Φοῖ. κέρας Αμαλθείας ἐμπλήσεις, Αμπελουργέ, τοσαῦτα εἰδότος[1] τᾶ ἑταίρε· ὑγιῶς γάρ πω ἀπαγγελεῖς αὐτά, καὶ ὡς ἤκουσας. Αμ. νὴ Δί', ἢ ἀδικοίην φιλόσοφόν τε καὶ φιλαλήθη ἥρωα, μὴ τιμῶν ἀλήθειαν, ἣν ἐκεῖνος μητέρα ἀρετῆς ὀνομάζειν εἴωθε. Φοῖ. δοκῶ μοι καὶ καταρχὰς τῶν λόγων ὡμολογηκέναι πρὸς σὲ τὸ ἐμαυτᾶ πάθος. φημὶ γὰρ ἀπίστως διακεῖσθαι[2] πρὸς τὰ μυθώδη. τὸ δὲ αἴτιον, ἀδενί πω ἑωρακότι αὐτὰ ξυγγέγονα. ἀλλ' ὁ μὲν, ἑτέρε ἀκηκοέναι φησίν, ὁ δὲ οἴεσθαι, τὸν δὲ ποιητὴς ἐπαίρει. καὶ τὰ λεγόμενα δὲ περὶ τᾶ μεγέθες τῶν ἡρώων, ὡς

19 *περί τε τὰ μαντεῖα*] poeſin ab effatis Deorum, carminice prolatis, initium habere, triuiale eſt. vid. Gyraldum Syntagm. II. de poetis initio.

20 *περί τε τ. Αλκμ. Ηρακλέα*] huius in poeſeos primis autoribus nomen prae ceteris eligit, quod illuſtriſſimum illud eſſet. Lini autem diſcipulus *Hercules*, ab eo cum Thamyra & Orpheo, condiſcipulis ſuis, poeſin accepit.

21 *καθισαμ.*] editi habent *καὶ καθισάμ.* Copulam autoritate cod. Barocc. & Colleg. Nou. omiſi.

22 *καὶ ὅπω ἠβάσκεσα*] ſic editi iuxta cum MSS. omnibus, niſi quod codex Barocc. in margine adſcriptum habeat *εἰς βάσιν ἤκουσα*, quod an ſcholion ſit, an alia lectio, aliorum eſto iudicium. Ceterum *βάσις* eſt *pes*, notumque *pedibus* prima aetate ſua carmina certis caruiſſe, ſed qualicunque metro decurriſſe. Quintilianus IX, 4. *Poema nemo dubitauerit imperito quodam initio fuſum, & aurium menſura, & ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſeruatione eſſe generatum, mox in eo repertos pedes.*

23 *οἱ μὲν Τροίας ἀλόσης*] varias de aetate Homeri veterum ſententias collegit Euſebius in Chronico num. DCCCCVIII, ad quem videndus Scaliger. adde Suidam in *Ομηρ.* & diſputata Salmaſio ad Solin. p. 608. vide & eos qui hiſtorias poetarum concinnauerunt.

24 *γενεαῖς*] varia omnino vocis huius acceptio, quam latius perſequuntur Lindenbrogius ad Cenſorinum de die natali, ad c. 17. Boeclerus ad l. III. Herodiani p. 419. Hammondus de Iure Epiſc. c. II. §. II. & nuper Antonius Pagi Diſſ Hypatica p. 185. & 189. Hoc loco probabiliſſimum *γενεὰν* ſpatium VII annorum putare.

25 *τὰ Ομήρε*] cod. Coll. Nou. habet *τᾶ Ομήρε*.

26 *γενόμενα*] vitium editionis Aldinae ſecutus Morell. habet *γενόμενος*. Verior lectio eſt in MSS. noſtris omnibus.

27 *τᾶ Ξέρξε*] cod. Laud. habet *τὴν Ξέρξε*.

28 *Δευκαλίωνος*] editi addebant *τε*, quod omittebant cod. Barocc. & Colleg. Nou.

29 *πλεῖστα ἔθνη*] cod. Laudian. habet ſimpliciter *πλεῖστοι*.

30 *διεφθάρη*] Barocc. & Coll. Nou. cod. *ἰφθάρη*.

CAP. I. §. I. 1 *εἰδότος*] cod. Laud. habebat *ἐκδόντος*, quod commodum ſatis ſenſum poterat habere, ſi referatur ad *Proteſilaum*. At ſequentia ſuadent, pertinere haec ad *Phoenicem*, in quem melius quadrat vulgata lectio.

2 *διακεῖσθαι*] ſic MSS. omnes. Editi *κεῖσθαι*.

3 *περὶ τ. μεγέθες τ. ἡρ.*] vide notata ad vitam Apollonii lib. II. c. 21 & l. IV. cap. 16.

δεκαπήχεις ἦσαν, χαρίεντα μὲν κατὰ μυθολογίαν ἡγῶμαι, ψευδῆ δὲ καὶ ἀπίθανα τῷγε[4] θεωρῶντι αὐτὰ πρὸς τὴν φύσιν, ἧς μέτρα οἱ νῦν ἄνθρωποι. Αμ. ταυτὶ δὲ ἡγεῖσθαι ἀπίθανα πότε ἤρξω; Φοῖ. πάλαι, Αμπελυργέ, καὶν μειρακίῳ ἔτι. παῖς μὲν γὰρ ὢν ἔτι ἐπίστευον τοῖς τοιούτοις, καὶ κατεμυθολόγει με ἡ τίτθη, χαριέντως αὐτὰ ἐπᾴδουσα, καί τι[5] καὶ κλαύσα ἐπ' ἐνίοις αὐτῶν. μειράκιον δὲ γενόμενος, οὐκ ἀσανίστως ᾠήθην χρῆναι προσδέχεσθαι ταῦτα. Αμ. τὸ δὲ τῦ Πρωτεσίλεω, καὶ ὅτι ἐνταῦθα φαίνοιτο, ἀκηκοώς ποτε ἔτυχες; Φοῖ. πῶς, Αμπελυργέ; ὅς γε καὶ σῦ τήμερον ἀκούων, ἀπιστῶ. Αμ. ἀκῦε ἀρχὴ τῦ λόγυ μοι γινέσθω[6] τὰ πάλαι σοι ἀπιστούμενα. φὴς δέ πυ ἀπιστεῖν, εἰ δεκαπήχεις ἐγένοντο ἄνθρωποι. ἐπειδὴ δὲ τύτυ ἱκανῶς ἔχῃς, ἀπαίτει λοιπὸν τὸν περὶ τῦ Πρωτεσίλεω λόγον, καὶ ὁπόσα βούλει τῶν Τρωϊκῶν, οὐδενὶ γὰρ[7] αὐτῶν ἀπιστήσεις. Φοῖ. καλῶς λέγεις, καὶ ὕτω ποιῶμεν.

Αμ. ἄκυε δή. πάππος ἦν μοι, ξένε, πολλὰ τῶν ἀπιστουμένων ὑπὸ σῦ γινώσκων, ὃς ἔλεγε διαφθαρῆναι μέν ποτε τὸ σῆμα[1] τῦ Αιαντος ὑπὸ τῆς θαλάσσης, πρὸς ᾗ κεῖται[2]. ὀστᾶ δὲ ἐν αὐτῷ φανῆναι[3] κατὰ ἑνδεκάπηχυν ἄνθρωπον. καὶ ἔφασκεν Αδριανὸν βασιλέα περιστεῖλαι αὐτὰ, εἰς Τροίαν ἐλθόντα, καὶ τὸν νυνὶ τάφον πεφαρμόσαι[4] τῷ Αιαντι, ἔστιν ἃ καὶ προσπτυξάμενον τῶν ὀστῶν, καὶ φιλήσαντα. Φοῖ. οὐ μάτην ἀπιστεῖν ἔοικα τοῖς τοιούτοις, Αμπελυργέ. καὶ σὺ γὰρ, πάππυ μέν τοι[5] ἀκηκοέναι φὴς, καὶ ἴσως μητρὸς ἢ τίτθης. σεαυτῷ δὲ ἀπαγγέλλεις οὐδέν, εἰ μὴ ἄρα περὶ τῦ Πρωτεσίλεω εἴποις. Αμ. καὶ μὴν εἰ μυθολογικὸς ἦν, τόν τε τῦ Ορέστυ νεκρὸν διήειν, ὃν ἑπτάπηχυν ἐν Τεγέᾳ[6] Λακεδαιμόνιοι

cemcubitales fuerint, lepide quidem conficta existimo, sed falsa, & parum probabilia ei, qui ipsa iuxta naturam rerum examinauerit, cuius mensuraei, qui nunc viuunt, homines sunt. *Vinitor.* Haec autem parum probabilia existimare quando coepisti? *Phoenix.* Iam olim, o Vinitor, atque in prima iuuenta: in pueritia enim quidem talia credebam; narrabatque mihi fabulas nutrix, venuste ipsas accinens; atque lacrymis quoque nonnullas earum comitata. Sed cum ad iuuenilem aetatem peruenissem, nefas esse duxi vt haec sine examine admittantur. *Vinitor.* An vero de Protesilai rebus, & quod hic appareat ante, inaudiuisti ne vnquam? *Phoenix.* Quomodo audiuissem, mi Vinitor? qui a te quoque hodie id audiens non credo. *Vinitor.* Orationis itaque mihi initium sunto, quae abs te olim credita haut sunt. Dicis autem non credere, quod decem cubitorum homines fuerint: postea vero quam ea in re tibi fuerit satisfactum, Protesilai historiam inde exigito, & Troianaeque historiae quantumcunque volueris, nulla enim parte in dubium eam vocabis. *Phoenix.* Bene dicis, sicque faciemus.

II. *Vinitor.* Audi igitur. Auus erat mihi, o hospes, multa eorum, quae abs te in dubium vocantur, explorata habens, qui narrabat Aiacis quidem aliquando sepulcrum vastatum a mari esse, cui adiacebat: ossa vero in eo apparuisse, qualia vndecim cubitorum hominis essent. Dicebant autem Adrianum Imperatorem, Troiam profectum, ipsa composuisse, & quod nunc extat sepulcrum Aiaci construxisse, ossium nonnulla etiam amplexatum atque osculatum. *Phoenix.* Haud temere huiusmodi rebus fidem negare videor, mi Vinitor. Tu enim ab auo quidem audiuisse ais, imo a matre forte, aut nutrice: quod ipse vero expertus sis, dicis nihil, nisi tamen de Protesilao dicas. *Vinitor.* Atqui si fabulis ducerer, de Orestis cadauere narrationem instituissem, quod septem cubitorum in Tegea Lace-

4 τῶγε] cod. Coll. Noui omittit γε.

5 καί τι] probabilissima haec lectio, quae est codicis Barocc. Editi habebant καί τοι. Cod. Coll. Noui καί τε.

6 μοι γινέσθω] omittit haec cod. Barocc. & Coll. Nou.

7 οὐδενὶ γάρ] cod. Colleg. Noui habet οὐδὲν δὲ. Laudian. οὐδὲν γάρ.

§. II. 1 σῆμα] sic Aldina & MSS. Male Morell. σῶμα. Ceterum quae hic de inuento Aiacis corpore narrantur habes etiam apud Pausaniam in Atticis p. 34.

2 πρὸς ᾗ κεῖται] mare Aegeum intelligit, nam *sepulcrum* Aiacis in ista ora, in promontorio Rhoeteo, XXX stadiorum interuallo a Sigaeo, ibique a Rhodiis conditum *Aeantium* vid. Mela l. I. c. 18. Strabo l. XIII. p. 595. Plinius l. V. sect. 33. Eius loci mentio inf. in *Protesilao* c. XI.

3 ὀστᾶ δὲ ἐν αὐτῷ φανῆναι] eandem fabulam a Mylo quodam se accepisse narrat Pausan. in Atticis p. 34.

4 περιαμόσαι] cod. Barocc. ἀμόσαι.

5 μέν τοι] sic malebam cum Barocc. quam μέν τι cum editis.

6 ὃν ἑπτακ. ἐν Τεγέᾳ Λακεδ. ἔυρον] restituī Τεγέᾳ pro Νεμαίᾳ, vt vitiose in editis legebatur, itemque Νεμαίᾳ, quod erat in MSS. Autor emendationis mihi Herodotus, l. I. p. 17. vbi prolixe fabulam de repertis Giganteis Orestis ossibus narrat. Oraculum Apollinis de iisdem, *Tegeae* Arcadiae oppido inueniendis, post Herodotum Stephanus quoque exhibet in Τεγέα.

ἔυρον

daemonii inuenere: item de eo qui in aeneo equo apud Lydos repertus est, qui in Lydia quidem terra conditus ante Gygis tempora fuerat, terrae motu vero discedente terra, Lydiis miraculo fuit pastoribus, cum quibus Gyges mercede conductus operas obibat. Nempe in cauo equo, fores in vtroque latere habente, cadauer iacebat, maius quam vt hominis esse videretur: quod si haec rursus in dubium vocari possint eo, quod tempore nimis longo a nobis distent, tamen quid aduersus ea dicere possis non video, quae nostra aetate contigerunt.

III. Aryaden namque, quem alii quidem Aethiopem, alii vero Indum dixerunt, triginta cubitorum magnitudine in Assyriorum tellure iacentem, non ita pridem luci exposuit Orontae fluminis scissa ripa. Hocque ipsum Sigeum non totis abhinc annis quinquaginta promontorii extrema parte Gigantis ostendit corpus: quem ipse Apollo se ait interemisse, pro Troia aduersus sese dimicantem. Vidique, o hospes, naui ad Sigeum delatus, & quid terrae euenerit, & Gigantem, quantus erat. Nauigabant autem eo & Hellespontiorum multi, & Ionum, insulanique omnes, omnesque Graeci. Per duos enim menses magnus in magno porrigebatur promontorio, alium alii praebens sermonem, antequam oraculum, quis esset, significauisset. *Phoenix.* Dicas igitur velim, o Vinitor, & de magnitudine ipsius, & de ossium proportione, & de serpentibus, qui adnasci Gigantibus dicuntur, quos Encelado & comitibus eius pictores appingunt. *Vinitor.* An monstrosi illi fuerint, mi hospes, & serpentibus concreti, non noui: qui autem in Sigeo erat, duobus quidem supra viginti cubitis protendebatur: in lapidoso vero iacebat specu, caput versus continentem positum habens, pedibus vero cum pro-

ἕυρον· καὶ τὸν ἐν τῷ χαλκῷ ἵππῳ [7] τῷ Λυδίῳ, ὃς κατορώρυκτο μὲν ἐν Λυδίᾳ, πρὸ Γύγεω ἔτι, σεισμῷ δὲ τῆς γῆς διασχέσης [8], θαῦμα τοῖς περὶ Λυδίαν ὤφθη ποιμέσιν, οἷς ἅμα ὁ Γύγης ἐθήτευσεν. ἐς γὰρ κοῖλον τὸν ἵππον, θυρίδας ἐν ἑκατέρᾳ πλευρᾷ ἔχοντα, νεκρὸς ἀπέκειτο, μείζων ἢ ἀνθρώπου δόξαι. εἰ δὲ ταῦτ' ἂν οἷα [9] ἀπιστεῖσθαι διὰ τὸν χρόνον, ἀλλὰ τοῖς γε ἐφ' ἡμῶν [10] οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἀντερεῖς.

Ἀρυάδην [1] γάρ, ὃν οἱ μὲν Αἰθίοπα, οἱ δὲ Ινδὸν ἔφασαν, τριακοντάπηχυν, ἐν τῇ Ασσυρίων γῇ κείμενον, ὁ πάλαι ἀνέφηνεν ἡ τοῦ Ορόντου ποταμοῦ ὄχθη, σχισθεῖσα. τοῦτο δὲ τὸ Σίγειον [2], πρὸ πεντήκοντα ἔπω ἐτῶν, ἐν προβολῇ τοῦ ἀκρωτηρίου σῶμα ἀνέδειξε Γίγαντος, ὃν αὐτὸς Απόλλων [3] ἀπεκτονέναι φησὶν, ὑπὲρ Τροίας αὐτῷ μαχόμενον. καὶ εἶδον, ξένε, πλεύσας ἐς τὸ Σίγειον, αὐτό τε τὸ πάθος τῆς γῆς, καὶ τὸν Γίγαντα ὅσος ἦν. ἔπλεον δὲ καὶ Ελλησποντίων πολλοὶ, καὶ Ιώνων, καὶ νησιῶται πάντες, καὶ τὸ Ελληνικὸν [4] ἅπαν. ἐπὶ γὰρ μῆνας δύο μέγας ἐν μεγάλῳ ἀκρωτηρίῳ προέκειτο, παρέχων ἄλλον ἄλλῳ [5] λόγον, ἔπω δηλοῦντος αὐτὸν τοῦ χρησμοῦ [6]φοῖ. εἴποις ἂν ὄν ἔτι, Αμπελυργὲ, περί τε τοῦ μεγέθους αὐτοῦ, περί τε ὀσῶν ἁρμονίας [7], περί τε τῶν λεγομένων ὄφεων ξυμπεφυκέναι τοῖς γίγασι [8], ὃς ὑπογράφουσιν οἱ ζωγράφοι [9] τῷ Εγκελάδῳ, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Αμ. εἰ μὲν τερατώδεις ἐγένοντο ἐκεῖνοι, ξένε, καὶ ξυμβεβλημένοι θηρίοις, οὐκ οἶδα. ὁ δὲ ἐν τῷ Σιγείῳ δύο μὲν καὶ εἴκοσι πήχεις ἐπεῖχεν, ἔκειτο δὲ ἐν πετρώδει σήραγγι [10], τὴν κεφαλὴν μὲν, πρὸς τὴν ἤπειρον [11]

---

7 καὶ τὸν ἐν τῷ χαλκῷ ἵππῳ] fabulam habes apud Platonem l. II. de Rep. a quo etiam accepit Cicero, & l. III. de offic. c. 9. inseruit.

Λέγει δὲ ὡς καὶ δικάσαιτο μὲν πρὸς αὐτὸν ὁ Αχιλλεὺς περὶ τῆς ἀσπίδος, ἐπειδὴ ἐτετρώκει τὸν Τήλεφον, οἱ δὲ Αχαιοὶ ψηφίσαιντο αὐτῷ μᾶλλον προσήκειν τὸν ἀσπίδα, ὡς οὐκ ἂν τοῦ Τηλέφου τρωθέντος, εἰ μὴ ἐκείνης ἐγυμνώθη. φησὶ δὲ ὅτι καὶ Μυσαὶ γυναῖκες ἀφ' ἵππων ξυνε-

vulgus ignobile caedebant, *messores* esse putabat, messem minime praeclaram facientes. Qui vero optimates superassent, eos *arboricidas* appellabat: atque hanc pugnam opus seipso maxime dignum esse putabat. Propterea in Istri etiam filios irruit, quos tamen oppugnandos sortitus non fuerat, quique ex quadrigis Hectoris more pugnabant. Concitato autem gradu incedens, hasta clypeo illisa strepitum fecit, ad equos exterrendos. Equi autem subito externati recti subsilierunt. Vnde Scythae currui diffisi, ex eo, iam sine ordine lato, desilierunt, & cum Aiace congressi sunt, strenueque dimicantes ambo occiderunt.

XVII. Meminit quoque Protesilaus rerum a Palamede gestarum, vt ingentium, quibus effectum cum esset, vt ab eo, & Diomede, ac Sthenelo, Haemus sociique eius perimerentur, praemia tamen rei optime gestae accipere noluit Palamedes, sed illa quidem Diomedi concessit: quandoquidem nouerat pro consequenda bellicae virtutis gloria nihil eum non facere. Si vero sapientiae praemium aliquod proposuissent Graeci, nemini illum eo cessurum fuisse, vt qui sapientiae ab initio fuerit studiosissimus, & in hoc vno se exercuerit. Cum Telepho autem se quidem ipsum manus conseruisse ait Protesilaus, clypeumque viventi detraxisse. Achillem vero, in inermem eum irruentem, femori vulnus impegisse, vulnerisque postea ad Troiam medicum extitisse. Tum vero ex illo vulnere quidem animi deliquium passum Telephum esse, moriturum etiam, ni concurrentes Mysi ipsum ex praelio recepissent. Quo quidem tempore multi Mysorum ipsius causa cecidisse narrantur, quorum cruore infectus fluxerit Caicus.

XVIII. Narrat etiam, vt controuersiam sibi mouerit Achilles de clypeo, (eo quod ipse quidem Telephum vulnerauisset,) Graeci autem clypeum sibi potius deberi decreuerint: quia ne vulnerari quidem Telephus potuisset, ni illo fuisset nudatus. Mysas autem etiam mulieres, ex equis iuxta cum viris ait

---

7 ταῦτα τοι] sic omnes MSS. nostri. Editi ταῦτα οἱ. Ellipsis autem hic est praepositionis διὰ vel similis alterius.

8 ἐπὶ τ. τοῦ ποταμοῦ παῖδας] *Elorum & Allaeum* intelligit, vid. praeced. not. 5.

9 ἤιξεν] optime cod. Barocc. & Colleg. Noui. Editi ἤξεν.

10 ὅτε τ. μέρους ἑ. ὄντας] nam contra eos pugnandi partes Atridis datae, Locroque & ceteris, vt paulo ante noster.

11 τὸν τοῦ Εκτ. τρόπον ἀπὸ τετράρ. &c.] vide obseruata paulo ante §. X. not. 4.

12 οἱ Σκύθαι] vide paulo ante not. 5.

§. XVII. 1 Αιμον] idem hic error commissus erat in editis, qui paulo ante, vide §. XVI. n. 4.

2 γυμνῷ] cod. Colleg. Noui addit μὲν.

3 ἰατρὸν μὲν ὕς. ἐν Τροίᾳ γενέσθαι] rei meminere passim poetae & Eustath. ad Iliad. A' p. 35. Τηλέφεια τραύματα pro immedicabilibus dictum Paulo Aeginet l. IV. c. 46.

pu-

pugnasse Amazonum more, eique equitatui Telephi vxorem, Hieram, praefuisse. Hanc igitur Nireus dicitur interfecisse. Adolescentes enim, quotquot in exercitu erant, & bellica laude nondum claros ipsi opposuerant. Hiera autem vbi cecidisset, Mysae exclamarunt, & cum suos ipsae equos exterruissent, in Caici paludes delatae sunt. Hanc autem Hieram Protesilaus omnium, quas vnquam vidisset, mulierum fuisse maximam ait, omniumque, quae famam pulcritudine consecutae fuerunt, pulcerrimam. Etenim Helenam, Menelai vxorem, Troiae quidem se non vidisse ait: nunc tamen ipsam videre Helenam, neque eam sibi mortis causam extitisse aegre ferre. Si Hieram tamen animo sistat, tanto ipsam Helena esse forma praestantiorem, quanto illa Troianis mulieribus. Sed haec quoque, o hospes, laudatorem Homerum nacta haut fuit. Verum Helenae gratificans, in suo poëmata diuinam illam mulierem non induxit, quae tamen etiam occisa Achiuos mouisse dicitur: adultioribus iuuenes hortantibus, ne Hieram exuerent, nec iacentem attingerent. In ista, mi hospes, pugna Graecorum multi vulneribus affecti sunt, balineisque vulnerati vsi fuerunt oraculi monitu, tepidis in Ionia fontibus, quos nunc quoque Agamemnonios appellant Smyrnaei. Quadraginta autem, vt puto, stadiis ab vrbe distant, Mysiaeque olim suspensae ibi galeae fuerunt, quas bello ceperant.

XIX. *Phoenix.* Quid igitur, o Vinitor, dicemus? an opera data, an inuitum Homerum haec tam suauia ac poëta digna praetermisisse? *Vinitor.* Data fortassis, o hospes, opera. Nam cum Helenen vt mulierum forma praestantissimam celebrare ipsi propositum esset, & Troianas exaggerare pugnas, vt omnium, quae vnquam alibi depugnatae sint, maximas; qui idem Palamedem, vt Vlyssi gratificaretur, toto carmine suo excluserit, & vni Achilli operum praestantissima ita adscripsit, vt Achille pugnante ceterorum Achiuorum sit oblitus, Mysia quo-

μάχοντο τοῖς ἀνδράσιν, ὥσπερ Ἀμαζόνες, καὶ ἦρχε τῆς ἵππου ταύτης Ἱέρα[1], γυνὴ Τηλέφου. ταύτην μὲν δὴ[2] λέγεται Νιρεὺς ἀποκτεῖναι. τὸ γὰρ μειρακιῶδες τῶν στρατῶν, καὶ ὅπω εὐδόκιμον, πρὸς αὐτὴν[3] ἔταξαν. πεσούσης δὲ, ἀνέκραγον αἱ Μυσαί, καὶ ξυνταράξασαι τὴν ἑαυτῶν ἵππον, ἐς τὰ τῆς Καΐκου ἕλη ἀπηνέχθησαν. τὴν δὲ Ἱέραν ταύτην ὁ Πρωτεσίλεως μεγίστην τε, ὧν εἶδε, γυναικῶν γενέσθαι λέγει, καλλίστην τε ἁπασῶν, ὁπόσαι ὄνομα ἐπὶ κάλλει ἤραντο. Ἑλένην μὲν γὰρ, τὴν Μενέλεω γυναῖκα, ἰδεῖν ἔ φησιν ἐν Τροίᾳ· νυνὶ δὲ ὁρᾶν μὲν αὐτὴν τὴν Ἑλένην, καὶ ἀμέμφεσθαι τὸ ὑπὲρ αὐτῆς ἀποθανεῖν. εἰ δὲ ἐνθυμηθείη τὴν Ἱέραν, τοσοῦτον αὐτὴν φησι πλεονεκτεῖν τῆς Ἑλένης, ὅσον κἀκείνη τῶν Τρῳάδων. καὶ ἁδὲ αὕτη, ξένε, Ὁμήρου ἐπαινέτου ἔτυχεν· ἀλλὰ, Ἑλένῃ χαριζόμενος, οὐκ εἰσηγάγετο ἐς τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα θεῖαν γυναῖκα, ἐφ' ᾗ καὶ πάθεῖν τι οἱ Ἀχαιοὶ, καὶ πεσούσῃ, λέγονται, καὶ παρακελεύσασθαι πρεσβύτεροι νέοις, μὴ σκυλεύειν τὴν Ἱέραν, μηδὲ προσάπτεσθαι κειμένης. ἐν ταύτῃ, ξένε, τῇ μάχῃ πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐτρώθησαν, καὶ λουτρὰ τοῖς τετρωμένοις μαντευτὰ ἐγένετο, πηγαὶ θερμαὶ ἐν Ἰωνίᾳ, ἃς ἔτι καὶ νῦν Ἀγαμεμνονείους[4] καλοῦσιν οἱ Σμύρναν οἰκοῦντες. ἀπέχουσι δὲ τετταράκοντα, οἶμαι, σταδίους τοῦ ἄστεος, καὶ ἀνῆπτό ποτε αὐτοῖς αἰχμάλωτα κράνη Μύσια.

Φοῖ. τί οὖν, Ἀμπελουργὲ, φῶμεν; ἑκόντα τὸν Ὁμηρον, ἢ ἄκοντα παραλιπεῖν ταῦτα, ἅτως ἡδέα, καὶ ποιητικὰ ὄντα; Αμ. ἑκόντα ἴσως, ξένε. βουληθεὶς γὰρ τὴν Ἑλένην ὡς ἀρίστην γυναικῶν ὑμνῆσαι ἐπὶ τῷ κάλλει, καὶ τὰς Τρωικὰς μάχας ὡς μεγίστας τῶν ἁπάντων διαπολεμηθεισῶν ἐπαινέσαι, Παλαμήδην τε τὸν θεῖον[2] ἐξαίρων ἅπαντος λόγου διὰ τὸν Ὀδυσσέα[3], Ἀχιλλεῖ τε μόνῳ τὰ μαχιμώτατα τῶν ἔργων ἅτως ἀνατιθεὶς, ὡς ἐκλανθάνεσθαι τῶν ἄλλων[4] Ἀχαιῶν, ὁπότε Ἀχιλλεὺς μάχοιτο, ἅτε Μύσια ἐ-

§. XVIII. 1 Ἱέρα] Telephi vxorem *Astyochen* vocat Eustathius ad Odyss. Α' *Priami sororem*. Dictys de Bello Troi. eodem nomine appellat, sed Priami filiam dicit. *Laodicen* alii dicunt Priami filiam. *Hieram* vocatam nusquam inuenio.

2 ταύτην μὲν] adieci μὲν ex cod. Barocc. & Coll. Noui.

3 αὐτὴν] sic malim cum cod. Coll. Nou. quam cum editis αὐτάς.

4 Ἀγαμεμνονείους] Salmas. inuenit Ἀγαμεμνόνεια λουτρά.

§. XIX. 1 ὑμνῆσαι] cod. Barocc. τιμῆσαι.

2 Παλαμ. τε τὸν θ.] sic Barocc. & cod. Coll. Noui. Editi Παλαμ. τε καὶ τὸν θεῖον.

3 διὰ τὸν Ὀδυσσ.] iidem codd. δι' Ὀδυσσέα habent. Nempe Palamedes Vlyssis fraudibus perierat. Vide ad vitae Apollonii Tyan. l. III. c. 21. n. 2. & inf. in *Vlysse* & *Palamede* atque *Euphorbo*.

4 ἄλλων] omissum in cod. Barocc. & Colleg. Nou.

ποίησεν ἔπη, ἅτε ἐς μνήμην κατέσῃ τῷ ἔργῳ τούτῳ, ἐν ᾧ καὶ γυνὴ καλλίων Ελένης ἔυροιτ' ἂν, καὶ ἄνδρες ὁ παραπολὺ Αχιλλέως τὴν ἀνδρείαν, καὶ ἀγὼν εὐδοκιμώτατος. Παλαμήδης δὲ μνημονέυσας, οὐκ ἂν ἔυρεν ὅτῳ ποτὲ κρύψει τὸ τῶ Οδυσσέως ἐπ' αὐτῷ ὄνειδος. Φοῖ. πῶς ἂν ὁ Πρωτεσίλεως περὶ τῶ Ομήρῳ φρονεῖ; βασανίζειν γάρ πῳ αὐτὸν ἔλεγες[5] τὰ τούτῳ ποιήματα. Αμ. τὸν Ομηρον φησὶ, ξένε, καθάπερ ἐν ἁρμονίᾳ μουσικῇ πάντας ψῆλαι τὰς ποιητικὰς τῶν τρόπων, καὶ τὰς ποιητὰς, ἐφ' οἷς ἐγένετο, ὑπερβεβλῆσθαι πάντας, ἐν ὅτῳ ἕκαστος ἦν αὐτῶν κράτιστος. μεγαλορρήμοσύνην τε γὰρ ὑπὲρ τὸν Ορφέα ἀσκῆσαι, ἡδονῇ τε ὑπερβαλέσθαι τὸν Ησίοδον, καὶ ἄλλῳ ἄλλον. καὶ λόγον μὲν ὑποθέσθαι τὸν Τρωϊκὸν[6], ἐς ὃν ἡ τύχη τὰς πάντων Ελλήνων τε καὶ βαρβάρων ἀρετὰς ξυνήνεγκεν. ἐσαγαγέσθαι δὲ ἐς αὐτὸν πολέμους, τοὺς μὲν πρὸς ἄνδρας, τοὺς δὲ πρὸς ἵππους καὶ τείχη[7], τοὺς δὲ πρὸς ποταμοὺς[8], τοὺς δὲ πρὸς θεοὺς καὶ θεάς τε· καὶ ὁπόσα[9] κατ' εἰρήνην εἰσὶ, καὶ χορὸς, καὶ ᾠδὰς, καὶ ἔρωτας, καὶ δαῖτας· ἔργα τε ὧν γεωργία ἅπτεται, καὶ ὥρας, αἳ σημαίνουσιν ὁπόσα χρὴ ἐς τὴν γῆν πράτ]ειν, καὶ ναυτιλίας, καὶ ὁπλοποιίαν τὴν ἐπ' Ηφαίστῳ. εἴδη τε ἀνδρῶν, καὶ ἤθη ποικίλα. ταῦτα πάντα τὸν Ομηρον δαιμονίως ἐξειργάσθαι φησὶ, καὶ τοὺς μὴ ἐρῶντας αὐτῷ μαίνεσθαι. καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ οἰκιστὴν Τροίας, ἐπειδὴ εὐδοκίμησεν ἐκ τῶν Ομήρου ἐπ' αὐτῇ θρήνων. θαυμάζει δὲ[10] αὐτῷ καὶ ὁπόσα ἐπιτιμᾷ τοῖς ὁμοτέχνοις, ὅτι μὴ τραχέως διορθῶται σφᾶς, ἀλλ' οἷον λανθάνων[11]. Ησίοδον[12] μὲν, ἐν ἄλλοις τε ὀκ ὀλίγοις, καὶ νὴ Δί' ἐν τοῖς ἐκτυπώμασι τῶν ἀσπίδων. ἑρμηνεύων γὰρ ἔτός ποτε τὴν τῶ Κύκνου ἀσπίδα[13], τὸ τῆς Γοργοῦς εἶδος ὑπτίως τε καὶ ὁ ποιητικῶς ἦσεν, ὅθεν ἐπισρέφων αὐτὸν ὁ Ομηρος[14].

que componere carmina neglexit, neque huius operis meminit, in quo & mulierem Helena formosiorem, & viros Achilli fortitudine minime inferiores, & illustrissimum certamen reperire daretur. Palamedis porro si mentionem fecisset, non vtique expeditum ipsi erat, Vlyssis turpissimum contra eum facinus celare. *Phoenix.* Quid igitur Protesilaus de Homero sentit? Huius enim poëmata ipsum aiebas examinare. *Vinitor.* Homerum, o hospes, velut in musico concentu ait omnes ceciniisse poëticos modos, cunctosque sui temporis poëtas superasse, quacunque eorum quisque re excelleret maxime. Dictionis enim sublimitatem magis quam Orpheum eum excoluisse, Hesiodumque vicisse suauitate, & alia re alium, historiamque Troianam quidem sibi eum argumentum delegisse, ad quam fortuna omnium Graecorum pariter, ac barbarorum virtutes contulerit. Induxisse autem in ea tum bella; & ea quidem in viros alia, alia aduersus equos ac moenia, alia contra fluuios, nonnulla aduersus Deos ac Deas; tum pacis etiam opera: choreas, odas, amoresque atque epulas; opera item quae agricultura tractat, & anni tempestates, quae, quid in agris sit agendum, significent: nauigationesque, & armorum fabricam a Vulcano peractam: virorumque genera moresque varios. Haec omnia Homerum diuinitus elaborasse ait, eosque, qui ipsum magni haud faciant, recte non sapere. Appellat autem etiam ipsum Troiae conditorem, quod ex Homeri in ipsam lessis famam ea sit consecuta. Illa etiam Homeri miratur, quibus eiusdem artis professores perstringit, quodque non aspere eos reprehendat sed tecte quasi. Hesiodum quidem cum in aliis non paucis, tum per Iouem in clypeorum delineationibus. Hic enim Cycni clypeum inter alia describens, Gorgonis speciem supine, minimeque vt decebat poëtam, cecinit. Vnde ipsum corrigens Homerus ait,

---

5 ἔλεγες] cod. Coll. Nou. ἔφασκες. Nempe supra in *Prologo* hoc dictum.

6 τὸν Τρωϊκὸν] articulum addidi ex cod. Barocciano.

7 καὶ τείχη] addebant vulgati τοὺς δὲ πρὸς τὰς Μέσας, quae omittebat cod. Coll. Noui, & sane antecedentibus & consequentibus minus illa videntur opportuna.

8 τοὺς δὲ πρὸς ποταμοὺς] *Scamandrum* intelligit, a quo Achilli periculum: vid. Homer. Iliad. Φ'.

9 καὶ θεὰς τε καὶ ὁπόσα] male editi & legebant & distinguebant καὶ θεὰς τε, ὁπόσα &c. Veram lectionem restitui ex cod. Barocc. & Coll. Noui. Nempe manifeste noster varietatem & vbertatem Homericam commendaturus, & *belli* & *pacis* opera praeclare eum ceciniisse indicat.

10 θαυμ. δὲ] cod. Barocc. & Colleg. Noui legunt τε. & paulo post ὅτε pro ὁπόσα.

11 λανθάνων] sic Barocc. & cod. Colleg. Nou. editi ἐκλανθάνων.

12 Ησίοδον] ergo illis accedit noster, qui coaeuos minimum Hesiodum statuunt & Homerum.

13 τὴν τῶ Κύκνου ἀσπίδα] Cycnus, Martis filius, cuius *clypeum* descripsisse Hesiodus potest aeque ac Herculeum, quem ab eo delineatum adhuc habemus. Nec opus μνημονευτικὸν ἀμάρτημα hic tribuere Philostrato, quod Vigenerius fecit. Fatendum tamen in ista Herculis clypei delineatione mentionem esse Gorgonis v. 123.

— — Κάρη δεινοῖο πελώρης
Γοργοῦς — — —

quem locum an respexerit noster an minus, cum nemine contentiose disceptare velim.

14 Ομηρος] locus extat Iliad. Λ' v. 136.

Hanc

Hanc ſuper aſpectu trux Gorgo, cincta coronis,
Torua tuens, circumque illam terrorque pauorque.

Sic Gorgonem canit. Orpheum autem in multis ad Theologiam pertinentibus ſuperauit, nec non Muſaeum in oraculorum carminibus. Imo & Pampho cum doctiſſime in mentem veniſſet & Iouem eſſe *animantium genitorem*, per quem omnia e terra oriantur, ſimpliciuſque ea iſte eſſet elocutus, atque humilia nimis in Iouem ceciniſſet carmina: ſunt enim Pamphi verſus:

Celſe pater, Rex magne Deûm, qui in ſtercore degis
Innocui pecoris pariter, muli, atque caballi

Homerum Proteſilaus ait pro dignitate Iouis hymnum ceciniſſe:

Summe Deûm denſa nube excelſo aethere degens

vt qui habitet quidem partes puriſſimas, animet vero ea, quae ſub aethere ſunt. Pugnas autem quaecunque Neptuno quidem aduerſus Apollinem, Latonae vero in Mercurium fuere, vtque Pallas cum Marte, Vulcanuſque cum aqua pugnauerint, haec ad Orphei modum Homerum ait fuiſſe philoſophatum. Neque ad admirationem excitandam male compoſita ea eſſe imo plane eſſe diuina; tale illud:

Aſt ingens omni coelum parte inſonat

item: *a ſede reſiliit Pluto, concuſſa a Neptuno terra.*

XX. Illa vero in Homero minime laudat: primum quidem, quod Deos hominibus miſcens de hominibus quidem magna, de Diis vero exigua ac humilia dixerit. Deinde quod certo licet perſpectum habens Helenen in Aegypto fuiſſe, ventis vna cum Pariide eo delatam; ipſe tamen ſuper Ilii muris eam ſiſtat, quae campos occuparant mala ſpectaturam. Enim vero par erat, ſi propter aliam quamcunque haec facta fe-

Τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐτέφανωται
Δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ δεῖμός τε φόβος τε.

ἑτωσὶ τὴν Γοργὼ ᾄδει. Ορφέα δὲ ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ τὴν θεολογίαν ὑπερῆρε. Μουσαῖον δὲ, ἐν ᾠδαῖς χρησμῶν. καὶ μὴν καὶ Παμφὼ[15] σοφῶς μὲν[16] ἐνθυμηθέντος ὅτι Ζεὺς εἴη τὸ ζωογονῶν, δι' ὃ[17] ἀνίσαται ἐκ τῆς γῆς[18] πάντα, εὐηθέστερον δὲ χρησαμένῳ τῷ λόγῳ, καὶ καταβεβλημένα ἔπη ἐς τὸν Δία ἅπαντος, ἔστι γὰρ τὰ τῆ Παμφὼ ἔπη,

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν, εἰλημένε[19] κόπρῳ
Μηλείῃ τε, καὶ ἱππείῃ, καὶ ἡμιονείῃ.

τὸν Ομηρον ὁ Πρωτεσίλεως φησὶν ἐπάξιον τῆ Διὸς ᾆσαι ὕμνον·

Ζεῦ κύδιστε[20], μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων.

ὡς οἰκοῦντος μὲν αὐτῆ τὸ καθαρώτατον, ἐργαζομένῳ δὲ ἔμβια τὰ ὑπὸ τῷ αἰθέρι. καὶ τὰς μάχας δὲ ὁπόσαι τῷ Ποσειδῶνι μὲν πρὸς Απόλλωνα, Λητοῖ δὲ πρὸς Ερμῆν ἐγένοντο, καὶ ὡς ἐμάχοντο ἡ Αθηνᾶ τῷ Αρεῖ, καὶ ὁ Ηφαιστος τῷ ὕδατι, ταῦτα τὸν Ορφέως τρόπον πεφιλοσοφῆσθαι τῷ Ομήρῳ φησί, καὶ ᾄ μεμπτὰ εἶναι πρὸς ἔκπληξιν, καὶ θεῖα, ὥσπερ τὸ,

Αμφὶ δὲ[21] σάλπιγξεν μέγας ὀρανός,

καὶ "ἀνεπήδησεν Αιδωνεὺς[22] τῆ θρόνα, τινασσομένης τῆς γῆς ἐκ Ποσειδῶνος."

Μέμφεται δὲ τῆ Ομήρα ἐκεῖνα. πρῶτον μὲν, ὅτι θεὰς ἐγκαταμίξας ἀνθρώποις, περὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων μεγάλα εἴρηκε, περὶ δὲ τῶν θεῶν μικρὰ καὶ φαῦλα[1]. εἶτα καὶ ὅτι σαφῶς γινώσκων ὡς ἐν Αιγύπτῳ ἡ Ελένη ἐγένετο[2], ἀπενεχθεῖσα ὑπὸ ἀνέμων[3] ὁμῆ τῷ Πάριδι, ὁ δὲ ἄγει αὐτὴν ἐπὶ τὸ τῆ Ιλίᾳ τεῖχος[4], ὀψομένην τὰ ἐν τῷ πεδίῳ κακά. καὶ ἦν εἰκὸς, εἰ καὶ δι' ἑτέραν γυναῖκα ταῦτα ἐγένετο, ξυγκαλύπτεσθαί

15 Παμφὼ] eius hymnorum frequentiſſima apud Pauſaniam mentio: vide & de eo Gyrald. de Poetis Dial. II. p. m. 87. qui hymnos eius nonnullos ſe legiſſe ait. Male pro Παμφὼ & hic & in ſequentibus Σαπφὼ ſubſtituunt quidam MSS. ineptiſſime, cum multum ſit *Sappho* Homero aetate poſterior.

16 σοφῶς μὲν] addidimus μὲν ex codd. Barocc. Certe reſpondens illi paulo poſt occurrit δέ.

17 δ' ὅ] editi καὶ δ' ὅ. Omiſimus καὶ cum cod. Colleg. Noui & Laudian.

18 ἀνίσαται ἐκ τῆς γῆς] Baroccian. & Laudian. habent ἀνισ. τὰ ἐκ τῆς γῆς.

19 εἰλημένε] MSS. Barocc. & Laud. εἰλυμένε quod perinde eſt. Salmaſ. quoque εἰλυμένε inuenit.

20 Ζεῦ κύδιστε] extat Iliad. Β' v. 412.

21 ἀμφὶ δὲ &c.] extat Iliad. Φ' v. 388.

22 ἀνεπήδησεν Αιδωνεὺς] non verba ſed ſenſum poetae allegat, habes illa Iliad. Υ' v. 61. ſq.

§. XX. 1 π. δὲ θεῶν μικρὰ καὶ φαῦλα] communis veterum contra Homerum haec querela, Pythagorae, Xenophanis, Platonis, Dionis, Chryſoſtomi in Troico, de quibus vide a me in prolegom. ad Heroica notata.

2 ἐν Αιγ. ἡ Ελένη ἐγένετο] ſimilia Achilles Apollonio Tyanenſi narrat l. IV. c. 16. vitae eius. vbi vide annotata.

3 ὑπὸ ἀνέμων] editi ὑπὸ τῶν ἀνέμ. Sequor cod. Barocc. & Colleg. Nou.

4 ἄγει αὐτ. ἐ. τ. τ. Ιλίᾳ τεῖχος] vid. Iliad. Γ' v. 172. ſq.

τε καὶ μὴ ὁρᾶν αὐτὰ, διαβεβλημένα τῷ γένει. ἐπαινεμένα δὲ ὅτε ἐν αὐτῇ τῇ Τροίᾳ Πάριδος ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ τῆς Ἑλένης, ὅτ' ἂν Ἕκτορα τὸν σωφρονέστατον καρτερῆσαί φησι[5], τὸ μὴ ἐκ ἀποδῶναι αὐτὴν τῷ Μενέλεῳ, ἐν Ἰλίῳ ὄσαν· ὅτ' ἂν Πρίαμον ξυγχωρῆσαι τρυφᾶν τῷ Πάριδι, πολλῶν ἤδη ἀπολωλότων αὐτῷ παίδων· ὅτ' ἂν τὴν Ἑλένην διαφυγεῖν τὸ μὴ ἐκ ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Τρωάδων, ὁπόσων ἤδη ἄνδρες ἀπολώλεσαν, καὶ ἀδελφοὶ, καὶ παῖδες· ἴσως δ' ἂν καὶ ἀποδρᾶναι αὐτὴν παρὰ τὸν Μενέλεων διὰ τὸ ἐν τῇ Τροίᾳ μῖσος. ἐξηρήσθω δὲ καὶ ὁ ἀγὼν[6], ὃν φησιν Ὅμηρος ὑπὲρ τῆς Ἑλένης ἀγωνίσασθαι τῷ Μενέλεῳ τὸν Πάριν, ἐπὶ σπονδαῖς τοῦ πολέμου. κατ' Αἴγυπτόν τε γὰρ τὴν Ἑλένην εἶναι, καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς, πάλαι τοῦτο[7] γινώσκοντας, ἐκείνῃ μὲν ἐῤῥῶσθαι φράζειν, μάχεσθαι δὲ ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ Τροίᾳ πλούτου. ᾠδὴ ἐκείνα ὁ Πρωτεσίλεως ἐπαινεῖ τοῦ Ὁμήρου, ὅτι, λόγον ὑποθέμενος Τρωϊκὸν, ἀποπηδᾷ τοῦ λόγου[8] μετὰ τὸν Ἕκτορα, καθάπερ σπεύδων ἐπὶ τὸν ἕτερον τῶν λόγων, ᾧ τὸν Ὀδυσσέα ἐπιγράφει· καὶ ᾄδει μὲν[9] ἐν ᾠδαῖς Δημοδόκου τε καὶ Φημίου[10] τήν τε τοῦ Ἰλίου πόρθησιν, καὶ τοῦ Ἐπειοῦ[11] τε καὶ Ἀθηνᾶς ἵππον· δίεισι δὲ αὐτὰ ἀποτεμὼν τοῦ λόγου, καὶ ἀνατιθεὶς Ὀδυσσεῖ μᾶλλον, δι' ὃν Κυκλώπων τε αὐτῷ ἐπενοήθη γένος, ᾠδαμοῦ τῆς γῆς φύντες, Λαιστρυγόνες τε ἀνετυπώθησαν, ὃς ᾠδεὶς οἶδεν ὅπου γενόμενοι· Κίρκη τε δαίμων ἐξεποιήθη, σοφὴ ἐπὶ φαρμάκοις, καὶ θεαὶ ἕτεραι ἐρᾶν αὐτοῦ, καί τοι προήκοντος ἤδη[12] ἐς ὠμὸν γῆρας, ὅτε καὶ τὰς ὑακινθίνας κόμας[13], αἳ ἐπὶ τὴν Ναυσικάαν αὐτῷ

minam fuissent, velare faciem, neque cernere ista, vt quae ad sexus ignominiam spectarent. Cumque porro ne Troiae quidem raptus Helenae in Paride probaretur; neque Hectorem, virum optimis moribus, passurum fuisse ait, vt Menelao non redderetur, si in Ilio fuisset: neque Priamum concessurum Paridi fuisse, vt voluptati cum ea indulgeret, tot liberis ipsi misere pereuntibus: neque Helenae fuisse possibile futurum vt mortem effugeret, a Troianis mulieribus imminentem, quotquot iam viros, aut fratres, filiosque amisissent: & forte etiam ipsam ad Menelaum fuisse transfugituram ob odium, quo Troiae obnoxia erat. Deleatur autem & certamen, quo Paridem pro Helena cum Menelao decertasse Homerus ait, vt bellum componeretur. Etenim in Aegypto Helenen fuisse ait, Graecosque eius rei iampridem gnaros, illam quidem valere iussisse, Troianarum vero opum cupiditate dimicasse. Neque illud in Homero probat Protesilaus, quod, cum Troiae res operi propositae fuissent, illud post Hectoris mortem abrumpat, quasi ad alterum properaret opus, quo Vlyssem describit: quodque Demodoci quidem, ac Phemii odis, Troiae excidium, Epeique ac Palladis equum celebret, percurrat vero haec, abrupta oratione, quam ad Vlyssem potius vertat: propter quem & Cyclopum ab ipso excogitatum est genus, quales nusquam terrarum nascuntur, & Laestrygones delineati, quos nemo, vbi fuerint, nouit: praeterea ei ficta Circe Dea, venenorum consultissima, aliaeque Diuae ipsum amare, ad crudam licet iam vergentem senectam, qua tamen comae quoque nigricantes, quae, dum apud Nausicaam esset,

---

5 φησι] nempe *Protesilaus* hoc dicit.

6 ὁ ἀγὼν] de quo fuse Iliad. Γ'.

7 τοῦτο] typographorum errore τοὺς erat in Morelliana. Aldina & MSS. omnes τοῦτο habent.

8 ὅτι λόγον ὑποθέμ. Τρωϊκὸν ἀποπηδᾷ τοῦ λόγου] idem reprehendit Dio in Troico p. 188 τὸν δὲ ποιητὴν προθέμενον εἰπεῖν τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν γεγονότων ἐάσαι, καὶ μηδὲ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως διελθεῖν.

9 καὶ ᾄδει μὲν] Demodocum ista apud Phaeacas canentem inducit Homerus Odysseae Θ'. Verum Phemii meminit quidem Odysseae A. P. & X cantum tamen ipsi nullum tribuit, quo Troiana celebrentur: hic forte igitur memoria labitur Philostratus.

10 Δημοδόκου τε καὶ Φημίου] antiquissimi poetae, quorum ipse, vt diximus, meminit Homerus. vide de iis Gyraldum Dial. II. de poetis p. m. 81. *Demodocum* autem de Ilii excidio carmen composuisse, Heraclides Ponticus testis est. *Phemii* carmen, quo complexus est Graecos heroas ex Troade cum Agamemnone reduces, allegat Plutarch. in lib. de Musica.

11 τοῦ Ἐπειοῦ] *doli fabricator Epeus* Virgilio dicitur Aen. II. Scripsi autem τοῦ Ἐπειοῦ ex cod. Barocc. & Laud. Editi habent τοῦ Ἐπ. Dicitur autem *equus*, quo capta Troia est *Epei* & *Palladis*, nam Dea illa suggerente dolum equus fabricatus dicitur.

12 προηκόντος ἤδη] editi interserebant αὐτοῦ, quo nihil opus: omisi ergo, praeeuntibus MSS. omnibus.

13 ὅτε καὶ τὰς ὑακινθ. κόμ.] ridet Homerum, quod *seni* Vlyssi formam tribuat amoribus Dearum & *Heroidum* idoneam, quasi nigricantem *capillum*, (ille enim ὑακίνθινος, vid. notata ad vit. Apollon. Tyan. l. III. c. 5.) ad Phaeacas delatus, & *Nausicaae* amori obiectus, longis licet itineribus iam esset defatigatus, & senio proximus, nulla canitie infectum seruauerit. Respicitur autem ad Odyss. Ζ' v. 230. seq. vbi Vlyssi ad Nausicaam aduentanti tribuit

Οὐλας ἦγε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθεϊ ὁμοίας.

Imo de eodem Ithacae iam restituto Odyss. Ψ' v. 167. sq.

— — καλὸς δὲ κάρητος
Οὐλας ἦκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθεϊ ὁμοίας.

ad quem locum alludens Aristaenetus epist. I. in formae praestantis descriptione & iuuenilis: ἡ δὲ κόμη, inquit, φυσικῶς ἐιελισμένη ὑακίνθῳ ἄνθει καθ' Ὅμηρον ἐμφερής. Ceterum & inf. in *Vlysse*, eadem quae h. l. in Homero taxantur.

in

in eo nitebat, retinens repraesentatur: vnde Homeri crepundia Protesilaus Vlyssem appellat. Neque enim celebratissimam ipsius sapientiam diligebat puella: quid enim Nausicaae sapienter aut dixit, aut fecit? Vocat & Homeri crepundia eum, ob ea, quae alibi de eo dixit. Dormiens etenim saepe periclitatur: & ex Phaeacum naui velvt mortuus deportatur, in libro Odysseae, qui ἔυπλοια inscribitur. Neptuni autem iram, qua effectum est vt ne vnica quidem nauis relinqueretur Vlyssi, virique etiam, qui naues impleuerant, perirent, non Polyphemi causa accensam fuisse affirmat: neque enim Vlyssem ad huiusmodi peruenisse regiones, neque certe, licet Neptuni filius Cyclops vel maxime extitisset, iram Neptunum animo conceptum fuisse propter filium talem, qui saeui leonis more homines deuoraret: propter Palamedem igitur, qui ipsius erat nepos, mare nauigantibus reddidit infestum. Iis porro, quae eo obuenerant loco, discriminibus subductum, in ipsa Ithaca postea perdidit, mari natum, vt puto, in eum expediens [Trygonis] radium. Achillis etiam iram ob Chrysae filiam in Graecos minime exarsisse ait: verum & illum Palamedis causa iratum fuisse. Sed illam mihi narrationem differre fas esto vsque dum ad Achillis res peruentum fuerit. In eo enim sum, vt dicam sigillatim etiam de Heroibus, quicquid de ipsis a Protesilao audiui referens. *Phoenix.* Ad suauissimam mihi narrationis partem accedis.

Quadrupedumque virumque sonus iam percutit aures:

iamque auguror praeclarum quid atque magnum me esse auditurum. *Vinitor.* Audi, ἤνθησαν[14], φαίνεται ἔχων· ὅθεν ὁ Πρωτεσίλεως παίγνιον[15] τὸν Ὀδυσσέα καλεῖ τῷ Ὁμήρῳ. ᾠδὲ γὰρ τῆς λεγομένης αὐτῷ σοφίας ἤρα[16] ἡ κόρη. τί γὰρ σοφὸν εἶπε πρὸς τὴν Ναυσικάαν, ἢ ἔπραξε; καλεῖ δὲ αὐτὸν Ὁμήρῳ παίγνιον καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ[17]. καθεύδων τε γὰρ πολλαχῇ ἀπόλλυται, καὶ ἐκφέρεται τῆς νεὼς τῶν Φαιάκων[18], ὥσπερ ἀποθανών, ἐν τῇ ἐυπλοίᾳ[19]. τὴν δὲ τῷ Ποσειδῶνος μῆνιν, δι' ἣν ἔτε ναῦς ὑπελείφθη[20] τῷ Ὀδυσσεῖ ἐδεμία, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ πληρώντες αὐτὰς ἀπώλοντο, οὐχ ὑπὲρ τῷ Πολυφήμῳ γενέσθαι φησίν[21]· ἔτε γὰρ ἀφικέσθαι τὸν Ὀδυσσέα ἐς ἤθη τοιαῦτα, ἔτ' ἂν, εἰ Ποσειδῶνι Κύκλωψ παῖς ἐγένετο, μηνίσαι τὸν Ποσειδῶνά πω τε ὑπὲρ τῷ τοιούτῳ παιδὸς, ὃς[22] λέοντος ὠμῷ δίκην τὺς ἀνθρώπυς ἤσθιεν· ἀλλ' ὑπὲρ τῷ Παλαμήδυς, υἱωνῷ ὄντος[23], ἄπλυν μὲν τὴν θάλατταν τῷ Ὀδυσσεῖ ἐποίει. διαφυγόντα δὲ αὐτὸν τὰ ἐκεῖ πάθη, ἀπώλεσεν[24] αὐτῇ Ἰθάκῃ ὕστερον, θαλατταίαν οἶμαι αἰχμὴν ἐπ' αὐτὸν δύς[25], λέγει δὲ καὶ[26] τὴν τῷ Ἀχιλλέως μῆνιν οὐχ ὑπὲρ τῆς τῷ Χρύσῃ θυγατρὸς ἐμπεσεῖν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ κἀκεῖνον ὑπὲρ τῷ Παλαμήδυς μηνίσαι. καὶ ἀποκείσθω μοι ὁ λόγος ἔτος ἐς τὰ τῷ Ἀχιλλέως ἔργα. δίειμι γὰρ καὶ κατὰ ἕνα τὺς ἥρως, ἀπαγγέλλων ὅσα τῷ Πρωτεσίλεω περὶ αὐτῶν ἤκουσα. φοῖ. ἥκεις ἐπὶ τὸν ἥδιστον ἐμοὶ τῶν λόγων. ἵππων γὰρ ἤδη δή με, καὶ ἀνδρῶν

Ἀμφὶ κτύπος[27] ἔκτα βάλλει.

καὶ μαντεύομαί τι ἀγαθὸν ἀκούσεσθαι μέγα.

---

14 ἤνθησαν] ad verbum *effleruerunt*: eleganter adhibita voce de *coma*, comparata cum *hyacinthis*. Sed & alias Graeci ἄνθος comae tribuunt. vide obseruata ad vitam Tyanens. l. II. c. 22. n. 15. Imitari id Italos quoque video. Sic enim Marinus in Adonide Carm. I, 134.

Ha fiorito la guancia il crin fiorito.

15 Ὁμήρ. παίγνιον] alludere videtur ad prouerb. Θεῶν θνητοὶ παίγνιον, quod scilicet, quicquid vellent, Dii hominibus facerent, vt pueri crepundiis. Sic igitur Homerum quoque pro lubitu Vlysse crepundiorum ad instar vti ait.

16 ᾠδὲ γὰρ τῆς λέγ. αὐτ. σοφ. ἤρα] absurdum Homerum esse porro euicturus, qui *heroidas*, aetate & forma florentes, Vlyssis, iam matura aetate viri, amore adhuc capi fingit: non esse ait vt ad excusandum eum hoc aliquis afferat, quod *sapientiae* eius captae fuerint, nam *Nausicaam* fingi eum amare, antequam vel verbum, quod sapientiam proderet, ipsi dixisset.

17 καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ] subint. ποιήσει vel tale quid. Scilicet non allegato tantum loco, sed in ceteris quoque partibus poematis sui Vlysse, velut παίγνιοις, vti Homerum indicat.

18 καὶ ἐκφέρεται τ. νεὼς τ. Φαιάκων] describitur illa exportatio Odyss. N'.

19 ἐν τῇ ἐυπλοίᾳ] puto titulum esse Odysseae libri XIII. Sic enim Homericae Iliados & Odysseae libros singulos peculiares habuisse titulos notissimum est, quem iste liber ab expedita *nauigatione*, quali rarissime vsus est Vlysses, accepit.

20 ἔτε ναῦς ὑπελ.] vide Odysseae β'.

21 οὐχ' ὑπ. πολυφ. γενέσθαι φησιν] quod dixerat Homerus sub fin. Odyss. I', cui in hoc quoque contradicit Protesilaus: repetiturque idem inf. *Palamede* §. XI.

22 ὃς] sic Aldina & MSS. Morelliana ὡς.

23 υἱωνῷ ὄντος] nempe ex Amymone *Neptunus* suscepit *Nauplium*, cuius ex *Hesione* filius *Palamedes*, vt est apud Apollodorum l. II. c. 1. Palamedem autem Vlyssis fraudibus misere periisse notum, & iam supra quoque indicatum.

24 ἀπώλεσεν] Neptunum perdidisse ait Vlyssem, eo quod mare suppeditasset venenum, quo periit.

25 θαλατταίαν αἰχμὴν ἐπ' αὐτὸν δύς] αἰχμὴν τῆς τρυγόνος intelligit, vt loquebatur in vita Apollonii Tyanensis l. VI. c. 32. *Radium super caudam Trygonis ex Plinio* explicabamus, quod maxime detestabile venenum: vide plura ad vitae Tyanens. l. c.

26 λέγει δὲ καὶ] addidimus καὶ ex cod. Barocc. & Collegii Noui.

27 ἀμφὶ κτύπος &c.] Homer. Iliad. K' v. 535.

Ἀμ-

Αμ. ἄκυε, ξένε. παρέλθοι δή με[28], ὦ Πρωτεσίλεω, μηδὲν, μηδὲ ἐκλαθοίμην τινὸς ὧν ἤκουσα.

mi hospes. Me autem, o Protesilae, praetereat nihil, neque cuiuspiam obliuiscar eorum, quae a te accepi.

Πρεσβύτατον μὲν τοίνυν τῶν Ελληνικῶν φησιν ἐλθεῖν ἐς Τροίαν τὸν Νηλέως Νέστορα, πολέμων τε πολλῶν γεγυμνασμένον, οἱ ἐφ' ἡλικίας αὐτῷ ἐπολεμήθησαν, ἀγώνων τε γυμνικῶν, ἐν οἷς πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα ἐτίθετο· τακτικήν τε[2], ὁπόση ὁπλιτῶν τε καὶ ἵππων, ἄριστα δὴ ἀνθρώπων γιγνώσκοντα· δημαγωγίᾳ τε ἐκ μειρακίου ξυμβεβηκότα, μᾶλλον δ' ὃ τῇ κολακευούσῃ τὸς δήμους, ἀλλὰ τῇ σωφρονιζούσῃ· πράττειν δὲ αὐτὸ[3] ξὺν ὥρᾳ τε καὶ ἡδονῇ τῶν λόγων, ὅθεν καὶ τὰς ἐπιπλήξεις, ἃς ἐποιεῖτο, μὴ ἀγροίκους, μηδὲ ἀηδεῖς φαίνεσθαι. καὶ ὁπόσα Ομήρῳ περὶ αὐτοῦ εἴρηται, σὺν ἀληθείᾳ φησὶν εἰρῆσθαι. καὶ μὴν καὶ ὁπόσα ἕτεροι περὶ τῶν τοῦ Γηρυόνου βοῶν εἶπον, ὡς ἀφείλοντο αὐτὰς τὸν Ηρακλέα Νηλεύς τε καὶ οἱ Νηλεῖδαι, πλὴν Νέστορος[4], ἐπαινεῖ ὁ Πρωτεσίλεως ὡς ἀληθῆ, καὶ μὴ παρευρημένα. τὸν γάρ τοι Ηρακλέα δικαιοσύνης μισθὸν τῷ Νέστορι δοῦναι τὴν Μεσσήνην[5], ἐπεὶ μηδὲν, ὧν οἱ ἀδελφοὶ, περὶ τὰς βοῦς ἥμαρτε. λέγεται δὲ καὶ ἁλῶναι αὐτοῦ ὁ Ηρακλῆς, σωφρονεστάτου τε καὶ καλλίστου ὄντος· ἀγαπῆσαί τε αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν Υλαν[6] τε καὶ τὸν Αβδηρον[7]. οἱ μὲν γὰρ παιδάρια ἦσαν, καὶ κομιδῇ νέοι[8]. Νέστορι δὲ ἐφήβῳ ἤδη ἐντυχεῖν αὐτὸν, καὶ ἀρετὴν ἀσκοῦντι, ὁπόση ψυχῆς τε καὶ σώματος, ὅθεν ἀγαπῆσαί τε καὶ ἀγαπηθῆναι. τό τοι διομνῦναι τὸν Ηρακλέα, ὅπω ξύνηθες τοῖς ἀνθρώποις ὂν[9], πρῶτόν γε νομίσαι φησὶ[10] τὸν Νέστορα, καὶ παραδοῦναι τοῖς ἐν Τροίᾳ.

Aetate igitur ceteros Graecos antecedentem ad Troiam venisse ait Nelei filium, Nestorem, multisque exercitatum bellis, flore aetatis, gymnicis item certaminibus, in quibus pugilatus, ac luctae praemia proponi solebant; & aciei ordinandae, siue pedestris siue equestris, mortalium peritissimum: ab adolescentia item populari eloquentiae assuetum, non illi, per Iouem, quae adularetur populo, sed quae institueret eum atque emendaret: hocque ipsum eum praestitisse cum ornatu & suauitate verborum, vnde & increpationes, quibus vtebatur, rudes minime visae fuerint atque iniucundae. Quaecunque porro de ipso ab Homero dicta sunt, vere omnia dicta esse [Protesilaus] ait. Quae alii praeterea de Geryonis vaccis dixere, vt nempe Herculi eas Neleus ceterique, Nestore excepto, Nelidae abstulerint, ea vt vera Protesilaus approbat, minimeque conficta. Herculem enim aequitatis praemium Messenen Nestori dedisse, quod perinde ac fratres quicquam in isto vaccarum negotio haut deliquisset. Dicitur etiam amore eius captus Hercules esse, vt qui animi dotibus pariter ac forma fuerit egregius, magisque ipsum quam vel Hylam vel Abderum dilexisse: hi enim pueruli adhuc erant, atque in prima iuuentute. In Nestoris vero eum venisse amplexus, iam ephebi, virtutesque exercentis, quae modo vel animum decerent vel corpus: quamobrem & amauerit eum, & vicissim ab eo fuerit adamatus. Iurare igitur per Herculem, quod antea hominibus minime erat in more positum, primum ait instituisse Nestorem, idque ab eo illos, qui ad Troiam erant, accepisse.

Cap. II. Nestor & Antilochus.

---

28 δή με] sic cod. Colleg. Noui. Barocc. δέ με. Editi δέ μοι.

CAP. III. 1 ΝΕΣΤΩΡ καὶ ΑΝΤΙΛΟΧΟΣ] ita inscriptionem huius capitis constituendam putaui: nam de vtroque agit. Sane enim male in vulgatis *Nestoris* solius hoc loco, vbi §. II. vero a nobis initium constituitur, *Antilochi* nomen tituli loco superscribitur: vide not. 1. ad §. II. quod ab ipso Philostrato non puto profectum, vt iam monui ad *Protesilaum* §. I. n. 1. vide plura inf. ad §. II. init.

2 τακτικήν τε &c.] haec Nestoris quoque laus Iliad. B' v. 554. seq.

3 αὐτὸ] sic MSS. nostri omnes. Editi habent αὐτόν.

4 πλὴν Νέστορος] rem omnem exponit ipse *Nestor* apud Ouid. Metam. lib. XII. sub fin. adde Apollodor. lib. I. c. 9. §. XII.

5 Νέστορι δοῦναι τὴν Μεσσήνην] vid. Pausan. Messeniac. p. m. 113.

6 Υλαν] sic vulgo nomen hoc efferunt. Priores tamen editiones habebant Υλλαν, quam lectionem etiam inf. *Achille* §. II. seruant. Υλαν Salmas. quoque inuenit. Ceterum notissimus *Hylas τὰ τῦ Ηρακλέους παιδικά*: nam *cui non dictus Hylas*.

7 Αβδηρον] sic & Apollodorus nomen hoc scribit l. II. c. IV. §. VIII. vbi de eo agit. MSS. quidam habebant Αυδηρον.

8 νέοι] sic malim cum Barocc. & cod. Coll. Noui, quam cum editis νήπιοι.

9 τοῖς ἀνθρώποις ὄν,] sic emendaueram: nam in editis est τοῖς ἀνθρώποις, ὃν &c. Sed veram lectionem in Aldina quoque esse animaduerti & cod. Laudiano ac Barocc. Gruterus ex coniectura scripserat τοῖς ἀνθρώποις, ὅρκον &c.

10 φησὶ] omittunt cod. Barocc. & Colleg. Noui.

II. Fu-

II. Fuisse autem ipsi filium Antilochum, qui circa media belli tempora aduenerit. Iuvenem enim, neque ea aetate, quae bellicis rebus par haberetur, fuisse Antilochum, cum in Aulide Graeci cogerentur. Cumque iam tum militiam sequi cuperet, patrem id prohibuisse. Ipsum tamen, cum in quintum iam annum extractum esset bellum, naui conscensa domo abiisse, atque Achillis tentorium ingressum, vt quem patri maxime omnium familiarem esse accepisset, orasse Achillem, vt se a patre deprecaretur, si quid sibi eo, quod obsecutus ipsi haut fuisset, indignaretur. Hic vero, Antilochi delectatus pulcritudine, ipsumque ob animi promtitudinem admiratus, nondum, inquit, tuum, adolescens, nosti patrem, si non ab ipso te laudatum iri existimas potius, qui honestum & iuuene non indignum susceperis facinus. Recteque haec dixit Achilles. Vehementer enim filio gauisus Nestor, eoque superbiens, ad Agamemnonem eum duxit. Hic autem illico Achiuos conuocauit, tuncque dicendo seipsum superasse Nestor dicitur. Atque illos quidem laetos conuenisse, videndi Nestoris filium studio. Neque enim ad Troiam alivm eum apud se filium habuisse, neque, vt nonnulli falso referunt, Thrasymedem quendam, neque alium. Adstitisse autem Antilochum reuerenter patri, rubore suffusum, atque in terram despicientem, nec pauciores assecutum formae admiratores, quam Achilles adeptus fuerat. Etenim illius quidem speciem terrificam fuisse ac diuinam, Antilochi vero formam iucundam ac placidam omnibus visam. Aitque Protesilaus, neque alias quidem sui oblitos Achiuos, tunc tamen sui maxime recordatos esse, eo quod & aetate sibi & statura Antilochus simillimus esset. Ipso-

Γενέσθαι δὲ αὐτῷ καὶ παῖδα Ἀντίλοχον, ὃν μεσάντος ἤδη τοῦ πολέμου ἐλθεῖν. νέον μὲν γὰρ εἶναι τὸν Ἀντίλοχον, καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ τῶν πολεμικῶν, ὁπότε ξυνελέγοντο ἐς Αὐλίδα. βουλομένῳ δὲ αὐτῷ στρατεύειν οὐ ξυγχωρῆσαι τὸν πατέρα. τόν δ', ἐπειδὴ πέμπτον ἔτος ἤδη προβεβήκει τῷ πολέμῳ[2], νέως τε ἐπιβάντα ἀφικέσθαι, καὶ παρελθόντα ἐς τὴν τοῦ Ἀχιλλέως σκηνήν, ἐπειδὴ τοῦτον ἐπιτηδειότατον εἶναι τῷ πατρὶ ἥκειν, ἱκετεῦσαι τὸν Ἀχιλλέα παραιτήσασθαι αὐτὸν τοῦ πατρὸς, εἴ πως ἀπειθήσαντι μὲν[3] ἄχθοιτο. ὁ δὲ, ἡσθεὶς τῇ τοῦ Ἀντιλόχου ὥρᾳ, καὶ τῆς προθυμίας ἀγασθεὶς αὐτὸν, ὅπως τὸν πατέρα, εἶπεν, ὦ μειράκιον, τὸν σεαυτοῦ γινώσκεις, εἰ μὴ ὑπ' αὐτοῦ ἐπαινεθήσεσθαι μᾶλλον οἴει, ἔργον φιλότιμόν τε καὶ νεανικὸν εἰργασμένος. καὶ ὀρθῶς εἶπεν ὁ Ἀχιλλεὺς ταῦτα. ὑπερησθεὶς γὰρ τῷ παιδὶ ὁ Νέστωρ, καὶ ἐπ' αὐτῷ μεγαλοφρονήσας, ἄγει αὐτὸν παρὰ τὸν Ἀγαμέμνονα. ὁ δὲ αὐτίκα ξυγκαλεῖ τοὺς Ἀχαιούς, καὶ λέγεται ἄριστα ἑαυτοῦ διαλεχθῆναι τότε ὁ Νέστωρ. ξυνελθεῖν μὲν γὰρ αὐτοὺς χαίροντας ἐπὶ τῷ παῖδα ὄψεσθαι Νέστορος. ἐδεδοκεῖτο γὰρ εἶναι αὐτῷ ἐν Τροίᾳ υἱὸν, ὅτε ὥς φασί τινες ψευδῶς[4], Θρασυμήδην[5] τινὰ, ὅτε ἕτερον. ἐσάναγε δὲ τὸν Ἀντίλοχον ὑπὸ τῷ πατρὶ[6], ἐρυθριῶντά τε καὶ ἐς τὴν γῆν βλέποντα, καὶ θαυμασὰς κτήσασθαι τοῦ κάλλους· οὐκ ἐλάττους ἢ Ἀχιλλεὺς ἐκέκτητο. τὸ μέν γὰρ ἐκείνου εἶδος ἐκπληκτικόν τε φαίνεσθαι, καὶ θεῖον[7], τὸ δὲ τοῦ Ἀντιλόχου, τερπνόν τε καὶ ἥμερον δοκεῖν πᾶσι. καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς ὁ Πρωτεσίλεως, οὐδὲ ἄλλως ἐκλελησμένους, τότε δὴ μάλιστα εἰς ἔννοιαν ἑαυτοῦ ἀφικέσθαι λέγει, ξυμβαίνοντος ἑαυτῷ τοῦ Ἀντιλόχου τὴν ἡλικίαν τε

---

§. II. 1 *γενέσθαι δὲ αὐτῷ παῖδα*] ab his vocibus novum caput exordiuntur codd. vulgati, cui titulum superscribunt ΑΝΤΙΛΟΧΟΣ. Falsi: nam Nestoris occasione tantum de Antilocho agitur, reditque ad ipsum Nestorem paulo post *Vinitor*, eiusque *autoritatem*, *formam*, & alia quaedam delineat. Quod ineptum, si ab eo ad texendam ex instituto Antilochi historiam iam discessum fuisset. Similis error inf. commissus in vita *Aiacis* Telamonii & *Achillis*.

2 *τῷ πολέμῳ*] cod. Barocc. *τοῦ πολέμου*.

3 *μὲν*] verissima lectio codicis Laudiani. Vulgati habebant *μή*.

4 *ὥς φασί τινες ψευδῶς*] verba haec omittuntur in cod. Barocc Est autem ex iis, qui ab initio statim bello Troiano interfuisse dicunt Nestoris filios, Antilochum & Thrasymedem, Dictys Cretensis l. I. c. 13.

5 *Θρασυμήδην*] eius meminit praeter Dictyn l. c. Apollodorus l. I. c. 9. §. 12.

6 *ὑπὸ τῷ πατρὶ*] haec quoque verba omittunt cod. Barocc. & Collegii Noui.

7 *ἐκπληκτ. τε φαίν. καὶ θεῖον*] de Achillis *forma diuis simillima* Homer. Iliad. Α' v. 131. Γ' v. 481. 490. Τ' v. 155. Χ' v. 279. Ψ' v. 80. Ω' v. 486. & Odyss. Ω' v. 36. adde Lucian. Icon. p. 609. vt *Deorum simile* ob formam quoque celebrat Coint. lib. VII. v. 652. Et Homeri penicillum *diuinae* eius imagini delineandae parem haut esse Philostratus queritur, in vita Apollon. l. IV. c. 16. Ad *τὸ ἐκπληκτικὸν* vero formae Achillis pertinet *ferox obtutus*, quem Cointus ipsi tribuit l. III. v. 145. & quod infra noster in *Achille* vultum ei horrendum & terribilem tribuit. Adde & quod Homer. Iliad. Τ' v. 17. Δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων ὥστε σέλας ei tribuit, & *igneos oculos* Iliad. Τ v. 366. & Υ' v. 172. & totum vultum *igne radiantem* noster inf in *Achille*. Plura eius generis clariss. Drelincurtio collecta.

καὶ τὸ μέγεθος. πολλοῖς δὲ αὐτῶν καὶ δάκρυα ἐπελθεῖν φησιν, οἴκτῳ τῆς ἀμφοῖν ἡλικίας. εὐφημίαις τε χρήσασθαι τὰς Ἀχαιὰς ἐς τὸν Νέστορα, ἐφ' οἷς εἶπε· διέκειντο γὰρ ὡς παῖδες πρὸς πατέρα.

Ἔστι σοι καὶ ἄγαλμα παραγαγεῖν τῷ Νέστορος. ὁ γὰρ Πρωτεσίλεως αὐτὸν ὧδε διερμηνεύει, ὡς φαιδρὸς[2] μὲν ἀεὶ φαίνοιτο, καὶ ἐν ὁρμῇ μειδιάματος, γενειῶν δὲ σεμνῶς τε καὶ ξυμμέτρως. τὰ δὲ ἀμφὶ παλαίστραν αὐτῷ πεπονημένα τὰ ὦτα[3] κατηγορεῖ, καὶ ὁ αὐχὴν ὑπονεάζων ἔτι. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὀρθὸν εἶναι τὸν Νέστορα, καὶ μὴ ἠβῶμενον ὑπὸ τοῦ γήρως. εἶναι δὲ καὶ μελανόφθαλμον, καὶ μὴ ἀποκρεμώμενον τὴν ῥῖνα. ταυτὶ δὲ ἐν γήρᾳ μόνοι ἴσχουσιν, ὃς μὴ ἐπιλείπει τὸ ἐρρῶσθαι.

Τὸν δὲ Ἀντίλοχον τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιόν φησι[1] γενέσθαι τῷ Νέστορι, δρομικώτερον[2] δὲ, καὶ περιεπλισμένον τὸ εἶδος, καὶ μὴ φρονοῦντα ἐπὶ τῇ κόμῃ. κἀκεῖνα δέ μοι Ἀντιλόχου ἑρμηνεύει· φιλιππότατον γενέσθαι αὐτὸν, καὶ κυνηγετικώτατον, καὶ ταῖς τῶν πολέμων ἀνοχαῖς ἐπὶ τὰ θηρία χρώμενον. ἀναφοιτᾶν γοῦν ἐς τὴν Ἰδην τὸν Ἀντίλοχον ξὺν Ἀχιλλεῖ, καὶ Μυρμιδόσι, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ μετὰ Πυλίων τε καὶ Ἀρκάδων, οἳ θηρίων ἀγορὰν παρεῖχον τῷ στρατῷ, διὰ πλῆθος τῶν ἁλισκομένων. τὰ δὲ πολέμια γενναῖόν τε εἶναι[3], καὶ πρηνὲς τῷ πόδε καὶ ταχὺν τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις κίνησιν· εὐξύνετόν τε τοῖς παραγγελλομένοις χρήσασθαι, καὶ τὸ ἐπίχαρι μηδὲ ἐν ταῖς μάχαις ἀπολείποντα. ἀποθανεῖν δὲ,

rum autem multis lacrymas quoque esse obortas, aetatis amborum miseratione. Cetera Graecos Nestori multum applausisse dicenti, in ipsum enim vt patrem affecti erant.

III. Possum autem & imaginem Nestoris tibi sistere, ita enim ipsum Protesilaus delineat: quod scilicet hilaris semper atque subridens visus fuerit, barbam alens venerabilem, non nimis tamen prolixam. Quae in palaestris exantlata ei essent autem, ex auribus colligeres, & ceruice, iuuenili adhuc vigore conspicua. Etenim rectum ait incessisse Nestorem, nec senio inclinatum. Fuisse autem & nigrum oculos, nec dum promissis naribus. Haec autem in senecta ii soli retinent, quos bona non destituit valetudo.

IV. Antilochum vero cetera quidem Nestori fuisse similem ait, sed ad cursum magis aptum, specieque puriorem, neque coma elatum. Illa praeterea mihi de Antilocho refert: equorum ipsum fuisse ac venationis studiosissimum, bellorumque interuallis in feras vsum. Itaque vna cum Achille ac Myrmidonibus saepe Idam Antilochum ait petiisse, imo & solum cum Pyliis atque Arcadibus, qui exercitui ferarum mercatum praebebant, eo quod magnam multitudinem caperent. In bellicis autem rebus strenuum eum fuisse ait, ac pedibus celerem, atque ad motus in armis omnes expeditum: prudentem porro extitisse in vsu eorum, quae exploratores attulissent, venustatemque ne in pugnis quidem deposuisse. Occisum vero esse,

---

§. III. 1 ἔστι σοι καὶ ἄγαλμα παραγ. Νέσ.] non statuam intelligo veram, sed imaginem oratione delineandam, prout a Protesilao Vinitori repraesentata fuerat, quem sensum esse istorum, ex sequentibus ad oculum patet.

2 φαιδρὸς] cod. Barocc. & Collegii Noui habent σεμνός.

3 ὦτα] sic ed. omnes & MSS. nempe vt in tergo ac ceruice pectoreque, ita & in *auribus* athleticae professionis indicia passim veteres produnt. Sic & infra in *Hectore* de eo heroe nostro, τὰ δὲ ὦτα κατεαγὼς ἦν. Sic Lacedaemonii ab Atheniensibus ob palaestrae studium οἱ τὰ ὦτα κατεαγότες dicti, vt obseruatum Heinsio ad Horatii epist. 1. I. I. Tales ὠτοθλαδίας vocant Graeci, qualem Lyconem fuisse dicit Diogenes Laert. l VIII. f. 67. cuius locum Suidas excerpsit. Idem quod ὠτοθλαδίας est ὠτοκάταξις apud Hesychium, reddit enim hanc vocem ille τὰ ὦτα τεθλασμένον, quod etiam Suidas habet. Equidem inuito Heinsio qui ὠτοκάταξιν ipsam potius mutilationem, quam eum, qui *mutilatus* sit *auribus* notare contendit. Verum ei ad Laertium l. c. satisfecit Menagius, plurima monens apud Graecos & Latinos nomina esse actionem notantia, quae simul sint adiectiua: producitque locum ex Luciani Lexiphane, vbi athletae Χαιρίας, ὁ κατὰ τοῦτο ποικίλος, καὶ ὁ ὠτοκάταξις Εὐθήμος iunguntur: addit Etymologi locum qui ὠτιοφόρους interpretatur τοὺς τὰ ὦτα συντεθλασμένους, ἦσαν δὲ τοιοῦτοι ἀπὸ παλαίστρας. Taceo reliqua. Verum satis de nomine. Quantum ad rem, propterea nominis id datum palaestritis, quod varie in lucta tum aliis partibus corporis tunderentur morderenturque, tum auribus maxime. Sic de Lacedaemoniis luctatoribus Pausanias δάκνουσί τε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀντορύσσουσι. Sic & lib. I. *Imagin.* Philostratus in *Amoribus* duos ἔρωτας fistit, quorum alterius τὸ ἕτερον κατεσθίει alter. Et Pollux II. 4. ἐπὶ τῶν ἐν γυμνασίοις πληγῶν τὰ ὦτα κατεαγέναι dicit. Eo Virgilii istud spectat Aen. V.

— *erratque aures & tempora circum*
Crebra manus; duro crepitant sub vulnere malae.

Hinc ἀντώτισι aures muniebant. vide Philostr. Imagin. l. II. in *Antaeo.*

§. IV. 1 φησι] sic omnino legendum cum cod. Barocc. & Collegii Noui. Nam *Protesilaum* haec dicere fingit. Editi habent φασι.

2 δρομικώτερον] cod. Colleg. Nou. δρεμικώτατον. Sic Homero Odyss. Γ' v. 112 ταχὺς περιδείελον dicitur.

3 τὰ πολίμια γενναῖον] sic μαχητὴς dicitur Homero Odyss. Γ' v. 112. & κρατερὸς ac ἀμύμων ibidem.

non

non vt vulgo canunt, a Memnone, ex Aethiopia adueniente. Extitisse enim Aethiopem quidem Memnonem, penes quem Troiani belli tempore in Aethiopia rerum esset summa, sub quo & Psammius mons a Nilo dicitur esse aggestus: eique ipsi circa Meroëm sacra faciunt ac Memphin Aegyptii atque Aethiopes, simulac primos sol emittit radios, quibus mota statua vocem emittit, qua eos, a quibus colitur, salutat. Troianum tamen Memnonem diuersum ab illo fuisse ait, omnium heroum Troianorum natu minimum, qui, dum Hector viueret, nihil Deiphobo atque Euphorbo melior sit visus, defuncto vero eo pro promptissimo fortissimoque fuerit habitus. Atque ad eum rebus iam attritis Troiam maxime respexisse. Hic, o hospes, pulcrum optimumque interfecisse Antilochum dicitur, dum pro patre Nestore dimicaret. Quo facto Achillem pyram Antilocho struxisse aiunt, multaque ei imponenda mactasse: armaque Memnonis, ac caput in ea cremasse, vt ipsi gratificaretur. Quantum ad certamen enim, quale Patroclo atque Antilocho Achilles instituit, id deinceps quoque [passim] illustribus viris esse institutum ait. Vnde sibi ipsi quidem heic loci sit institum; institutum etiam Achilli Patrocloque & Antilocho in Ilio. Imo & Hectori celebratum dicitur cursus certamen, arcusque ac iaculi. Ad luctam vero, ac pugilatum Troianorum nemo prodibat: illam enim nondum cognitam habebant, hanc vero, vt puto, metuebant.

ἐχ', ὡς οἱ πολλοὶ ᾄδουσιν [4], ὑπὸ Μέμνονος [5], ἐξ Αἰθιοπίας ἥκοντος. Αἰθίοπα μὲν γὰρ γενέσθαι Μέμνονα, δυναστεύσαντα ἐπὶ τῶν Τρωϊκῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ· ἐφ' ᾧ καὶ τὸ Ψάμμιον ὄρος ἀναχωσθῆναι λέγεται ὑπὸ τοῦ Νείλου. καὶ θύουσιν αὐτῷ κατὰ Μερόην καὶ Μέμφιν Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες, ἐπειδὴ ἀκτῖνα πρώτην ὁ ἥλιος ἐκβάλλῃ, παρ' ἧς τὸ ἄγαλμα φωνὴν ἐκρήγνυσιν [6], ἣ τοὺς θεραπεύοντας ἀσπάζεται. Τρῶα δὲ ἕτερόν φησι [7] γενέσθαι Μέμνονα, νεώτερον τοῦ Τρωϊκοῦ, ὃν, ζῶντος μὲν Ἕκτορος, ἀδεῶς βελτίω δόξαι τῶν ἀμφὶ Δηΐφοβόν τε καὶ Εὔφορβον, ἀποθανόντος δὲ προθυμότατον τε καὶ ἀνδρειότατον [8] νομισθῆναι. καὶ τὴν Τροίαν ἐς αὐτὸν βλέψαι, κακῶς ἤδη πράττουσαν. ἔτος, ξένε, τὸν καλόν τε καὶ χρηστὸν Ἀντίλοχον ἀποκτεῖναι λέγεται, προασπίζοντα τοῦ πατρὸς Νέστορος· ὅτε δὴ τὸν Ἀχιλλέα πυράν τε τῷ Ἀντιλόχῳ νῆσαι, καὶ πολλὰ ἐς αὐτὴν σφάξαι, τά τε ὅπλα καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Μέμνονος ἐπικαῦσαι αὐτῷ. τὸ γὰρ τοῦ ἀγῶνος, ὃν ἐπὶ Πατρόκλῳ ἔθηκεν, ἐπὶ πλέον καὶ Ἀντιλόχῳ καὶ τοῖς ἀρίστοις νενομίσθαι φησίν [9]. ὅθεν τεθῆναι μὲν ἐφ' ἑαυτῷ ἐνταῦθα [10], τεθῆναι δ' ἐπ' Ἀχιλλεῖ [11] τε, καὶ Πατρόκλῳ, καὶ Ἀντιλόχῳ ἐν Ἰλίῳ. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῷ Ἕκτορι τεθῆναι ἀγῶνα δρόμου, καὶ τόξου, καὶ αἰχμῆς. πάλην δὲ καὶ πυγμὴν μηδένα ἀποδύσασθαι Τρώων· τὸ μὲν γὰρ ἄπω ἐγίνωσκον, τὸ δέ, οἶμαι, ἐφοβοῦντο [12].

Cap. IV. Diomedes & Sthenelus.

Diomedes & Sthenelus aetate quidem pares fuerunt, sed hic quidem Capanei, ille vero Tydei filius extitit, qui, dum moenia oppugnarent, interemti esse dicuntur, alter quidem a Thebanis, alter vero a fulmine, vt puto,

Διομήδης καὶ Σθένελος, ἡλικίας μὲν ταὐτὸν εἶχον· ἦσαν δὲ, ὁ μὲν, Καπανέως, ὁ δὲ Τυδέως. οἳ λέγονται τειχομαχοῦντες ἀποθανεῖν. ὁ μὲν, ὑπὸ Θηβαίων, ὅδ', οἶμαι [1], κεραυνωθείς. κειμένων

---

4 ᾄδουσιν] in quibus ipse Homerus Odyss. Δ' v. 187. alii ab Hectore dicunt interemtum, vt Ouidius in epistol. *Penelopes.*

5 ὑπὸ Μέμν.] ὑπὸ, omissum in editis, agnoscunt omnes MSS.

6 φωνὴν ἐκρήγνυσιν] vide vitam Apollon. Tyan. l. VI. c. 4.

7 φησι] omittunt Barocc. & cod. Coll. Nou.

8 τε καὶ ἀνδρειότατον] exciderant ista editis. Agnoscunt MSS. nostri omnes.

9 ὃν ἐπὶ Πατ. ἔθηκ. ἐπὶ πλ. καὶ Ἀντιλ. καὶ τοῖς ἀρίσ. νενομίσθ. φησίν.] corruptissime hic editi: ὃν ἐπὶ Πατρόκλῳ τε καὶ Ἀντιλόχῳ ὁ Ἀχιλλεὺς ἔθηκεν ἐπὶ τῷ πλεῖν τοῖς ἀρίς. &c. maxime vero istud ἐπὶ τῷ πλεῖν turbabat omnia. Morellus ἐπὶ τὸ πλέον legendum suspicatus fuerat. Nos textum repraesentauimus, prout emendatius in cod. Barocc. & Collegii Noui se nobis offerebat. Cod. Laudianus ita eum repraesentabat ἐπέθηκεν ἐπιπλεῖν καὶ Ἀντιλόχῳ τοῖς ἀρίστοις νενομ. φ. Hinc patet falsae lectionis origo. Nempe ἐπιπλεῖον lectum in quibusdam initio fuit, quod idem ac ἐπιπλέον vel ἐπὶ πλέον, nam tot modis scribi solet, vnde ortum ἐπιπλεῖν primum & tandem ἐπὶ τῷ πλεῖν. Vocem autem *vlterius* vel *amplius*, siue *deinceps* notare triuiale est, quo obseruato cetera sunt expedita. De ἐπιταφίῳ *agone* vero, ab Achille Patroclo instituto, videndus Homerus Iliad. Ψ'.

10 ἐφ' ἑαυτῷ ἐνταῦθα] Protesilao ἐνταῦθα, h. e. in Thraciae vrbe *Phylaca* huiusmodi ἀγῶνας celebratos esse, vidimus supra in *Protesil.* §. VIII. vbi & vide §. X. n. 12.

11 ἐπ' Ἀχιλλεῖ] vid. obseruata ad vitam Apollon. Tyanens. l. IV.

12 τὸ δὲ οἶμαι ἐφοβοῦντο] ad remotius haec spectant, ad πάλην nempe: eam vero cur *metuerent* heroes? ob hoc ipsum quod ἀγῶν *ignauorum* esset, vt supra monitum *Protesilao* §. V. vbi vid. not. 2. Ideo enim heroes reformidarunt, ne animo iuxta ac corpori detrimentum afferret.

CAP. IV. §. I. 1 ὅδ' οἶμαι] dubie loquitur: nam Capaneum, scala muros Thebarum conscendere nitentem, lapidibus obrutum alii perhibent.

δὲ ἀτάφων τῶν νεκρῶν, τὸν μὲν ὑπὲρ τῶν σωμάτων ἀγῶνα Αθηναῖοι ἤραντο[2], καὶ ἔθαψαν αὐτὼς νικῶντες. τὸν δ' ὑπὲρ τῶν ψυχῶν[3] οἱ παῖδες ὑπὲρ τῶν πατέρων ἐνίκησαν, ὅτε ἠβησαν. καὶ τὸ κράτος τῆς μάχης εἰς Διομήδη[4] τε καὶ Σθένελον ἦλθεν, ὡς ἀρίςω τε καὶ ὁμοίω ἄνδρε.

ictus. Cadaueribus autem inſepultis iacentibus, pro corporibus quidem certamen Athenienſes ſuſceperunt, victoriaque potiti ſepulturae eos mandarunt. Pro animis vero certamine, filii, vbi ad pubertatem peruenere, magis etiam quam parentes contenderunt. Deriuatumque bellicum robur in Diomedem eſt ac Sthenelum, vtpote optimos ac ſibi inuicem ſimillimos viros.

Ομηρος δὲ ὐκ ἀξιοῖ σφᾶς τῶν ἴσων. τὸν μὲν γὰρ λεόντί τε εἰκάζει[1], καὶ ποταμῷ[2], γεφύρας ἀπάγοντι, καὶ ἀνθρώπων ἔργα· καὶ γὰρ ἅτως ἐμάχετο. ὅδ' οἷον θεατὴς[3] τῆ Διομήδες ἕςηκε, φυγῆς τε ξύμβολος[4] αὐτῷ γινόμενος, καὶ ἄρχων φόβε. καί τοι φησὶν ὁ Πρωτεσίλεως, μὴ ἐλάττω τῆ Διομήδες ἔργα τὸν Σθένελον μηδὲ ἐκεῖ, δρᾶσαι, φιλίαν μὲν γὰρ σφίσιν εἶναι ὐ μείονα[5] ἢ Αχιλλεῖ τε καὶ Πατρόκλῳ ἐγένετο. φιλοτιμεῖσθαι δὲ ἅτω πρὸς ἀλλήλες, ὡς ξὺν ἀθυμίᾳ ἐπανήκειν ἐκ τῆς μάχης τὸν ἀπολειφθέντα τῆ ἑτέρε[6]. καὶ τὸ ἔργον δὲ, τὸ ἐς Αινείαν τε καὶ Πάνδαρον[7], πεπρᾶχθαι αὐτοῖς φησιν ὁμῆ. τὸν μὲν γὰρ τῷ Αινείᾳ προσπεσεῖν, μεγίςῳ τῆ Τρωϊκῆ ὄντι. τὸν Σθένελον δὲ τῷ Πανδάρῳ προσαγωνίσασθαι, καὶ κρατῆσαι αὐτῆ. ἀλλὰ τὸν Ομηρον, Διομήδει μόνῳ ἐξηρηκέναι ταῦτα, ὥσπερ ἐκλαθόμενον ὧν πρὸς τὸν Αγαμέμνονα ὑπὲρ τῆ Σθενέλε εἶπε[8]. τὸ γὰρ

Ημεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι,
Ημεῖς καὶ Θήβης ἕδος εἵλομεν,

II. Attamen pari eos Homerus gloria haudquaquam dignos exiſtimat. Hunc enim leoni comparat, fluminique pontes rapienti, ceteraque humano ingenio condita opera: ita enim pugnabat. Stat vero alter vt Diomedis ſpectator, fugam ipſi ſuadens, metuſque exiſtens autor. At vero teſtis eſt Proteſilaus, minora quam Sthenelum facinora neutiquam Diomedem, ne ibi quidem, patraſſe: nam amicitiam quidem inter ipſos haud minorem fuiſſe, quam inter Achillem ac Patroclum. Vſque adeo autem ſe inuicem eſſe aemulatos, vt triſtis e pugna redierit ille qui altero inferior extitiſſet. Facinus etiam in Aeneam ac Pandarum coniunctim eos edidiſſe ait. Diomedem enim in Aeneam quidem, Troianorum maximum, impetum feciſſe, Sthenelum vero aduerſus Pandarum decertaſſe, ipſumque ſuperaſſe. Homerum vero vni haec tribuiſſe Diomedi, quaſi oblitus eſſet eorum, quae de Sthenelo apud Agamemnonem dixerat. Haec ipſa enim verba:

Nos cupimus magnos longe ſuperare parentes,
Nos quoque Thebanas arces deuicimus:

---

2 τὸν μὲν ὑπὲρ τ. σωμ. ἀγῶνα Αθ. ἤραντο] caeſos ad Thebas vlturi, quod ſepulturam Thebani iis denegarent, Athenienſes nouum aduerſus eos bellum moliti ſunt, quod noſter τὸν ὑπὲρ τῶν σωμάτων ἀγῶνα vocat. Argumentum illud in ἐπιγόνοις tractauerat Euripides.

3 τὸν δὲ ὑπὲρ τ. ψυχῶν οἱ παῖδες] manifeſtum eſt τὸν ὑπὲρ τ. ΨΥΧΩΝ ἀγῶνα, a FILIIS ſuſceptum, opponi τῷ ὑπὲρ ΣΩΜΑΤΩΝ ἀγῶνι, in quo promiſcue ATHENIENSES partes ſuas obierunt. Putem autem hoc ſibi velle noſtrum, filios Capanei & Tydei, virorum fortium, ὑπὲρ τῶν ψυχῶν, id eſt pro fortitudinis *magnique animi* laude ſubiiſſe certamina, ὑπὲρ τῶν πατέρων, magis quam patres ipſorum. Reſpici autem exiſtimo ad locum Homeri diſerte mox allegandum Iliad. IV. v. 403. ſq. vbi Sthenelus Agamemnoni, ſibi & Diomedi parentum fortitudinem exempli loco proponenti, reſpondet:

Ημεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι. &c.

4 τὸ κράτος τῆς μάχης] eodem modo accipi poſſet, quo κράτος σοφίας, κράτος τῆ κυνισμῆ in vita Tyanei Apollonii & paſſim tum noſtro, tum aliis probatis autoribus dicitur: vt ſenſus ſit a parentibus quaſi in Diomedem & Sthenelum bellicam virtutem ſummam deriuatam fuiſſe. Niſi tamen hic eum ſenſum eſſe malis, ſummam ſemper, vbi ad manus deueniretur a Troianis heroibus, pugnae vim in Diomede & Sthenelo extitiſſe, quemadmodum apud Romanos in *triariis*, & apud Macedonas in *phalange*.

5 Διομήδη] cod. Barocc. & Colleg. Noui Διομήδην ſemper legunt ac ſi tertiae eſſet declinationis.

§. II. 1 λέοντι δὲ εἰκάζ.] locus eſt Iliad. Σ' v. 136. & 161.

2 καὶ ποταμῷ &c.] locus eſt Iliad. Ε' v. 87.

3 ὅδ' οἷον θεατὴς &c.] talem nempe Homerus eum ſiſtit, quem mox confutat. Reſpici autem puto ad Iliad. Ε' v. 244. vbi ita Sthenelus Diomedi:

Τυδείδη Διόμηδες, ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ,
Ανδρ' ὀρόω κρατερῶ ἐπὶ σοὶ μεμαῶτε μάχεσθαι.

4 φυγῆς τε ξύμβολ.] vid. Iliad. l. c.

5 μεῖον] μείω habent cod. Barocc. & Colleg. Nou. & paulo poſt omittunt ἐγένετο.

6 ἀπολείφθ. τῆ ἑτέρε] cod. Laudian. habet ἑταίρε. Editi male ἀπολιφθέντα τῆ ἑτέρε. pro quo MSS. noſtri & Salmaſ. habent, quod edidimus.

7 τὸ ἐς Αινείαν τε καὶ Πάνδαρον] contra quos pugnantem ſolum Diomedem ſiſtit Homerus Iliad. Ε' v. c.

8 ὑπὲρ τ. Σθενέλ. εἶπε] nempe Iliad. Δ' v. 403. poſtquam Sthenelo & Diomedi, parentum fortitudinem vt imitarentur, ob oculos poſuiſſet Agamemnon, verſibus hic repraeſentatis reſpondet Sthenelus, quos magni animi, magnorumque geſtorum (ad Thebas) ſibi conſcii eſſe putat *Vimitor*, adeoque eos Homero opponit in laudibus rerum a Diomede ad Troiam geſtarum adeo parco.

Viri

Viri ſunt, conſentanea his [quae ad Thebas patrata ſunt] ad Troiam etiam patrantis.

III. Liceat & illud tibi de Sthenelo ſcire, quod vallum quidem ab Achiuis ductum ad Troiam fuerit nullum: nec eſt, quo vel naues, vel praedam muniuerint: ſed carmina de vallo oppugnato Homeri animo obuerſabantur ob quae vallum ab ipſo etiam eſt conſtructum. Et conſilium quidem ſtruendi valli Agamemnonem, tempore quo irae indulgebat irato Achilles, Proteſilaus fatetur inceſſiſſe, cui primus tamen contradixerit Sthenelus dicens: *Ego quidem ad demoliendos muros magis ſum idoneus, quam ad erigendos:* Diomedem quoque aduerſatum eſſe muro, aientem: *nimio ita honore affectum iri Achillem, ſi quidem poſtquam ille iratus eſt, noſmetipſos moenibus concluſerimus.* Aiacem autem refert toruum in regem intuentem, *O timide*, dixiſſe, *quid igitur clypei proſunt?* Cauum etiam equum Sthenelus repudiauit; non muri oppugnationem, ſed pugnae furtum hoc eſſe dicens.

IV. Bellica igitur virtute ſimiles erant, & aeque Troianis metuendi. Inferior tamen Diomede Sthenelus prudentia & orationis vi, corporiſque atque animi continentia extitit. Irae etenim is erat obnoxius, vulgique contemptor, & increpationibus aſper, quaeque ad victum ſpectant lautius ac delicatius, quam in caſtris conueniret, comparabat. Sed a Diomede his contraria fiebant omnia. Moderate enim in reprehenſionibus ſeſe gerebat, & iram intumeſcentem reprimebat: nec tamen multitudinem ſiue efferre ſe petulanter, ſiue animum abiicere patiebatur. Ipſe autem ſquallidum videri militem decere arbitrabatur, & vt occaſio ferret ſomnum capere probabat; cibiſque vtebatur, in quos incideret, nec vino indulgebat niſi laboribus eſſet defatigatus. Achillem au-

ἀνδρός ϖε ἐσὶ, ϖαραπλήσια τέτοις τοῖς ἐν ταῖς Θήβαις ἔργοις [9] καὶ ἐν Ιλίῳ ϖράτ]οντος.

Εγω κἀκεῖνό σοι ϖερὶ [1] τῦ Σθενέλυ εἰδέναι, ὡς τεῖχος μὲν ὐδὲν τοῖς Αχαιοῖς ἐξεποιήθη ἐν Τροίᾳ, ὐδὲ ἔσιν ᾧ ἐφράξαντο ἢ τὰς ναῦς, ἢ τὴν λείαν· ἀλλὰ τειχομαχίας ᾠδαὶ [2] Ομήρῳ ἐπενοήθησαν, δι' ἃς καὶ τὸ τεῖχος αὐτῷ ξυνετέθη. ὁρμὴν [3] μέν τοι τειχοποιίας ὁμολογεῖται [4] τὸν Αγαμέμνονα εἰσελθεῖν, μηνίοντος Αχιλλέως, ᾗ ϖρῶτον ἀντειρηκέναι τὸν Σθένελον, εἰπόντα· ἐγὼ μέν τοι ἐπιτηδειότερος τείχη καθαιρεῖν [5], ἢ ἐγείρειν. ἀντειρηκέναι δὲ καὶ τὸν Διομήδη τῷ τείχει, φήσαντα μεγάλων ἀξιῶσθαι τὸν Αχιλλέα, εἰ ξυγκλείσαιμεν ἑαυτὸς λοιπὸν, ἐπειδὴ ἐκεῖνος μηνίει. Αιας δὲ λέγεται, ταυρηδὸν ὑποβλέψας τὸν βασιλέα, δείλαιε εἰπεῖν, τί ὤν αἱ ἀσπίδες; καὶ τὸν ἵππον [7] δὲ τὸν κοῖλον ϖαρητεῖτο ὁ Σθένελος, ὡ τειχομαχίαν τῦτο εἶναι φάσκων, ἀλλὰ κλοπὴν τῆς μάχης.

Τὰ μὲν δὴ μάχιμα ὁμοίω ἦσην [1], καὶ ἴσω [2] τοῖς Τρωσὶ φόβω ἄξιοι. ἐλείπετο δὲ τῷ Διομήδυς ὁ Σθένελος ξύνεσίν τε καὶ λόγω ἰσχὺν, καὶ καρτερήσεις, ὁπόσαι ψυχῆς τέ εἰσι καὶ σώματος. ἐργῆς τε γὰρ ἥτ]ων ἦν, καὶ ὑπέρφρων τῦ ὁμίλυ, καὶ τραχὺς ἐπιπλήττεσθαι. καὶ τὰ εἰς τὴν δίαιταν, ἀβρότερον [3], ἢ ἐπὶ ϛρατοπέδυ ἐχρῆν, κατεσκέυαζο. Διομήδει δὲ τἀναντία τέτων ἐπράτ]ετο. μετρίως τε γὰρ ϖρὸς τὰς ἐπιπλήξεις [4] εἶχε, καὶ ἐκόλαζε τὸ ἐξοιδῶν τῆς ὀργῆς. ὑβρίζειν τε ὁ ξυνεχώρει τοῖς ϖλήθεσιν, ὐδὲ ἀθυμεῖν. αὐτός τε ἀυχμῶν φαίνεσθαι, ϛρατιωτικὸν ἡγεῖτο, καὶ τὸ ὡς ἔτυχε καθεύδειν ἐπῆνει, σιτία τε ἢν ἀ-

τῷ τὰ ἐπιτυχόντα. καὶ ὐδὲ οἴνῳ ἔχαιρεν, εἰ μὴ καθίκοιντο αὐτῦ ὰ ϖόνοι. τὸν δὲ Αχιλλέα ἐπή-

9 τοῖς ἐν ταῖς Θήβαις ἔργοις] haec exciderant editis, non abſolute quidem ad ſenſus integritatem neceſſaria, quae tamen, quod omnes MSS. agnoſcerent, addere non dubitauimus.

§. III. 14 κἀκεῖνό σοι ϖερὶ] cod. Barocc. & Colleg. Nou. habent κἀκεῖνα ϖερὶ.

2 ᾠδαὶ] vocem ταῦτα, quam hic addebant vulgati, obelo figendam duximus, ſic enim planiſſimus ſenſus. Homerus ſcilicet, quod valli oppugnati non inconcinna delineatio eius phantaſiae obuerſaretur, vallum a Graecis extructum finxit, vt in eius oppugnatione delineanda ingenii foecunditatem poſſet oſtentare. *Valli* autem Graecorum a Troianis oppugnati tum alibi mentio paſſim, tum Iliadis M' vbi Hector illud expugnaſſe narratur. Eamque de vallo ϖοίησιν aliis etiam confutatam memorat Dio Pruſaeenſis in *Troico* p. m. 172.

3 ὁρμὴν] hanc lectionem totus ſuadet contextus. Vulgati habent ὁρμή.

4 ὁμολογεῖται] *Proteſilaus* nempe, ex cuius relatione iſta narrantur.

5 τείχη καθαιρεῖν] quod Sthenelus dicit ad Thebanos muros reſpiciens, quos vna cum ceteris Epigonis diruerat, quo pertinent paulo ante allegati ex Homero verſus.

6 ἑαυτὰς λοιπὸν ἐπειδὴ] cod. Barocc. ἑαυτὰς μὲν ἐπειδή.

7 κὴν τὸν ἵππον] cod. Coll. Noui κὴν δὴ τὸν ἵππ. Equum autem intelligi manifeſtum, quo capta Troia eſt, & qui Epei fuit inuentum, vt ſupra in Proteſilao dictum.

§. IV. 1 ὁμοίω ἦσην] Diomedes ſcilicet & Sthenelus. Nempe concluſionem hic facit ex hucuſque dictis contra Homerum, qui Stheneli virtutem obſcuraueraat, qua parem tamen eum Diomedi fuiſſe Proteſilaus teſtabatur.

2 ἴσω] cod. Barocc. & Colleg. Nou. ἴσοι habent.

3 ἀβρότερον] cod. Barocc. ἀβρότερα.

4 ϖρὸς τὰς ἐπιπλ.] ϖρὸς exciderat in Morell. Agnoſcunt Aldina & MSS. omnes.

νει μὲν, ἃ μὴν [5] ἐξεπέπληκτό γε, ἁδὲ ἐθεράπευεν, ὥσπερ οἱ πολλοί. καὶ ἀνέκραγέ ποτε ὁ Πρωτεσίλεως ἐπ' ἐκείνοις τοῖς ἔπεσιν, οἷς ὁ Διομήδης ποιεῖται λέγων,

Μὴ ὄφελες [6] λίσσεσθαι ἀμύμονα Πηλείωνα,
Μυρία δῶρα διδούς. ὄδ' ἀγήνωρ ἐστὶ καὶ ἄλλως.

ταῦτα γὰρ τὸν Ομηρον ὡς συρατιώτην ἔφη εἰρηκέναι, καὶ οὐχ ὡς ὑποτιθέμενον [7], ἀλλ' αὐτὸν ξυγγεγονότα τοῖς Αχαιοῖς ἐν Τροίᾳ. τὸν γὰρ Διομήδη καθάπτεσθαι τοῦ Αχιλλέως, παρὰ τὴν μῆνιν τρυφῶντος ἐς τοὺς Ελληνας. τὰ δὲ εἴδη ἀμφοῖν, τὸν μὲν Σθένελον εὐμήκη ὁ Πρωτεσίλεως οἶδε, καὶ ἀνεσηκότα, γλαυκόν τε καὶ γρυπὸν, καὶ οἷον κομῶντα· ὑπέρυθρόν τε καὶ ἕτοιμον τὸ αἷμα. τὸν Διομήδη δὲ βεβηκότα [8] τε ἀναγράφει, καὶ χαροπὸν, καὶ ὄπω μέλανα, καὶ ὀρθὸν τὴν ῥῖνα, καὶ ὄλη δὲ ἡ κόμη, καὶ σὺν ἀυχμῷ.

tem laudibus quidem prosequebatur, non cum stupore mirabatur tamen, neque colebat vt multi. Laetumque aliquando exclamasse memini Protesilaum, versuum istorum recordatum, quibus Agamemnoni dixisse fingitur:

Nil tibi profuerit Pelidem orasse superbum,
Et donis placare, satis iamiam ecce ferocem.

Haec enim Homero [ita luculenter] dicta ait, ac si ipse in castris illis fuisset, non vt qui loco conuenientia dicat tantum, sed vt qui cum Achiuis ad Troiam sit versatus. Diomedem namque mordere sueuisse Achillem ait, prae ira Graecis insultantem. Quod autem ad vtriusque corporis formam attinet, Sthenelum quidem procerum agnoscit Protesilaus, & erectum, caesiumque, & aduncо naso, & quasi comantem, rubore autem suffusum & sanguine promptum. Diomedem vero quadratum depingit ac fuscum, neque nigrum tamen, & rectum nares, crispa vero ei coma et squaloris haut expers.

Φιλοκτήτης δ', ὁ Ποίαντος, ἐστράτευσε μὲν ὀψὲ τῶν Τρωϊκῶν, ἄρισα δὲ ἀνθρώπων ἐτόξευσεν, Ηρακλέους φασὶ τοῦ Αλκμήνης μαθὼν αὐτό. καὶ κληρονομῆσαι λέγεται τῶν τόξων, ὁπότε Ηρακλῆς, ἀπιὼν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, αὐτόν τε παρεσήσατο [1], καὶ τὸ ἐν τῇ Οιτῃ πῦρ. τοῦτον ἐν Λήμνῳ φασὶν [2] ἄτιμον καταλειφθῆναι τοῖς Αχαιοῖς, ὕδρᾳ ἐνσκήψαντος αὐτῷ ἐς τὸν πόδα, ὑφ' ἧς νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον, καὶ μαντευτὸν [3] τοῖς Αχαιοῖς ἐλθεῖν ὕστερον ἐπὶ τὸν Πάριν [4]. ὃν ἀποκτείνας, τὴν μὲν Τροίαν ἑλεῖν τοῖς Ηρακλέους τόξοις αὖθις, ἰαθῆναι δὲ ὑπὸ τῶν Ασκληπιαδῶν [5] αὐτός. ταῦτά φησιν ὁ Πρωτεσίλεως ἁ παραπολὺ τῆς ἀληθείας εἰρῆσθαι. τά τε γὰρ τόξα τοῦ Ηρακλέους εἶ-

At Poeantis filius Philoctetes sub exitum quidem Troiani belli militauit demum, hominum vero optime sagittas emisit, ab Hercule, vt aiunt, Alcmenes filio, id edoctus. Diciturque hereditario iure arcum accepisse, cum Hercules naturam iam relinquens mortalem, & ipsum, & in Oeta ignem praesto sibi esse iuberet. Hunc neglectum a Graecis in Lemno relictum ferunt, eo quod natrix pedem eius inuasisset: ex quo ipsum aiunt iuxta altum littus in saxo procumbentem aegrotasse, posteaque, vt aduersus Paridem pugnaret, ad Graecos oraculi iussu esse accersitum. Quem cum interfecisset, Troiam quidem Herculis arcu inde captam, ipsum vero ab Aesculapii filiis curatum dicunt. Haecque ait Protesilaus non multum a veritate abludere dicta. Herculis enim arcum talem, qua- Cap. V. Philoctetes.

---

5 ἃ μὴν] sic Aldina & omnes MSS. etiam Gruter. & Salmas. Morelliana ἁ μὴ.

6 μὴ ὄφελ.] extat locus Iliad. Ι' v. 694.

7 ἐχ' ὡς ὑποτιθέμενον] ὑποθέσεις sophistarum notae, quibus ex vetere historia vel fabula fistebantur oratoria fictione, verba qui facerent, personae suae fortunisque conuenientia. Earum frequentia exempla apud Philostratum in vitiis Sophistarum habes. Homerum igitur hoc loco Protesilaus, versum, qui allegatur, Diomedi tribuentem, non quasi qui oratoria & poetica virtute ex ingenio personis conuenientes sermones tribuat, ait fecisse, quod est ὑποτίθεσθαι, sed quasi historiam scribat, referatque ea, quibus ipse interfuisset.

8 βεβηκότα] Salmas. legit εὖ βεβηκότα. Et sane ita *Palamede* §. IX. ἓν παῖδα τετράγωνος καὶ εὖ βεβηκέναι ei heroi tribuitur.

CAP. V. §. I. 1 αὐτόν τε παρεσήσ.] παρίσασθαι *adhocandi* significatione non ignotum, vt παρίσασθαι μάτυρας. Et *Philoctetem* autem & *rogum* παρεσήσατο, quasi *aduocauit*, & praesto sibi esse voluit Hercules, hunc quo *arderet*, illum vt *accenderet*. Fabulam habes apud Hyginum fab. XXXVI. & autores ibi a docto eius interprete allegatos: adde Brodaeum Misc. l. I. c. 5.

2 τοῦτον ἐν Λήμνῳ φασὶν &c.] vide rursus Hyginum fab. CII. & ad eum Munkerum. Homer. Iliad. Β' v. 721. sq.

3 μαντευτὸν] sic cod. Baroccian. & Laudian. Aldina μαντευτήν. Morellian. μαντευτικήν. Nempe oraculo edocti fuerant Graeci, sine Herculis sagittis, quas habebat Philoctetes, Troiam capi non posse. vide Hygin. l. c. oraculum illud *Helenum* edidisse Tzetzes autor est ad Lycophron. v. 911.

4 ἐπὶ τὸν [Πάριν] i. e. contra Troiam, Paridis enim causa erat, quae ad Troiam agebatur.

5 ὑπὸ τῶν Ασκληπιαδῶν] a Machaone nempe, a quo vt sanatus fuerit, diligenter exponit Tzetz. ad Lycophron. v. 911.

lem

lem celebrant, extitisse memorat: Philoctetem etiam in Oetae certamine ipsi praesto fuisse, & arcu potitum discessisse, solumque nouisse mortalium, vt adducere illum oporteat. Obtinuisse autem illustria ob Ilium captum praemia.

II. Quae vero ad morbum, & ad eos qui ipsum curarunt pertinent, aliter refert. Relictum enim quidem in Lemno esse Philoctetem, non tamen medicis destitutum, nec a Graecis neglectum. Multos enim apud eum mansisse illorum qui Meliboeam incolunt, horum namque dux erat. Achiuisque lacrymas esse obortas, quod ipsos vir fortis ac plurimis anteponendus reliquisset. Sanatum autem eum statim terra Lemnia esse, in quam cecidisse Vulcanus dicitur. Gleba autem insanos quidem expellit morbos, sanguinis vero profluuium sistit, soliusque ex serpentino genere natricis morsui medetur. Eo autem, quo Graeci ad Troiam vixere, tempore Philoctetes vna cum Euneo, Iasonis filio, paruas expugnauit insulas, Cares, a quibus obtinebantur, expellens. Merces vero lati auxilii Lemni pars ei obtigit, quam Philoctetes, quod in Lemno curatus esset, Acesam appellauit.

III. Inde eum Diomedes, ac Neoptolemus Troiam lubentem adduxere, cum vniuersorum Graecorum nomine eum interpellassent, oraculumque de arcu ei praelegissent, ex Lesbo, vt ait [Protesilaus,] allatum. Vsos enim quidem patriis etiam oraculis esse Graecos, Dodonaeo scilicet & Pythio, & quaecunque oracula celebrabantur in Boeotia & Phocide. Cum Lesbus tamen haud procul ab Ilio distaret, ad oraculum quod ibi erat legatos miserunt Graecos: vaticinia autem id, vt puto, edebat, ab Orpheo profecta. Eius enim caput, post mulierum facinus, specum Lesbiam habitauit, & in terra excauata oracula fudit. Vnde

ναι, ὁποῖα ὕμνηται, καὶ τὸν Φιλοκτήτην ξυλλαβεῖν αὐτῷ τῶ ἐν τῇ Οἴτῃ ἄθλω. τὰ τόξα τε ἀπελθεῖν ἔχοντα, καὶ μόνον ἀνθρώπων γινώσκειν ὡς χρὴ ἕλκειν αὐτά. τυχεῖν τε ἀρίστειων λαμπρῶν ἐπὶ τῇ ἁλώσει τῆ Ἰλίε.

Τὰ δὲ τῆς νόσε, καὶ τῶν ἰασαμένων αὐτὸν, ἑτέρως λέγει. καταλειφθῆναι μὲν γὰρ ἐν Λήμνῳ τὸν Φιλοκτήτην, ὡ μὴν ἔρημον τῶν θεραπευσόντων, οὐδὲ ἀπερριμένον τῶ Ἑλληνικῶ. πολλάς τε γὰρ τῶν Μελίβοιαν οἰκόντων, ξυγκαταμεῖναι, στρατηγὸς δὲ τούτων ἦν [1]. τοῖς τε Ἀχαιοῖς δάκρυα ἐπελθεῖν, ὅτι ἀπέλιπε σφᾶς ἀνὴρ πολεμικὸς, καὶ πολλῶν ἀντάξιος. ἰαθῆναι δὲ αὐτὸν αὐτίκα ὑπὸ τῆς βώλε τῆς Λημνίας, εἰς ἣν λέγεται πεσεῖν ὁ Ἥφαιστος [2]. ἡ δὲ βῶλος [3] ἐλαύνει μὲν τὰς μανικὰς νόσους, ἐκραγὲν δὲ αἷμα ἴσχει [4], ὕδρε δὲ ἰᾶται δῆγμα μόνε ἑρπετῶν. ὧν δὲ ἐτρίβοντο οἱ Ἀχαιοὶ χρόνον ἐν τῷ Ἰλίῳ, τοῦτον ὁ Φιλοκτήτης Εὐνέῳ [5], τῷ Ἰάσωνος, συνεξῄρει τὰς φυκιὰς τῶν νήσων, Κάρας ἐξελαύνων, ὑφ' ὧν κατείχοντο. καὶ μισθὸς τῆς ξυμμαχίας αὐτῷ μοῖρα τῆς Λήμνε ἐγένετο, ἣν Ἀκεσαν ὁ Φιλοκτήτης ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ ἐν Λήμνῳ ἰάθη.

Ἐκεῖθεν αὐτὸν Διομήδης καὶ Νεοπτόλεμος [1] ἑκόντα ἐς Τροίαν ἤγαγον, ἱκετεύσαντες ὑπὲρ τῶ Ἑλληνικῶ, καὶ ἀναγνόντες αὐτῷ τὸν ὑπὲρ τῶν τόξων χρησμὸν, ἐκ Λέσβε, ὥς φησιν, ἥκοντα. χρῆσθαι μὲν γὰρ καὶ τοῖς οἴκοι μαντείοις τὸς Ἀχαιὸς, τῷ τε Δωδωναίῳ, καὶ τῷ Πυθικῷ, καὶ ὁπόσα μαντεῖα εὐδόκιμα Βοιώτιά τε ἦν καὶ Φωκικά. Λέσβε δὲ ὀλίγον ἀπεχούσης τῶ Ἰλίε [2] ἔσελλον ἐς τὸ ἐκεῖ μαντεῖον τὸς Ἕλληνας· ἔχρα δὲ οἵμαι ἐξ Ὀρφέως [3]. ἡ κεφαλὴ γὰρ, μετὰ τὸ τῶν γυναικῶν ἔργον [4] ἐς Λέσβον κατασχοῦσα, ῥῆγμα τῆς Λέσβε ὤκησε, καὶ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ ἐ-

---

§. II. 1 στρατηγὸς δὲ τούτων ἦν] vid. Homer. Il. B' v. 717.

2 εἰς ἣν λ. πεσ. ὁ Ἥφαιστος] coelo deiectus ob deformitatem a matre Iunone. vide Valer. Flacc. l. II. Fabulam eiusque originem exponit etiam Eustath. ad Iliad. A' adde Bochart. lib. I. Geogr. S. c. 12.

3 βῶλος] vox ista deerat in MS. Barocc. & Colleg. Noui. Certe carere illa possumus.

4 ἐλαύνει τὰς μανικ. νόσους, ἐκραγ. δὲ αἷμα ἴσχει &c.] insignis eam in rem magno Bocharto l. c. obseruatus Galeni locus, qui in Lemnum profectus, vt terrae Lemniae vires cognosceret, quendam refert se conuenisse, qui ἐπὶ τραυμάτων καὶ παλαιῶν, καὶ δυσιάτων, ἰχνοδήκτων δὲ, καὶ ὅλως θηριοδήκτων, ἐπί τε τῶν θανασίμων φαρμάκων, ὡ προδιδὸς μόνον, ἀλλά τε καὶ ἐπιδιδὸς ἔχοιτο τῇ σφραγίδι, i. e. *terra sigillata*, quae alias *Lemnia*.

5 Εὐνέῳ] sic cod. Barocc. & Colleg. Noui. Editi habebant Εὐναίῳ male. Idem vitium apud Hyginum fab. XV expunxere viri docti. Εὐνεως dicitur Straboni. Εὐηος Homero Iliad. H' v. 469. quod idem esse Etymologus docet. Inde vero emendandos Apollodorum & Apostolium, qui Εὐηνον vocant, iam monitum viris doctis.

§. III. 1 Διομηδ. καὶ Νεοπτολ.] Hyginus fab. CII. Vlysses & Diomedem ad id missos ab Agamemnone ait.

2 τῶ Ἰλίε] cod. Laud. τῆς Ἰλίε adduntque vocem ἀκρὶς editi, quam omittebant omnes MSS. nostri.

3 ἔχρα δὲ οἵμαι ἐξ Ὀρφ.] vide de hoc Orphei oraculo ad vitam Apollonii Tyan. l. IV. c. 14.

4 ἔργον] vocem omittit Barocc.

χρη-

χρησμῴδει. ὅθεν ἐχρῶντο τότε αὐτῇ τὰ μαντικὰ Λέσβιοί τε καὶ τὸ ἄλλο ξύμπαν Αἰολικὸν, καὶ Ἴωνες Αἰολεῦσι πρόσοικοι· χρησμοὶ δὲ τῷ μαντείῳ τούτῳ καὶ ἐς Βαβυλῶνα ἀνεπέμποντο. πολλὰ γὰρ καὶ ἐς τὸν ἄνω βασιλέα[5] ἡ κεφαλὴ ἥδε. Κύρῳ τε τῷ ἀρχαίῳ χρησμὸν ἐντεῦθεν ἐκδοθῆναι λέγεται· "τὰ ἐμὰ, ὦ Κύρε, σά". καὶ ὁ μὲν ὅτως ἐγίνωσκεν· ὡς Ὀδρύσας τε καὶ τὴν Εὐρώπην καθέξων, ἐπειδὴ Ὀρφεὺς ποτὲ, μετὰ τῆς σοφῆς καὶ δυνατὸς γενόμενος, ἀνά τε Ὀδρύσας ἴσχυσεν, ἀνά τε Ἕλληνας, ὁπόσοι τελεταῖς ἐθείαζον[6]. ὃδ' οἶμαι τὰ ἑαυτῷ πρίσεσθαι ἐδήλου τὸν Κῦρον. ἐλάσας γὰρ Κῦρος ὑπὲρ ποταμὸν Ἴστρον, ἐπὶ Μασσαγέτας τε καὶ Ἰσσηδόνας, τὰ δὲ ἔθνη ταῦτα Σκύθαι, ἀπέθανέ τε ὑπὸ γυναικὸς[7], ἣ τούτων ἦρχε τῶν βαρβάρων, καὶ ἀπέτεμεν ἡ γυνὴ τὴν Κύρου κεφαλὴν, καθάπερ αἱ Θρᾷτται τὴν Ὀρφέως. τοσαῦτα, ξένε, περὶ τοῦ μαντείου τούτου τοῦ Πρωτεσίλεώ τε καὶ Λεσβίων ἥκουσα. ἐλθεῖν δὲ ἐς Τροίαν τὸν Φιλοκτήτην ἔτε νοσοῦντα, ἔτέ νενοσηκότι ὅμοιον, ἀλλὰ πολιὸν μὲν ὑφ' ἡλικίας, ἑξήκοντα γάρ πω ἔτη γεγονέναι, σφριγῶντα δὲ παρὰ πολλοὺς τῶν νέων, βλέπειν τε δεινότατα ἀνθρώπων, καὶ βουλευμάτων ξυντίθεσθαι.

tum quidem eo vtebantur in occultis indagandis Lesbii, ceterique Aeoles omnes, atque Aeolibus finitimi Iones: responsaque huius oraculi Babylona etiam mittebantur. Multa etenim ad Persarum quoque regem pertinentia caput hoc cecinit, Cyroque priori redditum inde oraculum ferunt, *Mea, o Cyre, tua.* Idque ille quidem sic interpretabatur, quod Odrysis atque Europa sit potiturus, quandoquidem Orpheus, cum sapientia potentiam quoque adeptus, inter Odrysas autoritate valuisset, Graecosque inter, quotquot mysteria celebrabant. Orpheus vero, vt puto, quae sibi contigissent Cyro obuentura indicabat. Expeditionem enim Cyrus trans Istrum aduersus Massagetas suscipiens atque Issedones, gentes autem istae Scythicae sunt, a muliere, quae his barbaris imperabat, interfectus est, Cyrique caput mulier abscidit, sicuti Thressae caput Orphei. Atque haec quidem, o hospes, de hoc oraculo a Protesilao ac Lesbiis accepi. Philoctetem autem, non modo non aegrotantem, sed ne aegrotanti quidem similem, ad Troiam venisse, sed prae senio quidem canum, sexaginta enim annos natum fuisse, magis tamen quam iuuenum plerique vigentem: hominumque acerrime vidisse, & breuissimis sermonem sententiis absoluisse, pauciscque consiliorum calculum addidisse.

Ἀγαμέμνονα δὲ, καὶ Μενέλεων, ἔτε τὸ εἶδος ὁμοίω γενέσθαι φησιν, ἔτε τὴν ῥώμην. τὸν μὲν γὰρ ἐν αὐτουργίᾳ[1] τῶν πολεμικῶν εἶναι, μαχόμενόν τε ἀδεὲς τῶν ἀρίστων ἧττον, καὶ, ὁπόσα ἐς βασιλέα ἥκει, πρᾶττοντα. γινώσκειν τε αὐτὸν ἃ χρὴ τὸν ἄρχοντα, καὶ ὅ, τι ἕτερος γνοίη πείθεσθαι. πρέπειν τε τῇ Ἑλλήνων ἀρχῇ, καὶ δι' αὐτὸ τὸ εἶδος[2]. σεμνὸν γὰρ καὶ μεγαλοπρεπῆ φαίνεσθαι, καὶ οἷον ταῖς χάρισι θύοντα. τὸν δὲ Μενέλεων μάχεσθαι μὲν μετὰ τοὺς πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἀποχρῆσθαι δὲ τῷ ἀδελφῷ πάντα. καὶ τυγχάνοντα[3] προθύμῳ τε καὶ εὔνῳ τῷ Α-

Agamemnonem autem, ac Menelaum, nec specie nec fortitudine similes ait fuisse. Illum enim quidem bellica opera ipsum esse molitum, neminique fortissimorum virorum pugna fuisse inferiorem, &, quicquid regis esset, fecisse. Sciuisse autem & ipsum quae principem deceant, & alii, si quid eum decere monuisset, obtemperasse. Ex dignitate autem Graecorum imperio praefuisse, vel ob ipsam corporis formam. Grauem enim ac magnificum specie fuisse, & quasi Gratiis litantem. Menelaum vero pugnando pleriisque Graecorum fuisse inferiorem, vsumque eum fuisse fratre ad omnia. Promtumque licet ac beneuolum Agamemno- Cap. VI Agamemnon & Menelaus.

5 *εἰς τὸν ἄνω βασιλέα*] Persia respectu Graeciae est *τῶν ἄνω τόπων*. Sic Athenaeus l. III. *Πέρσας τε καὶ τοὺς ἄνω τόπους* dicit. Hinc *ὁ ἄνω βασιλεὺς* Rex Persiae, quem, vt alibi obseruauimus, vulgo *βασιλέα μέγαν* vocant.

6 *ὁπόσ. τελεταῖς ἐθείαζ.*] argumentum limitum imperii, quod Orpheus in Graecia tenuit, *τελετὰς* adducit: nempe vbi illae in vsu, ibi imperauit Orpheus, qui autor sacrorum istorum rituum extitit.

7 *ἀπέθανε τε ὑπὸ γυναικὸς*] Tomyris illa vel Tamyris, res notissima ex Herodoto inprimis l. I. & Iustino l. I. c. 8. taceo Lucianum, Valerium Maximum, Ammianum Marcellin. Orosium &c. qui leuiter rem perstrinxerunt.

CAP. VI. 1 *ἐν αὐτουργ.*] *ἐν* adieci ex cod. Barocc. & Colleg. Nou. Gruter. legendum suspicabatur *τὰ ἔργα*. Salmas. *αὐτεργόν*.

2 *δι' αὐτὸ τὸ εἶδος*] formam Agamemnonis egregiam describit Homer. Iliad. B' v. 477. sq. item Γ' v. 166. seq. & ceteras quoque eiusdem laudes, a Protesilao hic ei concessas, passim inculcat idem poeta.

3 *τυγχάνοντα*] cod. Laud. *τυγχάνοντας*, verbo hoc *existendi* significatum obtinente & ad *Agamemnonem* relato. Sed retinendum *τυγχάνοντα* significatu *nanciscendi*, & referendum ad *Menelaum*.

nem

nem nactus esset, ipsi tamen inuidisse etiam in illis, quae pro seipso egisset, eo quod imperare quidem & ipse vellet, imperio vero dignus neutiquam haberetur. Itaque Orestem, cuius Athenis atque apud Graecos insignis gloria fuit, quoniam patrem [Agamemnonem] vltus est, Argis quidem periclitantem, si vel ipse ab Argiuis misere trucidatus fuisset, neglecturus erat, ni Orestes impetu in eos facto cum Phocensibus, foedere sibi iunctis, illos pessum dedisset, patriumque imperium, inuito etiam Menelao, recuperasset. Adolescentum autem more nutrisse comam Menelaum ait. Quoniam Spartani tamen comam alebant, Achiuos ei, quod patrium morem seruaret, condonasse. Neque enim etiam ex Euboea profectos, licet ridicule comantes, perstringebant. Disseruisse autem eum maiore quam quisquam mortalium facilitate dicit, breuibusque sententiis valuisse, suauitatem orationi admiscentem.

Cap. VII. Idomeneus.

Cretensem Idomeneum Protesilaus in Ilio non agnoscit [fuisse], sed in Aulide cum essent, legationem ab Idomeneo venisse ait, Cretensium auxilia offerentem, si particeps quidem vna cum Agamemnone imperii ipse reddatur. Atque Agamemnonem quidem moderato animo haec accepisse, legatumque in concionem produxisse. Eum vero clara voce ac elata dixisse, *Dat vobis, o Achiui, vir, Minois Cretensis imperium habens, centum socias ad bellum ciuitates, vtque per lusum Troiam capere valeatis: hoc solum rogat, vt aequo cum Agamemnone honore habeatur, vobisque perinde vt ille auspicia praebeat.* Ad haec cum Agamemnon dixisset, *Ego autem vel omnino cedere imperio paratus sum, si me visus praestantior fuerit;* prodiisse ait Telamonium Aiacem, atque ita disseruisse: *Nos tibi, o Agamemnon, principatum detulimus, & vt ordo contineret exercitum, & ne penes multos esset imperium. Militamus autem,*

γαμέμνωνος, ὅμως βασκαίνειν αὐτῷ καὶ ὧν ὑπὲρ ἑαυτῦ ἔπρατ]εν, ὑπὸ τῦ ἄρχειν μὲν καὶ αὐτὸς [4] ἐθέλειν, μὴ ἀξιῦσθαι δέ. τὸν γῦν Ορέσην, Αθήνησι μὲν καὶ παρὰ τοῖς Ελλησιν εὐδοκιμῦντα, ἐπειδὴ τῷ πατρὶ ἐτιμώρησεν, ἐν δὲ τῷ Αργει κινδυνέυοντα [5], βληθέντα [6] ἂν περιεῖδεν ὑπὸ τῶν Αργείων, εἰ μὴ Ορέσης ἐμπεσὼν τύτοις, μετὰ ξυμμάχων φωκέων, τὺς μὲν, ἐτρέψατο, τὴν δὲ ἀρχὴν [7] τῦ πατρὸς, καὶ ἄκοντος τῦ Μενέλεω, κατεκτήσατο. κομᾶν δὲ τὸν Μενέλεων μειρακιωδῶς φησιν. ἐπεὶ δὲ ἡ Σπάρτη ἐκόμα, ξυγγινώσκειν αὐτῷ τὺς Αχαιὺς [8], ἐπιχωριάζοντι. ὧδε γὰρ τὺς ἀπ' Ευβοίας ἥκοντας [9] ἐτώθαζον, καί τοι γελοίως κομῶντας. διαλεχθῆναί δὲ αὐτὸν [10] ῥᾷστα ἀνθρώπων φησὶ, καὶ βραχυλογώτατα, ξυγκεραννύοντα ἡδονὴν τῷ λόγῳ.

Κρῆτα Ιδομενέα ὁ Πρωτεσίλεως οὐκ οἶδεν ἐν Ιλίῳ [1]· ἀλλ' ἐν Αυλίδι ὄντων, πρεσβείαν ἀφικέσθαι παρ' Ιδομενέως φησὶν, ὑπισχνεμένε τὸ Κρητῶν ξυμμαχικὸν, εἰ ξυμμετέχοι τῆς ἀρχῆς τῷ Αγαμέμνονι. τὸν μὲν δὴ Αγαμέμνονα, σωφρόνως τε ἀκῦσαι ταῦτα, καὶ παραγαγεῖν τὸν ἥκοντα. τὸν δὲ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, καὶ φρονηματώδει [2], "ὦ Αχαιοὶ, φάναι, ἀνὴρ, τὴν Μίνω τῦ Κρητὸς ἀρχὴν ἔχων, δίδωσιν ἡμῖν ξυμμά-„χους ἑκατὸν πόλεις [3], καὶ ὡς τὴν Τροίαν ἑλεῖν „παίζοντας. ἀξιοῖ δὲ συντετάχθαι τῷ Αγα-„μέμνονι, καὶ ἄρχειν ὑμῶν, ὥσπερ [4] ἕτος". „πρὸς ταῦτα εἰπόντος τῦ Αγαμέμνονος· "ἐγὼ δὲ καὶ πάσης τῆς ἀρχῆς παραχωρεῖν ἕτοιμος, „εἰ βελτίων ἐμῦ φαίνοιτο". παρελθεῖν φησι „τὸν Τελαμῶνος Αιαντα, καὶ διαλεχθῆναι ὧδε· ἡμεῖς, Αγάμεμνον, δεδώκαμέν [5] σοι τὴν ἡγε-„μονίαν, ὑπὲρ ἐυταξίας τῦ στρατῦ, καὶ τῦ μὴ πολλὺς ἄρχειν. στρατεύομεν δὲ οὐχ ὑ-„πὲρ

---

4 ὑπὸ τῦ ἄρχειν μὲν καὶ αὐτὸς] cod. Barocc. ὑπὸ μὲν τῦ ἄρχειν αὐτὸς &c. Καὶ etiam omittebat cod. Coll. Noui.

5 ἐν δὲ τῷ Αργει κινδυνέυοντα] periclitabatur autem *Aegistho*, qui *Agamemnonem*, patrem *Orestis*, obtruncauerat, matrem *Clytemnestram* adulterio polluerat, *Argos* tenente.

6 βληθέντα] Morellian. βληθέντα, typographorum vitio. Gruterus ex coniectura, vti videtur, ἐπιβληθέντα legebat, quod & apud Salmas. inuenio.

7 τὺς μὲν ἐτρέψ. τὴν δὲ ἀρχὴν] sic omnes MSS. nostri. Editi τὺς μ. ἐτρέψατο τὺς δὲ καταπλήξας τὴν ἀρχήν.

8 τὺς Αχαιὺς] at & Αχαιὺς καρηκομόωντας passim Homerus appellat, vt ipsos quoque Troianis temporibus *comam* necesse sit aluisse, vid. Homerum Iliad. Β' v. 11. & ad eum Eustathium. Nostrumque infra *Achille* §. 12. quo mortuo *comam* eos totondisse ait.

9 τὺς ἀπ. Ευβοίας ἥκοντας] vbi comatos fuisse viros colligas quoque ex Plutarcho Quaest. Rom.

10 δὲ αὐτὸν] sic Barocc. Editi τὲ αὐτόν.

CAP. VII. 1 οὐκ οἶδεν ἐν Ιλίῳ] male interpres: *Idomeneum Protesilaus non vidit.* Sensus est Protesilaum non agnoscere Idomeneum praesentem in Ilii oppugnatione, quod Homerus tamen prodidit, quem vbique in *Heroicis* hisce tangit noster.

2 φρονηματώδει] sic cod. Laudian. quod praeferrem lectioni vulgatae φρονιμώδει.

3 ἑκατὸν πόλεις] notum Cretae epitheton ἑκατόμπολις, vid. Homer. Iliad. Δ' v. 649. & Meursium in *Creta*.

4 ὥσπερ] cod. Barocc. & Colleg. Noui ὥπερ.

5 δεδώκαμεν] iidem habent ἐδώκαμεν.

"πὲρ τῦ δηλέυειν ἢ σοὶ, ἢ ἑτέρῳ, ἀλλ' ὑπὲρ "τῦ καταδηλώσασθαι Τροίαν. ἢν λάβοιμεν, ὦ "θεοὶ, λαμπρὰ καὶ καλὰ ἐργασάμενοι. τοιῦ- "τοι γάρ ἐσμεν τὰς ἀρετάς, οἷοι Τροίαν μὲν ἐ- "σπεδακότες λαβεῖν, Κρήτην δὲ παίζοντες.

non vt vel tibi, vel alii seruiamus, sed vt Troiam in seruitutem redigamus: quam vtinam capiamus, o Dii, multis patratis praeclaris ac pulcris facinoribus! Ea enim virtute sumus, vt qui Troiam quidem labore, Cretam per ludum expugnare valeamus.

Αἴαντα δὲ, τὸν Λοκρὸν, τὰ μὲν πολεμικὰ φησι κατὰ Διομήδη τε καὶ Σθένελον γεγονέναι, ξυνετὸν δὲ ἧττον δόξαι, προσέχειν τε ἁδὲν τῷ Αγαμέμνονι. πατρός τε γὰρ εἶναι Λοκρῶν δυνατωτάτε, στρατιάν τε ἐκ ἀφανῆ ἄγειν· "ἁδὲ "δηλέυσειν ποτὲ ἑκών, ἔστ' ἂν Ατρείδαις, ἔστ' "ἄλλῳ ἁδενὶ, ἐς' ἂν ἥδε ἀστράπτῃ", τὴν αἰχμὴν δεικνὺς ταῦτ' ἔλεγε, γοργὸν βλέπων, καὶ ἀναχαιτίζων τὴν κόμην, ὑπὸ τῦ τῆς γνώμης ἑτοίμε. καὶ τὰς μὲν ἄλλας ἔφασκεν, ὅσοι προσεῖχον τῷ Αγαμέμνονι, ὑπὲρ τῆς Ελένης ἥκειν· ἑαυτὸν δ' ὑπὲρ τῆς Ευρώπης. δεῖν γὰρ δὴ, Ελληνας ὄντας, κρατεῖν βαρβάρων [2] τι. εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ χειρόηθη δράκοντα [3], πεντάπηχυν τὸ μῆκος [4]. ὃν ξυμπίνειν τε καὶ ξυνεῖναι τῷ Αιαντι, καὶ ὁδῶν ἡγεῖσθαι, καὶ ξυνομαρτεῖν, οἷον κύνα.

Cap. VIII. Aiax Locrenſ.

Locrenſem autem Aiacem in bellicis quidem rebus Diomedi ac Sthenelo proximum fuiſſe ait, ſed minus prudentem exiſtimatum, nullaque re Agamemnoni eſſe obſequutum. Patrem enim habuiſſe Locrenſium fortiſſimum, neque ignobilem adduxiſſe exercitum: *ſponte nec Atridis, nec cuipiam alii vnquam ſe ſeruiturum*, [profeſſum,] *donec haec fulgeat*, haſta enim oſtenſa haec dixit, toruumque intuens, & comam quatiens praementis feruore. Et ceteros quidem, qui Agamemnonem ſequebantur, Helenae, ſeipſum vero Europae cauſa veniſſe dictitabat. Fas eſſe enim, vt, Graeci qui ſint, barbaris ſuperiores exiſtant. Fuiſſe autem ipſi & manſuetum draconem, quinque cubitorum longitudine, qui cum Aiace & potauerit, & apud eum fuerit, inque itineribus ei ducem ſeſe praebuerit, atque canis more eum fuerit ſequutus.

Τὴν δὲ Κασάνδραν ἀποσπᾶσαι μὲν ἀπὸ τῦ τῆς Αθηνᾶς ἕδρας, προσκειμένην τῇ θεῷ, καὶ ἱκετεύσασαν. ἁ μὴν βιάσασθαί γε, ἁδὲ ὑβρίσαι ἐς αὐτὴν, ὁπόσα οἱ μῦθοι ἐπιψεύδονται [1]. ἀλλὰ ἀπαγαγεῖν [2] μὲν ἐς τὴν ἑαυτῦ σκηνὴν, τὸν δὲ Αγαμέμνονα, ἰδόντα τὴν Κασάνδραν [3], πρὸς γὰρ τῇ ὥρᾳ καὶ κατέσεπτο παρὰ τῆς τέχνης, ἁλῶναί τε δὴ [4] αὐλίκα τῆς κόρης, καὶ ἀφελέσθαι αὐτὴν τὸν Αιαντα. ἔρεδός τε αὐτοῖς ἐν τῷ δασμῷ γενομένης, ὁ μὲν ἠξίε ἑαυτῦ εἶναι ἃ εἵλεν, ὁ δὲ ἔστ' ἀπεδίδε, καὶ ἀσεβῆσαι αὐτὸν ἐς τὴν Αθηνᾶν ἔφασκε. καθεῖντο δὲ τῷ Αγαμέμνονι καὶ λογοποιοὶ [5] ἐς τὸ Ελληνικὸν, διὰ τὸ ἀεὶ

II. Eundem Caſſandram abſtraxiſſe a Palladis ſimulacro, Deae affixam ac ſupplicantem. Non tamen violaſſe, nec proterue adverſus eam patraſſe quae fabulae mentiuntur. Verum abduxiſſe quidem ad tentorium ſuum. Agamemnonem vero, cum Caſſandram vidiſſet, nam pulcritudini ab arte quoque ornatus acceſſerat, puellae amore confeſtim fuiſſe captum, ipſamque Aiaci eripuiſſe. Ortaque inter ipſos in praedae partitione controuerſia, hic quidem ſua eſſe cenſebat, quae ceperat: ille vero non modo non reddebat, verum & aduerſus Deam impie eum ſe geſſiſſe dictitabat. Emiſſarios vero Agamemnon per Graecos miſit, commenta ſpargentes; aeterno in Aiacem odio

---

CAP. VIII. §. I. 1 τὴν αἰχμὴν] qua valuiſſe innuit Homer. Iliad. B' v. 530.

2 δεῖν γὰρ δὴ Ελλ. ὄντ. κρ. τ. βαρβ.] δὴ inſerui ex cod. Barocc. & Colleg. Noui. Ceterum paulo aliter, nec inepte haec cod. Laud. repraeſentat: δεινὸν γὰρ δὴ Ελληνας ὄντας μὴ κρατεῖν βαρβάρων.

3 χειρόηθη δράκ.] dracones, manſuetudine ſingulari, apud Pellaeos & in Macedonia frequentes Lucianus in Pſeudom. commemorat, indeque fabulam de Olympiadis, matris Alexandri, cum Dracone concubitu natam putat.

4 μῆκος] cod. Barocc. & Colleg. Noui μέγεθος.

§. II. 1 οἱ μῦθοι ἐπιψεύδονται] cod. Colleg. Nou. ἐς αὐτὸν ψεύδονται. Ceterum ea de re paſſim poetae, vide inprimis, qui hic maxime tangitur, Homerum Odyſſ. Δ' v. 500. Virgilium Aeneid. I. v. 39. ſeq. Eandem fabulam tanquam parum verosimilem tangit Dion in *Troico* ſub fin. τῷ ὄντι μέγα ὄνειδος — Κασσάνδραν, παναγεστάτην κόρην, ἱερείαν τε Απόλλωνος, ἐν τῷ τεμένει φθαρῆναι, τῆς Αθηνᾶς ἐχομένην τε ἀγάλματος, καὶ τοῦτο πρᾶξαι μηδένα τῶν φαύλων, μηδὲ τῶν ἀναξίων, ἀλλ' ὅσπερ ἦν ἐν τοῖς ἀρίστοις.

2 ἀπαγαγεῖν] ſic cod. Colleg. Noui, qui mox ſequens μὲν omittit. Editi ἐπαγαγεῖν: cod. Laud. παραγαγεῖν.

3 ἰδόντα τὴν Κασάνδρ.] cod. Coll. Nou. ἰδόντα πρὸς τὴν Κασ.

4 τε δὴ] δὴ omittit Barocc. & cod. Coll. Nou.

5 καὶ λογοπ.] cod. Coll. Nou. omittit καὶ.

actam

actam multa Deam atque horrenda propter puellam portendere: exercitumque, ni ipsum perderet, periturum esse.

III. Recordatum igitur eum, quod Aiax [Telamonius] quidem iniquo perierit iudicio, Palamedi vero nihil sapientia profuerit, ne calumnia oppressus & ipse periret, noctu fugisse, cymba haud magna, tempestateque furente, sine magno apparatu: quo etiam in itinere, recta Tenum atque Andrum petens, iuxta Gyras petras interierit. Eius igitur calamitatis nuncio ad Graecos allato, paucos quidem ipsorum cibum attigisse, omnes vero eius, vt viri strenui, causa manus ad sidera sustulisse, marique intentos ipsum nomine appellasse, eumque luxisse, Agamemnonique esse indignatos, qui manibus tantum non suis Aiacis interitum procurasset. Inferias autem consecutum eum esse, quales nec antea vnquam, nec postea cuipiam factae sint, ne iis quidem quos bellum nauale oculis hominum subduxisset. In Locrensem enim nauim, quae Aiacem vexerat, lignis congestis velut in pyram, nigra omnia mactarunt. Velisque eam nigris instruentes, ceterisque quae ad nauigandum inuenta sunt, rudentibus detinuere, donec ventus a terra spiraret, quem Ida summo mane maxime dimittit. Postquam autem illuxit dies, ventusque monte descendit, ignem cauae naui iniecere. Vela itaque dedit in pelagus sublimis. Soleque nondum exorto, & ipsa iam conflagrauerat, & quaecunque Aiacis manibus [sacrata] vehebat.

πρὸς τὸν Αιαντα ἔχθος, τὴν θεὸν πολλὰ καὶ ἄτοπα ἐπισημαίνειν ὑπὲρ τῆς κόρης, καὶ ἀπολεῖσθαι[6] τὴν στρατιάν, εἰ μὴ ἀπολέσειεν αὐτόν.

Οδ' ἐνθυμηθεὶς[1], ὅπως Αιαντα μὲν ἀπώλεσεν ἄδικος κρίσις, Παλαμήδη δὲ ἀδὲν ἡ σοφία ὤνησε τὸ μὴ ἐκ ἀποθανεῖν διαβληθέντα, ἀποδράναι νύκτωρ ἐν πορθμείῳ ἐ μεγάλῳ, χειμῶνός τε καὶ ὡς ἔτυχεν· ὅτε δὴ, πλέων εὐθὺ Τήνε τε καὶ Ανδρε, πρὸς Γυραῖς ἀπέθανεν[2]. ἀγγελίας δὲ τᾶ πάθες ἐς τὲς Αχαιὲς ἐλθέσης, ὀλίγες μὲν αὐτῶν σίτε ἅψασθαι, πάντας δὲ ὡς ἐπὶ ἀνδρὶ ἀγαθῷ χεῖρας ἄρασθαι[3]. προσεσχηκότας τε τῇ θαλάτῃ ἀνακαλεῖν αὐτὸν, καὶ ὀλοφύρεσθαι, καὶ τὸν Αγαμέμνονα ἐν ὀργῇ ἔχειν, μονονὲ χερσὶ πράξαντα τὴν ἀπώλειαν τᾶ Αιαντος. ἐναγισμάτων τε αὐτὸν τυχεῖν, ἃ μή πω ἐπηνέχθη πρότερον, μή τε μὴν ὕστερον, ἀνθρώπῳ μηδενὶ, μηδὲ ὁπόσες ναυμαχίαι ἀφανεῖς ἔσχον. ἐς γὰρ Λοκρίδα ναῦν, ἣ τὸν Αιαντα ἦγε, ξύλα νήσαντες ὥσπερ ἐς πυρὰν, ἔσφαξαν μέλανα πάντα[4]. καὶ σείλαντες αὐτὸν ἱστίοις μέλασι, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσα ἐς τὸ πλεῖν ἔυρηται, ξυνεῖχον πείσμασιν ἕς τε πνεῦσαι τὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἄνεμον, ὃν περὶ ὀρθρὸν μάλιστα ἡ Ιδη ἀποπέλλει. ἐπεὶ δὲ ἡ ἡμέρα διεφαίνετο, καὶ κατῆει τὸ πνεῦμα, πῦρ ἐς τὴν κοίλην ναῦν ἐνῆκαν. ἔπλει τε δὴ μετεωρίζουσα ἐς τὸ πέλαγος. καὶ ἅπω ἠλίε ἀνίσχοντος αὐτή τε κατεφλέχθη, καὶ ὁπόσα τῷ Αιαντι ἔφερε.

Cap. IX. Chiron.

Χείρωνα δὲ, τὸν ἐν Πηλίῳ, γενέσθαι μέν φησιν ἀνθρώπῳ ὅμοιον[1], σοφὸν δὲ καὶ λόγες, καὶ ἔργα. θήρας τε γὰρ ποικίλης ἥπτετο, καὶ τὰ πολεμικὰ ἐπαίδευε, καὶ ἰατρικὲς ἀπέφαινε, καὶ μυσικὲς ἥρμοττε, καὶ δικαίες ἐποίει, βιῶναί τε ἐπιμήκισον. φοιτῆσαι δὲ αὐτῷ Ασκληπιὸν, Τελαμῶνά τε καὶ Πηλέα, καὶ Θησέα. θαμίζειν δὲ[2] καὶ Ηρακλέα τῷ Χείρωνι, ὅτε μὴ ἀπάγοιεν

Chironem vero, qui in Pelio habitauit, fuisse quidem [ait] homini similem, sapientem & verbis & factis. Etenim variae erat venationis studiosus, remque docebat militarem, itemque medicos formabat, ac musicos instruebat, in iure quoque instituebat: diutissimeque eum vixisse. Discipulos eius fuisse Aesculapium, & Telamonem, & Peleum, Theseumque. Herculem praeterea Chironem frequentasse, quando labores quidem

---

6 ἀπολεῖσθαι] sic Barocc. & cod. Coll. Noui, vt & Gruter. imo idem in versione secutus fuerat Niger. quod praeferendum vulgatae lectione ἀπωθεῖσθαι, sic enim elegans ἀντίπτωσις in ἀπολεῖσθαι & ἀπολέσειεν.

§. III. 1 ὅδ' ἐνθυμηθεὶς] nempe *Aiax Locrus* recordatus *Aiacem Telamonium* iniquo iudicio, quo Achillis arma ei erepta, vt est apud Homerum, oppressum, itemque *Palamedem*, quem Vlyssis artibus proditionis reum factum, lapidibus obruerant innocentem Graeci, qua de re plura supra *Protesilao*; fuga sibi consuluit.

2 πρὸς Γυραῖς ἀπέθ.] de hoc *Aiacis* ad *Gyras* exitu plura vide apud Philostratum Imaginum lib. II. in *Gyris*.

3 χεῖρας ἄρασθαι] quod est plangentium.

4 μέλανα πάντα] nempe heroibus tanquam χθονίοις θεοῖς, vel καταχθονίοις, vt in aureis carminibus vocantur, μέλανα πάντα offerenda. Adde notata ad vitam Tyanensis libro II. cap. 20. inf. *Achille* c. 13. n. 21.

CAP. IX. §. I. 1 ἀνθρώπῳ ὅμοιον] nam Centaurum vulgo eum fuisse fingunt poetae, in iis Homerus, cui Heroica ista opponuntur.

2 ἰατρικὲς] cod. Barocc. & Colleg. Noui ἰατρὸς.

3 θαμίζειν δὲ] has voces omittebat Barocc.

αὐτὸν οἱ ἄθλοι· μετασχεῖν δὲ[4] τῆς τῶ Χείρωνος ὁμιλίας καὶ αὐτός φησι, Παλαμήδει ἅμα, καὶ Ἀχιλλεῖ, καὶ Αἰαντι.

ipsi non erant impedimento: participem quoque consuetudinis cum Chirone seipsum vna cum Palamede extitisse ait, Achilleque item & Aiace.

Καὶ τὰ τῶ Παλαμήδους[1] ὧδε ἀπαγγέλλει. αὐτομαθῆ ἀφικέσθαι αὐτὸν, καὶ σοφίας ἤδη γεγυμνασμένον, καὶ πλείω γινώσκοντα ἢ ὁ Χείρων. πρὸ γὰρ δὴ τῶ Παλαμήδους ὧραι μὲν ὅπω ἦσαν[2], μηνῶν δὲ ὅπω κύκλος, ἐνιαυτὸς δὲ ὅπω ὄνομα ἦν τῷ χρόνῳ. ἀδὲ νομίσματα ἦν, ἀδὲ σταθμὰ, καὶ μέτρα, ἀδὲ ἀριθμοί. σοφίας τε ὅπω ἔρως, ἐπεὶ μή ποτ' ἦν γράμματα. βουλομένῳ δὲ τῶ Χείρωνος ἄλλα τε[3], καὶ ἰατρικὴν διδάσκειν αὐτὸν, ἐγὼ, ἔφη, ὦ Χείρων, ἰατρικὴν ἡδέως μὲν ἂν ὅσαν ἂν ἔυρον[4]. εὑρημένην δὲ ἂν ἀξιῶ μανθάνειν. καὶ ἄλλως τὸ ὑπέρσοφόν σε τῆς τέχνης ἀπήχθηται μὲν Διΐ, ἀπήχθηται δὲ μοίραις[6]· καὶ διηθεῖν ἂν τὰ Ασκληπιῦ[7], εἰ μὴ ἐνταῦθα ἐβέβλητο[8].

Quae ad Palamedem vero pertinent, sic refert [Protesilaus]. Nullo praeceptore eruditum ad Chironem ipsum venisse, & sapientiae studiis iam exercitatum, pluraque, quam Chiron, scientem. Nam ante Palamedem nondum in tempestates annum fuerant partiti, nec mensium erat orbis, *annique* nomen tempori haeserat nondum: nec signata adhuc erat pecunia, nec pondera, nec mensurae, atque numeri: nec dum sapientiae [vigebat] studium, quandoquidem nondum repertae literae erant. Volente autem Chirone cum alia, tum vel maxime medicinam ipsum edocere: *ego*, dixit, *o Chiron, libenter quidem medicinam antea non existentem inuenissem, inuentam vero ab alio discere nolim. Praeterea ars tua, quod nimium sapiat, inuisa est Ioui, inuisa & Parcis est: & quae Aesculapio acciderint percensere possem, nisi hoc ipso loco fulmine ictus fuisset.*

Cap. X. Palamedes & Vlysses.

Οντων δὲ τῶν Αχαιῶν ἐν Αυλίδι πεττὸς ἔυρεν, ὃ ῥάθυμον παιδιὰν, ἀλλ' ἀγχίνου τε καὶ εἴσω σπουδῆς. τὸν δὲ λόγον, ὃς πολλοῖς τῶν ποιητῶν εἴρηται, ὡς στρατεύοι μὲν ἐπὶ τὴν Τροίαν ἡ Ελλὰς, Οδυσσεὺς δὲ ἐν Ιθάκῃ μανίαν πλάττοιτο, καὶ πρὸς ἀρότρῳ εἴη βοῦν ἵππῳ ξυμβαλὼν[1], Παλαμήδης τε αὐτὸν ἐλέγξειε τῷ Τηλεμάχῳ[2], ὃ φησιν ὑγιᾶ εἶναι· πρόθυμότατα γὰρ δὴ[3] τὸν Οδυσσέα ἐς Αυλίδα ἐλθεῖν, καὶ ὁ-

II. Dum in Aulide autem essent Graeci, tesseras excogitauit, ludum minime inertem, verum solertissimum, atque iis rebus accensendum, quas serio agere oporteat. Narrationem autem a poëtarum nonnullis expositam, vt Graecia quidem in Troiam mouerit arma, Vlysses vero in Ithaca insaniam simulauerit, & ad aratrum bouem equo iunxerit, eum autem Palamedes Telemacho [obiecto,] redarguerit, parum sana esse ait. Lubentissimo enim animo in Aulidem venisse Vlyssem, no-

4 δὲ] sic malebam cum cod. Coll. Noui, quam cum vulgatis τέ.

CAP. X. 1 κὴ τὰ τ. Παλαμ.] titulum his superscripserant ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ. Nos in margine scripsimus Palamedes & Vlysses rationem immutati tituli vid. inf. ad §. XII. n. 1.

2 ὧραι μὲν ὅπω ἦσαν] vulgati addebant, ὅσαι. Expunxi vocem nauci, praeeunte cod. Coll. Noui. Sensus autem est: annum in *quatuor* ὥρας ante Palamedem diuisum nondum fuisse, hominibus nondum adeo accurate obseruata ista temporum vicissitudine.

3 ἄλλα τε] voculas istas omittit cod. Barocc. Sequentem mox particulam κὴ cod. Coll. Noui non agnoscit.

4 ἐγὼ ἔφη] cod. Barocc. ἐγὼ μὲν ἔφη.

5 ἰατρ. ἡδ. μὲν ἂν ὅσαν ἂν ἔυρον] ordine paululum immutato Barocc. ἰατρικὴν μὲν ἂν ὅσαν ἡδέως ἂν ἔυρον, quod magis mihi placet.

6 ἀπήχθηται δὲ μοίραις] nempe Fatis deabus s. Parcis aduersatur medicina, morientes ad vitam reuocando, imo & mortuos, vt antiquae credulitati persuasum. Atque id Aesculapii crimen. vide autores nota sq. allegandos.

7 τὰ Ασκληπιῦ] quem inuisum Diis, & fulmine propterea tactum Pindarus Pyth. III. v. 96. seq. Euripides ap. Clem. Alex. Protrept. p. 18. Diodor. Sic. l. IV. p. 173. Hyginus fab. XLIX. & Zenobius cent. I, 18. tradunt. Pindarus tamen a reliquis eo abit, quod non tam ob medicinam, quam lucri ea faciendi studium inuisum eum Ioui, fulmineque percussum dicat.

8 εἰ μὴ ἐνταῦθα ἐβέβλητο] quamobrem notissima ea opportebat Chironi esse, vt sunt quae in vicinia geruntur. Aesculapius autem *fulmine* percussus in *Cynosuride* regione diserte dicitur Clementi Al. in Protrept. p. 18. Eam *Cynosuridem* Laconicam interpretatur Luc. Holstenius in notis ad Stephanum Byzantinum, cui calculum addit illustris Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Dianam p. 196. Et nota quidem satis Laconum *Cynosuris*: sed hoc scrupulum facit quomodo hic Palamedes loquens cum Chirone, apud quem degebat, dicere possit, ἐνταῦθα *hic* iacere Aesculapium, nam sedes Chironis *Pelium* in Thessalia. Vel alia igitur quaerenda Cynosuris, vel aliam secutum Philostratum de loco, quo interemtus Aesculapius, traditionem, est statuendum.

§. II. 1 βοῦν ἵππῳ ξυμβαλὼν] quod, vt notum, faciebat amentiam simulans, quo minus cum ceteris Graecis ad Troianum bellum proficisci cogeretur. Integram habes fabulam apud Hygin. fab. XCV. & reliquos mythographos omnes. Ceterum ὄνον κὴ βοῦν eum iunxisse Tzetzes dicit ad Lycophron. Seruius ad Aen. II, 81. *iunctis dissimilis naturae animalibus* in genere. Plinius tamen H. N. XXXV. sect. 40. *bouem cum equo iungens.* Et sic etiam Hygin. l. c.

2 ἐλέγξειε τῷ Τηλεμάχῳ] nempe arante Vlysse, *Telemachum filium eius, cunis sublatum, aratro subiecit* Palamedes, quod cum Vlysses tolleret, ne noceret filio, fictam amentiam esse deprehensum vid. Hygin. l. c. & ceteros mythographos.

3 δὴ] omittit Barocc.

men-

menque ipsius notissimum Graecis ob vim in dicendo iam extitisse. Inter ipsum autem ac Palamedem hinc ortum esse dissidium. Solis defectus in Troade contigit, exercitus vero tristis erat, istudque ex coelo signum ad futura referebat. In concionem igitur prodiens Palamedes, ipsum solis affectum exposuit, quodque *luna cum subeunte is obscuretur, ac caliginem trahat. Quod si vero quae mala portendat; haec*, inquit, *Troiani patientur. Nam hi quidem iniuriarum sunt autores, nos vero iniuria affecti huc venimus. Fas autem est vt soli redeunti supplicemus, equi pullo ei oblato, candido atque indomito.* Haec approbantibus Graecis, Palamedis enim coniecti rationibus erant, in medium prodiens Vlysses, *quae*, inquit, *sacrificare fas sit, quaeque precari, & quomodo, dicet Calchas, talia enim ad vates spectant. Quae vero in coelo sunt, & quaenam astrorum sit perturbatio, quis ordo, nouit Iupiter, a quo haec & ordine disposita sunt, & inuenta. Tu autem, o Palamedes, minus inepties, si terrae potius animum intendas, quam quae in coelo sunt curiose scruteris.* Respondens igitur Palamedes, *si sapperes*, inquit, *o Vlysses, intelligeres vtique neminem de coelestibus sapienter quippiam posse disserere, qui multo plura de terrestribus non cognouerit ante. Te autem his plane destitui non dubito. Aiunt enim vobis, Ithacensibus, nec anni tempestates esse, nec terram.* Posthaec Vlysses quidem ira plenus discessit, Palamedes vero, vt qui aduersus sibi infensum seipsum iam componeret.

III. In concione autem aliquando Graecis congregatis, grues forte fortuna consueto sibi volabant more: Vlysses autem in Palamedem intuitus, *grues*, inquit, *Graecos testes appellant quod literas ipsae inuenerint, non vero tu quidem.* Tum Palamedes: νομα ἤδη αὐτῷ παραδεδόσθαι τοῖς Ελλησιν ἐπὶ δεινότητι. διενεχθῆναι δὲ αὐτὸν τῷ Παλαμήδει ἐντεῦθεν. ἔκλειψις ἡλίου ἐν Τροίᾳ ἐγένετο, καὶ ὁ στρατὸς ἄθυμοι ἦσαν, λαμβάνοντες τὴν διοσημείαν ἐς τὰ μέλλοντα. παρελθὼν δὲν ὁ Παλαμήδης αὐτό τε τὸ πάθος τοῦ ἡλίου διεξῆλθέ, καὶ ὅτι τῆς σελήνης ὑποτρεχούσης αὐτὸν ἐξαμαυρῶται, καὶ ἀχλὺν ἕλκει. κακὰ δὲ, εἴ τινα σημαίνοιτο [4], ταῦτα δή φε, ἔφη, οἱ Τρῶες πείσονται. οἱ μὲν γὰρ ἀδίκων ἦρξαν, ἡμεῖς δὲ ἀδικούμενοι ἥκομεν. προσήκει δὲ καὶ ἀνίσχοντι τῷ ἡλίῳ εὔχεσθαι, πῶλον αὐτῷ καταθύσαντας, λευκόν [5] τε καὶ ἄνετον. ταῦτα τῶν Αχαιῶν ἐπαινεσάντων, καὶ γὰρ ἤτηντο [6] τῶν τοῦ Παλαμήδους λόγων, παρελθὼν ὁ Οδυσσεὺς, ἀ μὲν χρὴ θύειν, ἔφη, ἢ ὅ, τι εὔχεσθαι, ἢ ὅτῳ, Κάλχας ἐρεῖ, μαντικῆς γὰρ τὰ τοιαῦτα. τὰ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἥ τις τῶν ἄστρων ἀταξία τε καὶ τάξις, Ζεὺς οἶδεν, ὑφ' οὗ ταῦτα κεκόσμηταί τε καὶ εὑρηται. σὺ δὲ, Παλάμηδες, ἧττον [7] ληρήσεις, προσέχων τῇ γῇ μᾶλλον, ἢ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ σοφιζόμενος. ὑπολαβὼν δὲν ὁ Παλαμήδης, εἰ σοφὸς ἦσθα, εἶπεν, ὦ Οδυσσεῦ, ξηνῆκας ἂν ὅτι μηδεὶς ἂν [8] σοφόν τι περὶ τῶν οὐρανίων εἶποι, μὴ πολεῖω περὶ τῆς γῆς γινώσκων. σὲ δὲ ἀπολελεῖφθαι τούτων οὐκ ἀπιστῶ· φασὶ γὰρ ὑμῖν, τοῖς Ιθακησίοις, μήτε ὥρας εἶναι, μήτε γῆν [9]. ἐκ τούτων ὁ μὲν Οδυσσεὺς ἀπῆλθεν ὀργῆς πλέως, ὁ δὲ Παλαμήδης ὡς πρὸς βασκαίνοντα ἤδη παρασκευάζων ἑαυτόν.

Εν ἐκκλησίᾳ δέ ποτε τῶν Αχαιῶν ὄντων, γέρανοι μὲν ἔτυχον πετόμεναι τὸν εἰωθότα ἑαυταῖς τρόπον. ὁ δὲ Οδυσσεὺς ἐς τὸν Παλαμήδη βλέψας, αἱ γέρανοι, ἔφη, μαρτύρονται τοὺς Αχαιοὺς ὅτι αὗται γράμματα εὗρον, οὐχὶ σύ. καὶ

---

4 σημαίνοιτο] Barocc. σημαίνοι. Laudian. & cod. Colleg. Nou. σημαίνει.

5 λευκόν] tanquam Deo supero: nam inferis atris res sacra fiebat. vide ad vitam Tyanens. lib. II. c. 20. sic vero Persae etiam soli equos albos & alebant & immolabant. vide ad eandem vitam l. I. c. 31.

6 ἤτηντο] sic cod. Coll. Noui & Laudian. Editi ἤτηοντο.

7 ἧττον] sic malim cum Barocc. & cod. Collegii Noui quam cum editis ἧττοια.

8 μηδεὶς ἂν] addunt Baroccian. & cod. Coll. Noui δύναιτο λέγειν & mox omittunt εἴποι.

9 μήτε ὥρας εἶναι μήτε γῆν] non ὥρας, quas terra scilicet saxosa & sterilis proeuntibus suis, quos nullos daret, minime distingueret. Plut. lib. *quod bruta ratione vtantur* de Ithaca: μόλις ἀπ' ἔργων τε πολλῶν καὶ διὰ πόνων μεγάλων μικρὰ καὶ γλισχρὰ καὶ μηδενὸς ἄξια τοῖς γεωργοῦσιν ἀναδίδωσι. Non γῆν habere dicit, quae *saxum* potius esset quam γῆ. Sic Virgil. Aen. III. *Effugimus scopulos Ithacae.* Et Cic. l. I. de Oratore *Ithacam in asperrimis scopulis tanquam nidum affixam.* Spectant eo loca Homeri quoque Iliad. Γ'. v. 201. Odyss. Α' v. 242. Δ, v. 605. hinc nomen quoque *Ithacam* habere ab עתק quod *durum* Phoenicibus est, obseruat magnus Bochartus Geogr. l. I. c. 23.

§. III. 1 μαρτύρ. τοὺς Αχαιοὺς] mallet ὁ πάνυ Bochartus Hierozoici P. II. l. I. p. 74. τοῖς Αχαιοῖς, quam etiam firmat coniecturam cod. Laudianus, qui lectionem, quae Bocharto placuerat, exhibet. Ita sensus esset: Vos Grues testes vos praebetis Graecis. Verum nihil ista opus esse mutatione hic putem, nam μαρτύρεσθαί τινα *transitiua* significatione est *aliquem testem inuocare*, qui maxime opportunus huic loco est significatus. Nempe grues in conspectu exercitus transuolabant, quod ita Vlysses interpre-

ὁ Παλαμήδης, ἐγὼ γράμματα οὐχ εὗρον, εἶπεν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν εὑρέθην· πάλαι γὰρ ταῦτα ἐν Μουσῶν οἴκῳ κείμενα ἐδεῖτο ἀνδρὸς τοιούτου. θεοὶ δὲ τὰ τοιαῦτα δι' ἀνδρῶν σοφῶν ἀναφαίνουσι. γέρανοι μὲν οὖν οὐ μεταποιοῦνται γραμμάτων, ἀλλὰ τάξιν ἐπαινοῦσαι φέτονται. πορεύονται γὰρ ἐς Λιβύην[2], ξυνάψασαι πόλεμον μικροῖς ἀνθρώποις[3]. σὺ δ' οὐδὲν ἂν περὶ τάξεως εἴποις, ἀτακτεῖς γὰρ τὰς μάχας. αἰτίαν δὲ οἶμαι, ξένε, ὁ Ὀδυσσεὺς εἶχεν, ὡς εἴ που Ἕκτορα, ἢ Σαρπηδόνα, ἢ Αἰνείαν[4] εἶδοι, καταλιπὼν τὴν τάξιν, καὶ μεθισάμενος πρὸς τὰ[5] ῥᾳστώνην ἔχοντα τοῦ πολέμου. μειρακιώδης δὲ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δόξας[6], καὶ πρεσβύτερος νέῳ, τῷ Παλαμήδει, ἡττηθείς, ἐπετείχιζεν αὐτῷ τὸν Ἀγαμέμνονα, ὡς πρὸς τὸν Ἀχιλλέα τὰς Ἀχαιὰς μεθιστάντι.

Ego, inquit, *litteras minime inueni, verum ab ipsis inuentus sum. Iam olim enim istae in Musarum domicilio sitae huiusmodi indigebant viro. Dii autem talia per viros sapientes in lucem produnt. Grues itaque sibi literas quidem haud vendicant, sed, vt qui ordinem probent, volant. In Libyam enim proficiscuntur, bellum cum pumilionibus gesturi. Tu autem ordine nihil dixeris, neque enim in proeliis ordinem tenes.* Nempe incusabant, vt puto, Vlyssem, vt qui, si qua Hectorem, aut Sarpedonem, aut Aeneam videret, ordines deserat, seque ad illas partes vbi minus graue incumbat bellum transferat. Infantissimus autem coram tota concione cum videretur, seniorque iuueni succumbere, Agamemnonem aduersus eum armauit, quasi Graecorum studia Achilli adiungeret [calumniatus].

Διενεχθῆναι δὲ αὐτοὺς πάλιν ἐκ τοιούτου φησί. λύκοι καταβαίνοντες ἐκ τῆς Ἰδης ἐσίνοντο τὰ σκευοφόρα παιδάρια, καὶ τῶν ὑποζυγίων τὰ περὶ τὰς σκηνάς. ὁ μὲν δὴ Ὀδυσσεὺς ἐκέλευεν, ἀραμένους τόξα τε[2] καὶ ἀκόντια, φοιτᾶν ἐς τὴν Ἰδην ἐπὶ τοὺς λύκους. ὁ δὲ Παλαμήδης, ὦ Ὀδυσσεῦ, ἔφη, τοὺς λύκους ὁ Ἀπόλλων προοίμιον λοιμοῦ ποιεῖται. καὶ τοξεύει μὲν αὐτοὺς[3], καθάπερ τοὺς ἐρέας τε καὶ τοὺς κύνας ἐνταῦθα[4]. πέμπει δὲ πρότερον παρὰ τοὺς νοσήσοντας[5], εὐνοίας ἕνεκα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοῦ φυλάξασθαι. εὐχώμεθα οὖν Ἀπόλλωνι Λυκίῳ[6] τε καὶ

IV. Rursum autem eos tali de causa dissediſſe ait. Lupi ex Ida descendentes ferentibus sarcinas seruis, & quae iuxta tentoria erant, iumentis molesti erant. Itaque Vlysses quidem iussit, vt, arcus ac iacula sumentes, in Idam aduersus lupos tenderent. Palamedes vero: *O Vlysses*, inquit, *lupos Apollo pestis praeludium esse iubet, ipsosque sagittis quidem petit, haut secus atque apud nos mulos ac canes: Eos vero ad aegrotaturos praemittit, hominum beneuolentia inductus, vtque illi caueant sibi. Apollinique Lycio, Phy-*

tatur, ac si testes Graecos appellent, sibi litterarum repertarum gloriam deberi, quarum volando figuras exhibeant. Ceterum de litterarum elementis ex *gruum* volatu inuentis a *Palamede* nota fabula, de qua plura l. c. vir summus collegit.

2 πορεύονται γὰρ ἐις Λιβ.] nempe grues e Thracia migrant medio autumno: vide collecta Bocharto l. c. p. 78. circa vernum tempus redeunt. In Libyam migrare creditum ex Aristophane quoque patet, in Auibus:

— γέρανος κρώζασ' ἐς τὴν Λιβύην
Μεταχωρῇ

& rursum p. 595.

Ἐκ μέν γε Λιβύης ἦκον ὡς τρισμύριοι
Γέρανοι.

3 μικροῖς ἀνθρώποις] *Pygmaeis:* de quibus cum gruibus belligerantibus nota fabula, de qua plura congessit Bochartus l. c. p. 76.

4 Ἕκτορα ἢ Σαρπηδ. ἢ Αιν.] qui fortissimi erant Troianorum, atque Vlysses, qui consiliis magis quam manu fortis erat, terrorem incutiebant. Ceterum de Vlyssis exigua in pugnas virtute vide & inf. *Vlysse* §. I.

5 πρὸς τὰ] Barocc. & cod. Coll. Nou. εἰς τά.

6 μειρακιώδ. δὲ ἐπὶ τ. ἐκκλ. δόξας] nempe coram illa ipsa concione, qua fortiter adeo Palamedes scommata eius retundebat, μειρακιώδης visus est. Nam mentem autoris non satis assequuntur docti interpretes, generalius haec accipientes, dum vertunt *infantissimus autem in concionibus visus.*

§. IV. 1 τοιούτου] sic cod. Coll. Noui. Vulgati τούτου.

2 τόξα τε] addidi τε ex MSS.

3 τοξίνει μὲν αὐτοὺς] pestem enim *Apollinis telis* tribuunt poetae, vt hanc ipsam Graecis ob offensam in Chrysen, Apollinis sacerdotem, immissam Homer. Iliad. A' v. 44. seq. Dicit itaque tela sua Apollinem *lupis* immittere, h. e. pestis in iis facere initium, quae illi fugiant.

4 καθάπερ τοὺς ὀρέας τε καὶ τοὺς κύνας ἐνταῦθα] nempe in castris Graecorum pestiferis Apollinis telis *muli* initio tantum & canes feriebantur. Homerus Iliad A' v. 50.

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργούς.

quam fictionem tanquam absurdam irrisit Zoilus ἀφρόνως θυμὸν ἡμιόνοις ἐναχμάσαι καὶ κυσὶν dicens. Verum ei satis erudite respondit Heraclides Ponticus in Allegor. Homer. p. 427. Vbi ostendit Phoebum tela mittentem solem esse, radiis suis excitantem pestem. Hanc vero in quadrupedis plerumque initium capere norunt Physicorum filii, eiusque rei rationes l. c. ab Heraclide allegantur. Doctius igitur Philostratus erudite haec ab Homero conficta agnoscit, atque vt inde porro occasio capi potuisset Epopoeiam eius ornandi ostendit, conf. a nobis in praef. ad Heroica ista obseruata.

5 νοσήσοντας] sic cod. Coll. Noui. Editi νοσήσαντας.

6 Λυκίῳ] variae huius cognominis Apollinis causae esse potuere apud diuersos, quas maximam partem satis diligenter recensuit Gyraldus de Diis Syntagm. VII. p. 213. inter quas tamen eam praeteritam miror, quod nempe a Lycia ita dictus fuerit, vbi sex mensibus hyemalibus degere

xioque

xioque [i.e. *lupis terribili*, eoſque *fuganti*] *ſupplicemus, vt has quidem feras ſuis ipſius tollat ſagittis, peſtem vero in capras vertat. Nos autem*, o Graeci, *noſmetipſos curemus: opus enim eſt peſtem vitaturis tenui diaeta, motuque vehementiore. Medendi enim quidem artem haud attigi; omnia tamen ſapientiae patent.* Haec locutus, carnium quidem mercatum cohibuit, militeſque annonam repudiare iuſſit. Menſa vero ſecunda, & oleribus nulla arte cultis exercitum pauit, ſibi iam obſequentem, & quicquid a Palamede dictum foret, diuinum eſſe, & oraculi autoritatem habere exiſtimantem. Sane enim etiam euenit, vt peſtis, quam praedixerat, Helleſpontiacas inuaderet ciuitates, initioque, vt aiunt, facto a Ponto Ilio etiam incumberet, Graecorum autem laeſerit neminem, in peſtilenti tellure licet caſtra haberent. Praeter diaetam enim, vt mouerentur etiam vehementius hoc modo callide inſtituit. Centum deductis nauibus exercitum per vices impoſuit remigantem, inuicemque certantem, quae prior nauis aut promontorium circuiret, aut ſcopulum attingeret, aut ante quam vicinae portum littuſue attingeret. Perſuaſitque etiam Agamemnoni, vt celeris nauigationis praemia ipſis proponeret. Itaque laeti, bonaeque valetudinis ſibi conſcii, ſeſe exercebant. Nempe & docebat ipſos, quod terra corrupta, ſeque ita habente, ſuauius ſit, & reſpirationi tutius inſeruiat mare. Iſtis autem de cauſis a Graecis ſapientiae praemia ipſe tulit.

V. Vlyſſes interea in obſcuro viuere ſeſe putabat, & quicquid ipſi erat verſutiae in Palamedem vertebat. De his [porro] Proteſilaus ſequentia refert. Achillem aduerſus inſulas diſpoſitaſque in littore ciuitates bellum gerenΦυξίῳ[7], τὰ μέν θηρία ταῦτα, τοῖς ἑαυτῆ τόξοις ἐξελεῖν, τὴν νόσον δὲ[8] ἐς αἶγας τρέψαι. καὶ ἡμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ελληνες, ἐπιμελώμεθα ἡμῶν αὐτῶν· δεῖ γὰρ[9] τοῖς φυλαττομένοις τὰ λοιμώδη διαίτης λεπτῆς, καὶ κινήσεων συντόνων. ἰατρικῆς μὲν γὰρ οὐχ ἡψάμην[10], σοφία δὲ καταληπτὰ ἅπαντα. εἰπὼν ταῦτα, τὴν μὲν τῶν κρεῶν ἀγορὰν ἐπέσχε, καὶ τὰ στρατιωτικὰ τῶν σιτίων ἐκέλευσε παραιτήσασθαι. τραγήμασι δὲ, καὶ λαχάνοις ἀγρίοις διῆγε τὸν στρατὸν, πειθομένους αὐτῷ, καὶ πᾶν τὸ ἐκ Παλαμήδους θεῖόν τε[11] ἡγεμένους καὶ χρησμῶδες. καὶ γὰρ δὴ ὁ λοιμὸς, ὃν προὔλεγεν, ἐνέσκηψε μὲν ἐς τὰς Ελλησποντιακὰς πόλεις, ἀρξάμενος δὲ[12], φασὶν, ἐκ τῆς Πόντου, προσέπεσε καὶ τῷ Ιλίῳ· τῶν δὲ Ελλήνων ὀλίγους ἥψατο[13], καί τοι στρατοπεδευόντων ἐν τῇ νοσούσῃ[14]. πρὸς γὰρ τῇ διαίτῃ καὶ τὰς κινήσεις αὐτῶν ὧδε ἐσοφίζετο[15]. καθελκύσας ἑκατὸν ναῦς, ἐνεβίβαζε τὸν στρατὸν κατὰ μέρος, ἐρέτλοντάς τε καὶ ἀμιλλωμένους ἀλλήλοις, ἢ ἀκρωτήριον περιβαλεῖν, ἢ σκοπέλου ἅψασθαι, ἢ προκατάραι τῶν πέλας ἐς λιμένα τινὰ, ἢ ἀκτήν. ἔπεισε δὲ καὶ τὸν Αγαμέμνονα προθεῖναι σφίσι τῶν ταχυναυτεῖν ἆθλα. χαίροντες ὧν ἐγυμνάζοντο, καὶ ξυνιέντες τὸ ὑγιαίνειν. καὶ γὰρ ἐδίδασκεν αὐτοὺς, ὅτι, τῆς γῆς παρεφθορυίας τε καὶ ὕτως ἐχούσης, ἡδίων ἡ θάλαττα, καὶ ἀσφαλεστέρα ἀναπνεῖν. ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν σοφίας ἀρίστειον ἐστεφανοῦτο ὑπὸ τῶν Ελλήνων.

Ο δὲ Οδυσσεὺς ἀτίμως τε ἠγεῖτο πράττειν, καὶ πανουργίας ὅ, τι εἶχεν ἐπὶ τὸν Παλαμήδην ἔστρεφεν. ἐπὶ τούτοις ὁ Πρωτεσίλεως τοιαῦτα ἀπαγγέλλει. τὸν Αχιλλέα στρατεύοντα ἐπὶ τὰς νήσους[1], καὶ τὰς ἀκταίας πόλεις, αἰτῆσαι τοὺς

---

credebatur, vt ſex aeſtiuos apud Delum. Virgil. Aen. V, 143.

Qualis ubi hybernam Lyciam *Xanthique fluenta*
Deſerit, ac Delum *maternam inuiſit* Apollo.

A *Lycia* igitur *Lycius* dictus, vt *Delius* a Delo. Hoc tamen loco a Palamede dubium non eſt Apollinem Λύκειον dici a *lupis*, ſiue *fugandis* ſiue *occidendis*. Sic apud Sicyonios Apollini, cognomento Λυκαίῳ, templum extructum ob *lupos* interemtos narrat Pauſan. in Corinthiac. p. 53. Sic Feſtus: *Lycii Apollinis oraculum in Lycia maximae claritatis fuit ob luporum interfectionem.* Λυκοκτόνος etiam appellatur apud Scholiaſt. ad Ariſtoph. Aues p. 559. & Heſych. *Deus* nempe *paſtoralis* luporum quoque auerruncandorum curam gerere debet, vt ex Ariſtarcho & Phurnuto obſeruat Gyraldus.

7 Φυξίῳ] φύξις φυγὴ eſt apud Heſych. hoc igitur cognomen quoque a *lupis fugandis*. Φύξιον Iouem quoque cognominari notum.

8 τόξοις ἐξελεῖν τὴν νοσ. δ.] ſic cod. Barocc. & Coll. Novi. Editi: τόξοις ἂν ἐξελεῖν ἔχει τὴν νόσ. δέ.

9 δεῖ γὰρ] Laudian. δεῖ δὲ.

10 ἰατρικ. μ. γ. ἐχ. ἡψ.] nempe medicinae contemtor *Palamedes* vt patet ex iis, quae paulo ante narratur dixiſſe ad *Chironem* §. I. huius capitis.

11 θεῖόν τε] cod. Collegii Noui θεῖόν τι.

12 ἀρξάμ. δὲ] δὲ hic adieci ex cod. Barocc. contra mox poſt προσέπεσε quod in vulgatis erat δὲ, omittendum fuit.

13 τ. δ. Ελλήνων ὀλίγους ἥψ.] aliter Homerus Iliad. A' v. 44. ſeq.

14 ἐν τῇ νοσούσῃ] genuinam hanc puto lectionem, quam in margine annotauerat Morellus. Sic enim loquuntur Graeci. Vulgati habebant ἐν γῇ νοσούσῃ.

15 ἐσοφίζετο] ſic Laudianus. vulgo ἐσοφίσατο.

§. VI. 1 ἐπὶ τὰς νήσους &c.] huius expeditionis mentio apud Dictyn l. II. c. 16. vide & Euſtathium ad Il. B' p. 241 vbi vrbes enumerat iſta expeditione ab Achille captas.

Ἀχαιὰς ξὺν Παλαμήδει στρατεῦσαι. ἐμάχοντο δὲ ὁ μὲν Παλαμήδης γενναίως τε καὶ σωφρόνως, ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς ἀ καθεκτῶς· ὁ γὰρ θυμὸς ἐξαίρων αὐτὸν, ἐς ἀταξίαν ἦγεν. ὅθεν ἔχαιρε τῷ Παλαμήδει συνασπίζοντι, καὶ ἀπάγοντι[2] μὲν αὐτὸν ἀπὸ τῆς φορᾶς[3], ὑποτιθεμένῳ δὲ ὡς χρὴ μάχεσθαι. καὶ γὰρ δὴ ἐῴκει[4] λεοντοκόμῳ, λέοντα γενναῖον παραύνοντί τε καὶ ἐγείροντι. καὶ ἅδε ἐκκλίνων ταῦτα ἔπραττεν, ἀλλὰ καὶ βάλλων, καὶ φυλαττόμενος βέλη, καὶ ἀσπίδα ἀντερείδων, καὶ διώκων σίφος. ἐξέπλευσαν μὲν δὴ χαίροντες ἀλλήλοις. εἵποντο δὲ αὐτοῖς Μυρμιδόνες τε καὶ οἱ ἐκ Φυλακῆς Θετταλοί. ταχθῆναι γὰρ[5] μετὰ ταῦτα τὴν ἑαυτῶ δύναμιν[6] ὁ Πρωτεσίλεως φησὶ Ἀχιλλεῖ, καὶ Μυρμιδόνας, ἔτως δ' ὀνομασθῆναι[7] πάντας Θετταλούς. αἱ μὲν δὴ πόλεις ἡλίσκοντο, καὶ εὐδόκιμα τῶ Παλαμήδει τὰ ἔργα[8] ἀπηγγέλλετο, Ισθμῶν διωρυχαὶ, καὶ ποταμοὶ ἐς τὰς πόλεις ἐπιστρεφόμενοι, καὶ σαυροὶ λιμένων, καὶ ἐπιτειχίσματα, νυκτομαχία τε ἡ περὶ Ἄβυδον, ὁπότε καὶ τρωθέντες, ὁ μὲν Ἀχιλλεὺς ἀνεχώρησεν, ὁ Παλαμήδης δὲ οὐκ ἀπεῖπεν, ἀλλὰ, πρὶν μέσην ἐσᾶναι νύκτα, εἶλε τὸ χώριον.

Ο δὲ Οδυσσεὺς, ἐν Τροίᾳ ξυνετίθει λόγους πρὸς τὸν Αγαμέμνονα, ψευδεῖς μὲν, πιθανὸς δὲ πρὸς τὸν εὐήθως[1] ἀκούοντα· ὡς ἐρῴη μὲν ὁ Αχιλλεὺς τῆς τῶν Ελλήνων ἀρχῆς, μαστροπῷ δὲ τῷ Παλαμήδει χρῷτο[2]. καὶ ἀφίξονται μὲν ἔφη μικρὸν ὕστερον, σοὶ μὲν βῶς τε ἀπάγοντες, καὶ ἵππους, καὶ ἀνδράποδα· ἑαυτοῖς δὲ χρήματα, οἷς ὑποποιήσονται δή πε τὰς δυνατὰς τῶν Ελλήνων ἐπὶ σέ. Αχιλλέως μὲν οὖν[3] ἀπέχεσθαι[4] χρὴ, καὶ γινώσκοντας αὐτὸν φυλάττεσθαι. τὸν σοφιστὴν[5] δὲ ἀποκτεῖναι τάχιστον. ἔυρηται δέ μοι

tem petiisse a Graecis, vt secum Palamedes militaret. Pugnarunt autem, Palamedes quidem strenue ac moderate, Achilles vero parum continenter: vis enim inconsulta, ipsum efferens, in confusionem coniiciebat. Propterea Palamede gaudebat commilitone, sese ab impetu quidem reuocante, & quo pugnandum esset pacto, ostendente. Etenim leonum similis erat magistro, generosum leonem nunc placanti, nunc excitanti. Neque pugnam declinans ipse haec faciebat, sed ipse tela mittens & euitans, clypeumque opponens, atque aciem insequens. Nauem igitur soluerunt de se gaudentes mutuo. Myrmidones autem Thessalique ex Phylace ipsos sequebantur. Quibus ipse enim praefuisset copias, eas Achillis ab eo tempore imperio addictas ait Protesilaus, vt & Myrmidonas, atque ita Thessalos appellatos esse. Captae igitur sunt ciuitates, egregiaque Palamedis nuntiabantur facinora: Isthmorum effossiones, fluminaque in ciuitates deriuata, portuumque septa, ac propugnacula, nocturnaque aduersus Abydum pugna, qua etiam, vulnerati cum essent ambo, Achilles quidem recessit, Palamedes vero haudquaquam defatigatus est, sed, antequam media nox consisteret, oppidum cepit.

VI. Vlysses interea ad Troiam [considens] apud Agamemnonem meras quidem instruebat calumnias, quae fidem tamen inuenirent apud parum prudenter audientem: Achillem nempe Graecorum principatus cepisse desiderium, eique rei Palamedem eum adhibere conciliatorem: *Reuertentur enim*, inquiebat, *paulo post, tibi quidem boues, equos, ac mancipia afferentes, sibi vero ipsis pecunias; quibus vtique Graecorum eos, quorum praecipua est autoritas, aduersum te sibi deuincient. Achillem itaque quidem missum facere, ipsumque, postquam nouimus, cauere, hunc vero Sophistam occidere oportet. Excogitatum au-*

---

2 καὶ ἀπάγοντι] cod. Coll. Noui & Laudian. καὶ μὴ ἀπάγοντι. quod ferri potest hoc sensu: Palamedem quidem Achillis vim atque impetum non extinxisse, sed tantum, quomodo vti eo debeat opportune, ostendisse.

3 αὐτὸν ἀπὸ τῆς φορᾶς] haec probabilior lectio, quam codex Baroccianus habet, & quam Gruterum etiam & Salmasium firmare video. Editi αὐτὴν ὑπὸ τῆς φορᾶς. Cod. Laudian. αὐτὴν τῆς Φθορᾶς.

4 καὶ γὰρ δὴ ἐῴκ.] vulgati καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐῴκ. posterius καὶ praeeunte etiam cod. Coll. Nou. omisimus.

5 ταχθ. γὰρ] sic cod. Barocc. & Colleg. Noui: Laudianus. ταχθ. μὲν γὰρ δὴ. Male vulgati ταχθ. δὲ.

6 τὴν ἑαυτῶ δύναμιν] nam *Phylacae* princeps erat *Protesilaus*, vt s. vidimus in *Protesil.*

7 καὶ Μυρμιδόνας, ἔτως δ' ὀνομ.] sic ex coniectura legimus & distinguimus. Vulgati καὶ Μυρμιδόνας ἔτως ὀνομ. Ceterum de *Thessalis*, qui appellati sint *Myrmidones*. vid. Homer. Iliad. B' v. 681. sq. adde Strabon. l. IX. p. 433.

8 τὰ ἔργα] cod. Laudian. addit τῶ Πολίτ. Cod. Coll. Nou. omittit τὰ.

5. VII. 1 εὐήθως] cod. Laud. εὐθέως.

2 μαστροπῷ δὲ τῷ Παλ. χρ. &c.] haec & sequentia illustrant sententiam eorum, qui Agamemnonem quoque cum Vlysse in necem Palamedis conspirasse dicunt, de qua vide Pausan. in Phocic. p. 347. & Tzetz. ad Lycophron. v. 384. & Scholiast. ad Euripidis Orest. v. 432.

3 μὲν οὖν] addidi οὖν ex cod. Barocc. & Colleg. Nou.

4 ἀπέχεσθαι χρὴ] forte quod nimia eius esset inter Graecos autoritas.

5 σοφιστὴν] nempe antiquissimis temporibus σοφισταὶ di-

tem

tem mihi inuentum est, cuius ope in odium adducetur apud Graecos, & ab ipsis interficietur. Narrauitque, vt instructum a se sit & compositum Phrygis, atque auri vna cum Phryge deprehensi, negotium. Cumque ista callide excogitata viderentur, consentiretque in insidias Agamemnon, *Age o Rex*, dixit, *Achillem quidem ad ciuitates, vbi nunc est, mihi detine: Palamedem vero eo praetextu, quod Ilium operibus oppugnare, machinasque inuenire debeat, huc euoca. Nam si absque Achille venerit, non modo a me, verum etiam ab alio quouis minus sapiente insidiis circumueniri poterit.*

κατ' αὐτῆ τέχνη, δι' ἧς μισηθήσεταί τε ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀπολεῖται ὑπ' αὐτῶν. καὶ διεξῆλθεν, ὡς ἡτοίμασαι αὐτῷ τὰ περὶ τὸν φόνον [6], καὶ τὸ χρυσίον τὸ ληφθὲν ἐμῇ τῷ Φρυγί [7]. σοφῶς δὲ τούτων ἐπινενοῆσθαι δοκούντων, καὶ ξυνθεμένης τῇ ἐπιβουλῇ τῆς Ἀγαμέμνονος· ἄγε δή, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, τὸν μὲν δὴ [8] Ἀχιλλέα φύλαττέ μοι περὶ τὰς πόλεις [9], ἐν αἷς ἐστι νῦν. τὸν Παλαμήδη δὲ, ὡς τειχομαχήσοντα τῷ Ἰλίῳ, καὶ μηχανὰς εὑρήσοντα, μεταμπέμπε ἐνταῦθα. ἄνευ γὰρ τοῦ Ἀχιλλέως ἥκων ἐκ ἐμοὶ μόνῳ ἔσαι ἀλωτὸς, ἀλλὰ καὶ ἄλλῳ ἥττον σοφῷ.

VII. Placuit hoc, statimque caduceatores Lesbum naui delati sunt. Nondum autem tota tum expugnata erat, verum ita res eius se habebant. Lyrnessus Aeolica ciuitas erat, a natura munita, nec tamen moenibus destituta, quo Orphei caput delatum ferunt, lapidibusque sonitum quendam indidisse: Lyrnessique hodienum maritima ora lapidum concentu musicum sonum edit. Hanc decimum iam diem obsidentibus illis, nam difficile captu oppidum erat, caduceatores Agamemnonis mandata retulere. Visum autem est obsequium praestare, & alterum quidem manere, Palamedem vero decedere oportere. Itaque cum lacrymis sibi mutuo valedixere. Postea vero quam ad castra naui appulit, & illa expeditione gesta narrauit, cuncta Achilli adscribens: *iubes*, ait, *o Rex, me operibus oppugnare Troiam: ego autem opera maxime*

Ἐδοξε ταῦτα, καὶ ἔπλεον οἱ κήρυκες ἐς Λέσβον. ἐαλώκει δὲ ὅπω πᾶσα, ἀλλ' ὧδε τὰ περὶ αὐτὴν εἶχε. πόλις, Αἰολὶς Λύρνησσος [1], ᾠκεῖτο, τειχήρης τὴν φύσιν [2], καὶ δὲ ἀτείχιστος, ᾗ φασι τὴν Ὀρφέως προσενεχθῆναι [3], καὶ δᾶναί τινα ἠχὼ ταῖς πέτραις [4], καὶ μεμύσωται ἔτι καὶ νῦν τῆς Λυρνησσοῦ τὰ περὶ τὴν θάλατταν, ὑπὸ τῆς ᾠδῆς τῶν πετρῶν. ἐνταῦθα προσκαθημένων δεκάτην ἡμέραν, χαλεπὸν γὰρ ἦν ἁλῶναι τὸ χωρίον, ἀπήγγειλαν μὲν οἱ κήρυκες τὰ παρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος. ἐδόκει δὲ πείθεσθαι, καὶ τὸν μὲν [5] καταμένειν, τὸν Παλαμήδη δὲ ἀπιέναι. καὶ ἀπῆλθον ἀλλήλων δακρύοις ἅμα. ἐπεὶ δὲ κατέπλευσεν [6] ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ τῆς στρατιᾶς ἀπήγγειλεν, Ἀχιλλεῖ πάντα ἀνατιθεὶς [7]· ὦ βασιλεῦ, ἔφη, κελεύεις με τειχομαχεῖν τῇ Τροίᾳ; ἐγὼ δὲ μηχανήματα [8] μὲν γενναῖα ἡγῦ-

---

cti qui postea *σοφοί*. Sic VII sapientes *σοφισταὶ* Plutarch. de *τῷ εἰ* sub init. vocat: eodemque nomine semper appellat Chilonem in lib. *περὶ πολυφιλίας*.

6 *τὰ περὶ τὸν Φόνον*] haec lucem accipiunt ex istis Scholiastae Euripidis l. c. *λαβόντες γὰρ* ΦΡΥΓΑ *αἰχμάλωτον, χρυσίον κομίζοντα Σαρπηδόνι, ἠνάγκασαν γράψαι Φρυγίοις γράμμασι περὶ προδοσίας, ὡς παρὰ Πριάμῳ πρὸς Παλαμήδην.*

7 *ἐμῇ τῷ Φρυγὶ*] verissima lectio codicis Laud. corrupta in vulgatis in *ὑπὸ τῷ Φρυγὶ*, eo quod ista non assequerentur plerique. Nempe haec sibi volunt ista: *aurum* quoque *Phrygium* simul cum *Phrygio mancipio* in potestatem redegisse Graecos quosdam: ab eo nempe ad *Sarpedonem* deferendum: quod fidem facturum proditionis accusationi, Agamemnoni ostendit Vlysses: in tentorio nempe Palamedis, vt postea factum, defossum.

8 *δὴ*] omittit Barocc. & codex quem Morellius vidit.

9 *Φύλ. μοι περὶ τ. πόλ.*] cod. Barocc. pro *περὶ* habet *παρά*. Sensus vero planus. Vult Vlysses, vt Agamemnonis autoritate in expeditione *περὶ τὰς πόλεις*, *πόλεις* nempe *ἀκταίας*, vt paulo ante appellabantur, *κὴ νήσους* detineatur: ne si praesens sit *iudicio* aduersus *Palamedem* ea, qua pollebat apud Graecos, autoritate iniuste accusatum tueretur: quod ex sqq. planissimum.

§. VII. 1 *Λύρνησσος*] de expeditione Achillis aduersus hanc vrbem vide & Homer. Iliad. B' v. 690. adde Dictyn l. II. c. 17.

2 *τειχήρης τὴν φύσιν*] *ἰσθμὸν χωρίου* vocat Strabo lib. XIII. p. 612.

3 *τὴν Ὀρφέως προσενεχθῆναι*] sic scripsisse puto Philostratum & subintellexisse *κεφαλὴν*: imperite vero nonnulli textum supplere cupientes *λύραν* addidere. Nempe de *Lyra* Orphei in Lesbum delata nusquam me legisse memini, quin potius eam, figuratam stellis, inter sidera collocatam esse Mythographi tradunt post fata eius. *Caput igitur* Orphei intelligere Philostratum non dubito, quod, eo a *Thressis* discerpto, in *Lesbum* fluctibus delatum fuit. Quae de re vide ad vitam Apollonii Tyanens. notata l. IV. c. 14. & s. ad *Philoctetem* §. III.

4 *δᾶναί τινα ἠχὼ τ. πέτρ.*] *ad musicam artem ingeniosissimos* Lesbios ex eo quod Orphei caput ad eos delatum, & in honore ab iis habitum, tradit Hygin. Poetic. Astronomic. c. 7.

5 *τὸν μὲν*] in cod. Barocc. manu recentiore adscriptum *Ἀχιλλέα*.

6 *κατέπλευσεν*] numerum vnitatis retinendum putaui cum cod. Barocc. & Laudian. Editi *κατέπλευσαν*.

7 *ἀνατιθεὶς*] in cod. Barocc. manu recentiore adtextum inuenitur *κὴ ἀπῆκεν τὰ παρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος*. Sed forte ex coniectura ista subiuncta, quod melius sic cohaerere videretur oratio. Verum nec sine iis sua ei integritas deest. Nempe mandata Agamemnonis iam in Lesbo acceperat Palamedes: adeoque post relationem de gestis ibi, ad ista mandata deuenire potuit, non interpellante oratione Agamemnone.

8 *μηχανήματα μὲν* &c.] nempe *machinis* quibusdam a Palamede inuentis, Troiam oppugnari se cupere Agamemnon per legatos illos prae se tulerat,

μα: τὲς Αιακίδας [9], καὶ τὸν Καπανέως τε καὶ Τυδέως [10], καὶ τὲς Λοκρὲς, Πάτροκλόν τε δὴ πε καὶ Αιαντα. εἰ δὲ καὶ ἀψύχων μηχανημάτων δεῖσθε, ἤδη ἡγεῖσθε κεῖσθαι τ' Τροίαν τό γε ἐπ' ἐμοί. ἀλλὰ ἔφθησαν αὐτὸν αἱ Οδυσσέως μηχαναὶ, σοφῶς ξυντεθεῖσαι, καὶ χρυσῷ μὲν ἥττων ἔδοξε, προδότης δὲ εἶναι κατεψεύσθη. περιαχθεὶς δὲ τῷ χείρε, κατελιθώθη, βαλλόντων αὐτὸν Πελοποννησίων τε καὶ Ιθακησίων [11]. ἡ δὲ ἄλλη Ἑλλας ἀδὲ ἑώρα ταῦτα, ἀλλὰ καὶ δοκοῦντα ἀδικεῖν ἠγάπα. ὠμὸν καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ κήρυγμα· μὴ γὰρ θάπλειν τὸν Παλαμήδη, μηδὲ ὁσιῶν τῇ γῇ, ἀποθνήσκειν δὲ ὁ ἀνελόμενός τε καὶ θάψας [12]. κηρύττοντος δὲ ταῦτα τε Αγαμέμνονος, Αιας ὁ μέγας [13], ἐπιῤῥίψας ἑαυτὸν τῷ νεκρῷ, πολλὰ μὲν δάκρυα περὶ αὐτῷ ἀφῆκεν. ἀναθέμενος δὲ αὐτὸν, διεξέπεσε τε ὁμίλε, γυμνῷ τῷ ξίφει, καὶ ἑτοίμῳ. θάψας ἂν, ὡς εἰκὸς ἦν τὸν εἰργόμενον [14], ἀ προσῆει τῷ κοινῷ τῶν Ελλήνων, ἀδὲ ἐς βελῆς ἦ γνώμης ἤπλετο, ἀδὲ ἐξῄει ἔτι ἐς τὰς μάχας.

Αχιλλέως τε ἀφικομένε μετὰ τὴν τῆς Χερρονήσε ἅλωσιν, ἄμφω ἐπὶ τῷ Παλαμήδει ἐμήνισαν. ὁ μὲν Αιας ἀκ ἐπιπολύ. ὡς γὰρ ἤσθετο τῶν ξυμμάχων καὶῶς πραττόντων, ἠλέησέ [1] τε καὶ τὴν ὀργὴν μετέθηκεν. ὁ δὲ Αχιλλεὺς ἐπεμήνυε [2] τὴν μῆνιν. ᾠδήν τε γὰρ τῆς λύρας τὸν Παλαμήδη ἐπεποίητο, καὶ ἤδεν αὐτὸν ὅσα τὲς προτέρες τῶν ἡρώων· ἐδεῖτό τε ὄναρ ἐφίσασθαί οἱ, σπένδων ἀπὸ κρατῆρος, ἅ Ερμῆς ὑπὲρ ὀνείρων πίνει [3]. ἔοικε τε ὁ ἥρως ἅτος ἀκ Αχιλλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν οἷς ῥώμης τε καὶ σοφίας ἔρως, παρέχειν ἑαυτὸν ζήλε τε καὶ ᾠδῆς ἄξιον. ὅ τε Πρωτεσίλεως, ἐπειδὰν ἐς μνήμην ἀφικώμεθα, ἀσακτὶ δακρύει, τήν τε ἄλλην ἀνδρίαν ἐπαινῶν τε ἥρω, καὶ τὴν ἐν τῷ θανάτῳ [4]. ἀ γὰρ

ingenua Aeacidas, Capaneique, ac Tydei filios puto, & Locrenſes, Patroclum vtique atque Aiacem. Quod ſi tamen inanimatis etiam opus habetis operibus, iam Troiam, quantum in me eſt, proſtratam iacere arbitramini. At praeuenere ipſum Vlyſſis machinae aſtute compoſitae, & auro ſuccubuiſſe viſus, proditorque per calumniam factus eſt. Vinctis igitur poſt terga manibus, lapidibus eſt peremtus, quos in eum coniecere Peloponneſii atque Ithacenſes. Nam ceteri Graeci ne quidem videre haec voluerunt, ſed criminis licet reum exiſtimantes, tamen amarunt. Crudele etiam fuit edictum de eo; *ne ſcilicet Palamedem quiſpiam ſepeliret, neque humo pie tegeret; capitiſque ſupplicium vt ſubiret, qui ſuſtuliſſet, ac ſepulturae mandaſſet.* Haec autem edicente Agamemnone, magnus Aiax in mortuum proruens, multas quidem lacrymas ob ipſum emiſit: ſublatoque eo, denudato enſe ac expedito per multitudinem eſt dilapſus. Itaque cum ipſum, vt poterat, qui obſtante edicto id faceret, ſepeliuiſſet; in concionem Graecorum non venit amplius, nec conſilium ac ſententiam contulit, nec ad pugnas exiuit.

VIII. Achilles autem, vbi poſt captam Cherrhoneſum reuertiſſet, ambo Palamedis cauſa iram exercuere. Aiax quidem non diu. Vbi enim commilitones male habere ſenſit, miſeratus eſt, iramque depoſuit. Achilles vero iram protraxit, lyrae enim carmen de Palamede aptauerat, ipſumque haut ſecus ac priſtinos heroes canebat: precabatur etiam vt per ſomnum ſibi adeſſet, libans cratere, ex quo Mercurius ſomniorum cauſa bibere ſolet. Viſus autem eſt hic ipſe Heros non Achilli modo, verum omnibus, apud quos fortitudini ac ſapientiae aliquod pretium ſtaret, zelo & laudibus digniſſimus. Et Proteſilaus quidem quoties in ipſius mentionem incidimus, effuſe illum lacrymis proſequitur, tum alias declaratam, tum in morte etiam, herois fortitudinem commendans. Neque enim ſup-

9 Αιακίδας] Aiacem Telamonium, & Achillem.

10 τὸν Καπανέως τε καὶ Τυδέως] Diomedem & Sthenelum.

11 Πελοποννησ. τε καὶ Ιθακησ.] quorum nempe illi Agamemnonis, hi Vlyſſis principum conſpirationis aduerſus Palamedem, ſubditi erant.

12 ὁ ἀνελόμενός τε καὶ θάψας] cod. Barocc. & Colleg. Noui habent τὸν ἀνελόμενόν τε καὶ θάψαντα.

13 Αιας ὁ μέγας] Telamonium intelligit, virtute altero Aiace, Locro, Oilei filio, maiorem, vt noſtro explicatur hoc ἐπίθετον inf. contra Homerum, *Aiace Telamon.* initio vbi vide not. 2.

14 ὡς εἰκὸς ἦν τὸν εἰργόμενον] εἰργόμενος *ſepultura* Palamedes erat per *edictum*, cuius ea ſaltem vis erat, vt conſueta ſolennia, & ἐπιταφίες ἀγῶνας, heroibus debitos, in honorem Palamedis non poſſet inſtituere Aiax. Hinc dicitur ſepeliuiſſe ὡς εἰκὸς ἦν τὸν εἰργόμενον i. e. ſine magno apparatu funebri.

§. VIII. 1 ἠλίησε] ἤλγησε Laudian.

2 ἐπεμήνυε] ἀπεμήνυε id.

3 ἅ Ερμῆς ὑπὲρ ὀνείρων πίνει] nempe poſt coenam, cum iam cubitum diſcederent conuiuae, litabant antiqui Mercurio, δοκεῖ γὰρ Ερμῆς ὕπνῳ πρεσάτας εἶναι. vid. Athenaeus l. I. p. 16. vnde & Ερμῆς dicta ἡ τελευταία πόσις teſte Polluce. Poculum igitur ἅ Ερμῆς ὑπὲρ ὀνείρων πίνει, vltimum eſt in coena, nam illo ipſi *litatur*, eoque *bibere* proinde dicitur. Mutato vero more *Achilles* illo poculo litabat *Palamedi*, quem ſibi inter dormiendum apparere optabat: Heroem ſcilicet, *Mercurio*, artium Deo, virtute ſimillimum.

4 θανάτῳ] recentior manus addit: ἀνδρεῖος δὲ ὢν καὶ

pli-

plicem vocem eum emisisse, neque miserandam aut lamentabilem. Verum, *miserror*, inquiens, *tui, o veritas; tu enim ante me periisti*, lapidibus caput obiectauit, vt qui nosset Nemesin contra ipsos mox adfuturam.

IX. *Phoenix.* Licetne Palamedem quoque videre, o Vinitor, vt Nestorem, Diomedemque, ac Sthenelum vidi? an nihil de ipsius forma Protesilaus differere solet? *Vinitor.* Licet, o hospes, & vide. Corporis itaque statura quidem eadem illum ait fuisse, qua maiorem Aiacem, pulcritudine vero cum Achille Antilochoque, & secum ipso, Protesilaus ait atque Euphorbo Troiano certasse. Etenim barbam quidem teneram ipsi progerminasse, & quae cincinnos promitteret: comam vero ad cutem abrasam, supercilia libera, atque erecta, & circa nasum coniuncta, qui ipse quadratus ei fuerit beneque compactus. Oculorum autem indolem in bello quidem stabilem visam atque acrem, in pace vero amabilem, & affatu in conferendis consiliis iucundam. Dicitur item mortalium maximos habuisse oculos. Atqui nudum aiunt Palamedem medium inter grauem ac leuem athletam tenuisse, multumque circa faciem habuisse squalorem, aureis Euphorbi cincinnis suauiorem. Squalorem autem contrahebat eo, quod somnum vbicunque ferret occasio caperet, & saepe in summo Idae cacumine pernoctaret, vbi a rebus bellicis haberet vacationem. Coelestium enim rerum contemplationem ab eo inde ex locis sublimioribus sapientes instituunt.

δὴ ἱκετεῦσαι[5] ὁ Παλαμήδης, ὐδὲ οἰκτρόν τι εἰπεῖν, ὐδὲ ὀδύρασθαι, ἀλλ' εἰπὼν, "ἐλεῶσε, ἀλήθεια, σὺ γὰρ ἐμοῦ προαπόλωλας", ὑπέσχε[6] τὴν κεφαλὴν τοῖς λίθοις, οἷον ξυνιεὶς ὅτι ἡ δίκη πρὸς αὐτὸς ἔσαι.

Φοῖ. ἔστι καὶ τὸν Παλαμήδη ἰδεῖν, Αμπελεργὲ, καθάπερ τὸν Νέσορα εἶδον, καὶ τὸν Διομήδη, καὶ τὸν Σθένελον; ἢ ὐδὲν περὶ τῆς ἰδέας αὐτοῦ ὁ Πρωτεσίλεως ἑρμηνέυει; Αμ. ὑπάρχει, ξένε, καὶ ὅρα. μέγεθος μὲν τοίνυν αὐτὸν κατὰ τὸν Αιαντα τὸν μείζω[1] γενέσθαι, κάλλος δὲ Αχιλλεῖ τε ἀμιλλᾶσθαι, καὶ Αντιλόχῳ, καὶ αὐτῷ[2], φησιν ὁ Πρωτεσίλεως, καὶ Ευφόρβῳ τῷ Τρωΐ. γένεια μὲν γὰρ αὐτῷ ἁπαλὰ ἐκφύεσθαι, καὶ ξὺν ἐπαγγελίᾳ βοστρύχων· τὴν κόμην δὲ, ἐν χρῷ εἶναι[3], τὰς δὲ ὀφρῦς ἐλευθέρας τε καὶ ὀρθὰς, καὶ ξυμβαλλούσας[4] πρὸς τὴν ῥῖνα, τετράγωνόν[5] τε ὄσαν, καὶ εὖ βεβηκυῖαν[6]. τὸν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν νοῦν ἐν μὲν ταῖς μάχαις ἄτρεπτόν τε φαίνεσθαι καὶ γοργόν, ἐν δὲ τῇ ἡσυχίᾳ φιλέταιρόν τε καὶ εὐπροσήγορον τὰς βολάς. λέγεται δὲ καὶ μεγίστοις ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς χρήσασθαι. καὶ μὴν καὶ γυμνὸν φασι τὸν Παλαμήδη μέσα φέρεσθαι βαρέως ἀθλητῆ καὶ κάφῃ, καὶ ἀυχμὸν περὶ τῷ προσώπῳ ἔχειν, πολύν, ἡδίω τῶν Ευφόρβου πλοκάμων τῶν χρυσῶν[7]. ἀυχμῷ δὲ ἐπεμελήτο ὑπὸ τοῦ καθεύδειν τε ὡς ἔτυχεν, ἀυλίζεσθαί τε πολλάκις ἐν τῇ ἀκρωνυχίᾳ τῆς Ιδης, ἐν σχολῇ τῶν πολεμικῶν. τὴν γὰρ κατάληψιν τῶν μετεώρων ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων οἱ σοφοὶ ποιῆνται.

X. Troiam autem neque nauem adduxit, neque virum, sed cymba vna cum Oeace fratre nauigauit, multis, vt ait Protesilaus, brachiis seipsum praestare existimans: nec pedissequus ipsi erat, nec seruus, nec Tecmessa

Ηγε δὲ εἰς Ιλιον ὅτε ναῦν, ὅτε ἄνδρα, ἀλλ' ἐν πορθμείῳ ξὺν Οιακι τῷ ἀδελφῷ, ἔπλευσε, πολλῶν φησι[1] βραχιόνων ἀντάξιον ἑαυτὸν ἡγούμενος. ὐδὲ ἀκόλουθος ἦν αὐτῷ, ὐδὲ θεράπων, ὐδὲ Τέκμησσά[2]

ἐν τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν τῷ θανάτῳ ἔδοξεν. quae subleſtae mihi fidei visa fuerunt.

5 ἱκετεῦσαι] Αγαμέμνονα addebant vulgati. Sed omittebant vocem cod. Barocc. & Colleg. Nou. iidem mox τὸν Παλαμήδην legebant pro ὁ Παλαμήδης.

6 ὑπίσχε] Morell. ediderat ὑπίσχη. Gruterus & Salmaſ. ὑπίση ſubſtituebant, ex coniectura, vt puto.

§. IX. 1 τὸν μείζω] i.e. *Telamonium*. vid. ſ. §. VII. n. 13.

2 αὐτῷ] Barocc. & Colleg. Noui cod. ἑαυτῷ, ſed promiſcue illa vſurpari notum.

3 ἐν χρῷ εἶναι] id factum ſcilicet, ne in pugna inuenirent aduerſarii, quo ipſum tenerent: quam ob cauſam *Theſeum* quoque & *Abantes* ſinciput tonſos fuiſſe narrat Herodotus in *Theſeo*. Vbi & Alexandrum ſimilem ob cauſam ducibus ſuis ediciſſe memorat, vt tonderent Macedonum *barbas* ὡς λαβὴν ταύτην ἐν ταῖς μαχαῖς ὄσαν προχειροτάτην. adde Polyaenum lib. I. Strategem.

4 ξυμβαλλούσας] tales *Herculi* quoque *Herodis*. vide Sophiſt. vitas *Herode* §. VII. vbi vide not. 3.; tales συνόφρυες Graecis.

5 τετράγωνον] haec quoque vox de *naſo* ſupra in *Proteſilao* obuia erat, cui ῥὶν τετράγωνος ὥσπερ τῶν ἀγαλμάτων tribuebatur.

6 εὖ βεβηκυῖαν] τὸ βεβηκὸς ſupra in *Diomede* & *Sthenelo* ſub fin. ad totius corporis ſtatum relatum habet.

7 Ευφορβ. πλ. τ. χρυσῶν] ſimilia inf. noſter habet in Euphorbo: alluditur autem ad Iliad. P' v. 52.

Πλόκαμοι δ' οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.

8 ἀπὸ τ. ὑψηλοτ. οἱ σοφοὶ ποιῆνται] vide exempla in vita Tyanenſis l. II. c. 5. allata.

§. X. 1 φησι] ſic ſcribo pro φασι. Nam iſta omnia non ex aliorum, ſed ex vnius Proteſilai relatione narrantur.

2 Τέκμησσα] Teuthrantis, Phrygiae Principis, filia, ab Aiace Telamonio capta, inde ipſi muliebria officia, qualia

τις, ἢ Ἰφις[3], λάβρά τε, ἢ σορνῦσα τὸ λέχος, ἀλλ' αὐτουργὸς βίος[4], καὶ ἔξω τῶ κατεσκευάσθαι. εἰπόντος γῶν ποτε πρὸς αὐτὸν Ἀχιλλέως, ὦ Παλάμηδες, ἀγροικότερος φαίνῃ τοῖς πολλοῖς, ὅτι μὴ κέκτησαι τὸν θεραπεύσοντα[5]. τί ἄν, ταῦτα, ἔφη, ὦ Ἀχιλλεῦ; τῶ χεῖρε ἄμφω προτείνας[6]. διδόντων δὲ αὐτῷ τῶν Ἀχαιῶν ἐκ δασμῶ χρήματα, καὶ κελευόντων αὐτὸν πλουτεῖν, ὰ λαμβάνω, ἔφη· κἀγὼ γὰρ ὑμᾶς κελεύω πένεσθαι, καὶ ὰ πείθεσθε. ἐρομένω δέ ποτε αὐτὸν Ὀδυσσέως, ἐξ ἀστρονομίας ἥκοντα, τί πλέον ἡμῶν ὁρᾶς ἐν τῷ οὐρανῷ; τὰς κακὰς, εἶπεν. ἀμείνων δ' ἂν ἦν τὰς Ἀχαιὰς ἐκδιδάξας ὅτῳ ποτὲ τῶν τρόπων φανεροὶ οἱ κακοί· ὰ γὰρ ἂν προσήκαντο τὸν Ὀδυσσέα, ἐπαντλοῦντα αὐτῷ ψευδεῖς ὕτω, καὶ πανοῦργας τέχνας.

Τὸ δὲ λεγόμενον πῦρ, ὑπὸ Ναυπλίῳ[1] περὶ κοίλην Εὔβοιαν[2] ἐπὶ τὰς Ἀχαιὰς ἀρθῆναι, ἀληθές τε[3] φησιν εἶναι, καὶ ὑπὲρ Παλαμήδας ὑπὸ μοιρῶν[4] πεπράχθαι, καὶ Ποσειδῶνος[5] ἴσως, ξένε, μηδὲ[6] βουλομένης τῆς τοῦ Παλαμήδους ταῦτα ψυχῆς. σοφὸς γὰρ ὢν, συνεγίγνωσκέ πῳ αὐτοῖς τῆς ἀπάτης. ἔθαψαν δὲ[7] αὐτὸν Ἀχιλλεύς τε καὶ Αἴας, εἰς τὴν ὅμορον τῇ Τροίᾳ τῶν Αἰολέων ἤπειρον· ὑφ' ὧν[8] καὶ ἱερὸν αὐτῷ τι ἐξῳκοδόμητο, μάλα ἀρχαῖον, καὶ ἄγαλμα Παλαμήδους ἵδρυται, γενναῖόν τε καὶ ἔνοπλον· καὶ θύουσιν αὐτῷ, ξυνιόντες, οἱ τὰς ἀκταίας οἰκοῦντες πόλεις. μαντεύειν τε χρὴ τὸ ἱερὸν κατὰ Μήθυμναν τε καὶ Λεπέτυμνον[9]. ὄρος δὲ τοῦτο, ὑψηλὸν, ὑπερφαίνεται τῆς Λέσβου.

aliqua, aut Iphis, quae lauaret ac lectum sterneret, sed ipse sibi ipsi ministrans viuebat, nullo apparatu. Itaque cum ad ipsum aliquando Achilles dixisset, *paulo agrestior, o Palamedes, plerisque videris, quod seruum habeas nullum: quid igitur haec? o Achilles*, respondit, vtramque manum protendens. Achiuis autem pecunias ipsi in praedae diuisione tribuentibus, diuitemque esse iubentibus, *non accipio*, inquit, *vos enim ego quoque pauperes iubeo esse, neque tamen paretis.* Percunctante autem ex ipso aliquando Vlysse, a siderum contemplatione redeunte, *quid plus quam nos in coelo vides? malos*, respondit: rectius facturus si Achiuos, quo modo deprehendi possint mali, edocuisset. Sic enim Vlyssem non audituri fuissent mendaces ac versutas artes contra ipsam exhaurientem.

XI. De igne porro quae dicunt, a Nauplio circa cauam Euboeam aduersus Graecos conflato, vera esse ait, idque Palamedis causa a Parcis factum esse, & forte a Neptuno etiam, o hospes, inuitis Palamedis manibus. Sapiens enim qui esset, ipsis fraudis admissae veniam dedit. Ipsum autem Achilles, atque Aiax, in finitima Troiae Aeolensium continente sepulturae mandarunt, a quibus & sacellum ipsi exaedificatum est antiqua plane structura, & Palamedis posita statua est, mascula specie & bene armata: faciuntque ei sacra qui in littore positas ciuitates habitant in solennibus conuentibus. Inuestigare oportet sacellum istud circa Methymnam, ac Lepetymnum. Est autem Lepetymnus mons praealtus, qui in Lesbo insula eminet.

---

post recensentur, praestitit. vide de ea Sophoclem in *Aiac. μαστιγοφ.* Horat. Od. IV. lib. II. Dictyn l. II. c. 18. 19.

3 Ἰφις] haec Patroclo erat quod Tecmessa Aiaci. vid. Homer. Iliad. I' v. 663. adde Eustath. ad Il. Λ' p. 35. ab Achille ei donata *Scyros* expugnata.

4 αὐτουργὸς βίος] a quo etiam alios heroes commendat Homerus, Vlyssem, Achillem, quos αὐτουργὲς fistit & αὐτοδιακόνους vt Eustathio obseruatum ad Iliad. I. Quod male in Homero reprehendit Perraltus, non attendens, veterum mores ita tulisse, vt per se facerent Principes, quae seruis nostra aetate permittere solent. Sic & Λαέρτης αὐτουργῶν nobis fistitur ab Aeliano Var. Histor. lib. VII. c. 5. Quin & post Heroica tempora Quintius Dictator τὸν αὐτουργὸν ἀγαπῆσαι βίον dicitur ab autore innominato apud Suidam. Et in Catone maiore τὴν αὐτουργίαν *in vita eius* laudat Plutarchus. Imo & Imperator M. Aurelius inter cetera bona mentis, quae τροφεῖ suo se debere agnoscit, τὸ αὐτουργικὸν quoque ponit. Ad quem locum plura in eam rem doctiss. Gattakero obseruata vide.

5 θεραπίσοντα] cod. Colleg. Noui θεραπίοντα. Laudian. θεράποντα.

6 τὼ χεῖρε ἄμφω προτείνας] sic Gorgo, Lacaena puella, Aristagoram a famulo calceari videns, ad patrem Cleomenem: Πάτερ, ait, ὁ ξένος ὅτος χεῖρας οὐκ ἔχει. vide Plutarch. Apophtegm. Et Cynicus Diogenes idem officium alii praestare famulum videns: non satis eum beatum esse dixit, quod nares famulo non emungendas etiam praebeat, id autem eum consecuturum πηρωθέντα τὰς χεῖρας Diogen. Laert. VI. 44.

§. XI. 1 Ναυπλίῳ] Palamedis ille parens, cuius caedem vlturus, Graecis a Troia redeuntibus, & circa saxa Capharea tempestate afflictis, facem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta erant. Illi igitur naues eo direxerunt, faces istas humanitatis causa accensas putantes, atque sic maximam partem perierunt. vide Hygin. fab. CXVI. adde & Schol. ad Euripidis Orest. v. 432. & Tzetz. ad Lycophron. v. 384.

2 κοίλην Εὔβοιαν] vide obseruata ad vitam Apollon. Tyan. l. I. c. 24. n. 12. Ευνοιαν vitiose Morell.

3 ἀληθές τε] τε omittit Barocc.

4 ὑπὸ μοιρῶν] cod. Barocc. & Colleg. Nou. ἐκ μοιρῶν.

5 Ποσειδῶνος] aui Palamedis, nam eius filius Nauplius. vide Apollodorum & ceteros Mythographos. Eadem vero habes supra *Protesilao* §. XX. sub fin.

6 μηδὲ] Laudian. μὴ.

7 ἔθαψαν δὲ] sic Barocc. & cod. Coll. N. Vulgati ἔθαψε.

8 ὑφ' ὧν] sc. Aeolensibus.

9 κατὰ Μήθυμναν τε καὶ Λεπέτυμνον] ibi etiam collocat

XII. Vlys-

XII. Vlyſſis autem res ita enarrat. Fuiſſe quidem ipſum facundiſſimum, atque dicendi facultate terribilem, diſſimulatorem vero, atque inuidum & malignum: triſtem item ſemper ac quaſi meditantem: bello autem fortem ſpecie magis quam re. Ignarum quippe eum armorum tractandorum & aciei inſtruendae, naumachiaeque, ac murorum oppugnandorum, iaculorum item & arcus tractandi fuiſſe. Ipſius autem facinora multa quidem eſſe, non tamen praeclara valde, vno excepto, quod equum excauatum ſpectat, cuius faber quidem fuit Epeus, Vlyſſes vero inuentor: & in ipſis inſidiis audaciſſimus extitiſſe perhibetur eorum, qui equum implebant. Ad Ilium iam pubertatem egreſſus venit, in Ithacam vero ſenio iam confectus. Diuturnos enim magis obiuit errores ob bellum, quod aduerſus Ciconas ipſi geſtum eſt, maritimas Iſmari partes depraedanti. Nam quae ad Polyphemum, & Antiphatum, Scyllamque atque inferos pertinent, & quae Sirenes canebant, ne audire quidem nos patitur Proteſilaus, ſed auribus ceram inducere iubet, eaque repudiare: non quod voluptatis plena non ſint, & ad oblectandum animum idonea, verum quod minime ſint veriſimilia & plane conficta. Ogygiam praeterea inſulam Aeaeamque, & quod ipſius amore captae fuerint Deae, praeternavigare nos iubet, nec fabulis naue appellere. Fuiſſe enim Vlyſſem iam egreſſum aetatem amori idoneam, & ſimum naſo, ſtatura exi-

Τὰ δὲ Ὀδυσσέως [1] ἅτωσὶ φράζει. γενέσθαι μὲν αὐτὸν ῥητορικώτατον, καὶ δεινόν [2]. εἴρωνα δὲ, καὶ ἐρασὴν [3] φθόνου, καὶ τὸ κακόηθες ἐπαινέτην· κατηφῆτε ἀεὶ, καὶ οἷον ἐπεσκεμμένον [4]· τὰ τολέμια τε [5] δοκοῦντα μᾶλλον γενναῖον, ἢ ὄντα. ἀμὴν ἐπιστήμονα ὁπλίσεως, ἢ τῆς τάξεως, ναυμαχίας τε καὶ τειχομαχίας [6], καὶ αἰχμῆς, καὶ τόξων ἕλξεως. τὰ δὲ ἔργα αὐτοῦ εἶναι μὲν πολλά, ἀμὴν θαυμάσαι ἄξια, πλὴν ἑνὸς, τοῦ ἐς τὸν ἵππον τὸν κοῖλον. ὃν τέκτων μὲν Επειὸς ξὺν Αθηνᾷ ἐγένετο, Οδυσσεὺς δὲ εὑρετὴς, καὶ ἐν αὐτῷ δὲ λέγεται τῷ λόχῳ, θαρσαλεώτατος ὀφθῆναι τοῦ πληρώματος [7]. ἐς Ιλιον μὲν δὴ παρηβηκὼς ἦλθεν, ἐς δὲ Ιθάκην γεγηρακώς. μακροτέρᾳ γὰρ ἐχρήσατο τῇ ἄλῃ, διὰ τὸν πόλεμον, ὃς πρὸς τοὺς Κίκονας [8] αὐτῷ διεπολεμήθη, κατατρέχοντι τὰ ἐπὶ θαλάττῃ τοῦ Ισμάρου. τὰ γὰρ Πολυφήμου, καὶ Αντιφάτου, καὶ Σκύλλης, καὶ τὰ ἐν ᾅδου, καὶ ὁπόσα αἱ σειρῆνες ᾖδον [9], ἀδὲ ἀκέειν ξυγχωρεῖ ὁ Πρωτεσίλεως, ἀλλ' ἐπαλείφειν ἡμᾶς κηρὸν τοῖς ὠσὶ [10], καὶ παραιτεῖσθαι αὐτὰ, ἀχ ὡς ἀ πλέα ἡδονῆς, καὶ ψυχαγωγῆσαι ἱκανὰ, ἀλλ' ὡς ἀπίθανά τε καὶ παρευρημένα. καὶ τὴν νῆσον δὲ τὴν Ωγυγίαν [11], καὶ τὴν Αιαίαν [12], καὶ ὡς ἤρων αὐτοῦ αἱ θεαὶ [13], παραπλεῖν κελεύει, καὶ μὴ προσορμίζεσθαι τοῖς μύθοις. ἔξωρόν τε γὰρ τῶν ἐρωτικῶν [14] εἶναι τὸν Οδυσσέα, καὶ ὑπόσιμον, καὶ ἀ μέγαν, καὶ πεπλα-

---

hoc ſacellum Tzetzes ad Lycophronem p. 384. γίγονε δὲ ὕστερον ἐν Λεπετύμνῳ ὄρει Μηθύμνης ἱερὸν τοῦ ἀνδρός. Mons igitur Lesbi *Lepetymnus*, ab heroe eius nominis dictus: *Methymnus* vrbs a *Lepetymni* coniuge *Methymna* appellata. vide Stephan. de vrbib. Μήθυμν.

§. XII. 1 Οδυσσέως] hic quoque nouum caput exordiebantur editi, titulo ſuperſcripto ΟΔΥΣΣΕΥΣ, at mihi hoc viſum cum priore coniungendum, neque nouum titulum ei ſuperſcribendum, quod ex epilogo colligo partim, partim ex eo, quod longe plura de Vlyſſe in praecedentibus etiam legantur.

2 κὴ δεινὸν] puto vocem in partem deteriorem hic accipi. vid. obſeruata ad vit. Sophiſtar. *prooem.* not. 40. Ceterum pingit Vlyſſis characterem, in multis cum eis quae hic habentur ſatis conuenientem Homerus Iliad. Γ' v. 83.

3 ἐρασὴν] cod. Barocc. ἐργασὴν.

4 κατηφῆ δὲ ἀεὶ] ſic Philoſtratus iunior in imaginibus *Achille in Scyro* βεβυθισμένον τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀκτῖνα διὰ πανουργίαν κὴ τὸ διαθρεῖν τι ἀεὶ tribuit Vlyſſi.

5 πολίμια τε] τε in vulgatis omiſſum, agnoſcunt MSS. noſtri omnes. Ceterum de exigua Vlyſſis in bellis laude vide & ſ. *Palamede* §. III.

6 κὴ τειχομαχίας] πτολίπορθον vocauit Homerus. cui hiſce contradicere conatur noſter.

7 τοῦ πληρώματος] ſunt autem πλήρωμα illi qui implebant equum, in eo deliteſcentes Graeci. Sic πλήρωμα τῶν ἐθνῶν gentium Apoſtolo dicitur, gentilium multitudo quae implere eccleſiam, domum Dei, debebat. Eidem πλήρωμα εὐλογίας eſt εὐλογία πληροῦσα indigentiam hominum, ob quam κενοὶ quaſi videntur. Sic apud Matthaeum quoque πλήρωμα in veſtimento eſt panni aſſumentum, quod implet foramen. Ceterum de equo Troiano eiuſque architecto *Epeo* nil addo: vbique ea de re *mythographi* & *poetae*.

8 ὃς πρ. τοὺς Κίκονας] omittunt τοὺς editi: agnoſcunt Barocc. & cod. Colleg. Nou. Ceterum de bello hoc aduerſus *Ciconas*, & de Iſmaro expugnata, vide Homerum ſub initium Odyſſeae, in qua & de ceteris paulo poſt hic inter fabuloſa reiectis: ex ea vero compendio iſta omnia recenſuit Hyginus fab. CXXV.

9 σειρῆνες ᾖδον] editi inter has voces interſerebant ἐν τῇ νήσῳ, quae omittebat cod. Colleg. Nou.

10 ἐπαλείφειν ἡμ. κηρὸν τοῖς ὠσὶ] manifeſtum eſt, ad fabulam Sirenum alludi, quas praeteruecturus Vlyſſes, ceram auribus inducebat, ne cantu deliniti perirent.

11 Ωγυγίαν] vbi Calypſo habitabat quae Vlyſſem amans toto anno eum detinuit Homer. Odyſſ. Α' v. 85. adde ceteros Th. Munkero citatos ad Hygini fab. CXXV. p. 189.

12 Αιαίαν] Circes ſedem. Homer. Odyſſ. Κ' v. 135. & Munker. ad Hygin. fab. CXXVII. p. 194.

13 αἱ θεαὶ] Calypſo & Circe intelliguntur adde in *Proteſilao* §. XX. dicta.

14 ἔξωρόν τε κὴ γὰρ τ. ἐρωτ.] haec quoque ſupra iam tetigit in *Proteſilao* §. XX.

νημένον τὰς ὀφθαλμὰς, διὰ τὰς ἐννοίας τε καὶ ὑπονοίας. ἐνθυμουμένῳ γὰρ ἀεὶ [15] ἐώκει, τοῦτο δὲ ἄχαρι ἐς τὰ ἐρωτικά. οἷος μὲν δὴ οἷον, καὶ ὡς σοφώτερόν τε καὶ ἀνδρειότερον ἑαυτῆς τὸν Παλαμήδη ὁ Ὀδυσσεὺς ἀπέκτεινεν, ἱκανῶς ἐκ τούτων [16] διδάσκει ὁ Πρωτεσίλεως. ὅθεν καὶ τὸν θρῆνον τὸν παρ' Εὐριπίδῃ ἐπαινεῖ, ὁπότε Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδους μέλεσιν [17],

Ἐκάνετέ, (φησιν [18],) ἐκάνετε τὰν πάνσοφον [19],
ὦ Δαναοὶ,
Τὰν ἁδὲν ἀλγύνασαν ἀηδόνα μασῶν [20],

καὶ τὰ ἐφεξῆς μᾶλλον, ἐν οἷς φησι [21] καὶ ὅτι πεισθέντες ἀνθρώπῳ δεινῷ [22], καὶ ἀναιδεῖ λόγῳ [23], ταῦτα δράσειαν.

guum, oculis vagabundum ob meditationes atque ſuſpiciones. Meditanti enim ſemper ſimilis erat: hoc autem parum venuſtum ad amorem conciliandum. Qualis vir itaque qualem, quodque ſapientia & fortitudine ſe longe ſuperiorem Palamedem interfecerit Vlyſſes, ſatis his ipſis docet Proteſilaus. Quamobrem leſſum etiam, qui apud Euripidem eſt, commendat, quum Euripides in Palamedis melicis [canit],

Neci dediſtis, ah neci! doctiſſimam,
Danai, innocentem, muſicam, luſciniam.

& reliqua, maxime quibus dicit quod a viro in dicendo verſuto, & impudenti oratione inducti haec admiſerint.

Αἴαντα δὲ, τὸν Τελαμῶνος, ἐκάλουν οἱ Ἀχαιοὶ μέγαν [2], οὐκ ἀπὸ τοῦ μεγέθους [3], οὐδ' ἐπειδὴ μείων ὁ ἕτερος, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἔπραττε, καὶ ἐποιοῦντο αὐτὸν ξύμβουλον τοῦ πολέμου ἀγαθὸν ἐκ πατρῴων ἔργων. τὸν γὰρ Λαομέδοντα, τὸν Ἡρακλῆ ἀπατήσαντα [4], μετῆλθε ξὺν Ἡρακλεῖ ὁ Τελαμὼν, καὶ σὺν αὐτῷ τὸ Ἴλιον εἷλεν. ἔχαιρον μὲν οὖν αὐτῷ καὶ ἀόπλῳ. πελώριος γάρ τις ἦν, καὶ ὑπὲρ τὴν στρατιὰν πᾶσαν, καὶ φρόνημα αἴρων εὐηνιόν τε καὶ σῶφρον. ὡπλισμένοι δὲ ἐξεκρέμαντο, μετέωρόν τε βαίνοντος ἐπὶ τὰς Τρῶας, καὶ τὴν ἀσπίδα εὖ μεταχειριζομένου, τοσαύτην οὖσαν [5]· βλέποντός τε χαροποῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς

Aiacem autem, Telamonis filium, Achiui magnum appellabant, non a corporis proceritate, nec quod alter minor eſſet, ſed a maximis geſtis. Eumque conſiliarium eo bello optimum ſibi ſtatuebant, ob ea quae a patre fuerant geſta. Laomedontem enim, qui Herculem deceperat, vna cum Hercule vltus eſt Telamon, cumque ipſo Ilium cepit. Eo igitur etiam inermi gaudebant; fortis enim erat, atque in toto eminebat exercitu, altum ſpirans quidem, ſed moderate ac decenter. Armato autem adhaerebant omnes, ſublimi greſſu in Troianos proficiſcenti, clypeumque apte tractanti, ingens licet eius eſſet moles: iucundiſque ſub galea oculis proſpi- Cap. XI. Aiax Telamonius & Teucer.

---

15 ἀεὶ] omittunt Barocc. & cod. Coll. Nou.

16 τούτων] τούτῳ cod. Barocc. & Coll. Nou.

17 ἐν μέλεσιν] Melica ergo ſunt iſta non Iambica.

18 ἐκάνετέ φησιν] haec ex Euripidis Palamede quoque allegant Diogen. Laert. l. II. ſegm. 44. qui addit dictum id Euripidi recte in Socratis mortem. Idque ſenſiſſe etiam Athenienſes ait anonymus autor argumenti orationis Iſocratis, quae Buſiridis Encomium dicitur. Allegat idem Tzetzes quoque ad Lycophron. l. c. & Stobaeus in florilegio aliquoties. Illi autem omnes cum Philoſtrato haec vt Melica iſto ordine exhibent

Ἐκάνετ' ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ
Τὰν ἁδὲν ἀλγύνασαν ἀηδόνα μασῶν.

addas licet ex autore argumenti orat. Iſocr. iſtum εἶχον

Ἐκάνετε τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον

H. Grotius Exc. Vet. Tragic. p. 396. digeſſit hoc modo in iambos

Ἐκτάνετε Δαναοὶ ἐκτάνετε τὰν Πάνσοφον
Μασῶν, καὶ ἁδὲν ἀλγύνασαν ἀηδόνα.

Grotii tamen verſionem nos retinuimus. Ceterum ἐκάνετε autor argumenti Or. Iſocr. allegatus ἐφονίνσατε interpretatur, quae gloſſa quoque comparet in margine cod. Coll. Nou. nempe a καίνω eſt ἐκάνετε.

19 τὰν πάνσ.] ſic Diogen. & Tzetz. vulgo Philoſtrati codices τὸν πάνσοφον.

20 Μασῶν] ſic Diogenes & Tzetz. item cod. Laudian. Vulgati noſtri male Μᾶσαν.

21 μᾶλλον ἐν οἷς φησι] iſta exciderant editis, at agnoſcunt omnes MSS. noſtri.

22 δεινῷ] vid. ſ. n. 1. ad hanc §.

23 λόγῳ] omittebant Barocc. & cod. Colleg. Noui.

CAP. XI. §. I. 1 Αἴαντα δὲ τὸν Τελαμ.] equidem Aiacis quoque & Teucri res in ſingulares articulos diſcerpſerant vulgati codices: male, vt ſpero patere ex iis quae inf. ad §. III. n. vlt. notauimus.

2 μέγαν] ſic ſupra adpellabat noſter in *Palamede* §. VII. n. 13. vt ab Aiace Oilei diſtingueret.

3 οὐκ ἀπὸ τοῦ μεγέθους] haec Homero oppoſita ſunt, quī ita de Aiace Iliad. Γ'.

Τίς τ' ἄρ' ὅδ' ἄλλος Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,
Ἐξοχος Ἀργείων κεφαλήν, ἠδ' ἐυρείας ὤμους.

4 ἀπατήσαντα] eo nempe, quod mercedem, pactam pro liberatione filiae Heſiones, ceto obiectae, vt Neptuno irato ſatisfieret, non redderet Herculi Ilii Rex, Laomedon, Telamone ſibi iuncto Ilion vi ille expugnauit. vid. Pindarum Iſthm. VI. v. 39. ſeq. Hygin. fab. LXXXIX. & ceteros mythographos.

5 τοσαύτην ὖσαν] clypeum maximae molis Aiaci Telamonio tribuit Homerus Iliad. H' v. 220.

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων ΣΑΚΟΣ ἠΰτε πύργον.
Χάλκεον, ἑπταβοείον, ὃ οἱ Τυχίος κάμε τίυχων,
Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων,
Ὃς οἱ ἐποίησεν σάκος Αἰόλον, ἑπταβόειον,
Ταύρῳ ζατρεφέων, ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκόν.

Hinc Ouidio Metam. XIII. *Clypei Dominus ſeptemplicis Aiax* dicitur.

cienti,

cienti, vt leones dum adhuc reprimunt impetum. Pugnam autem cum fortissimis quibusuis inibat: Lycios quidem, Mysosque, ac Pannonios numeri tantum causa ad Troiam accessisse dictitans. Duces vero eorum dignos cum quibus pugnaret arbitratus, atque eos occidenti quidem dare nomen, vulnerato vero vulnus haud inglorium posse [existimans]. Hoste victo, ab armis abstinebat, viri etenim esse aiebat interficere, spoliare vero esse latronis. Nemo autem audiente Aiace immodestum quicquam ac contumeliosum loquebatur, ne ii quidem, quos inter ortum esset dissidium. Verum & assurgebant ipsi ex sedibus suis, & via cedebant, non plebei modo sed optimates quoque. Cum Achille amicitia ei intercedebat, mutuoque sibi inuidere nec volebant, nec ingenio ad id ferebantur. Aegre autem quicquid ferret Achilles, licet non exiguae rei id gratia fieret, ipse leniebat, partim quidem condolendo, partim vero increpando. Vna porro si qua considerent, aut incederent, ad eos omnes conversi Graeci, viros intuebantur, quales post Herculem nunquam extiterant. Et Aiacem quidem Herculis quoque fuisse dicebant alumnum, infantemque leoninis exuuiis, quas heros gestabat, fuisse inuolutum; quando & Iovi ipsum porrigens, vt, qua parte leonis pelle tegeretur, inexpugnabilis esset, petiit, Aquilaque oranti ei aduolauit, puero quidem nomen a Ioue, precumque exauditarum signum adferens.

II. Vel intuenti autem deprehendebatur diuinae non expers indolis esse, tum formae pulchritudine, tum corporis robore. Vnde Protesilaus belli ipsum appellat statuam. Me autem aliquando dicente: sed tamen magnus hic ac diuinus vir Vlyssi semper in palaestra succubuit: si Cyclopes, respondebat, extitere, vera de istis quoque fabula; cum ipso Polyphemo potius quam cum Aiace Vlyssem luctatum dices. Accepi a Protesilao & illa,

ὑπὸ τὴν κόρυν, οἷον οἱ λέοντες ἐν ἀναβολῇ τῶ ὁρμῆσαι. τὰς μάχας δὲ πρὸς τὰς ἤθεσιν ἐποιεῖτο. Λυκίας μὲν γὰρ, καὶ Μυσὸς, καὶ Παίονας, ἀριθμῶ φάσκων ἕνεκα ἐς Τροίαν ἥκειν, τὰς δὲ τούτων ἡγεμόνας ἀξιομάχας τε ἡγούμενος, καὶ οἷας ἀποκτείναντι μὲν ὄνομα δῆναι, τρωθέντι δὲ ἀπ' ἄδοξον τραῦμα. πολέμιόν τε ἐλῶν, ἀπείχετο τῶν ὅπλων· τὸ μὲν γὰρ ἀποκτείναν ἀνδρὸς εἶναι, τὸ δὲ σκυλεύειν λωποδύτε μᾶλλον. ἀκόλαστον δὲ ἐδὲν, ἐδὲ ὑβριστικὸν ἐφθέγξατο ἂν ἐδεὶς ἐν ἐπηκόῳ τῶ Αιαντος, ἐδὲ ὁπόσοις ἦν διαφορὰ πρὸς ἀλλήλας. ἀλλὰ καὶ θάκων ὑπανίσαντο αὐτῷ, καὶ ὁδῶν ὑπεξίσαντο, ἀχ οἱ πολλοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς εὐδοκίμε μοίρας. πρὸς δὲ Αχιλλέα φιλία ἦν αὐτῷ, καὶ βασκαίνειν ἀλλήλοις ὅτε ἐβούλοντο, ὅτε ἐπεφύκεισαν. τάς τε λύπας, ὁπόσαι περὶ τὸν Αχιλλέα, εἰ καὶ μὴ μικρῶν ἕνεκα ἐγίγνοντο, πάσας ἐπράῦνε, τὰς μὲν ὡς ἂν ξυναλγῶν τις, τάσδ' οἷον ἐπιπλήττων. καθημένων δὲ ὁμῶ καὶ βαδιζόντων, ἐπεστρέφετο ἡ Ελλὰς, ἐς ἄνδρε ὁρῶσα, οἷω μετὰ Ηρακλέα ὕπω ἐγενέσθην. τὸν μέν γε Αιαντα καὶ τρόφιμον τῶ Ηρακλέος εἶναι ἔφασαν, καὶ, βρέφος ὄντα, ἐνειληθῆναι [6] τῇ λεοντῇ τῶ ἥρως, ὅτε ἀνασχὼν αὐτὸν τῷ Διΐ, ἀνάλωτον ἤτει γενέσθαι κατὰ τὴν δορὰν τῶ λέοντος· ἀετός τε ἐυξαμένῳ ἀφίκετο [7], φέρων ἐκ Διὸς τῷ μὲν παιδὶ ὄνομα [8], ταῖς δὲ ἐυχαῖς νεῦμα.

Δῆλός τε ἦν καὶ ἁπλῶς εἰς αὐτὸν βλέψαντι, μὴ ἀθεεὶ φῦναι, διά τε τὴν ὥραν, διά τε τὴν ῥώμην τῶ εἴδος. ὅθεν ὁ Πρωτεσίλεως ἄγαλμα [1] πολέμε καλεῖ αὐτόν. ἐμῶ δέ ποτε εἰπόντος, καὶ μὴν κατεπαλαίσθη ἀεὶ ὑπὸ τῶ Οδυσσέως ὁ μέγας ἔτος, καὶ θεῖος· εἰ κύκλωπες, ἔφη, γεγόνασι [2], καὶ ἀληθὴς ἦν ὁ περὶ αὐτῶν μῦθος [3]· μᾶλλον αὐτῷ Πολυφήμῳ [4] διεπάλαισεν Οδυσσεὺς, ἢ τῷ Αιαντι. ἤκουσα τῶ Πρωτεσίλεω κἀκεῖ-

6 *κὴ βρέφος ὄντα ἐνειληθ.*] paulo aliter rem narrat Pindarus Isthm. VI. v. 51. seq. Nempe Telamoni amicissimum Herculem Leonina pelle indutum libasse & vota fecisse Ioui ait, orantem vt prolem ipsi daret fortem & inuulnerabilem. Quam historiam Scholiastes *ἐκ τῶν μεγάλων ἠοιῶν* petitam docet. Pro quo recte *ἠοιῶν* in margine editionis Brubacchianae rescribi puto. Haut dubie enim *ἠοῖαι μεγάλαι* intelliguntur, Hesiodi opus, quo feminarum illustrium historiam texuit.

7 *αὐτὸς τ' ἐυξ. ἀφίκετο*] vid. Pindar. loc. cit. & eius Schol.

8 *παιδὶ ὄνομα*] nempe *Aias* dictus ab *αἰετῷ aquila*.

§. II. 1 *ἄγαλμα*] Barocc. *κὴ ἄγαλμα*. Ceterum vid. obseruata ad vit. Soph. l. II. *Hermocrate* n. 6.

3 *εἰ Κύκλωπες ἔφη γεγόν.*] de iis autem narrata inter fabulas iam supra reiecit noster *prooemio*, vt & in *Palamede* & *Vlysse* §. XII.

3 *ὁ περὶ αὐτῶν μῦθος*] intelligitur fabula de *καταπαλαίσμασι* quibus Vlyssi succubuit Aiax. Sensus est: si quis pro veris habet Homero de Cyclopibus conficta, ista quoque pro veris habeto.

4 *μᾶλλον αὐτῷ Πολυφήμῳ*] nempe & Polyphemus inter figmenta Homerica reiiciebatur paulo ante *Palamede* & *Vlysse* §. XII.

να, ξένε, περὶ τοῦ ἥρω τούτου, ὡς ἄρ' ἐκόμα ποταμῷ Ιλισσῷ [5] τῷ Αθήνησι, καὶ ἠγάπων αὐτὸν οἱ ἐν Τροίᾳ Αθηναῖοι, καὶ ἡγεμόνα ἡγοῦντο, καὶ ὅ, τι εἴποι ἔπραττον. ἠτιμάζετο, ἄτε οἶμαι Σαλαμῖνα οἰκῶν [6], ἣν Αθηναῖοι δῆμον πεποίηνται [7]. παῖδά τε αὐτῷ γενόμενον, ὃν Ευρυσάκη [8] οἱ Αχαιοὶ ἐκάλεσαν, τήν τε ἄλλην ἔτρεφε τροφὴν, ἣν Αθηναῖοι ἐπαινοῦσι, καὶ, ὅτ' Αθήνησιν αἱ παῖδες [9] ἐν μηνὶ ἀνθεστηριῶνι στεφανοῦνται τῶν ἀνθέων, τρίτῳ ἀπὸ γενεᾶς ἔτει, κρατῆράς τε τοὺς ἐκεῖθεν ἐσήσατο [10], καὶ ἔθυσεν ὅσα Αθηναίοις ἐν νόμῳ. μεμνῆσθαι δὲ καὶ αὐτὸν ἔφασκε τοῦ τῶν Διονυσίων [11] κατὰ Θησέα.

Ο δὲ τοῦ θανάτου λόγος, ὃν ὑφ' αὐτοῦ [1] ἀποσφαγεὶς ἀπέθανεν, ἀληθὴς μὲν, ἐλεεινὸς δὲ καὶ Οδυσσεῖ τάχα. τά τε ἐν ᾅδου,

Μὴ ὄφελον [2] νικᾶν τοίῳ δ' ἐπ' ἀέθλῳ.

καὶ τὸ,

Τοίην γὰρ [3] κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχεν,

ἐκεῖ μὲν ἃ φησιν εἰρῆσθαι τῷ Οδυσσεῖ, μὴ γὰρ καταβῆναι αὐτὸν ζῶντα, πάντως δὲ εἰρῆσθαί που. πιθανὸν γάρ που παθεῖν τι καὶ τὸν Οδυσσέα, καὶ ἀπεύξασθαι τὴν ἑαυτοῦ νίκην, ἐλέῳ τοιῷδε ἀνδρὸς, ἐπ' αὐτῇ ἀποθανόντος. ἐπαινῶν δὲ ὁ Πρωτεσίλεως τοῦ Ομήρου ταῦτα, πολὺ μᾶλλον ἐπαινεῖ τὸ ἐπὶ αὐτῶν ἔπος, ἐν ᾧ φησι,

Παῖδες δὲ Τρώων [4] δίκασαν

καὶ γὰρ τῶν Αχαιῶν ἀφεῖλε τὴν ἄδικον κρίσιν, καὶ δικασὰς ἐκάθισεν, ὃς εἰκὸς ἦν καταψηφίσασθαι τοῦ Αιαντος· ξυγγενὴς γὰρ φόβῳ μῖσος [5].

o hospes, de isto heroe; vt Ilisso scilicet, Attico flumini, comam nutriuerit, ipsumque Athenienses, qui Troianae obsidioni interfuerunt, amauerint, ducemque secuti fuerint, fecerintque quicquid ipse praeciperet. Atticissabat autem, quippe qui Salaminem habitaret, vt puto, quam Athenienses pagum fecerunt. Filium autem sibi natum, quem Eurysacem Achiui appellabant, tum alias iuxta Athenienſium instituta educabat: tum, quo tempore Athenis pueri coronantur, Antheſterione mense, tertio a natiuitate anno, crateras more ab illis accepto statuit, & Atheniensium ritu sacrificauit. Meminisse autem ipsum quoque horum Dionysiorum dicebat, aetate Thesei.

III. Historia porro de morte, quam a seipso interemtus obiuit, vera est quidem, misericordiam autem vel ipsi fortasse Vlyssi mouit. Quae tamen apud inferos is dixisse fertur

— *vicisse haec ob praemia nolim.*

item:

Tale caput tellus ea propter condidit heu!

illic quidem haudquaquam ait Vlyssi dicta esse, neque enim eo viuum descendisse: omnino tamen dicta esse alicubi. Verisimile est enim, aliquando Vlyssem quoque quodammodo affectum fuisse, suamque ipsius victoriam esse auersatum, tanti viri miseratione, qui vitam ob illam finiuit. Istos autem Homeri versus approbans Protesilaus, multo magis laudat istud quod sequitur,

— *a natis Troum sententia dicta est.*

Ab Achiuis enim iniquum iudicium transtulit, iudicesque constituit, quos verosimile erat contra Aiacem ferre sententiam: cognatione namque iunctum timori odium est. Fu-

---

5 ἐκόμα ποταμῷ Ιλισσῷ] vt *Memnon Nilo* vid. Philostrati Imagines l. I. in *Memnone*, & *Sperchio* Achilles: vid. Iliad. Ψ v. 142. ex quo & Statius habet l. III. Sylu. IV. v. 85. qui & Achill. l. III. v. 232.

— *Quaerisne meos, Sperchie, natatus,*
Promissasque comas?

Sic & aliis Diis alii, vt Theseus Apollini apud Plutarch. *Theseo* p. 2. nempe ita frequenti in more veteribus fuit, ex prisca superstitione, de qua videndus Eustathius ad Il. Β v. 6.

6 ἠτίμ. δ. — Σαλαμ. οἰκῶν] videtur Philostratus in sententia eorum fuisse, qui Salaminem iam Troianis temporibus in Athenienſium fuisse putant potestate, quod negabant κριτικώτεροι. vide de illa controuersia Strabon. l. IX. p. 394.

7 δῆμον πεποίηνται] eo pertinere locum Statii Theb. XII. p. 637. sq. putat Meursius de pagis Attic.

Hos Salamis populos, illos Cerealis Eleusis
Horrida suspensis ad praelia misit aratris.

8 Ευρυσάκη] eius & fratris Philaei mentio apud Plutarch. in *Solone*: apud quem & educationis Eurysacae luculentum argumentum, quod Athenienſibus Salaminem tradiderit, & Athenas domicilium, ciuis factus, transtulerit.

9 ὅτ' Αθήνησιν οἱ παῖδες] vide Meursium de festis v. Ανθεστήρια.

10 κρατῆρας τε τοὺς ἐκεῖθεν ἐσήσ.] nempe prima festi Ανθεστηρίων die, πιθοίγια quae dicta est, vinum nouum post hyemem primo bibebant, neminemque a vino, ne seruos quidem, arcere fas erat, vnde *crateres* vini in medio positi fuisse videntur, vt omnibus paterent. vid. Meurs. l. c.

11 Διονυσίων] nempe Bacchi sacra Ανθεστήρια v. Meurs. l. c.

§. III. 1 ὑφ' αὐτοῦ] Barocc. & cod. Colleg. Noui ὑφ' ἑαυτοῦ, sed promiscue illa vsurpari notum. Ceterum manu sua periisse Aiacem, furore correptum ex indignatione, quod Achillis defuncti arma, quorum haeres esse cupiebat, Vlyssi essent adiudicata, isque adeo ea causa vicisset, neminem latet.

2 μὴ ὄφελον] versus extat Il. Α' v. 548.

3 τοίην γὰρ] est ibidem v. 548.

18 καθαρὸν, οἶμαι, τὸ πῦρ] nempe ignem, purissimum elementum, talibus pollui creditum prisca superstitione. Hinc & igne cremare nefas eos, qui manus sibi intulissent. Exemplum obuium in *Aiace Telamonio* supra. Vereor tamen, vt veram rationem rei, de qua hic agitur, ex iure Pontificio veterum reddiderit Philostratus. Malim ignem in insulam non illatum dici ante absolutas *inferias*, quoniam inferis diis *nox* & *nigra* omnia magis grata. vid. not. 22. Hinc inf. sub finem huius capitis taxantur Thessali, ita negligentes extremis temporibus in Achillis *inferiis*, vt plena etiam die eas peragerent. vide inf. §. XV. n. 11.

19 ὅσα ἔτη] frustra Morell. substitutum cupit κατ' ἔτος, quod merito Salmasius quoque repudiat. Nam vsitatissimum eo significatu ὅτα ἔτη.

20 τὰ μὲν ὡς θεῷ τὰ δ' ὡς ἐν μοίρᾳ τ. κειμ.] hoc est, quod sub initium dixit τελετῆς τι ἐγκαταμιγνύειν τοῖς ἐναγίσμασι.

21 ναῦς ἐκ Θετταλίας μέλαινα] sic nigra nauis in inferiis *Aiacis* Locrensis. vide s. *Aiace* §. III.

22 λευκόν τε καὶ μέλαινα] nempe nigra Diis καταχθονίοις immolabantur omnia, & ad *inferias* spectabant, *alba* contra Diis superis, pertinentque ad τελετάς: rem liquidissimam reddunt paulo post sequentia. Confer etiam notata ad vitam Tyanensis l. II. c. 19. & supra in *Aiace* Locrensi §. III. n. 4.

23 ὡς μηδὲν τ. πόλεως δέοιντο] ex Troia scilicet, Achilli infesta, nihil repetendum putabant, quo in his sacris eius vterentur. Quantum enim manes quoque eius Troiana omnia auersari sint, patet ex vita Tyanens. IV, 16. & inf. narrata de discerpta a ab eo puella Troiana.

24 τῇ Σπερχειῷ] cuius fluuii peculiaris fuerat viuo Achilli religio, vt cui etiam *comam* aleret, vt alibi quoque dictum, & ex veteribus demonstrauit Drelincurt. in Achill. Homeric. p. 37.

25 ἐς τὰ κήδη] Achillis nempe.

26 ἀπολάβωσι] Gruter. & Salmas. ἀποβάλωσι.

27 ὕμνον] qui est ex genere κλητικῶν, vt vocat Menander rhetor, editus ab Aldo in Rhetoribus Graecis p. 594. genus carminis quod sit, indicare difficilius: anapaestos esse codici Salmasii adscriptum erat, quo nihil dici potest magis a vero alienum. Puto, vt fieri solet in Melicis atque Lyricis versus eiusdem generis quaerendos hic minime esse. Simile Achillis melicum infra est §. XVI. taliaque Pindarica, vt notum, in quibus id tantum obseruatur, vt strophae iisdem numeris respondeat ἀντίστροφος. Forte non male ita disponeres, versus enim illi excepto primo & vltimis tribus omnes Pindarici sunt:

Θέτι Κυάνεα, Θέτι Πηλείᾳ
Τὸν μέγαν ἔτεκες
Υἱὸν, Ἀχιλλῆα, τῷ
Θνατὰ μὲν ὅσον φύσις ἤ-
νεγκέ τοι, Τροία λάχε,
Σᾶς δ' ὅσον ἀθανάτω γενεᾶς ὁ παῖς
Ἔπασε, πόντιος ἴσχει.
Βαῖν' ἐπ' αἰπὺν Κολωνὸν Ἀχιλλῆος
Εὐπυργα βαῖν' ἀδάκρυτος μετὰ θυγλάς,
Θέτι κυάνεα, Θέτι Πηλείδα.

28 Θέτι κυάνεα] κυάνεος maris epitheton, vnde Thetidi quoque hic tribuitur, marinae Deae.

29 Πηλείᾳ] ita vocatur a *Peleo*, Achillis patre, quem, vt notum, adamauit, & ex eo *Achillem* peperit.

30 Τροία λάχε] in Troade sepultus Achilles prope Si-

"παῖς ἔσπασε, Πόντος ἔχει[31]. βαῖνε πρὸς αἰ-
"πὺν τόνδε[32] Κολωνὸν[33] Ἀχιλλέως· ἔμπυρα[34]
"βαῖν' ἀδάκρυτος[35] μετὰ θυηλὰς. Θέτι Κυανέα,
"Θέτι Πηλείη." προσελθόντων δὲ τῷ σήματι μετὰ τὸν ὕμνον, ἀσπὶς μὲν ὥσπερ ἐν πολέμῳ περιεδέπειτο[36], δρόμοις δ' ἐρρυθμισμένοις συνηλάλαζον, ἀνακαλοῦντες τὸν Ἀχιλλέα. στεφανώσαντες δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ κολωνοῦ, καὶ βόθρας[37] ἐπ' αὐτῇ ὀρύξαντες, τὸν ταῦρον τὸν μέλανα ὡς τεθνεῶτι ἔσφαττον. ἐκάλευ δὲ καὶ τὸν Πάτροκλον ἐπὶ τὴν δαῖτα, ὡς καὶ τοῦτο ἐς χάριν τῷ Ἀχιλλεῖ πράττοντες. ἐντεμόντες δὲ, καὶ ἐναγίσαντες[38], κατέβαινον ἐπὶ τὴν ναῦν ἤδη. καὶ θύσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν[39] τὸν ἕτερον τῶν ταύρων Ἀχιλλεῖ πάλιν, καυδτε ἐναρξάμενοι[40], καὶ σπλάγχνων[41], ἐπ' ἐκείνῃ τῇ θυσίᾳ, τὴν γὰρ θυσίαν ταύτην ἔθυον ὡς θεῷ, περὶ ὄρθρον ἀπέπλεον, ἀπάγοντες τὸ ἱερεῖον, ὡς μὴ ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐυωχοῖντο.

Pontus habet. Adesto excelsum huncce ad tumulum Achillis, patratis igne, lacrymis absterſis, adesto ſacris, Coerula Theti, Theti Pelea. Hymno decantato ad ſepulcrum accedentibus iis clypeo quidem, vt in bello, ſtrepitus excitabatur, curſibuſque certa menſura inſtitutis magna ſimul voce clamabant, Achillem nomine appellantes. Coronato autem collis vertice, ſcrobibuſque in ipſo effoſſis, nigrum, vt mortuo, mactabant taurum. Inuitabantque & Patroclum ad epulas, vt qui hoc quoque facerent Achilli gratificaturi. Vbi autem inciſa feciſſent, inferiaſque abſoluiſſent, ad nauim iam iterum redibant. Alteroque rurſus tauro Achilli in littore immolato, & ſalſa mola oblata, extiſque porrectis in iſto ſacrificio, (hoc enim vt Deo ſacrum faciebant,) ſub diluculum ſoluebant nauem, ſacras carnes aſportantes, ne in hoſtico epulis ſacris fruerentur.

Ταῦτα, ξένε, τὰ ἄτω σεμνὰ, καὶ ἀρχαῖα, καταλυθῆναι μὲν ὑπὸ τυράννων[1] φασιν, οἱ λέγονται μετὰ τοὺς Αιακίδας ἄρξαι Θετταλῶν, ἀμεληθῆναι δὲ καὶ ὑπὸ τῆς Θετταλίας. αἱ μὲν γὰρ ἔπεμπον τῶν πόλεων, αἱδ' οὐκ ἠξίουν, αἱδ' εἰς νέωτα πέμψειν ἔφασαν, αἰεὶ δὲ κατέβαλλον τὸ πρᾶγμα. ἀυχμῷ δὲ πιεσθείσης τῆς γῆς,

XV. Haec, hoſpes, tam veneranda, tamque vetuſta a tyrannis quidem violata aiunt, qui poſt Aeacidas Theſſalis imperaſſe feruntur, a Theſſalis vero etiam fuiſſe neglecta. Aliae enim ciuitates mittebant, aliae minime curabant, nonnullae in futurum annum ſe miſſuras dicebant, ſemper autem rem differebant. Verum terra ariditate

---

geum, vnde *Achilleo* oppido datum nomen. vid. ad Apollonii Tyanenſ. vitam l. IV. c. 11. n. 3.

31 Πόντος ἔχει] ſcilicet diuinam partem Achillis & immortalem abiiſſe volunt in *Leucam*, inſulam *Ponti*, quam Thetidis precibus motus Neptunus produxit, vt Achillis & Helenae habitaculo inſeruiret, vt paulo poſt exponit vberius noſter. Eius etiam mentio ſ. *Proteſilao* §. XII. videndique ea de re quoque Pauſanias in *Laconicis* p. m. 102. Strabo & reliqui ſcriptores, iam obſeruati Drelincurtio in Achille Homerico p. 108. inprimis vero noſter paulo poſt cap. 15. Inſula illa quoque dicta *Macaron* & Achillea vid. Pauſaniam p. 112.

32 πρὸς αἰπὺν τόνδε] codex Baroccianus habet ἐπ' αὐτὸν τόνδε. Sed magis placet vulgata lectio.

33 κολωνὸν] κολωνὸν Ἀχιλλέως etiam vocat vita Tyanenſis l. IV. c. 11.

34 ἔμπυρα] ſic cod. Laudian. Vulgati ἐν πυρᾷ. Sed nihil *rogo* in ſacrificiis. ἔμπυρα per appoſitionem iungitur cum θυηλὰς, quae ſunt igni iniicienda quaecunque in ſacris oblata, vnde ἔμπυρα ſimul dicuntur. Sic Homer. Iliad. Ι' v. 220. ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς. Eſt igitur conſtructio ἀδάκρυτος βαῖνε μετὰ θυηλὰς ἔμπυρα.

35 ἀδάκρυτος] ſequimur lectionem codic. Laudian. & Barocc. Morello etiam obſeruatam. Achillem nempe, cum moreretur, primum lacrymis acerbe defleuit Thetis. Hinc iam inuitatur, vt abſterſis lacrymis ad ἐυωχίαν filii praeſto ſit, quemadmodum & Patroclus ἐς χάριν τῷ Ἀχιλλεῖ, vt mox ſequitur, invitabatur. Male igitur hic editi ἐυδάκρυτος habebant, quid enim hoc Achilli πρὸς χάριν.

36 περιεδέπειτο] cod. Barocc. & Colleg. Nou. ἐδέπειτο.

37 βόθρας] vt moris in ſacris *inferorum*. vid. obſeruata ad vitam Apollon. Tyan. l. IV. c. 16.

38 ἐντεμόντες τε καὶ ἐναγίσαντες] vide de his vocibus obſeruata ad vitam Tyanenſis I, 25.

39 ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν] τῷ αἰγιαλῷ cod. Coll. Nou. τῷ αἰγιαλῷ Barocc.

40 καυδτε ἐναρξάμενοι] ſimilis phraſis apud Euripidem Iphigen. in Aulide v. 435. ἐξάρχε καυᾷ & v. 1471. καυᾷ δ' ἐναρχέσθω τις. Quid vero ſibi velit phraſis, paucis licet, clare tamen indicat Euſtathius ad Iliad. Α' v. 449. p. 100. Nempe in ſacris Deorum, antequam *hoſtiae* mactarentur, προθύματα quaedam offerebant, quae ἁλοχύτας vulgo appellabant, erantque mixtum quoddam ex frumento & ſale: *molam ſalſam* Romani vocant, Graeci ἁλάς. Tranſmittebant vero iſtas ἁλὰς per certa quaedam vaſa quae καυᾶ vocabant. Sic enim Euſtathius: τὰ καυᾶ εἴτουν τὰ ἀγγεῖα δι' ὧν αἱ ἁλαὶ χέονται, quae καυᾶ ipſa quoque inde ἁλοχύται nonnullis dictae fuerunt. Eſt igitur καυᾶ ἐνάρξασθαι idem quod ἁλοχύτας προθέσθαι *molam ſalſam* ante ſacrificium offerre: quod fiebat in ſacris Deorum, non vero in inferiis.

41 σπλάγ.] dicit eos σπλάγχνων ἐναρξαμένους diſceſſiſſe. Nempe ad conſummationem ſacrificii pertinebat, vt profectione facta, proſectorum vna pars Diis vel aſſata vel elixata vel cocta *porriceretur*, hoc eſt igni immitteretur, reliquum autem a ſacrificantibus comederetur. Dicit igitur Theſſalos Achilli ſacra facientes ἐνάρξασθαι σπλάγχνων, quod partem carnium, quae ipſius erant adolerent, & vt loquebantur veteres *exta porricerent*, partem vero reſiduam, quam ἱερεῖον mox vocat, ſecum aufferrent, ſacras epulas in hoſtico inſtituere nolentes.

§. XV. 1 τυράννων] *Aleuadas* videtur intelligere, quibus poſt Aeacidas Theſſalia paruit, vt videre eſt apud Herod. l. VII. initio.

oppreſ-

oppreſſa, oraculoque Achillem colere iubente, *vt fas eſſet:* quae quidem vt Deo lege antiqua decreuerant, in ritibus iſtis omiſere, eo trahentes quod dixerat oraculum: *vt fas eſt.* Inferias vero vt mortuo celebrabant, obuia quaeque ipſi caedentes vſque ad tempora, quibus Xerxes in Graeciam traiecit. Quo rerum ſtatu Theſſali Medorum partes ſecuti, rurſus Achillis ſacra intermiſere, eo quod nauis, Aeacidarum familiam ad Graecorum ſocietatem aduehens, in Salamina ex Aegina traieciſſet. Poſtquam vero Philippi filius Alexander longo poſt tempore reliquam quidem Theſſaliam in ſeruitutem redegit, Phthiam vero Achilli condonauit, & aduerſus Darium bellum geſturus, belli ſocium ſibi Achillem in Troade adiunxit; Theſſali Achillis curam denuo ſuſcepere, & equites, quoſcunque ex Theſſalia ducebat Alexander, circa tumulum egere: mutuoque congreſſi ſunt, veluti equeſtre certamen edituri: precatique atque ſacris operati abierunt. Inuocarunt autem eum, vt cum ipſo Balio atque Xantho aduerſus Darium auxilium ferret, haec ipſa ex equis inclamantes. Poſtea vero quam victus Darius eſſet, & Indica expeditione detineretur Alexander, Theſſali inferias imminuerunt, nigrumque agnum miſerunt. Cum tamen qui inferias mittebant, neque Troiam proficiſcerentur, &, ſi proficiſcerentur, interdiu omnia, nec rite peragerent, iratus eſt Achilles. Quod ſi autem quaecunque Theſſaliae mala immiſerit percurrere velim, prolixa garrulitate diſtendetur oratio. Ante quatuor vero circiter annos Proteſilaus hic mihi occurrens, ex Ponto quidem ſe dixit venire. Nauim enim nactum ſeſe, ad Achillem nauigaſſe hoſpitis ſpecie, ſeque id frequenter facere aiebat. Me autem dicente, quod amicitiae cultor egregius, humanuſque eſſet valde, qui Achillem diligat adeo: at nunc, in-

καὶ κελευόσης τῆς μαντείας τιμᾶν τὸν Αχιλλέα "ὡς θέμις." ἃ μὲν ὡς θεῷ ἐνόμιζον, ὀφεῖλον τῶν δρωμένων, ἐξηγέμενοι ταύτῃ τὸ "ὡς θέμις." ἐνήγιζον δὲ ὡς τεθνεῶτι, καὶ ἐνέτεμνον[2] τὰ ἐπιτυχόντα, ἕς τε ἡ Ξέρξε ἔλασις ἐπὶ τὴν Ελλάδα ἐγένετο. ἐν ᾗ Θετταλοὶ μηδίσαντες[3], ἐξέλιπον πάλιν τὰ ἐς τὸν Αχιλλέα νόμιμα, ἐπειδὴ ναῦς ἐς Σαλαμῖνα[4] ἐξ Αιγίνης ἔπλευσεν, ἄγουσα ἐπὶ ξυμμαχίᾳ τῷ Ελληνικῷ τὸν τῶν Αιακιδῶν οἶκον. ἐπεὶ δὲ Αλέξανδρος, ὁ Φιλίππε, χρόνῳ ὕστερον τὴν μὲν ἄλλην Θετταλίαν ἐδουλώσατο[5], τὴν δὲ Φθίαν τῷ Αχιλλεῖ ἀνῆκεν, ἐπί τε Δαρεῖον στρατεύων, ξύμμαχον τὸν Αχιλλέα ἐν Τροίᾳ ἐποιήσατο[6], ἐπεστράφησαν οἱ Θετταλοὶ τῷ Αχιλλέως. καὶ ἵππον τε[7], ὁπόσην Αλέξανδρος ἐκ Θετταλίας ἦγε, περιήλασαν τῷ τάφῳ, ξυνέπεσόν τε ἀλλήλοις ὥσπερ ἱππομαχοῦντες[8], καὶ ἀπῆλθον εὐξάμενοί τε καὶ θύσαντες. ἐκάλουν δὲ αὐτὸν ἐπὶ Δαρεῖον, αὐτῷ Βαλίῳ τε καὶ Ξάνθῳ[9], βοῶντες ταῦτα ἀπὸ τῶν ἵππων. ἐπεὶ δὲ Δαρεῖος ἥλω, καὶ πρὸς τοῖς Ινδικοῖς Αλέξανδρος ἦν, ξυνέσειλαν οἱ Θετταλοὶ τὰ ἐναγίσματα, καὶ ἔπεμπον ἄρνα μέλανα[10]. τῶν δὲ ἐναγιζόντων ὅτε ἐφικνουμένων[11] ἐς Τροίαν, εἴτε ἀφίκοιντο, μεθ' ἡμέραν[12] ἔκαζα καὶ οὐκ ἐν κόσμῳ πραττόντων, ἐμήνισεν ὁ Αχιλλεύς. καὶ ὁπόσα τῇ Θετταλίᾳ ἐνέσκηψεν εἰ διεξίοιμι, ἀδολεσχίας πλέως ὁ λόγος ἔσαι. πρὸ ἐτῶν δέ πως τεττάρων ἐντυχὼν ἐνταῦθά μοι ὁ Πρωτεσίλεως, ἐκ Πόντου[13] μὲν ἥκειν ἔφη· νεὼς γὰρ ἐπιτυχών, πλεῦσαι παρὰ τὸν Αχιλλέα, ξένῳ εἰκασθείς, τοῦτο δὲ θαμὰ πράττειν. ἐμοῦ δὲ εἰπόντος, ὡς φιλέταιρός τε καὶ χρηστὸς εἴη φίλων τὸν Αχιλλέα· ἀλλὰ νῦν,

---

2 ἐνέτεμνον] ſic bene Gruterus. Hinc ἔντομα. vide not. 38. §. praec. Editi habebant ἀνέτεμνον.

3 μηδίσαντες] vid. Herodot. l. c.

3 ἐπειδὴ ναῦς ἐς Σαλαμ. &c.] nempe cauſa denuo intermiſſorum Achillis ſacrorum fuit indignatio aduerſus Aeacidas, ex qua gente Achilles erat, qui ſcilicet, communi patria, Theſſalia, Medorum partes ſequente, Graecis ſuppetias ferre auſi eſſent, in nauali praelio, ad Salaminem depugnato.

5 τὴν μὲν ἄλλ. Θεσσαλ. ἐδουλώσ.] eius rei initium iam fecerat Philippus, Alexandri pater, vt colligere eſt ex Demoſthen. Philippica III. p. 68.

6 ξύμμαχον τὸν Αχιλλ. ἐν Τροίᾳ ἐποιήσ.] ea de re vid. quaedam apud Diodor. l. XVII. p. 499. plura vero de religione Alexandri in Achillem habes ap. Drelincurt. in Achill. Homer. p. 107.

7 ἵππον τε] addidi τε ex cod. Laudian. & Coll. Nou.

8 ἱππομαχοῦντες] nempe *agones* ad heroum ſepulcra inſtituere ſolenne, qua de re iam ſupra nobis dictum ad *Neſtorem* & *Antilochum* c. 3.

9 Βαλίῳ τε καὶ Ξάνθῳ] equi Achillis *diuini* & immortales, de quibus ſupra §. X. n. 2. & 5.

10 ἄρνα μέλανα] nam antea *boue* ſacra haec peracta, vide §. praec. n. 22.

11 ὅτε ἐφικνουμ.] ὅτε omnino recte cod. Barocc. & Colleg. Nou. nam editi εἴτε habent. Nempe domi haec ſacra Achilli peragebant, loco alieno plerumque, neque Troiam, vt iis operarentur, contendere ſolebant.

12 μεθ' ἡμέραν] nam talibus ſacris *nox* debebatur, inferis enim grata magis *nigra* omnia. Sic ſupra §. praec. init. Lesbii quoque ignem in inſulam non admittebant, quouſque inferiis operarentur.

13 ἐκ Πόντου] ex inſula Ponti *Leuca*, vbi pars Achillis diuina degebat, vid. norata §. praec. n. 31. & quae paulo poſt §. XV. fuſe exponuntur.

ἔφη

ἔφη, διενεχθεὶς αὐτῷ ἥκω. Θετταλοῖς γὰρ ὑπὲρ τῶν ἐναγισμάτων μηνίοντα αἰσθόμενος, ἐμοὶ, ἔφην, ὦ Ἀχιλλεῦ, πάρες τοῦτο. ὃδ' ὁ πείθεται, φησὶ δ' αὐτοῖς κακόν τι ἐκ θαλάττης δώσειν. καὶ δέδια μὴ παρὰ τῆς Θέτιδος ἔρηταί τι αὐτοῖς ὁ δεινὸς ἐκεῖνος, καὶ ἀμείλικτος [14]. κἀγὼ μέν, ὦ ξένε, ταῦτα ἀκούσας τῷ Πρωτεσίλεω, ἐρυσίβας τε ὤμην, καὶ ὁμίχλας προσβεβλήσεσθαι τοῖς Θετταλῶν λήϊοις ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως, ἐπὶ φθορᾷ τοῦ καρποῦ. ταυτὶ γὰρ τὰ πάθη δοκεῖ πως ἐκ θαλάττης ἐπὶ τὰς εὐκάρπους τῶν ἠπείρων ἰζάνειν. ὤμην δὲ κἀ [15] ἐπικλυσθήσεσθαί τινας τῶν ἐν Θετταλίᾳ πόλεων, οἷα Βοῦρά τε, καὶ Ελίκη [16], καὶ ἡ περὶ Λοκροὺς Αταλάντη [17] ἔπαθε. τὰς μὲν [18] γὰρ καταδῆναί φασι [19], τὴν δ' αὖ ῥαγῆναι [20]. ἐδόκει δ' ἄλλα τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ τῇ Θέτιδι. ὑφ' ὧν ἀπολώλασιν Θετταλοί. μεγάλων γὰρ δὴ ἐπιτιμίων ὄντων ἐπὶ τῇ κόχλῳ [21], πάρ' ἧς ἄνθρωποι σοφίζονται τὴν πορφύραν, αἰτίαν ἔσχον οἱ Θετταλοὶ παρανομῆσαί τι ἐς τὴν βαφὴν ταύτην. εἰ μὲν ἀληθῆ, οὐκ οἶδα· λίθοι δ' ἂν ἐπικρέμανται [22] σφίσιν, ὑφ'

quit, animo ab eo venio alieno. Nam cum Theſſalis ob inferias ipſum ſuccenſere ſentirem, *hoc mihi*, inquam, *Achilles condona.* Ipſe vero obſequi noluit: ſed mali quid ex mari ſeipſis immiſſurum ait. Vereorque, ne a Thetide aliquid aduerſum ipſos impetret ſaeuus ille & implacabilis. Ipſe autem & ego, o hoſpes, cum a Proteſilao haec audiuiſſem, rubigines putabam, vel nebulas peſtilentes Theſſalorum campis ab Achille immiſſum iri, in meſſis perniciem. Huiuſmodi enim mala videntur quodammodo ex mari aduenientia feracibus continentis agris inſidere. Putabam etiam diluuium paſſuras Theſſaliae ciuitatum nonnullas, quale Bura & Helice, &, quae in Locride fuit, Atalanta eſt paſſa, illas enim diſparuiſſe aiunt, hanc vero a terra continente eſſe abruptam. Sed aliter Achilli ac Thetidi viſum eſt, qui Theſſalis exitio fuere. Nam cum magna poena eſſet ſancitum de teſta illa, ex qua homines purpuram arte conficiunt, accuſati Theſſali fuere, vt qui circa tinctum purpurae aliquid contra leges admiſiſſent. Quod an verum quidem ſit, ignoro, diſcrimina vero ipſis impendent,

---

14 ὁ δεινὸς ἐκ. καὶ ἀμείλικτος] iracundiam inexorabilem paſſim Achilli veteres tribuunt. vid. Drelincurt. p. 156. adde & p. 122. 124 ſqq.

15 ὤμην δὲ κἀ] addidi κἀ ex Barocc. & cod. Coll. Nou.

16 οἷα Βοῦρά τε καὶ Ελίκη] Barocc. οἷον pro οἷα. Ceterum de *Bura* & *Helice* Achaiae oppidis, quarum illa *fluctibus*, haec *terrae hiatu* abſorpta eſt ante cladem Leuctricam, diligenter veterum loca nuper congeſſit Illuſtr. Spanhem. Commentar. ad Callimach. Hymn. in Delum v. 101. & 102.

17 Αταλάντη] quae grauiſſimam inundationem paſſa Olympiad. LXXXIIX. anno III, qua de re ex Thucydide, Diodoro, Strabone, Plinio, Seneca diligenter egit magnus Scaliger ad Euſebium p. 107.

18 τὰς μὲν] ita legendum omnino, nam ad *Buram* & *Helicen* illa ſpectant, quae diſparuere vid. n. 16. male igitur vulgati habent τὴν μέν.

19 φασὶ] ſic recte omnino cod. Coll. Noui. Nam certe ex Proteſilai relatione iſta de vrbibus mari abſorptis vinitor haut narrat. Editi tamen habent φησι.

20 τὴν δ' αὖ ῥαγῆναι] nempe Atalantam inſulam factam, cum prius cum terra continente eſſet coniuncta, iſta illuvie produnt plerique, quod tamen ortum ex male intellecto Thucydidis loco eſſe, Scaligero iamdudum obſeruatum.

21 μεγάλων γὰρ ἐπιτιμίων ὄντων ἐπὶ τῇ κόχλῳ &c.] purpurae vſum legibus publicis reſtringere iam coepit Iulius Caeſar, vt ex Suetonio patet, *Caeſare* c. 43. *vſum conchyliatae veſtis niſi certis perſonis, aetatibus perque certos dies ademit.* Eundem ſeuerius quoque Neronis aeuo *interdictum* fuiſſe patet ex ſcriptore eodem, *Nerone* c. 32. qui etiam animaduerſam inter canendum e ſpectaculis matronam VETITA *purpura cultam*, demonſtraſſe procuratoribus ſuis narratur, *detractamque illico non veſte, ſed & bonis exuiſſe.* Sequentium etiam imperatorum legibus promiſcue vendentibus purpuram grauem poenam dictam eſſe colligas ex reſcripto Imperatorum Gratiani, Valentiniani & Theodoſii codicis l. IV. tit. XL. *Si autem aliquis muricis veſtis vendiderit, fortunarum ſuarum & capitis ſciat ſe ſubiturum diſcrimen.* Quales *conſtitutiones* innumeras factas eſſe Impp. Valentinianus & Theodoſius recenti promulgata interminatione teſtantur cod. l. XI. *de veſtibus holoberis & auratis* tit. VIII, quo titulo poena reorum *criminis maieſtatis & capitalis* purpura contra edicta vſis ſtatuitur. Simili itaque poena ſancitam legem iſtam ab aliquo priorum Imperatorum fuiſſe oportet aeuo Philoſtrati, quam hic reſpiciat ipſe, & contra facientes Theſſalos ob eam graue diſcrimen ſubiiſſe intelligat.

22 λίθοι ἂν ἐπικρέμανται] ad verbum eſt *lapides igitur impendent.* capitalem autem poenam purpuram contra legem vendentibus ſtatutam, eoſque vt criminis maieſtatis reos punitos eſſe nota praecedente oſtendi: modum eius hic indicari putabam, quo in Theſſalia eam ſunt executi magiſtratus Romani, atque καταποντισμῷ reos punitos eſſe innui. Sic enim id genus ſupplicii φράσει non diſſimili Matthaeus noſter, ſed paulo plenius deſcribit cap. 18, 6. συμφέρει αὐτῷ ἵνα ΚΡΕΜΑΣΘΗΙ ΛΙΘΟΣ ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ καταποντισθῇ &c. Voce eadem in hoc ſupplicio deſcribendo vſus Suidas Ariſtophanis locum explicans ὅτε κατεπόντων τινὰς λίθους ἀπὸ τῶν τραχήλων ἀπεκρεμασαν. Sic de Caji Caeſaris paedagogis Suetonius in Auguſto c. 68. *ONERATIS graui PONDERE ceruicibus in flumen eos eſſe praecipitatos*, & Prudentius de Quirino π. Στεφάν. carm. V.

Summo pontis ab ardui
Sanctae plebis Epiſcopus
In praeceps fluuio datur
SVSPENSVM laqueo gerens
Ingentem LAPIDEM molae.

Neque mirabar illud ſupplicii genus a Philoſtrato imperfectius deſcribi, phraſi, hoc tantum quod coniunctum eſt cum καταποντισμῷ notante: Sic enim ſolenne eſt Romanis in καταποντισμὸν ſpecie ſignificanda. *Culeo inſui* enim dicuntur, qui culeo inſuti aquis ſubmerguntur. Ita Cicero pro Roſcio Amerin. c. 11. *in culeum inſutum per ſummum dedecus vitam amittere* dicit, & Seneca de Clem. c. 23. *Pater tuus plures intra quinquennium culeo inſuit, quam omnibus*

ob

ob quae agros deſerunt, deſeruntque domos ſeruorumque alii fugam arripuere, alii venditi ſunt: multi etiam ne parentibus quidem inferias mittunt, nam tumulos quoque vendidere. Quare malum, quod minatus eſt Achilles Theſſalis ex mari ſe adducturum, hoc ipſum exiſtimabimus.

ὧν ἀποδίδονται μὲν τὰς ἀγρὰς, ἀποδίδονται δὲ τὰς οἰκίας, τῶν δὲ ἀνδραπόδων τὰ μὲν ἀποδέδρακε σφᾶς, τὰ δὲ πέπραται. καὶ ἀδὲ τοῖς γονεῦσιν οἱ πολλοὶ ἐναγίζουσιν, ἀπέδοντο γὰρ καὶ τὰς τάφρας. ὥς τε τὸ κακὸν, ὃ ἠπείλει τοῖς Θετταλοῖς ἐκ θαλάττης ὁ Ἀχιλλεὺς δώσειν, ξένε, τοῦτο ἡγώμεθα.

XVI. *Phoenix. Perniciosam*, o Vinitor, *iram* memoras, atque *incurabilem*. Verum, dic quaeſo, quid de inſula in Ponto mirabile Proteſilaus memorat? Illic enim forte Achillem conuenire ſolet. *Vinitor.* Illic omnino, o hoſpes, deque ipſa talia refert: eſſe ſcilicet vnam in Ponto inſulam, ad inhoſpitale latus magis vergentem, quam Ponti oſtium intrantes ſiniſtram habent. Triginta autem ſtadia longitudine, haud plura vero quam quatuor latitudine continere, inque ea naſci populos, atque vlmos, ceteraſq; ſine cultura quidem arbores, quae vero circa templum ſunt, ordine quodam diſpoſitas. Templum porro Maeotidem paludem ſpectare, eamque illud perinde ac Pontum fluctibus quatere ſuis. Statuae, quae in ipſo exiſtunt, Achilles ſunt atque Helena, a fatis coniuncti. Cum enim in oculis poſitum alias ſit amoris opus, & poëtae hac quidem parte amorem celebrent; primum quidem Achilles atque Helena, ne oculis quidem ſibi inuicem cogniti, ſed

φοῖ. ἀλομένην, Ἀμπελυργὲ, μῆνιν[1] λέγεις, καὶ δυσίατον. ἀλλά μοι εἰπὲ τί περὶ τῆς ἐν τῷ Πόντῳ νήσου[2] θαυμαστὸν[3] ὁ Πρωτεσίλεως οἶδεν; ἐκεῖ γάρ πως αὐτῷ ξυγγίνεται[4]. Αμ. ἐκεῖ, ξένε. καὶ λέγει περὶ αὐτῆς τοιαῦτα, ὡς νῆσος μὲν εἴη μία ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς τῇ ἀξένῳ πλευρᾷ μᾶλλον, ἢν τίθενται ἀριστερὰν οἱ τὸ στόμα τοῦ Πόντου ἐσπλέοντες. ἐπέχει δὲ στάδια μῆκος μὲν[5] τριάκοντα, εὖρος δὲ οὐ πλείω τεττάρων· δένδρα τε ἐν αὐτῇ πεφύκει, λεῦκαί τε, καὶ πτελέαι, τὰ μὲν ἄλλα ὡς ἔτυχε, τὰ δὲ περὶ τὸ ἱερὸν ἐν κόσμῳ ἤδη. τὸ δὲ ἱερὸν ἵδρυται μὲν πρὸς τῇ Μαιώτιδι, ἡ δὲ ἴση τῷ Πόντῳ ἐς αὐτὸ[6] ἐμβάλλει. τὰ δὲ ἐν αὐτῷ ἀγάλματα Ἀχιλλεύς τε καὶ Ελένη, ὑπὸ μοιρῶν ξυναρμοσθέντες[7]. κειμένω γὰρ δὴ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ἔρωτα[8], καὶ ποιητῶν τὸν ἔρωτα ἀπὸ τούτου ἀδόντων, πρῶτον Ἀχιλλεύς τε καὶ Ελένη μηδὲ ὀφθέντες ἀλλήλοις, ἀλλ' ἡ μὲν

ſeculis inſutos accepimus. Taceo alia infinita loca. Quin & nos hoc imitamur phraſi conſueta Germani. Plenius vero haec explicans idem Cicero c. 25. orat. cit. perinde ac Philoſtrati noſtri phraſin Matthaeus, *inſui in culeum viuos atque ita in flumen demitti* ait, Poſterioribus tamen curis haec expendenti magis ſolidam interpretationem putaui quam Pindarus iuxta cum aliis quibuſdam veterum, imo & ipſe Philoſtratus noſter ſuppeditabat. Pindarus nempe Olymp. I. v. 90. de Tantali fatis loquens ita:

— κόρᾳ δ' ἔλεν
ΑΤΑΝ ὑπέροπλον
Τὰν οἱ πατὴρ ΥΠΕΡΚΡΕΜΑΣΕ, *καρτερὸν αὐτῷ λίθον*
Τὸν ἀεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν
Εὐφροσύνας ἀλάταν
Ex ſaturitate accepit
Noxam ingentem
Quam ei pater SVPERPENDIT, ſolidum ipſi lapidem
Quem ſemper cogitans a capite amoliri
Laetitia aberrat.

Similia ibidem ad v. 99. antiquus Grammaticus Alcaeum, Alcmanem & Archilochum de Tantalo ait ceciniſſe. Ipſaque phraſi a Pindaro mutuo accepta Philoſtratus noſter l. III. c. 25. de Tantalo ait: *εἰσὶ δὲ οἱ καὶ* ΛΙΘΟΥΣ ΕΠΙΚΡΕΜΑΣΑΝΤΕΣ *δεινὰ ἰφυζρίζουσι θείῳ τε καὶ ἀγαθῷ ἀνδρί.* Obſeruandum autem Pindarum quidem eo loco, quod & Scholiaſtae notatum, per *ἀντωνυμίαν* dicere quod *noxa* (ἄτη) impendeat capiti Tantali, id quod explicant ſtatim quae de *ſolido lapide* addit. Hinc igitur tracto per ſimilem *ἀντωνυμίαν* prouerbiali loquendi genere h. l. Philoſtratus *λίθοι ἐπικρίμαντα* dicit pro *ἄτας ἐπικρίμαντα noxae & diſcrimina grauia*, qualia ſcilicet eſſent criminis maieſtatis reorum, *impendent.* Atque hoc eſt quod in verſione ſequendum duxi.

23 *ὑφ' ὧν*] vſus praepoſ. *ὑπὸ*, quem in verſione ſequimur, ignotus Nigro interpreti, fecit, vt magis perturbatam redderet verſionem. Eodem illa obuia ſenſu in vita Apollonii l. III. c. 23. vbi gubernatoris nauis munus inuiſum dicit *ὑπὸ τῶν καθαπτομένων τῆς θαλάττης*, quod itidem interpretibus intellectum eſt minus. vid. ibi notata. Sic Pauſan. Corinth. c. 3. de Medeae liberis *ob quos* interemtos grauia patiebantur Corinthiorum puſiones *τὰ τέκνα Κορινθίων τὰ νήπια* ΥΠ' *αὐτῶν ἰφθείροντο.*

§. XVI. 1 *ἀλομένην μῆνιν*] manifeſtum eſt ad Iliados Homeri reſpici initium, quo Muſam poeta inuocat, vt *μῆνιν ἀείδειν ἀλομένην* Achillis velit.

2 *π. τ. ἐν τ. Πόντῳ νήσου*] eius enim paulo ante meminerat Vinitor ſubobſcure §. XIV. vbi vide n. 31. adde §. XV. not. 13.

3 *θαυμαστὸν*] cod. Barocc. & Colleg. Nou. *θαυμάσιον.*

4 *ἐκεῖ γάρ πῶς αὐτῷ ξυγγίνεται*] nempe in praecedentibus Vinitor dixerat, Proteſilaum, ex Ponto ab Achille redeuntem, ſecum locutum eſſe: id igitur arripiens Phoenix, factum haut dubie eſſe ait in Leuca inſula, de qua nonnulla iam obſeruaui §. XIV. n. 31. & §. XV. n. 13.

5 *μῆκος μὲν*] addidi *μὲν* autoritate codicum eorundem.

6 *αὐτὸ*] ita omnino legendum, refertur enim ad *ἱερόν.* Editi habent *αὐτόν.*

7 *ὑπὸ μοιρ. ξυναρμοσθ.*] ſic & Pauſan. Lacon. c. 19. *Ελένην δὲ Ἀχιλλεῖ συνοικεῖν.*

8 *κειμένω γὰρ δὴ ἐν ὀφθ. τοῦ ἔρωτα*] nempe cum oculi alias concilient amorem, vnde, vt taceam luſus aliorum, tot ioci Philoſtrati in epiſtolis 48. 49. 50. 51. 52. 53. Nec tamen oculis ſe viderint Achillis & Helena, antequam mutuo amarent, non humano affectui, ſed coeleſti fatorum legi hunc amorem deberi inde probat Vinitor.

κατ' Αιγυπτον, ὁ δὲ ἐν Ιλίῳ ὄντες, ἐρᾷν ἀλλήλων ὥρμησαν, γένεσιν ἱμέρᾳ σώματος ὧτα εὑρόντες. προμένης δὲ αὐτοῖς ἐς τὸ ἀθάνατον τῆς διαίτης, ἀδημίας ἄσης τῶν ὑπὸ Ιλίῳ[9], Εχινάδων τε[10], τῶν κατ' Οινιάδα[11] τε καὶ Ακαρνανίαν, ἤδη μεμιασμένων, ὅτε δὴ Αλκμαίων, ἀποκτείνας τὴν μητέρα, τὰς ἐκβολὰς τοῦ Αχελῴου ᾤκησεν[12], ἐν γῇ νεωτέρᾳ τοῦ ἔργου, ἱκετεύει τὸν Ποσειδῶ ἡ Θέτις ἀναδῦναί τινα ἐκ τῆς θαλάττης νῆσον, ἐν ᾗ οἰκήσουσιν. ὁ δὲ ἐνθυμηθεὶς τὸ μῆκος τοῦ Πόντου, καὶ ὅτι, νήσου μηδεμιᾶς ἐν αὐτῷ κειμένης, ἀοίκητος[13] πολεῖται, τὴν Λευκὴν νῆσον, ὁπόσην εἶπον, ἀνέφηνεν, Αχιλλεῖ μὲν καὶ Ελένῃ οἰκεῖν, ναύταις δὲ ἴσασθαι ἐν τῷ Πελάγει ἐγκαθορμίζεσθαι. ξυμπάσης δὴ ἄρχων, ὁπόση ὑγρὰ ἱσία, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἐννοήσας, τὸν Θερμώδοντα, καὶ τὸν Βορυσθένη, καὶ τὸν Ιστρον, ὡς ἀμηχάνοις τε καὶ ἀενναόις ῥεύμασιν ἐς τὸν Πόντον ἐκφέρονται, πρᾶξαι τὴν ἰλὺν τῶν ποταμῶν, ἣν, ἀπὸ Σκυθῶν ἀρξάμενοι, σύρασιν ἐς τὸ πέλαγος, νῆσον δὲ, ὁπόσην εἶπον, ἀπετόρνευσε, συσησάμενος αὐτὴν ἐν τῷ πυθμένι τοῦ Πόντου. ἐνταῦθα εἶδόν τε πρῶτον, καὶ περιέβαλον ἀλλήλους Αχιλλεύς τε καὶ Ελένη. καὶ γάμον ἐδαίσαντο σφῶν Ποσειδών τε αὐτὸς, καὶ Αμφιτρίτη, Νηρηίδες τε ξύμπασαι, καὶ ὁπόσοι ποταμοὶ καὶ δαίμονες ἔρχονται τὴν Μαιῶτίν τε καὶ τὸν Πόντον. οἰκεῖν μὲν δὴ λευκὰς ὄρνιθας ἐν αὐτῇ φασιν· εἶναι δὲ τούτους ὑγράς τε καὶ θαλάττης ἀπόζοντας, ὡς τὸν Αχιλλέα θεράποντας ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι, κοσμοῦντας αὐτῷ τὸ ἄλσος τῷ τε ἀνέμῳ τῶν πτερῶν, καὶ ταῖς ἀπ' αὐτῶν ῥανίσι. πράττειν δὲ τοῦτο χαμαὶ πετομένους, καὶ μικρὸν τῆς γῆς ὑπεραίροντας.

haec in Aegypto, ille vero ad Troiam moram trahentes, mutuo sunt accensi amore, ad gignendum corporis desiderium auribus vsi. Cum autem viuendi ratio ipsis fato destinata esset immortali vitae sufficiens, quae tamen locum non haberet in adiacentibus Ilio locis: Echinadibus quoque, quae ad Oeniada & Acarnaniam iacent, iam pollutis, eo quod Alcmaeon interfecta matre, ab Acheloo egestam incoluerit terram, ipso facinore eius recentiorem; rogauit Neptunum Thetis, vt aliquam ex mari educeret insulam, in qua habitarent. Hic autem, vastorum Ponti spatiorum recordatus, quodque nulla in ipso insula existente inhabitabilis nauigetur, Leucen insulam, eius quam dixi magnitudinis, in lucem produxit, vt ab Achille quidem atque Helena habitaretur, nautis vero in mari stationem praeberet, qua naues subducerent. Vniuersae nempe, quantaquanta est, aquae imperium tenens, fluminaque considerans, Thermodontem, Borysthenemque, atque Istrum, vt infandis ac perennibus profluentibus in Pontum deferantur, effecit, vt limus fluuiorum adaggeraretur, quem a Scythis exorsi in pelagus adducunt: insulamque, quantam dixi, confecit, in Ponti fundo ipsam firmans. Hic primum se viderunt inuicem & amplexi sunt Achilles atque Helena. Nuptiasque eorum celebrarunt ipse Neptunus, atque Amphitrite, omnesque Nereides, fluminaque & daemones quotquot Maeotin Pontumque frequentant. Ferunt vtique, Ardeolas aues in ipsa habitare: esse autem eas aquatiles, ac mare olentes; hasque sibi ministras Achillem comparasse aiunt, luco ipsi, tum excitato alis vento, tum earundem aspergine amoenitatem conciliantes. Hoc autem facere eas humi volantes, paululumque supra terram suspensas.

Ανθρώποις δὲ πλέουσι μὲν τὸ τοῦ πελάγους χάσμα, ὁσία ἡ νῆσος ἐσβαίνειν, κεῖται γὰρ ὥσπερ ξύμπαντος νεῶν ἑστία. οἶκον δὲ μὴ ποιεῖσθαι αὐτὴν πᾶσί τε ἀπείρηται τοῖς πλέουσι, καὶ τοῖς

XVII. Homines autem pelagi gurgitem nauigantes intrare insulam nulla religio vetat. sita est enim vt hospitalis nauium focus. Vt ne tamen sibi domicilium in ea statuant, omnibus prohibitum est nauigantibus, Pon-

9 ἀδημ. ἄσης τῶν ὑπὸ Ιλίῳ] subint. τόπων, vel tale quid. Nempe *diaeta* huiusmodi *is* ἀθάνατον, quae immortali vitae idonea esset, non nisi in locis purissimis & nullo scelere pollutis frui dabatur. Quales nulli prope Troiam. De veterum autem religione circa loca scelere aliquo polluta & propterea infausta habitantibus vide vit. Apollon. Tyan. lib. III. c. 20. & l. VII. c. 25. n. 2. nec non l. V. c. 27. fin.

10 Εχινάδων τε] scilicet ne quis miretur, cur Echinades sedem non praebuerint Achilli & Helenae, ad immortalem vitam destinatis, iam olim eas Alcmaeonis matricidio pollutas ait, de quo multa passim veteres: vid. interim Pausan. Arcadic. p. 255.

11 κατ' Οινιάδα] vrbs Acarnaniae ad Acheloi ostia, cui oppositae *Echinades* insulae vid. Strabo l. X. p. 459. & Stephan. de Vrbib.

12 τὰς ἐκβολ. τοῦ Αχελ. ὤκ.] nempe ad Acheloi ostia Echinades, ex luto a fluuio aggesto concreuere. Eoque confugit oraculi monitu Alcmaeon, a quo edoctus erat matris furias eum non persecuturum, si in terram fugisset omnium recentissimam, & quae edita esset, postquam matris sanguine ipse se polluisset. vid. Pausan. l. c. & vitam Tyanensis l. VII. c. 26. hinc mox dicitur γῆ νεωτέρᾳ τοῦ ἔργου.

13 ἀοίκητος] sic omnes codd. nostri. Editi ἀήτητος.

tique

que accolis Graecis pariter ac Barbaris. Oportet enim eos, qui nauem isthac subduxere, ac sacrificauere, occidente sole nauem conscendere, in terra minime pernoctantes, &, si ventus a puppi spiret, soluere, si minus, alligata naui in rate quiescere. Tunc enim Achilles atque Helene conuiuari dicuntur, & cantilenis vacare, mutuumque canere amorem, nec non Homeri carmina, quae de rebus agunt Troianis, ipsumque Homerum. Poëtices enim donum, quod a Calliope Achilli venit, adhuc amat Achilles, eique diligentius operam nauat postquam a re bellica vacationem habet. Carmen igitur in Homerum diuine plane, o hospes, prorsusque poëtice ab eo concinnatum est. Illud enim & nouit, & canit Protesilaus. *Phoenix.* Liceat vero mihi quoque, o Vinitor, cantilenam audire: an nefas forte ipsam efferre? *Vinitor.* Equidem eorum quam plurimi, o hospes, qui insulam adeunt, alia quoque canentem Achillem se audiuisse aiunt. Hunc vero superiore, vt puto, anno concinnauit cantum, qui summe sensu atque sententiis est venustus, sic autem se habet:

Echo immensas quae circum vndas
Colis infandi latera Ponti,
Manibus nostris te lyra cantat:
Tu mihi diuum refer Homerum,
Grande virûm decus; ipse laboris
Decus & nostri: per quem haud perii:
Per quem mihi Patroclus adest:
Per quem par est diis meus Aiax:
Per quem inuicta & celebrata bonis
Laudatur, non cecidit Troia.

Phoenix. Diuine omnino Achilles, o Vinitor, & pro sua Homerique dignitate. Nempe & alias in lyricis carminibus artis est, non nimis producere ipsa, neque extendere nimis. Atque antiquitus sane nobilissima habita, sapientiaeque studiis accensita poësis fuit? *Vinitor.* Antiquitus, o hospes. Namque & Herculem ferunt cum Asboli, centauri, cor-

περὶ τὸν Πόντον Ελλησί τε καὶ Βαρβάροις. δεῖ γὰρ προσορμισαμένους τε, καὶ θύσαντας, ἡλίῳ δυομένῳ ἐσβαίνειν, μὴ ἐννυχεύοντας τῇ γῇ[1], κἂν μὲν τὸ πνεῦμα ἕπηται, πλεῖν, εἰ δὲ μή, ἀναψαμένους τὸ πλοῖον ἐν κοίλῳ ἀναπαύεσθαι. ξυμπίνειν γὰρ δὴ λέγονται τότε ὁ Αχιλλεύς τε καὶ ἡ Ελένη, καὶ ἐν ᾠδαῖς εἶναι, τὸν ἔρωτά τε τὸν ἀλλήλων ᾄδειν, καὶ Ομήρου τὰ ἔπη, τὰ ἐπὶ τῇ Τροίᾳ, καὶ τὸν Ομηρον αὐτόν. τὸ γὰρ τῆς ποιητικῆς δῶρον, ὃ παρὰ τῆς Καλλιόπης[2] τῷ Αχιλλεῖ ἐφοίτησεν, ἐπαινεῖ ὁ Αχιλλεὺς ἔτι, καὶ σπουδάζει μᾶλλον, ἐπειδὴ πέπαυται τῶν πολεμικῶν. τὸ γοῦν ᾄσμα τὸ ἐπὶ τῷ Ομήρῳ, θείως αὐτῷ, ξένε, καὶ ποιητικῶς ξύγκειται. καὶ γὰρ ἐκεῖνο γινώσκει τε καὶ ᾄδει ὁ Πρωτεσίλεως. Φοῖ. ἐμοὶ δ' ἂν γένοιτο, Αμπελεργέ, ἀκοῦσαι τοῦ ᾄσματος, ἢ ὰ θέμις ἐκφέρειν αὐτό; Αμ. καὶ μήν[3] πολλοὶ μέν, ξένε, τῶν προσελθόντων τῇ νήσῳ, καὶ ἄλλα τοῦ Αχιλλέως ᾀδοντος ἀκοῦειν φασί. τυτὶ δὲ πέρυσιν, οἶμαι, τὸ ᾆσμα ἡρμόσατο, χαριέσατα τῆς γνώμης καὶ τῶν διανοιῶν ἔχον. ξύγκειται δὲ ὧδε·

Ηχὼ[4] περὶ[5] μυρίον ὕδωρ,
Μεγάλας ναίουσα πλευρὰ Πόντου,
Ψάλλει σε λύρα διὰ χειρὸς ἐμᾶς.
Σὺ δὲ θεῖον Ομηρον ἄειδε μοι,
Κλέος ἀνδρῶν, κλέος ἀμετέρων πόνων,
Δι' ὃν ἐκ ἔθανον· δι' ὃν ἔτι μοι
Πάτροκλος[6]· δι' ὃν ἀθανάτοις ἶσος
Αιας ἐμός· δι' ὃν ἀδορίληπτος,
Ἀειδομένα σοφοῖς, κλέος ἧρατο,
Κοὐπέσε Τροία.

Φοῖ. δαιμονίως γε ὁ Αχιλλεύς, Αμπελεργέ, καὶ ἐπαξίως ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ Ομήρου. καὶ ἄλλως σοφὸν ἐν τοῖς λυρικοῖς ᾄσμασι, τὸ μὴ ἀποτείνειν αὐτὰ, μηδὲ σχοινοτενῆ ἐργάζεσθαι. καὶ ἐκ παλαιοῦ ἄρα εὐδόκιμόν τε καὶ σοφὸν ἦν ἡ ποίησις[7]. Αμ. ἐκ παλαιοῦ, ξένε. καὶ γὰρ τὸν Ηρακλέα φασὶν, ἀναυρώσαντα τὸ τοῦ κεν-

---

§. XVII. 1 ἡλίῳ δυομένῳ ἐσβαίνειν, μὴ ἐννυχεύοντας τῇ γῇ] μὴ pro μὲν restituimus ex Aldina & cod. Laud. Hinc verior quoque nata distinguendi ratio. Morell. ita: ἡλίῳ δυομένῳ, ἐσβαίνειν μὲν ἐννυχεύοντας τῇ γῇ: eadem distinguendi ratio in Aldina. Ceterum ἐσβαίνειν hic, vbi de nauigantibus sermo, *nauem conscendere* notat absolute positum, illi enim nauem εἰσβαίνειν & ἐκβαίνειν intelliguntur.

2 ὃ παρὰ τῆς Καλλιόπης] vide §. II.

3 καὶ μήν] cod. Laud. ἃ μήν.

4 Ηχὼ] editi Αχώ. Sed nulla causa apparebat, cur Dorice illud nomen hic deberet efferri. Ceterum de genere carminis vide supra §. XIV. n. 27.

5 περὶ] cod. Laudian. & Coll. Noui habent παρά.

6 δι' ὃν ἔτι μοι Πάτροκλος] i. e. *per quem celebratur mea & Patrocli amicitia.*

7 ἡ ποίησις] articulum adieci ex cod. Colleg. Nou. & Laudian.

ταύρᾳ[8] σῶμα, ἐπιγράψαι αὐτῷ τόδε τὸ ἐπίγραμμα[9].

Ἀσβόλος, ἄτε θεῶν τρομέων ὄπιν, ἄτ' ἀνθρώπων,
Ὀξυκόμοιο κρέμασος ἀπ'[10] εὐλιπέος κατὰ πεύκης,
Ἔγκειμαι, μέγα δεῖπνον ἀμετροβίοις κοράκεσσιν.

pus cruci affixisset, hoc ipsi inscripsisse Epigramma:

Non hominum veritus vocem Asbolus, atque deorum,
Multicoma piceae suspensus ab arbore pingui,
Heicce iacens coenam longaeuis praebeo coruis.

Φοῖ. ἀθλητής γε καὶ τούτων[11] ὁ Ἡρακλῆς ἐγένετο[12], μεγαληγορίαν ἐπαινῶν, Ἀμπελεργέ, ὥστ' ἐξ ἧς δῆλόν ἐστι τὸν ποιητὴν φθέγγεσθαι. ἀλλ' ἐπανίωμεν ἐπὶ τὴν νῆσον. ῥεῦμα γάρ τι ὑπολαβὸν ἡμᾶς, οἷα πολλὰ περὶ τὸν Πόντον εἰλεῖται, παρέπλαγξε τῷ λόγῳ. Αμ. ἐπανίωμεν, ὦ ξένε. τὰ μὲν γὰρ ἄσματα ἐν αὐτῇ τοιαῦτα. καὶ ἡ φωνὴ δέ, ἣν ᾄδουσιν, θεία τε ἠχεῖ, καὶ λαμπρά. διήκει γὰρ τοσαύτη ἐς τὸ πέλαγος, ὡς φρίκην ἀνίσασθαι τοῖς ναύταις ὑπὸ ἐκπλήξεως. φασὶ δ' οἱ προσορμισάμενοι καὶ κτύπον ἀκούειν ἵππων, καὶ ἦχον ὅπλων, καὶ βοῆς, οἷον ἐν πολέμῳ ἀναφθέγγονται. εἰ δ' ὁρμισαμένων εἰς τὰ βόρεια, ἢ ἐς τὰ νότια τῆς νήσου, μέλλοι τις ἄνεμος ἐναντίος τῷ ὁρμῷ ἐκπλεῖν[13], κηρύττει ὁ Ἀχιλλεὺς κατὰ πρύμναν τοῦτο, καὶ κελεύει μεθορμισαμένους, ἐκσῆναι τῷ ἀνέμῳ. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐκπλεόντων τῷ Πόντῳ προσπλέουσί τέ μοι, καὶ ἀπαγγέλλουσι ταῦτα· καὶ νὴ Δί' ὡς, ἐπειδὴ προΐδωσι τὴν νῆσον, ἅτε ἐν ἀπείρῳ πελάγει ἐμφερόμενοι, περιβάλλουσί τε ἀλλήλους, καὶ εἰς δάκρυα ὑφ' ἡδονῆς ἔρχονται. καταπλεύσαντες δὲ, καὶ τὴν γῆν ἀσπασάμενοι βαδίζουσιν ἐπὶ τὸ ἱερὸν, προσευξάμενοί[14] τε τῷ Ἀχιλλεῖ, καὶ θύσαντες. τὸ δὲ ἱερεῖον αὐτόματον τῷ βωμῷ προσεσήκει, κατὰ τὴν ναῦν τε καὶ τοὺς ἐμπλέοντας. τὸ μὲν δὴ περὶ τὴν κάλπιν τὴν χρυσῆν, τὴν ἐν Χίῳ ποτὲ τῇ νήσῳ φανεῖσαν, εἴρηται, ξένε, σοφοῖς ἀνδράσι[15], καὶ τί ἄν τις ἀρδήλως εἰρημένων αὖθις ἅπτοιτο;

Phoenix. In his quoque athletam insignem se praestitit Hercules, o Vinitor, magniloquentiam probans, qua poëtam animatum verba proferre constat. Sed ad insulam revertamur. Fluctus enim quidam nos subiens, cuiusmodi circa Pontum volutantur complures, ab orationis serie nos abduxit. *Vinitor.* Redeamus, o hospes. Cantus itaque in ipsa tales: vox praeterea, qua canunt, diuinum quid sonat atque augustum. Tantaque vi pelagus penetrat, vt horrorem nautis incutiat perterritis. Aiunt autem, qui ad insulam appulerunt, equorum etiam se audire strepitum, armorumque sonitum, clamoremque qualem in bello emittere solent. Quod si vero ad boreales vel australes partes appellentibus iis ventus aliquis immineat, impediturus, quo minus portu egredi possint, ad puppim id Achilles nuntiat, iubetque vt mutata statione vento cedant. Multi autem ex Ponto nauigantes ad me veniunt, mihique haec referunt, vtque soleant, per Iouem, quando insulam e longinquo prospiciunt, quippe per immensum acti mare, se inuicem amplecti, & prae gaudio lacrymas fundere. Vbi autem adnauigauerint, terramque salutauerint, ad templum accedunt Achilli supplicaturi, & sacra facturi. Hostia autem arae pro nauis ac nauigantium dignitate vltro adstat. Et quae ad vrnam quidem auream pertinent, quae aliquando in Chio insula apparuit, ea commemorata sunt, o hospes, viris eruditis. Cur autem quis, quae luculentissime dicta sunt, repetat?

XVIII. Ἐμπόρῳ δὲ λέγεταί ποτε, θαμίζοντι ἐς τὴν νῆσον, φαίνεσθαι μὲν ὁ Ἀχιλλεὺς αὐτῷ, διηγεῖ- Mercatori vero quidem, insulam quondam frequentanti, Achilles apparuisse, &,

8 τὸ τῷ Κενταυρ.] iidem codd. inserunt *Asboli* nomen h. m. τὸ τῷ Ασβόλῳ Κεντ.

9 τόδε τὸ ἐπίγραμμα] quod etiam habes apud Tzetz. Chiliad. V. c. 22. vbi plura de *Asboli* & Herculis pugna.

10 κρέμασος ἀπ'] pro ἀποκρέμασος. Nam praepositio ἀπὸ, nomen regens, post sequitur.

11 ἀθλητής γε καὶ τούτων] sic vitis Sophistarum λόγων πολιτικῶν ἀγωνιστὴς vocatur Theodotus: vid. ibi notata.

12 ἐγένετο] omittit hanc vocem cod. Coll. Nou.

13 ἐκπλεῖν] sic Laudian. vulgati habebant ἐκπνεῖν.

14 προσευξάμενοι] sic malui cum Laudiano quam προσευξόμενοι cum vulgatis qui & θυσάμενοι habebant paulo post, pro quo ex eod. cod. θυσάμενοι scripsimus.

15 εἴρηται, ξένε, τ. σοφ. ἀνδράσι] non memini tamen, ea de re quicquam me legisse. Eam sponte vsibus sacris se praebuisse colligas ex hoc loco Philostrati. Forte eo spectat *amphora*, quae in nummis Chiorum apparet. Verum in re obscura nihil certo licet definire.

quic-

quicquid ad Troiam geſtum eſt, narraſſe refertur, conuiuio etiam eum excepiſſe, atque praecepiſſe, vt Troiam nauigans Troianam puellam ſibi adduceret, nomine eam deſignans, Ilii certo cuidam homini ancillantem. Admirante autem orationem hoſpite, & quod iam animum collegiſſet ex eo ſciſcitante, quid ſibi ſerua opus eſſet Troiana? Quoniam, inquit, o hoſpes, eiuſdem eſt cum Hectore eiuſque maioribus originis: nam de Priamidarum ac Dardanidarum ſanguine eſt ſuperſtes. Mercator igitur quidem amare eam Achillem eſt arbitratus, emptaque puella in inſulam rediit. Achilles vero, cum ipſum ad ſe redeuntem collaudaſſet, vt eam quidem in naui ſibi aſſeruaret, imperauit. Ita enim, vt puto, fas erat, eo quod ingredi mulieribus inſulam non liceat. Se autem ſub veſperam ad templum venturum, cum eo atque Helene conuiuaturum. Cumque adeo veniſſet, magnam ei dedit pecuniae vim, qua mercatores vinci fere ſolent, hoſpitiique iure illum ſibi iunxiſſe ait, dediſſe praeterea ei, vt mercaturam cum lucro facere poſſet, & vt ſecundo curſu nauis vteretur. Poſtquam dies vero illuxit, tu quidem ſoluito, inquit, iſta tibi habens, puellam vero mihi in littore relinque. Nondum autem a terra ſtadii receſſerant ſpatio, cum puellae eiulatus ad aures ipſorum appelleret; diſcerpente eam, ac membratim dilaniante Achille.

σθαι δὲ τὰ ἐν Τροίᾳ. ξενίσαι δ' αὐτὸν καὶ ποτῷ, κελεῦσαί τε ἐκπλεύσαντα ἐς Ἴλιον ἀναγαγεῖν οἱ κόρην Τρῳάδα, τὴν δεῖνα εἰπών, δηλέυσασαν τῷ δεῖνι ἐν Ἰλίῳ. θαυμάσαντος δὲ τὸ ξένιον τὸν λόγον, καὶ διὰ τὸ θαρσεῖν ἤδη ἐρομένην αὐτὸν, τί δέοιτο[2] δήλης Ἰλιάδος; ὅτι, ἔφη, ξένε, γέγονεν ὅθεν περ Ἕκτωρ[3], καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ ἄνω, λοιπὴ δ' ἐστὶ τῶν Πριαμιδῶν τε καὶ Δαρδανιδῶν αἵματος. ὁ μὲν δὴ ἔμπορος ἐρᾶν τὸν Ἀχιλλέα ᾤετο, καὶ πριάμενος τὴν κόρην, ἐς τὴν νῆσον ἀνέπλευσεν. ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς ἐπαινέσας αὐτὸν ἥκοντα, τὴν μὲν προσέταξε φυλάττειν αὐτῷ[4] ἐν τῇ νηΐ. δεῖ γάρ, οἶμαι[5], τὸ μὴ εἰσβατὸν εἶναι γυναιξὶ τὴν νῆσον. αὐτὸν δὲ ἐσπέρας ἥκειν ἐς τὸ ἱερὸν, καὶ εὐωχεῖσθαι μετ' αὐτοῦ τε καὶ Ἑλένης. ἀφικομένῳ δὲ, πολλὰ μὲν χρήματα ἔδωκεν, ὧν ἤτησε ἔμποροι, ξένον δὲ αὐτὸν ποιεῖσθαι ἔφη, διδόναι τε οἱ τὴν ἐμπορίαν ἐνεργὸν, καὶ τὴν ναῦν εὐπλοεῖν. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, σὺ μὲν πλεῖ, ἔφη, ταῦτ' ἔχων, τὴν κόρην δ' ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ λίπε[6] μοι. ὅπως σαδιον ἀπείχον τῆς γῆς[7], καὶ οἰμωγὴ προσέβαλεν αὐτοῖς τῆς κόρης, διασπωμένου αὐτὴν τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ μελεϊστὶ ξαίνοντος.

XIX. Amazones porro, quas poëtarum nonnulli ad Troiam veniſſe, & cum Achille depugnaſſe ferunt, ad Troiam quidem haut peremit Achilles. Neque enim quo pacto ſit veroſimile video, poſtquam Priamus bellum aduerſus ipſas pro Phrygibus Mygdoniae incolis geſſiſſet, tamen Amazonas paulo poſt Troiae auxilium laturas veniſſe. Ea igitur, vt puto, Achilles Olympiade, qua ſtadio Rhodius Leonidas primum vicit, validiſſimas earum copias in ipſa, vt perhibent, inſula illa profligauit. *Phoenix.* Magnam attigiſti,

Ἀμαζόνας δέ, ἃς ἔνιοι τῶν ποιητῶν[1] ἐλθεῖν φασιν ἐς Τροίαν, Ἀχιλλεῖ μαχομένας, οὐκ ἀπέκτεινεν ὁ Ἀχιλλεὺς ἐν Τροίᾳ. πιθανὸν γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως, Πριάμῳ πολεμήσαντος[2] αὐταῖς ὑπὲρ Φρυγῶν κατὰ Μυγδόνα[3], ξυμμάχους Ἀμαζόνας ὕστερον ἐλθεῖν Ἰλίῳ. ἀλλ' οἶμαι κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα, ἣν τὸ πρῶτον ἐνίκα σάδιον Λεωνίδας[4] ὁ Ῥόδιος, ἀπώλεσεν αὐτῶν ὁ Ἀχιλλεὺς τὸ μαχιμώτατον ἐν αὐτῇ, φασι[5], τῇ νήσῳ. φοῖ. με-

---

§. XVIII. 1 *αὐτῷ, διηγεῖσθαι δὲ τὰ* &c.] cod. Laud. *αὐτὸς, διηγεῖσθαι δὲ αὐτῷ τὰ* &c.

2 *τί δέοιτο*] cod. Coll. Nou. & Laudian. *τί δέ σοι δεῖ*;

3 *γέγονεν ὅθεν περ Ἕκτωρ*] ob ſimilem cauſam iuuenem quoque Troianum auerſatus eſſe dicitur in vita Apollonii l. IV. c. 12. perinde atque hanc ei puellam inuiſam fuiſſe ex ſequentibus patet.

4 *αὐτῷ*] cod. Coll. Nou. *ἑαυτῷ*.

5 *δεῖ γὰρ οἶμαι*] has voces omittebat cod. Coll. Noui. Si quid mutandum ſit, malim pro *δεῖ, ἔδει*: vt ſenſus ſit *ſic enim fas erat, vt puto.*

6 *λίπε*] cod. Laudian. *λεῖπε*.

7 *τῆς γῆς*] id. *ἀπὸ τῆς γῆς*.

§. XIX. 1 *ἔνιοι τῶν ποιητῶν*] quorum loca diligenter indicauit Drelincurt. in Achill. Homeric. p. 58.

2 *πιθανὸν γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως Πριάμ. πολεμήσ.*] eodem argumento vſus & Strabo ad iſtam rem demonſtrandam Phrygibus autem contra Amazonas ſe praeſto fuiſſe Priamus fatetur Iliad. Γ' v. 187.

3 *Φρυγῶν κατὰ Μυγδόνα*] nempe Mygdonia *μέρος τῆς μεγάλης Φρυγίας* vt habet Stephan. Hinc mater Deorum quoque *Mygdonia* paſſim audit poetis. Et Homerus *Phrygas*, quibus auxilio fuit Priamus *λαὸς Ὀτρῆος* vocat *καὶ Μυγδόνος*. Quod monendum duxi, cum turpiter hic aberraſſe Philoſtrati interpretem Nigrum videam, vertentem *cum Priamus pro Phrygibus aduerſus ipſas Mygdonis tempeſtate bellum geſſiſſet.*

4 *κατὰ τὴν Ὀλυμπ. ἣν τὸ πρῶτον ἐνίκα σάδιον Λεωνίδ.*] Leonidam, curſu egregium, quater Olympiis victorem, XII palmas meruiſſe ait Pauſan. Eliac. poſter. p. 190. Primam autem victoriam, de qua hic ſermo, reportauit Ol. 153.

5 *φασι*] ſic cod. Coll. Noui, nempe vt ex ſequentibus patet, nondum ex Proteſilai autoritate haec refert, ſed quaſi ex fama, nam multis ea nota dicit. Editi *φησι*.

γάλα, Αμπελάργε, ἤψω λόγε. καὶ τὰ ὦτά μοι ἤγειρας, καὶ ἄλλως ἑτοίμοτα πρὸς τὰς σὰς λόγας. ἥκειν δέ σοι καὶ ταῦτα εἰκὸς παρὰ τῦ Πρωτεσίλεω. Αμ. παρὰ τέτε, ξένε, τῦ χρηστῦ διδασκάλε. πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ἐς Πόντον ἐσπεπλευκότων δῆλα δὴ ταῦτα. κατὰ γὰρ τὴν ἄξενον τῦ Πόντε πλευρὰν, ἧ τὰ ὄρη τὰ Ταυρικὰ τέταται, λέγονταί τινες οἰκεῖν Αμαζόνες, ἣν Θερμώδων τε καὶ Φάσις[6], ἐξερχόμενοι τῶν ὀρῶν, περιβάλλυσιν ἤπειρον, ἃς ὁ πατήρ τε καὶ φυτεργὸς αὐτῶν Αρης ἐπαίδευσεν ἐν ὁμιλίᾳ τῶν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ζῆν ἔνοπλόν τε καὶ ἔφιππον βίον. βεκολεῖσθαι δὲ αὐταῖς ἵππον ἐν τοῖς ἕλεσιν, ἀποχρῶσαν τῷ σρατῷ. ἀνδράσι μὲν δὴ ἐνομιλεῖν ἢ παρέχειν σφᾶς τὴν ἑαυτῶν χώραν. αὐτὰς δ', ἐπειδὴ δέωνται τέκνων, κατιέσας ἐπὶ ποταμὸν Αλυν, ἀγοράζειν τε καὶ ξυγγίνεσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἔνθα ἔτυχεν. ἀπελθέσας τε ἐς ἤθη, καὶ οἴκας, ἃ μὲν ἂν τέκωσιν ἄρρενα φέρειν ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς χώρας, ὅπως ἀνέλοιντο αὐτὰ οἱ φύσαντες. τὰς δὲ ἀναιρεῖσθαί τε ὧν ἕκαστος ἔτυχε, καὶ ποιεῖσθαι δάλας. ἃ δ' ἂν ἀποτέκωσι θήλεα, φιλεῖν τε ἤδη λέγονται, καὶ ὁμόφυλα ἡγεῖσθαι, θεραπεύειν τε ἡ φύσις μητέρων, πλὴν τῦ ἐπισχεῖν γάλα. τετὶ δὲ πράττυσι διὰ τὰς μάχας, ὡς μήτε αὐτὰ θηλύνοιντο, μήτε τὰς μαζὰς ἀποκρεμοῖντο. τὸ μὲν δὴ ὄνομα ταῖς Αμαζόσιν ἐκ τῦ μὴ μαζῷ τρέφεσθαι[7] κεῖσθαι ἡγώμεθα. τρέφσι δὲ τὰ βρέφη γάλακτί τε φορβάδων ἵππων, καὶ δρόσε κηρίοις[8], ἡ μέλιτος δίκην ἐπὶ τὰς δόνακας τῶν ποταμῶν ἰζάνει. τὰ δὲ ποιηταῖς τε καὶ μυθολόγοις περὶ τῶν Αμαζόνων τέτων εἰρημένα, παραιτη-

o Vinitor, rem, meaſque excitaſti aures, alioqui ad tuum arrecti ſermonem. Haec autem tibi etiam a Proteſilao venire eſt veroſimile. *Vinitor.* Ab eo ipſo, o hoſpes, praeceptore optimo. Multis tamen eorum quoque qui in Pontum nauigare ſolent notiſſima haec ſunt. Nam ad inhoſpitale Ponti latus, qua Taurici porriguntur montes, Amazonum quaedam dicuntur habitare, ea quam Thermodon ac Phaſis, montibus delabentes, ambiunt continente: quas pater, ſatorque ipſarum Mars in bellicis verſari tumultibus, vitamque in armis atque equis degere docuit. Equorum autem in paludibus [multitudinem] paſci ipſis, quanta exercitui ſatis eſſe poſſit. Viris porro in ſua quidem regione verſari minime eas permittere. Ipſas vero, cum liberis operam dare cupiunt, ad Alym fluuium deſcendere, & cum viris vt occaſio tulerit conſueſcere: redeunteſque ad ſedes ſuas atque domos, quos quidem pepererint maſculos ad regionis fines genitoribus tollendos deferre. Hos vero tollere in quem inciderit quiſque, eoſque, ſerui vt fiant, educare. Quas vero foemellas pepererint eas amare dicuntur, atque ad gentis ſuae priuilegia admittere, eaſque alere vt mos eſt matribus, vno excepto quod lac non praebeant. Id autem rerum bellicarum faciunt ſtudio, vt adeo illae neque lactentur, neque ab vberibus ſuſpendantur. Nomen igitur *Amazonibus* ex eo quod μάζοις h. e. *mammis* non alantur, inditum eſſe putandum. Alunt autem infantes tum equino lacte, tum roris fauis, qui mellis forma fluuiorum calamis inſidet. Quae vero a poëtis ac fabularum ſcriptoribus de hiſce Amazonibus litterarum monimentis man-

---

6 ἣν Θερμώδ. τε καὶ Φάσις] in iſta ora Amazones Plinius quoque H. N. VI, 4. & alii agnoſcunt. Plura vero de his & ceteris hic relatis de Amazonibus vide apud Petitum in docto de Amazonibus libello, cui dicta hic repetere nolim.

7 ἐκ τῦ μὴ μάζῳ τρέφεσθαι] aliter vulgo, nempe ex eo ita appellari aiunt, quod alteram mammam praeſcindant, vt magis ad belli exercitia ſint expeditae.

8 καὶ δρόσε κηρίοις, ἡ μέλιτος δίκ. ἐπὶ τ. δόνακας τ. ποτ. ἰζάνει] ita de Indiae *Cannis* Seneca ep. LXXXIV *Aiunt inueniri apud Indos mel in HARVNDINVM foliis, quod aut ROS illius coeli, aut ipſius harundinis humor dulcis aut pinguior gignat. In noſtris quoque herbis ſim eandem, ſed minus manifeſtam & notabilem poni, quem perſequatur & contrahat animal ei rei genitum.* Nempe apes ex eo rore mel conficere innuit, quod & veroſimile eſt, & aliis veterum eſt creditum. Hinc Plinius l. XI. c. 11. *Venit mel ex aere & maxime ſiderum ortu* &c. & Celſus apud Philargyrum: *apes ex floribus ceras faciunt, ex RORE matutino mel.* Hinc *mel aerium* Virgilio, *quod ex RORE aeris factum*, vt l. c. habet Seneca. Plinius & Celſus ab Ariſtotele habent Hiſt. Animal. V, 22. vbi ceram apes ἀπὸ τῦ δακρύε τῶν δενδρων φέρειν ait, μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τῦ ἀέρος καὶ μάλιστα τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς. Hinc apes αἰθερίε νέκταρος ἐργατίδας Antiphilus vocat in epigr. vide plura ap. Salmaſ. ad Solin. p. 717. ſq. qui rorem illum matutinum, in grumulos quibuſdam locis coeuntem, & denſarum, quae ſunt noſtri δρόσε κηρία *manna* veterum *ſaccharum*que Dioſcoridis & Plinii eſſe putat. Haec vero vt Amazonibus tenellis paſtum praebuere, lac inquam equinum & manna ſiue δρόσε κηρία, ita Ioui quoque infanti lac caprinum & γλυκὺ κηρίον datum. Sic enim Callimachus hymno in eum v. 49.

— σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν
Αιγὸς Αμαλθείης ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἕρσης.

Et Ebraeorum puſionibus lac & mel ingeſtum, vt patet ex Eſaiae iſto cap. 7. βύτυρον καὶ μέλι φάγεται, quam in rem plura magno Bocharto T. I. Hierozoic. p. 630. Iſ. Voſſio item & Cotelerio ad Barnabae epiſt. p. 19. notata vide: at iis tamen data κηρία erant ἔργα μελίσσης, vt ap. Callim. eſt l. c.

data

data ſunt, eaque oratione exeſſe iubebimus, neque enim praeſenti diſputationi conducunt. Quin potius qualenam facinus in inſula patrauerint, quemque exitum illud habuerit, a nobis referatur, quandoquidem id quoque a Proteſilao relatum.

σώμεθα τῦ λόγυ, πρόσφορα γὰρ ἐκ ἂν τῇ παρόσῃ σπυδῇ γένοιτο. τὸ δὲ περὶ τὴν νῆσον ἔργον, ὁποῖόν τι αὐταῖς ἐπράχθη, καὶ ἐς ὅ, τι ἐτελεύτησε, λεγέσθω μᾶλλον, ἐπειδὴ τῶν τῦ Πρωτεσίλεω λόγων ἐσίν.

XX. Nauibus compluribus aliquando nauium fabri, qui merces in Helleſpontum ex Ponto vehebant, in pelagi ſiniſtrum delati ſunt littus, circa quod mulieres habitare dicuntur. Ab ipſis autem capti, atque aliquamdiu in vinculis detenti ſunt, ad praeſepia paſti, vt ipſos fluuio traiecto anthropophagis Scythis venderent. Vbi vero adoleſcentulum cum ipſis captum Amazonum vna ob pulcritudinem eſſet miſerta, atque inde aliquis extitiſſet amor; reginae ea, quae ſoror erat ipſius, ne venderet hoſpites ſuaſit. Vinculis igitur ſoluti vbi eſſent, & cum illis [aliquamdiu] verſati, illarum lingua iam loquebantur. Cumque tempeſtatem, quaeque in mari eueniſſent narrarent, in templi mentionem inciderunt, (non multo enim antea tempore ad inſulam appulerant,) diuitiaſque in ea exiſtentes expoſuerunt. Illae igitur opportune ſibi hoſpites veniſſe putantes, nautae quod eſſent & nauium fabri, cum & alias nauibus ſtruendis aptiſſimum nacti ſolum eſſent, naues ſtruere coeperunt eius formae, qua equis vectandis maxime idoneae eſſent, equitatu ſcilicet Achillem ſuperaturae. Amazones enim vbi equo deſcenderint effeminata gens ſunt, planeque mulieres. Tum igitur remos tractarunt primum, ac nauigationem exercuere. Vbi vero nauigandi peritiam ſibi comparaſſent, ſublatis ad Thermodontis oſtia verno tempore ancoris curſum direxere ad templum, ſtadiis ad ſummum duobus millibus diſtans, cum nauibus, vt puto, quinquaginta. Ad inſulam itaque vbi appuliſſent, primum Helleſpontiis hoſpitibus praecepere, vt arbores, quibus in orbem diſpoſitis templum exornabatur, exciderent. Poſtea vero quam ſecures in ipſos repercuſſae aliis quidem in caput, aliis vero in ceruicem inſiliere, omneſque iuxta arbores cecidere; Amazones in templum irruerunt clamantes, equoſque inſtigantes. Achilles autem toruum atque horrendum ipſas intuitus, & haud ſecus atque in Scamandrum & Ilium inſurgens, terrorem freno longe magis validum equabus incuſſit: quo

Επὶ νεῶν πλειόνων ποτὲ ναυπηγοὶ, τῶν ἐς Ελλήσποντον ἀπαγαγόντων ἐκ τῦ Πόντυ ὤνια, κατηνέχθησαν ἐς τὴν ἀριστερὰν τῦ πελάγυς ὄχθην, περὶ ἣν αἱ γυναῖκες οἰκεῖν λέγονται. ληφθέντες δ' ὑπ' αὐτῶν, χρόνον μέν τινα ἐδέδεντο, σιτύμενοι πρὸς φάτναις, ἵνα ἀποδῶνται σφᾶς, ὑπὲρ τὸν ποταμὸν ἄγυσαι, τοῖς ἀνδροφάγοις Σκύθαις. ἐπεὶ δὲ μειράκιον, ξὺν αὐτοῖς ληφθὲν, μία τῶν Αμαζόνων ἐπὶ τῇ ὥρᾳ ἠλέησε, καί τις ἔρως ἐκ τύτυ ἐγένετο, παραιτεῖται τὴν δυναστεύυσαν, ἀδελφὴν ὖσαν, μὴ ἀποδόσθαι τὺς ξένυς. λυθέντες δὲ, καὶ πρὸς αὐτὰς συγκραθέντες, ἐφθέγγοντο ἤδη τὸν ἐκείνων τρόπον. τόν τε χειμῶνα, καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ διηγύμενοι, παρῆλθον ἐς μνήμην τῦ ἱερῦ[1], προσπεπλευκότες ὐ πάλαι τῇ νήσῳ, καὶ διήεσαν τὸν ἐν αὐτῷ[2] πλῦτον. αἴδ', ἔυρημα ποιησάμεναι τὺς ξένυς, ἐπειδὴ ναῦταί τε ἦσαν, καὶ νεῶν τέκτονες, ὅσης καὶ ἄλλως ναυπηγησίμυ σφίσι τῆς χώρας, ποιῦνται ναῦς τὸν ἱππαγωγὸν τρόπον, ὡς τὸν Αχιλλέα σχήσυσαι ταῖς ἵπποις. καταβᾶσαι γὰρ ἵππων Αμαζόνες[3] θῆλύ τε εἰσι γένος, καὶ ἀτεχνῶς γυναῖκες. εἰρεσίας μὲν δὴ πρῶτον ἥψαντο, καὶ πλεῖν ἐμελέτησαν. ὡς δ' ἐπισήμην τῦ πλεῖν συνεξελέξαντο, ἄρασαι περὶ ἔαρ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τῦ Θερμώδοντος, ἀφῆκαν ἐς τὸ ἱερὸν, σαδίυς μάλιστα δισχιλίυς, ἐπὶ νεῶν οἶμαι πεντήκοντα. καὶ προσορμισάμεναι τῇ νήσῳ, πρῶτον μὲν ἐκέλευσαν τὺς Ελλησποντίυς ξένυς ἐκκόπτειν τὰ δένδρα, οἷς κεκόσμηται κύκλῳ τὸ ἱερόν. ἐπεὶ δὲ οἱ πελέκεις ἐς αὐτὺς ἀνακοπέντες, τοῖς μὲν ἐς κεφαλὴν ἐχώρησαν, τοῖς δ' ἐς αὐχένα, πάντες τε πρὸς τοῖς δένδροις ἔπεσαν, ἐπεχύθησαν αἱ Αμαζόνες τῷ ἱερῷ, βοῶσαί τε καὶ τὰς ἵππυς ἐλαύυσαι. ὁ δὲ, θερμόν τε καὶ δεινὸν ἐς αὐτὰς ἰδὼν, καὶ πηδήσας οἷον ἐπὶ Σκαμάνδρῳ τε καὶ Ιλίῳ, ποίαν μὲν χαλινῦ κρείττω τοῖς

§. XX. 1 *τῦ ἱερῦ*] Achillis nempe, in *Leuca* inſula.

2 *ἐν αὐτῷ*] refertur ad *ἱερόν*. Laudian. tamen habet *αὐτῇ* ad inſulam referens.

3 *καταβᾶσαι γὰρ ἵππ. Αμαζόνες* &c.] nempe rationem redditurus, cur naues equis deportandis fabricari voluerint, eas equis inſidentes animo tantum valere ait & viribus, equis vero deſtitutas aeque eſſe ac alias mulieres imbelles.

ἵπποις

ἵπποις προσέβαλεν, ὑφ' ἧς ἀνεσκίρτησαν, ἀλλότριόν τε καὶ περιττὸν ἄχθος ἡγέμεναι τὰς γυναῖκας. ἐς δὲ θηρίων ἤθη μετέῤῥησαν, καὶ κειμέναις ἐμπεσεῖσαι ταῖς Ἀμαζόσι, τάς τε ὁπλὰς ἐνήρεισον, καὶ τὰς χαίτας ἔφριξαν, καὶ τὰ ὦτα ἐπ' αὐτὰς ἵσασαν, καθάπερ τῶν λεόντων οἱ ὠμοί. κειμένων τε καὶ γυμνὰς ὠλένας ἤσθιον, καὶ τὰ σέρνα ῥηγνῦσαι προσέκειντο τοῖς σπλάγχνοις, καὶ ἐλάφυσσον. ἐμφορηθεῖσαι δὲ ἀνθρωπείᾳ βρώσεως[4], ἐκρόαινον περὶ τὴν νῆσον, καὶ ἐμαίνοντο, μεσαὶ λύθρῳ. σᾶσαι δὲ ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων, καὶ τὰ νῶτα τῇ πελάγει ἰδοῦσαι, πεδίῳ τε ὤοντο ἐντετυχηκέναι, καὶ κατὰ τῆς θαλάττης ἑαυτὰς ἧκαν. ἀπώλοντο δὲ καὶ αἱ νῆες τῶν Ἀμαζόνων, ἀνέμῳ σφοδρῷ[5] ἐς αὐτὰς πνεύσαντος. ἅτε γὰρ κεναὶ, καὶ ἀδενὶ κόσμῳ ὡρμισμέναι[6], προσέπιπτον ἀλλήλαις, καὶ ξυνηράττοντο, ναῦς τε ὥσπερ ἐν ναυμαχίᾳ κατέδυ ναῦν, καὶ ἀνερρήγνυ. καὶ ὁπόσας ἐγκαρσίας τε, καὶ ἀντιπρώρους ἐμβολὰς ποιοῦνται κυβερνῆται ναύμαχοι, πᾶσαι ξυνέπεσον ἐν ναυσὶ κεναῖς, καὶ οὐκ ἐκ προνοίας πλεούσαις. πολλῶν δὲ ναυαγίων τῷ ἱερῷ προσενεχθέντων, καὶ ἀνθρώπων[7] ἐν αὐτῷ κειμένων ἡμιβρώτων, καὶ ἐμπνεόντων ἔτι, μελῶν τε ἀνθρωπείων διεσπαρμένων, καὶ σαρκῶν, ἃς διέπτυσαν αἱ ἵπποι, κάθαρσιν ὁ Ἀχιλλεὺς ποιεῖται τῇ νήσῳ[8] ῥᾳδίαν. κορυφὴν[9] γὰρ τὸ Πόντου ἐπισπασάμενος, ἀπένιψέ τε καὶ ἀπέκλυσε ταῦτα. φοῖ. ὅς τις, Ἀμπελαργὲ, μὴ θεοφιλῆ σε ἡγεῖται, σφόδρα αὐτὸς ἀπήχθηται τοῖς θεοῖς. τὸ γὰρ τοιούτους τε καὶ θείους λόγους εἰδέναι ἄτω, παρ' ἐκείνων σοι ἥκειν οἶμαι· οἳ καὶ τῷ Πρωτεσίλεῳ φίλον τέ σε, καὶ ἐπιτήδειον ἐποίησαν. ἀλλ' ἐπεὶ τῶν ἡρωϊκῶν ἡμᾶς λόγων ἐμπέπληκας, τὸ μὲν ὅπως αὐτὸς ἀναβεβίωκεν, οὐκέτ' ἂν ἐροίμην, ἐπειδὴ βεβήλῳ τε καὶ ἀπορρήτῳ φῂς αὐτὸν χρῆσθαι τούτῳ τῷ λόγῳ[10]. τὰς δὲ Κωκυτούς τε καὶ Πυριφλεγέθοντας, καὶ τὴν Ἀχερουσιάδα, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ποταμῶν τε καὶ τῶν λιμνῶν ὀνόματα, καὶ νὴ Δία τοὺς Αἰακούς, καὶ τὰ τούτων δικαστήρια, καὶ δικαιωτήρια, αὐτός τε ἴσως ἀπαγγελεῖς, καὶ ξυγχωρεῖ διηγεῖσθαι. Αμ. ξυγχωρεῖ μὲν, ἑσπέρα δὲ ἤδη, καὶ βοῦς πρὸς

actae equae subsiliere, alienum esse, & quo nihil sibi opus esset onus, mulieres illas ratae. Imo in ferinos plane mores degenerarunt, atque in prostratas irruentes Amazones, vngulas in eis defixere, iubisque inhorruere, aureisque arrexere, vt leones saeuissimi. Iacentiumque nudas quoque vlnas deuorarunt, & pectora laniantes visceribus inhaeserunt, eaque sorpserunt. Humano autem exaturatae cibo per insulam lasciue subsultarunt, taboque impletae insaniuerunt. In promontoriis postremo consistentes, pelagique dorsa conspicientes, in campum se incidisse arbitratae, in mare praecipites sese dedere. Naues quoque periere Amazonum vehementi in ipsas spirante vento. Hac enim ratione inanes, nulloque ordine in stationem subductae in se mutuo inciderunt, ac collisae fuerunt, nauisque vt in bello nauali nauim submersit atque perrupit. Et quoscunque in nauali proelio vel obliquos vel rectos gubernatores impetus faciunt, ii omnes contigere in nauibus inanibus, nulloque consilio rectis. Cum autem nauium fragmenta haud pauca ad templum essent delata, hominesque in eo iacerent semiesi, atque adhuc spirantes, membra item humana hinc inde sparsa iacerent, & quas equae despuerant carnes; facillimam Achilles insulae lustrationem instituit. Nempe Ponti adducens illuuiem absterserit omnia haec atque abluit. *Phoenix.* Quicunque te, o Vinitor, Diis cariissimum haut esse putauerit, nae ille Diis ipse vehementer odio sit oportet. Nam quod tales, diuinasque adeo res noueris, id te ab iis habere existimo, qui te Protesilao quoque amicum ac familiarem reddidere. Ceterum quandoquidem Heroicis nos expleuisti sermonibus, quo pacto ipse quidem reuixerit, nolim equidem interrogare denuo, quandoquidem eum quidem sermonem pro profano, atque nefando habere asseris. Cocytos vero, & Pyriphlegetontes, & Acherusiam, similiaque fluminum ac paludum nomina, & Aeacos, per Iouem, horumque iudicia ac fora & tu fortasse nunciabis, & ipse narrare permittet. *Vinitor.* Permittit quidem. Verum iam adest vespera, bouesque quieti

---

4 βρώσεως] cod. Laudian. αἵματος.

5 σφοδρῷ] cod. Coll. Nou. σφοδρῶς.

6 ὡρμισμέναι] sic cod. Coll. Noui. Laudian. ὡρμισάμεναι: vestigia verae lectionis retinens, quam etiam versio Nigri exhibet. Editi enim habent ὡραισμέναι.

7 ἀνθρώπων] omittit cod. Coll. Nou.

8 τῇ νήσῳ] τῆς νήσου cod. Coll. Nou.

9 κορυφὴν] vocem explicandam duxi ex eo, quod Hesychius κορυφεῖν interpretatur καταῤῥεῖν. Quid itaque aliud hic κορυφὴ, quam κατάῤῥους.

10 ἐπειδ. βεβ. καὶ ἀπορῥ. αὐτ. χρῆσθαι φῂς τούτῳ τῷ λόγῳ] id nempe supra dictum prooem. Heroicorum §. 11.

inten-

intenti ſunt. Iugales enim vides, quod veniant, dimiſſis ab aratro bubus, meque eos recipere oportet: & oratio plus temporis requirit. Nunc quidem igitur ad nauim laetus ito, quaecunque noſter fert hortus tecum aufferens. Et ſi vobis fauerit ventus, naviga, o hoſpes, cum prius de naui Proteſilao libaueris: hoc enim iſthac ſoluentes facere fas eſt. Quod ſi aduerſus fuerit ventus, huc ſole oriente reuertere, & voti damnaberis. *Phoenix.* Obſequor tibi, o Vinitor; itaque fiet. Vtinam autem non prius, o Neptune, nauigem, quam hunc quoque ſermonem audiuero.

ἀναπαύλῃ[11]. τὰ γὰρ[12] ζευγάρια ὁρᾷς ὡς ἐκ βελυτῦ ἥκει, καὶ χρή με αὐτὰ ὑποδέξασθαι, καὶ ὁ λόγος πλείων τῦ καιρῦ. νῦν μὲν ἴθ'[13] ἐπὶ τὴν ναῦν χαίρων ἴθι, πάντα ἔχων, ὁπόσα ὁ κῆπος φέρει. κἂν μὲν τὸ πνεῦμα ὑμέτερον, πλεῖ ξένε, σπείσας ἀπὸ τῆς νεὼς τῷ Πρωτεσίλεῳ· τῦτο γὰρ τὰς ἐνθένδε λύοντας νενόμισται πράττειν. εἰ δ' ἐναντίον εἴη τὸ πνεῦμα, χώρει δεῦρο ἅμα ἠλίῳ ἀνίσχοντι, καὶ τεύξῃ ὧν βάλει. Φοῖ. πείθομαί σοι, Ἀμπελυργὲ, καὶ ἔτως ἔσαι. πλεύσαιμι δὲ μήπω Πόσειδον, πρὶν ἢ καὶ τῦδε ἀκροάσασθαι τῦ λόγυ.

---

11 βελυτῦ πρὸς ἀναπάυλη] hinc ἐκ βελυτῦ mox venire dicuntur, ipſaque veſpera dicta Graecis βελυτόν.

12 τὰ γὰρ] cod. Laudian. τὰ γῦν, quae lectio Morello quoque in margine obſeruata.

13 ἴθ'] Laudian & cod. Coll. Noui δή.

ΦΛ. ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΚΟΝΕΣ

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ ΕΙΚΟΝΕΣ

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ ΕΚΦΡΑΣΕΙΣ.

FL. PHILOSTRATI IMAGINES

PHILOSTRATI IVNIORIS IMAGINES

CALLISTRATI DESCRIPTIONES

STATVARVM.

LECTORI S.

IMagines PHILOSTRATORVM, atque *ecphraſes* ſtatuarum CALLISTRATI, cognati argumenti ſcripta, praeterquam quod ſingularis commendet orationis lepos, & ſumma in pingendo dexteritas, viſque ad delineandum viuidiſſima: vt dubium ſit, vtrum maiorem admirationem pictoris an oratoris delineatio mereatur; vel eo nomine in pretio ſuo iure habenda ſunt, quod ex illis haut mediocrem facultatem iudicandi de praeſtantibus pictoriæ & ſtatuariae artis operibus liceat comparare. Praeterea ſola ea ſunt, quae quidem in eo genere antiqua illa eloquentia perpolita atque exornata ad manus noſtras peruenere. Plane aliud enim eſt Luciani inſtitutum, qui in eis, quàs tenemus ab eo εἰκόσι h. e. *imaginibus*, non id agit, vt praeſtantiſſimorum artificum opera oratione depingat, eorundemque virtutes luculentis ſtyli coloribus legentibus ſpectandas ſiſtat. Sed Panthiae, quam parat imaginem, vt ſplendidiſſime inſtruat, ex praeſtantiſſimorum pictorum ſuperſtitibus ea aetate picturis quaſi mutuatur, quae abſolutiſſimo operi, Panthiae veneres omnes complexo, perficiendo poſſent inſeruire: oculorumque adeo ipſi mobilitatem cum hilaritate & gratia coniunctam ex ſtatua Cnidiae Veneris, Praxitelis opere, genas a Venere Hortenſi Alcamenis, naſi συμμετρίαν a Lemnia Venere Phidiae, atque ſimili modo ab aliis praeclaris maximorum pictorum operibus reliqua formae decora ipſi arceſſit: quid habeant iſtorum artificum monimenta eximium atque ſingulare, conſueta ſibi facundia ex ea occaſione docens, ipſa vero tota delineans minime, neque, quid in ſingulis partibus eorum ingenium praeſtiterit, vt decori, vt affectus, vt συμμετρίας, vt colorum temperandorum, vt partium fabulae apte componendarum obſeruantes extiterint, explicans. Id vero agunt ex inſtituto, quorum hic exhibentur Ἐκφράσεις, ſcriptores tres, ita, vt quod picturis delineandis orationis coloribus praeſtitere, ingenii gloria in hoc genere certantes, Philoſtrati duo, id in ſtatuis Calliſtratus ſtyli politura experiri conatus fuerit.

Et de *Philoſtratis* quidem cum ex inſtituto poſt viros magnos ſententiam explicauerimus noſtram, in praefatione, quam in limine collectionis huius ſcriptorum Philoſtrateorum dedimus, nihil eſt quod de eo argumento nunc addendum putemus. Priori libros quatuor Imaginum tribuit Suidas, cum duo tantum hic compareant. Quod tamen ne vel noſtra vel temporum iniuria factum cui videatur, dudum curauit Io. Meurſius, qui in Diſſertatione de Philoſtratis, apud Suidam ἐν βιβλίοις β' legendum cenſet, pro ἐν βιβλίοις δ'. Veroſimile mihi viſum Suidam in codices incidiſſe, in quibus Iunioris Philoſtrati Imagines iuxta cum ἐκφράσεσι Calliſtrati iungerentur libris duobus Philoſtrati prioris; quibus quod tituli praefixi non eſſent, quos, vt fieri ſolebat, minio pingendos librarius omiſiſſet, facilis fuit lapſus, quem Suidas commiſit, vt quatuor nempe libri Imaginum vni Philoſtrato adſcriberentur. Ceterum & alia perturbatio nonnulla ex antiquorum codicum vitio mihi in hiſce Imaginibus orta videtur. Certe enim ex ipſis verbis Philoſtrati prioris lib. I. N. XVII, *Pelopis & Hippodamiae imagine*, planiſſime conficitur, eam quae longo poſt ſpatio ſequitur N. XXX. *Pelopis* imaginem, priori illi ab ipſo Philoſtrato praemiſſam fuiſſe. Sed ea de re in notis ad illum locum a nobis eſt monitum.

CALLISTRATVM quod attinet, varios eo nomine inuenio. Cu-

ius ex illis sit, quod hic exhibetur *ἐκφράσεων statuarum* opus, dictu non adeo procliue est. Equidem nostrum non esse CALLISTRATVM, qui Mithridati Regi fuit a secretis, Luculli iussu necatus, de quo Plutarchus in Lucullo, facile omnes largiri putem. Neque ex multo antiquioribus huc spectat CALLISTRATVS cognomento PARNYTES, qui vt obolum acciperent Iudices Athenienses instituit, vt Io. Meursio obseruatum ex veteribus autoribus, circa dissertationis de Areopago finem. Multo minus Athenensis itidem CALLISTRATVS, quem *Datum*, Thraciae oppidum, condidisse ait Scylax in Periplo p. 27. Aristophanis quoque histrio CALLISTRATVS hinc facessat, quam *Ἀχαρνεῖς*, fabulam eius egisse narrat Scholiastes Aristoph. p. 259. *ὄρνιθας* item p. 366. & *σφῆκας* p. 972. & denique CALLISTRATVS qui in Pythiis Amphictyonum procurator fuit, de quo apud Plutarchum Sympos. VII. Qu. 1.

CALLISTRATVM statuarium, inter eos, in quibus restituta statuaria ars cira Olympiadem CLV fuit, probatos artifices, sed antiquioribus tamen inferiores qui essent, censet Plinius, Hist. Nat. lib. XXXIV. sect. 19. eundemque etiam commendat Tatianus in oratione contra Graecos p. 183. Neque absonum videbatur artifici tribuere opus, de arte sua consignatum. Neque alias desunt in eo genere qui paria fecerint, *Callixenus*, quem inter eiusdem *Φορᾶς* artifices censet loco allegato Plinius, & qui Photio teste, *ζωγράφων καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφὴν pictorum & statuariorum descriptionem* edidit: nostra vero aetate Ioachimus de Sandrart ex Germanis, Academiae artis pictoriae auctor, & ex Gallis Florens Comes, sculptor & pictor Parisiensis, non incelebris, cui Museum singularium artis architectonicae, pictoriae, sculptoriae, atque scalptoriae debemus. At, verum vt fatear, *Callistrati* nostri opus sophisticam lucernam magis olet, quam vt statuarium eius autorem esse mihi persuadere possim, nisi verba & stylum ei commodasse Rhetorem dicas, vt Sandrarto nostro Arnoldus Rhodiusue. Quamuis ne id quidem mihi satisfaciat, quandoquidem maior longe styli quam artis pictoriae cura in hoc ipso opere appareat. Inter viros itaque litteris claros, atque eloquentia, quaerendum existimo potius, cui opus quod prae manibus habemus tribuamus.

In eo vero hominum genere CALLISTRATVM inuenio operis *περὶ Ἡρακλείας* autorem, de quo Bibliothecae Graecae libro II. iam egit Io. Meursius, a quo obseruatis Scholiastae Aeschyli & Apollonii, nec non Stephani Grammatici de eo locis, heicce denuo allegandis supersedeo. Videtur mihi eum & opus eius respicere Pindari quoque Scholiastes ad Nem. VII, v. 150. qui de Sogene, HERCVLIS vicino, Neoptolemi quaedam ex CALLISTRATO allegauit.

Cum eo idemne sit, an diuersus Aristophaneus Grammaticus, CALLISTRATVS, qui Aristarchum maledictis incessebat, quod eruditioni vestis non congrueret, apud Athenaeum lib. I. Dipnos. p. 21. doctioribus iudicandum relinquo, quorum etiam arbitrium esto statuere de CALLISTRATO identidem allegato veteribus Grammaticis, Eustathio ad Odysseae P′ p. 642. Pindari item interpreti ad Inscriptiones Pythiae II, Isthmiae II & V, item ad Nemeae III initium, & Isthmiae II v. 19, nec non Euripidis commentatori ad Orestem v. 314. 434. 1037. Grammaticum olent etiam quae in Aristophaneis scholiis ex CALLISTRATO passim allegantur. Denique Hesychio quoque passim eius nominis Grammaticus allegatur vocib. *ἑλειὰς*, *θρώσκω*, *Ἰλλυρὶς*, *ὑδρὸς* & *παρνόπη*.

Poeti-

Poeticam quoque facultatem CALLISTRATVM exercuisse quendam, ex Hesychio forte colligas verb. Ἁρμοδίᾳ, quod nomen ille Scholii esse dicit, ἐπὶ Ἁρμοδίᾳ ποιηθέντος ὑπὸ Καλλισράτους, *quod in Harmodium Callistratus composuerit.*

Plinio item Historiae Nat. L. XXXVII. sect. 12. & 27. CALLISTRATVS laudatur, naturalium rerum studiis inclytus, quem περὶ λίθων de *lapidibus pretiosis*, siue *de gemmis* scripsisse, ex allegatis locis colligere est.

Postremo loco seruaui, quem inprimis heic spectandum puto CALLISTRATVM, Aphidnaeum, Empaedi filium, ῥήτορα δόκιμον, quem audire Demosthenes auebat, vt traditum de eo, ex Hegesia Magnesio, Plutarcho in vita Demosthenis, & Gellio libro III Noct. Attic. c. 13. qui ex Hermippo eandem, quam ex Hegesia Plutarchus de CALLISTRATO & Demosthene fabulam refert, addens orationem, quam τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην appellat, fuisse, quam recitantem CALLISTRATVM cum audiuisset Demosthenes, Platonem deseruerit, rhetorem vt sequeretur. Eiusdem esse CALLISTRATI actionem *contra Melanopum*, cuius meminit Aristotel. l. I. Rhetoric. nec non *Messeniacam*, cuius mentio est apud eundem Rhetoricor. l. III. c. 17. non dubitem. Ei quoque opus περὶ Ἀθηνῶν veteri Grammatico ad Aristophanem, Harpocrationi, & Suidae passim laudatum, Meursius in Bibliotheca Attica tribuit. Imo & ὑπομνήματα θρᾴττων Κρατίνου ex Athenaeo lib: XI, περὶ ἑταιρῶν opus ex eodem libro XIII, & σύμμικτα, quorum librum sextum Erotianus, septimum Athenaeus allegat Dipnos. lib. III, eidem adscribit. Denique eiusdem esse has ipsas, quas prae manibus habemus statuarum ἐκφράσεις idem vir doctissimus iudicat. Atque ea de re postea quidem viderimus. Putem quoque ad eum pertinere, quae de CALLISTRATO, a Leodamante accusato, refert Aristoteles Rhetoric. l. I. c. 7: nescio an & ea, quae idem in Oeconomico II. p. 287. memorat de arte, qua portoriorum in Macedonia pretia CALLISTRATVS auxit. Dubium enim videri queat, quid Athenienſi rhetori cum portoriis in Macedonia sit negotii. Archontem quoque CALLISTRATVM Athenis, ipsis hisce, quibus rhetor floruit, temporibus memorant veteres, quod & Meursio obseruatum de Archontibus l. IV. c. 6. Sed eum cum rhetore vt non audeam facere eundem, obstant silentio suo Plutarchus & Gellius, non praetermissuri eius rei memoriam, cum aliorum, quibus rhetor defunctus fuit, munerum publicorum mentionem haut praetermiserint. Ἱππαρχῆσαι enim eum dicunt in Sicilia: ibique etiam, re praeclare gesta, seruatisque quibus praeerat equitibus, fortiter mortem oppetiisse narratur Pausaniae in Achaicis p. 221.

Huic vero CALLISTRATO, rhetori antiquo, qui ipsi Demostheni viam ad eam facultatem monstrauit, cur minus tribuam istas statuarum ἐκφράσεις, cum doctiss. Meursio, rationem quae obstet nullam video. Certe illorum tantum temporum artifices eorundemque opera in hoc opusculo commemorantur: SCOPAS in statua *Bacchae*, PRAXITELES in statua *Bacchi* & *Cupidinum*, LYSIPPI in statua *Occasionis*. Neque ab ista me sententia dimoueat, quod obseruo in statuae *Bacchae* ἐκφράσει *Scopae*, statuarii excellentissimi artem cum Demosthenis eloquentia comparari, quam comparationem a Demosthenis in Rhetoricis praeceptore proficisci potuisse, dubium fortassis videri queat. At vt taceam, rhetorem insignem tamdiu superstitem esse potuisse, donec ad quae formatus a se erat studia Demosthenes, discipulus, cum plausu audientium exerceret: neque absonum esse eo genere laudis prosequi

sequi ad omne genus gloriae grassantem discipulum. Hoc, inquam, vt taceam; plane mihi ea, quae in illa ἐνφράσει de Demosthene habentur, a lectore quodam erudito videntur margini allita fuisse, neque Callistratum agnoscere autorem, adeo male cum reliquis verbis eius ἐνφράσεως cohaerent, qua quidem de re ad ipsum eum locum obseruata lector, si placet, consulere poterit.

Ceterum nullum argumentum sententiae suae allegauit Vigenerius, quando Philostratorum imitatione hasce statuarum ἐνφράσεις a *Callistrato* concinnatas esse dicit. Cur non Homerum enim potius eius rei exemplum antiquiori Philostratis scriptori praebuisse dicemus? Quem ἐνφρασικῆς τέχνης tum alibi in Iliade, tum in Achillis scuto describendo inprimis, specimina dedisse eruditi ad eum Grammatici obseruant, ex quibus Eustathium consulere est ad Iliad. Σ′ p. 1209. Eum itaque fontem communem, ex quo prior Callistratus, postea Philostrati etiam hauserint, ego quidem mallem statuere.

Priorum harum imaginum versionem Stephano Nigro debemus, eamque retinuerat in sua editione Morellus. Nam Antonii Bonfinii interpretatio Imaginum Philostrati, quae in codice Vindobonensi eiusdem versionibus historiae Sophistarum, Heroicorum & epistolarum Philostrati iungitur, lucem nunquam adspexit. Iunioris vero Philostrati Imagines atque Ecphrases Callistrati ipse ex Graecis Latina Morellus fecit. In vtraque versione non pauca erant, quae haut parum longe a sententia illorum autorum recederent, in reliquis quoque pleriſque vel pressius Graeca verba vel commodius exprimere licebat, quamobrem hic quoque, vt in reliquis, totam versionem reformare ita, vt noua penitus merito dici queat, non dubitauimus. Multis felicius, vt spero, assequendis partim Lectiones Anglicanae, partim ingenium adiumento fuerunt. Gallica enim Blasii Vigenerii versio harum imaginum, vt reliqua eius, ex Latinis expressa est, a quibus si quando discedit, id certe penitius excussis Graecis factum esse, nunquam me deprehendisse memini. Neque multum sculptura, qua exornauit opus suum Vigenerius, imaginum istarum ἐνφράσεσι intelligendis contulerit, in iis enim plerumque plus ingenio suo artifices indulsisse, quam rhetorum nostrorum delineationi, manifestum est. Commentarios, quos Vigenerius adiecit amplissimos, non tam ad textum explicandum partem maiorem comparatos, quam ad μυθολογίαν docendam, atque aliam eruditionem variam exponendam, nihil opus fuit notis nostris, quibus alius propositus scopus, imitari. Grati interea agnoscimus, hinc inde Vigenerium locorum bonae notae nobis indicium fecisse, ex quibus certiora vel de textu, vel sensu autorum nostrorum edocere possemus.

INDEX

INDEX

PHILOSTRATI SENIORIS IMAG.

LIB. I.

Exordium
I Scamander
II Comus
III Fabulae
IV Menoeceus
V Nilus
VI Amores
VII Memnon
IIX Neptunus vel Amymone
IX Paludes
X Amphion
XI Phaethon
XII Boſporus
XIII Piſcatores
XIV Semele
XV Ariadne
XVI Paſiphae
XVII Pelops vel Hippodamia
XIIX Pentheus
XIX Tyrrheni
XX Satyri
XXI Olympus
XXII Midas
XXIII Narciſſus
XXIV Hyacinthus
XXV Andrii
XXVI Mercurii Natales
XXVII Amphiaraus
XXIIX Aprorum Venatores
XXIX Perſeus
XXX Pelops
XXXI Xenia

LIB. II.

I Venus
II Achillis educatio
III Centaurides
IV Hippolytus
V Rhodogune
VI Arhichio
VII Antilochus
VIII Meles
IX Panthia
X Caſſandra
XI Pan
XII Pindarus
XIII Aiax Locrenſis vel Gyrae
XIV Theſſalia
XV Glaucus Marinus
XVI Palaemon
XVII Inſulae
XVIII Cyclops
XIX Phorbas vel Phlegyae
XX Atlas
XXI Antaeus
XXII Hercules inter Pygmaeos
XXIII Thiodamas
XXIV Abderi exequiae
XXV Xenia
XXVI Mineruae ortus
XXVII Telae
XXIIX Antigone
XXIX Euadne
XXX Themiſtocles
XXXI Palaeſtra
XXXII Dodone
XXXIII Horae

PHILOST. IVNIORIS IMAG.

Exordium
I Achilles in Scyro
II Marſyas
III Venatores
IV Hercules vel Achelous
V Hercules in cunis
VI Orpheus
VII Medea in Colchis
VIII Ludibundi
IX Pelops
X Pyrrhus aut Myſi
XI Argo ſiue Aeetes
XII Heſione
XIII Sophocles
XIV Hyacinthus
XV Meleager
XVI Neſſus
XVII Philoctetes

CALLISTRATI STATVAE.

I Satyrus
II Baccha
III Cupido
IV Indus
V Narciſſus
VI Occaſio
VII Orpheus
VIII Bacchus
IX Memnon
X Aeſculapius
XI Praxitelis Cupido
XII Centaurus
XIII Medea
XIV Athamas

ΦΛΑΥΙΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ[1] ΕΙΚΟΝΕΣ[2].

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ[3].

FLAVII PHILOSTRATI IMAGINES.

EXORDIVM.

Ὅστις μὴ ἀσπάζεται τὴν ζωγραφίαν, ἀδικεῖ τὴν ἀλήθειαν[4], ἀδικεῖ δὲ καὶ σοφίαν ὁπόση ἐς ποιητὰς ἥκει[5], φορὰ γάρ ἐστιν ἀμφοῖν ἐς τὰ τῶν ἡρώων εἴδη, καὶ ἔργα. ξυμμετρίαν[6] τε ἂν ἐπαινεῖ, δι' ἣν καὶ λόγῳ ἡ τέχνη ἅπτεται[7]. καὶ βουλομένῳ μὲν σοφίζεσθαι θεῶν τὸ εὕρημα, διά τε τὰ ἐν γῇ εἴδη, ἐπόσα τὰς λειμῶνας αἱ ὧραι γράφουσι, διά τε τὰ ἐν οὐρανῷ φαινόμενα[8]. βασανίζοντι[9] δὲ τὴν γένεσιν τῆς τέχνης, μίμησις μὲν εὕρημα πρεσβύτατον, καὶ ξυγγενέστατον τῇ φύσει. εὗρον δὲ αὐτὴν σοφοὶ ἄνδρες, τὸ μὲν ζωγραφίαν, τὸ δὲ πλαστικὴν φήσαντες. καὶ πλαστικῆς μὲν πολλὰ εἴδη· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πλάττειν[10], καὶ ἡ ἐν τῷ χαλκῷ μίμησις, καὶ οἱ ξέοντες τὴν Λυγδίνην, ἢ τὴν Παρίαν λίθον[11], καὶ ὁ ἐλέφας, καὶ νὴ Δία ἡ

ARtem pictoriam quisquis fuerit aspernatus, in veritatem iniurius est, iniurius etiam est in artem poeticam, idem enim est vtriusque ad heroum formas & gesta exprimenda conatus. Symmetriam praeterea [& aequalitatem] contemnit, qua ipsam orationem quoque ars excolit. Et si quis sophistarum more loqui voluerit, Deorum ea est inuentum, tum in terrae variis formis, quibus anni tempestates prata pingunt, tum eis, quae in coelo sunt, phaenomenis. At &, si penitus magis ipsius artis inuestigaueris origines, imitatio venustissimum est inuentum, naturaeque cognatum maxime. Ipsam autem sapientes excogitarunt viri, partim pingendi, partim fingendi artem appellantes. Et fingendi quidem artis multae sunt species. Nam & ipsum fingere, & quae aere fit imitatio, & Lygdinem vel Parium sculpere lapidem, atque eburnea opera, & ipsa per Iouem sculptura ad

---

1 Φλ. Φιλοστράτου] de autore harum imaginum vide Prolegomena: de ordine earum vide quaedam ad *Pelopem* & *Hippodamiam* obseruata not. 11.

2 εἰκόνες] vocat hoc opusculum γραφικῶν ἔργων ἐκφρασιν Philostratus iunior in prooem. suarum imaginum. Imo & Suidas εἰκόνας ἢ ἐκφράσεις vocat. Quo titulo non dissimile Callistrati opus inscribitur, ἐκφράσεις Καλλιστράτου. Eo vero loco plura de hac inscriptione a nobis notata vide. Ceterum Suidas IV libros harum imaginum commemorat, qua de re Meursio obseruata vide in Diss. de Philostratis. Quid si eum errore tertii Philostrati & Callistrati ecphrases cum istis dicamus coniunxisse? eo quod in codices incidisset, in quibus tituli posteriorum illorum operum, minio describendi, omissi fuissent.

3 προοίμιον] in vulgatis erat Προοίμιον Ἑλλάδια. At illa quo sensu coniungi possint non video. Vigenerius Ἑλλάδια *ludos* interpretabatur, quibus pictores certauerint. Verum vt alia taceam, vel sic non video cur voci προοίμιον ista iungatur. Dicam quod sentio. Antiquitus picturae duo genera *Helladicum* & *Asiaticum*. vid. Plin. lib. XXXV. sect. 36. p. 205. seq. *Helladici* igitur generis hic picturae describtae. Titulumque vel ipse Philostratus, vel alius quis operi fecit ΕΛΛΑΔΙΚΑ, sic enim malim quam Ἑλλάδια. Obtinuit tamen apud plerosque εἰκόνων titulus, quo etiam Suidas hoc opus allegat: cumque in margine forte alter ille titulus ΕΛΛΑΔΙΚΑ adscriptus reperiretur, imperitus amanuensis, quo ista vox spectaret ignarus, voci προοίμιον iunxit. Ceterum post Ἑλλάδια in cod. Laudiano additum βιβλίον πρῶτον, loco itidem alieno. Si enim in libros diuisum duos hoc opusculum, quod tamen ab ipso Philostrato factum dubito; verbis βιβλίοι πρῶτον locus debebatur inferius post finem huius prooemii. Mutare igitur totum hunc titulum ausi sumus, quod bona cum venia doctiorum factum esse confidimus.

4 ἀδικεῖ τὴν ἀλήθειαν] quod enim vere gestum est, vt gestum est oculis subiicere, non debebat offendere quenquam.

5 σοφίαν ὁπόση ἐς ποιητὰς ἥκει] conuenientiam pictoriae artis cum poetica pluribus veterum, Horatio, Plutarcho &c. obseruatam magna ingenii & eruditionis copia persequitur Fr. Iunius de Pictura Veter. l. I. c. 4.

6 ξυμμετρίαν] vocem Graecam retinuimus in versione. Nam *non habet Latinum nomen Symmetreia* teste Plinio lib. VIII.

7 δι' ἣν καὶ λόγῳ ἡ τέχνη ἅπτεται] nempe id vnicum est, quod *orationi* praestat rhetorum τέχνη, quod ξυμμετρίαν adhibeat, in qua omnis vis posita, vnde de Demosthene Callistratus in *Bacchis*: ὁ δὲ τὰ ἐν λόγῳ διαπλάττων Δημοσθένης ἀγάλματα, μικρᾷ καὶ λόγων ἔδειξεν εἶδος αἰσθητόν, τοῖς τὸ καὶ φρονήσεως γεννήμασι συγκεραννὺς τὰ τῆς τέχνης φάρμακα.

8 διά τε τὰ ἐν ἐραν. φαινόμενα] vbi nubes varias rerum imagines repraesentant. Illustrant haec prolixe disputata Apollonio in vit. eius l. II. c. 22.

9 βασανίζοντι] opponitur hoc verbum τῷ σοφίζεσθαι, scilicet qui oratoriae augere artis dignitatem velit, ad Deos referet inquit; At philosophus etiam omnem adhibens fine rhetorico fuco ἀκρίβειαν, antiquissimam inueniet, naturaeque quasi ξυγγενῆ, adeoque eiusdem cum ea aetatis.

10 αὐτὸ τὸ πλάττειν] intelligit eam, qua ex argilla vel gypso aliquid formatur, artem, id enim proprie est πλάττειν quando ex luto vel cognata materia aliquid formatur.

11 Λυγδίνην ἢ τὴν Παρίαν λίθον] Lygdus dicitur & Lygdinus. At vero *Lygdinos in Paro repertos* ait Plinius H. N. l. XXXVI. s. 13. Hinc Λύγδος λίθος ἢ ὁ Πάριος apud Hesych. Memorata & Diodoro Sic. l. II. p. 135. ἡ Παρία Λύγδος. Sic pla-

plasticem pertinent. Pictura vero coloribus quidem constat, sed non hoc solum efficit: verum multo plura ex ista re, vnica licet, quam alia ars quaecunque ex multis commi-niscitur. Vmbram enim demonstrat, & obtutum obseruat, furentis alium, alium moerentis aut gaudentis. Oculorumque radios, qualescunque fuerint, fictor quidem minime exprimit, caesium autem oculum glaucumque, ac nigrum ars pictoria agnoscit. Agnoscit & comam flauam ruffamque ac rutilantem, vestiumque colores atque armorum: thalamos praeterea ac domos, nemora item, montesque ac fontes, &, in quo haec sunt, aetherem. Quinam autem vim huius scientiae ad culmen perduxerint, quae ciuitates item, quiue reges amore prosecuti fuerint ipsam, cum aliis dictum est, tum Aristodemo ex Caria oriundo, in cuius ego, picturae causa, per quadriennium hospitio fui. Pingebat autem ille iuxta Eumeli praecepta, venustatis plurimum iis addens. Ast nobis sermo de pictoribus non erit, atque ipsorum historia: verum imagines, quales ars pictoria dat, pollicemur, quas argumentum conuersationis cum iuuenibus fecimus, vnde & dicere recte discant, &, quod bonum sit in eiusmodi rebus, animaduertant. Huiusce autem sermonis occasio mihi ista extitit. Solenne apud Neapolitanos agebatur certamen. Ciuitas vero illa in Italia est, suntque illi origine Graeci, atque probe exculti, vnde & dicendi studiis graecissant. Mihi igitur cum publice declamare minime propositum esset, adolescentes hospitis domum frequentantes quotidie molesti fuere. Extra moenia autem diuersabar, in suburbio ad mare vergente, in quo porticus quaedam Fauonio vento obuersa exaedificata erat, quatuor, vt puto, vel quinque contignationibus, Tyrrhenum respiciens mare. Refulgebatque ea & lapidibus, quoscunque luxus commendat, maxime vero picturis splendebat,

γλυφικὴ, πλαστική. ζωγραφία δὲ συμβέβληται μὲν ἐκ χρωμάτων, πράττει δὲ ὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείω σοφίζεται ἀπό τούτου γε ἑνὸς ὄντος, ἢ ἀπὸ τῶν πολλῶν ἑτέρα τέχνη. σκιάν τε γὰρ ἀποφαίνει, καὶ βλέμμα γινώσκει[12], ἄλλο μὲν τοῦ μεμηνότος, ἄλλο δὲ τοῦ ἀλγοῦντος, ἢ τοῦ χαίροντος. καὶ ὀφθαλμοὺς ὀμμάτων, ὁποῖαί εἰσιν, ὁ πλαστικὸς μέν τις ἥκιστα ἐργάζεται, χαροπὸν δὲ ὄμμα, καὶ γλαυκὸν, καὶ μέλαν, γραφικὴ οἶδε. καὶ ξανθὴν κόμην οἶδε, καὶ πυρσὴν, καὶ ἡλιῶσαν[13], καὶ ἐσθῆτος χρῶμα, καὶ ὅπλων. θαλάμους τε καὶ οἰκίας, καὶ ἄλση, καὶ ὄρη, καὶ πηγὰς, καὶ τὸν αἰθέρα, ἐν ᾧ ταῦτα. ὅσοι μὲν δὴ κράτος ἤραντο τῆς ἐπιστήμης, καὶ ὅσαι πόλεις, καὶ ὅστοι βασιλεῖς ἔρωτι ἐς αὐτὴν ἐχρήσαντο, ἄλλοις τε εἴρηται, καὶ Ἀριστοδήμῳ[14] τῷ ἐκ Καρίας, ὃν ἐγὼ ἐπὶ ζωγραφίᾳ ξένον ἐποιησάμην ἐτῶν τεσσάρων. ἔγραφε δὲ κατὰ τὴν Εὐμήλου[15] σοφίαν, πολὺ τὸ ἐπίχαρι ἐς αὐτὴν φέρων. ὁ λόγος δὲ ὁ περὶ ζωγράφων, ὁδ' ἱστορίας αὐτῶν νῦν, ἀλλ' εἰδὴ ζωγραφίας ἀπαγγέλλομεν, ὁμιλίας αὐτὰ τοῖς νέοις συντιθέντες, ἀφ' ὧν ἑρμηνεύσασί τε καὶ τὸ δοκίμιον ἐπιμελήσονται. ἀφορμαὶ δὲ ἐμοὶ τοῦτου τῶν λόγων αἵδε ἐγένοντο. ἦν μὲν ὁ παρὰ τοῖς Νεαπολίταις ἀγών, ἡ δὲ πόλις ἐν Ἰταλίᾳ ὤκισαι, γένος Ἕλληνες, καὶ ἀγχοῦ, ὅθεν καὶ τὰς σπουδὰς τῶν λόγων Ἑλληνικοί εἰσι. βουλομένῳ δέ μοι τὰς μελέτας μὴ ἐν τῷ φανερῷ ποιεῖσθαι, παρεῖχεν ὄχλον τὰ μειράκια, φοιτῶντα ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ ξένου. κατέλυον δὲ ἔξω τοῦ τείχους, ἐν προαστείῳ, τετραμμένῳ πρὸς θάλασσαν, ἐν ᾧ σοά τις ἐξῳκοδόμητο κατὰ ζέφυρον ἄνεμον, ἐπὶ τεττάρων, οἶμαι, ἢ καὶ πέντε ὀροφῶν, ἀφορῶσα εἰς τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος. ἥπτο μὲν δὴ καὶ λίθοις, ὁπόσους ἐπαινεῖ τρυφὴ, μάλιστα δὲ ἤνθει γρα-

enim legendum pro Λύγδος *candoris eximii* esse ait Plinius l. c. vnde Diodorus etiam, quem ante allegaui, lapidum in Arabia λαμπροτάτην λευκότητα descripturus, ne Παρίαν quidem Λύγδου cum iis comparandum ait. Plinius vero *Lygdinos antea ex Arabia tantum aduehi solitos* ait, quod firmat Arrianus Periplo Maris Erythraei p. 14. vbi inter merces ex Muza Arabiaeque emporiis exportatas Λύγδου refert. Ad candorem eius lapidis pertinent ex vetere epigr. ista:

Κ'ην σίφνοις ἔτι κεῖνα τὰ Λύγδινα κάνια μασῶν
Ἐστηκεν, μίτρης γυμνὰ περιτερμάδος.

Et ista apud eundem:

— — οἷα τε Λύγδε
Γλυπτὴν, παρθενίων βριθομένην Χαρίτων.

Vnde γλυπτοῖς inseruisse *Lygdum* patet, quo & spectat istud ibidem:

Γλύψας ἐπώλει Λύγδινόν τις Ἐρμείαν

Hinc & explicandus Hesychius Λύγδος εἰς τὰ ζῶδια h. e. λύγδος minutorum animalium ἀναγλυφὴ inseruiens.

12 βλέμμα γινώσκει] vocant τὸν νὸν alias, & τὰ ἤθη picturae, quae frequentes nostro in sequentibus imaginibus voces.

13 ξανθὴν κόμην οἶδε κόμην πυρσὴν κόμην ἡλιῶσαν] illae omnes species flaui coloris, aut acuentes eum & incendentes quasi, aut cum colore a bo miscentes, aut nigro infuscantes, vt aliquo modo huc traham Gellii ista Noct. Att. II, 28.

14 Ἀριστοδήμῳ] de eo, sed ex hoc ipso Philostrati loco, Vossius in opere de Hist. Graec. & Franc. Iunius de Pictura Veterum l. II. p. 55. egerunt, vt frustra videatur, postquam tantorum virorum industria nihil de eo vberius inueniri potuit, vberius quaerere.

15 Εὐμήλου] de eo vide a nobis notata ad l. II. de vitis Sophistar. in *Alexandro*.

φαῖς, ἐνηρμοσμένων αὐτῇ πινάκων, ὃς, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐκ ἀπαθῶς τις συνελέξατο, σοφία γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐθηλᾶτο πλειόνων ζωγράφων. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ὤμην δεῖν[16] ἐπαινεῖν τὰς γραφάς, ἦν δὲ ἄρα υἱὸς τῷ ξένῳ, κομιδῇ νέος, εἰς ἔτος δέκατον ἤδη, φιλήκοος, καὶ χαίρων τῷ μανθάνειν, ὃς ἐπεφύλαττέ με ἐπιόντα αὐτὰς, καὶ ἐδεῖτό μου ἑρμηνεύειν. ἵν' οὖν μὴ σκαιόν με ἡγοῖτο, ἔσαι ταῦτα, ἔφην, καὶ ἐπίδειξιν[17] αὐτὰ ποιησώμεθα, ἐπειδὴ ἥκει τὰ μειράκια. ἀφικομένων οὖν, ὁ μὲν παῖς, ἔφην, προβεβλήσθω[18], καὶ ἀνακείσθω τούτῳ ἡ σπουδὴ τοῦ λόγου. ὑμεῖς δὲ ἕπεσθε, μὴ ξυντιθέμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐρωτῶντες, εἴτι μὴ σαφῶς[19] φράζοιμεν.

ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ[1].

Ἔγνως οὖν, ὦ παῖ, ταῦτα Ὁμήρου ὄντα, ἢ οὐ πώποτε ἔγνωκας; δηλαδὴ θαῦμα ἡγούμενος, ὁπωσδήποτε ἔζη τὸ πῦρ ἐν τῷ ὕδατι. συμβάλλωμεν οὖν ὅ, τι νοεῖς[2]. σὺ δὲ ἀπόβλεψον αὐτῶν[3], ὅσον ἐκείνα ἰδεῖν, ἀφ' ὧν ἡ γραφή. οἶσθά που τῆς Ιλιάδος τὴν γνώμην, ἐν οἷς Ομηρος ἀνίστησι μὲν τὸν Αχιλλέα ἐπὶ τῷ Πατρόκλῳ[4], κινοῦνται δὲ οἱ θεοὶ πολεμεῖν ἀλλήλοις[5]. τούτων οὖν, τῶν περὶ τοὺς θεούς, ἡ γραφὴ τὰ μὲν ἄλλα οὐκ οἶδε. τὸν δὲ Ηφαιστον ἐμπεσεῖν φησι τῷ Σκαμάνδρῳ πολύν, καὶ ἄκρατον. ὅρα δὴ πάλιν, πάντα ἐκεῖθεν[6]. ὑψηλὴ μὲν αὕτη ἡ πόλις, καὶ ταυτὶ τὰ κρήδεμνα τῆς Ιλίου. πεδίον δὲ τουτὶ μέγα, καὶ ἀποχρῶν τὴν Ασίαν πρὸς τὴν Ευρώπην ἀντιτάξαι. πῦρ δὲ τοῦτο, πολὺ μὲν πλημμυρεῖ κατὰ τοῦ

suſpenſis in ea tabulis, quas, vt mihi videtur, non ſine ſtudio collegerat aliquis, plurimorum enim pictorum in ipſis conſpicua ars fuit. Ego autem & ipſe picturas oratione commendare conſtitueram, eratque praeterea hoſpiti filius admodum iuuenis, qui decimum iam annum attigiſſet, audiendique & diſcendi eſſet percupidus, qui ipſas luſtrantem me obſeruabat, vtque interpretarer rogabat. Vt ne itaque laeuam mihi eſſe mentem arbitraretur, eſto, dixi, faciamque iſta argumentum dicendi, cum primum iuuenes venerint. Quare cum veniſſent, puer, inquiebam, proponat, dedicatumque ei eſto ſtudium in oratione nunc ponendum. Vos vero ſequimini, non modo approbaturi, verum &, ſi quid minus luculenter explicauerimus, percunctaturi.

I. SCAMANDER.

Noſti igitur, o Puer, Homerica eſſe iſta, An forte non noueras antea? Nam miraris haut obſcure quomodo ignis in aqua viuere poſſit. Conferamus itaque quae noſti. Tu autem ab iſtis oculum auerte tantiſper, donec illa conſiderauerimus, ex quibus expreſſa pictura fuit. Noſti Ilias quae habeat, vbi Homerus Patrocli quidem cauſa Achillem ſiſtit concitatum, Diique ad mutua bella conſurgunt. Atque de ceteris quidem iſtis, quae ad Deos pertinent, nihil habet pictura. Vulcanum vero loquitur in Scamandrum irruentem, copioſum atque vegetum. Iam iterum tabulam intuere; illinc ducta omnia. Sublimis ecce haec ciuitas, hae autem Ilii ſunt arces. Campus autem hic magnus, & qui ſufficiat Aſiae aduerſus Europam in aciem producendae. Hic autem ignis multus quidem

16 δεῖν] addidi vocem, quae deſiderabatur in editis ex cod. Laud.

17 ἐπίδειξιν] quales rhetores edere ſolebant apud auditores, *declamationes* vulgo vertunt. De voce plura diximus ad *vitas Sophiſtarum*, in quibus ea frequentiſſima.

18 προβεβλήσθω] h. e. argumentum *orationis* proponat: qualia poſtulabant Sophiſtae ἐξ αὐτοσχεδιάζοντες, Gorgiae exemplo, vid. not. ad vit. Sophiſt. prooem. not. 26. adde ad vitam Marci §. II. n. 4.

19 σαφῶς] cod. Angl. σαφές.

I. ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ. 1 Σκάμανδρος] Scamander fluvius, Diis qui pro Troia pugnabant ſe iungens, Achillem poſt Patrocli mortem Troianos acrius inſecutum coeptis deterrere volens exundat, eumque in vitae diſcrimen adducit. Cui infeſta Troianis Iuno ſuccurrens, a filio ſuo Vulcano impetrat, vt igne fluuium laſciuientem coerceat. vide Homer. Iliad. Ο' maxime v. 330. ſq. vnde argumentum quoque accepit Dialogi inter Xanthum (qui eſt Scamander) & Mare Lucianus. Scamandrum igitur a Vulcano exuſtum haec pictura repraeſentat.

2 συμβ. οὖν ὅ, τι νοεῖς] nempe fabulam Homericam noverat puer, imagine eam exprimi neſciebat, idque admiratione prodebat. Dicit igitur Philoſtratus ea quae ex Homero iam nota puero eſſent, ſe cum tabula collaturum.

3 ἀπόβλ. αὐτῶν] ſenſus eſt: omittendam eſſe tantiſper pictae tabulae contemplationem, donec repetita ex Homero fuerint, quae ad eam illuſtrandam ſpectant, recordatuſque puer fuerit eorum, ex quibus ducta iſta pictura fuerat.

4 ἀνίστησι τὸν Αχιλλ. ἐπὶ τ. Πατρόκλῳ] Iliad. Τ'.

5 κιν. δ'. οἱ θ. πολεμεῖν ἀλλ.] pro Troia ſcilicet ſtantes alii, alii contra eam, vbi Achille ob Patrocli caedem irato acrius bellum inualeſcebat. vid. Iliad. Υ'.

6 ὅρα δὴ πάλιν πάντα ἐκεῖθεν] nempe antea iuſſerat, vt omitteret tantiſper tabulae inſpectionem, donec ex Homero, ex quo expreſſa illa ſit, repetita eſſent, quae ad eam pertinent. Quod cum factum iam ſit, nunc iterum inſpicere tabulam iubet, & obſeruare vt ἐκεῖθεν i. e. ex Homero omnia ſint expreſſa, quae repraeſentat imago.

cam-

campum inundat, multus item ad fluminis ripas prorepit, vt arbores amplius ipsi nullae supersint. Sed qui circa Vulcanum est ignis, in aquas defluit. Doletque flumen & supplex Vulcanum deprecatur. At neque cum coma pictum fluuium obseruas, quod ambustus sit, neque claudicantem Vulcanum ob cursus velocitatem. Ignis vero splendor non flauus est, nec solito aspectu, sed aurei coloris atque subcandidus. Ea tamen Homeri non sunt amplius.

II. COMVS.

Comus daemon, a quo habent mortales vt comessentur, in thalami foribus consistit aureis, vt puto. Paulo difficilius est autem ista dignoscere, quod quasi in tenebris repraesententur. Obscuritas enim picta est non ob corporis vmbram, sed ob tempus nocturnum. Vestibulum autem indicio est, sponsos opibus valentes in thalamo iacere. Venitque Comus iuuenis ad iuuenes, tener, nec ephebos egressus, vino rubicundus, atque ebrius, qui sit erecti corporis statu dormiens. Dormit autem facie pectori innixus, vt colli appareat nihil, sinistram vero venabulo sustinens. Sed manus, apprehendisse illud arbitrata, soluitur, nec ille animaduertit, vt fieri solet primo somno, cum nobis, blandiente sopore, cogitatio transit in obliuionem eorum, quae complectebatur: vnde & quae in dextera est facula manu videtur elabi, somno languorem ei inducente. Metuens tamen Comus ignem ad crus appellentem, sinistram quidem tibiam in partem dextram, faculam vero in sinistram transfert, vt ignis vaporem declinet manum a genu prominente elongans. Facies autem quidem pictores repraesentare fas est eorum qui forma praestant, absque his enim caecutiunt quasi picturae. Como tamen parum facie opus, caput inclinanti, & a capite vmbram trahenti. Hoc ipso autem, vt puto, docet, eos, qui ista sunt aetate comum agere non nisi velata facie debere. Ceterae

πεδίᾳ, πολὺ δὲ κατὰ τὰς ὄχθας ἕρπει τῷ ποταμῷ, ὡς μηκέτι αὐτῷ δένδρα εἶναι[7]. τὸ δὲ ἀμφὶ τὸν Ηφαιστον πῦρ ἐπιῤῥεῖ τῷ ὕδατι. καὶ ὁ ποταμὸς ἀλγεῖ, καὶ ἱκετεύει τὸν Ηφαιστον[8] αὐτός. ἀλλ' ὅτε ὁ ποταμὸς γέγραπται κομῶν, ὑπὸ τῦ περικεκαῦσθαι, ὅτε χωλεύων ὁ Ηφαιστος ὑπὸ τῦ τρέχειν. καὶ τὸ ἄνθος τῦ πυρὸς ἐ ξανθὸν, ἐδὲ τῇ εἰθισμένῃ ὄψει, ἀλλὰ χρυσοειδὲς, καὶ ἡλιῶδες[9]. ταῦτ' ἐκέτι Ομήρᾳ[10].

ΚΩΜΟΣ.

Ο δαίμων ὁ Κῶμος, παρ' ὃ τὸ κωμάζειν[2] τοῖς ἀνθρώποις, ἐφέστηκεν ἐν θαλάμῳ θύραις χρυσαῖς, οἶμαι. βεβδεῖα δὲ ἡ κατάληψις αὐτῶν, ὑπὸ τῦ ὡς ἐν νυκτὶ εἶναι. γέγραπται δὲ ἡ νὺξ, ἐκ ἀπὸ τῦ σώματος, ἀλλ' ἀπὸ τῦ καιρῦ. δηλοῖ δὲ τὰ προπύλαια, νυμφίους μάλα ὀλβίους ἐν εὐνῇ κεῖσθαι. καὶ ὁ Κῶμος ἥκει, νέος παρὰ νέους, ἁπαλὸς, καὶ ἔτι ἔφηβος, ἐρυθρὸς ὑπὸ οἴνου, καὶ καθεύδων ὀρθὸς ὑπὸ τῦ μεθύειν. καθεύδει δὲ, τὸ μὲν πρόσωπον ἐπὶ τὰ στέρνα ῥίψας, καὶ τῆς δειρῆς ἐκφαίνων ἑδέν, τὴν δὲ ἀριστερὰν προβολίῳ ἐπέχων. εἰλῆφθαι δὲ ἡ χειρ δοκῦσα λύεται, καὶ ἀμέλει, τὸ εἰωθὸς ἐν ἀρχῇ τῦ καθεύδειν, ὅταν σαίνοντος ἡμᾶς τῦ ὕπνου, μετέρχηται ὁ λογισμὸς εἰς λήθην, ὧν συνέχει ὅθεν καὶ τὸ ἐν τῇ δεξιᾷ λαμπάδιον ἔοικε διαφεύγειν τὴν χεῖρα, καταῤῥαθυμῦντος αὐτὴν τῦ ὕπνου. δεδιὼς δὲ ὁ Κῶμος προσβάλλον τὸ πῦρ τῷ σκέλει, παραφέρει τὴν μὲν κνήμην τὴν ἀριστερὰν ἐπὶ τὰ δεξιὰ, τὸ δὲ λαμπάδιον ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ, ἵν' ἐκκλίνῃ τὸν ἀτμὸν τῦ πυρὸς, ἐκκειμένῳ τῷ γόνατι ἀφισὰς τὴν χεῖρα. πρόσωπα δὲ ὀφείλεται μὲν παρὰ τῶν ζωγράφων τοῖς ἐν ὥρᾳ, καὶ τυφλώτ|υσί γε ἄνευ τέτων αἱ γραφαί. τῷ δὲ Κώμῳ σμικρὰ δεῖ τὰ προσώπα, νευκότι, καὶ ἕλκοντι τὴν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς σκιάν. κελεύει δὲ οἶμαι μὴ ἀπερικαλύπτως[4] κωμάζειν τὰς ἐν ἡλικίᾳ τέτα. τὰ δὲ λοιπὰ τῦ σώματος

---

7 ὡς μηκέτι αὐτ. δένδρ. εἶναι] alludit ad Iunonis illud ad Vulcanum Iliad. Φ' v. 538. Δίνδρεα καΐ' &c.

8 ἱκετεύει τὸν Ηφ.] vid. ibid. v. 356.

9 χρυσοειδ. καὶ ἡλιῶδες] vt quod diuinitus accensum sit. Deorum enim *aurea* omnia, domus, coma, ipsaque barba.

10 ἐκέτι Ομήρᾳ] nempe pictoris haec sunt non suppeditata ab Homero, cuius ingenium inde patet, τῦ περὶ τὰ πρόσωπα obseruantissimum.

II. ΚΩΜΟΣ. 1 Κῶμος] ipsa imago videtur postulare vt Κῶμον hic interpretemur *comessantium turbam*, qui vocis significatus Budaeo obseruatus, quo & autori nostro vox vsurpatur infra in Bosphoro n. 7. Cum tamen *Comi* Dei in ea tabula exhibeatur figura, & ab eius delineatione fiat initium, nolui reformare interpretationem priorem.

2 παρ' ὃ τὸ κωμάζειν] quod & dicitur εἰς Κῶμον βαδίζειν quasi dicas *ire ad Comum*. vide eruditos interpretes Horatii ad l. IV. od. 1.

3 τὸ εἰωθὸς] h. e. κατὰ τὸ εἰωθὸς. Atque sic malim cum cod. Laud. quam cum editis ἦθος.

4 μὴ ἀπερικαλ.] vt pudori scilicet consulant, qui iuvenem decet. Et certe ita more receptum, vt iuuenes κωμάζοντες tecta facie cum facibus discurrerent, vt hic Comus repraesentatur.

διηκρίβωται πάντα, περιλάμποντος αὐτὰ τῇ λαμπαδίᾳ, καὶ εἰς φῶς ἄγοντος. ὁ στέφανος δὲ τῶν ῥόδων ἐπαινείσθω μὲν, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ τῆς εἰδάς. ξανθοῖς γὰρ καὶ κυανοῖς εἰ τύχοι χρώμασιν ἀπομιμεῖσθαι τὰς τῶν ἀνθέων εἰκόνας οὐ μέγας ὁ ἆθλος. ἀλλ' ἐπαινεῖν χρὴ τὸ χαῦνον[5] τῆς στεφάνης, καὶ ἀπαλόν. ἐπαινῶ καὶ τὸ ἔνδροσον τῶν ῥόδων, καὶ φημὶ γεγράφθαι αὐτὰ μετὰ τῆς ὀσμῆς. τί λοιπὸν τῷ Κώμῳ; τί δ' ἄλλο γε ἢ οἱ κωμάζοντες; ἢ οὐ προσβάλλει σε κρόταλα, καὶ θρῆξ ἔναυλος, καὶ βοὴ ἄτακτος; λαμπάδες τε ὑπεκφαίνονται, παρ' ὧν ἐστι τοῖς κωμάζουσι καὶ τὰ ἐν ποσὶν ὁρᾶν, καὶ ἡμῖν ὁρᾶσθαι. συνεξαίρεται δὲ καὶ πολὺς λεὼς, καὶ γύναια μετ' ἀνδρῶν ἴεται, καὶ ὑπόδημα κοινὸν[6] ἔχουσι καὶ ζώννυνται παρὰ τὸ οἰκεῖον[7]. συγχωρεῖ δὲ ὁ Κῶμος, καὶ γυναικὶ ἀνδρίζεσθαι, καὶ ἀνδρὶ θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν, καὶ θῆλυ βαίνειν. καὶ οἱ στέφανοι οὐκ ἀνθηροὶ ἔτι, ἀλλ' ἀφῄρηται αὐτοῖς τὸ ἱλαρὸν, ὑπὸ τῆς ταῖς κεφαλαῖς ἐφαρμόττεσθαι, διὰ τὸ ἀτακτεῖν τῷ δρόμῳ[8]. ἡ γὰρ τῶν ἀνθέων ἐλευθερία παραιτεῖται τὴν χεῖρα, ὡς μαραίνουσαν αὐτὰ πρὸ τοῦ χρόνου. μιμεῖταί τινα ἡ γραφὴ καὶ κρότον, ὃν μάλιστα δεῖται ὁ Κῶμος. καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις[9] ὑπεσαλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν πλήττει ἐς τὸ κοῖλον, ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι, πλητόμεναι τρόπῳ κυμβάλων.

porro corporis partes exacte repraesentantur omnes, colluſtrante eas atque in lucem educente facula. Roſarum autem corona laudem meretur quidem, non formae tamen nomine. Flauis enim ac forte coeruleis coloribus florum imagines referre non eſt res magni laboris. Sed mollities coronae commendari meretur atque teneritudo. Roſcidam roſarum item laudo faciem, ipſaſque, vt odorem ſpirare videantur, pictas aio. Cetera, quid eſt Comi? Quid aliud ſit praeterquam Comum ducentes? nonne crotala, ſtrepituſque acutus, ac vox confuſa ad aures tuas appellit? Lampades quoque ſublucent, quae id praeſtant comeſſantibus vt & ipſi, quae ante pedes habent, videre poſſint, & viciſſim a nobis videantur. Magna autem hominum turba cietur, mulierculaeque cum viris incedunt, vtunturque eodem calceorum genere, praeterque morem praecinguntur. Concedit nempe Comus mulieri virum agere, & viro ſtolam induere muliebrem, muliebriterque incedere. Coronae porro non amplius vegetae ſunt, ſed laetus ipſis periit vigor eo, quod [manibus identidem] componendae in capitibus fuere, diſcurrentium motu turbatae. Florum enim liberalis facies manum auerſatur, vt quae eos ante tempus flaccidos reddat. Plauſum etiam quendam imitatur pictura, quo maxime opus eſt Como. Nam dextera, contractis digitis, ſubiectam ſiniſtram, qua caua eſt, tundit; vt manus etiam conſonent, cymbalorum more percuſſae.

ΜΥΘΟΙ.

φοιτῶσιν οἱ μῦθοι παρὰ τὸν Αἰσωπον, ἀγαπῶντες αὐτὸν, ὅτι αὐτῶν ἐπιμελεῖται. ἐμέλησε μὲν γὰρ καὶ Ομήρῳ μύθου, καὶ Ησιόδῳ[1], ἔτι δὲ καὶ Αρχιλόχῳ πρὸς Λυκάμβην[2]. ἀλλ' Αἰσώπῳ

III. FABVLAE.

Ad Aeſopum fabulae inuiſunt, amantes eum, quod ſui ipſi eſſet cura. Nam Homero quidem curae etiam fabula fuit, & Heſiodo, nec non in Lycamben etiam Archilocho.

---

5 τὸ χαῦνον] quid hic ſit, facile patet ex addito ἀπαλόν. Sic Aelian. V. H. XIV. 7. μίλος χαῦνον ὃ ὑγρότερον dixit *partem corporis mollem* & quaſi *diffluentem*.

6 καὶ ὑπόδημα κοινὸν] nempe differebant calceus muliebris & virilis Pollux l. VII. c. 22. ἴδια τῶν γυναικῶν ὑποδήματα Περσικά. Certe albi coloris fuere muliebria calceamenta, hocque colore ea diuerſa fuiſſe a virilibus, Ioſ. Laurentius putat de re Veſtiar. c. 5.

7 ζώννυνται παρὰ τὸ οἰκεῖον] verba iſta permutatum virilem muliebremue habitum notare ex ſtatim ſequentibus patet. Equidem enim *cingebantur* feminae quoque, nihilque notius *zona* muliebri, ſed alius cingendi modus quam viris, aliud nomen: Varro l. IV. de Ling. Lat. p. 29. *Cinctus & cingulum a cingendo: alterum viris alterum mulieribus attributum.*

8 τῷ δρόμῳ] vulgati ἐν τῷ δρόμῳ. Verum omittit praepoſitionem cod. Laud. idque merito.

9 καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις &c.] fuit in ſaltationibus vſitatus Κρότος manibus excitandus. Imo & inter canendum vid. inf. l. II. *Venere* vel *Cantatricibus* n. 8. Ceterum praeſentem locum totum Ariſtaenetus exſcripſit l. I. ep. 10. Alia eius κρότου ſpecies, quam noſtro hic commemoratur, eſt apud Homerum Odyſſ. Θ'. v. 379. Κῆροι δ' ἐπελήκεον ἄλλοι. quod Athenaeus l. III. explicat, ἐπεκρότων τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις. Et paulo poſt, addit iſtum κρότον editum eſſe, dum index dextrae manus pollici impreſſus carnem ſubiectam premeret, & cum vi aliqua cedere cogeret. adde & Euſtathium ad Homeri l. c.

III. ΜΥΘΟΙ. 1 καὶ Ομήρῳ μύθου καὶ Ησιόδῳ] nempe omnis epopoeiae vt & in genere poematis ἀρχὴ καὶ οἷον ψυχὴ μῦθος. Ariſtot. de Poet. c. 6.

2 ἔτι καὶ Αρχιλόχῳ πρὸς Λυκαμβ.] de Lycambe, quem ad reſtim Archilochus cum filiabus adegerat, repulſae ab iis paſſae iniuriam iambis ſuis vltus, nota omnia. Id ſingulare eſt, quod fabula ad id vſus heic dicitur. At, & alias fabula vſum Archilochum, docet Iulianus Imp. Or. VII p. 207. Αρχίλοχος ὥσπερ ἡδύσματι περιτιθεὶς τῇ ποιήσει μύθοις ὀλιγάκις (lege οὐκ ὀλιγάκις) ἰχρήσατο. Emendationem

Verum

Verum nihil non rerum humanarum ab Aesopo sub fabularum inuolucro fuit propositum. Orationemque brutis tribuit animantibus, rationis studio. Etenim auaritiam demolitur, contumeliamque ac fraudem abigit. Horumque ipsi Leo aliquis personam sustinet, ac vulpes, & equus, per Iouem: neque muta vel ipsa testudo: atque ab istis pueri instruuntur in vitae huius negotiis. Fabulae igitur Aesopi beneficio in pretio cum sint, ad sapientis fores accedunt, vittis ornaturae ipsum, frondibusque coronaturae. Ipse autem, vt puto, fabulam aliquam contexit. Oris enim risus, oculique in terra defixi eius rei indicio sunt. Nempe nouit pictor fabularum inuentionem liberam mentem requirere. Sapienter autem pictura animantia ipsa, inter quae aguntur fabulae, repraesentat. Bestias enim, hominum iis instar induens, chorum circa eum constituentes repraesentat, ex ipsius [Aesopi] scena eas delineans. Chori autem princeps picta est vulpes. Nam eius quidem Aesopus in plurimis argumentis ministerio vtitur, perinde ac comoedia Daui.

10 ἡδεῖς ἀσάχυες] subint. εἰσί. Idiotismus vero ille Graecorum τὰ ἀμάραντα ἀσάχυές εἰσι pro *amaranthi in spicis sunt*. Ceterum spicis crescere *amaranthi* speciem notum est.

11 ἱπποδρόμῳ] ita vocat ipsam piscinam, quod in ea cycnos equitando se exercerent *Cupidines*.

12 ὄρθιον] τρόπον ᾠδῆς εἰς πόλεμον ἐρεθιστικὸν interpretatur Eustathius ad Il. Α'. v. 11. Nempe *pugnantes* paulo ante hic vidimus *Cupidines* repraesentari.

13 Ζέφυρος] cuius praesenti non absimilem descriptio-

Zephy-

zephyrus, cygnis cantum inſpirans. Pictus autem eſt iuuenis mollis ac venuſtus, vt venti iſtius ſit ſymbolum. Alas etiam cycni expanderunt, vt a vento feriri queant. En fluuius quoque palude egreditur, latus, & fluctibus nonnihil intumeſcens. Traiiciunt autem ipſum caprarii atque paſtores, ponte. Si ob capras porro pictorem laudaueris quidem, quod ſubſultantes ipſas ac petulantes pinxerit; vel ob oues quod tarde incedentes,& veluti feſſas; aut ſi fiſtulas perſecuti fuerimus, vel qui his vtuntur, quod contracto canant ore; id quod minimum eſt in hac pictura laudabimus, quantum nempe eius ad imitationem ſpectat. Neque ſic tamen ſapientiam atque decorum picturae commendabimus, quae vtique in arte praeſtantiſſima eſſe videntur. In quo igitur poſita eſt ſapientia? palmarum par impoſuit flumini, atque eo ſuauiſſimum commentum expreſſit. Gnarus enim de palmis fabulae, quodque in eis mas ſit ac femina, de nuptiis item earum inſtructus, &, quod feminas ducant, ramis ipſas amplectentes, ſeque in ipſas intendentes, vtriuſque ſexus palmas duas, ſingulas in alterutra ripa, pinxit. Indeque mas quidem amat, & inclinatur, ac fluuium tranſilit. Feminam vero, nihilominus diſtantem, cum aſſequi minime poſſit, iacet & ſeruit, pontem aquae praebens: tranſeuntibus vero ob corticis aſperitatem eſt tutiſſimus.

τοῖς κύκνοις ἐνδιδάς. γέγραπται δὲ ἁπαλὸν, καὶ χαρίεν, εἰς αἴνιγμα τῦ πνεύματος. καὶ αἱ πτέρυγες ἤπλωνται τοῖς κύκνοις, πρὸς τὸ πλήττεσθαι ὑπὸ τῦ ἀνέμυ. ἰδὲ καὶ ποταμὸς ὑπεξέρχεται τῦ ἕλυς, εὐρὺς καὶ ὑποκυμαίνων. διαβαίνυσι δ' αὐτὸν αἰπόλοι, καὶ νομεῖς, ἐπὶ ζεύγματος. εἰ δὲ τῶν αἰγῶν ἐπαινοίης τὸν ζωγράφον, ὅτι αὐτὰς ὑποσκιρτώσας, καὶ ἀγερώχυς γέγραφεν, ἢ τῶν προβάτων, ὅτι σχολαῖον αὐτοῖς τὸ βάδισμα, καὶ οἷον ἄχθος, ἢ μᾶλλον τάς τε σύριγγας εἰ διεξίοιμεν, ἢ τὺς χρωμένυς αὐταῖς, ὡς ὑπεσαλμένῳ τῷ στόματι αὐλῦσι, μικρὸν ἐπαινεσόμεθα τῆς γραφῆς, καὶ ὅσον εἰς μίμησιν ἥκει. σοφίαν δὲ ἂν ἐπαινεσόμεθα, ἃ δὴ καιρὸν, ἃ δὴ κράτιστα δοκεῖ τῆς τέχνης. τίς ἂν ἡ σοφία[14]; ζεῦγμα φοινίκων ἐπιβέβληκε τῷ ποταμῷ, καὶ μάλα ἡδὺν ἐπ' αὐτῷ λόγον. εἰδὼς γὰρ τὸ περὶ τῶν φοινίκων λεγόμενον[15], καὶ ὅτι αὐτῶν ὁ μὲν ἄρσην τὶς, ἡ δὲ θήλεια, καὶ περὶ τῦ γάμυ σφῶν διακηκοὼς, καὶ ὅτι ἄγονται τὰς θηλείας, περιβάλλοντες αὐτὰς τοῖς κλάδοις, καὶ ἐπιτείνοντες αὐτὺς ἐπ' αὐτὰς, ἀφ' ἑκατέρυ τῦ γένυς δύο φοίνικας, ἕνα κατὰ μίαν ὄχθην, γέγραφεν. εἶτα ὁ μὲν ἐρᾷ, καὶ ἐπικλίνεται, καὶ ὑπεράλλεται τῦ ποταμῦ. τῆς δὲ θηλείας, ἔτι ἀφεσώσης, ἂν ἔχων ἐπιλαβέσθαι κεῖται, καὶ δελέυει, ζεύξας τὸ ὕδωρ. καὶ ἔστι τοῖς διαβαίνυσιν ἀσφαλὴς, ὑπὸ τῆς τῦ φλοιῦ τραχύτητος[16].

X. AMPHION.

Lyram, ſapiens inuentum, primus Mercurius dicitur compegiſſe ex cornibus geminis, iugoque, & chely, &, poſtquam cum Apolline

ΑΜΦΙΩΝ.

Τὴν λύραν, τὸ σόφισμα, πρῶτος Ερμῆς πήξασθαι λέγεται[1] κεράτοιν δυοῖν[2], καὶ ζυγῦ, καὶ χέλυος, καὶ δέναι, μετὰ τὸν Απόλλω[3] καὶ

---

nem inf. habes in *Hyacintho*: adſpirans vero cycnis, vt modulentur, ſiſtitur etiam inf. in *Phaethonte* & *Olympo*, item in *Satyris*. Non voci autem ſed alis cycnorum cantum iſtum deberi, zephyro eas perflante, docet Gregorius Naz. ep. I. cycnos τῷ ζεφύρῳ τὰς πτέρυγας ἐμπνέοντος ἡδύ τι καὶ ἐναρμόνιον ᾄδειν dicens, adde & Orat. 34. & Dion. Chryſoſt. Or. 35. Quod Cerdae etiam probatum ad Virgil. ecl. IX. qui Statii illud eo trahit:

Claraque gaudentes plauſerunt limina cycni.

14 ἡ σοφία] articulum adieci ex cod. Laudiano.

15 τὸ π. τ. φοινίκων λεγόμενον] vid. Theophr. lib. I. 1. de plantis c. 8. 9. Plinius H. N. l. XIII. ſect. 7.

16 ὑπὸ τ. τ. φλ. τραχύτ.] quae ſcilicet non facile patiatur pedem falli, vt illa, quae laeuigata ſunt.

X. ΑΜΦΙΩΝ. 1 πήξασθαι λέγεται] accurate lyrae Mercurii ſtructuram delineat Homerus hymno in eum v. 47. & ex parte Aratus in Phaenom. v. 268. eiuſque interpres Germanicus. it. Theon ad Arat. p. 37. Adde de inuenta a Mercurio lyra & Pauſan. in Arcadic. p. 251. & Hygin. Poetic. Aſtron. c. 7.

2 κεράτοιν δυοῖν &c.] vt haec rectius intelligantur, en tibi lyrae figuram N. I. ex gemma apud Pignorium de ſeruis p. 80. & in ea

κέρατα cornua a. ζυγὸν iugum b. χέλυς chelyn c. μαγάδα magadem d. quam rectius diſtinguas in Apollineis lyris, qualis heic poſteriori loco repraeſentatur ex Voſſii de metro & virib. rythmi Diatribe p. 97. N. II.



prolixius vero lyram deſcribunt Scaliger ad Manilium p. 380. Martinius lexico voce λύρα.

3 μετὰ τὸν Απόλλω] vt Apollini lyram ſuam dederit, quo veniam acciperet, abactis bouibus eius, vid. ap. Homer. Hymn. in Mercur. v. 472. ſqq. Hygin. Poet. Aſtron. c. 7.

τὰς Μούσας, Ἀμφίονι [4] τῷ Θηβαίῳ δῶρον. ὁ δὲ, οἰκῶν τὰς Θήβας, ἔπω τετειχισμένας, ἀφῆκε κατὰ τῶν λίθων τὰ μέλη, καὶ ἀκούοντες οἱ λίθοι συνθέσει. ταῦτα γὰρ τὰ ἐν τῇ γραφῇ. πρώτην ἴδε διαθεῶ τὴν λύραν, εἰ καθ' αὐτὴν γέγραπται. τὸ μὲν γὰρ κέρας αἰγὸς ἰξάλης [5] ποιηταί φασι. χρῆται δὲ αὐτῷ ὁ μὲν μουσικὸς εἰς τὴν λύραν, ὁ δὲ τοξότης ἐς τὰ οἰκεῖα [6]. μέλανα καὶ περιόνωτα ὁρᾷς τὰ κέρατα, καὶ δεινὰ ἐναράξαι. ξύλα δὴ, ὅσων δεῖ τῇ λύρᾳ, πύξου πάντα σφυφνᾶ, καὶ λείᾳ τὸν ὄζον. ἐλέφας ὀδαμοῦ τῆς λύρας· ἔπω οἱ ἄνθρωποι εἰδότες ἔτε αὐτὸ τὸ θηρίον [7], ἔθ' ὅ, τι τοῖς κέρασιν [8] αὐτῶ χρήσονται. καὶ ἡ χέλυς μέλαινα μὲν, διηκρίβωται δὲ κατὰ τὴν φύσιν, καὶ λαγαρὰς περιβέβληται κύκλους [9], ἄλλον ξυνάπτοντας ἄλλῳ, ξανθοῖς τοῖς ὀμφαλοῖς. νευραὶ δὲ, τὰ μὲν ἐπὶ τῇ μαγάδι [10] πρόκεινται, καὶ τοῖς ὀμφαλοῖς [11] ἀπαντῶσι, τὰ δὲ ὑπὸ τῷ ζυγῷ [12] κοῖλα δοκοῦσι [13]. σχῆμά πω τοῦτο αὐτῶν ἀναλογώτατον, ἀνακεκλίσθαι σφᾶς ὀρθὰς [14] ἐν τῇ λύρᾳ. ὁ δὲ Ἀμφίων τί φησι; τί ἄλλο γε ἢ ψάλλει. καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ [15] τείνει τὸν νῶν εἰς τὴν πηκτίδα, καὶ παραφαίνει τῶν ὀδόντων, ὅσον ἀπόχρη τῷ ᾄδοντι.

& Musis communicasset, Amphioni Thebano dono dedisse. Is autem Thebas, nondum muris cinctas, cum habitaret, cantus coram lapidibus edidit, ita vt audientes concurrerent lapides. Haec enim sunt quae pictura habet. Primam igitur lyram adspice, an ad viuum sit picta. Cornu namque caprae esse petulcae poëtae aiunt. Ea autem musicus quidem ad lyram, sagittarius vero ad sua vtitur emolumenta. Atra, ac secta serris vides haec cornua, & ad feriendum multum valentia. Ligna, quibus lyra indiget, ex buxo omnia sunt valido, ac nihil a nodis asperitatis habentia. Ebur in nulla lyrae parte comparet: nondum enim hominibus notum siue ipsum animal, siue etiam quis cornuum eius esset vsus. Chelys autem nigra est quidem, sed adfabre, vt quidem fert eius natura, elaborata est, laxique vndiquaque eam ambiunt circuli, inuicem concurrentes, flauis vmbilicis. Fides autem partim quidem magadi appositae sunt, & versus vmbilicos procurrunt, altera vero parte, quae sub iugo est, inania omnia videntur. Hic vtique fidium habitus aptissimus, vt rectae in lyra reclinentur. Amphion autem quid prae se fert? Quid aliud quam cantum? Et altera quidem manus mentem ad plectrum intendit, ipseque tantundem exerit dentium, quantum canenti sit satis.

---

4 μετὰ τὸν Απ. κ. τὰς Μσ. Ἀμφίονι] variae ea de re traditiones. Apollinem acceptam a Mercurio lyram Orpheo donasse plerisque dictum, qui *haeres lyrae* inde dictus Manilio lib. V. p. 109. adde Hyginum l. c. Nicomachum Geraseu. lib. II. Music. Noster Apollinem cum *Musis* communicasse lyram ait, indeque & Amphioni dedisse. At a Musis accepisse eam Amphionem Antimenides ait & Pherecydes, citati Scholiastae Apollonii ad Argonaut. lib. I. v. 736. sq. Dioscorides vero apud eundem, Apollinem eam Amphioni donasse ait. Sed in fabulis quis constans quid & certum possit expectare?

5 αἰγὸς ἰξάλης] sic vocat Homerus Iliad. Δ' v. 105. vbi varias veterum de significatu vocis ἰξάλης sententias allegat Eustathius. Porphyrius nempe τομίαν putat, qui genitalia cursu attrita omiserit. Alii ὀχευτικὸν & *salacem*, quasi dicas περὶ τὰς τῶν θηλυῶν ἰξύας ἤτοι ὀσφύας ἀλλόμενον. Alii ἐπὶ ἅλας ἰκνούμενον, hyeme enim exacta *sale* pasci capros, ne scabiei obnoxii fiant: sed hoc in ἀγρίας, quod epitheton iungit cum ἰξάλῳ Homerus, non competit. Alii esse ἀπὸ τοῦ ἅλις ἴζεσθαι putant, πηδητικὸν enim esse, h. e. *subsaltare* caprum, qui cicur non sit. In Rhetorico quoque lexico iuuenisse se ait Eustathius ἴξαλος explicatum per πεζοπηδῶν καὶ τέλειος.

6 ὁ δὲ τοξότης ἐς τὰ οἰκ.] nempe apud Homerum l. c. cornua caprina telis conficiendis adhibentur. adde Il. Λ' v. 385.

7 ἔτε αὐτὸ τὸ θηρίον] non erat cur Pierius Valerianus haec mutata cuperet in ἔτε αὐτῷ τῷ θηρίῳ, qua mutatione perturbatur, non iuuatur constructio. Ceterum elephantem Graecis ignotum fuisse, donec Macedones in Asiam transirent, in Atticis testatur Pausanias: eboris tamen in regiarum sedium ornamentis meminit Homerus.

8 κέρασιν] *dentes* intelligit, veterum quorundam errore pro cornibus habitos. vide disputata a Philostrato in vita Apollonii Tyanei l. II.

9 λαγαρὰς περιβέβλ. κύκλους] intelligit notas & maculas, quibus circulari figura, vel ab ea non multum recedente *chelyn* notare solet natura.

10 μαγάδι] μαγάδιον vocat Lucian. de quo plura nos in vitis Sophistar. Est lyrae pars supina, βατῆρι insistens, in cuius imo lignum aut calamus, cuius sustinendi causa ipsa est, quo nempe chordae vehantur, quae alias nullum sonum ederent, *equuleum* vocant Musici nostri. vid. Scaliger. l. c. Hic ipse asserculus supinus equuleum sustinens, qui dicitur μαγάς, efficit vt inferiora lyrae, testae proxima, non appareant κοῖλα βάσια, quemadmodum superiora, *iugo* subiecta, βάσια sunt.

11 τοῖς ὀμφαλοῖς] intelligi videntur foramina in iugo, de quibus religantur fides. Sic enim in re vehiculari quoque ὀμφαλοὶ αἱ ἐν τῷ ζυγῷ τρῶγλαι ἐφ' ὧν αἱ ἡνίαι. vid. Hesych. conspicua ea sunt in lyra, quam ex Vossii libro repraesentauimus.

12 ζυγῷ] ita translatum dicitur transuersum, cornua iungens, quod *iugum* Latinis est, in quo suis summitatibus intensae sunt fides. vid. Scaliger l. c. id nos in lyrae figura repraesentata litt. *b.* designamus.

13 κοῖλα δοκ.] μαγὰς non continuatur vltra dimidiam lyrae partem, ideoque superiora versus iugum κοῖλα, h. e. vacua, quod spatium litt. *e.* designauimus.

14 ὀρθὰς] nempe in lyris, quarum forma erat nostris *testudinibus* non absimilis, qualem Mercurii fuisse aiunt, non ὀρθαὶ fides: sed qua ex testudine versus cornua continuabantur, inflexae.

15 ἡ ἑτέρα χεὶρ] non eam intelligit, qua plectrum ducit, sed alteram, quae eo situ picta est, quali esse solet manus eorum, qui animum ad aliquid intendunt, ἐν ὀρθαῖς τῶν δακτύλων προσολαῖς h. e. *exertis digitis*, vt paulo post legitur.

Canit

Canit autem, vt puto, terram, quod omnivm ſit genitrix atque mater. Illa vero muros dat ſpontaneo motu conſurgentes. Coma autem iucunda etiam ſine ornatu eſt, fronti quidem oberrans, vna vero cum lanugine ſecundum aurem deſcendens, eamque fulgore colluſtrans. Gratiam autem maiorem mitra quoque addit, quam Gratias ei texuiſſe ferunt poëtae carminum ad modum quem ἀπόθετον vocant, donum acceptiſſimum, lyraque non inferius multo. Mercurius, vt mihi videtur, Amphioni, amore captus, vtrumque donum dedit. Chlamys praeterea, quam geſtat, ipſa quoque a Mercurio eſt, neque enim vno conſtat colore, ſed mutat eum, atque iridis ad inſtar eſt diuerſicolor. In tumulo autem ſedet, pede pulſum edens cantui reſpondentem, dexteraque fides tractans pſallit: & altera manus recta promiſſos habet digitos, quod ſolam fingendi artem exprimere auſuram crederem. Eſto. Quae vero ad lapides pertinent quomodo ſe habent? omnes ad cantum concurrunt, & audiunt, ac murus fiunt, & pars quidem iam ſurrexit, pars in eo eſt vt conſurgat, pars modo aſſecuta eſt ceteros. Aemuli lapides ac iucundi, muſicaeque obſequentes. Murus autem portis patet ſeptem, quot nempe lyrae fuere toni.

τι. ἄδει δὲ, οἶμαι, τὴν γῆν, ὅτι πάντων γενέτειρα καὶ μήτηρ [16]. καὶ αὐτόματα ἥδε τείχη δίδωσιν. ἡ κόμη δὲ ἡδεῖα μὲν καὶ καθ' ἑαυτὴν, ἐναλύσασα μὲν τῷ μετώπῳ, συγκατιοῦσα δὲ τῷ ἰξλῳ παρὰ τὸ ὦς, καὶ χρυσῆ τι ἐπιφαίνουσα. ἡδίων δὲ μετὰ τῆς μίτρας [17], ἣν φασιν οἱ τῶν ἀποθέτων ποιηταὶ [18] χάριτας καμεῖν, ἄγαλμα [19] ἥδιστον, καὶ πρὸς ἔσχατον τῇ λύρᾳ. δοκῶ μοι τὸν Ερμῆν, ἐρωτι κατειλημμένον, δῶναι Αμφίονι ἄμφω τὰ δῶρα. καὶ ἡ χλαμὺς, ἣν φορεῖ, παρὰ τοῦ Ερμοῦ καὶ αὕτη. ἐ γὰρ ἀφ' ἑνὸς φέρει χρώματος, ἀλλὰ τρέπεται, καὶ κατὰ τὴν ἶριν μεταυθεῖ [20]. πάθηται δὲ ἐπὶ κολωνῷ, τὸ μὲν ποδὶ κρύων ξυμμελές, τῇ δεξιᾷ δὲ παραπλήσιον τὰς νευρὰς ψάλλει· καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ, ἐν ὀρθαῖς ταῖς τῶν δακτύλων προβολαῖς [21], ὅπερ οἶμαι πλασικὴν ἀπαυθαδιεῖσθαι μόνην [22]. εἶεν. τὰ δὲ τῶν λίθων πῶς ἔχει; πάντες ἐπὶ τὴν ᾠδὴν συνθέουσι, καὶ ἀκούουσι, καὶ γίνονται τεῖχος, καὶ τὸ μὲν ἐξωκοδόμηται, τὸ δὲ ἀναβαίνει, τὸ δὲ ἄρτι κατέλαβε. φιλότιμοι καὶ ἡδεῖς οἱ λίθοι, καὶ θητεύοντες μουσικῇ. τὸ δὲ τεῖχος ἑπτάπυλον [23], ὅσοι τῆς λύρας οἱ τόνοι [24].

---

16 μήτηρ] addunt vulgati ἔσα, quae mihi ſuſpecta videbatur vox. Certe enim cum voce ἥδε, quae ſequitur, non poteſt componi: vel omiſſo itaque ἔσα ponenda σιγμὴ poſt μήτης, vt fecimus, vel quod ſequitur ἥδε omittendum, vt inuicem iſta & ſequentia cohaereant, σιγμῇ poſt μήτης etiam ſublata.

17 μετὰ τῆς μίτρας] ſic Orpheus cum tiara pictus. vide ad vitam Apollon. lib. I. & Philoſtrati Iunioris Imagines in *Orpheo*. Vtraque inſigne eſt dignitatis.

18 οἱ τῶν ἀποθέτων ποιηταὶ] ἀπόθετος ἀυλωδικὸς νόμος, apud Plutarch. de Muſic. p. 1132. & Pollucem l. IV. c. 9. §. IV.

19 ἄγαλμα] pro *dono*, *ornamento*, & vno verbo eo, ᾧ τις ἀγάλλεται, antiquiores vſurpaſſe, vulgata quoque lexica obſeruant.

20 κὴ κατὰ τ. ἶριν μεταυθ.] ſimile quid de *Eurypili* armis inf. dicitur in Philoſtrati Iunioris Iconib. in *Pyrrho*. παραλλάττουσι τὴν ἀυγὴν ὅπη τε κὴ ὅπως κινοῖτο ὡς ἶρις. Sic & *Heroicorum* autor de armis *Achillis* ποίκιλμα ὕλης in eis fuiſſe ait μεθισάμενον ἐς ἀυγὰς ἄλλοτε ἄλλας ὅσας ἡ ἶρις.

21 ἐν ὀρθ. τ. τῶν δακτ. προβολ.] qui geſtus eſt meditantium. Nempe vt paulo ante dicebat, iſta manus τείνει τὸν νῦν ἐς τὴν πηκτίδα.

22 ὅπερ οἶμαι πλασικὴν ἀπαυθαδιεῖσθαι μόν.] Vir illuſtriſſ. Ez. Spanhemius ad Iuliani Imp. orat. I. p. 19. πλασικὴν hoc loco non *ſtatuariam artem*, ſed artem *vocem* aut *cantum emolliendi* putat ſignificare, vel citharam ad ſonorum varietatem flectendi, quod olim fuerit φωνασκῶν munus: atque his quidem locum eſſe cenſet, vbi de Amphione citharoedo ſermo, non vero ſtatuariis. Nempe ſiniſtrae manus digitis protenſis mentem, vt paulo ante dictum Philoſtrato, ad lyram reuocari. At pace Viri incomparabilis, ὅπερ haut dubie refertur ad id, quod in praecedentibus immediate dixit: ἡ ἑτέρα χεὶρ ἐν ὀρθαῖς τῶν δακτύλων προβολαῖς, ὅπερ *quod ipſum*, nempe *hoc quod digiti protenſi ſint* μόνην ait τὴν πλασικὴν ἀπαυθαδιεῖσθαι: quo ſemel admiſſo non video, quomodo vltima haec verba ad eum ſenſum, quam Vir ſummus iis tribuit, pertrahi poſſint. Quid ergo? Miratur Philoſtratus artem in hac imagine, in qua ἡ προβολὴ τῶν δακτύλων h. e. *digiti protenſi* tanta ſolertia picti ſint, vt quaſi promineant, atque extent, id quod alias ſtatuaria tantum efficere audeat, quae extantia & depreſſa repraeſentare poſſit; in picturis rarius ſit, & in ſummae artis laude ponatur. Simili modo Plinius Apellis Alexandrum miratur fulmen tenentem, in illa enim pictura, vt ait, *digiti eminere videntur & fulmen extra tabulam eſſe*. lib. XXXV. c. 10. Et noſter inf. de pictura Veneris eburneae lib. II. ἃ βέλεται γεγράφθαι δοκεῖν ἡ θεὸς ἔοικεται δὲ οἷα λαβέσθαι. vide plura eius generis colligentem doctiſſ. Iunium de Pictur. Vet. l. III. c. 3.

23 ἑπτάπυλον] de VII Thebarum portis vide paulo ante in *Menoecco*.

24 ὅσοι τ. λύρας οἱ τόνοι] at Mercurii lyram, Apollini datam, a quo noſter & Muſis accepiſſe Amphionem dicit, τρίχορδον facit Diodor. Sic. lib. I. p. 15. Taliſque deſcribitur etiam in nummo Bruti apud Piſonem. adde Euſtath. ad Iliad. Σ' v. 570. Cuperum Apotheoſ. Homeri p. 32. τετράχορδον fuiſſe ex Nicomacho & Boethio iam obſeruatum Grotio ad Aratea p. 54. Forte quartam chordam addidit Apollo, quem & tonos plures obſeruaſſe ex reſonantia ſuauitatis in arcu ſororis, cum tres initio haberentur tantum, obſeruat Anonymus qui cum Cenſorino edi ſolet c. 12. Sed ſeptem tamen chordas lyrae Amphionis etiam Horatius tribuit lib. III. od. 11.

Mercuri nam Te docilis magiſtro
Mouit Amphion lapides canendo
Tuque teſtudo reſonare ſeptem
Callida neruis.

Adde & Hyginum Poeticae Aſtronomic. cap. 7. Nempe ſunt ex veteribus qui Amphionem *tres chordas* de nouo inueniſſe dicant, quibus lyram ſ. Mercurii ſ. Apollinis, *quatuor chordarum* quae eſſet antea, auxit, cuius rei autor allegari ſolet *Ariſtocles* in libro I. de Muſica. Sed tamen Homerus Hymn. in Homer. v. 51. de Mercurio lyram aptante:

Επτὰ δὲ συμφώνε ἶιαν ἐτανύσσατο χορδάς.

ΦΑΕΘΩΝ.

Χρυσᾶ τῶν Ηλιάδων τὰ δάκρυα[1], φαέθοντι λόγος ἀυτὰρεῖν, τὸν γὰρ παῖδα ἡλίᾳ γενόμενον, ἐπιτολμῆσαι τῷ πατρῴῳ δίφρῳ κατὰ ἔρωτα ἡνιοχήσεως, καὶ μὴ κατασχόντα τὴν ἡνίαν, σφαλῆναι, καὶ ἐν τῷ Ηριδανῷ[2] πεσεῖν. ταῦτα τοῖς μὲν σοφοῖς πλεονεξία τις εἶναι δοκεῖ τῆ πυρώδες[3], ποιηταῖς δὲ καὶ ζωγράφοις ἵπποι καὶ ἅρμα. καὶ συγχεῖται τὰ ἀράνια. σκόπει γάρ. νυξ μὲν ἐκ μεσημβρίας ἐλαύνει τὴν ἡμέραν. ὁ δὲ ἡλίᾳ κύκλος, εἰς γῆν ῥέων, ἕλκει τὰς ἀστέρας. αἱ δὲ ὧραι, τὰς πύλας ἐκλιπεῖσαι[4], φεύγουσιν εἰς τὴν ἀπανλῶσαν ἀυταῖς ἀχλύν. καὶ οἱ ἵπποι, τῆς ζεύγλης ἐκπεσόντες, οἴστρῳ φέρονται. ἀπαγορεύει δὲ ἡ γῆ, καὶ τὰς χεῖρας αἴρει ἄνω, ῥαγδαίᾳ τῷ πυρὸς ἐς αὐτὴν ἰόντος. ἐκπίπτει δὲ τὸ μειράκιον, καὶ καταφέρεται. τὴν τε γὰρ κόμην ἐμπέπρησαι, καὶ τὰ σέρνα ὑποτύφεται. ποταμῷ τε Ηριδανῷ ἐμπεσεῖται, καὶ παρέξει μῦθόν τινα τῷ ὕδατι. κύκνοι[5] γὰρ δὴ ἀναφυσῶντες ἡδὺ τὸ ἔνθεν ποιήσονται ᾠδὴν τὸ μειράκιον, ἀγέλαι τε αὐτῶν, ἀρθεῖσαι, Καύστρῳ ταῦτα καὶ Ισρῳ[6] ἄσονται, καὶ ᾠδὴν ἀνήκοον ἔσαι τῷ τοιούτῳ λόγῳ. ζεφύρῳ τε χρήσονται πρὸς τὴν ᾠδὴν[7], ἁλαφρῷ καὶ ἐνοδίῳ, λέγεται γὰρ

XI. PHAETHON.

Aureae lacrymae Heliadum ſunt, in Phaethontis gratiam ipſas defluere fama eſt: eum enim, a ſole genitum, aurigandi ſtudio paternum audenter aſcendiſſe currum, habenaſque minime continentem a recto aberraſſe curſu, inque Eridanum decidiſſe. Haec ſapientes quidem igneae naturae quoddam praedominium putant, poëtae vero ac pictores equos ac currus. Confunduntur igitur coeleſtia. Attende enim. Nox quidem a meridie diem abigit, ſolis vero orbis in terram defluens ſtellas trahit. Horae porro, portas deferentes, ad ſibi occurrentes fugiunt tenebras. Et equi, iugo excuſſo, oeſtro agitantur. Tellus vero deficit, palmaſque ad ſidera tollit, igne impetu quodam in ipſam ingruente. Excidit interea curru adoleſcentulus, praecepſque ruit. Comam enim eſt ambuſtus, inflammatuſque pectora. In Eridanum autem delabetur, & fabulae de flumine praebebit occaſionem. Cygni namque, dulce guttur ob hanc cauſam inflantes, adoleſcentulum ſibi facient cantus materiam, gregeſque ipſorum, in aethera ſublati, Cayſtro haec atque Iſtro occinent, nec vlla parte erit ignota haec fabula. Zephyro autem ad hanc cantilenam vtentur facili atque obuio, dicitur

---

Quod & Feſtus Auienus firmat, ad Pleiadum numerum ſeptem chordas tetendiſſe dicens Mercurium, vt nouem ad Muſarum numerum Orpheum:

Hic *iam fila nouem docta in modulamina mouit,*
Muſarum *ad ſpeciem, Muſa ſatus:* ille *repertor*
Carmina Pleiadum numero deduxerat.

Sed tamen *Orphei* quoque citharae *ſeptem* tantum tribuere chordas videtur Virgilius, ita hic omnia incerta. Sic enim ille Aen. VI. v. 645.

Nec non Threicius, longa cum veſte, ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Timotheus Mileſius *vndecim* chordarum lyram fecit, ob hanc innouationem Sparta relegatus, Ephororum decreto, vide obſeruata Cupero Apotheoſi Homeri p. 33. At poſtremo ita creuit haec licentia, vt *μάγαδιν εἴκοσι χορδαῖς*, quae lyrae omnino videtur ſpecies fuiſſe memoret Anacreon, odario 84. vel potius fragmento odarii. Interim nolim multum repugnare, ſi quis citharam a lyra, quarum altera Apollinis altera Mercurii ſit inuentum, diſtinguens, illam controverſiam tollat.

XI. ΦΑΕΘΩΝ. 1 *χρυσᾶ τῶν Ηλιάδων τὰ δακρ.*] Heliadum, ſororum Phaethontis, nomina habes apud Hyginum fab. CLIV. qui ſeptem allegat, tres tantum habet Ovidius Metam. lib. II. v. 345. ſeq. & Tzetz. Chiliad. IV. fab. CXXXVII. De iis in *populos* vel *alnos* mutatis, & lacrymis eorum in *ſuccinum* ſ. *electrum* verſis, vid. Ouidium & Hyginum ll. cc. it. Lucianum in Dial. Iouis & Solis T. I. p. 183. & de Aſtrolog. pag. 991. Et ex inſtituto de Electro & Cygnis T. II. p. 523. adde vit. Apollon. lib. V. c. 1. Electrum autem *αἴγμα* habere *ἀργύρε καὶ χρυσῦ* creditum veteribus: vid. Strabon. l. III. & plura obſeruantem magnum Bochartum Hierozoic. l. VI. c. 16. Tomi II. p. 871. Hinc *χρυσᾶ τῶν Ηλιαδῶν δάκρυα* noſtro.

2 *Ηριδανῷ*] paſſim hunc fluuium nominant poetae in Phaethontis fabula, vid. Ouid. l. c. Apollon. Argonaut. lib. IV. Strabo tamen eius nominis fluuium nuſpiam ait eſſe, quamuis vicinus Pado dicatur l. V. p. 215. Ipſum *Padum* eſſe dicit Hygin. l. c. in quem Phaethon fulmine ictus deciderit, eum autem fluuium Graecis Eridanum dictum, primo nominis autore Pherecyde, quod aliorum quoque autorum ſuffragiis firmauit doctiſſimus Hygini interpres, Th. Munkerus. At erraſſe veteres circa *Eridanum*, qui *Radaunus* ſit non longe Dantiſco cum Viſtula ſe iungens, oſtendit Bochartus Hierozoic. l. VI. c. 15. Tomi II. p. 867.

3 *πλεονεξία τις εἶναι δοκεῖ τῆ πυρώδ.*] aliam fabulae Phaetontis explicationem habet Lucian. in Tr. de Aſtrolog. p. 990. Nempe Phaethontem ſolis curſum deprehendiſſe, non certo tamen, ſed imperfectam artem morientem reliquiſſe.

4 *τὰς πύλας ἐκλιπεῖσαι*] nempe duplex coeli ianua, ortus & occaſus, cuius vtriuſque Ianus, idem cum ſole, qui oriens aperit diem, occidens claudit, vt eſt apud Macrob. Saturnal. I. c. 9. Vt vero Sol iſtis ianuis praeeſſe fingitur, eo quod diem & noctem faciat, ita & Horae, quae anni tempeſtates diſtinguunt. Hinc Ianus apud Ouidium Faſtor. I. v. 125.

Praeſideo FORIBVS *coeli cum mitibus* HORIS.

5 *Κύκνοι*] *Cygni* hic pinguntur, quoniam *Cycnus*, Ligurum rex, prae Phaetontis luctu in Cycnum mutatus eſt vid. Virgil. Aen. X. v. 186. & ad eum Seruius. Ouidius Metam. l. II. v. 367. ſq. Niſi Lucianus potius ſequendus de Electro & Cycnis T. II. Opp. p. 525. qui Cycnos Apollinis aſſeſſores, canoroſque homines in aues illas mutatos ait.

6 *Καύστρῳ ταῦτα καὶ Ισρῳ*] in fluuiis nempe illis frequens olor, vt paſſim ex poetarum locis conſtat. vid. Homer. Il. Β' v. 459. ſq. Anacreon. od. in Apollin. &c.

7 *Ζεφύρῳ τε χρήσονται πρὸς τὴν ᾠδὴν*] geminus plane locus ſ. in *Paludibus*, vbi itidem Zephyrus ſiſtitur Cycnis adſpirans, vt modulentur.

enim

enim ad lessum cycnorum ipse consprirare. Haec itaque in auium istarum quoque geruntur conspectu, quare iam tempus est, vt perinde atque organa canant. Quantum autem ad mulierculas, in ripa consistentes, quae in arbores nondum abiere, Heliadas aiunt fratris causa esse transformatas, & in arbores desiisse, lacrymasque effundere. Atque haec pictura quoque habet. Radices enim proiectas repraesentans extremis partibus, ad vmbilicum vsque arbores [sistit] eas. Manus autem rami occupant. Heu comam! quam populi arboris omnia! Heu lacrymas, vt aureae sunt! Et quae in oculorum quidem sede exundat, in caesiis refulget pupillis, radiumque veluti trahit. Quae vero in malis haeret, circa ipsarum rubedinem lucet. At quae in pectore consistunt, iam in aurum abierunt. Luget & fluuius, vorticem suum cohibens, & Phaëthonti quidem sinum subtendit, gestus enim excipere volentem refert. Heliadibus vero mox culturam adhibebit. Auris enim atque algoribus a se exhalantibus colet, atque, quae delabuntur ex illis accipiet, perque limpidam aquam ad Barbaros, Oceanum accolentes, populorum ramenta abducet.

XII. BOSPORVS.

Hae ipsae, quae in littore sunt, mulierculae inclamant, equos autem cohibere videntur, ne pueros excutiant, neue fraenum respuant, sed feras vt capiant, ac conculcent. Isti vero, vt puto, audiunt, atque in hisce obsequivm praestant. Post venationem autem, epulumque ea comparatum, nauis eos ex Europa in Asiam traiicit, stadia ad summum quatuor: hoc enim interstitio inter se distant gentes. Remigum ipsi funguntur officio: & ecce iam ancoras demittunt. Eos autem amoenissima excipit domus, thalamos ostendens, & triclinia, feneströrumque vestigia. Muro praeterea circumdatur, & propugnacula habet. Quod autem totius domus est pulcerrimum, dimidii circuli forma porticus circumposita mari est, cerae speciem referens, quod lapide constructa sit eius coloris. Gignitur ille lapis e fonte. Tepidus enim latex, sub Phrygiae montibus emanans, in lapici-

ξυναυλίαν τῇ θρήνῳ τοῖς κύκνοις ὁμολογῆσαι. ταῦτά τοι καὶ πάρεστι τοῖς ὄρνισιν, ὥς τε ὥρα καὶ ψάλλειν αὐτὰς, οἷον ὄργανα. τὰ δὲ ἐπὶ τῇ ὄχθῃ γύναια, αἱ ὅπῃ δένδρα, φασὶ τὰς Ηλιάδας ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ μεταφύναι, καὶ εἰς δένδρα λῆξαι, δάκρυά τε ἀφιέναι. καὶ ἡ γραφὴ ταῦτα οἶδε. ῥίζας γὰρ βαλομένη[8] ταῖς κορυφαῖς, τὰ μὲν εἰς ὀμφαλὸν δένδρα ἄυταρ. τὰς δὲ χεῖρας ὄζοι φθάνουσι. φεῦ τῆς κόμης, ὡς αἰγείρεια πάντα. φεῦ τῶν δακρύων, ὡς χρυσᾶ, καὶ τὸ μὲν πλημμῦρον ἐν τῇ τῶν ὀφθαλμῶν ἕδρᾳ, χαροπαῖς ἐπαυγάζει ταῖς κόραις, καὶ οἷον ἀκτῖνα ἕλκει. τὸ δὲ ταῖς παρειαῖς ἐντυγχάνον μαρμαίρει περὶ τὸ ἐκείνων ἔρευθος. τὰ δὲ στεγάζοντα κατὰ τῆς στέρνα, χρυσὸς ἤδη. θρηνεῖ καὶ ὁ ποταμὸς, ἀνέχων τῆς δίνης. καὶ τῷ μὲν Φαέθοντι κόλπον ὑπέχει, τὸ γὰρ σχῆμα[9] δεξομένῳ· τὰς δὲ Ηλιάδας γεωργήσει αὐτίκα, ἄυραις γὰρ καὶ κρυμοῖς, οἷς ἀναδίδωσι, λειτουργήσει, καὶ τὰ πεσόντα ὑποδέξεται, καὶ διὰ φαιδρᾶς τῆς ὕδατος ἀπάξει τοῖς ἐν Ωκεανῷ βαρβάροις τὰ τῶν αἰγείρων ψήγματα[10].

ΒΟΣΠΟΡΟΣ[1].

Τάδ' ἐπὶ τῇ ὄχθῃ γύναια παραβοῶσι· παρακαλεῖν δὲ τὰς ἵππους ἐοίκασι, μὴ ῥίψαι τὰ παιδία, μηδὲ ἀποπλύσαι τὸν χαλινὸν, ἐλεῖν δὲ καὶ συμπατῆσαι τὰ θηρία. οἱ δὲ, ἀκούουσιν, οἶμαι, καὶ ποιοῦσι ταῦτα. θηράσαντας δὲ αὐτὰς, καὶ δαῖτα ἡρκότας, διαπορθμεύει ναῦς ἀπὸ τῆς Ευρώπης ἐς τὴν Ασίαν, σταδίους μάλιστά πῃ τέτταρας· τοσοῦτον γὰρ πῃ τὸ μέσῳ τοῖν ἐθνοῖν. καὶ αὐτερέται πλέουσιν· ἰδὼ καὶ πεῖσμα βάλλονται. δέχεται δὲ αὐτὰς οἰκία μάλα ἡδεῖα, θαλάμους ὑποφαίνουσα, καὶ ἀνδρῶνας, καὶ θυρίδων ἴχνη. καὶ τεῖχος δὲ περιβέβληται, καὶ ἐπάλξεις ἔχει. τὸ δὲ κάλλιστον αὐτῆς ἡμίκυκλος περιέστηκε στοὰ τῇ θαλάσσῃ, κηροειδὴς ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ λίθου. γένεσις ἐκ πηγῆς τῷ λίθῳ. θερμὸν γὰρ νᾶμα ὑπεκρέον τὰ τῆς Φρυγίας

8 βαλομένη] referendum ad γραφὴν, loquendi autem genere simili in his imaginibus pictor dicitur διαχεῖν τὸν Απόλλωνα h. e. *laeta facie & quasi laxata, sistere* & repraesentare, *Mercurii Natalibus.* Cognatum est genus loquendi, quo scriptor *agere* dicitur, quod actum narrat, cuius infinita vbique occurrunt exempla. Sic in his Imaginib. *Scamandro* de Homero dicitur ἀνίστησι τὸν Αχιλλέα &c. i. e. *excitatum repraesentat.* Taceo alia.

9 σχῆμα] genuinam hanc lectionem esse nullus dubito. Ea in margine annotata Morello. Qui in textu tamen exhibebat post Aldum χρῶμα.

10 τῶν αἰγείρων ψήγματα] simile loquendi genus est in *Vita Apollonii Tyan.* l. c.

XII. ΒΟΣΠΟΡΟΣ. 1 Βόσπορος] imaginem hanc ἀκέφαλον esse sine causa suspicabatur Salmas. Nempe ita ex abrupto quasi & alibi noster exorditur.

ὄρη, καὶ τὸ ῥεῦμα εἰς τὰς λιθοτομίας εἰσάγον, ὑπόμβρυς ἐργάζεται τῶν πετρῶν ἐνίας, καὶ ὑδατώδη ποιεῖ τὴν ἔκφυσιν τῶν λίθων, ὅθεν αὐτῶν καὶ πολλὰ τὰ χρώματα. θολερὸν μὲν γὰρ ἔνθα λιμνάζει, καὶ κηροειδὲς δίδωσι· καθαρὸν δὲ ὅπου, κρυσταλλοειδὲς ἐκεῖθεν· καὶ ποικίλλει τὰς πέτρας, ἐν πολλαῖς διαπινόμενον ταῖς ὀπαῖς. ἡ ἀκτὴ δὲ ὑψηλή, καὶ τοιῷδε μύθῳ φέρει ξύμβολον· κόρη καὶ παῖς, ἄμφω καλὼ, καὶ φοιτῶντε ταὐτῷ διδασκάλῳ, προσεκαύθησαν ἀλλήλοις, καὶ περιβάλλειν ἐκ ὄσης ἀδείας, ὥρμησαν ἀποθανεῖν ἀπὸ ταυτησὶ τῆς πέτρας, κἀντεῦθεν ἤρθησαν εἰς τὴν θάλασσαν, ἐν ὑσάταις καὶ πρώταις περιβολαῖς. καὶ ὁ ἔρως ἐπὶ τῇ πέτρᾳ τείνει τὴν χεῖρα εἰς τὴν θάλασσαν, ὑποσημαίνων τὸν μῦθον ὁ ζωγράφος[2]. ἡ δὲ ἐφεξῆς οἰκία, χηρεύει τί γύναιον, ἐξεληλυθὸς τῆδε ἄστεος δι' ὄχλον νέων. ἁρπάσεσθαι γὰρ αὐτὸ ἔφασαν, καὶ ἀφειδῶς ἐκώμαζον, καὶ δώροις ἐπείρων. ἦδ', οἶμαι, κομψόν τι ἐς αὐτὰς ἔχουσα, κνίζει τὰ μειράκια, καὶ, δεῦρο ὑπεξελθοῦσα, οἰκεῖ τὴν ὀχυρὰν ταύτην οἰκίαν. σκέψαι γὰρ ὡς ὠχύρωται· κρημνὸς τῇ θαλάσσῃ ἐφέστηκε, τὰ μὲν κλυζόμενα ὑπωλισθηκὼς[3], τὰ δὲ ἄνω προεκκείμενος, ἔφαλόν τινα ταύτην ἀνέχων οἰκίαν[4], ὑφ' ἧς καὶ ἡ θάλασσα κυανωτέρα φαίνεται, καθιεμένων ἐς αὐτὴν τῶν ὀφθαλμῶν· καὶ ἡ γῆ παρέχεται τὰ νεὼς πάντα[5], πλὴν τὸ κινεῖσθαι. ἐς τοῦτο ἤκουσαν τὸ φρούριον, ἤδη[6] ὡς ἀπολελοίπασιν αὐτὴν οἱ ἐρῶντες[7]. ἀλλ' ὁ μὲν κυανόπρωρον, ὁ δὲ χρυσόπρωπον, ὁ δὲ ἄλλος ἀλλό τι τῶν ποικίλων ἀκατίων ἐμβεβηκὼς πλεῖ, καὶ κῶμος[8] αὐτὸς, καλοί τε καὶ ἐστεφανωμένοι. καὶ ὁ μὲν αὐλεῖ, ὁ δὲ κροτεῖν φησιν, ὁ δὲ ᾄδει, οἶμαι, σεφάνους δὲ ἀναρριπτοῦσι, καὶ φιλήματα. καὶ ἤδη ἐρέτ]ουσιν, ἀλλὰ ἐπέχουσι τὴν εἰρεσίαν, καὶ ὑφορ-

dinas aquas deriuat, iisque saxorum nonnulla inundat, efficitque adeo vt vndae figuram excrescentes lapides habeant, indeque & varius eorum color existit. Turbida enim vbi stagnat, coerulum facit lapidem: pura vero vbi est, inde crystallinus educitur lapis: variatque aqua saxa, prout varie dispositis rimis fuerit excepta. Ripa autem edita est, & huiusmodi fabulae fert monimentum. Puella ac puer, formosi ambo, eundemque frequentantes praeceptorem, mutuo accensi amore sunt, nullaque se mutuo amplectendi oblata occasione, ex hoc saxo ad mortem impetu ruerunt, atque hinc inter primos ac postremos amplexus se praecipites in mare dedere. Cupido itaque, super saxo stans, manum in mare protendit, itaque subindicat fabulam istam pictor. Quantum vero ad eam, quae sequitur, domum; in ea muliercula viduam vitam transigit, vrbe relicta, iuuenum importunos amores vt euitaret. Nempe rapturos eam affirmauerant sese, nullaque modestiae ratione habita, comum ducentes ad ipsam ventitabant, muneribusque eam solicitabant. At ipsa, vt puto, paulo elatius aduersus eos se gerens, pruritum iuuenum excitauit, atque, huc clanculum egressa, munitam istam habitat domum. Vt munita enim sit vide. Praecipitium mari imminet, parte quidem qua vndis immergitur sub iis quasi dilabens, parte autem prominens, mari imminentem istam sustinens domum, a qua est quod magis mare nigricare videatur, si quis in ipsum oculorum aciem dimiserit: praebetque tellus nauis speciem omni ex parte, nisi quod nullus eius sit motus. In hoc autem delatam castellum ne sic quidem deseruerunt amantes, sed alius quidem coerula prora, alius inaurata, alius alio colore variegatam nauiculam ingressus nauigat, comessantis habitu tum ipse vsus, tum vna cum eo pulcri, corollisque insignes, alii. Atque alius quidem tibia canit, alius vero plaudit, vti videtur, alius cantat, vt puto, coronasque atque oscula proiiciunt, nec remos agitant, sed continent, prae-

---

2 ὑποσημ. τὸν μῦθον ὁ ζωγρ.] nempe non ipsos in mare desilientes amantes imagine ista repraesentauerat pictor, sed ξύμβολον tantum eius rei *Cupidinem digito mare monstrantem.*

3 ὑπολισθηκὼς] ita Gruterus & Salmas. pro κλυζόμενος habebant, quod in editis erat, idque praeferendum putaui. Sic enim respondet, quod sequitur τὰ δὲ ἄνω. Verbum ὑπολισθαίνειν vsurpatur alias de illis, quae sub aqua dilabuntur, vt *mergi, anates* aliaque eius generis. vide supra nostrum in *Paludibus.* Hic vero de *rupe*, quae immota stabat tamen, quoniam fluctuum motus, oculis imponens, speciem praebet, quasi talia quoque sub aqua dilabantur.

4 ἀνέχων] vox exciderat in edit. Morell. restitui ex Aldina & codice Laudian.

5 ἡ γῆ παρέχεται τὰ νεὼς πάντα] nempe forma nauis domus exstructa videtur fuisse.

6 ἤδη ὡς ἀπολελ.] hic quoque exciderat in Morelliana ἤδη, quod tamen Aldina pariter editio ac cod. Laud. agnoscebant. Salmas. ἤδη ἀπωλελ. omisso ὡς.

7 ἐρῶντες] cod. Laud. ἔρωτες quod & *Niger* legit, namhinc est quod *Cupidines* vertit. At, vt retinendum sit ἔρωτες, vertendum tamen *amantes*, quod contextus suadet. Sic latini quoque *amores* dicunt personas amatas.

8 κῶμος] pro comessantibus h. e. κῶμον ducentibus vox apud Athenaeum occurrit & alios, vt obseruatum Budaeo. vide s. in *Como* n. 1.

cipitio-

cipitioque appellunt. Muliercula vero ex domo, quaſi e ſpecula, haec proſpicit, Comumque irridet, atque in amantes faſtidioſe ſe gerens, non modo nauigare, verum etiam natare eos cogit. Gregibus quoque longius progreſſus occurres, & mugientes audies boues, fiſtularumque ſonus te circumſtrepet. Incides & in venatores, & agricolas, fluminaque, & lacus, ac fontes: nam & quae ſunt, & quae fiunt, & vt quaedam fieri poſſint pictura expreſſit, nihil ob rerum varietatem veroſimilitudinem laedens, ſed quod vnicuique conueniens eſt exprimens, non minus ac ſi vnicam aliquam rem delineaſſet, donec ad ſacellum peruenerimus. Nam & templum iſtic poſitum vides, vt puto, & columnas ei appoſitas, & in ore facem ſuſpenſam, ſecuritatis nauium cauſa, ex Ponto nauigantium.

XIII. PISCATORES.

Cur non ad alia ducis? Satis enim quae ad Boſporum pertinent conſideraui. Quid ais? Superſunt piſcatoria quae explicem, id quod ab initio intendebam. Ne tamen res exigui momenti perſequamur, ſed quae memoria digna ſunt tantum, calamo quidem piſcantes, naſſaque inſidiantes, & ſi quis rete extrahit, aut tridentem illidit, eos oratione praetermittemus. De iis enim pauca audies quidem, picturaeque tibi condimenta magis eſſe videbuntur. At Thynnis capiendis operam nauantes videamus, illi enim mentione ſunt digni ob venatus huius excellentiam. Thynni igitur exterius ingrediuntur mare venientes ex Ponto, in quo & natales habent, & paſcua piſcium partim, partim limi, aliorumque humorum, quos Iſter ac Maeotis in ipſum infundunt; qui, vt aliis aquis marinis dulciores ſint Ponticae, potuique accommodatiores, efficiunt. Natant autem vt militum phalanx, octeni, & ſeni deni, duplicique numero, inμίζονται τῷ κρημνῷ. τὸ δὲ γύναιον ἀπὸ τῆς οἰκίας, οἷον ἐκ περιωπῆς, ὁρᾷ ταῦτα, καὶ γελᾷ κατὰ τὸ κώμα, χλιδῶσα εἰς τὸς ἐρῶντας[9], καὶ ὡς πλεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ νεῖν ἀναγκάζουσα. καὶ ποίμναις ἐντεύξῃ προχωρῶν, καὶ μυκωμένων ἀκούσῃ[10] βοῶν, καὶ συρίγγων βοὴ περιηχήσει σε. καὶ κυνηγέταις ἐντεύξῃ, καὶ γεωργοῖς, καὶ ποταμοῖς, καὶ λίμναις, καὶ πηγαῖς. ἐκμέμακται γὰρ ἡ γραφὴ καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ γινόμενα, καὶ ὡς ἂν γένοιτο ἔνια· ὃ διὰ πλῆθος αὐτῶν ῥᾳδιουργοῦσα τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐπιτελοῦσα τὸ ἑκάστου οἰκεῖον, ὡσανεὶ καὶ εἴ τι γέγραφεν, ἐς τ' ἂν ἐφ' ἱερὸν ἀφικώμεθα. καὶ τὸν ἐκεῖ νεών, οἶμαι, ὁρᾷς, καὶ σῆλας, οἳ παρίδρυνται αὐτῷ, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ στόματι πυρσόν, ὃς ἥρτηται εἰς φρυκτωρίαν τῶν νεῶν, αἳ πλέουσιν ἐκ τοῦ Πόντου.

ΑΛΙΕΙΣ.

Τί ἂν ἄκ[1] ἐπ' ἄλλο ἄγοις; ἱκανῶς γάρ μοι τὰ τοῦ Βοσπόρου διανενόηται. τί φήσεις; λέλοιπέ μοι[2] τὰ τῶν ἁλιέων, ὃ καταρχὰς ἐπηγγειλάμην[3]. ἵν' ἂν μὴ περὶ μικρῶν διεξίοιμεν, ἀλλὰ περὶ ὧν λέγειν ἄξιον, τὰς μὲν καλάμῳ θηρῶντας, ἢ κύρτῳ τεχνάζοντας, ἢ εἴ τις ἀνιμᾷ δίκτυον, ἢ ἐναράτ[ι]ει τρίαιναν, ἀφέλωμεν τοῦ λόγου· σμικρὰ γὰρ ἀκούσῃ περὶ αὐτῶν, καὶ φανεῖται σοι μᾶλλον ἡδύσματα τῆς γραφῆς. τὰς δὲ ἐπιχειροῦντας τοῖς Θύννοις[4] ἴδωμεν, ἄξιοι γὰρ ἔτοι λόγου, διὰ τὸ μέγεθος τῆς θήρας. φοιτῶσιν οἱ Θύννοι τῇ ἔξω θαλάσσῃ παρὰ τοῦ Πόντου, γένεσιν ἐν αὐτῷ σχόντες καὶ νομάς, τὰς μὲν ἰχθύων, τὰς δὲ ἰλύων, καὶ χυμῶν ἑτέρων, ὃς ὁ Ἴστρος εἰς αὐτὸν φέρει, καὶ Μαιῶτις, ὑφ' ὧν γλυκερώτερος καὶ ποτιμώτερος ἄλλης θαλάττης ὁ Πόντος. νέουσι δὲ οἷον στρατιωτῶν φάλαγξ[6], ἐπὶ ὀκτὼ καὶ ἐφ' ἑκκαίδεκα, καὶ δὶς τόσοι. καὶ ὑ-

---

9 *ἐρῶντας*] hic quoque *ἔρωτας* habet cod. Laud.

10 *ἀκούσῃ*] nempe ita affabre expreſſus mugientium geſtus, vt audire etiam videaris. Sic in *Como* κρότου μιμεῖσθαι τὴν γραφὴν aiebat. Ibid. ὃ προσᾴλλει σε κρόταλα, καὶ θρῆξ ἔναυλος, καὶ βοὴ ἄτακτος; in *Pelope & Hippodamia* οἱ δ' ἐπ' αὐτῷ βοῶντες, ἀκούεις γάρ που similiaque paſſim in his imaginibus obuia.

XIII. ΑΛΙΕΙΣ. 1 τί ἂν ἄκ &c.] pueri haec ſunt, in cuius gratiam imagines iſtas ſe explicare aiebat Philoſtratus, ſupra in prooemio, aegre ferentis quod Boſpori picturae tamdiu inhaereat.

2 τί φήσεις; λέλοιπε μοι &c.] haec iam Philoſtrati ſunt reſpondentis. Ex iis autem patet, non nouam eſſe hanc picturam, ſed prioris partem. Vnde malim, omiſſa inſcriptione ΑΛΙΕΙΣ priorem ἔκφρασιν hic continuari.

3 ἐπηγγειλάμην] nullum expreſſum eius rei promiſſum in ſuperioribus: quod animo igitur agitabat ἐπαγγείλασθαι ſe ait.

4 τοῖς Θύννοις] vide de iſto piſcium genere ex inſtituto Plinium lib. V. ſ. 18. ad quem vide notata viris doctis.

5 ὧ γλυκερώτερος] de dulcioribus ponti aquis vid. Ariſtotel. Hiſt. Animal. l. VII. c. 13. qui & ipſe propterea piſcibus alendis eum magis idoneum eſſe docet.

6 οἷον στρατ. φάλαγξ] gemina habet Plutarchus de ſolertia animal. p. 979. Ariſtoteles quoque Thunnos inter gregalia animantia refert. Hiſt. Animal. l. I. c. 1. adde Plin. l. IX. H. N. c. 15. *intrant e magno mari pontum* GREGATIM, & Aelian. Hiſt. Anim. l. XV. c. 3. hinc in auerſa parte nummi Gaditani duo conſpiciuntur Thunni cum inſcriptione עדר h. e. *grex*, prout litterae Phoeniciae explicantur apud Io. Clericum T. IX. Bibl. ſel. p. 112.

ποκυ-

ποκυματίζουσιν ἀλλήλοις, ἄλλος ἄλλῳ ἐπινέοντες, τοσοῦτον βάθος, ὅσον αὐτῶν τὸ ἔυρος. ἰδέαι μὲν οὖν, καθ' ἃς ἁλίσκονται, μυρίαι. καὶ γὰρ σίδηρόν[7] ἐστιν ἐπ' αὐτοὺς θήξασθαι, καὶ φάρμακα ἐπιπάσαι· καὶ μικρὸν ἤρκεσε δίκτυον, ὅτῳ ἀπόχρη καὶ μικρὸν τῆς ἀγέλης. ἀρίστη δὲ ἥδε ἡ θήρα· σκοπιωρεῖταί γάρ τις ἀφ' ὑψηλοῦ ξύλου, ταχὺς μὲν ἀριθμῆσαι, τὴν δὲ ὄψιν ἱκανός. δεῖ γὰρ αὐτῷ πεπηγέναι μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὴν θάλατταν, ἐξικνεῖσθαι δὲ πορρωτάτω. κἂν ἐμβάλλοντας τοὺς ἰχθῦς ἴδῃ, βοῆς τε ὡς μεγίστης αὐτῷ δεῖ πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ἀκατίοις, καὶ τὸν ἀριθμὸν λέγει, καὶ τὰς μυριάδας αὐτῶν. οἱ δὲ, ἀποφράξαντες αὐτοὺς βαθεῖ καὶ κλειστῷ δικτύῳ, δέχονται λαμπρὰν ἄγραν, ὑφ' ἧς καὶ πλουτεῖν ἕτοιμον τῷ τῆς θήρας ἡγεμόνι. βλέπε πρὸς τὴν γραφὴν ἥδη, κατόψει γὰρ αὐτὰ καὶ δρώμενα. ὁ μὲν σκοπιωρὸς ἐς τὴν θάλατταν βλέπει, διαπέμπων τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὴν τῶν ἀριθμῶν σύλληψιν. ἐν γλαυκῷ δὲ τῷ τῆς θαλάττης ἄνθει[8] τὰ τῶν ἰχθύων χρώματα· μέλανες μὲν οἱ ἄνω δοκοῦσιν, ἧττον δὲ οἱ ἐφεξῆς, οἱ δὲ μετ' ἐκείνους, ἤδη παραψεύδονται τὴν ὄψιν, εἶτα σκιώδεις, εἶτα ὑδαροὶ, εἶτα ὑπονοήσαι[9], καταδαίνουσα γὰρ εἰς τὸ ὕδωρ ἡ ὄψις ἀμβλύνεται διακρίνειν τὰ ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ τῶν ἁλιέων δῆμος ἡδεῖς, καὶ ξανθοὶ τὴν χρόαν ὑπὸ τοῦ θέρεσθαι. καὶ ὁ μὲν τὴν κώπην ζεύγνυσιν, ὁ δὲ ἐρέτης, μάλα διεξοδικότι τῷ βραχίονι, ὁ δὲ ἐπικελεύεται τῷ πέλας, ὁ δὲ παίει τὸν μὴ ἐρέτσοντα. βοὴ δὲ ἦρται τῶν ἁλιέων, ἐμπεπτωκότων ἤδη τῶν ἰχθύων εἰς τὸ δίκτυον. καὶ τοὺς μὲν ἠρήκασι, τοὺς δὲ αἴρουσιν. ἀμηχανοῦντες δὲ ὅ, τι χρήσονται τῷ πλήθει, καὶ παρανοίγουσι τοῦ δικτύου, καὶ συγχωροῦσιν ἐνίοις διαφυγεῖν, καὶ διεκπεσεῖν, τοσοῦτον ἐς τὴν θήραν τρυφῶσι.

vicemque sibi suppositi fluctuant, alius super alium natitantes, spatio inter vtrumque relicto, quantum latitudine sua explerent. Innumeris autem capiuntur modis. Nam & ferrum in eos acuere est, & pharmaca inspergere: paruumque etiam ei rei idoneum rete est, cui grex exiguus quoque suffecerit. Optimus autem venationis modus iste: ex sublimi nempe trabe aliquis speculatur, qui numerum assequi possit celeriter, & oculis valeat. Oportet enim ipsum in mari defixos habere oculos, & quam longissime iisdem excurrere. Quod si autem ingredientes pisces animaduertat, maxima ei ad eos, qui in naviculis morantur, opus est voce, eisque numerum ipse, & quot millia sint, indicat. Hi vero crassiore & clausili reti eos intercludentes, praeclaram excipiunt praedam, ex qua venationis domino diuitias comparare sit expeditum. Iam picturam inspice quaeso, haec ipsa enim, vt fieri soleant, oculis etiam videbis. Speculator quidem in mare intuetur, oculis intentis, vt numerum piscium assequatur. In coerulo autem aequoris nitore piscium varii colores. Superiores quidem plane nigri videntur, paulo minus vero proximi illis, at qui infra illos sunt iam visum fallunt, postea vmbrae similes apparent, deinde aquae, mox coloris quem suspicari oporteat, oculorum enim acies, in aquam se altius immittens, ita hebetatur, vt, quae in ipsa sint, dignoscere nequeat. Piscatorum autem turba iucundi, &, quod assidue apricentur, colore flaui. Alligatque alius quidem remum, alius intumescente brachio remos ducit, alius proximum hortatur, alius remo minus diligenter incumbentem percutit. Clamor autem a piscatoribus tollitur, in retia iam incidentibus piscibus: & alios quidem iam ceperunt, alios autem modo capiunt. Ancipitesque quid tantae multitudini faciant, & rete aperiunt, & elabi quosdam patiuntur: adeo prae abundantia venatum exercent liberaliter.

ΣΕΜΕΛΗ.

Βροντὴ ἐν εἴδει σκληρῷ, καὶ ἀστραπὴ σέλας κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν[1] ἰεῖσα, πῦρ τε ῥαγδαῖον ἐξ οὐρανοῦ, τυραννικῆς οἰκίας ἐπειλημμένον, λόγος τοιόσδε, εἰ μὴ ἀγνοεῖς, ἅπτεται. πυρὸς νεφέλη πε-

XIV. SEMELE.

Tonitru ecce, specie magis solida: & fulgur, splendore oculos praestringente repraesentatum: ignisque ex coelo erumpens, regiumque palatium corripiens, istam, si probe meministi, concernit fabulam. Ignea

7 σίδηρον] tridentem intelligit, vt ad h. l. obseruatum Salmasio.

8 ἄνθει] notat ἄνθος omnem colorem viuidum atque nitentem.

9 εἶτα ὑπονοῆσαι] varietatis causa infinitiuus adiectiuis miscetur. Plenior oratio εἶτα ὑπονοῆσαι διδόντες τὸ χρῆμα αὐτῶν.

XIV. ΣΕΜΕΛΗ. 1 κατὰ τῶν ὀφθ.] ita ex coniectura rescripsi. Nam editi habebant ἐκ τῶν ὀφθαλμ. facile autem κἀπὶ, scriptum abbreuiate, confundi potest cum κατὰ. Certe ἀστραπὴ, *fulgur, oculos* non habet ex quibus splendorem emittat.

nubes

nubes Thebas inuoluens, Cadmi tectis rupta incumbit, Ioue ad Semelem amantium more inuiſente. Et Semele quidem, vti videtur, perit: Bacchus vero, per Iouem, inter medias, vt puto, naſcitur flammas. Et Semeles quidem in coelum aſcendentis ſubobſcura apparet ſpecies, ipſamque Muſae carminibus ſuis proſequentur, Bacchus autem, diſrupto matris vtero, exilit, flammamque obfuſcat, luciditſimus ipſe, atque inſtar ſtellae refulgens. Diſcedens autem flamma antrum Baccho format, Aſſyriis Lydiſque ſuauius ſpeluncis. Capreoli porro circa ipſum progerminant, hederaceique racemi, iamque & ipſae vites, ac thyrſi arbores adeo nulla cultura e terra natae, vt in mediis quoque nonnullae excreſcant flammis. Nec mirari fas eſt, quod in Bacchi gratiam tellus ignem coronet, quae paulo poſt cum ipſo etiam bacchabitur, & vinum e fontibus hauriendum praebebit, lac item, quale ex vberibus manat, tum ex gleba, tum ex lapide, ſuppeditabit. Pana audi, vt Bacchum canere videtur! in Cithaeronis verticibus Euion ſaltans. Cithaeron vero humana ſpecie propter extituros in ipſo paulo poſt dolores, quiritatur, hederaeque geſtat coronam, a capite declinantem: inuitus enim admodum in Bacchi gratiam coronatur. Iuxta ipſum autem abietem Megaera ponit, & aquae fontem edit, Actaeonis, puto, ac Penthei ſanguinis cauſa.

ρισχῶσα τὰς Θήβας, εἰς τὴν τοῦ Κάδμου στέγην ῥήγνυται, κωμάσαντος ἐπὶ τὴν Σεμέλην τοῦ Διός. καὶ ἀπόλλυται μέν, ὡς δοκοῦμεν, ἡ Σεμέλη, τίκτεται δὲ ὁ Διόνυσος, οἶμαι, νὴ Δία πρὸς τὸ πῦρ. καὶ τὸ μὲν τῆς Σεμέλης εἶδος ἀμυδρὸν διαφαίνεται, ἰάσης ἐς τὸν ἀρανόν, καὶ αἱ Μοῦσαι ἐς αὐτὴν[2] ἐκεῖ ᾄσονται. ὁ δὲ Διόνυσος τῆς μὲν μητρὸς ἐκτρώσκει, ῥαγείσης τὴν γαστέρα, τὸ δὲ πῦρ ἀχλυώδες ἐργάζεται, φαιδρὸς αὐτὸς, οἷον ἀστήρ τις ἀστράπτων. διασχοῦσα δὲ ἡ φλὸξ ἄντρον τῷ Διονύσῳ σκιαγραφεῖ, πάντος ἥδιον Ασσυρίᾳ τε καὶ Λυδίᾳ[3]. ἕλικές τε καὶ περὶ αὐτῷ τεθήλασι, καὶ κιττοῦ κόρυμβοι, καὶ ἤδη ἄμπελοι, καὶ θύρσοι δένδρα, ἄτω τοι ἐκ γῆς ἀνασχόντα τῆς γῆς, ὡς καὶ τῷ πυρὶ εἶναι ἔνια. καὶ χρὴ θαυμάζειν, εἰ σεφανοῖ τὸ πῦρ ἐπὶ τῷ Διονύσῳ ἡ γῆ, ἦγε καὶ συμβακχεύσει[4] αὐτῷ, καὶ οἶνον ἀφύσσειν ἐκ τῶν πηγῶν δώσει[5], γάλα τε οἷον ἀπὸ μαζῶν ἕλκειν, τὸ μὲν ἐκ βώλου[6], τὸ δὲ ἐκ πέτρας. ἄκρῳ τοῦ Πανός, ὡς τὸν Διόνυσον ᾄδειν ἔοικεν ἐν ταῖς κορυφαῖς τοῦ Κιθαιρῶνος, ὑποσκιρτῶν Ευιον. ὁ Κιθαιρὼν δὲ ὀλοφύρεται, ἐν εἴδει ἀνθρώπου, τὰ μικρὸν ὕστερον ἐν αὐτῷ ἄχη[7]. καὶ κιττοῦ φέρει στέφανον, ἀποκλίνοντα τῆς κεφαλῆς, στεφανοῦται γὰρ δὴ αὐτῷ σφόδρα ἄκων[8]. ἐλάτην[9] τε αὐτῷ παραφυτεύει Μέγαιρα, καὶ πηγὴν ἀναφαίνει ὕδατος, ἐπὶ τῷ Ακταίωνος[10], οἶμαι, καὶ Πενθέως αἵματι.

XV. ARIADNE.

Quod Ariadnen Theſeus, aduerſus eam ingratiſſimus, (quamuis ſint qui non Theſei ingratitudine ſed Bacchi numine id factum dicant,) in Dia inſula reliquerit dormientem, fortaſſe & a nutrice audiuiſti. Illae namque,

ΑΡΙΑΔΝΗ.

Οτι τὴν Αριάδνην ὁ Θησεὺς, ἄδικα δρῶν, εἴδ' οὐκ ἄδικα φασὶν, ἀλλ' ἐκ Διονύσου[1], κατέλιπεν ἐν Δίᾳ τῇ νήσῳ καθεύδουσαν, τάχα που καὶ τίτθης ἀκήκοας. σοφαὶ γὰρ ἐκεῖναι τὰ τοιαῦ-

---

2 *εἰς αὐτὴν*] cod. Laud. omittit *εἰς*.

3 *Ασσυρίᾳ τε καὶ Λυδίᾳ*] nempe Syriam, Lydiam & ceteras Orientis regiones Bacchum peragraſſe notum: antra autem frequentabat, notaeque eius in Nyſa montе cauernae, de quibus veteres paſſim.

4 *συμβακχίσουσι*] iuxta Ouidii iſtud Metam. lib. III. v. 528. ſeq. — *feſtiſque fremunt vlulatibus agri.*

5 *οἶνον ἀφύσσ. ἐκ τ. πηγῶν δώσει*] Plinius l. XXXI. H. N. ſect. 13. *Mucianus Andri e fonte Liberi Patris, ſtatis diebus ſeptenis eius Dei vinum fluere* (ait). adde & lib. II. ſect. 106. vide & nobis notata inf. ad *Pentheum* n. 2. ſq.

6 *τὸ μὲν ἐκ βώλου*] ſic inf. in *Pentheo*, de *Cithaerone* & Bacchicis in eo orgiis, *ὡς γάλακτι τὴν βῶλον ἡ γῆ λιπαίνει.*

7 *ἄχη*] ad Pentheum reſpicit, in Cithaerone, Boeotiae monte, a Bacchis diſcerptum. Quod argumentum Aeſchylo & Euripidi in Bacchis tractatum. Adde & Ouid. Metamorph. l. III. & noſtrum inf. in *Pentheo*.

8 *σφόδρα ἄκων*] hedera enim Bacchi arbor, cuius numini obnoxius, quod hoc ſymbolo indicatur, Cithaeron quodammodo inuitus eſt, cum eius furoribus actas feminas foediſſima caede laceraturas praeſentiat Pentheum.

9 *ἐλάτην*] quod *Megaera* abietem hic pingitur ponere, ex Euripidis Bacchis eſt, niſi fallor, nam ibi Bacchus Thebanas, furore actas, *χλωρᾶις ὑπ' ἐλάταις* Cithaeronis ſubſidere ait, immiſſis a ſe furiis, vlturas Cadmeidum iniurias, quae Semelen Iouis concubitu Bacchum genuiſſe negaverant. vid. Prolog. Bacchar. Eurip. v. 38. & Act. III. v. 982. Furentes vero Bacchi numine, adeoque furiis eo impellente actae Thebanae, *ἐλάτας κλάδους* tenere dicuntur ibid. v. 110. Maxime tamen ad id reſpici putem, quod Pentheus, Baccharum ſpeculaturus myſteria, in *abietem* adſcenderit, qua euerſa miſere eum diſcerpſerunt Bacchae furibundae, & *Megaera* actae, vid. ibid. v. 1059. ſq. adde & noſtrum inf. in *Pentheo* init.

10 *Ακταίωνος*] nam & ille ex Cadmi genere in Cithaerone, non longe a Thebis, Cadmi ſede, a canibus ſuis fuit laceratus.

XV. ΑΡΙΑΔΝΗ. 1 *ἀλλ' ἐκ Διονύσου*] ſubint. *εἶναι*. Profectum id eſſe a Baccho, ait, non a leuitate quadam animi & iniuſtitia in Theſeo.

τα, καὶ δακρύσιν ἐπ' αὐτοῖς, ὅταν ἐθέλωσιν. ὁ μὲν δέομαι λέγειν, Θησέα μὲν εἶναι τὸν ἐν τῇ νηΐ, Διόνυσον δὲ τὸν ἐν τῇ γῇ· ὁδ' ὡς ἀγνοοῦντα ἐπιστρέφοιμ' ἂν εἰς τὴν ἐπὶ τῶν πετρῶν[2], ὡς ἐν μαλακῷ κεῖται τῷ ὕπνῳ. ὁδ' ἀπόχρη τὸν ζωγράφον ἐπαινεῖν, ἀφ' ὧν κἂν ἄλλος ἐπαινοῖτο. ῥᾴδιον γὰρ ἅπαντι καλὴν μὲν τὴν Ἀριάδνην γράφειν, καλὸν δὲ τὸν Θησέα, Διονύσου τε μυρία φάσματα, τοῖς γράφειν ἢ πλάττειν δυναμένοις, ὧν κἂν μικρᾷ τύχῃ τις, ἥρηκε τὸν θεόν. καὶ γὰρ οἱ κόρυμβοι, στέφανος ὄντες, Διονύσου γνώρισμα, κἂν τὸ δημιούργημα φάυλως ἔχῃ· καὶ κέρας[3], ὑπεκφυόμενον τῶν κροτάφων, Διόνυσον δηλοῖ. καὶ παρδάλις ὑπεκφαινομένη οὐ τῷ θεῷ σύμβολον[4]. ἀλλ' ὅτός γε ὁ Διόνυσος ἐκ μόνου τοῦ ἐρᾶν γέγραπται. σκευὴ μὲν γὰρ ἠνθισμένη[5], καὶ θύρσοι, καὶ νεβρίδες, ἔρριπται ταῦτα ὡς ἔξω τοῦ καιροῦ. καὶ ὁδὲ κυμβάλοις αἱ βάκχαι χρῶνται νῦν, ὁδὲ οἱ σάτυροι αὐλοῦσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Παὶν[6] κατέχει τὸ σκίρτημα, ὡς μὴ διαλύσειε τὸν ὕπνον τῆς κόρης. ἀλυργίδι δὲ στείλας ἑαυτὸν, καὶ τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθίσας, ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀριάδνην ὁ Διόνυσος, μεθύων τῷ ἔρωτι[7], φησὶ περὶ τῶν ἀκράτως ἐρώντων Τήϊος· ὁ Θησεὺς δὲ, ἐρᾷ μὲν, ἀλλὰ τοῦ τῶν Ἀθηνῶν καπνοῦ[8], Ἀριάδνην δὲ, ὅτε οἶδεν ἔτι[9], ὅτε ἔγνω ποτὲ, φημὶ δ' αὐτὸν ἐκλελῆσθαι καὶ τοῦ λαβυρίνθου, μηδὲ[10] εἰπεῖν ἔχειν ἐφ' ὅτῳ ποτὲ εἰς τὴν Κρήτην ἔπλευσεν, ὅτω μόνον τὰ ἐκ πρώρας βλέπει[11]. ὅρα καὶ τὴν Ἀριάδνην, μᾶλλον δὲ τὸν ὕπνον. γυμνὰ μὲν εἰς ὀμφαλὸν στέρνα ταῦτα, δέρη δὲ ὑπτία, καὶ ἀπαλὴ φάρυγξ, μασχάλη δὲ ἡ δεξιὰ φανερὰ πᾶσα. ἡ δὲ ἑτέρα χεὶρ ἐπίκειται τῇ χλαίνῃ, μὴ αἰσχύνῃ τι ὁ ἄνεμος. οἷον, ὦ Διόνυσε, καὶ ὡς ἡ-

in huiuſmodi fabulis exercitatae, lacrymis eas comitantur, vbi voluerint. Non itaque mihi opus erit dicere, Theſeum eſſe, qui in navi eſt, Bacchum vero, qui eſt in terra: nec te perinde quaſi id ignorares ad puellam, ſuper ſaxis recumbentem, animum aduertere iubeo, molli vt iaceat ſomno ſepulta. Nec ſatis eſt pictorem commendare ab iis, a quibus & alius commendari poſſit. Pulcram enim pingere Ariadnen, pulcrum item Theſeum nec alii cuicunque difficile: Bacchi quoque innumerae formae ſunt illis, qui pingere ac fingere poſſunt, quarum modo exiguam aliquam partem attigerit quiſpiam, Deum aſſequitur. Et enim corymbi, in ſerta contexti, Bacchi ſunt indicium, etiam ſi ineptum ſit opus. Et cornu temporibus ſubnatum Bacchum prodit. Viciſſim Panthera apparens Dei eſt ſymbolum. At hic quidem Bacchus nullo alio quam amoris ſymbolo eſt pictus. Florida enim veſtis, thyrſique, ac hinnuli pellis, vt huic loco minus opportuna, reiecta ſunt. Nec cymbalis Bacchae, nec tibiis Satyri in praeſentia vtuntur. Quin & Pan ipſe, ne turbet puellae ſomnum, ſaltationem cohibet. Purpura vero indutus, caputque roſis ornatus, ad Ariadnen accedit Bacchus, *amore ebrius*, vt de impotenter amantibus Teius Anacreon ait. Theſeus autem amat quidem, ſed Athenarum fumum, Ariadnen vero neque deinceps nouit amplius, neque vnquam nouit antea, quin vel ipſius oblitum labyrinthi puto, nec, cuius rei cauſa in Cretam olim nauigauerit, dicere poſſe, ita quae a prora ſunt proſpicit tantum. Vide & Ariadnen, quin potius ipſum ſomnum. Nudum quidem vmbilicum vſque hoc pectus: collum autem ſupinum, ac molle guttur. Ala porro dextera tota oculis patet: altera vero manus in laena iacet, ne quid ventus turpe oſtendat. Qualis, o Bacche, quamque ſuauis anheli-

---

2 εἰς τὴν ἐπὶ τ. πετρῶν] Ariadnen intelligit, quam pictura repraeſentabat in petra reclinem.

3 κέρας] nota Bacchi epitheta βεκέρωτος, δικέρωτος, ταυροκέρωτος, κεραΐς, ταυρομόρφῳ paſſim apud poetas obuia. vid. Athenaeum l. XI. v. 476. Orpheum hymnis p. 143. Euripidem in Bacch. v. 362. 406. Lycophron. Caſſandra v. 209. &c. adde obſeruata ill. Spanhemio de P. & V. num. p. 392. ed. nouae.

4 τῷ θεῷ σύμβολον] vid. inf. *Tyrrhenis* n. 19.

5 σκευὴ μὲν γὰρ ἠνθισμ.] τὸ μὲν τῆς ἰσθῆτος ἀνθηρὸν ei quoque tribuit, & phyſice explicat, Phurnutus de Natur. Deor. c. 30. Hinc *florens Iacchus* quoque eſt Catullo de Nuptiis Pelei & Thetidis.

6 ὁ Παὶν] enallage numeri eſt pro οἱ Πᾶνες, Panes enim Satyri, Sileni, Bacchi comites, vt notum. Eorum vero *ſaltare*, vnde, & σκιρτοὶ dicti vid. Phurnut. l. c.

7 μεθύων τῷ ἔρωτι] locus iſti non diſſimilis eſt apud Theophylactum καὶ ἐρωτικῶν μεθύοντες ἡδονῶν.

8 τοῦ τῶν Ἀθην. καπνοῦ] intelligit *patriam*, ſic Homerus de Vlyſſe Odyſſ. A'

Ἱέμενος τὸν καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίας.

Quod imitatus Ouidius de Ponto l. I.

Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat
Fumum de patriis poſſe videre focis.

Vide plura apud Eraſmum in Chiliadib. p. m. 586.

9 ὅτε οἶδεν ἔτι &c.] i. e. ſe gerit ac ſi non noſſet amplius, vel vnquam cognouiſſet.

10 μηδὲ] editi καὶ μηδέ. Sed καὶ omittebat cod. Laud.

11 ὅτω μ. τὰ ἐκ πρώρας βλ.] i. e. tantum in patriam intentus eſt, quo nauigantis prora directa erat.

tus. Vtrum autem poma, an racemos oleat, osculatus dices.

XVI. PASIPHAE.

Pasiphaë taurum amat, Daedalumque rogat, vt aliquid, quo bestiam ad amandum pelliciat, comminiscatur. Ipse vero cauam effingit bouem, gregali similem vaccae, cuius taurus consuetudine vtebatur. Qualis vero ipsorum fuerit concubitus, Minotauri forma prodit, monstrose prorsus a natura elaborata. Coitus autem hic quidem minime exprimitur, sed officina quidem haec est, Daedalo exaedificata. Vndiquaque vero in ea statuae sunt dispositae, aliae quidem perfecta forma, aliae vero vt perpoliantur tantum habentes opus, pedibus iam separatis, atque incessum pollicentes. Tale quid autem ars statuaria ante Daedalum nunquam fuerat molita. Daedalus ipsa etiam specie atticissat, excellentem artem, mentisque aciem ipso vultu prae se ferens: atticissat vero etiam habitu: fuscum enim istud indutus est pallium, nudisque insuper pictus est pedibus, quo Attici maxime ornatu gaudent. Sedet autem veluti boui elaborandae intentus, Cupidinesque operis sibi adsciuit socios, vt cui Venere quodammodo heic sit opus. Manifeste enim sunt ex Cupidinum, o puer, numero qui terebram vertunt, & qui, per Iouem, ascia rudes adhuc bouis partes laeuigant, qui symmetriam item librant, qua opus ipsum consistit. Quos autem serra occupat, cogitationem omnem, omnemque artem superant, quae in manus competit atque colores. En enim, ligno serra imposita, iamque per ipsam ducta est. Ducunt autem ipsam Cupidines isti: hic quidem e terra sursum impellens, hic vero

δὺ τὸ ἆσθμα[12]. εἰ δὲ μήλων, ἢ βοτρύων ἀπόζει, φιλήσας ἐρεῖς[13].

ΠΑΣΙΦΑΗ.

Ἡ Πασιφάη τῷ ταύρῳ ἐρᾷ, καὶ ἱκετεύει τὸν Δαίδαλον σοφίσασθαί τινα πειθὼ τῷ θηρίῳ. ὁ δὲ ἐργάζεται βοῦν κοίλην, παραπλησίαν ἀγελαίᾳ βοΐ, τῷ ταύρῳ ἐθάδι. καὶ ἥ τις μὲν σφῶν ἡ ἐυνὴ ἐγένετο, δηλοῖ τὸ τῷ Μινοτάυρῳ εἶδος, ἀτόπως συντελεσθὲν τῇ φύσει. γέγραπται δὲ ἀχ ἡ ἐυνὴ νῦν, ἀλλ' ἐργαστήριον μὲν τῦτο πεποίηται τῷ Δαιδάλῳ. περιέσηκε δ' αὐτὸ[1] ἀγάλματα, τὰ μὲν ἐν μορφαῖς[2], τὰ δὲ ἐν τῷ διορθῶσθαι, διαβεβηκότα ἤδη[3], καὶ ἐν ἀπαγγελίᾳ τῷ βαδίζειν. τυτὶ δὲ ἄρα ἡ πρὸ Δαιδάλυ ἀγαλματοποιία ἔπω εἰς νῶν ἐβέβλητο. αὐτὸς δὲ ὁ Δαίδαλος ἀτλικίζει μὲν καὶ τὸ εἶδος[4], ὑπέρσοφόν τι καὶ ἔννυν βλέπων· ἀτλικίζει δὲ καὶ αὐτὸ τὸ σχῆμα, φαιὸν γὰρ τρίβωνα[5] τῦτον ἀμπέχεται, προσγεγραμμένης αὐτῷ καὶ ἀνυποδησίας[6], ᾗ μάλιστα δὴ οἱ Ατλικοὶ κοσμῦνται. κάθηται δὲ ἐφ' ἁρμονίᾳ τῆς βοὸς, καὶ τὺς ἔρωτας ξυνεργὲς ποιεῖται τῷ μηχανήματος[7], ὡς Αφροδίτης τὶ αὐτῷ ἐπιδεῖν[8]. ἐναργεῖς μὲν τῶν ἐρώτων καὶ οἱ τὸ τρύπανον, ὦ παῖ, τρέφοντες, καὶ νὴ Δία οἱ τῷ σκεπάρνῳ λεαίνοντες τὰ μή πω ἠκριβωμένα τῆς βοός, καὶ οἱ σταθμώμενοι τὴν ξυμμετρίαν, ἐφ' ἧς ἡ δημιυργία βαίνει. οἱ δὲ ἐπὶ τῷ πρίονος ἔννοιάν τε ὑπερβεβλήκασι πᾶσαν, καὶ σοφίαν, ὁπόση χειρός τε καὶ χρωμάτων. σκόπει γὰρ, τῷ ξύλῳ πρίων ἐμβέβληται, καὶ διῆκται αὐτῦ ἤδη. διάγυσι δὲ αὐτὸν ἕτοι οἱ ἔρωτες, ὁ μὲν ἐκ τῆς γῆς, ὅδ' ἀπὸ μετεώρυ[9], ὀρθυ-

---

12 *καὶ ὡς ἡδὺ τὸ ἆσθμα*] eius rei in Veneris deliciis passim mentio amantibus, sic Lamprias in epistola, quae est in Aristaeneto adscriptis lib. I. ep. XIII. *ἀτμὸς ἐνώδης καὶ τῶν ἔξωθεν ἀκ ἐλατλύοντος μυρῶν.*

13 *εἰ δὲ μήλων ἢ βοτρ. ἀπόζει φιλήσ. ἐρεῖς*] omnino hunc locum ob oculos habuit Aristaenetus ep. XII. apud quem corrupte tamen legitur: *καὶ τὸ ἆσθμα ἡδὺ ἢ δὲ* (legend. *εἰ δὲ*) *μήλων ἢ βοτρ. πόμασιν συμμιγέντων ἀπόζειν* (legend. *ἀπόζει*) *φιλήσας ἐρεῖς.* Simile autem est quod inf. dicitur in *Satyris* sub fin. *ἀπογίνεσθαι τῷ πνεύματος.*

XVI. ΠΑΣΙΦΑΗ. 1 *αὐτὸ*] cod. Laud. habet *αὐτὸν*, quod non improbarim.

2 *τὰ μὲν ἐν μορφαῖς*] i. e. lineamenta iam in illis comparent, nondum tamen elaborata, & exasciata. Nam de talibus sequitur *τὰ δὲ ἐν τῷ διορθῶσθαι.*

3 *διαβεβ. ἤδη*] pedes notat separatos, & quasi gradientes: nam antiquiores statuarii continuo lapide inferiora repraesentabant. vide obseruata Iunio de pictoribus vet. in *Daedalo*, & notata ad vitam Apollonii Tyan.

4 *Ατλικίζει μὲν καὶ τὸ εἶδος*] sic *Ατλικὸν βλέπος* pro callido, & sui fiduciam praeferente Aristophani Nub. Act. IV. sc. 3. conf. Erasm. Chiliad. p. 316.

5 *φαιὸν τὰ τρίβωνα*] *τριβώνων* antiquissimis temporibus in ordinario & vulgari vsu cuiuscunque, etiam primi ordinis hominibus. Sic Epaminondae *τριβώνων* apud Aelianum V. H. V, 4. & Agesilao apud eundem VII, 13. tribuitur. Crescente luxuria *τριβώνων* pauperiorum tantum fuit & philosophorum. conf. Ferrarium de Re Vestiar. P. II. l. IV. capp. 14. & 15. & Salmas. ad Tertullian. de pallio.

6 *ἀνυποδησίας*] ea ergo etiam Graecis antiquioribus tantum in vsu. Certe Socratem iam & discipulos ob *ἀνυποδησίαν* perstringit Aristophan. in Nubib. Plato in Symposio tamen Aristodemi cuiusdam meminit, qui semper *ἀνυπόδητος* processerit. Agesilaum idem haut raro fecisse Aelian. V. H. l. VII, 13. tradit: ad quem vide notata viris doctis.

7 *τῷ μηχανήμ.*] articulum adieci ex cod. Laud.

8 *ὡς Αφρ. τι αὐτῷ ἐπιδεῖν*] nempe *μηχανήματι* vaccae elaborandae, aliquid *Veneris*, i. e. aliquid *Venustatis* impendendum, vt moueret taurum ad amandum, ideoque Cupidines in ea fingenda occupantur.

9 *μετεώρυ*] ita legendum esse pro *μηχανῆς* quod in vulgatis erat & sensus suadet & sequentia.

μένω τε καὶ προνέυοντε. τοτὶ δὲ ἐναλλὰξ ἡγώμεθα, ὁ μὲν γὰρ νένευκεν ὡς ἀναστησόμενος, ὁ δὲ ἀνέσχηκεν ὡς νεύσων. καὶ ὁ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς, ἐπὶ τὸ στέρνον ἀναπέμπει τὸ ἆσθμα, ὁ δ' ἀπὸ τοῦ μετεώρου, καὶ τὴν γαστέρα πίμπλαται, κάτω ξυνερείδων τὸ χεῖρε. ἡ Πασιφάη δὲ ἔξω περὶ τὰ βουκόλια περιαθρεῖ τὸν ταῦρον, οἰομένη προσάξαι αὐτὸν τῷ εἴδει καὶ τῇ στολῇ, θεῖόν τε ἀπολαμπύσῃ, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν Ιριν. βλέπει τε ἀμήχανον[10], καὶ γὰρ γινώσκει ὁποίων ἐρᾷ. καὶ περιβάλλειν τὸ θηρίον ὥρμησεν, ὁ δὲ τῆς μὲν ὀδὲν ξυνίησι, βλέπει δὲ τὴν ἑαυτοῦ βοῦν. γέγραπται δὲ ὁ μὲν ταῦρος ἀγέρωχός τε καὶ ἡγεμὼν τῆς ἀγέλης, ἔυκερώς τε καὶ λευκὸς, καὶ βεβηκὼς, καὶ βαθὺς τὴν φάρυγγα[11], καὶ πίων τὸν αὐχένα[12], καὶ ἱλαρὸν βλέπων εἰς τὴν βοῦν. ἡ δὲ ἀγελαία τε καὶ ἄνετος, καὶ λευκὴ πᾶσα, ἐπὶ μελαίνῃ τῇ κεφαλῇ. ἀπαξιοῖ δὲ τὸν ταῦρον, σκίρτημα γὰρ ὑποφαίνει κόρης δή τινος, ὑποφευγούσης ἐρασθῆναι.

ΠΕΛΟΨ, ἢ ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ.

Ἡ μὲν ἔκπληξις ἐπ' Οινομάῳ τῷ Αρκάδι, οἱ δὲ ἐπ' αὐτῷ βοῶντες, ἀκούεις[2] γάρ που, ἤτε Αρκαδία, καὶ ὁπόσον ἐκ τῆς Πελοποννήσου. πέπτωκε δὲ συντριβὲν τὸ ἅρμα, τέχνῃ Μυρτίλου[3]. τὸ δὲ ἵππων ζύγκειται τεττάρων, τοτὶ γὰρ ἐς μὲν τὰ πολεμικὰ οὔπω ἐθαρσεῖτο[4], οἱ δὲ ἀγῶνες ἐγίνωσκόν τε αὐτὸ, καὶ ἐτίμων. καὶ οἱ Λυδοὶ δὲ, φιλιππότατοι ὄντες[5], ἐπὶ μὲν Πέλοπος τέθριπποί τε ἦσαν καὶ ἤδη ἁρματῖται[6]. μετὰ δὲ ταῦτα, τεθραῤῥύμου[7] τε ἥψαντο, καὶ λέγονται πρῶτοι τὸν ὀκτώ σχεῖν.

deſuper nitens, modo erecti, modo pronuentes, hocque per vices facere eos arbitremur. Hic etenim nuit, vt qui mox ſit ſurrecturus, hic vero erectus eſt, vt mox nuiturus. Et hic quidem qui e terra ſurſum impellit, ad pectus anhelitum remittit: ille vero qui deſuper nititur, & ventrem inflat, deorſum nitens manibus. Paſiphaë autem foris apud armenta taurum circumſpicit, forma ac veſte ipſum pellici poſſe rata, diuino ſplendore coruſca, omnemque irin ſuperante. Aſt vultu deſperationem prodit, nouit enim quid ardeat. Atque ad amplexum beſtiae ruit quidem, taurus vero eorum, quae iſta ſibi velit, intelligit nihil, ſuam vero reſpicit vaccam. Pictuſque eſt taurus ſuperbus, & armenti dux, cornibus valens ac candidus, quadratuſque, & palearibus amplis, ceruice pinguis, laetumque in vaccam intuens. Haec vero gregalis ac ſoluta, totaque poſt caput nigrum candida. Dedignatur taurum: puellae ſcilicet cuiuſdam ad inſtar ſubſultat, amantis quae fugiat procacitatem.

XVII. PELOPS vel HIPPODAMIA.

Terror ob Oenomaum obortus eſt Arcadem: qui vero ipſius cauſa clamitant, audis enim quodammodo, Arcades ſunt & Peloponneſii omnes. Myrtili namque arte confractus cecidit currus. Ille autem quatuor iunctus eſt equis, id enim bello quidem tum nondum audebant, in certaminibus vero quadrigae iam notae erant, & in pretio habebantur. Et Lydi quidem, equorum ſtudioſiſſimi, ſub Pelope iam quadrigis bigiſque vehebantur: poſtea vero quatuor temonibus inſtructis vſi ſunt curribus, & omnium primi octo

---

10 βλέπει ἀμήχανον] intranſitiue. *faciem prae ſe fert conſilii inopis*: ſic βλέπειν γοργὸν, aliaque eius commatis paſſim obuia.

11 βαθὺς τὴν φάρυγγα] h. e. cui *crurum tenus a mento palearia pendent*, quod in optimi tauri requiſitis ponit Virgil. Georg. III. v. 51. ſic & Ouid. de tauro Europae raptore, quem pulcerrimum deſcribit Meram. II. fin.

Armis palearia pendent.

Sic & Columella lib. VI. c. 1. *palearibus amplis & pene ad genua promiſſis* commendat bouem.

12 πίων τὸν αὐχένα] Feſto *pulcer bos* in genere eſt ad *eximiam pinguedinem perductus.*

XVII. ΠΕΛΟΨ &c. 1 Πέλοψ ἢ] hae voces omittuntur in Anglic. Rurſus autem *Pelopis* imaginem ſed alio geſtu habes inf. ſub fin. huius libri I. (de qua vid paulo poſt n. 12.) & apud Philoſtr. Iuniorem in Imaginibus.

2 ἀκούεις] vide ſ. ad *Boſphorum* n. 9.

3 Μυρτίλου] aurigae Oenomai, corrupti a Pelope ne axi veſtem obiiceret, vt ea ratione currus ſolueretur Oenomai, quemadmodum cum aliis filiam ſuam ambientibus, ita cum Pelope quoque curſu certaturi. vide prolixe Pauſan. Arcadic. p. 249. Scholiaſt. ad Apollon. Argonaut. l. I. v. 752.

4 ἐς μὲν τὰ πολ. οὔπω ἐθαρσ.] nam in Troiana obſidione id tanquam ſingulare in quibuſdam obſeruatum, τεθρίππῳ pugnare quod auderent, vt ſ. obſeruatum ad *Heroïca* Philoſtrati, ex Homeri Il. O' v. 185. conf. & inf. in *Amphiarao.*

5 φιλιππ. ὄντες] Lydorum in equitando peritiam antiquiſſimis temporibus celebrat Herodot. l. I. p. 21.

6 τέθριπποί τε ἦσαν καὶ ἤδη ἁρματῖται] τέθριππον *quadrigae* Latinis dicuntur. & τέθριπποι qui quatuor equis iunctis vterentur, addit autem ἁρματίτας fuiſſe, qui iungere, non tantum noſſent equos, quod antiquius nonnulli putant, vt Lucretius l. V. & Tertullian. de Spectac. c. 5. ſed ἅρματι quoque h. e. *currui*, quo certarent, iungere noſſent. Niſi ἅρμα tamen *bigas* proprie notet, quod duo tantum initio equi *iungerentur*, vnde nata vox ἅρματος *bigis* deinde propriiſſimo ſignificatu relicta ſit. Ceterum *Lydorum currus* in prouerbium quoque abiere vid. Eraſm. Chiliad. p. 189.

7 τεθραῤῥύμου] tali etiam inſiſtit Alexander in monimento apud Indos vid. vitam Apollon. l. II. c. 42. τεθραῤῥύμου autem cum τεθρίππῳ minime confundendum, nam τεθραῤῥύμου eſt ὀκτίππου, quemadmodum & Philoſtratus illa coniungit, τεθραῤῥύμου τε ἥψαντο, καὶ λέγονται πρῶτοι τὸν ὀκτὼ σχεῖν. Similiter Xenophon lib. V. Cyropaed. p. 156. Abhabu-

habuisse equos produntur. Aspice, puer, Oenomai equos, quam ferociant, quamque impetu vehementi ferantur, rabie pleni ac spuma, id enim in Arcadicis maxime equis animaduertas: quam sint item nigri, in absurda quippe & parum honesta causa iugati: Pelopis contra equos, quam sint candidi, & habenis obsequentes, & ad parendum compositi, placideque &, vt qui victoriam praesentiant, adhinnientes: Oenomaum item spectа, vt Thraci Diomedi similis, barbarus speciesque truculentus iaceat. At nec Pelopi, vt puto, diffides, quod Neptuno forma admirationi esse potuerit, dum [*puer*] in Sipylo Diis vinum ministraret. Admiratus autem adhuc, iam licet *adolescentem*, huic currui is imposuit. Curruque perinde ac terram mare perambulat, & ne gutta quidem ex ipso in axem salit solidum quasi, & sed, terrae simile equis obnoxium est [mare.] Cursu igitur Pelops vincit atque Hippodamia, in curru consistentes, ibique connubio iuncti. Vsque adeo autem mutuo succumbunt amori, vt in eo sint, vt in amplexus inuicem ruant. Atque ipse quidem Lydio eoque delicato valde ritu vestitus est, aetatem agens, formamque seruans, qua paulo ante vidisti eum, cum a Neptuno equos peteret. Hippodamia vero nuptiali ornata est habitu, modo malam detegens, postquam vt in viri amplexus veniret victoria illa obtinuit. Exilit & Alpheus e gurgite suo, oleastri quandam Pelopi, ripae obequitanti, coronam protendens. Quantum autem ad monimenta, quae in Hippodromo sunt, proci ibi sepulti iacent, quos Oenomaus occidens filiae nuptias protrahebat, tribus supra decem iam iuuenibus interfectis. At humus ipsa circa sepulcra iam flores gignit, vt ipsi quoque proci in Oenomai clade coronae quodammodo participes euadant.

ταγ πρῶτοι τὲς ἑκτὼ σχεῖν. ὅρα, παῖ, τὲς μὲν τῦ Οἰνομάυ, ὡς δεινοί τέ εἰσι, καὶ σφοδροὶ ὁρμῆσαγ, λύττης τε καὶ ἀφρῦ μεσοὶ, τετὶ δὲ περὶ τὲς Ἀρκάδας ἵπους ἂν μάλισα· καὶ ὡς μέλανες, ἐπειδὴ ἐπ' ἀτόποις καὶ ἂκ εὐφήμοις ἐζεύγνυντο· τὲς δὲ τῦ Πέλοπος, ὡς λευκοί τέ εἰσι, καὶ τῇ ἡνίᾳ πρόσφοροι, πειθῆς τε ἑταῖροι, καὶ χρεμετίζοντες ἡμερόν τι καὶ εὐξύνετον τῆς νίκης. τόν τε Οἰνόμαον, ὡς ἴσα καὶ Διομήδης ὁ Θρᾷξ βάρβαρος κεῖται, καὶ ὠμὸς τὸ εἶδος. οἶμαι δὲ ἀδὲ τῷ Πέλοπι ἀπιςήσεις, ὡς Ποσειδών ποτε αὐτὸν ἠγάσθη τῆς ὥρας, οἰνοχοῦντα ἐν Σιπύλῳ τοῖς θεοῖς[8]. καὶ ἀγασθεὶς ἀνέθηκεν ἐς τετὶ τὸ ἅρμα[9], μειράκιόν γε ἤδη ὄντα. τὸ δὲ ἅρμα ἴσα τῇ γῇ τὴν θάλασσαν διαξέιχει, καὶ ἀδὲ ῥανὶς ἐξ αὐτῆς πηδᾷ ἐς τὸν ἄξονα, βεβαία δὲ, καὶ τῇ γῇ ἐοικυῖα, ὑπόκειται τοῖς ἵπποις. τὸν μὲν ἂν δρόμον ὁ Πέλοψ τε καὶ ἡ Ἱπποδάμεια[10] νικῶσιν, ἐφεσηκότε ἄμφω τῷ ἅρματι, κἀκεῖ συζυγέντε. ἀλλήλων δὲ ἅτως ἠτήσασθον, ὡς ἐν ὁρμῇ τῦ περιβάλλειν εἶναι. ἅλαται δὲ ὁ μὲν τὸν Λυδίον τε καὶ ἁβρὸν τρόπον[11], ἡλικίαν τε καὶ ὥραν ἄγων, ἣν μικρῷ πρόσθεν εἶδες[12], ὅτε τὲς ἵππυς τὸν Ποσειδῶ ἐζήτει. ἡδ' ἅλαται τὸν γαμικὸν τρόπον, ἄρτι τὴν παρειὰν ἀνακαλύψασα[13], ὅτε εἰς ἀνδρὸς ἥκειν νενίκηκε. πηδᾷ καὶ Ἀλφειὸς ἐκ τῆς δίνης, κοτίνυ τινὰ ἐξαίρων στέφανον τῷ Πέλοπι, προσελαύνοντι τῇ ὄχθῃ. τὰ δὲ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ σήματα, οἱ μνησῆρες ἐκεῖ ἐθάπλοντο, ἃς ἀποκτείνων ὁ Οἰνόμαος ἀνεβάλλετο τὸν τῆς θυγατρὸς γάμον, ἐπὶ τρεῖς καὶ δέκα ἤδη νέυς[14]. ἀλλὰ ἡ γῆ νῦν ἄνθη φύει παρὰ τοῖς σήμασιν, ὡς μετέχοιέν τι κἀκεῖνοι τῦ στεφανῦσθαι δοκεῖν ἐπὶ τῇ τῦ Οἰνομάυ νίκῃ.

---

radatis currum τετράχυμον ἐξ ἵππων ὀκτὼ dicit, quem locum expressit Philostratus noster inf. in *Panthia* vide ibi n. 11. Nempe τετράχυμον est currus *quatuor temonum*, in veterum autem curribus, temones singuli respondebant singulis iumentorum paribus. *Temones* tamen istos non *iuxta* se positos alios dextros, alios sinistros, sed alios *post* alios, & *protelo* vt loquebatur Lucilius, docte ostendit contra Salmasium Schefferus noster de re vehiculari lib. I. c. 12. p. 131.

8 οἰνοχοῦντα ἐν Σιπύλῳ τοῖς θεοῖς] rem omnem habes apud Pindarum Olymp. 1 v. 58. sqq.

9 ἀνέθηκεν ἐς τ. τ. ἅρμα] nempe a Neptuno precibus suis Pelopem impetrasse currum, quo vicit Oenomaum, narrat Pindarus quoque l. c. v. 114. sq. & ex instituto noster inf. in Pelope sub fin. libri I. a Diis, in genere, missertis pulcritudinis Hippodomiae, Lucianus in Charidemo pag. 1032. T. II. opp.

10 Πέλοψ τε καὶ ἡ Ἱππο] nempe ambos in curru constitutos, dum cursu cum Oenomao esset certandum, apud Apollonium quoque in Argonautic. lib. I. v. 754. pictos repraesentat *laena* Iasonis. Monet tamen Scholiastes, non in agone ita vna in curru consedisse Pelopem & Hippodomiam, sed artificem tantum repraesentasse eos ita iunctos, vt & *certamen* & *victoriam*, cuius nempe praemium Hippodamia, aliquo modo repraesentaret; quod hic quoque videtur esse monendum.

11 τὸν Λυδίον τε καὶ ἁβρὸν τρόπον] sic inf. in *Pelope* sub init. στολὴ ἁπαλὴ σχῆμα ἐκ Λυδίας.

12 ἣν μικρῷ πρόσθεν εἶδες] hinc manifestum est ordinem harum imaginum, quo a Philostrato collocatae fuerunt in nostris codicibus, esse immutatum. Clarissime enim haec produnt *Pelopis* imaginem, quae inf. habetur sub fin. huius libri primi, ab ipso Philostrato praemissam fuisse huic quam nunc prae manibus habemus.

13 ἀνακαλύπτεσα] nempe nouae nuptae *velum* ponebant, vnde ἀνακαλυπτήρια dies post nuptias, qua amoto flammeo propinquis se conspiciendam praebebat sponsa: vide observata ad *Vit. Sophistar.* l. II. in *Hermocrate*. n. 17.

14 νέυς] sic legendum putaui. Nam editi habent νέους.

ΠΕΝΘΕΥΣ[1].

Γέγραπται μὲν, ὦ παῖ, καὶ τὰ ἐν τῷ Κιθαιρῶνι, βακχῶν χοροὶ, καὶ ὕποινοι πέτραι[2], καὶ νέκταρ ἐκ βοτρύων, καὶ ὡς γάλακτι τὴν βῶλον[3] ἡ γῆ λιπαίνει. καὶ ἰδὲ κιττὸς ἕρπει, καὶ ὄφεις ὀρθοὶ[4], καὶ θύρσοι, δένδρα, οἶμαι, μέλι σάζοντα[5]. καὶ ἥδέ σοι ἐλάτη χαμαὶ[6], γυναικῶν ἔργον ἐκ Διονύσου μέγα. πέπλωκε δὲ, τὸν Πενθέα ἀποσεισαμένη ταῖς βάκχαις, ἐν εἴδει λέοντος[7]. αἱ δὲ καὶ ξαίνεσι τὸ θήραμα[8], μήτηρ ἐκείνη, καὶ ἀδελφαὶ μητρὸς, αἱ μὲν ἀποῤῥηγνῦσαι τὰς χεῖρας[9], ἡ δὲ ἐπισπῶσα τὸν υἱὸν τῆς χαίτης[10]. εἴποις δ' ἂν ὡς καὶ ἀλαλάζουσιν, ὅτως εὔιον αὐλαῖς τὸ ἆσθμα. Διόνυσος δὲ αὐτὸς μὲν ἐν περιωπῇ τούτων ἔσηκεν, ἐμπλήσας τὴν παρειὰν χόλου, τὸν δὲ οἶστρον προσβακχεύσας[11] ταῖς γυναιξίν· ὅτε ὁρῶσι γῆν τὰ δρώμενα, καὶ ὁπόσα ἱκετεύει ὁ Πενθεὺς λέοντος ἀκούειν φασὶ βρυχωμένου. ταυτὶ μὲν τὰ ἐν τῷ ὄρει. τὰ δὲ ἐγγὺς ταῦτα, ἤδη Θῆβαι, καὶ Κάδμου στέγη, καὶ θρῆνος ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ[12]. καὶ συναρμόττουσιν οἱ προσήκοντες τὸν νεκρὸν[13], εἴπῃ σωθείη[14] τῷ τάφῳ[15]. πρόκειται καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ Πενθέως, ἀκέτ' ἀμφίβολος[16],

XVIII. PENTHEVS.

Picta quidem [heic] sunt, o puer, in Cithaerone etiam gesta, Baccharum chori, & petrae vino scaturientes, & ex racemis nectar, vtque lacte tellus glebam pingue faciat. Ecce autem hedera serpit, & serpentes erecti, ac Thyrsi, arboresque melle, vt puto, stillantes, en tibi etiam abietem humi procumbentem, magnum mulierum, Bacchi numine actarum, opus. Cecidit autem, Pentheum sub leonis specie in Baccharum gratiam excutiens. Sed ipsae praedam discerpunt, mater illa est, matrisque istae sorores, hae quidem diuellentes manus, illa vero coma trahens filium. Vlulare etiam dixeris, adeo Euium spirant. Ipse autem Bacchus haec quasi e specula intuetur, ira genam replens, oestrum vero mulieribus incutiens; nec igitur quid faciant vident, & quicquid Pentheus precetur, frementem se audire leonem aiunt. Atque illa quidem sunt, quae in monte geruntur. Haec vero quae istis sunt vicina, Thebae iam sunt & Cadmi domus, & luctus ob praedam istam. Defunctumque affines componunt, si quodammodo sepulcro possit seruari. Caput etiam Penthei expositum vides, non dubium amplius, sed

---

XVIII. ΠΕΝΘΕΥΣ. 1 *Πενθεὺς*] cod. Laudian. addit *Βάκχαι*. Ceterum huius picturae argumentum Tragici duo Aeschylus & Euripides tragoediis delinearunt, adde Ouid. Metamorph. l. III.

2 *ὕποινοι πέτραι* &c.] alludit ad illud Euripid. in Bacchis v. 142. sq.

Ῥεῖ δὲ γάλακτι πίδον,
Ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν
Νέκταρι

item v. 703. vbi de Baccharum vna

Θυρσοῦ δέ τις λαβοῦσ' ἔπαισεν εἰς πέτραν,
Ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς.
Ἄλλη δὲ νάρθηκ' εἰς πίδον καθῆκε γῆς,
Καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός.
Ὅσαις δὲ λευκὸν πώματος πόθος παρῆν,
Ἀκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα
Γάλακτος ἱσμὸν εἶχον.

conf. & s. ad *Semelen* obseruata n. 5.

3 *γάλακτι τὴν βῶλον*] vid. supra not. 5. ad *Semelen* & modo allegatos versus Euripid. sub fin.

4 *ὄφεις ὀρθοὶ*] nam & illi in symbolis Bacchi. Scilicet natum eum Iupiter

Στεφάνωσίν τε δρακόντων
Στεφάνοις.

vt est apud Euripid. Bacch. v. 101. imo & Bacchae

Ὀφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσαι γένυν,

vt est ibid. v. 697. adde v. 767. & Horatium lib. II. od. 19.

5 *θύρσοι δένδρα οἶμαι μέλι σάζοντα*] hoc quoque desumtum ex Euripide est. l. c. v. 709. sq.

— — ἐκ δὲ κισσίνων
Θύρσων γλυκείαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί.

6 *ἥδε σοι ἐλάτη χαμαὶ* &c.] abietem quam conscenderat Pentheus, Bacchicorum Orgiorum explorator, Bacchae euulserunt, vid. Euripid. v. 1101. & notata supra ad Semelen, n. 9.

7 *ἐν εἴδει λέοντος*] nam furore Bacchico actae *mater* Penthei *Agaue*, & matris *sorores*, quae *Ino* erant & *Autonoe*, Leonem credebant Pentheum. vide Euripid. Bacchis Act. IV. initio, maxime v. 1210. sq. Ouidius tamen Metamorph. III. *aprum* eum visum Bacchis ait.

8 *θήραμα*] *μακάριον θήραμα* vocat ipsa *Agaue* apud Euripid. v. 1170.

9 *ἀποῤῥηγν. τὰς χεῖρας*] *Ino* & *Autonoes* partes in illa caede describens Euripides v. 1127.

Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξεργάζετο,
Ῥηγνῦσα σάρκας, Αὐτονοή τ' &c.

10 *σπῶσα τὸν υἱὸν τῆς χαίτης*] mortui caput, coma haut dubie apprehensum, arripuisse *Agauen*, narratur apud Euripidem v. 1138.

11 *τὸν δὲ οἶστρον προσβακχίνσας*] non absimilis phrasis Aeliani Var. III, 42. *ἀκούω δὲ ὅτι καὶ ταῖς Λακεδαιμονίαις γυναιξὶν ἔπεσέ τις οἶστρος βακχικός.*

12 *ἄγρᾳ*] haec lectio est cod. Laudiani, quam & Morell. ex suis in margine adnotauerat. Genuinam esse non dubito. Nempe tanquam *praedam* furore Bacchico adhuc acta *Agaue* caput Penthei *Thebis* ostentabat, vbi proinde *θρῆνος ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ*. Et certe ita chorus apud Euripidem ad Agauen *caput Penthei*, quasi *Leonis* esset, iactantem, *εὐτυχεῖς τᾷδ' ἄγρᾳ* v. 1181. quod non obseruantes librarii imperiti in *ἀγορᾷ* mutauere *τὸ ἄγρᾳ*, occupaueratque haec lectio editionem Morellianam, & codices quos in versione secutus est Niger. Nam Aldina habet *ἄγρᾳ*.

13 *συναρμ. οἱ προσήκοντες* &c.] *Cadmus* nempe *auus* vide Euripid. v. 1215. sq. nam ex *Agaue* Cadmi filia, & Echione Thebano natus Pentheus.

14 *εἴπῃ σωθείη*] nempe difficillimum erat lacera membra & passim disiecta colligere: vid. Euripid. v. 1217. sq. adde v. 1135. sq. it. v. 1298. sq.

15 *τῷ τάφῳ*] nam magna sepulturae, vt notum, religio, sine qua ne manibus quidem bene esse, imo ne ad inferos quidem patere accessum, persuasum haberet antiqua superstitio.

16 *ἀκέτ' ἀμφίβ.*] id est, quod *mater* pro Leonino non amplius haberet.

quod

quod vel ipſi Baccho miſericordiam mouere poſſit, primam iuuentutem prae ſe ferens, genam molle, comaſque flauum, quas neque hedera, neque ſmilacis, aut vitis palmes reuinxit, neque tibia concuſſit aliqua, neque bacchicum oeſtrum, contra iſta enim obfirmato erat animo, ſed viciſſim etiam Bacchas obfirmabat. Inſaniebat autem hoc ipſo quod cum Baccho non inſaniret. Miſericordia digna ea quoque, quae mulieribus eueniunt, putare fas eſt. Quanta ſunt enim quae in Cithaerone ignorarunt! quanta quae heic demum cognoſcunt! Nam non inſania modo, verum etiam robur, quo bacchabantur, ipſas deſtituit. In Cithaerone enim quidem vides vt certamini totae ferantur intentae, clamore quam alte mons ſurgit ſublato. Hic vero quiete conſiſtunt, & quae furore correptae commiſerunt, intelligere occipiunt: humique ſedentes, alia quidem caput in genua inclinatum habet, alia vero in humerum. Agauen autem amplecti quidem filium animus fert: tangere tamen veretur. Filiique ſanguine tam manus ipſius, quam gena, mammaeque pars denudata perſperſa eſt. Suntque adhuc quidem Harmonia & Cadmus, non quales antea fuerant tamen, in dracones enim a Parcis iam ſunt transformati. Iamque ſquama ipſos occupat: euanuere pedes, euanuere nates, formaeque mutatio ad ſuperiora ſerpit. Ipſi vero obſtupeſcunt, ſeque inuicem amplectuntur, vt qui corporis reliqua retinere cupiant, vt illa ipſos ſaltem ne fugiant.

XIX. TYRRHENI.

En ſacram nauem, nauemque piraticam. Alteram quidem Bacchus gubernat, Tyrrheni alteram, in circumfuſo ſibi mari piraticam exercentes. Sacram quod attinet navem, in ea Bacchus bacchatur adfrementibus Bacchis. Muſica autem, quaecunque in orgiis obtinet, in mari reſonat. Ipſumque ter-

ἀλλ' οἷα καὶ τῷ Διονύσῳ ἐλεεῖν, νεωτάτη, καὶ ἁπαλὴ τὴν γένυν, καὶ πυρσὴ τὰς κόμας, ὡς ὅτε κιττὸς ἥρεψεν, ὅτε σμίλακος ἢ ἀμπέλου κλῆμα, ὅτε αὐλὸς ἔσεισέ τις, ὅτε οἶστρος, ἐρρώννυτο γὰρ ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἐρρώννυεν αὐτάς[17]. ἐμαίνετο δὲ αὐτὸ τὸ μὴ μετὰ Διονύσου μαίνεσθαι. ἐλεεινὰ καὶ τὰ τῶν γυναικῶν ἠγώμεθα, οἷα μὲν γὰρ ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ἠγνόησαν, οἷα δὲ ἐνταῦθα γινώσκουσιν. ἀπολέλοιπε δὲ αὐτὰς οὐχ ἡ μανία μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ῥώμη, καθ' ἣν ἐβάκχευσαν. κατὰ μὲν γὰρ τὸν Κιθαιρῶνα ὁρᾷς ὡς μεταὶ τοῦ ἄθλου[18] φέρονται, συνεξαίρουσαι τὴν ἠχὼ τοῦ ὄρους, ἐνταῦθα δὲ καθίζανται, καὶ εἰς νοῦν τῶν βεβακχευμένων ἤκουσιν. ἰζάνουσαί τε κατὰ τῆς γῆς, τῆς μὲν εἰς γόνατα ἡ κεφαλὴ βρίθει, τῆς δὲ εἰς ὦμον. ἦδ' Ἀγαυὴ περιβάλλειν μὲν τὸν υἱὸν ὥρμηκε, θίγειν δὲ οὐκ εἴ. προσμέμικται δ' αὐτῇ τὸ τοῦ παιδὸς αἷμα, τὸ μὲν εἰς χεῖρας, τὸ δὲ εἰς παρειάν, τὸ δὲ εἰς τὰ γυμνὰ τοῦ μαζοῦ. ἡ δὲ Ἁρμονία καὶ ὁ Κάδμος εἰσὶ μὲν[19], ἀλλ' οὐχ οἷοί περ ἦσαν, δράκοντες γὰρ ἤδη ἐκ μοιρῶν γίνονται[20]. καὶ φολὶς ἤδη[21] αὐτοὺς ἔχει, φρῦδοι πόδες[22], φρῦδοι γλυτοί, καὶ ἡ μεταβολὴ τοῦ εἴδους ἕρπει ἄνω. οἱ δὲ ἐκπλήττονται, καὶ περιβάλλουσιν ἀλλήλους, οἷον ξυνέχοντες τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος, ὡς ἐκεῖνα γοῦν αὐτοὺς μὴ φύγῃ.

ΤΥΡΡΗΝΟΙ[1].

Ναῦς θεωρὶς[2], καὶ ναῦς ληστρική. τὴν μὲν Διόνυσος εὐθύνει· τὴν δ' ἐμβεβήκασι Τυρρηνοὶ, λησταὶ τῆς περὶ αὐτοὺς θαλάσσης. ἡ μὲν δὴ ἱερὰ ναῦς, βακχεύει ἐν αὐτῇ ὁ Διόνυσος, καὶ ἐπιῤῥοθοῦσιν αἱ βάκχαι. ἁρμονία δὲ, ὁπόση ὀργιάζει, κατηχεῖ τῆς θαλάσσης. ἡ δὲ ὑπέχει τῷ Δι-

17 *καὶ ἐῤῥώννυεν αὐτὰς*] horum iſtum ego puto ſenſum eſſe: dum nimia animi peruicacia Bacchi exercitui ſe opponebat Pentheus, in carcerem complures Maenadum coniiciens, & mala omnia ipſis pariter ac Baccho minatus, magis eas hoc ipſo firmabat, & animo vt eſſent magis effero efficiebat, Bacchi numine hoc vehementius eas excitante.

18 *μεταὶ τοῦ ἄθλου*] phraſis vitae Apollonii ſcriptori frequentiſſima: animum, qui totus aliqua re occupatus eſt, *μετὰ αὐτῆς* paſſim dicenti.

19 *εἰσὶ μὲν*] adhuc ſunt Cadmus & Harmonia, formamque eorum humanam adhuc diſcernere licet, ſed iam mutari incipiunt, neque adeo ſunt amplius quales erant. Sic in ſq. imagine Tyrrhenos intueri iubet *ἕως εἰσὶν*. i. e. donec *homines* ſunt forma, nondum in delphinos mutati.

20 *δράκοντες γὰρ ἤδη ἐκ μοιρῶν γίν.*] fabulam tangit Euripid. in Bacchis ſub fin. adde Ouid. Metam. IV. fab. XX. Nonnum Dionyſ. XLIV. Dionyſ. Perieget. v. 390. Hygin. fab. VI. Apollodor. l. III. c. 5. § IV. &c. fabulae quid veri ſubſit eruit ingenioſe Magnus Bochartus Geogr. S. l. I. c. 19.

21 *καὶ φολὶς ἤδη*] ſequentia ſcripſiſſe plane videtur noſter ob oculos habens Ouidium Metam. IV. v. 576. ſqq.

22 *φρῦδοι πόδες*] Ouid. l. c.

— — *commiſſaque in vnum*
Paulatim tereti ſinuantur acumine crura.

vide ſimilia paulo poſt in Tyrrhenis n. 5.

XIX. ΤΥΡΡΗΝΟΙ. 1 *Τυρρηνοὶ*] omnino nonnulla huius picturae expreſſa videntur ex Homeri hymno in Bacchum. Nec non ex Ouidio Metam. l. III. v. 605. ſeq. Habet etiam hanc fabulam in Dionyſiac. lib. XLV. p. 1165. Nonnus. a quibus omnibus tamen in hoc diſſentit haec Philoſtrati imago, quod illi Bacchum in littore agentem & a Tyrrhenis interceptum narrent, haec Tyrrhenos Baccho, ipſi quoque nauiganti, inſidiantes tantum exhibent.

2 *θεωρὶς*] recte *nauis ſacra* nam *θεωροὶ* dicti quicunque ſacras legationes obirent. Praeprimis tamen ita dicta Athenienſium nauis quotannis in Delum miſſa. De qua vide Meurſium in Theſeo c. 16.

ονύσῳ τὰ ἑαυτῆς νῶτα, καθάπερ ἡ Λυδῶν γῆ[3]. ἡ δὲ ἑτέρα ναῦς μαίνονται, καὶ τῆς εἰρεσίας ἐκλανθάνονται[4], πολλοῖς δὲ αὐτῶν καὶ ἀπολώλασιν ἤδη αἱ χεῖρες[5]. τίς ἡ γραφή[6]; τὸν Διόνυσον, ὦ παῖ, λοχῶσι Τυρρηνοὶ, λόγῳ ἐς αὐτοὺς ἥκοντος, ὡς θῆλύς τε εἴη, καὶ ἀγύρτης, καὶ χρυσᾶς τὴν ναῦν, ὑπὸ τῷ ἐν αὐτῇ πλέτῳ, γύναιά τε αὐτῷ ὁμαρτοίη[7] Λύδια, καὶ Σάτυροι, καὶ αὐληταὶ, καὶ ναρθηκοφόρος γέρων[8], καὶ οἶνος Μαρώνειος, καὶ αὐτὸς ὁ Μάρων[9], καὶ Πᾶνας αὐτῷ ξυμπλεῖν ἀκόντες ἐν εἴδει τράγων, αὐτοὶ μὲν ἄξεσθαι τὰς Βάκχας, αἶγας δὲ ἀνήσειν ἐκείνοις, ἃς ἡ Τυρσηνῶν γῆ βόσκει. ἡ μὲν δὴ ληστρικὴ ναῦς τὸν μάχιμον πλεῖ τρόπον. ἐπωτίσι[10] τε γὰρ κατεσκεύασται, καὶ ἐμβόλῳ[11], καὶ σιδηραῖ αὐτῇ χεῖρες[12], καὶ αἰχμαὶ, καὶ δρέπανα ἐπὶ δοράτων[13]. ὡς ἐκπλήττοι τὰς ἐντυγχάνοντας, καὶ θηρίον τι αὐτοῖς ἐκφαίνοιτο[14], γλαυκοῖς μὲν γέγραπται χρώμασι, βλοσυροῖς δὲ κατὰ πρῷραν ὀφθαλμοῖς[15] οἷον βλέπει. λεπτὴ δὲ ἡ πρύ-

ga Baccho ſubſternit haud ſecus ac Lydorum tellus. Quantum ad alteram vero nauem [eius vectores] inſaniunt, remigationiſque obliuiſcuntur. Ipſorumque quam plurimis iam manus periere. Quid ſibi vult pictura? Tyrrheni, o puer, Baccho inſidiantur, fama ad eos allata, quod effeminatus ſit, ac circumforaneus, naueque vehatur plane aurea, (tantum ei ineſſe opum,) comites item habeat Lydias mulierculas, & Satyros, ac tibicines, & feruliferum ſenem, vinum item Maroneum cum ipſo Marone: Panas etiam hircorum forma cum ipſo nauigare audientes, atque illi [inſidiantur] quidem Bacchas captivas abducturi, capras vero, quas Tyrrhenorum paſcit terra, illis paſcendas permiſſuri. Piratica igitur nauis bellicarum ritu nauigat. Nam prominentibus ex vtraque prorae parte lignis & roſtro inſtructa eſt: manus praeterea ipſi ſunt ferreae, cuſpidibuſque ac falcibus praefixae haſtae. Vtque occurrentes perterrefaciat, monſtrumque marinum quoddam ipſis eſſe videatur, coerulis quidem picta eſt coloribus: circa proram vero truculentis velut tuetur oculis. Puppis item tenuis

---

3 ἡ Λυδῶν γῆ] *Lydiam* inter ceteras terras Baccho devotas commemorat Euripides Bacch. prol. v. 13.

4 μαίνονται, καὶ εἰρεσ. ἐκλανθ.] nempe in furorem acti a Baccho, cui inſidiabantur, in numen eius iniurii. Sic Ouid. l. c. v. 670.

Exſiluere viri ſine hoc INSANIA fecit
Siue timor.

Et Nonnus:

Τυρσηνοὶ δ' ἰάχησαν, ἰδὰκχίνοντο δὲ λύσσῃ,
Εἰς φόβον οἰσχηθέντες.

5 καὶ ἀπολώλασιν ἤδη αἱ χεῖρες] nempe dum in *Delphinos* a Baccho mutarentur, manus amiſerunt. Videtur hoc ex Ouidio pictor eſſe imitatus: v. 676.

- *Libys obſtantes dum vult obuertere remos*
In ſpatium reſilire manus breue vidit, & illas
Iam non eſſe manus; iam pinnas poſſe vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit, truncoque repandus in vndas
Corpore deſiluit.

Sic in praeced. imagine φεῦδοι πόδες, φεῦδοι γλυτοὶ de Cadmo & Harmonia, dum in dracones mutarentur.

6 τίς ἡ γραφή] haec *pueri* eſſe, cui Philoſtratus has imagines explicat, petentis interpretationem eius, quae ante oculos eſt, indicatur in cod. Angl. vt in ſequentibus reſpondens Philoſtratus pergat ad explicandam imaginem. Nil obſtat tamen, quo minus ipſe Philoſtratus, quaſi miratus formas huius imaginis varias, dicere credatur, Quid iſta ſibi vult pictura? Maxime cum nuſpiam alias in hiſce imaginibus puerum vocem emittere obſeruemus.

7 γύναια τε αὐτ. ὁμαρτ. &c.] non diſſimili ratione, ſed paulo fuſius Bacchi exercitum deſcribit Lucian. in Bacchо T. II. p. 510. ſq.

8 ναρθηκοφόρος γέρων] Silenus, quem πρεσβύτην ναρθηκι ἐπερειδόμενον l. c. vocat Lucianus.

9 οἶνος Μαρώνειος καὶ αὐτὸς ὁ Μάρων] vid. de Marone heroe, Bacchi comite, obſeruata ad *Heroica* Philoſtrati in proem. n. 13. Id tantum moneo male huc trahere Vigenerium *Mendem* Aegypti regem, quem Μάνδην vel Μάνδον dictum etiam narrat Diodor. Sic. Bibl. l. I. p. 55. Aliud enim Μάνδος aliud Μάνδων, nec verbum apud Diodorum, quo memoret Mendem illum in exercitu Bacchi fuiſſe, ſed de ſuo ingenio illa Vigenerius confinxit.

10 ἐπωτίσι] Scholiaſt. Thucyd. ad l. VII. c. 34. ἐπωτίδες εἰσὶ τὰ ἑκατέρωθεν τῆς πρῴρας ἐξέχοντα ξύλα, ex quo eadem repetit *Suidas*. Ligna ergo ſunt ab vtraque parte prorae auricularum inſtar prominentia, & ad feriendum comparata.

11 ἐμβόλῳ] ἔμβολον roſtrum eſſe, notiſſimum. Sic Appianus in Mithridaticis Marii caput πρὸ τῶν ἐμβόλων i. e. *pro roſtris* poſitum ait. Taceo complura Plutarchi loca. Apud eoſdem autores frequens mentio χαλκεμβόλων νεῶν i. e. *nauium roſtratarum*.

12 σιδηραῖ αὐτ. χεῖρες] quas κόρακας alias appellant: Appian. l. V. de Bell. ciuil. καὶ κόρακας ἢ χεῖρας σιδηρᾶς ἰυκολώτερον ἐπερρίπτεν. *Manus ferreas* Latini quoque dicunt. Caeſar l. I. de Bell. Ciuil. *iniecta manu ferrea & retenta vtraque naue:* dicunt item *harpagones*. Idem lib. eod. p. 494 *manus ferreas atque harpagonas parauerant*. Clarius etiam Curtius l. IV. c. 9. *ferreae quoque manus, harpagonas vocant*. Illas iniiciebant propinquis nauibus, retinendi cauſa. Inuentorem earum Periclem facit Plinius H. N. l. VII. ſect. 57. deſcribit illas Liuius lib. XXX. p. 355. & Frontinus l. II. Strateg. c. 3.

13 καὶ δρέπανα ἐπὶ δοράτων] hae verbis Caeſaris lib. III. de Bello Gallic. p. m. 105. *falces praeacutae, inſertae affixaeque longuriis*, quae ſuae claſſi magno vſui fuiſſe contra Gallorum naues ait. *Longurii* haſtae ſunt ſeu *perticae* longiores teſte Varrone, adeoque ipſiſſima Philoſtrati δόρατα quibus inſerta δρέπανα h. e. *falces*. His vero funes, quibus antennae ad malos religabantur, comprehenſos adductoſque, remis incitato nauigio rumpebant, vt eſt apud eundem Caeſarem.

14 θηρίον τι αὐτοῖς ἐκφαίν.] ſic nempe variorum animantium forma antiquitus naues conſtruebant. Pollux l. I. c. 9. §. I. ἔστι δέ τινα πλοῖα Λύβια, λεγόμεναι κριοὶ καὶ τράγοι ὡς εἰκάζειν, ὅτι τοιοῦτον ἦν πλοῖον καὶ ὁ Ταῦρος, ὁ τὴν Εὐρώπην ἀγαγών.

15 κατὰ πρῴραν ὀφθαλμοῖς] ab *oculo* ibi picto in nauibus, forma animalis effictis, forte nomen accepit illa pars nauis. Nam ὀφθαλμὸν inter partes nauis cenſet Pollux l. c. §. III. circa *proram*.

eſt,

est,& vt luna falcata,perinde ac piscium postrema. At Bacchi nauis ceteris quidem partibus, quantum mihi videtur, saxo similis est: qua proram vero squamosa videtur, cymbalis ipsi decussatim adaptatis, ne, si quando Satyri vino grauati dormirent, sine strepitu Bacchus nauigaret. Prora autem ad aureae pantherae formam efficta est atque producta. Baccho enim animal istud gratissimum est, namque animalium habetur calidissimum, leuique fertur saltu, & Bacchae ritu. Vides igitur & ipsam feram cum Baccho nauigantem, & in Tyrrhenos prosilientem, etiam antequam Bacchus iussisset. Thyrsus autem ille e media naui pullulauit, mali vicem gerens, purpureaque ex eo suspensa sunt vela, quorum sinus splendore sunt coruisci; aureae autem intextae sunt Bacchae, in Tmolo bacchantes, Baccho item in Lydia gesta. Quod porro vite, atque hedera nauis tecta esse videatur, quodque racemi super ipsam attollantur, mirum est quidem: sed longe magis mirandus vini fons, vt nauis eum edat carina, atque velut antlia educat. Verum ad Tyrrhenos reuertamur, quousque manent: Bacchus enim modo in furorem agit eos. Delphinorumque Tyrrhenos iam occupant formae,quales antea non alebat hoc mare, nec ab iis incolebatur. Atque huic quidem latera sunt coerula, lubrica pectora alii: alii pinna

μνα, καὶ μηνοειδὴς[16], καθάπερ τὰ τελευτῶντα τῶν ἰχθύων. ἡ δὲ τῦ Διονύσυ ναῦς τὰ μὲν ἄλλα πέτρᾳ, μοι δοκεῖν, διείκασαι[17], φολιδωτὸς δὲ ὁρᾶται τὰ εἰς πρῴραν, κυμβάλων αὐτῇ[18] παραλλὰξ ἡρμοσμένων, ἵν', εἰ καὶ Σάτυροί ποτε ὑπὸ οἴνυ καθεύδοιεν, ὁ Διόνυσος μὴ ἀψοφητὶ πλέοι. τὴν δὲ πρῴραν ἐς χρυσῆν πάρδαλιν εἴκασαί τε καὶ ἐξῆκται. φιλία δὲ τῷ Διονύσῳ πρὸς τὸ ζῶον, ἐπειδὴ θερμότατον τῶν ζώων ἐστὶ[19], καὶ πηδᾷ κᾆφα, καὶ ἴσα Εὐάδι[20]. ὁρᾷς γᾶν καὶ αὐτὸ τὸ θηρίον συμπλέον[21] τῷ Διονύσῳ, καὶ πηδῶν ἐπὶ τὰς Τυρρηνάς, μήπω κελεύοντος; θύρσος δὲ ἀτοσὶν ἐκ μέσης νεὼς πέφυκε, τὰ τᾶ ἱστᾶ πράσσων[22], καὶ ἱστία μεθῆπται ἀλυργῆ, μεταυγάζοντα ἐν τῷ κόλπῳ[23]. χρυσαῖ δὲ ἐνύφανται Βάκχαι ἐν τῷ Τμώλῳ[24], καὶ Διονύσυ τὰ ἐν Λυδίᾳ. κατηρεφῆ δὲ τὴν ναῦν ἀμπέλῳ, καὶ κιττῷ[25] φαίνεσθαι, καὶ βότρυς ὑπὲρ αὐτῆς αἰωρεῖσθαι, θαῦμα μέν· θαυμασιωτέρα δὲ ἡ πηγὴ τᾶ οἴνυ, ὡς κοίλη αὐτὸν ἡ ναῦς ἐκδίδοται[26], καὶ ἀντλεῖται. ἀλλὰ ἐπὶ τὰς Τυρρηνὰς ἴωμεν, ἕως εἰσὶν[27]. ὁ γὰρ Διόνυσος αὐτὰς ἐμήνας[28]. ἐντρέχασι τοῖς Τυρρηνοῖς ἰδέαι δελφίνων, ἄπω ἐθάδων, ἀδὲ ἐγχωρίων τῇ θαλάσσῃ. καὶ τῷ μὲν τὰ πλευρὰ κυάνεα[29], τῷ δ' ὀλισθηρὰ τὰ σέρνα, τῷ δ' ἐκφύεται λοφιὰ παρὰ τῷ μετα-

---

16 λεπτὴ δὲ ἡ πρύμνα καὶ μηνοειδὴς καθάπερ &c.] vt scilicet marinae bestiae caudam referret. Sic de *Delphino* Ouidius Metam. III. v. 681.

— — *falcata nouissima cauda est,*
Qualia diuiduae sinuantur cornua lunae.

17 μοι δοκεῖν διείκασαι] δοκεῖν omissum in editis. Codex Anglic. δοκεῖ habebat, vnde δοκεῖν fecimus.

18 αὐτῇ] vocem hanc ex cod. Angl. adiecimus, nam in editis desiderabatur.

19 ἐπειδὴ θερμότ. τ. ζώων ἐστὶ] mirum praeteritam Philostrato eam causam fuisse, quod pantherae sint vini appetentissimae, vt ex Oppiani Cynegeticis & Arabibus obseruatum magno Bocharto Hieroz. P. II. l. III. c. 7. p. 790.

20 πηδᾷ κᾆφα καὶ ἴσα Εὐάδι] sic Pollux corpus πηδητικὸν pantherae tribuit. vide plura apud eund. Bochart. l. c. p. 788.

21 αὐτὸ τ. θηρ. συνπλέον &c.] sic Ouid. de Baccho inter Tyrrhenos piratas Metam. III. v. 668.

Quem circa tigres, simulacraque inania lynces,
Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.

Homerus vero *leonis* & *vrsi* meminit in piratas immissi; *tauri* & *leonis* Nonnus.

22 θυρσὸς δὲ ἀτοσὶν — τὰ τᾶ ἱστᾶ πρ.] simili modo Nonnus, Bacchum a piratis in naui earum detentum vt captiuum, mutasse malum nauis in thyrsum dicit:

Καὶ χλεερῇς πετάλοισι κατάσκιος ἠέρι γείτων
Ἰσὸς ἴην κυπάρισσος ὑπέρτατος, ἐν δὲ μεσόδμῃ
Κισσὸς ἀερσιπότητος ἀνήϊεν αἰθέρι γείτων,
Σειρὴν αὐτοέλικτον ἐπιπλέξας κυπαρίσσῳ.

Aliter rursus Homeri lusit φαντασική.

Αὐτίκα δ' ἀκρότατον παρὰ ἰσίοι ἐξετανύσθη
Ἀμπελος ἔνθα καὶ ἔνθα, κατεκρημνῶντο δὲ πολλοὶ
Βότρυες· ἀμφ' ἱστὸν δὲ μίλας εἱλίσσετο κισσός,
Ἀνθεσι τηλεθάων, χαρίεις δ' ἐπὶ καρπὸς ὀρώρει.

23 μεταυγάζοντα ἐν τῷ κολπῷ] scilicet *sinus* veli maxime ostendebat aurum, quo vt ex sqq. patet purpura erat intexta.

24 ἐν τῷ Τμώλῳ] notus Phrygiae mons, vini feracissimus, atque eo in gratissimis Baccho, in quibus ille cum Maenadibus suis orgia celebraret, censitus. Orpheus hymno ad Sabazium de Baccho:

— ὅπως τετελεσμένος ἔλθῃ
Τμῶλον ἐς ἠγάθεον —

& autor tragoediae quae Thebais inscribitur:

Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga.

25 ἀμπέλῳ καὶ κιττῷ] his alludi videtur ad locum Homeri paulo ante not. 22. adducto.

26 ὡς κοίλη αὐτὸν ἡ ναῦς ἐκδίδ.] Homerus Hymn. in Bacch. v. 35.

Οἶνος μὲν πρῶτιστα θοὴν ἀνὰ νῆα μίλαιναν
Ἡδύποτος κελάρυζε· ἰνάδες, ὄφρυτο δ' ὀδμὴ
Ἀμβροσίη.

Et Nonnus:

Πεύμνης δ' ἡδυπότοιο βαθυνομίου Διονύσου
Οἶνον ἀναβλύζεσκε μέθης βακχίνετο πηγή.

27 ἕως εἰσὶν] nempe, quasi res vt patratur, non in imagine spectaretur, *ad Tyrrhenos properemus dum adhuc sunt* ait, paulo post nempe a Baccho in Delphinos transformandos. Similis phrasis s. in *Pentheo* vbi vid. n. 9.

28 αὐτὰς ἐμήνας] vid. s. not. 4.

29 καὶ τῷ μὲν τὰ πλευρὰ κυάνεα] haec plane ex Ouidio videntur expressa, cuius locum non exscribo, nam paulo prolixior est. vide Metam. III, v. 671. sqq.

φρένῳ, ὁ δὲ ἐκδίδωσι τὰ ὠραῖα. καὶ τῷ μὲν ἡ κεφαλὴ φράδη, τῷ δὲ λοιπή, τῷ δ' ἡ χεὶρ ὑγρά, ὅδ' ὑπὲρ τῶν ποδῶν ἀπιόντων βοᾷ. ὁ δὲ Διόνυσος ἐκ πρώρας γελᾷ ταῦτα, καὶ κελεύει τοῖς Τυρρηνοῖς, τὰ μὲν εἰδη ἰχθύσιν ἐξ ἀνθρώπων, τὰ δὲ ἤθη χρηστοῖς ἐκ φαύλων. ὀχήσεται γᾶν μικρὸν ὕστερον Παλαίμων[30] ἐπὶ δελφῖνος, ἀδὲ ἐγρηγορὼς ὅτος, ἀλλ' ὕπτιος ἐπ' αὐτῷ καθεύδων. καὶ Ἀρίων[31] δὲ, ὁ ἐπὶ τῷ Ταινάρῳ, δηλοῖ τοὺς δελφῖνας ἑταίρους τε εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ᾠδῆς φίλους, καὶ οἵους παρατάξασθαι πρὸς λῃστὰς ὑπὲρ ἀνθρώπων καὶ μουσικῆς.

e dorso nascitur, alius caudam emittit. Et alius quidem iam caput euanuit, alius vero adhuc superstes est caput, manus alii diffluit; alius quod pedes euanescant clamitat. Bacchus interea de prora ad haec omnia ridet, Tyrrhenisque nutu suo formam quidem piscis, pro humana, induit, mores vero pro improbis probos. Palaemon igitur paulo post delphino vehetur, nec vigilans quidem ille, sed supinus super ipso dorminens. Arion quoque in Taenaro delphinos hominibus esse amicos arguit, cantusque amantes, atque ad id comparatos, vt in hominum musicesue gratiam contra piratas aciem instruant.

ΣΑΤΥΡΟΙ.

Κελαιναὶ μὲν τὸ χωρίον, ὅσον αἱ πηγαὶ[1], καὶ τὸ ἄντρον[2]· ἐκποδὼν δὲ ὁ Μαρσύας, ἢ ποιμαίνων, ἢ μετὰ τὴν ἔριν[3]. μὴ ἐπαίνει τὸ ὕδωρ. καὶ γὰρ, εἰ πότιμον καὶ γαληνὸν γέγραπται, ποτιμωτέρῳ ἐντεύξῃ τῷ Ὀλύμπῳ[4]. ᾠδαὶ δὲ μετὰ τὴν αὔλησιν· ἁβρὸς, καὶ ἐν ἁβροῖς[5] ἄνθεσι, συγκεραννὺς τὸν ἱδρῶτα τῇ τῶν λειμώνων[6] δρόσῳ. καὶ ὁ ζέφυρος ἐκκαλεῖ αὐτὸν[7], προσπνέων τῇ κόμῃ, ὁ δὲ ἀναπνεῖ τοῦ ἀνέμου, ἕλκων τὸ ἀπὸ τοῦ στέρνου ἄσθμα. κάλαμοί τε αὐλοῦντες ἤδη παράκεινται τῷ Ὀλύμπῳ, καὶ σιδήρια ἔτι, οἷς ἐπιθρύπτονται[8] οἱ αὐλοί. ἐρῶντες δὲ αὐτοῦ Σατύρων τὶς ἀγέλη, καταθεῶνται τὸ μειράκιον, ἐρυθροὶ[9], καὶ σεσηρότες· ὁ μὲν τοῦ στέρνου θίγειν δεόμενος, ὁ δὲ ἐμφῦναι τῇ δέρῃ, ὁ δὲ σπᾶσαί τι ἐπιθυμῶν φίλημα. ἄνθη τε ἐπιπάττουσι, καὶ προσκυνοῦσιν ὡς ἄγαλμα. ὁ σοφώτατος δὲ αὐτῶν, ἔτι θερμῷ θατέρου τοῦ αὐλοῦ τὴν γλῶσσαν ἀνασπάσας, ἐσθίει, καὶ τὸν Ὀλυμπον ὕτω φιλεῖν οἴεται[10]. φησὶ δὲ καὶ ἀπογεύσασθαι τοῦ πνεύματος[11].

XX. SATYRI.

Celaenas iste locus refert, quantum ex fontibus, atque antro colligere est: Sed Marsyas abest, aut greges pascens, aut certamini intentus. Aquae laudandae immorari noli. Si dulcis enim illa atque tranquilla picta est, dulciori occurres Olympo. Canit autem, postquam tibias paulo ante inflasset, mollis ipse, & in mollibus floribus, sudorem rori commiscens, qui pratum irrigauit. Ipsum quidem zephyrus inuitat, comae adspirans. Ipseque ventum spirat, ducens ex pectore spiritum. Calami autem, iam in tibiam formati, prope Olympum iacent, ferreaque adhaec instrumenta, quibus tibiae poliuntur. Satyrorum grex, ipsius amore captus, intentis adolescentulum intuetur oculis, rubicundi atque ridentes: alius quidem pectus contrectare cupiens, alius collo inhaerere, alius osculum rapere exoptans. Flores etiam inspergunt, & perinde quasi statuam adorant. Ipsorum autem callidissimus alterius calami, adhuc tepidi, linguulam arripiens, mandit eam, sicque Olympum osculari se putat. Ipsumque etiam spiritum eius degustasse videtur.

---

30 Παλαίμων] cuius imaginem hac forma, qua hic describitur, delineatam habes inf. l. II.

31 Ἀρίων] de quo nota omnia, notus & locus apud Herodotum libro I. taceo Pausaniam, Hyginum, Lucianum &c.

ΧΧ. ΣΑΤΥΡΟΙ. 1 Κελαιναὶ μ. τὸ χωρ. ὅσον αἱ πηγαὶ] Celaenae locus Phrygiae, vbi *Marsyae* & *Maeandri* scaturigines. videatur Strabo l. XII. p. 578. atque hae sunt πηγαὶ, ex quibus *Celaenas* agnoscit in imagine noster.

2 τὸ ἄντρον] antri circa fontes Marsyae, in quo Nymphae habitent, Curtius meminit sub initium lib. III. Hist. Alex.

3 ἢ μετὰ τὴν ἔριν] cum Apolline nempe, cum quo notissimum Marsyae musicum certamen.

4 ποτιμοτέρῳ ἐντ. τῷ Ὀλύμπῳ] nempe *Olympum* quoque in his locis olim egisse pariter ac Marsyam l. c. Strabo autor est. Eum vero repraesentat haec pictura. Ipsum tibiarum cantu non minus ac Marsyam celebrem non opus vt dicam, multa de eo Plutarch. in libro de Musica. Meminere eius Plato etiam in conuiuio, Ouidius Metam. VI. & alii. πότιμος autem dicitur ob pulcritudinem, nam πότιμοι in genere dicitur id quod dulce est, dicunturque καρποὶ γλυκεῖς καὶ πότιμοι Theophrasto, imo metaphorice λόγος quoque πότιμος Platoni.

5 καὶ ἐν ἄνθ.] copulam omittit cod. Laud.

6 λειμώνων] sic ex coniectura restitui, nam vulgati χειμώνος habebant: lectione plane absurda, quam mirum non deprehendisse interpretes.

7 ὁ Ζέφυρος ἐκκαλεῖ αὐτὸν &c.] nempe Zephyrum ad cantus adiutorem supra quoque sistebat in *Paludibus*. vide ibi not. 12.

8 ἐπιθρύπτονται] Gruterus & Salmas. ἐπιτρυπῶνται mallent.

9 ἐρυθροὶ] vino nempe rubentes, vt qui in Bacchi, vt notum, sint sodalitio: imo & διὰ τὸ ἄκρατον τοῦ αἵματος quod infra ipsis tribuitur in *Mida*.

10 τὸν Ὀλυμπον ὕτω φιλ. οἴεται] vid. obseruata s. ad *Amores* n. 12.

11 ἀπογέυσ. τοῦ πνέυματος] eleganter. vid. s. notata ad *Ariadnen* n. 11. 12.

XXI. OLYMPVS.

In cuius gratiam tibias Olympe inflas? quid muſica in ſolitudine opus eſt? Non paſtor tibi adſidet, non caprarius, neque Nymphis canis, quae concinne ad tibiam ſaltare ſolent. Sed, neſcio quomodo affectus, aqua, quae in ſaxo eſt, gaudes, & in ipſam intueris. Quid vero inde habens emolumenti? Etenim neque tibi reſonat, neque tibi obſequetur, neque tibi diem aqua metimur, quippe qui in noctem etiam cantum te producere cuperemus. Quod ſi pulcritudinem tuam in ea examinas, aquam omitte: nos enim longe melius quae tibi inſunt omnia dicere poterimus. Oculus nempe tibi caeſius, multumque ille tibiis gratiae addit. Etiam autem ſupercilium ambit, cantilenae ſenſum indicans. Gena vero vibrari videtur, & quaſi ad cantum ſubſilire. Spirituſque, quod in tibia ſit, nullam faciei partem inflat. Coma autem non inculta quidem, nec vt in adoleſcentulo tamen vrbano pinguis iacet, verum prae ſiccitate quidem ſurſum nititur, ſed tamen nullam prodit ſiccitatem, acuta ac recenti pinu cohibita: pulcra enim eſt corona, & quae formoſis quoque ornatum addere poſſit. Flores autem virginibus naſcantur, mulierculiſque ruborem praeſtent. Pectora tibi repleta dixerim non ſpiritu modo, ſed & muſica cura, ac meditatione carminum ad tibiam canendorum. Ad ea vſque te aqua pingit, in ipſam e ſaxo corpore inclinato, intuentem: quod ſi ſtantem repraeſentaſſet; non vtique apte partes pectore inferiores redditura fuiſſet, ſunt enim aquarum imitationes ſuperficiariae, eo quod quae longa ſunt in ipſis contrahantur. Quod autem tua in vndis agitetur vmbra, id & tibiae tribuatur, fonti adſpiranti: imo & pictori tribuantur haec omnia, cui debetur quod & tu tibia canis, quodque tibia ſpirat, & quod fons tibia mouetur.

ΟΛΥΜΠΟΣ[1].

Τίνι αὐλεῖς Ολυμπε; τί δὲ ἔργον μυσικῆς ἐν ἐρημίᾳ; ἃ ποιμήν σοι πάρεσιν, οὐκ αἰπόλος, οὐδὲ Νύμφαις αὐλεῖς, αἳ καλῶς ἂν ὑπορχήσαντο τῷ αὐλῷ. πάθῃ δὲ, οὐκ οἶδ' ὅ, τι, χαίρεις τῷ ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ὕδατι, καὶ βλέπεις ἐπ' αὐτό. τί μετέχων αὐτοῦ; καὶ γὰρ ὅτε κελαρίζει σοι, καὶ πρὸς τὸν αὐλὸν ὑποίσαι, ὅτε διαμετρᾶμέν σοι τὴν ἡμέραν[2], οἵγε βελοίμεθ' ἂν καὶ ἐς νύκτας ἀποτεῖναι τὸ ἄυλημα. εἰ δὲ τὸ κάλλος ἀνακρίνεις, τοῦ ὕδατος ἀμέλει· ἡμεῖς γὰρ ἱκανώτεροι λέξαι τὰ ἐν σοὶ ἅπαντα. τὸ μὲν ὄμμά σοι χαριέπον, πολλὰ δὲ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐλὸν τὰ κέντρα. ὀφρῦς δὲ αὐτῷ περιβέβληται, διασημαίνουσα τὸν νοῦν τῶν αὐλημάτων[3]. ἡ παρειὰ δὲ πάλλεσθαι δοκεῖ, ᾠδῆ οἷον ὑπορχεῖσθαι τῷ μέλει. τὸ πνεῦμα δὲ οὐδὲν ἐπαίρει τοῦ προσώπου ὑπὸ τοῦ ἐν τῷ αὐλῷ εἶναι. ἡ κόμη τε οὐκ ἀργὴ, ὅτε κεῖται καθάπερ ἐν ἀσυκῷ μειρακίῳ λιπῶσα· ἀλλ' ἐγήγερται μὲν ὑπὸ τοῦ ἀυχμοῦ, παρέχεται δὲ ἀυχμηρὸν ὀδὲν[4], ἐν ὀξείᾳ καὶ χλωρᾷ τῇ πίτυϊ. καλὸς γὰρ ὁ στέφανος, καὶ δεινὸς ἐπιπρέψαι[5] τοῖς ἐν ὥρᾳ, τὰ δὲ ἄνθη παρθένοις ἀναφυέσθω[6], καὶ γυναίοις ἔρευθος ἑαυτὰ ἐργαζέσθω. φημί σοι καὶ τὰ στέρνα ὑπὸ πνεύματος ἔμπλεω εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐννοίας μυσικῆς, ᾗ διασκέψεως τῶν αὐλημάτων. μέχρι τούτων σε τὸ ὕδωρ γράφει, κατακύπτοντα ἐς αὐτὸ ἀπὸ τῆς πέτρας· εἰ δὲ ἐς ἡμᾶς ἔγραφεν, οὐκ ἂν εὐσχήμονα τὰ ὑπὸ τῷ στέρνῳ ἔδειξεν, ἐπιπόλαιοι[7] γὰρ αἱ μιμήσεις τῶν ὑδάτων, ὑπὸ τοῦ συνιζάνειν ἐν αὐτοῖς[8] τὰ μήκη. τὸ δὲ κλύζεσθαί σοι τὴν σκιὰν ἔσω μὲν καὶ παρὰ τοῦ αὐλοῦ, τὴν πηγὴν καταπνέοντος, ἔξω δὲ καὶ παρὰ τοῦ ζωγράφου ταῦτα πάντα, δι' ὃν καὶ σὺ ἐν τῷ αὐλεῖν, καὶ ὁ αὐλὸς ἐν τῷ πνεῖν, καὶ ἡ πηγὴ ἐν τῷ καταυλεῖσθαι.

XXI. ΟΛΥΜΠΟΣ. 1 Ολύμπος] videri poterat haec continuatio eſſe ἐκφράσεως imaginis praecedentis. Verum aliter puto. Hic enim ἐν ἐρημίᾳ nobis ſiſtitur, praecedente imagine inter Satyros.

2 ὅτε διαμετρᾶμέν σοι τὴν ἡμέραν] i. e. ne hoc quidem etiam aqua tibi praeſtat, vt tibi tibiis canenti tempus ea admetiamur, quod oratoribus facere ſolemus, quibus ad clepſydram dicendum: nam tantum abeſt vt modum canendi tibi clepſydra ponamus, vt die aueamus audire & noctu.

3 διασημαίν. τ. νοῦν τ. αὐλ.] nam in ſeriis & triſtibus adducitur ſupercilium, in iucundis remittitur &c.

4 παρέχεται δὲ ἀυχμηρὸν ὀδὲν] ſenſus eſt: comam licet, quantum in ſe eſt, prae ſiccitate ſurſum nitatur, non poſſe tamen ſurgere cohibitam corona ex pinu, adeoque τὸ ἀυχμηρὸν ὁ παρέχεσθαι i. e. non apparere, eam ſiccam adeo eſſe.

5 ἐπιπρέψαι] ſic reſtitui ex coniectura, nam editi male ἐπιτρέψαι.

6 τὰ δὲ ἄνθ. παρθένοις ἀναφ.] ſenſus eſt: coronam ex pinu ſufficere ornando Olympo, maſculae indolis iuueni: nam *flores* feminas decere & iuuenes effeminatos. Similis locus Plutarchi ſympoſ. lib. III. c. 1. vbi Ammonius pronunciat ὅλως εἶναι τοὺς ἀνθίνους στεφάνους κοσμιωτέρους, καὶ παιζόντας μᾶλλον ἐπιτηδείους παρθένοις καὶ γυναιξίν &c.

7 ἐπιπόλαιοι] i. e. minus accuratae.

8 αὐτοῖς] ἀυτοῦς cod. Laud. non male: nam in aquae *repraeſentationibus* μιμήσεσι, non minus, quam in ipſis aquis, ὕδασι, contractio illa longitudinis intelligi poteſt.

ΜΙΔΑΣ.

Καθεύδει ὁ Σάτυρος, καὶ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ λέγωμεν περὶ αὐτῶ, μὴ ἐξεγείρηται, καὶ διαλύσῃ τὰ ὁρώμενα. Μίδας αὐτὸν οἴνῳ τεθήρακεν[1] ἐν Φρυγίᾳ, περὶ αὐτὰ, ὡς ὁρᾷς, τὰ ὄρη, τὴν κρήνην οἰνοχοήσας[2], ἐν ᾗ κεῖται παρεκβλύζων τῶ οἴνῳ[3] ἐν τῷ ὕπνῳ. Σατύρων δὲ ἡδὺ μὲν τὸ σφοδρὸν ὅτε ὀρχῶνται, ἡδὺ δὲ τὸ βωμολόχον ὅτε μειδιῶσι, καὶ ἐρῶσιν οἱ γενναῖοι, καὶ ὑποποιοῦνται τὰς Λυδὰς, αἰκάλλοντες τέχνῃ. κἀκεῖνο αὐτῶν ἔτι. σκληροὶ γράφονται, καὶ ἄκρατοι τὸ αἷμα[4], περιττοὶ τὰ ὦτα, καὶ κοῖλοι τὸ ἰσχίον, ἀγέρωχοι πάντα, καὶ τὸ ἐπὶ τὰ ἀραῖα ἵπποι. τὸ δὲ θήραμα τῶ Μίδᾳ τῶτο γέγραπται μὲν ὅσα ἐκεῖνοι, καθεύδει δὲ ὑπὸ τῶ οἴνῳ, τὸ ἆσθμα ἕλκων ὡς ἐκ μέθης. καὶ ἡ μὲν κρήνη πέποται αὐτῷ ῥᾷον, ἢ ἑτέρῳ κύλικι. αἱ δὲ νύμφαι χορεύουσι, τωθάζουσαι τὸν Σάτυρον ἐπὶ τῷ καθεύδειν. ὡς ἀβρὸς ὁ Μίδας[5], ὡς δὲ ῥάθυμος μίτρας ἐπιμελεῖται καὶ βοστρύχων, καὶ θύρσον φέρει, καὶ στολὴν ἔγχρυσον. ἰδὲ καὶ ὦτα μεγάλα, ὑφ' ὧν ἡδεῖς οἱ ὀφθαλμοὶ δοκοῦντες ὑπνηλοὶ φαίνονται[6], καὶ μεθέλκουσι τὴν ἡδονὴν ἐς τὸ νωθρόν· αἰνιττομένης σπουδῇ τῆς γραφῆς[7] ἐκμεμηνύσθαι ταῦτ' ἤδη, καὶ διαδεδόσθαι τοῖς ἀνθρώποις ἐν καλάμῳ, μὴ κατασχούσης[8] τῆς γῆς, ἃ ἤκουσεν.

ΝΑΡΚΙΣΣΟΣ.

Ἡ μὲν πηγὴ γράφει τὸν Νάρκισσον, ἡ γραφὴ δὲ καὶ τὴν πηγὴν, καὶ τὰ τῶ Ναρκίσσου πάντα[1]. μειράκιον, ἄρτι θήρας ἀπηλλαγμένον, πηγῇ ἐφέστηκεν, ἕλκον τινὰ ἐξ αὐτῶ ἵμερον, καὶ ἐρῶν τῆς αὐτῶ ὥρας. ἀστράπτει δὲ, ὡς ὁρᾷς, εἰς τὸ ὕδωρ. τὸ μὲν δὴ ἄντρον Ἀχελῴου καὶ νυμφῶν[2].

XXII. MIDAS.

Dormit Satyrus, quare ſubmiſſa de ipſo voce loquamur, ne, expergefactus, quae videmus omnia confundat. Midas ipſum in Phrygia vino cepit, circa hos ipſos, vt vides, montes, fontem vino miſcens, ad quem iacet, vino, dum dormit, ſcaturiens. Satyrorum autem iucundus impetus ſaltantium, iucunda ridentium comitas: amantque boni illi, Lydaſque ſibi obnoxias faciunt, ſumma arte iis blandientes. Hoc quoque eis egregie conuenit: duri pinguntur, ac ſanguine valentes, & integri, auribus prolixis, cauis clunibus, ferocientes, & a parte poſteriore equini. Midae autem haec praeda picta eſt quidem, vt pingi illi ſolent, ſed vino hic obrutus dormit, anhelitum vt qui ebrii ſunt trahens. Faciliuſque ab eo exhauſtus fons totus, quam ab alio calix [deprehenditur]. Nymphae vero ſaltant, Satyro quod dormiat illudentes. Quam delicatus Midas eſt, quam, mollis, mitrae ac cincinni eſt ſtudioſus, thyrſumque geſtat veſtemque inauratam! Ecce & aures prolixas, quarum culpa iſti oculi, qui ſuaues omnino videntur, ſomnolenti appareant, & ſuauitatem ad languorem traducant: pictura opera data innuente haec iam ad plures emanaſſe, & a calamo hominibus eſſe diuulgata, terra, quae audiuerat, ſilentio minime premente.

XXIII. NARCISSVS.

Fons quidem Narciſſum refert, pictura vero & fontem, & Narciſſi omnia. Adoleſcentulus, a venatu modo rediens, fonti imminet: amoremque trahit ex ipſo, & ſui ipſius forma capitur. In aquam autem, vt vides, fulgur quaſi emittit. Antrum quidem Acheloi eſt

---

XXII. ΜΙΔΑΣ. 1 *οἴνῳ τεθήρακεν ἐν Φρυγ.*] de Satyris vino inebriandis vide notata ad vitam Apollonii Tyan. lib. VI. c. 27.

2 *τὴν κρήνην οἰνοχ.*] ad quam nempe aquae potandae cauſa accedere ſolebat Satyrus.

3 *παρεκβλύζων τῶ οἴνῳ*] ſic *ἐυφημίζων* Philoſtratus dicit, vomere eum & crapulam exhalare innuens.

4 *ἄκρατοι τὸ αἷμα*] *ἄκρατον* eſt, quod purum eſt ac impermixtum, qualis ſanguis viuacem indolem & feruidam efficit, hinc *ἔρυθροι* Satyri, vt ſupra in *Satyris*.

5 *ὡς ἀβρὸς ὁ Μίδας*] nempe miratur eius imaginem, in iſta pictura inter alia expreſſam.

6 *ὑφ' ὧν ἡδ. οἱ ὀφθ. δοκ. ὑπνηλοὶ φαίν.*] aſininas aures, aſininam quoque formam & habitum oculis inducere ait, quibus ſomnum quaſi inducant, atque iucundum obtutum in languidum, qualis eſt aſinorum, vertant.

7 *αἰνιττομ. σπ. τῆς γρ.*] nempe eo *αἰνίττεται* hoc atque indicat, quod aures apertas oſtendat, pictura, quas tegere poterat.

8 *κἀμὲ διαδεδ. τ. ἀνθρ. ἐν κυλ. μὴ κατασχ.* &c.] optimus horum interpres Ouidius: Metam. XI. v. 180. ſq. vbi Midam iam auritum celare quidem dedecus voluiſſe ait, ſed tonſorem famulum, qui eas viderat, cum prodere arcanum non auderet, nec ſilere tamen poſſet, effoſſa humo ei illud immurmuraſſe: ibi vero enatas arundines eſſe, quae vento agitatae Midam aſini aures habere indicarint. Alludit ad eam rem etiam Petronius & Perſius in Satyr. I.

XXIII. ΝΑΡΚΙΣΣΟΣ. 1 *ἡ πηγὴ γράφει — καὶ τ. τ. Ναρκ. πάντα*] haec ad verbum fere exſcripta inueniuntur in epiſtol. X. libri I. earum quae *Ariſtaeneto* adſcribuntur.

2 *ἄντρον Ἀχελῴου καὶ Νυμφ.*] celebratum illud Platonī quoque in Phaedro T. III. p. 230. cum *locum* pulcre efformatum deſcribens inter alia inquit: *Νυμφῶν δὲ τινῶν καὶ Ἀχελῴου ἱερὸν ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων εἶναι εἴοικεν εἶναι.*

ac

ac Nympharū. Pictura autem veroſimile ſequitur: ſtatuae enim [repraeſentantur] arte exigua elaboratae, & ex lapide heic nato. Atque aliae quidem aetate exeſae ſunt, partem etiam bubulcorum ac paſtorum pueri deformarunt, infantes adhuc, & numinis ignari. Nec bacchici expers numinis fons eſt, vt quem in Baccharum gratiam Bacchus ediderit. Itaque vite, atque hedera, pulcriſque redimitus eſt pampinis, & racemis abundat; vnde & thyrſi. Comum autem prope eum ducunt auiculae ſapientes, pro ſuae quaeque muſices indole, candidique flores fonti adnaſcuntur, nondum perfecti, ſed in eo qui ſint vt in adoleſcentuli gratiam pullulent. Porro pictura, ipſi rerum naturae obſecuta, roris etiam aliquid deſtillare e floribus fingit: quibus & apis inſidet quaedam, neſcio an pictura decepta, an nos decipi credere par ſit, quibus vera apis eſſe illa videatur. Sed eſto. Te quidem, adoleſcentulum, non aliqua decepit pictura, neque enim coloribus aut cerae intentus liqueſcis, ſed repraeſentans tē [fefellit] aqua vera, & talis qualem videbas. Nempe, neque tu fontis impoſturam deprehendere potes, eo quod nutum edat, & corporis ſtatum mutet, & manum moueat, nec in eodem ſtatu conſiſtat. Tu igitur, perinde ac ſi amico occurriſſes, quae ab eo expectare fas ſit expectas. Age ergo, iam etiam alloquio ad te fons vtetur. Verum ille ne quidem audit quicquam eorum quae dicimus: ſed ipſis & auribus, & oculis in aquam incidit. Nos tamen ipſum, vt pictus eſt, oratione delineabimus: erectus inſiſtit pedibus decuſſatim poſitis, manumque fixa ad ſiniſtram haſta ſuſtinens. At dextera ad lumbos circumducta eſt, qui ſurſum attolluntur, & clunium prominentium ſpeciem praebent, eo quod partes ſiniſtrae introrſus cedant. Oſtendit autem manus aërem quidem, vbi curuatur cubitus; rugas vero, vbi ad iuncturam inflectitur, vmbramque et-

γέγραπται δὲ τὰ εἰκότα. φάυλα τε γὰρ τέχνης τὰ ἀγάλματα[3], καὶ λίθα ἐντεῦθεν. καὶ τὰ μὲν περιτέτριπται ὑπὸ τῦ χρόνα, τὰ δὲ βακόλων ἢ ποιμένων παῖδες περιέκοψαν, ἔτι νήπιοι, καὶ ἀναίσθητοι τῦ θεῦ. καὶ ὐδὲ ἀβάκχευτος ἡ πηγὴ, τῦ Διονύσα οἷον ἀναφήναντος αὐτὴν ταῖς ληναῖς[4]. ἀμπέλῳ γᾶν, καὶ κιτῖῳ ἤρεπται, καὶ ἕλιξι καλαῖς, καὶ βοτρύων μετέσχηκεν, ὅθεν οἱ θύρσοι. κωμάζυσί τε ἐπ' αὐτῇ σοφοὶ ὄρνιθες, ὡς ἑκάστα ἁρμονία. καὶ ἄνθη λευκὰ τῇ πηγῇ παραπέφυκεν, ἅπω ὄντα, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μειρακίῳ φυόμενα[5]. τιμῶσα δὲ ἡ γραφὴ τὴν ἀλήθειαν, ϗ δρόσα τι λείβει[6] ἀπὸ τῶν ἀνθέων, οἷς καὶ μέλιττα ἐφιζάνει τις, ἐκ οἶδ' εἴτ' ἐξαπατηθεῖσα ὑπὸ τῆς γραφῆς, εἴτε ἡμᾶς ἐξαπατεῖσθαι χρὴ, εἶναι αὐτήν. ἀλλ' ἔγω. σὲ μὲν, τὸ μειράκιον, ἡ γραφή τις ἐξηπάτησεν, ὐδὲ χρώμασιν ἢ κηρῷ[7] προστέτηκας, ἀλλ' ἐκτυπῶσάν σε τὸ ὕδωρ, οἷον εἶδες αὐτό. ἐκ οἶσθα ὅτε τὸ τῆς πηγῆς ἐλέγχειν σόφισμα, νεῦσαί τε καὶ παρατρέψαι τῷ εἴδει, καὶ τὴν χεῖρα ὑποκινῆσαι, καὶ μὴ ἐπὶ ταυτῷ ἑσάναι. σὺ δ', ὥσπερ ἑταίρῳ ἐντυχὼν, τἀκεῖθεν περιμένεις. εἶτά σοι ἡ πηγὴ μύθῳ χρήσεται. ὅτος μὲν ὢν ὅτ' ἐπαίει τι ἡμῶν[8], ἀλλ' ἐμπέπτωκεν ἐπὶ τὸ ὕδωρ αὐτοῖς ὠσὶ, καὶ αὐτοῖς ὄμμασιν. ἡμεῖς δὲ αὐτὸ, ὥσπερ γέγραπται λέγωμεν. ὀρθὸν ἀναπάυεται ἐναλλὰξ τῷ πόδε, καὶ τὴν χεῖρα ἐπέχον πεπηγότι τῷ ἀκοντίῳ ἐν ἀριστερᾷ. ἡ δὲ δεξιὰ περῖηκται εἰς τὸ ἰσχίον[9], ἀνασχεῖν τε αὐτὸν, καὶ σχῆμα πράττειν ἐκκειμένων τῶν γλυτῶν, διὰ τὴν τῶν ἀριστερῶν ἔκκλισιν. δεικνύει δὲ ἡ χεὶρ ἀέρα μὲν[10], καθ' ὃ κυρτῶται ὁ ἀγκών, ῥυτίδας δὲ καθ' ὃ σρεβλῶται ὁ καρπὸς, καὶ σκιὰν παρέχεται συνι-

---

3 *ἀγάλματα*] quae nempe circa hoc antrum pictura repraeſentat, Platoni etiam circa illud commemorata, vt pateat haec ex Platone eſſe expreſſa.

4 *ληναῖς*] ſic Anglic. cod. & Gruterus. Editi male *ληιδῖς*. *Ληναὶ* Arcadibus *Bacchae*.

5 *ἅπω ὄντα ἀλλ' ἐπὶ τ. μειρ. φυόμ.*] Narciſſos intelligit, quos terram produxiſſe aiunt poſt Narciſſi fata, ipſo in florem eius nominis mutato. vid. Ouid. Metam. III. v. 509. Pauſanias antea tamen hunc *florem* iam notum fuiſſe demonſtrat ex Pamphi hymnis. vid. eum Boeotic. p. 306.

6 *λείβει*] i. e. *λεῖβον δεικνύει* ſtillantem monſtrat ac repraeſentat: de ſimili loquendi genere vide his ipſis imaginib. *Phaethonte* n. 8. & *Ερμῆ γοναῖς* n. 4.

7 *ὐδὲ χρώμασιν ἢ κηρῷ*] nempe quoniam apem, deceptam coloribus imaginis, illi adhaerere ambigebat, atque adeo an apis floris, an ipſe potius apis pictura deciperetur, dubius haerebat, hinc tranſitus captans occaſionem, imagine Narciſſum deceptum haut eſſe, nec in *coloribus* vt vel *apis* vel ipſa deceptus, nec in *cera* quod verae apes ſolent, Narciſſum defixum fuiſſe, ſed aqua vera & naturali fuiſſe deceptum &c.

8 *ὅτος μὲν ὢν ὅτ' ἐπαίει τι ἡμ.*] ſiſtit ſibi Narciſſum tanquam viuum, pictum quippe ita, vt ſpirare videretur. Ita igitur attentum eum eſſe dicit (hoc enim ἦθος quoque accurate expreſſerat pictor) vt non audiat circumſtrepentes, cuius ſcilicet & aures & oculi in aquam vnice ſint defixi.

9 *περῖηκται*] ſimilem huius verbi vſum inf. habes lib. II. in *Pane*.

10 *δεικνύει δὲ ἡ χεὶρ ἀέρα μὲν*] nempe manus ad lumbos circumducta, vbi cubitus incuruatur vacuum relinquit, per quod in aerem oculis liceat expatiari. Sic Iunior Philoſtratus ſimilem *Hyacinthi* corporis habitum delineans *τῇ πλευρᾷ διορωμένῃ* eum ſiſtit.

ζάνυσαν εἰς τὸ θέναρ, λοξαὶ δ' αἱ ἀκτῖνες τῆς σκιᾶς, διὰ τὴν εἴσω ἐπιστροφὴν τῶν δακτύλων[11]. τὸ δὲ ἐν τῷ στέρνῳ ἄσθμα οὐκ οἶδα εἴτε κυνηγετικὸν ἔτι, εἴτε ἤδη ἐρωτικόν. τόγε μὲν ὄμμα ἱκανῶς ἐρῶντος, τὸ γὰρ χαροπὸν αὐτῷ καὶ γοργὸν ἐκ φύσεως παραύνει τις ἐφιζάνων ἵμερος. δοκεῖ δ' ἴσως ἀντεράσθαι, βλεπόσης αὐτὸν τῆς σκιᾶς, ὡς παρ' αὐτῷ ὁρᾶται[12]. πολλὰ καὶ περὶ τῆς κόμης ἐλέχθη ἂν, εἰ θηρῶντι αὐτῷ ἐνετύχομεν. μυρίαι γὰρ αὐτῆς αἱ κινήσεις ἐν τῷ δρόμῳ, καὶ μᾶλλον ἐπειδὴ ὑπὸ ἀνέμου τινὸς ἔμπνους γένηται. τύχοι δ' ἂν καὶ νῦν λόγου. ἀμφιλαφὴς γὰρ ἄσης αὐτῆς, καὶ οἷον χρυσῆς, τὸ μὲν οἱ τένοντες ἐφέλκονται, τόδ' ὑπὸ τῶν ὤτων κρίνεται, τὸ δὲ τῷ μετώπῳ ἐπισαλεύει, τὸ δὲ τῇ ὑπήνῃ ἐπιῤῥεῖ. εἰσὶ δὲ ἄμφω οἱ Νάρκισσοι, τὸ εἶδος ἴσον ἐμφαίνοντες ἀλλήλων. πλὴν ὅσον ὁ μὲν ἔκκειται τῷ ἄρει, ὁ δὲ τὴν πηγὴν ὑποδέδυκεν. ἐφέστηκε γὰρ τὸ μειράκιον ὕδατι ἑστῶτι, μᾶλλον δὲ ἀτενίζοντι ἐς αὐτὸ, καὶ οἷον διψῶντι τῷ κάλλους.

iam in vola considentem praebet: suntque obliqui vmbrae radii, ob digitos introuersos. Qui autem in pectore est anhelitus, an venantis adhuc sit, an iam amantis ignoro. Oculus tamen est impense amantis, caesii enim cum sint a natura, atque feroces, insidente iis cupidine mitigantur. Putat autem forte se vicissim amari, vmbra ipsum eodem modo intuente, quo ab ipso adspicitur. Multa & de coma dici potuissent, si in venantem incidissemus. Infiniti enim ipsius in cursu motus, maxime vbi ventus aliquis ei adspirauerit. Vel sic tamen etiam indictam non praetermittemus. Densa nempe cum sit aureique coloris, partem quidem eius collum sibi vindicat, partem aures quasi secant, pars in fronte agitatur, pars in barbam exundat. Sunt autem ambo Narcissi, parem sibi inuicem ostendentes speciem, praeterquam quod hic quidem in aëre eminet: hic vero fonti immersus est. Stanti etenim aquae adolescentulus adstat, quinimmo in ipsum intentae, & pulcritudinem quasi eius sitienti.

ΥΑΚΙΝΘΟΣ.

Ἀνάγνωθι τὴν Υάκινθον, γέγραπται γάρ. καὶ φησὶν ἀναφῦναι τῆς γῆς ἐπὶ μειρακίῳ καλῷ, καὶ θρηνεῖ αὐτὸ ἅμα τῷ ἦρι, γένεσιν, οἶμαι, παρ' αὐτῷ λαβοῦσα, ὅτε ἀπέθανε. καὶ μή σε λειμὼν ἀναβάλῃ τοῦτο[1], καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐκπέφυκεν, οἵα τῆς γῆς ἀνέσχε. λέγει δὲ ἡ γραφὴ καὶ Υακινθίνην[2] εἶναι τῷ μειρακίῳ τὴν κόμην, καὶ τὸ αἷμα ἔμβιον, τῇ γῇ πινόμενον, εἰς οἰκεῖόν τι χρῶσαι τὸ ἄνθος. ῥεῖ δὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς κεφαλῆς, ἐμπεπτωκότος αὐτῇ τοῦ δίσκου[3]. δεινὴ μὲν ἡ διαμαρτία, καὶ οὐδὲ πιστὴ λέγεται κατὰ τὸν Ἀπόλλωνος. ἐπεὶ δὲ οὐ σοφισταὶ[4] τῶν μύθων ἥκομεν, οὐδὲ ἀπιστεῖν ἕτοιμοι, θεαταὶ δὲ μόνον τῶν γεγραμμένων, ἐξετάσωμεν τὴν γραφήν. καὶ πρῶτόν γε τὴν βαλβῖδα τοῦ δίσκου.

XXIV. HYACINTHVS.

Hyacinthum vide, illam enim pictura repraesentat: eaque in pulcri adolescentuli gratiam genitam se esse fatetur, quem etiam, simulac aduenerit, luget, natales, vt puto, ducens ab ipso iam defuncto. Neque enim istud te pratum moretur, nempe ex eo etiam nascitur flos, in quantum terreae particeps est naturae. Docet autem pictura hyacinthinam, fuisse adolescentulo comam, sanguinemque, adhuc vitalem, a terra absorptum ad aliquam ipsius similitudinem florem coloraſſe. Is autem ex ipso capite fluit, cum in ipsum discus incidisset. Magnus quidem error, & qui fidem haut mereatur, imputatur Apollini. Quoniam tamen non censores fabularum venimus, nec ad id compositi vt in dubium eas vocemus, sed pictarum tantum rerum spectatores; picturam examinabimus. Et primo quidem tumulum, in quo discus emittitur, [considerabimus]. Tu-

11 διὰ τὴν εἴσω ἐπιστρ. τῶν δακτύλων] nempe digiti introversi, cum alter altero sit breuior, nec eiusdem magnitudinis omnes, in volam manus vmbram proiiciunt figurae obliquae & inaequalis.

12 ὁρᾶται] ita rescripsi ex coniectura, sed minime vt puto fallaci. Sensus enim sic clarissimus, quem non fundit quod editum erat ἑρᾶται. Nempe vmbra Narcissi in aqua picta, cum ipsum qualis est repraesentet, amorem oculis prodit non minus quam ipse Narcissus, adeoque eum intuetur eodem modo vmbra, quo vmbra ab ipso inspicitur, quod speciem reamantis Narcisso praebebat.

XXIV. ΥΑΚΙΝΘΟΣ. 1 μὴ σε λειμ. ἀναβάλῃ τοῦτο] narrauerat florem hyacinthum ex Hyacintho iuuene ortum: dubium vero spectanti mouere poterat, quod pictura florem in prato germinantem, atque ex eo natales ducentem, repraesentaret. Id vero dubium non debere ait eum ἀναβάλλειν τοῦτο i. e. κατὰ τοῦτο h. e. dubium reddere in eo negotio.

2 Ὑακινθίνην] id est *nigram*, vid. obseruata de hac voce ad vitam Apollonii l. III. c. 5. 6.

3 δίσκου] discus βαρὺς λίθος πλατὺς καὶ κοιλότερος, vt ad Homerum Iliad. Β' obseruat Eustathius, vbi & discrimen inter *discum* & σόλον. Modum autem iaciendi discum vix alibi accuratius quam apud nostrum h. l delineatum inuenies.

4 σοφισταὶ] est hic σοφιστὴς idem quod κριτικός.

mulus

mulus nempe congestus exiguus est, & qui vni stanti sufficiat. Hic partes posteriores ac dexterum crus sustinens, pronas efficit partes anteriores, & crurum alterum eleuatum ostendit, quod simul subsilire, & vna dexteram manum subsequi oportet. Discum autem sustinentis gestus hic est: reclinantem caput, ad dexteras partes illud eousque inflectere oportet, donec latera despiciat; &, tanquam ex imis sustollentem, proiicere, totum in dexteras partes incumbendo. Sicque adeo Apollo discum proiecit: neque enim aliter emittere potuisset. Postquam autem in adolescentulum discus incidit, hic quidem iacet ab ipso prostratus disco. Laconicus est adolescentulus, tibias rectus, cursuque non inexercitatus; brachiumque iam eleuans, & ossium ostendens pulcritudinem. Apollo vero faciem auertit, tumulo adhuc insistens, vultuque in terram est defixo. Obriguisse ipsum diceres, tantus ipsum occupauit stupor. Rudis sane Zephyrus est, qui inuidit ipsi, & in adolescentulum discum immisit. Haec tamen vento lusus videntur & iocus, videtque haec ipsa speculatus. Vides autem, vt puto, ipsum temporibus alatum, specieque mollem. Omnium praeterea florum coronam gestat, paulo post & Hyacinthum ipsis intexturus.

βαλεῖς διακέχωσαι μικρὰ, καὶ ἀποχρῶσα ἑνὶ ἑστῶτι. ἡ δὴ τὸ κατόπιν καὶ τὸ δεξιὸν σκέλος ἀνέχουσα, ὡρανῇ τὰ ἔμπροσθεν ἐργάζεται, καὶ κυφίζουσα θάτερον τοῖν σκελοῖν, ὃ χρὴ συνεφάλλεσθαι, καὶ συμπορεύεσθαι τῇ δεξιᾷ. τὸ δὲ σχῆμα τῆς δίσκου ἀνέχοντος, ἐξαλλαίξαντα τὴν κεφαλὴν, ἐπὶ δεξιὰ χρὴ κυρτῶν τοσοῦτον, ὅσον ὑποβλέψαι τὰ πλευρὰ, καὶ ῥιπτεῖν, οἷον ἀνιμῶντα, καὶ προσεμβάλλοντα τοῖς δεξιοῖς πᾶσι. καὶ ὁ Ἀπόλλων ὕτω πως ἐδίσκευσεν[5], ἃ γὰρ ἂν ἄλλως ἀφῆκεν. ἐμπεσὼν δὲ ὁ δίσκος εἰς τὸ μειράκιον, τὸ μὲν κεῖται ὑπ' αὐτοῦ γε τοῦ δίσκου. Λακωνικὸν[6] τὸ μειράκιον, καὶ τὴν κνήμην ὀρθὸν, καὶ δρόμον ἐκ ἀγύμναστον, καὶ βραχίονα ὑπεγεῖρον ἤδη, καὶ τὴν ὥραν τῶν ὀστῶν ὑπεκφαῖνον. ἀπέστραπται δὲ ὁ Ἀπόλλων ἔτι ἐφεστὼς τῇ βαλβίδι, καὶ κατὰ γῆς βλέπει. πεπηγέναι φήσεις αὐτόν, τοσοῦτον αὐτῷ τῆς ἐκπλήξεως ἐμπέπτωκεν. ἀμαθὴς γε ὁ Ζέφυρος νεμεσήσας αὐτῷ, καὶ τὸν δίσκον εἰς τὸ μειράκιον ἐπαφείς. καὶ γέλως δοκεῖ τῷ ἀνέμῳ ταῦτα, καὶ τωθάζει περιωπὴν ἔχων. ὁρᾷς δὲ, οἶμαι, αὐτὸν ἐν πτηνῷ τῷ κροτάφῳ, καὶ ἀζρῷ τῷ εἴδει. καὶ στέφανον φέρει πάντων ἀνθέων, μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τὴν ὑακινθον αὐτοῖς ἐμπλέξει.

XXV. ANDRII.

Vini torrens qui in Andro est insula, fluminque inebriati Andrii, picturae huius sunt argumentum. Andriis enim, Bacchi beneficio, terra vino scaturiens scinditur, fluuiumque ipsis edit, haud magnum quidem, si vt aquis qui fluat spectaueris: si vero vt vino qui manet, magnus is est, ac plane diuinus. Licet enim, cui ex hoc haurire datum fuerit, Nilum atque Istrum contemnere, dicereque de ipsis, eos quoque meliores apparituros, si modici quidem, sed tales fluant. Et haec quidem illi, vt puto, canunt pueris mistis puellis, hedera ac smilace redimiti, & alii quidem in vtraque ripa saltitant, alii vero humi procumbunt. Verosimile autem hoc quoque cantilenis eorum non praeter-

ΑΝΔΡΙΟΙ.

Τὸ τοῦ οἴνου ῥεῦμα, τὸ ἐν Ἀνδρῳ[1] τῇ νήσῳ, καὶ οἱ μεθύοντες τοῦ ποταμοῦ Ἀνδριοι λόγος εἰσὶ τῆς γραφῆς. Ἀνδρίοις γὰρ δὴ ἐκ Διονύσου ἡ γῆ ὕποινος ῥήγνυται, καὶ ποταμὸν αὐτοῖς ἀναδίδωσιν, εἰ μὲν ἐνθυμηθείης ὕδωρ, ἅπω μέγαν, εἰ δὲ οἶνον, μέγας ὁ ποταμὸς καὶ θεῖος. ἔστι γὰρ τάττα ἀρυσαμένῳ Νείλου τε ὑπερφρονεῖν, καὶ Ἴστρου, καί πω φάναι περὶ αὐτῶν, ὅτι κἀκεῖνοι βελτίους ἂν ἐδόκουν, ὀλίγοι μὲν ἀλλὰ τοιοῦτοι ῥέοντες. καὶ ᾄδουσιν, οἶμαι, ταῦτα γυναίοις ἅμα καὶ παιδίοις, ἐστεφανωμένοι πιτύῃ τε καὶ σμίλακι, καὶ οἱ μὲν χορεύοντες ἐπ' ἑκατέρας τῆς ὄχθης, οἱ δὲ κατακείμενοι. εἰκὸς δέ που κἀκεῖνα εἶναι τῆς ὠ-

---

5 *ἐδίσκευσεν*] nempe sensus est, ea figura quidem Apollinem iam in tabula non repraesentari, quae sit discum proiicientis, quam in praecedentibus descripsit; sed eo habitu, qui sit eius qui disco iam fuerit iaculatus.

6 *Λακωνικὸν*] scilicet Laconico vestitu repraesentatum pictura esse, his innuit. Nam Lacon erat Hyacinthus, quod notum, hinc *Λάκαινα* se plorare filium Oebali ait Apollo apud Lucian. Dial. Apollin. & Mercur. festumque etiam Hyacintho apud Laconas dicatum. De quo vid. Meursium de Fest. v. Ὑακίνθ.

XXV. ΑΝΔΡΙΟΙ. 1 *τ. τ. οἴνου ῥεῦμα τ. ἐν Ἀνδρῳ*] illud nempe de quo Plinius H. N. II, 106. *In Andro insula, templo Liberi Patris, fontem Nonis Ianuariis semper sini sapore fluere Mucianus ter Cos. credit*, adde & l. XXXI. s. 13.

θῆς,

δῆς, ὡς δόνακα μὲν Ἀχελῷος[2], Πηνειὸς δὲ Τέμπη φέρει, Πακτωλὸς δὲ ἄνθη λοιπόν, ὑτοσὶ δ' ὁ ποταμὸς δυνατός τε ἀποφαίνει τὰ ἐν ἀγορᾷ[3], καὶ πλουσίους, καὶ ἐπιμελεῖς τῶν φίλων, καὶ καλούς, καὶ τετραπήχεις ἐκ μικρῶν[4]. ἔστι γὰρ κορεσθέντι αὐτῷ συλλέγεσθαι ταῦτα, καὶ εἰσάγεσθαι εἰς τὴν γνώμην. ᾄδουσι δέ πω, ὅτι μόνος ποταμῶν ἕτος μήτε βουκολίοις ἐστὶ βατὸς, μήθ' ἵπποις. ἀλλ' οἰνοχοεῖται μὲν ἐκ Διονύσου, πίνεται δὲ ἀκήρατος, μόνοις ἀνθρώποις ῥέων. ταυτὶ μὲν ἀκούειν ἦγε, καὶ ᾀδόντων αὐτὰ ἐνίων, κατεψελλισμένων τὴν φωνὴν ὑπὸ τοῦ οἴνου. τὰ δὲ ὁρώμενα τῆς γραφῆς, ὁ μὲν ποταμὸς[5], ἐν βοτρύων εὐνῇ κεῖται τὴν πηγὴν ἐκδιδούς, ἄκρατός τε καὶ ὀργῶν τὸ εἶδος[6]. θύρσοι δ' αὐτῷ παραπεφύκασι, καθάπερ οἱ κάλαμοι τοῖς ὕδασι. παραμείψαντι δὲ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ταῦτα συμπόσια, Τρίτωνες ἤδη, περὶ τὰς ἐκβολὰς ἀπαντῶντες, ἀρύονται κόχλοις τοῦ οἴνου. καὶ τὸ μὲν πίνουσιν αὐτοῦ, τὸ δ' ἀναφυσῶσι· εἰσὶ δ' οἱ καὶ μεθύουσι τῶν Τριτώνων, καὶ ὀρχοῦνται. πλεῖ καὶ ὁ Διόνυσος ἐπὶ κῶμον τῆς Ἀνδρου, καὶ καθόρμισαι μὲν ἡ ναῦς ἤδη· Σατύρους δὲ ἀναμίξ, καὶ Ληναὺς[7] ἄγει, καὶ Σειληνούς· τὸν γέλωτά[8] τε ἄγει, καὶ τὸν κῶμον, ἱλαρωτάτω καὶ ξυμποτικωτάτω δαίμονε, ὡς ἥδιστα ὁ ποταμὸς αὐτῷ τρυγῷτο.

mitti, quod calamum Achelous, Peneus Tempe ferat, Pactolus denique flores: hic autem fluuius potentes in foro reddat, & opulentos, & amicorum ſtudioſos, pulcroſque, & quatuor cubitos altos pumiliones. Eo enim exſatiatis iſta quidem comparare licet, inque animum inducere. Canunt praeterea quod fluuiorum iſte ſolus nec bubulcis, nec equis pateat; ſed a Baccho miſceatur, intemeratus vero bibatur, in ſolorum hominum gratiam manans. Atque iſta quidem te audire exiſtima, nonnullis ea canentibus, qui prae vino balbutire videantur. Quae autem oculis ſubiicit pictura, haec ſunt. Fluuius quidem inſtructo ex racemis lecto iacet, fontem emittens, integer ſpecie & vegetus. Thyrſi vero iuxta ipſum enaſcuntur, vt in aquis calami. Terram praeterlabenti autem, iſtaque in ea conuiuia, ad ipſa iam oſtia Tritones occurrunt, vinumque cochleis hauriunt, quod partim bibunt, partim efflant. Sunt & inter Tritones qui ebrii iam ſint, atque ſaltent. Nauigat & Bacchus in Andro comum ducturus, iamque in portum ſubducta eſt nauis, Satyros autem promiſcue, Bacchaſque ac Silenos ducit: adducit & Iocum & Comum, hilariſſimos ac compotationibus deditiſſimos Deos, vt quam ſuauiſſime fluuio fruatur.

ΕΡΜΟΥ ΓΟΝΑΙ.

Ὁ κομιδῇ παῖς, ὁ ἔτι ἐν σπαργάνοις, ὁ τὰς βόας[1] εἰς τὸ ῥῆγμα τῆς γῆς ἐλάυνων, ἔτι κἀκεῖνος ὁ συλῶν τὰ βέλη τοῦ Ἀπόλλωνος, Ἑρμῆς ἔστος. μάλα ἡδεῖαι αἱ κλοπαὶ τοῦ θεοῦ. φασὶ γὰρ τὸν Ἑρμῆν, ὅτε τῇ Μαίᾳ ἐγένετο, ἐρᾶν τοῦ κλέπτειν, καὶ εἰδέναι τοῦτο. ἔτι πω ταῦτα πενίᾳ δρῶν ὁ θεὸς, ἀλλ' εὐφροσύνῃ διδοὺς, καὶ παίζων. εἰ δὲ βούλει καὶ ἴχνος αὐτοῦ κατιδεῖν, ὅρα τὰ ἐν τῇ γραφῇ. τίκτεται μὲν ἐν κορυφῇ τοῦ Ὀλύμπου,

XXVI. MERCVRII NATALES.

Tenellus iſte puer, qui in faſciis adhuc eſt, vaccas in terrae hiatum propellens, quique idem Apollinis ſurripit ſagittas, Mercurius eſt. Perquam iucunda ſunt huius Dei furta. Mercurium enim ferunt, ſimulac Maia natus eſſet, furtis eſſe delectatum, eamque artem egregie calluiſſe. Nec tamen ex indigentia hoc Deus faciebat, ſed animi cauſa, & per iocum. Quod ſi volueris eius rei veſtigia videre, quae in pictura ſunt contemplare. In Olympi quidem vertice, circa ipſam ſu-

---

2 ὡς δόνακα μὲν Ἀχελῷος] aliorum fluuiorum dona celebrat, vt iis tamen maxime excellere Bacchicum illum oſtendat, vt moris hymnographis.

3 δυνατός τε ἀποφ. τὰ ἐν ἀγ.] haec & ſequentia, ex Ariſtophane deſumta eſſe, quod & Vigenerius vidit, non dubito. Extat locus in Equitib. p. 293.

Ὁρᾷς ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι, τότε
Πλουτοῦσι, διαπράττουσι, νικῶσι δίκας,
Εὐδαιμονοῦσιν, ὠφελοῦσι τοὺς φίλους.

4 τετραπήχεις ἐκ μικρῶν] prouerbialis locutio, qua indicatur, omnia noſtra placere nobis & meliora videri, vbi vino incaluimus. vid. Hadrian. Iunius in prouerb.

5 ποταμὸς] intelligit fluuium, forma humana, pro more veterum repraeſentatum, amphorae innixum, & in lecto non cannis & iuncis ſtrato, vt vulgo procumbentem, ſed ſtrato racemis, Bacchicus cum ſit fluuius, vino fluens.

6 ὀργῶν τὸ εἶδος] more eorum qui vino incaluere.

7 Ληναὺς] ſic ex coniectura reſcripſi, non video enim cur Bacchae in hoc ſatellitio praeteriri debeant. Vox ſupra etiam occurrebat in Narciſſo. Editi habent Ληναίους.

8 γέλωτα] *Iocum* vertimus, qui Deus in Veneris quoque ſatellitio apud Horatium l. I. od. 2.

— *Erycina ridens*
Quam Iocus circumuolat & Cupido.

XXVI. ΕΡΜΟΥ ΓΟΝΑΙ. 1 ὁ τὰς βόας] coniungit ſimili modo Mercurii, infantis, furtum geminum, Horatius l. I. od. 10.

premam

premam Deorum ſedem naſcitur. Illic vero Homerus nec imbres ſentiri ait, nec ventos audiri, neque niuem demitti ob montis altitudinem: eſſeque montem illum diuinum plane, atque ab omnibus illis caſibus immunem, quibus hominum montes ſunt obnoxii. Heic genitum Mercurium Horae excipiunt. Pinxit & illas, vt cuiuſque fert forma. Faſciis vero ipſum inuoluunt, florum pulcerrimos inſpergentes, vt non ignobiles habeat faſcias. Atque Horae quidem ad Mercurii matrem, in lecto iacentem, conuertuntur. At Mercurius interea clanculum faſciis ſe ſubduxit, iamque erectus incedit, deque Olympo deſcendit. Mons autem ipſo oblectatur, ridet enim hominis ad inſtar. Olympique gaudium eo ſpectare credas velim, quod Mercurius in eo ſit natus. Quale vero iam furtum? Vaccas, in Olympi radicibus paſtas, has ipſas inquam, aureis inſignes cornibus, niueque magis candidas, Apollini dicatae ſunt enim, abactas, in terrae ſpeluncam propellit, non vt pereant, ſed vt vnum lateant diem, donec hoc Apollini aegre faciat. Ipſe autem, perinde ac ſi nullae in hoc facinore ipſius partes eſſent, faſcias ſubit. Venitque Apollo ad Maiam, vaccas repetens. At ei fidem ipſa non habet, Deumque nugari arbitratur. Viſne percipere quid dicat? videtur enim non vocem, verum & mentem quodammodo vultu prodere. Similis itaque eſt dicturo ad Maiam: offendit me filius tuus, quem heri peperiſti. Vaccas enim, quibus delector, in terram immiſit, neſcio vbi terrarum: male autem peribit, & ad loca detrudetur profunda magis, quam ea ſunt, ad quae vaccae peruenere. Maia vero miratur, neque orationi fidem habet. Dumque inuicem adhuc contendunt, poſt Apollinis terga ſtat Mercurius, &, in ſcapulas magna celeritate inſiliens, abſque vllo ſtrepitu arcum ſoluit, & clanculum ſurripit quidem, non tamen latet, poſtquam ſurripuiſſet. Atque hic pictoris etiam elucet ars. Repraeſentat enim Apollinem fronte remiſſa, facitque laeta vt appareat facie. Modicus tamen eſt riſus, qualis ſuperficiem tantum faciei occupare videatur, oblectatione iram vincere incipiente.

κατ' αὐτὸ ἄνω τὸ ἔδος τῶν θεῶν. ἐκεῖ δὲ Ομηρος[2] ὅτε ὄμβρον αἰσθάνεσθαι φησὶν, ὅτε ἀνέμων ἀκούειν, ἀλλ' οὐδὲ χιόνι βληθῆναι αὐτό ποτε, δι' ὑπερβολήν. εἶναι δὲ θεῖον ἀτεχνῶς, καὶ ἐλεύθερον πάντων παθῶν, ὧν μετέχει τὰ τῶν ἀνθρώπων ὄρη. ἐνταῦθα τὸν Ερμῆν ἀποτεχθέντα Ωραι[3] κομίζονται. γέγραφε κἀκείνας, ὡς ὥρα ἑκάσης. καὶ σπαργάνοις αὐτὸν ἀμπίσχουσιν, ἐπιπάτ]ουσαι τὰ κάλλιστα τῶν ἀνθέων, ὡς μὴ ἀσήμων τύχῃ τῶν σπαργάνων. καὶ αἱ μὲν ἐπὶ τὴν μητέρα τῦ Ερμῦ τρέπονται, λέχει κειμένην, οὐδ', ὑπεκδὺς τῶν σπαργάνων, ἤδη βαδίζει, καὶ τῦ Ολύμπυ κάτεισι. γέγηθε δὲ αὐτῷ τὸ ὄρος, τὸ γὰρ μειδίαμα αὐτῦ οἷον ἀνθρώπυ. νόει δὲ τὸν Ολυμπον χαίροντα, ὅτι ὁ Ερμῆς ἐκεῖ ἐγένετο. τίς ἂν ἡ κλοπή; βῦς νεμομένας ἐν τῷ τῦ Ολύμπυ πρόποδι, ταύτας δή πυ τὰς χρυσόκερως, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκὰς, ἀνεῖνται γὰρ τῷ Απόλλωνι, ἄγει σοβῶν εἰς χάσμα τῆς γῆς, οὐχ ὡς ἀπόλλοιντο, ἀλλ' ὡς ἀφανισθεῖεν εἰς μίαν ἡμέραν, ἔς τ' ἂν τὸν Απόλλω δάκῃ τῦτο. καὶ, ὡς οὐδὲν μετὸν αὐτῷ τῦ γεγονότος, ὑποδύεται τὰ σπαργάνα. ἥκει καὶ ὁ Απόλλων παρὰ τὴν Μαίαν, ἀπαιτῶν τὰς βῦς. ἡ δὲ ἀπιστεῖ, καὶ ληρεῖν οἴεται τὸν θεόν. βούλει μαθεῖν ὅ, τι καὶ λέγει; δοκεῖ γὰρ μὴ φωνῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ λόγυ τὶ ἐπιδηλῦν τῷ προσώπῳ. ἔοικεν ὡς μέλλων πρὸς τὴν Μαίαν λέγειν ταῦτα· ἀδικεῖ με ὁ σὸς υἱὸς, ὃν χθὲς ἔτεκες. τὰς γὰρ βῦς, αἷς ἔχαιρον, ἐμβέβληκεν εἰς τὴν γῆν, οὐκ οἶδ' ὅποι τῆς γῆς. ἀπολεῖται δή, καὶ ἐμβεβλήσεται κατωτέρω πρὸ τῶν βοῶν. ἡ δὲ θαυμάζει, καὶ ὑ προσδέχεται τὸν λόγον. ἔτ' αὐτῶν ἀντιλεγόντων ἀλλήλοις, ὁ Ερμῆς ἵσταται κατόπιν τῦ Απόλλωνος, καὶ κύφως ἐπιπηδήσας τοῖς μεταφρένοις, ἀψοφητὶ λύει τὰ τόξα, καὶ συλῶν μὲν διέλαθεν· ὑ μὴν ἠγνοήθη σεσυληκώς. ἐνταῦθα ἡ σοφία τῦ ζωγράφυ. διαχεῖ[4] γὰρ τὸν Απόλλωνα, καὶ ποιεῖ χαίροντα. μεμέτρηται δὲ ὁ γέλως, οἷος ἐφιζάνειν τῷ προσώπῳ, θυμὸν ἐνικώσης ἡδονῆς.

premam Deorum ſedem naſcitur. Illic vero Homerus nec imbres ſentiri ait, nec ventos audiri, neque niuem demitti ob montis altitudinem: eſſeque montem illum diuinum plane, atque ab omnibus illis caſibus immunem, quibus hominum montes ſunt obnoxii. Heic genitum Mercurium Horae excipiunt. Pinxit & illas, vt cuiuſque fert forma. Faſciis vero ipſum inuoluunt, florum pulcerrimos inſpergentes, vt non ignobiles habeat faſcias. Atque Horae quidem ad Mercurii matrem, in lecto iacentem, conuertuntur. At Mercurius interea clanculum faſciis ſe ſubduxit, iamque erectus incedit, deque Olympo deſcendit. Mons autem ipſo oblectatur, ridet enim hominis ad inſtar. Olympique gaudium eo ſpectare credas velim, quod Mercurius in eo ſit natus. Quale vero iam furtum? Vaccas, in Olympi radicibus paſtas, has ipſas inquam, aureis inſignes cornibus, niueque magis candidas, Apollini dicatae ſunt enim, abactas, in terrae ſpeluncam propellit, non vt pereant, ſed vt vnum lateant diem, donec hoc Apollini aegre faciat. Ipſe autem, perinde ac ſi nullae in hoc facinore ipſius partes eſſent, faſcias ſubit. Venitque Apollo ad Maiam, vaccas repetens. At ei fidem ipſa non habet, Deumque nugari arbitratur. Viſne percipere quid dicat? videtur enim non vocem, verum & mentem quodammodo vultu prodere. Similis itaque eſt dicturo ad Maiam: offendit me filius tuus, quem heri peperiſti. Vaccas enim, quibus delector, in terram immiſit, neſcio vbi terrarum: male autem peribit, & ad loca detrudetur profunda magis, quam ea ſunt, ad quae vaccae peruenere. Maia vero miratur, neque orationi fidem habet. Dumque inuicem adhuc contendunt, poſt Apollinis terga ſtat Mercurius, &, in ſcapulas magna celeritate inſiliens, abſque vllo ſtrepitu arcum ſoluit, & clanculum ſurripit quidem, non tamen latet, poſtquam ſurripuiſſet. Atque hic pictoris etiam elucet ars. Repraeſentat enim Apollinem fronte remiſſa, facitque laeta vt appareat facie. Modicus tamen eſt riſus, qualis ſuperficiem tantum faciei occupare videatur, oblectatione iram vincere incipiente.

---

2 Ομηρος] locus eſt Odyſſ. ζ' v. 43.

3 Ωραι] *Nymphae*, vt habet in Arcadicis Pauſanias.

4 διαχεῖ] *laetam* vel *hilarem facit*. i. e. talem repraeſentat Apollinem. Solenne enim Graecis, vt poetas vel pictores efficere dicant, quod repraeſentant. Sic Homerus Helenam ἄγειν ἐπὶ τὸ τῦ Ιλίυ τεῖχος dicitur, Philoſtrato in Heroicis Proteſilao §. XX. i. e. adductam repraeſentare. Sic Vlyſſes apud eund. *Vlyſſe* ad Homerum μὴ δὴ ἄγε τὸν Παλαμήδην εἰς Ιλιον, i. e. *ne refer eum ad Troiam veniſſe*. ſic & ſupra in *Scamandro* de Homero ἀνίστησι τὸν Αχιλλέα ἐπὶ τῷ Πατρόκλῳ. Et de pictura in *Phaethonte* ῥίζας βαλομένας, i. e. βεβλημένας repraeſentans. Taceo alia.

ΑΜΦΙΑΡΕΩΣ.

Τὸ τοῖν δυοῖν ἅρμα ἵπποιν, τὸ γὰρ ἐπὶ τετταράρων ἔπω τοῖς ἥρωσι διὰ χειρὸς, εἰ μὴ ἄρα Ἕκτορι[1] τῷ Θρασεῖ, φέρει τὸν Ἀμφιάρεων, ἐκ Θηβῶν ἐπανιόντα, ὁπότε ἡ γῆ λέγεται αὐτῷ διασχεῖν, ὡς μαντεύοιτο ἐν τῇ Ἀτ]ικῇ[2], καὶ ἀληθεύοι, σοφὸς ἐν πανσόφοις[3]. ἑπτὰ ἔτοι[4], Πολυνείκει τῷ Θηβαίῳ τὴν ἀρχὴν κατακτώμενοι, ἀδεὶς ἐνόσησε, πλὴν Ἀδράστου, καὶ Ἀμφιάρεω, τὸν δὲ λοιπὸν ἡ Καδμεία[5] κατέσχεν. ἀπώλοντο δὲ οἱ μὲν ἄλλοι δόρασι, καὶ λίθοις, καὶ πελέκεσι· Καπανεὺς δὲ λέγεται κεραυνῷ βεβλῆσθαι, πρότερος μὲν οἶμαι κόμπῳ βαλὼν τὸν Δία[6]. ἔτοι μὲν ἂν ἑτέρα λόγου. κελεύει δὲ ἡ γραφὴ βλέπειν ἐς μόνον τὸν Ἀμφιάρεων, φεύγοντα κατὰ τῆς γῆς, αὐτοῖς στέρνοις, καὶ αὐτῇ δάφνῃ. καὶ οἱ ἵπποι λευκοὶ, καὶ ἡ δίνη τῶν τροχῶν σπουδῆς ἔμπλεως, καὶ τὸ ἆσθμα τῶν ἵππων ἀπὸ παντὸς τοῦ μυκτῆρος· ἀφρῷ δὲ ἡ γῆ διέῤῥανται, καὶ ἡ χαίτη μετακλίνεται. διαβρόχοις τε ὑπὸ ἱδρῶτος ἔοσι, περίκειται λεπτὴ κόνις, ἥτ]ον μὲν καλὰς ὑποφαίνουσα τὰς ἵππους, ἀληθεστέρας δέ. ὁ δὲ Ἀμφιάρεως τὰ μὲν ἄλλα ὥπλισαι, μόνα δὲ ἀμελεῖ κράνους, ἀνιεὶς τὴν κεφαλὴν Ἀπόλλωνι, βλέπων ἱερὸν καὶ χρησμῴδες. γράφει δὲ καὶ τὸν Ὠρωπὸν[7], νεανίαν, ἐν γλαυκοῖς γυναίοις· τὰ δὲ ἐστι θάλατ]αι[8]. γράφει δὲ τὸ φροντιστήριον τοῦ Ἀμφιάρεω, ῥῆγμα ἱερὸν, καὶ θειῶδες. αὐτοῦ καὶ ἀλήθεια[9] λευχειμονοῦσα, αὐτοῦ καὶ ὀνείρων πύλη[10]· δεῖ γὰρ τοῖς ἐκεῖ μαντευομένοις ὕπνου· καὶ ὄνειρος αὐτὸς, ἐν ἀνειμένῳ τῷ εἴδει γέγρα-

XXVII. AMPHIARAVS.

Bigae, (nam quadrigas nondum tractare ſolebant Heroes, Hectore excepto, audaciſſimo eorum,) Amphiaraum vehunt, Thebis redeuntem, quo tempore tellus in ipſius gratiam dicitur diſceſſiſſe, vt in Attica oracula redderet, veraque daret reſponſa, ſapiens in gente ſapientiae ſtudiis inclyta. Ex ſeptem iſtis, qui Polynici Thebano imperium reſtituere conabantur, nemo praeter Adraſtum atque Amphiaraum reuerſus eſt, reliquos vrbs Cadmea habet. Perierunt autem haſtis alii, lapidibuſque, & ſecuribus: ſed Capaneum fulmen feriiſſe perhibetur, cum ipſe prior Iouem arrogantia feriiſſet. Atque de illis quidem dicendum eſt alibi. Imago autem haec in vnum reſpicere iubet Amphiaraum: cum ipſis coronis, ac lauro, per terram fuga delatum. Suntque candidi equi, rotarumque vertiginem feſtinatio occupat, totiſque naribus anhelant equi: ſpuma autem terra perſperſa eſt, iubaque reclinatur. [Equis] porro ſudore madefactis tenuis inhaeret puluis, minus quidem pulcros eos repraeſentans, ſed ad viuum magis. Amphiaraus autem reliquo corpore toto armatus, ſolam neglexit galeam, Apollini deuoto capite, ipſoque adſpectu ſacer atq; fatidicus. Sed & Oropum repraeſentat, medium inter glaucas iuuenem mulierculas: maria autem [denotant] iſtae. Refert & Amphiarai oraculum, ſacrum ac diuinum antrum. Ibi & veritas niueis induta veſtibus: ibi & ſomniorum porta, (ſomno namque hic conſultoribus opus eſt:) ipſeque ſomnus remiſſa pictus eſt facie, candidamque

---

XXVII. ΑΜΦΙΑΡΕΩΣ. 1 ἔπω τοῖς ἥρ. διὰ χ. ἦν, εἰ μὴ ἄρα Ἕκτορι] vide ſupra obſeruata ad *Pelopem*. Vbi tamen heroibus ante Hectorem in bello tantum vſum quadrigarum negat, in agonibus concedit. Certe Amphiarao *quadrigas* in *ſupplicibus* tribuere Euripidem, itemque *Hippolyto*, in eius nominis tragoedia, iam obſeruatum Vigenerio ad h. l.

2 ἡ γῆ λέγ. αὐτ. διαστχ. ὡς μαντεύ. ἐν τ. Ατ]ικ.] vide eam in rem vitam Apollonii Tyanenſis l. II. c. 37. & ibi citatos autores.

3 ἐν πανσόφοις] ſic Athenienſes vocat, ſapientia & philoſophiae ſtudiis celebres, vt armis Lacedaemonii.

4 ἑπτὰ ἔτοι] ad ſequentia illuſtranda faciunt nonnulla ſupra in *Menoeceo* obuia.

5 Καδμεία] Thebae, a *Cadmo* conditore ita nominatae. ſic & inf. vocat in Euadne.

6 τὸν Δία] πρὸς τὸν Δία habet cod. Laud. Ceterum nota fabula de Capaneo fulmine icto ob *blaſphemiam*, dum Thebas ſcala expugnare conaretur, videndus Euripid. Supplicib. fin. vt & in Phoeniſſis & noſter inf. in *Antigone* & *Euadne*.

7 Ὠρωπὸν] regio eſt inter Atticam & Tanagram, vt apud Pauſaniam eſt, cum vrbe cognomine, cuius conditorem haec imago repraeſentaſſe videtur, Oropum, Lycaonis filium, Macedonem, vt apud Stephanum eſt v. Ὠρωπός, quemadmodum paſſim heroes vrbium conditores referunt nummi antiqui. Imo ipſam repraeſentabat vrbem iuuenis ille, vt Ialyſum, Rhodi vrbem, iuuenis habitu repraeſentabat Protogenes, apud Plin. lib. X. c. 35. Repraeſentatur autem h. l. ideo, quod XII tantum ſtadiis ab Oropo diſtet Amphiarai antrum, primuſque ille ab Oropiis diuinis honoribus fuerit affectus, vt apud Pauſan. eſt l. c. Hinc Ὠρωπός τε κώμη Ἀμφιάρεια λοετρά iunguntur Euphorioni apud Stephanum l. c.

8 τὰ δὲ ἐστι θάλατ]αι] nempe mulieribus ſtipatum Oropum repraeſentat *glaucis*, qui color marinus, vt maritimam vrbem eſſe ſignificaret: mulieres enim illae, vt noſter ait, *maria* ſunt.

9 ἀλήθεια λευχειμ.] *candor* enim dicitur ſinceritas, vnde veritas alba veſte, quae oraculo aſſidet, cum oraculi virtus ſit veritas.

10 ὀνείρων πύλη] de portis inſomniorum duabus, quibus nobis ex inferis aduenient ſomnia, ſiue incerta ſiue certa, videndi Homerus Odyſſ. T' v. 562. Coluthus de raptu Helenae v. 310. Virgilius Aeneid. VI. v. 893. & ad eum Servius, Auſon. Ephemerid. fin. itemque Macrobius de Somn. Scipion. l. I. c. 3. Eoque etiam alludunt Nonnus in Dionyſ. l. XXXIV. v. 89. & Claudian. l. VI. de Honor. Conſ. praef. conſ. & Alciat. παρίεγων VI, 8. Muretum Var. XI, 7.

ſuper

ſuper nigra veſtem habet, eo, vt puto, quod nox ſit ipſius, & quae diem excipiunt. Cornu is manibus quoque tenet, vt qui inſomnia per veram portam inducere ſoleat.

XXVIII. APRORVM VENATORES.

Nolite praetercurrere nos, o venatores, neque equos incitate, priuſquam inueſtigemus & quid velitis, & quid venemini. Vos enim apri capiendi cauſa exiiſſe fertis prae vobis. Videoque ferae facinora, nam oleas effodit, vites vaſtauit, & neque ficum, neque fructum quemcunque, nec arborem frugiferam vllam reliquit, ſed ex humo cuncta euulſit, alia quidem effodiens, in alia vero incidens, aliis denique ſe affricans. Video ipſum, & ſetis horrentem, & ignem oculis emittentem; ipſiuſque iam in vos ſtridٍent dentes, o viri fortes. Valent enim huiuſmodi ferae quam longiſſimo interuallo audire ſtrepitum. Vos ego quidem, formam illius adoleſcentuli venantes, ab ipſo iam captos reor, velleque pro ipſo periclitari. Quid enim [vult ſibi] quod tam prope [adequitatis]? quid quod tangentes? Quid quod in ipſum conuerſi eſtis? Quid quod equis trudimini? Quid euenit mihi? A pictura extra me raptus ſum, non pictos eos eſſe exiſtimans, ſed & viuere, & moueri, atque amare. Obiurgo igitur, vt qui audire poſſint, meque reſponſum ab iis laturum puto. Neque tu verbulum quidem, vt qui oberrantem reducere cuperet, emiſiſti, perinde atque ego victus, neque habens quo impoſturam amoueres, obortumque ab ea ſomnum. Conſideremus igitur picta quae ſint, pictura eſt enim ad quam conſtitimus. Ambivnt nempe adoleſcentulum quidem honeſti iuuenes, & honeſta ſtudia exercenπται, καὶ ἐσθῆτα ἔχει λευκὴν ἐπὶ μελαίνῃ, τὸ, οἶμαι, νύκτωρ αὐτῷ καὶ μεθ' ἡμέραν. ἔχει καὶ κέρας [11] ἐν ταῖν χεροῖν, ὡς τὰ ἐνύπνια διὰ τῆς ἀληθοῦς ἀνάγων [12].

ΣΥΟΘΗΡΑΙ [1].

Μὴ παραθεῖτε ἡμᾶς, ὦ θηρευταὶ, μὴ δὲ ἐπικελεύεσθε τοῖς ἵπποις, πρὶν ὑμῶν ἐξιχνεύσωμεν ὅ, τι βέλεσθε, καὶ ὅ, τι θηρᾶσθε [2]. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐπὶ χλαίνην σῦν [3] φατε ἴεσθαι. καὶ ὁρῶ τὰ ἔργα τοῦ θυρίου, καὶ τὰς ἐλαίας ἐξορώρυχε, τὰς ἀμπέλους ἐκτέτμηκε, καὶ οὐδὲ συκῆν καταλέλοιπεν, οὐδὲ μῆλον, οὐδὲ μηλάνθην [4]. πάντα δὲ ἐξήρηκεν ἐκ τῆς γῆς, τὰ μὲν ἀνορύττων, τοῖς δὲ ἐμπίπτων, τοῖς δὲ παρακνώμενος. ἐρῶ δὲ αὐτὸν καὶ τὴν χαίτην φρίττοντα [5], καὶ πῦρ ἐμβλέποντα, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ παταγοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς, ὦ γενναῖοι. δεινὰ γὰρ τοιαυτὶ θηρία, ὅτι ἐκ πλείστης κατακούειν τοῦ ὁμάδου. ἐγὼ μὲν οἶμαι, τὴν ὥραν ἐκείνου τοῦ μειρακίου διαθηρῶντας ὑμᾶς, τεθηρᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ προκινδυνεύειν ἐθέλειν. τί γὰρ ἔτω πλησίον; τί δὲ παραψαύοντες; τί δὲ παρ' αὐτῷ ἐπέστραφθε; τί δὲ ὠσίζεσθε τοῖς ἵπποις; οἷον ἔπαθον; ἐξήχθην ὑπὸ τῆς γραφῆς, μὴ γεγράφθαι δοκῶν αὐτούς, εἶναι δὲ, καὶ κινεῖσθαι, καὶ ἐρᾶν. διατωθάζω γοῦν ὡς ἀκούοντας, καὶ δοκῶ τι ἀντακούεσθαι. σὺ δ' οὐδ', ὅσα ἐπισρέψας παραπαίοντα, ἐφθέγξω τι, παραπλησίως ἐμοὶ νενικημένος, καὶ οὐκ ἔχων ἀνείργεσθαι τῆς ἀπάτης, καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ ὕπνου. σκοπῶμεν οὖν τὰ γεγραμμένα, γραφῇ γὰρ παρεσκάμεν [6]. περίκεινται μὲν δὴ τῷ μειρακίῳ νεανίαι καλοὶ, καὶ καλὰ

---

11 *κέρας*] nempe *cornea* porta ſomnii eſt, per quam *vera* ſomnia aduentant, vt fallacia & incerta per *eburneam*, vid. autores cit.

12 *διὰ τῆς ἀληθοῦς ἀνάγων*] ſubint. *πύλης*. Ex hoc vero Philoſtrati loco patet optimo iure *portas* illas *ſomni* dici poſſe, qui ſcilicet ſomnia per eas inducat, nec neceſſe eſſe vt apud Virgilium l. c. *ſomni* dictum intelligamus pro *ſomnii* vt voluit Turnebus l. IV. aduerſ. c. 14.

XXVIII. ΣΥΟΘΗΡΑΙ. 1 Συοθήρων] *aprorum* venatores vertimus, nempe *σύας* abſolute dici Graecis, quos frequentius cum addito *σύας ἀγρίους*, *σύας κάπρους*, item *χλαίνας κάπρους* appellant, vel hic ipſe locus euicerit. Idem firmatur Oppiani quoque autoritate Κυνηγ. l. II. v. 132.

2 *θηρᾶσθε*] cod. Laudian. habet *θηρᾶτε*.

3 *χλαίνην σῦν*] *χλαίνην σῦν aprum* vocat Homerus Iliad. I' v. 535. & ſine addito *χλαίνην* Nicander apud Athenaeum lib. XV. ad quem vide Caſaubonum. Prolixe autem vocem *χλαίνην* explicat ad Homeri l. c. Euſtathius: vel enim eſſe dicit *τὸν ἐν χλόῃ ἐναζόμενον*, quaſi *χλόενον*, vel *ἐνυαγίδα* vel *ἐντομίαν*, cuius poſtremae explicationis autores adducuntur Aeſchylus, Ariſtoteles & Aelianus.

4 *μηλάνθην*] fruſtra eſſe puto qui hic peculiarem arboris ſpeciem quaerunt: confecta haec vox Philoſtrato ex Homericis iſtis Iliad. I' v. 535. ſqq. quae ob oculos ei fuiſſe cum haec ſcriberet non dubito

Ωρσεν ἐπὶ ΧΛΟΥΝΗΝ ΣΥΝ, ἄγριον, ἀργιόδοντα,
Ος κατὰ πολλ' ἴρδεσκεν ἴθυν Οινῆος ἀλωήν,
Πολλὰ δ' ὄγε προθέλυμνα χαμαὶ βάλε δένδρεα πακτῇ,
Αὐτῇσι ῥίζῃσι, καὶ αὐτοῖς ΑΝΘΕΣΙ ΜΗΛΩΝ.

Vbi μῆλα omnis generis *ἀκρόδρυα* hic. *fructus* notare, Euſtathius obſeruat. Vox itaque *μηλάνθης arborem* notat *cuiuſcunque fructus feracem*.

5 *καὶ τὴν χαίτην φρίττοντα* &c.] iſta quoque & ſequentia ex Homero manifeſte decerpta ſunt: Iliad. N' v. 473.

— φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν
Ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον· αὐτὰρ ὀδόντας
Θήγει, ἀλίξασθαι μεμαὼς κύνας ἠδὲ καὶ ἀνδρας.

Quamuis gemina prorſus etiam Heſiodus habeat in Scuto Herculis v. 386. ſq.

6 *γραφῇ γὰρ παρεσκάμεν*.] iam ſe colligens quaſi picturam eſſe dicit, non ipſas rerum ſpecies quae ſibi obuerſentur.

ἐπιτηδεύοντες, καὶ οἷον εὐπατρίδαι. καὶ ὁ μὲν, παλαίστρας τι ἐπιδηλοῖ [7] τῷ προσώπῳ, ὁ δὲ χάριτος, ὁ δὲ ἀγειρσμοῦ· τὸν δὲ ἀνακεκυφέναι φήσεις ἐκ βιβλίου. φέρεσι δὲ αὐτὸς ἵπποι, παραπλήσιος ἑδεὶς ἄλλος ἄλλῳ. λευκός τις, καὶ ξανθὸς, καὶ μέλας, καὶ φοίνιξ. ἀργυροχάλινοι [8], καὶ φικτοὶ [9], καὶ χρυσοῖ τὰ φάλαρα [10]. ταῦτα φασὶ τὰ χρώματα τοὺς ἐν Ὠκεανῷ Βαρβάρους ἐγχεῖν τῷ χαλκῷ διαπύρῳ [11]· τὰ δὲ συνίσασθαι, καὶ λιθοῦσθαι, καὶ σώζειν ἃ ἐγράφη. ἑδὲ τὴν ἐσθῆτα συμβαίνουσιν, ἢ τὴν στολήν. ὁ μὲν ἔυζωνος ἱππάζεται, χ κῶφος ἀκοντιστὴς, οἶμαι, καὶ ἀγαθὸς [12] ὤν. ὁ δὲ πέφρακται· τὸ στέρνον, ἀπειλῶν πάλην τινὰ τῷ θηρίῳ· καὶ τὰ σκέλη πέφρακται. τὸ δὲ μειράκιον ὀχεῖται μὲν ἐφ' ἵππου λευκοῦ. μέλαινα δὲ, ὡς ὁρᾷς, ἡ κεφαλὴ τῷ ἵππῳ. καὶ λευκὸν ἀποτετόρνευται κύκλον ἐπὶ τοῦ μετώπου, κατ' αὐτὸ τῆς σελήνης τὸ πλῆρες. καὶ φάλαρα ἔχει χρυσᾶ, καὶ χαλινὸν κόκκου Μηδικοῦ [13], τοῦτο γὰρ τὸ χρῶμα προσαστράπτει τῷ χρυσῷ [14], καθάπερ οἱ πυρώδεις λίθοι. στολὴ τῷ μειρακίῳ χλαμὺς, ἔχουσά τι ἀνέμου καὶ κόλπου. τὸ μὲν χρῶμα ἐκ φοινικῆς ἁλουργίας, ἣν ἐπαινοῦσι φοίνικες. ἀγαπάσθω δὲ τῶν ἁλουργῶν μάλιστα, δοκεῖ γὰρ σκυθρωπάζειν, ἔλκει τινὰ παρὰ τοῦ ἡλίου ὥραν [15], καὶ τῷ τῆς Ἰδης ἄνθει ῥαίνεται [16]. αἰδοῖ δὲ τοῦ γυμνοῦσθαι πρὸς τοὺς παρόντας, ἔσαλται χειριδωτῷ [17] φοινικῷ. συμμετρεῖται δὲ ὁ χιτὼν ἐς ἥμισυ τοῦ μηροῦ, καὶ

tes, & patriciis ſimiles. Atque alius quidem palaeſtram facie ſpirat, alius charites, alius vrbanitatem: hunc de libro caput ſuſtuliſſe dicas. Equi autem ipſos geſtant quorum nullus ſit ſimilis alteri. Videas enim candidum, & flauum, nigrumque, & puniceum. Argenteis ornati ſunt frenis, Phrygiique operis: aureae autem habenae ſunt. Aiunt Barbaros, Oceani accolas, iſtos colores aeri infundere ignito, hos vero coire, ac indureſcere, & quae picta ſint ſeruare. Nec veſtis eadem omnibus habituſue. Alius quidem expeditus equitat, atque leuis, ſtrenuus, vt puto, iaculator exiſtens. Alius vero pectus armatus eſt, luctam minitans ferae cuidam: habetque crura etiam armata. Ipſe autem adoleſcentulus equo quidem vehitur niueo; nigrum vero, vt vides, equo eſt caput: candiduſque in fronte circumductus apparet orbis, lunam plenam imitatus. Habet & phaleras ex auro, & cocco Medico imbuta frena. Hic enim color auro ſplendorem ſuum miſcet, vt ignei coloris gemmae. Indumentum adoleſcentulo eſt chlamys, vento agitata aliquantum atque ſinuata. Colorem quidem ex punicea purpura trahit, quam Phoenices maxime probant. Inter purpuras autem maximum iſti pretium ſtatuere fas eſt: cum enim ſubtriſtis videatur, pulcritudinem a ſole trahit, & ſyluae floridis coloribus adſpergitur. Coram praeſentibus autem nudari verecundatus, tunica, ad manus vſque pertingente, eaque purpurea indutus eſt. Tunica autem illa ad medium femur cubitumque

7 παλαίστρας τι ἐπιδ'] i. e. maſculam habet faciem, qualis palaeſtritarum.

8 ἀργυροχαλ.] vid. vit. Sophiſtar. lib. I. vita *Polemonis* §. II. n. 15.

9 φικτοὶ] acu picti. *Phrygium opus* vocant alias, vid. notata ad eundem *Polemon* §. II. n. 15.

10 χρυσοῖ τὰ φάλ.] vid. ad eund. *Polemon.* §. II. n. 15.

11 τοὺς ἐν Ὠκ. βαρβ. ἐγχεῖν τῷ χαλκῷ διαπύρῳ] *Celtas* intelligit per Barbaros in Oceano. De iſta vero eorum arte vide obſeruata ad vit. *Polemonis* § cit. n. 17.

12 καὶ ἀγαθὸς] ſic cod. Anglic. deleta ὑποσιγμῇ poſt κῶφος, quam editi habentes legebant ἀγαθὸς.

13 κόκκου Μηδικοῦ] coccum Plinius H. N. l. XV. ſ. 12. praeſtantiſſimum Galatiam, Africam, Piſidiam, Ciliciam, peſſimum Sardiniam dare ait, de *Media* nihil. Βαβυλώνιον tamen κόκκον etiam habet Philoſtratus ep. 28. *ad Exorem.* Vigenerius putat, *fraenum cocci Medici* eſſe *ſericcum*, nam *ſericea Medica* appellata, *coccineo* colore imbutum. At *Babylonium coccum* vel *Medicum* purpura forſan eſt. Sic enim in Periplo Arrianus *purpurae* meminit ex *Apologo Babylonis* ſrbe ad Euphratis oſtium. & Rabbi Chanina per *pallium Sinear* Ioſuae VII intelligit pallium ex פרפרא בבראה *purpura Babylonica*, vt obſeruatum Bocharto Hieroz. P. II. l. I. p. 138.

14 προσαστράπτει τῷ χρυσ.] ſenſus eſt fraenum illud coccineum auro & gemmis fuiſſe diſtinctum.

15 δοκεῖ γὰρ σκυθρωπ. ἔλκει τινὰ παρὰ τοῦ ἡλίου ὥραν] plane haec illuſtrant Plinii illa H. N. IX. cap. 61. vbi de Tyria purpura: *Laus ei ſumma in colore ſanguinis concreti, nigricans aſpectu*, (h. e. quod noſter dicit σκυθρωπάζειν) *idemque ſuſpectu* (h. e. ſi leuatam & luci obuerſam aſpexeris) *refulgens* (h. e. ἕλκουσα παρὰ τοῦ ἡλίου ὥραν vt noſter habet.) Pollux lib. I. c. 4. §. II. ſplendorem purpureas veſtes a ſolis radiis, dum tinguntur affulgentibus, habere etiam dicit: χαίρει δὲ ἡλίῳ ὁμιλοῦσα τῆς πορφύρας ἡ βαφὴ· καὶ ἡ ἀκτὶς αὐτὴν ἀναπυροῦσιν, καὶ πλείω ποιεῖ καὶ φαιδροτέραν τὴν αὐγὴν, ἐμφοινισσομένην ἐκ τοῦ ἄνω πυρός. Puto tamen hic Plinii ſenſu potius dici purpuram ἔλκειν τινὰ παρὰ τοῦ ἡλίου ὥραν, nempe pictura ſerenam tempeſtatem, ſolemque purpureae veſti irradiantem repraeſentabat.

16 καὶ τῷ τῆς Ἰδης ἄνθει ῥαίνεται] Niger, interpres, *Iden herbam* hic ſibi finxerat, quam nuſpiam inuenias. Vigenerius interpretabatur *purpura quaſi aſperſa eſt flore montis Idae*, nec ipſe ſenſum ſatis aſſecutus. *Idam* vocat Philoſtratus ipſam *ſyluam*, in qua hanc venationem ſiſtebat pictura, nam *Idam ſylvam* in genere notare Heſychio & aliis obſeruatum. Dicit itaque Philoſtratus *purpuram*, qua indutus obequitabat ille iuuenis, floridis ſyluae virentis coloribus, id enim ἄνθη ex receptiſſimo vſu, quaſi adſpergi: nam iſta ſyluae viredo purpuram irradians aliquantum colorem eius immutabat.

17 χειριδωτῷ] *chiridotae* quid ſint Gellius explicat lib. VII. c. 12. tunicae, nempe vltra brachia, & vſque in primores manus ac prope in digitos.

perti-

pertinet vsque. Ipse ridet, iucundumque tuetur, comamque nutrit, quae oculos non abscondat, vbi vento agitata fuerit. Forte aliquis & genas commendauerit, nasique modum, atque sigillatim omnes faciei partes similiter. Ego vero animi indolem miror. Etenim vt venator robore valet, atque equo superbit, seque amari intelligit. Sarcinas autem ipsis ferunt muli ac muliones, pedas scilicet & retia, & venabula, iaculaque & hastas, cuspide praefixas. Canum quoque ductores militiam hancce sequuntur, ac speculatores, canumque varia genera, non modo naribus valentium, vel pernicitate, verum & robore animoque insignium: nam & robore in feram opus erat. Repraesentat igitur Locros, Laconasque, & Indicos, atque Creticos: alios quidem ferocientes ac latrantes, alios vero attentos, qui & sequuntur feram, & vestigio hiantes attendunt. Mox longius progressi venatricem celebrabunt Deam. Eius enim quoddam isthuc templum est, statuaque prae vetustate laeuis, aprorumque atque vrsorum capita. Pascuntur hic sacrae ipsi dicatae ferae, hinnuli, lupique, & lepores, cicures omnes, hominesque minime reformidantes. Post preces venationem aggrediuntur. Nec fera latebras patitur, sed ex insidiis prosilit. Inde in equites irruit, & ipsos quidem repentino impetu perterret. Superatur vero ab iisdem iaculando, minus quidem tempestiue ipsam ferientibus, partim quod aduersus istas munita sit, partim quod trepidantes minus ferierint fortiter: vulnere tamen non adeo profundo in femore accepto fessa per syluam fugit. Profunda autem ipsam excipit palus, & ad paludem lacus. In-

ἴσα τῷ ἀγκῶνος [18]. καὶ μειδιᾷ, καὶ χαροπὸν βλέπει, καὶ κομᾷ, ὅσον μὴ ἐπισκοτεῖσθαι τὰς ὀφθαλμὰς, ὅτε ἀτακτήσῃ ἡ κόμη ὑπὸ τῶ ἀνέμου. τάχα τις καὶ τὴν ῥαιστὴν ἐπαινέσεται, καὶ τὰ μέτρα τῆς ῥινὸς, καὶ καθ' ἓν ἕτωσι τὰ ἐν τῷ προσώπῳ. ἐγὼ δὲ ἄγαμαι τῶ φρονήματος. καὶ γὰρ ὡς θηρατὴς ἔρρωται, καὶ ὑπὸ τῶ ἵππου ἐπῆκται, καὶ συνίησιν ὅτι ἐρᾶται. σκευοφοροῦσι δὲ αὐτοῖς ὀρεῖς, καὶ ὀρεωκόμοι, ποδοστράβας [19], καὶ ἄρκυς, καὶ προβόλια, καὶ ἀκόντια, καὶ λόγχας, ἐφ' ὧν οἱ κυνηγέται. καὶ κυναγωγοὶ συστρατεύουσι, καὶ σκοπιωροί. καὶ τὰ ἔθνη τῶν κυνῶν [20], ἆρ' οὐ ῥῖνα ἀγαθαὶ μόναι, ἢ αἱ ταχεῖαι αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αἱ γενναῖαι. ἔδει γὰρ καὶ ἀλκῆς ἐπὶ τὸ θηρίον. γράφει δὴ Λοκρίδας [21], Λακαίνας, Ινδικὰς, Κρητικὰς, τὰς μὲν ἀγερώχους, καὶ ὑλακτούσας, τὰς δὲ ἐννοούσας, αἳ καὶ μεθέπουσι, καὶ σεσήρασι κατὰ τῶ ἴχνους. καὶ τὴν ἀγρότεραν [22], προϊόντες, ἄσονται. νέως γάρ τις αὐτῆς ἐκεῖ, καὶ ἄγαλμα, λεῖον ὑπὸ τῶ χρόνου, καὶ συῶν κεφαλαὶ, καὶ ἄρκτων [23]. νέμεται δὲ αὐτῇ καὶ θηρία ἄνετα, νεβροὶ, καὶ λύκοι, καὶ λαγωοί. πάντα ἥμερα, μὴ δεδιότα [24] τὰς ἀνθρώπους. ἔχονται [25] μετὰ τὴν εὐχὴν τῆς θήρας. καὶ τὸ θηρίον οὐκ ἀνέχεται λανθάνειν, ἀλλ' ἐκπηδᾷ τῆς λόχμης. εἶτα ἐμπίπτει τοῖς ἱππεῦσι, καὶ ταράσσει μὲν αὐτοὺς ἐκ προσβολῆς. νικᾶται δὲ ὑπὸ τῶν βαλλόντων, καιρία μὲν οὐκ ἐντυχόντων [26], διά τε τὸ φράττεσθαι πρὸς τὰς πληγὰς [27], διά τε τὸ μὴ ὑπὸ θαῤῥούντων βάλλεσθαι· μαλαχθεὶς δὲ πληγῇ ἐπιπολαίῳ κατὰ τῶ μηροῦ, φεύγει διὰ τῆς ὕλης, ἐκδέχεται δὲ αὐτὸν ἕλος βαθὺ, καὶ λίμνη πρὸς τῷ ἕλει. διώ-

---

18 ὁ χιτὼν ἐς ἡμισυ τῶ μηροῦ καὶ ἴσα τῶ ἀγκῶνος] χιτὼν intelligitur ea ipsa tunica, quam χειρίδωτον paulo ante vocabat: nempe tales vestes *ad brachia cruraque aduersus oculos protegenda* pertinuisse l. c. indicat Gellius.

19 ποδοστράβας &c.] haec scripsisse videtur Philostratus ob oculos habens locum Xenophontis de venat. πρὸς δὲ τὸν ὗν τὸν ἄγριον κεκτῆσθαι ἄρκυς, ἀκόντια, προβόλια, ποδοστράβας.

20 τὰ ἔθνη τ. κυνῶν] canum ἔθνη scriptor vitae Apollonii quoque dixit, & vitarum Sophist. ad *Polemon.* § II. n. 14. vid. ad eos obseruata, itemque Oppianus cuius ibi allegatum locum habes.

21 γράφει δὴ Λοκρίδας &c.] haec quoque ex Xenophonte libro de Venat. transscripta videntur, vbi de venatione aprorum ita: πρὸς δὲ τὸν ὗν τὸν ἄγριον κεκτῆσθαι κύνας Ινδικὰς, Κρητικὰς, Λοκρίδας, Λακαίνας.

22 ἀγρότεραν] notum Dianae cognomen, venatricem interpretatur Pollux lib. V. & Scholiast. ad Aristophan. Thesmophoriaz. p. 772.

23 συῶν κεφαλαὶ καὶ ἄρκτων] nempe ita in more veteribus, vt Dianae simulacris, in syluis erectis, eppensa ferarum, quibus potiti erant, simulacra consecrarent. Tangit morem vetus Grammat. ad Aristophan. Plutum p. 93. ἦθος ἦν τὸς θηρῶντάς τινα ἄγραν μέρος τι τῶ θηρεύματος, κεφαλὴν ἢ πόδα προσηλῶν πασσάλῳ ἐπί τινος δένδρου, εἰς αὐτὴν ὕλην, πρὸς τιμὴν Ἀρτέμιδος. Huius moris vestigia habes in antiquo marmore publicato a Spanhemio ad Callimachum p. 206.

24 μὴ δεδιότα] sic rescripsi ex cod. Laud. Nam editi habebant καὶ δεδιότα.

25 ἔχονται] sic edit. Aldin. & MS. Laud. Morellus edidit ἔχοντα, forte typographi errore, praeterea σιγμὴν ante ἔχονται, ponendam putauimus. Hymnos igitur & solennia vota hic praemissa ad Dianam ait, postea venationem institutam esse. Sic Xenophon de Venat. p. 984. καὶ ἰυξάμενοι τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ ἀγροτέρᾳ, μεταδιῶναι τῆς θήρας &c.

26 οὐκ ἐντυχ.] particula οὐκ in Morelliana exciderat, agnoscit Aldina cum cod. Laud.

27 διά τε τὸ φράττεσθαι πρ. τ. πληγὰς] pelle nempe duriore.

κυσιν ὧν, βοῆ χρώμενοι, οἱ μὲν ἄλλοι μέχρι τῆς ἕλκης, τὸ δὲ μειράκιον συνεμβάλλει τῷ θηρίῳ ἐς τὴν λίμνην, καὶ τέσσαρες ἕτοι κύνες. καὶ τὸ μὲν θηρίον ἵεται τρῶσαι τὸν ἵππον· ἀπονεῦσαν δὲ τῆς ἵππης τὸ μειράκιον, καὶ ἐς τὰ δεξιὰ κλῖναν[28], ἀφίησι τῇ χειρὶ πάσῃ[29], καὶ βάλλει τὸν σῦν, κατ' αὐτὸ μάλιστα τὸ συνάπτον τὴν πλάτην τῇ δέρῃ. ἐντεῦθεν οἱ μὲν κύνες καταγουσι τὸν σῦν ἐς τὴν γῆν, οἱ δὲ ἐρασταὶ βοῶσιν ἀπὸ τῆς ὄχθης, οἷον φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὅς τις ὑπερκεκράξεται τὸν πέλας. καὶ πέπτωκέ τις ἀπὸ τῆς ἵππης, μὴ κατασχών, ἀλλ' ἐκθορυβήσας τὸν ἵππον. ὃς δὲ καὶ στέφανον αὐτῷ πλέκει παρὰ τῆς λειμῶνος, τῆς ἐν τῷ ἕλει. ἔτι ἐν τῇ λίμνῃ τὸ μειράκιον, ἔτι ἐπὶ τῆς σχήματος ᾧ τὸ πάλτον ἀφῆκεν· οἱ δὲ ἐκπεπλήγασι, καὶ θεωροῦσι τὸ αὐτό, οἷον γραφέν.

ΠΕΡΣΕΥΣ.

Ἀλλ' οὐκ ἐρυθρά γε αὕτη ἡ θάλασσα; οὐδ' Ινδοῖ ταῦτα, Αἰθίοπες δὲ; καὶ ἀνὴρ Ελλην ἐν Αἰθιοπίᾳ; καὶ ἆθλος τῆς ἀνδρὸς, ὃς ἑκὼν ἔτλη κατὰ ἔρωτα; οἶμαί σε, ὦ παῖ, μὴ ἀνήκοον εἶναι τῆς Περσέως, ὃν φασιν Ατλαντικὸν ἀποκτεῖναι κῆτος ἐν Αἰθιοπίᾳ, πεζεῦον ἐπὶ τὰς ἀγέλας, καὶ τοὺς ἐν τῇ γῇ ἀνθρώπους. ταῦτ' οὖν ἐπαινῶν ὁ ζωγράφος, καὶ οἰκτείρων τὴν Ανδρομέδαν, ὅτι κήτει ἐξεδόθη. τετέλεσται ἤδη ὁ ἆθλος· καὶ τὸ μὲν κῆτος ἔρριπται πρὸ τῆς ἠιόνος, ἐμπλημμυρῶν πηγαῖς αἵματος, ὑφ' ὧν ἔρυθρα ἡ θάλασσα. τὴν δὲ Ανδρομέδαν ἀπαλλάττει τῶν δεσμῶν ὁ ἔρως· γέγραπται δὲ πτηνὸς μὲν, τὸ εἰωθός, νεανίας δὲ, παρ' ὃ εἴωθε[2]· καὶ ἀσθμαίνων γέγραπται, καὶ οὐκ ἔξω τοῦ μεμοχθηκέναι. καὶ γὰρ εὐχὴν ἀνεβάλετο τῷ ἔρωτι ὁ Περσεὺς πρὸ τοῦ ἔργου, παρεῖναι αὐτὸν, καὶ κατὰ τοῦ θηρίου συμπέτεσθαι. ὁ δὲ ἀφίκετο, καὶ ἤμυσε τοῦ Ελληνος. ἡ κόρη δὲ ἡδεῖα μὲν, ὅτι λευκὴ ἐν Αἰθιοπίᾳ, ἡδίων δὲ αὐτὸ τὸ εἶδος. παρέλθοι ἂν καὶ Λυδὴν ἁβρὰν, καὶ Ατθίδα ὑπόσεμνον, καὶ Σπαρτιάτην ἐρρωμένην. κεκαλλώπισαι δὲ ἀπὸ τοῦ καιροῦ, καὶ γὰρ ἀπιστεῖν ἔοικε, καὶ χαίρειν μετ' ἐκπλήξεως. καὶ τὸν Περσέα βλέπει μειδιᾶ-

sequuntur igitur clamore sublato, ceteri quidem vsque ad paludem: adolescentulus vero vna cum fera in lacum se coniicit, istique vna canibus quatuor. Et fera quidem in eo est, vt equum vulneret: adolescentulus tamen, equo euitans ictum, atque ad dexteram corpore inclinato, tota manu iaculatur, aprumque ferit, qua parte maxime humeris collum adnectitur. Inde canes quidem aprum ad terram deducunt, amatores vero de ripa inclamant altum, quasi certent quis alterum clamore possit superare. Vnus etiam ex equo cecidit, quod eum fraeno non contineret, sed perturbatum ferri sineret. Iste vero coronam etiam ei texit, ex prato, quod in palude est. Adhuc in lacu est adolescentulus, adhuc eo est habitu, quo iaculum misit. Hi vero obstupescunt, eumque, quasi picturam cernerent, intuentur.

XXIX. PERSEVS.

At rubrum nonne istud est mare? Indiane vero ista & Aethiopia? Et in Aethiopia Graecus? Virique certamen, qui amoris causa sponte id subiisset? Puto te, o puer, de Perseo audiuisse, quem Atlanticum in Aethiopia cetum occidisse ferunt, greges pariter, in terra obuios, hominesque inuadentem. Haec igitur pictor commendat, Andromedamque Ceto expositam, miseretur. Iamque finem habet certamen: cetusque in littore proiectus [comparet], sanguinis fontibus scaturiens, a quibus ipsum iam mare rubet. Andromedam autem Cupido vinculis soluit, pictusque is est alatus quidem, pro more, iuuenis vero, praeter solitum. Anhelus praeterea repraesentatur, & quasi qui labore non careat. Etenim precatus est Perseus, priusquam opus aggrederetur, Cupidinem, vt adesset, & aduersus feram iuxta cum ipso alarum remigio volteretur. Adfuitque ille quidem, Graecumque hominem exaudiuit. Puella autem suauissima quidem est, in Aethiopia quippe candida quae sit, ob formam tamen ipsam haut paulo est suauior. Vinceret vtique mollissimam Lydam, Atticam grauissimam, Lacaenam fortissimam. Formae autem gratia ipsi comparata ex occasione: etenim & fidem non habere videtur, & cum stupore gaudere. Perseum praeterea respicit, suauiter ipsi iam iam

28 κλῖναν] cod. Laud. μετακλῖναν.

29 χειρὶ πάσῃ] id est quantum manu valebat.

XXIX. ΠΕΡΣΕΥΣ. 1 τετέλεσται ἤδη ὁ ἆθλος] nempe pictura non ipsam pugnam Persei cum monstro repraesentat, sed ipsum cum Andromeda sistit, quales post pugnam conspectos fuisse credas peractam.

2 παρ' ὃ εἴωθε] nam *puerum* vulgo pingunt *Cupidinem*.

arri-

arridens. Ipſe vero, haud procul a puella, in dulci atque odorata iacet herba, ſudorem in terram ſtillans, Gorgonis terriculamento ſepoſito, ne in lapidem obuii ei homines forte conuertantur. Multi autem ſunt paſtores, lac porrigentes, vinumque quod hauriat. Iucundi Aethiopes ſunt ob colorem mirabilem, diductoque ore ridentes, & luculenter gaudentes: ſuntque plerique ſibi ſimiles. Et Perſeus haec quidem admittit, ſiniſtro vero cubito ſe ipſum firmans pectus attollit, prae anhelatione ſpiritu repletus, puellamque intuetur. Chlamydem autem dat vento purpuream, ſanguiniſque guttis inſperſam, quibus fera in certamine ipſum adſperſerat. Valeant Pelopidae, Perſeique humero cedant: pulcer namque cum ſit, ac ſanguine ſuffuſus, aliquid inſuper ex labore viuidi coloris acceſſit: venaeque etiam intumuerunt, eis ad hoc conferente labore, dum anhelitus quoque invaleſcunt. Sed & puella haut parum illi rei conferre videtur.

μά τι ἤδη εἰς αὐτὸν πέμπουσα. ὁ δὲ ἀ πόῤῥω τῆς κόρης, ἐν ἡδείᾳ καὶ λιβανώδει πόᾳ, κεῖται, σάζων εἰς τὴν γῆν ἱδρῶτα, καὶ τὸ δεῖμα τῆς γοργῦς ἔχων ἀπόθετον, μὴ ἐντυχόντες αὐτῷ λαοὶ λίθοι γένωνται. πολλοὶ δὲ οἱ βουκόλοι, γάλα ὀρέγοντες, καὶ οἶνα ἐπισπᾶσαι. ἡδεῖς Αἰθίοπες ἐν τῷ τᾶ χρώματος ἀτόπῳ, καὶ βλοσυρὸν μειδιῶντες, καὶ ἀκ ἄδηλοι χαίρειν, καὶ οἱ πλεῖστοι ὅμοιοι. ὁ Περσεὺς δὲ ἀσπάζεται μὲν ταῦτα[3], σηρίζων δὲ αὐτὸν ἐπὶ τᾶ ἀριστερᾶ ἀγκῶνος, ἀνέχει τὸν θώρακα, ἔμπνους ὑπὸ τᾶ ἄσθματος, ἐμβλέπων τῇ κόρῃ. καὶ τὴν χλαμύδα τῷ ἀνέμῳ ἐκδίδωσι, φοινικῆν ὖσαν, καὶ βεβλημένην αἵματος ῥανίσιν, ἃς προσέπνευσεν αὐτῷ τὸ θηρίον ἐν τῷ ἀγῶνι. ἐῤῥώσθων Πελοπίδαι[4] παρὰ τὸν τᾶ Περσέως ὦμον· καλῷ γὰρ ὄντι αὐτῷ, καὶ ὑφαίμῳ προσήνθηκέ τι τᾶ καμάτᾳ, καὶ ὑπῳδήκασιν αἱ φλέβες, ἐπιλαμβάνοντος τάτᾳ αὐτᾶς, ὅταν πλεονεκτήσῃ τὸ ἄσθμα. πολλὰ καὶ παρὰ τῆς κόρης ἄρνυται[6].

XXX. PELOPS.

Habitus mollis, veſtis ex Lydia, adoleſcentulus in prima lanugine, Neptunuſque adoleſcentulo arridens, equiſque ipſum oblectans, Lydum refert Pelopem, ad mare profectum, vt aduerſus Oenomaum Neptunum inuocet; quia Oenomaus generum minime admittebat, ſed, Hipodamiae amantes interficiens, procorum ſeſe efferebat exuuiis. Oranti autem Pelopi aureus e mari currus advehitur. Sed equi terreſtres ſunt, & qui axe ſicco, leuique vngula Aegaeum percurrere poſſint mare. Certamen igitur bene Pelopi ſuccedet, ſed nos pictoris certamen expendamus. Neque enim modici eſt, vt puto,

ΠΕΛΟΨ[1].

Στολὴ δὲ ἁπαλή, σχῆμα ἐκ Λυδίας[2], καὶ μειράκιον ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ[3], Ποσειδῶν τε μειδιῶν εἰς τὸ μειράκιον, καὶ ἀγάλλων αὐτὸ ἵπποις[4], δηλοῖ Πέλοπα, τὸν Λυδὸν, ἐπὶ θάλατταν ἥκοντα, ὡς ἔυξαιτο τῷ Ποσειδῶνι κατὰ τᾶ Οἰνομάᾳ[5], ὅτι μὴ χρῆται γαμβρῷ ὁ Οἰνόμαος, ἀλλὰ κτείνων τῆς Ἱπποδαμείας ἐρῶντας, φρονεῖ τῶν μνηστήρων ἀκροθινίοις. καὶ ἐυχομένῳ τῷ Πέλοπι ἥκει χρυσᾶν ἅρμα[6], ἐκ θαλάττης. ἠπειρῶται δὲ οἱ ἵπποι, καὶ οἷοι διαθρᾳμεῖν τὸν Αἰγαῖον ἀυχμηρῷ τῷ ἄξονι, καὶ ἐλαφρᾷ τῇ ὁπλῇ. ὁ μὲν ἂν ἆθλος ἐυδρομήσει τῷ Πέλοπι. τὸν δὲ τᾶ ζωγράφᾳ ἆθλον ἡμεῖς ἐξετάζωμεν. ἀγὰρ σμικρᾷ, οἶμαι,

---

3 μὲν ταῦτα] editi inſertum habebant καὶ quod praeeunte codice Laud. omiſimus.

4 Πελοπίδαι] Pelopis poſteris *humerum eburneum* fuiſſe Nazianzenus indicat, orat. I. contra Iulianum: ἐπίστασαι Πελοπίδαι παρὰ τῶν ἄμων καὶ τᾶ ἐλίφαντος. Eum a progenitore ſuo *Pelope* quaſi haereditatis iure accepere, cui vnde obuenerit notiſſima ex mythographis & poetis fabula. vide paulo poſt noſtrum in Pelope. *Eburneo* vero illi Pelopidarum humero hic noſter comparat humerum *Perſei*, illoque valere iuſſo, hunc longe ait eſſe pulcriorem.

5 ἐπιλαμβ τάτᾳ αὐτᾶς] nempe labore magis intento anhelis venae etiam magis intumeſcunt.

6 πολλὰ καὶ παρὰ τῆς κόρ. ἄρν.] eius enim forma accenſo anhelitus frequentiores veniunt, & venae magis intumeſcunt.

XXX. ΠΕΛΟΨ. 1 Πίλοψ] hanc imaginem locum occupare debere ante eam quae ſ. Πίλοψ ἢ Ἱπποδάμεια inſcribitur, dum in ea illuſtranda verſaremur obſeruauimus n. 1. & 12.

2 στολὴ δὲ ἁπαλὴ σχῆμα ἐκ Λυδίας] ſic ſ. eodem loco de Pelope ἴσαλται τὸν Λύδιον καὶ ἀῤῥὲν τρόπον.

3 ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ] ſic Pindarus de Pelope nuptias cum Hippodamia animo agitante Olymp. I. v. 110. Λάχναι τε μέλαν γένειον ἔερσον.

4 ἀγάλλων αὐτὸ ἵπποις] ipſiſſima Pindari verba ex Olymp. I. v. 139. vbi de Pelope:

— τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς,
Εδωκεν διφρεῖν χρύσεον, ἵν πτερόεσσιν δ' ἀκάμαντας ἵπποις.

5 κατὰ τᾶ Οἰνομάᾳ] nempe quadrigis cum eo pugnandum erat, tales itaque, quibus vincere queat, a Neptuno, equeſtris rei numine, ſibi depoſcit Pelops. vid. Pindarum Olymp. I. & ſupra in *Pelope* & *Hippodamia*.

6 χρυσᾶν ἅρμα — ἵπποι] ſic Pindarus l. c. n. 4.

ἀγω-

ἀγῶνος ἵππους μὲν ξυνθεῖναι τέτταρας, καὶ μὴ ξυγχέαι τῶν σκελῶν τὸ κατὰ ἕνα αὐτῶν, ἐμβαλεῖν δὲ αὐτοῖς μετὰ τῆς γαληνῆς φρόνημα· σῆσαί τε τὸν μὲν ἐν αὐτῷ τῷ μὴ θέλειν ἑστάναι[7], τὸν δὲ ἐν τῷ κροαίνειν βάλεσθαι, τόν δ' ἐν τῷ πείθεσθαι. ὁ δὲ γάννυται τῇ ὥρᾳ τοῦ Πέλοπος, καὶ ἐυρεῖαι αὐτῷ αἱ ῥῖνες, ὅσα χρεμετίζοντι. ἔτι κἀκεῖνο σοφίας· ὁ Ποσειδὼν τοῦ μειρακίου ἐρᾷ, καὶ ἀναφέρει αὐτὸ ἐς τὸν Λέβητα, καὶ τὴν Κλωθώ[8]. ὅ, τε Πέλοψ ἀστράψαι δοκεῖ τῷ ὤμῳ[9]. καὶ τοῦ μὲν γαμεῖν ἐκ[10] ἀπάγει αὐτόν, ἐπειδὴ ὥρμησεν[11]. ἀγαπῶν δὲ ἄλλως ἐφάψασθαι τῆς χειρὸς, ἐμπέφυκε τῇ δεξιᾷ τοῦ Πέλοπος, ὑποτιθέμενος αὐτῷ τὰ ἐς τὸν δρόμον. ὁ δὲ ὑπέρφρων ἤδη, καὶ ἀφνειὸν[12] φρονεῖ, καὶ ἡ ὀφρὺς μετὰ τῶν ἵππων. βλέπει δὲ ἡδύ, καὶ μετέωρον, ὑπὸ τῆς τιάρας ἐπισοβεῖν, ἧς, οἵα χρυσαῖ λιβάδες, ἡ κόμη τοῦ μειρακίου ἀποσάζουσα, μετώπῳ ὁμολογεῖ, καὶ ἰσάλῳ συναυθεῖ, καὶ μεταπίπτουσα τῇδε, κἀκεῖσε, ἐν τῷ καιρίῳ μένει. γλυτὸν, καὶ στέρνα, καὶ ὅσα περὶ γυμνῷ τοῦ Πέλοπος ἐλέγχῃ ἂν, καλύπτει ἡ γραφή. Λυδοὶ γὰρ, καὶ οἱ ἄνω Βάρβαροι[13], καθειρξαντες ἐς τοιάσδε ἐσθῆτας[14] τὸ κάλλος, λαμπρύνονται τοιοῖσδε ὑφάσμασιν, ἐνὸν λαμπρύνεσθαι τῇ φύσει. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἀφανῆ, καὶ εἴσω, τὸ δὲ τῆς στολῆς, ἔνθα ὁ ὦμος ὁ ἀριστερὸς[15], τέχνῃ ἠμέληται, ὡς μὴ κρύπτοιτο αὐτῷ ἡ αὐγή. νύξ τε γὰρ ἐπέχει[16], καὶ λαμπρύνεται τῷ ὤμῳ τὸ μειράκιον, ὅσα ἡ νὺξ τῷ ἑσπέρῳ.

laboris quatuor iungere equos, neque tamen singulorum pedes inuicem confundere, & iuxta cum lenitate altos tamen etiam ipsis quasi inspirare spiritus: atque alium quidem repraesentare subsistentem dum minime vellet, alium vero id agentem, vt terram vngulis quassat: alium obsequiosum se praebentem. Neptunus autem Pelopis pulcritudine delectatur, panditque nares, adhinnientis more. Hoc quoque artis est: Neptunus adolescentulum amat, amorisque ad Lebetem atque Clotho refert origines. Videturque Pelops humero coruscare. A nuptiis tamen neutiquam dehortatur quidem: quandoquidem earum sentit appetentem. Gestiens cetera manum eius attrectare, Pelopis dexterae quasi adhaeret, quae ad cursum spectant ipsi suppeditans. Ipse vero iam animo gestit, atque altum spirat, & supercilium versus equos flectit. Iucundum autem atque elatum tuetur, cum tiara incedens, ex qua aurearum stillarum modo coma iuuenis defluens, ad frontem componitur, & iuxta lanuginem efflorescit, hucque recidens atque illuc ordinem tamen seruat. Nates, & pectus, & quaecunque de nudo Pelope dici possent, tegit pictura. Lydi namque, & superiores partes habitantes barbari, intra huiusmodi vestes pulcritudinem includentes, talibus ornantur vestimentis, cum a natura ornatum capere liceat. Et reliqua quidem latent, atque teguntur: eam vero vestis partem, vbi sinister est humerus, ars neglectam repraesentat, ne humeri splendor tegeretur. Nox enim est, humero tamen collustratur adolescentulus, haud secus ac nox hesperо.

ΞΕΝΙΑ.

Καλὸν δὲ καὶ σῦκάσαι[1], καὶ μηδὲ ταῦτα παρελθεῖν ἀφώνως. σῦκα μέλανα ὀπῷ λειβό-

XXXI. XENIA.

Pulcrum autem est ficus legere etiam, & ne has quidem silentio praeterire. Ficus ni-

---

7 σῆσαί τε τὸν μὲν ἐν αὐτῇ τῷ μὴ θέλειν ἑστάναι] miratur pictoris artem duo maxime aduersa exprimentem, subsistentem nempe equum, ita tamen vt pateret eum ad motum compositum esse, neque lubenter subsistere, σῆσαι pro γράφειν ἑστάντα vide similes phrases obseruatas paulo ante in *Mercurii Natal.* n. 4.

8 ἀναφέρει ἐς τὸν Λέβητα καὶ τὴν Κλωθώ] sensus est Neptunum amoris sui originem ad Clotho & Lebetem referre: qui scilicet Pelopem adamare coeperit, postquam a Tantalo, parente suo, expertus o Deorum numen, in frusta concisus, iisque in epulis appositus, a Ioue vero restitutus fuit. Id quod Pindarus factum fingit, eum in *lebete* recoquendo, ex quo *Clotho* eum integrum extraxisse ait: Olymp. I. v. 38. ex quo haec decerpta manifeste, sic enim de Pelope ille:

— τῷ μεγασθενὴς
Ἐράσσετο γειάοχος Ποσειδᾶν,
Εἴτε νιν καθαρῷ λέβητος ἔξελεν
Κλωθώ, ἐλέφαντι φαίδιμον
Ὦμὸν κεκαδμένον.

9 ἀστράψαι δοκεῖ τῷ ὤμῳ] *eburneo*, quem Ceres in epulis deuoratum, Pelopi restituit. vid. Pindarus l. c. & passim poetae ac mythographi.

10 ἐκ ἀπάγει] ἐκ exciderat Morelliana edit. habent Aldina & cod. Laud.

11 ὥρμησεν] cod. Laud. ἄρμηκεν.

12 ἀφνειὸν] Gruterus & Salmas. ἀλφειὸν: quod perplacet. Nempe ad *Alpheum* certamine Oenomaum vicit. vide s. in *Pelope* & *Hippodamia*.

13 Λυδοὶ γὰρ καὶ οἱ ἄνω Βάρβαροι] sic Herodotus lib. I. παρὰ γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλλοισι Βαρβάροισι καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν αἰσχύνην μεγάλην φέρει.

14 τοιάσδε ἐσθῆτας] videtur *Chirodotas* intelligere, quas paulo ante describebat in *Aprorum Senatoribus*.

15 ὦμος ἀριστερὸς] eburneus nempe ille.

16 νὺξ τε γὰρ ἐπέχει] nempe quoniam pulcerrimum corpus *chirodota* tegebat, eam noctis tenebris comparat, quam tamen *hesperi* ad instar *nudatus humerus* sinister quodammodo illustret.

XXXI. ΞΕΝΙΑ. 1 καλὸν δὲ καὶ συκάσαι] primum grae

grae ſucco ſtillantes, aceruatim vitis foliis impoſitae ſunt. Pictae vero ſunt cum corticis rimis, & pars quidem hiant aliquantum, melle ſcaturientes, pars vero a tempeſtate penitus ſciſſae ſunt. Iuxta ipſas autem ramus proiectus eſt, minime, per Iouem, inutilis, fructuſue expers, ficus nempe inumbrat, partim quidem crudas, & groſſos adhuc, partim vero rugoſas, atque exoletas, partim hiantes quodammodo, ſuccique florem oſtendentes. Quae vero in ſummo eſt ramo ficus, eam paſſer perfodit, quales vtique ficuum ſuauiſſimae videntur. Nucibus autem totum inſtratum eſt pauimentum, quarum aliae quidem putamine extritae ſunt, aliae vero eo conduntur hiantes, nonnullae ſciſſuram oſtendunt. At & pyra pyris, vide, & poma accumulata pomis, ipſorumque aceruos ac decadas; odorata omnia, atque aureo colore. Qui autem ipſis ineſt rubor, eum non ſuperficiei inhaerere, ſed ab interioribus diffuſum dixeris. Ceraſi porro haec munera: fructus ecce, racematim in calatho congeſti. Calathus autem non alienis, ſed ipſius plantae contextus eſt viminibus. Palinitum porro [expendens] contextum, ſi quidem vides eum, ſuſpenſaſque ex illis vuas, & vt ſinguli diſcerni acini poſſint; hymnis celebrabis Bacchum, atque, *o venerande racemifer*, de vite inquies. Diceres vtique pictos illos racemos comedi poſſe, ac vino turgere. Illud quoque iucundum, in foliis ficulnei ſurculi recens mel, in ceram iam concreſcens, & ad exundandum oportunum, ſi quis exprimeret. Et caſeus in altero folio eſt, nuper coactus, atque adhuc palpitans: lactiſque crateres non modo niuei, verum etiam fulguris inſtar coruſcantis. Etenim, prae pinguedine ſupernatante, ſplendeſcere videtur.

μενα[2], σεσώρευται μὲν ἐπὶ φύλλων ἀμπέλου. γέγραπται δὲ μετὰ τῶν φλοιῶν ῥηγμάτων[3], καὶ τὰ μὲν ὑποκέχηνε, παραπτύοντα τῷ μέλιτος[4], τὰ δ' ὑπὸ τῆς ὥρας οἷον ἔσχισαι. πλησίον δὲ αὐτῶν ὄζος ἔρριπται, μὰ Δί' οὐκ ἀργὸς, ἢ κενὸς τοῦ καρποῦ. σκιάζει δὲ σῦκα τὰ μὲν ὠμὰ καὶ ὀλύνθους ἔτι, τὰ δὲ ῥυσὰ καὶ ἔξωρα, τὰ δὲ ὑποσέσηρα[5], παραφαίνοντα τῷ χυμῷ τὸ ἄνθος. τὸ δὲ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ ὄζου τρυθὸς διορώρυχεν, ἃ δὴ καὶ ἥδιστα σύκων δοκεῖ. καρύοις δ' ἅπαν ἔστρωται τέδαφος, ὧν τὰ μὲν παρατέτριπται τῷ ἐλύτρῳ, τὰ δὲ ἔγκειται μεμυκότα, τὰ δὲ παρεμφαίνει τὴν διαφυήν. ἀλλὰ καὶ ὄχνας ἐπ' ὄχναις ὁρᾷ, καὶ μῆλα ἐπὶ μήλοις, σωρούς τε αὐτῶν, καὶ δεκάδας, εὐώδη πάντα, καὶ ὑπόχρυσα. τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς ἔρευθος οὐδὲ ἐπιβεβλῆσθαι φήσεις, ἀλλὰ ἔνδον ὑπηνθηκέναι. Κεράσου δὲ ταῦτα δῶρα, ὁπώρα τις αὕτη βοτρυδὸν[6] ἐν ταλάρῳ. ὁ τάλαρος δὲ ἐκ ἀλλοτρίων πέπλεκται λύγων, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ φυτοῦ. πρὸς δὲ τὸν σύνδεσμον τῶν κλημάτων εἰ βλέπεις, καὶ τὰς ἐκπεφυκυίας αὐτῶν ταφυλὰς, καὶ ὡς κατὰ μίαν αἱ ῥάγες, ἄσῃ τὸν Διόνυσον, οἶδα, καὶ, ὦ πότνια βοτρυόδωρε[7], περὶ τῆς ἀμπέλου ἐρεῖς. φαίης δ' ἂν καὶ τοὺς βότρυς τῇ γραφῇ ἐδώδιμους εἶναι, καὶ ὑποίνους. κἀκεῖνο ἥδιστον, ἐπὶ φύλλων κράδης μέλι χλωρὸν[8], ἐνδεδυκὸς ἤδη τῷ κηρῷ, καὶ ἀναπλημμυρεῖν ὡραῖον, εἴ τις ἀποθλίβοι. καὶ τρυφαλὶς[9] ἐφ' ἑτέρου φύλλου νεοπαγὴς, καὶ σαλεύουσα· καὶ ψυκτῆρες γάλακτος, οὐ λευκοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ στιλπνοῦ. καὶ γὰρ στίβειν ἔοικεν, ὑπὸ τῆς ἐπιπολαζούσης αὐτῷ πιμελῆς.

---

locum inter hoſpitalia munera ficubus tribuit, donum nempe illae Cereris, quo Phytali hoſpitalitatem remunerata eſt, vt patet ex epigrammate apud Pauſaniam in Atticis p. 35.

Ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως Φύταλος ποτὲ δέξατο σεμνὴν
Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν,
Ἣν ἱερὰν συκὴν ἡητῶν γίνος ἐκνομάζει. &c.

2 σῦκα μέλανα ὀπῷ λευκῷ.] nigrae ficus ſpecies habet Plinius H. N. l. XV. ſect. 19. *Alexandrina e nigris eſt, candicante rima, cognomine delicatae, Nigra & Rhodia eſt, & Tiburtina de praecocibus.*

3 μετὰ τῶν φλοιῶν ῥηγμάτων] nempe *Nigram* paulo ante delineabat ficum Alexandrinam Plinius, *candicante rima*, quae *ſciſſa Libyſſi* dicitur inde Columellae in Hort. p. 359. cui conuenit, quod paulo poſt noſter ὑποσέσηρα dicit.

4 παραπτύοντα τῷ μέλιτος] nempe *percoctae* illae *ficus*. Plinius lib. cit. ſect. 21. *ſuccus matureſcentibus ficis lactis, percoctis mellis.*

5 ὑποσέσηρα] vid. paulo ante n. 3.

6 ὁπώρα τις αὕτη βοτρυδὸν &c.] ὁπώραι omnes fructus molliores dici notum. Ceraſa igitur hic ὁπώραι dicit, quae racematim accumulata in calatho iacere ait.

7 βοτρυόδωρε] ſic βοτρυφόρος Bacchum Orpheus vocat in hymno.

8 μέλι χλωρὸν] ſuccum mellis intelligit, ex percoctis ficubus vid. n. 4.

9 τρυφαλὶς] forte ex ficu caſeus. Nam vt Plinius lib. XVI. ſect. 71. ficis lacteus ſuccus, huic ad caſeos figurandos coaguli vis. Sic & Ariſtot. lib. III. Hiſt. Anim. c. 16. πήγνυται δὲ τὸ γάλα, ἐπός τε συκῆς, καὶ πυετία.

ΦΛΑΥΙΟΥ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΚΟΝΕΣ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

FLAVII PHILOSTRATI IMAGINES.

LIBER SECVNDVS.

ΥΜΝΗΤΡΙΑΙ Ι[1].

Ἀφροδίτην ἐλεφαντίνην[2] ἀπάλοῖς μυρρίνῶσιν ᾄδουσιν ἁπαλαὶ κόραι. διδάσκαλος αὐτὰς ἄγει σοφὴ, καὶ οὐδὲ ἔξωρος. ἐφιζάνει γάρ τις ὥρα καὶ ῥυτίδι πρώτῃ, γήρως μὲν τὸ ὑπόσεμνον ἕλκουσα, τούτῳ δ' οὐ κεραννῦσα τὸ σωζόμενον τῆς ἀκμῆς. καὶ τὸ μὲν σχῆμα τῆς Αφροδίτης, αἰδοῦς γυμνὴ, καὶ εὐσχήμων. ἡ δὲ ὕλη, συνθήκη μεμυκότος[3] ἐλέφαντος. ἀλλ' ὁ βούλεται γεγράφθαι δοκεῖν ἡ θεὸς, ἔκκειται δὲ οἷα λαβέσθαι[4]. βούλει λόγῳ τι ἐπιλείβωμεν[5] τῷ βωμῷ; λιβανωτοῦ γὰρ ἱκανῶς ἔχει, καὶ κασίας, καὶ σμύρνης. δοκεῖ δέ μοι καὶ Σαπφοῦς τι ἀναπνεῖν[6]. ἐπαινετέα τοίνην ἡ σοφία τῆς γραφῆς. πρῶτον μὲν, τὰς ἀγαπωμένας λίθους περιβαλοῦσα[7], οὐκ ἐκ τῶν χρωμάτων αὐτὰς ἐμιμήσατο, ἀλλ' ἐκ τοῦ φωτὸς, οἷον ὀφθαλμῷ κέντρον τὴν διαύγειαν αὐταῖς ἐνθεῖσα. εἶτα καὶ ὅτι τοῦ ὕμνου παρέχει ἀκούειν. ᾄδουσι γὰρ αἱ παῖδες, ᾄδουσι· καὶ ἡ διδάσκαλος ὑποβλέπει[8] τὴν ἀπαύδουσαν, κροτοῦσα τὰς χεῖρας[9], καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐμβιβάζουσα. τὸ μὲν γὰρ τῆς στολῆς ἀπέρειτον, καὶ μὴ δι' ὄχλου αὐταῖς, εἰ ἀθύροιεν, ἢ τὸ ἐν χρῷ τῆς ζώνης, ἢ τὸ εἰς βραχίονα τοῦ χιτῶνος, ἢ ὡς

I. VIRGINES HYMNVM CANENTES.

VEnerem eburneam molles mollibus Myrtetis puellae canunt. Sapiens ipsas nec exoleta ducit magistra, nam rugis etiam primis quaedam insidet pulcritudo, senectam quidem venerabilem trahens, illam tamen reliquiis pristini floris temperans. Et Veneris quidem habitus iste est: pudore nudata est omnis, & vndiquaque decora. Materia vero ex ebore consolidata coaluit. At Dea minime vult videri picta, atque ita prominet, vt manu apprehendi posse videatur. Visne aliquid super ara orationis libemus etiam, thuris enim, casiaeque, ac myrrhae habet affatim. Videtur igitur ingenium a Sappho Veneri tributum mihi spirare. Laudandum porro in ista pictura ingenium. Primum quidem quod gemmis, Veneri gratis, eam ornans, non colores earum, sed ipsum fulgorem sit imitata, pelluciditatem ipsis indens, ad oculos quasi perstimulandos. Deinde quod & hymnum audiendum quasi praebeat. Canunt enim puellae, canunt, respicitque magistra dissonam edentem vocem, manibus subplodens, & ad melodiam affatim eas reducens. Vestitus porro modicus plane, & qui minus eis impedimento sit, si ludere velint, zonaue corpus ambiens, & ad brachium pertingens tunica, & pedibus

---

LIBER II.

I. ΥΜΝΗΤΡΙΑΙ. 1 *Υμνήτριαι*] hanc ex cod. Laudian. reuocauimus huius imaginis inscriptionem, quam etiam retinet Aldina, melius illa huic loco quadrat quam edita a Morello ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

2 *ἐλεφαντίνην*] Venerem, quam hic describit Philostratus, *ἐλεφαντίνην* ab *Elephantine* Aegypti dici existimat Gyraldus syntagm. XIII. de Diis, cui non assentio. Certe ex sequentibus patet, eo quod ex ebore factam repraesentaret haec imago Veneris statuam, eam *ἐλεφαντίνην* dici.

3 *μεμυκότ.*] Hesych. *μεμυκότων πεπυκνωμένων, συνεσφιγμένων.* Sunt igitur *ἔλεφας μεμυκὼς* eboris fragmenta coagmentata, quorum *συνθήκη* formatam statuam imago referebat.

4 *ἔκκειται δὲ οἷα λάβεσθαι*] vid. obseruata ad lib. Apollon. I. II. c. 20.

5 *ἐπιλείβωμεν*] verissima lectio codicis Laudiani. Nam editi habebant *ἐπιλάβωμεν*. Nempe, de altari loquens, eleganter dicit se illi orationis aliquid quasi libamen affusurum, nam alterius generis libaminum iam affatim ei esse.

6 *δοκεῖ δέ μοι καὶ Σαπφοῦς τι ἀναπνεῖν*] adhuc loquitur de Venere, quam cum dicit videri *Σαπφοῦς τι ἀναπνεῖν*, id alium sensum habere non potest, quam spirare eam indolem, quam Sappho illi in hymnis suis tribuit. Vigenerius, haec ad *ὑμνητρίας* referens, aliter accipit, nempe spirare eas Sapphicos hymnos. Verum manifestum est, de Venere hic sermonem esse. Firmatque meam sententiam, quod inferius sequitur, hymnum Sapphus *ὑμνητρίας* canere, nam id colligebatur ex statua forma illa, qua Sappho Venerem repraesentauerat, picta.

7 *περιβαλοῦσα*] siue Veneri siue *ὑμνητρίαις*.

8 *καὶ ἡ διδάσκ. ὑποβλ.*] locum hunc vt alia quaedam Philostrati compilauit Aristaenetus lib. I. ep. 10. *ἐπιβλέπει* tamen habet pro *ὑποβλ.*

9 *κροθοῦσα τ. χεῖρας*] interualla, in cantu obseruanda, moderans manuum complosione. Sic supra etiam in Como [*κρότῳ*] *μάλιστα δεῖται ὁ κῶμος, καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν πλήττει εἰς τὸ κοῖλον, ἵνα ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι, πλητόμεναι τρόπῳ κυμβάλων.*

nudis

nudis qui fiat inceſſus, in molli ſtantium herba, refrigeriumque e rore captantium: veſteſque prato ſimiles, coloreſque earum, auctumque alterius ab altero decus [haec inquam omnia] mirum in modum expreſſa ſunt. Nam qui ea pingendo non exprimunt, quae contingere ſolent, illi in picturis minus vere imitantur. Virginum autem formas ſi Paridi, aut alii cuipiam iudici committeremus, mihi vtique in proferenda ſententia anceps futurus videtur, vſque adeo dubiam ſibi inuicem palmam reddunt. Roſeae vlnae, nigrae oculos, pulcrae malas, vocem iucundae. Sapphus dulciſſimum illud [quod canunt] canticum eſt. Accinit autem ipſis fidibus Cupido, arcum reclinans, neruuſque omnes refert harmoniae numeros, & quae lyrae inſunt omnia pollicetur. Celeres autem Dei volvuntur oculi, rhythmum quempiam, puto, diſpicientes. Quid igitur canunt? Pictura enim ipſum quoque canticum quodammodo refert. Venerem e mari genitam dicunt, coeli influxu, & in qua quidem inſularum appulerit, nondum dicunt: dicent autem, vt puto, factum id eſſe in Papho. Natiuitatem porro affatim canendo indicant; ſuſpicientes enim e coelo genitam eſſe innuunt: manus vero ſupinas fluctuum inſtar motitantes, quod e pelago orta ſit, oſtendunt: riſuſque ipſarum placidus maris tranquilli indicium eſt.

ἀνυποδησίᾳ χαίρουσιν, ἐφεζῶσαι ἁπαλῇ πόᾳ καὶ ἀναψυχὴν ἕλκουσαι παρὰ τῆς δρόσου· λειμών τε ὁ περὶ τὰς ἐσθῆτας[10], καὶ τὰ ἐν αὐταῖς χρώματα, καὶ ὡς ἄλλο ἄλλῳ ἐπιπρέπει[11], δαιμονίως ἐκμεμίμηται. τὰ γὰρ συμβαίνοντα οἱ μὴ γράφοντες, ἐκ ἀληθεύουσιν ἐν ταῖς γραφαῖς. τὰ δὲ εἴδη τῶν παρθένων, εἰ τῷ Πάριδι, ἢ ἄλλῳ τῷ κριτῇ ἐπιτρέποιμεν, ἀπορῆσαι ἄν μοι δοκοῦ[12] ψηφίσασθαι, τοσοῦτον ἀμιλλῶνται, ῥοδοπήχεις, καὶ ἑλικώπιδες, καὶ καλλιπάρῃοι, καὶ μελίφωνοι. Σαπφοῦς τοῦτο τὸ ἡδὺ πρόσφθεγμα[13]. παραψάλλει δὲ αὐταῖς ἔρως, ἀνακλίνας τοῦ τόξου τὴν πῆχυν[14], καὶ ἡ νευρὰ παναρμόνιον ᾄδει, καὶ φησὶ πάντα ἔχειν, ὅσα ἡ λύρα. ταχεῖς δὲ[15] οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ θεοῦ, ῥυθμόν τινα οἶμαι διανοοῦντες. τί δῆτα ᾄδουσι; γέγραπται γάρ τι καὶ ᾠδῆς. τὴν Ἀφροδίτην ἐκφῦναι τῆς θαλάττης λέγουσιν, ἐπιῤῥοῇ τοῦ ἀρανοῦ[16]. καὶ ὅπου μὲν τῶν νήσων προσέσχεν, ὅπῃ λέγουσιν, ἐρᾶσι δὲ οἶμαι Πάφου. τὴν γένεσιν δὲ ἱκανῶς ᾄδουσιν. ἀναβλέπουσαι μὲν γὰρ, ἐμφαίνουσιν ὅτι ἀπ' ἀρανοῦ. τὰς δὲ χεῖρας ὑπτίας ὑποκινοῦσαι, δηλοῦσιν ὅτι ἐκ θαλάττης. τὸ μειδίαμα δὲ αὐτῶν γαλήνης ἐστὶν αἴνιγμα.

II. ACHILLIS ALIMENTA.

En Hinnulos, & leporem: haec Achillis ſunt praeda, qualis nunc quidem eſt. Qui vero in Ilio ſe ſiſtet ciuitates expugnabit, & equos, & virorum cohortes: & flumina cum ipſo pugnabunt, fluere ea non ſinente. Et illorum quidem operum praemium habebit Briſeida, & Lesbias ſeptem, aurumque, & tripodas, & apud Graecos autoritatem. Quae vero ab eo apud Chironem geruntur, his po-

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΡΟΦΑΙ.

Νεβροὶ, καὶ λαγὼς, ταῦτα θηράματα τοῦ νῦν Ἀχιλλέως. ὁ δέ γε ἐν Ἰλίῳ πόλεις αἱρήσει[1], καὶ ἵππους, καὶ ἀνδρῶν σίχας[2]. καὶ ποταμοὶ αὐτῷ μαχοῦνται, μὴ ἐῶντι αὐτοὺς ῥέειν[3]. κἀκείνων μὲν τῶν ἔργων μισθὸν ἀποίσεται Βρισηίδα[4], καὶ τὰς ἐκ Λέσβου ἑπτὰ[5], καὶ χρυσὸν, καὶ τρίποδας[6], καὶ τὸ τὸς[7] Ἀχαιοὺς ἐπ' αὐτῷ εἶναι. τὰ δὲ παρὰ τῷ Χείρωνι ταῦτα, μήλων δοκεῖ, καὶ

---

10 λειμών τε ὁ περὶ τὰς ἐσθῆτας] ad verbum *pratum circa veſtes*; h. e. veſtes prati, floribus variegati, inſtar habentes. Sic Ariſtaenetus lib. I. ep. 10. τὸ πρόσωπον τῶν παρεῶν ἴνδον ἔχειν τινὰ ῥόδων λειμῶνα ait. Et Achilles Tatius lib. I. de pauone ὁ δὲ τοῦ ταὼ λειμὼν ἰναυθέστερος *pauonis pratum*, i. e. *cauda prati inſtar variegata eſt floridior.*

11 ἄλλο ἄλλῳ ἐπιπρέπει] nempe colores quoſdam magis nitere iunctos aliis, quibus quaſi eleuentur, notum eſt.

11 δοκοῦ] ſic Laudian. Editi δοκεῖ.

12 πρόσφθεγμα] ſic Ariſtaenetus Σαπφοῦς τὸ ἥδιστον φθέγμα ceciniſſe puellas in Cydippes nuptiis ait. Nempe eius amatoria & ad Venerem ſpectantia pleraque.

14 τοῦ τόξου τὸν πῆχυν] πῆχυς τόξου, vt notum, media eius pars eſt, qua ſagittam ſuſtinet. Homerus tamen Iliad. Λ′ v. 375. τόξου πῆχὺν ipſum *arcum* dixit περιφρασικῶς vt ibi Euſtathius obſeruat.

15 ταχεῖς δὲ] ſic cod. Laud. Editi ταχεῖς τε.

16 ἐπιῤῥοῇ τοῦ ἀρ.] modeſte eloquitur, quod turpius poetae, ex Saturni γενετῆς in mare proiectis Venerem natam dicentes.

II. ΑΧΙΛΛ. ΤΡΟΦΑΙ. 1 πόλεις αἱρήσει] ſic ipſe de ſe Achill. Iliad. I′.

Δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἁλάπαξ ἀνθρώπων,
Πεζὸς δ' ἔνδεκά φημι κατὰ τροίην ἰρίζωλον.

2 ἀνδρῶν σίχας] hinc ῥηξήνορα appellat Aiax apud Homerum.

3 μὴ ἐῶντι αὐτοὺς ῥέειν] vide ſupra lib. I. de *Scamandro* noſtrum, & ibi notata.

4 Βρισηίδα] Homer. Iliad I′ v. 131.

5 καὶ τὰς ἐκ Λέσβου ἑπτὰ] ſubintelligo κόρας, quas illi Agamemnon vna cum Briſeide offert, apud Homerum l. c. Nam alias *ſeptem* vrbes quoque intelligi poterant Lesbiae, quas ei ſe donaturum promittit ibid. v. 150.

6 καὶ χρυσὸν καὶ τρίποδας] auri talenta X, & VII tripodas dono accipit Achilles Iliad. Τ′ v. 243. ſq.

7 τὸ τὸς] addidi τὸ ex cod. Laud.

κηρίων ἄξια. καὶ ἀγαπᾷς, ὦ Ἀχιλλεῦ, μικρὰ δῶρα, πόλεις ἀπαξιώσων τότε, καὶ τὸ κῆδος τῦ Ἀγαμέμνονος[8]. ὁ μὲν δὴ ἐπὶ τῇ τάφρῳ, καὶ ὁ κλίνας[9] τὰς Τρῳὰς ἐκ μόνυ τῦ βοῆσαι, καὶ ὁ κτείνων ἐπισροφάδην[10], καὶ ἐρυθραίνων τὸ τῦ Σκαμάνδρυ ὕδωρ[11], ἵπποι τε ἀθάνατοι[12], καὶ ἕλξεις Ἕκτορος[13], καὶ ὁ βρυχώμενος ἐπὶ τοῖς Πατρόκλυ σέργοις[14], Ὁμήρῳ γέγραπται. γράφει δὲ αὐτὸν καὶ ᾄδοντα[15], καὶ εὐχόμενον[16], καὶ ὁμωρόφιον τῷ Πριάμῳ[17]. τετονὶ δὲ, ἅπω ξυνιέντα ἀρετῆς, ἀλλὰ παῖδα ἔτι, γάλακτι ὑποθρέψας καὶ μυελῷ, καὶ μέλιτι[18], δέδωκεν ὁ Χείρων γράφειν, ἁπαλὸν, καὶ ἀγέρωχον, καὶ ἤδη κῶφον[19]. εὐθεῖα μὲν γὰρ ἡ κνήμη τῷ παιδὶ, ἐς γόνυ δὲ αἱ χεῖρες[20], ἀγαθαὶ γὰρ δὴ αὗται τρομποὶ τῦ δρόμυ. κόμη τε ἡδεῖα, καὶ ἀδὲ ἀκίνητος· ἔοικε γὰρ, προσαθύρων, ὁ Ζέφυρος μετατάττειν αὐτὴν, ὡς, μεταπιπτύσης τῇδε κἀκεῖσε, ἄλλοτε ἄλλος ὁ παῖς εἴη. ἐπισκύνιόν τε καὶ θυμοειδὲς[21] φρύαγμα ἔστι μὲν ἤδη τῷ παιδὶ, πραῦνει δὲ αὐτὸ ἀκάκῳ βλέμματι, καὶ παρειᾷ μάλα ἵλεῳ, καὶ προσβαλλύσῃ τι ἁπαλῦ γέλωτος. ἡ χλαμὺς δὲ, ἣν ἀμπέχεται, παρὰ τῆς μητρὸς, οἶμαι· καλὴ γὰρ, καὶ ἁλιπόρφυρος, καὶ πυραυγὴς, ἐξαλλάττυσα τῦ κυανῆν εἶναι[22]. κολακεύει δὲ αὐτὸν ὁ Χείρων, οἷον λέοντα, πλῶκας ἁρπάζειν, καὶ νεβροῖς συμπέτεσθαι. νεβρὸν γῦν ἄρτι ἠρηκὼς, ἧκει παρὰ τὸν Χείρωνα, καὶ ἀπαιτεῖ τὰ ἆθλα. ὁ δὲ χαίρει ἀπαιτύμενος, καὶ τὰς προσθίυς ἐνοκλάσας, ἐς ἴσον καθίσαται τῷ παιδὶ[23], μῆλα ἀπὸ τῦ κόλπυ ὀρέγων αὐτῷ, καλὰ καὶ ἐυώδη· καὶ γὰρ καὶ τῦτο αὐτῶν ἔοικεν ἐγγεγράφθαι. καὶ κηρίον ὀρέγει τῇ χειρὶ, σαγόνα λεῖον, δι' εὐνομίαν τῶν μελιττῶν. ὅταν γὰρ πόαις ἀγαθαῖς ἐντυχῦσαι κυίσκωσι, πλησθῇ τὰ κηρία γίνεται, καὶ ἀπο-

ma videntur conuenire ac faui. Iamque adeo, o Achilles, parua amas munera, ciuitates olim, Agamemnonisque affinitatem aspernaturus. Achilles igitur quidem in vallo, soloque clamore Troianos in fugam vertens, & valide perimens, Scamandrique item aquam rubedine imbuens, & equi immortales, & Hectoris raptatio, idemque Achilles, Patrocli pectori infremens, ab Homero est delineatus. Idem eundem canentem pingit, ac supplicantem, & vno cum Priamo tecto vtentem. Eum autem qui hic nobis sistitur, nondum mascula imbutum virtute, sed puerum adhuc, lacte, ac medulla, & melle alens Chiron pingendum praebuit, tenerum, atque feroculum, iamque pedibus valentem. Recta enim est puero tibia; ad genu vero protenduntur manus: istae enim optimae ad cursum duces existunt. Coma porro iucunda est, neque immobilis: videtur enim ludens in ea Zephyrus confundere eam, vt dilabente ea huc atque illuc alius aliusue puer videatur. Supercilium porro, fremitusque iram spirans iam quidem in puero est: sed benigno tamen haec temperat obtutu, placidaque gena, & mollis risus aliquantum praebente. Chlamys, qua est indutus, a matre est, vt puto, pulcra enim est ac purpurea, igneique coloris, atque in nigricantem vergens. Blande autem eum Chiron perinde ac leonem inuitat, ad lepores rapiendos, hinnulosque cursu aequandos. Hinnulo igitur modo capto ad Chironem venit, praemiaque postulat. Is vero postulari gaudet, anterioibusque inflexis pedibus aequalem se facit puero, poma ei ex sinu porrigens, pulcra atque odorata: Etenim haec quoque eorum virtus penicillo expressa videtur. Fauum etiam manu ipsi porrigit, mellis gutta stillantem, eo quod pastus [eo loco] sit apibus abundantissimus. Si enim, bonis obuiae herbis, illis quasi ingrauidentur, ingentes nascuntur faui, mel-

8 κῆδος τῦ Ἀγαμέμν.] nam ex filiabus vnam ipsi offerebat Iliad. I' v. 144. quas ille vna cum ceteris oblatis donis respuit.

9 ὁ μὲν δὴ ἐπὶ τῷ τάφρ. καὶ ὁ κλίνας &c.] respicit ad Iliados Homericae Σ' v. 277. sq.

10 κτείνων ἐπισροφάδην] ipsa Homeri vox in hoc negotio Iliad. Φ' v. 20. quam Eustathius interpretatur συνεχομένως καὶ ἰσχυρῶς. Hesych. ἐπισροφάδην, ἐπισρεφομένως, ἰσχυρῶς ἢ μετὰ ἐπισροφῆς τῦ σώματος, οἷον ἐπεσραμμένως καὶ ἐνεργῶς.

11 τὸ τ. Σκαμ. ὕδωρ] vide s. Imagin. lib. I. ad *Scamandrum*.

12 ἵπποι τε ἀθάνατοι] Homer. Iliad. Π' v. 149. sq. & supra in Heroicis vbi de Achille.

13 ἕλξεις Ἕκτορος] Iliad. X'.

14 ἐπὶ τοῖς Πατρόκλυ σέργ.] cod. Laudian. habet Πατροκλείοις. Ceterum vide ea de re Iliad. Σ' v. 51.

15 ᾄδοντα] Iliad. I' v. 186.

16 εὐχόμενον] Iliad. Π' v. 233.

17 ὁμωρόφ. τ. Πριάμῳ] Iliad. Ω' v. 673.

18 γάλακτι ὑποθρ. καὶ μυελῷ καὶ μέλιτι] vide notata de his Achillis nutrimentis s. in *Heroicis* vbi de *Achille*.

19 κῶφον] i. e. ποδαρκέα vel πόδας ὠκὺν vt passim Homerus vocat.

20 ἐς γόνυ αἱ χεῖρες] nempe currentes, corpore prorsum inclinato, manus ad genua demittunt.

21 Θυμοειδὲς] fuit enim iracundus Achilles vid. obseruata s. ad Heroica in *Achille*.

22 τῷ κυανῆν εἶναι] nempe *nigricabat* Tyria purpura, quae optima erat, vide obseruata ad lib. I. in *Aprorum senatoribus* n. 15.

23 εἰς ἴσον καθίσ. τῷ παιδὶ] sic & Statius in Achilleid. de Chirone:

Tunc blandus dextra, atque imos submissus in armos.

leque

leque ſcaturiunt ipſarum cellulae. Chiron autem pictus quidem eſt vt Centaurus. Equum vero homini commiſſum pingere nihil habet ſingulare. Verum combinare, atque vnire, & vtrique hoc dare, vt finiat pariter incipiatque, vtque oculum id fugiat, ſi, vbi homo deſinat, quaerat, hoc ego periti eſſe puto pictoris. Indolem porro Chironis iuſtitiae eius format, & quam ab ea trahit prudentia, & cithara, quae muſici ei ſpeciem induit. Nunc autem & blandimenti aliquid ipſi ineſt, hoc enim pueros delinire, & magis quam lac nutrire, nouit Chiron. Haec quidem circa antri fores obſervantur. Qui vero in campo eſt puer, equitantis geſtu in Centauro ludens, iidem rurſus. Docet Chiron equitare Achillem, ſeque ipſo vt equo vti. Curſumque quidem ita temperat, vt ferre poſſit puer: ei vero, prae gaudio cachinnanti, reſpiciens ipſe arridet, tantumque non dicit: en tibi vngula terram quatio, flagris non actus: en ad curſum incitor tibi. Equus autem acer eſt, riſumque auferre ſolet. Nempe diligenter a me, diuine puer, equitandi artem edoctus, atque huiuſmodi etiam par equo, Xantho olim veheris & Balio: multaſque quidem capies vrbes, multos viros interficies, tantum curſu properans, quantum, qui fuga tibi ſe ſubducere conabuntur. Haec Chiron puero vaticinatur, pulcra ac boni ominis, neque Xanthi vaticiniis ſimilia.

Ἐλύζησι τὸ μέλι οἱ οἶκοι αὐτῶν. ὁ δὲ Χείρων, γέγραπται μὲν ὅσα Κένταυρος. ἀλλὰ ἵππον ἀνθρώπῳ συμβαλεῖν, θαῦμα ἰδέν. συναλεῖψαι μὴν, καὶ ἑνῶσαι, καὶ διαδῆναι ἄμφω λήγειν καὶ ἄρχεσθαι, καὶ διαφεύγειν τὰς ὀφθαλμὰς, εἰ τὸ τέρμα τῷ ἀνθρώπῳ ἐλέγχοιεν, ἀγαθῇ, οἶμαι, ζωγράφῳ. καὶ τὸ τῷ Χείρωνος ἦθος ἐργάζεται μὲν καὶ ἡ δικαιοσύνη[24], καὶ τὸ ὑπ' αὐτῆς πεπνύσθαι· πράττει δὲ καὶ ἡ πηκτὶς, ὑφ' ἧς ἐκμεμάσωται. νυνὶ δὲ καὶ ὑποκορισμῷ τι αὐτῷ ἔπεσιν· εἰδὼς γὰρ ὁ Χείρων ὅτι τὰς παῖδας τοῦτο μειλίσσεται, καὶ τρέφει μᾶλλον, ἢ τὸ γάλα. ταυτὶ μὲν περὶ τὰς θύρας τοῦ ἄντρου. ὁ δ' ἐν τῷ πεδίῳ παῖς, ὁ ἱππηδὸν ἐπὶ τῷ Κενταύρῳ ἀθύρων, οἱ αὐτοὶ[25] ἔτι. διδάσκει ὁ Χείρων τὸν Ἀχιλλέα ἱππάζεσθαι, καὶ κεχρῆσθαι αὐτῷ, ὅσα ἵππῳ[26]. καὶ συμμετρεῖται μὲν τὸν δρόμον ἐς τὸ ἀνεκτὸν τῷ παιδί. καγχάζοντι δὲ αὐτῷ, ὑπὸ τοῦ ἥδεσθαι, προσμειδιᾷ μεταστρεφόμενος. καὶ μονονὺ λέγει, ἰδού σοι κραναίνω ἄπληκτος· ἰδοὺ καὶ ἐπικελεύομαί σοι. ὁ ἵππος ὀξὺς ἄρα, καὶ ἀφαιρεῖ[27] γέλωτα. λαγαρῶς γάρ μοι ἱππάσῃ, θεῖε παῖ, καὶ τοιῷδ' ἵππῳ πρέπων, ὀχήσῃ ποτὲ ἐπὶ Ξάνθου, καὶ Βαλίου[28]. καὶ πολλὰς μὲν πόλεις αἱρήσεις, πολλοὺς δὲ ἄνδρας ἀποκτενεῖς, θέων, ὅσα καὶ συνεκφεύγοντες[29]. ταῦτα ὁ Χείρων μαντεύεται τῷ παιδὶ, καλά, καὶ εὔφημα, καὶ οὐχ οἷα ὁ Ξάνθος[30].

III. CENTAVRIDES:

Putabas tu quidem, Centauridum gregem e quercubus ac ſaxis eſſe genitum. Vel ex equabus, per Iouem, quas Ixionidem inire fe-

ΚΕΝΤΑΥΡΙΔΕΣ Γ'.

Σὺ μὲν ᾤου τὴν τῶν Κενταύρων[2] ἀγέλην δρυῶν ἐκπεφυκέναι, καὶ πετρῶν[3]. ἦ νὴ Δία ἵππων μόνον[4], αἷς τὸν τοῦ Ἰξίονος[5] ἐπιθόρνυσθαί φα-

---

24 *δικαιοσύνη*] *δικαιότατος Κενταύρων* dicitur Homero Iliad. Λ' circa fin. Inque ea virtute Achillem inſtituiſſe dicitur a Plutarcho lib. de Muſica.

25 *οἱ αὐτοὶ ἔτι*] malebat Gruterus & Salmaſ. *ὁ αὐτὸς ἔτι*. Sed bene habere lect. vulg. putem. Nempe tabula repraeſentabat Chironem & Achillem variis modis. Ideoque Philoſtratus, vbi monſtraſſet eos ad antri oſtia colludentes, eoſdem ait eſſe qui in campo equitantes repraeſententur. Neque eſt quod cum Claudio Florente hic emendemus *οἷα αὐτεῖ quaſi clamat*. Quid enim cum voce poetica Atticiſtae Philoſtrato? Nec opus adeo diſtinctione, quam ille heic ſuadet *οἱ αὐτοὶ. ἔτι διδάσκει*.

26 *κεχρ. αὐτῷ ὅσα ἵππῳ*] ſic Tzetzes de Chirone Chil. VII. Hiſt. 94.

Οὗτος ἐγκαταναυτιζόμενος μίσεσι τοῖς ἱππείοις
Τὰς μαθητὰς ἐδίδασκε θήραν, ἱπποτοξείαν &c.

27 *ἀφαιρεῖ*] ſic cod. Laud. Editi *ἀφαιρεῖν*. Senſus eſt: Equum acrem non paſſurum, vt, quaſi ludos agens, rideat Achilles, quemadmodum nunc ridebat *ὑπὸ τοῦ ἥδεσθαι*.

28 *ἐπὶ Ξάνθου καὶ Βαλίου*] nomina equorum Achillis apud Homer. de quibus ſ. *Heroic.* in *Achille*.

29 *συνεκφύγοντες*] editi habent *συνεκφύγοντας*, Morellus forte addendum eſſe *διώκειν* monuerat. Sed, niſi fallor, vnica littera mutata ſalua res erit. Sic dicet enim eum equis vectum tam celeri curſu vſurum, quam illi quos fugientes inſequatur.

30 *οὐχ οἷα ὁ Ξάνθος*] Xanthus, Achillis equus, imminentem ei mortem praedicit apud Homerum Iliad. Γ' v. 408.

III. ΚΕΝΤΑΥΡΙΔΕΣ. 1 *Κενταύριδες*] non diſſimilis haec imago imagini *Ζηλείας ἱπποκενταύρου*, Zeuxidi pictae, quam delineat Lucianus in Zeux. p 629 ſq.

2 *Κενταύρων*] ſic cod. Laud. Editi *Κενταυρίδων*.

3 *δρυῶν ἐκπεφ. καὶ πετρῶν*] haec expreſſa ex Homer. Iliad. Τ' v. 163.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης
quo & Plato alludit de Rep. l. VIII. *ἢ οἴει ἐκ δρυὸς ποθὲν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίνεσθαι*;

4 *μόνον*] cod. Laud. *μόνων*.

5 *τὸν τοῦ Ἰξίονος*] filius nempe Ixionis Centaurus erat, ei ex nube genitus, quam pro Iunone amplexus fuerat, qui, equas inſiliens, Centaurorum generis autor extitit,

σιν, ὑφ' ὧν οἱ Κένταυροι ἐνωθέντες, ἦλθον ἐς κρᾶσιν. τοῖς δὲ ἄρα καὶ μητέρες ὁμόφυλοι ἦσαν, καὶ γυναῖκες ἤδη, καὶ τῶλοι ἐν εἴδει βρεφῶν, καὶ οἶμαί σε ἄχθεσθαι τῷ Πηλίῳ, καὶ τῇ ἐν αὐτῷ διαίτῃ, καὶ τῷ τῆς μελίας φυτῷ[6], ἀνεμοτροφεῖ ὄντι, καὶ παρεχομένῳ τὸ ἰθὺ ὁμῷ, καὶ τὸ μὴ κλᾶσθαι ἐν τῇ αἰχμῇ. καὶ τὰ ἄντρα κάλλιστα, καὶ αἱ πηγαὶ, καὶ αἱ παρ' αὐτοῖς Κενταυρίδες, εἰ μὲν ἐπιλαθοίμεθα τῶν ἵππων, οἷον Ναΐδες· εἰ δὲ μετὰ τῶν ἵππων αὐτὰς λογιζοίμεθα, οἷον Ἀμαζόνες. ἡ γὰρ τῶ γυναικείω εἴδους ἁβρότης ῥώννυται, συνορωμένω αὐτῷ τῷ ἵππῳ. Κένταυροι δὲ ταυτὶ τὰ βρέφη, τὰ μὲν σπαργάνοις ἔγκειται, τὰ δὲ τῶν σπαργάνων ὑπεκδύεται, τὰ δὲ κλαίειν ἔοικε, τὰ δὲ ἓυ πράττει, καὶ ἐυροῦντος τῷ μαζῷ μειδιᾷ. τὰ δὲ ἀτ]άλλει ὑπὸ ταῖς μητράσι, τὰ δὲ περιβάλλει αὐτὰς ὀκλαζόσας. ὁ δὲ ἐς τὴν μητέρα λίθον ἀφίησιν, ὑβρίζων ἤδη. καὶ τὸ μὲν τῶν νηπίων εἶδος ὅπω σαφὲς, ἐκπλυμμυρῶντος αὐτῷ τῷ γάλακτος. τὰ δὲ ἤδη σκιρτῶντα, ἐμφαίνει τι καὶ τραχύτητος. ὑπάρχει δὲ αὐτοῖς χαίτη μέλλουσα, καὶ ὁπλαὶ ἀπαλαὶ ἔτι. ὡς καλαὶ αἱ Κενταυρίδες, καὶ ἐν τοῖς ἵπποις. αἱ μὲν γὰρ λευκαῖς ἵπποις ἐμπεφύκασιν, αἱ δὲ ξανθαῖς συνάπτονται, τὰς δὲ ποικίλλει μὲν, ἀποσίλβει δὲ αὐτῶν οἷόν τι τῶν ἐν κομιδῇ ἵππων. ἐκπέφυκε καὶ μελαίνης ἵππου λευκὴ Κενταυρίς· καὶ τὰ ἐναντιώτατα τῶν χρωμάτων, ἐς τὸν τῶ κάλλους συνθήκην ὁμολογεῖ.

runt, a quo Centauri coniuncti, miſtis naturis prodierunt. At iis & matres ex eodem genere fuerunt, iamque feminae adeo, & pulli infantum ſpecie, & domus iucundiſſima. Non enim tibi Pelium minus iucundum puto, & qui in eo eſt victum, fraxinique arborem, quae, a ventis educata, & rectitudine ſe commendat, & eo, quod haſtili inſeruiens non frangatur. Pulcerrima vero ſunt antra, & fontes, & quae apud ipſos ſunt Centauri-des: ſi equos quidem non attendamus, Naiadibus ſimillimae, ſin vero cum equis eas conſideremus, Amazonum inſtar habentes. Nam muliebris formae delicata mollities maſculi roboris aliquid adquirere videtur, ex equo ſimul conſpecto. Centauri autem iſti infantes, partim faſciis iacent, partim e faſciis ſenſim exeunt, partim flere videntur, partim vero bene agunt, mammaque vbertim fluente ſuauiter rident. Alii ſub matribus infantivm more ludunt; alii eaſdem in genua procumbentes amplectuntur. Iſte autem lapide petit matrem, petulanter iamiam ſe gerens. Et infantum quidem forma nondum perfecta [apparet,] affluente ipſi lactis copia. Quidam vero iam ſaltitant, aſperumque aliquid prae ſe ferunt. Eſtque ipſis iuba prima quaſi in herba, & vngulae adhuc molles. Quam pulcrae Centaurides ea etiam parte qua equae ſunt. Nam aliae quidem cum candidis coaluere equabus, aliae vero flauis cohaerent. Atque illas variat & quaſi relucet ab eis id, quo equi optime curati nitere ſolent. Ex nigra quoque equa candidiſſima prominet Centauris: contrariique inter ſe maxime colores ad pulcritudinis concinnitatem conſpirant.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

Τὸ μὲν θηρίον ἄρα Θησέως, ἐμπέπ]ωκε δὲ τοῖς Ἱππολύτου ἵπποις, ἐν εἴδει ταύρου, γλαυκῷ[1] κατὰ τοὺς δελφῖνας. ἥκει δὲ ἐκ θαλάττης κατὰ τὸ μειρακίου, ἀδεμιᾷ δίκῃ. μητρυιὰ γὰρ Φαῖδρα, ξυνθεῖσα λόγον ἐπ' αὐτῷ, ἐκ ὄντα, ὡς δὴ ἐρῷτο ὑπὸ τοῦ Ἱππολύτου, αὐτὴ δὲ ἄρα τοῦ μειρακίου ἦρα· ἀπατᾶται ὁ Θησεὺς τῷ λόγῳ, καὶ καταρᾶται τοῖς παισὶ τὰ ὁρώμενα. οἱ μὲν δὴ ἵπποι, ὁρᾷς, ὡς ἀτιμάσαντες τὸν ζυγὸν, ἐλευθέραν αἴρουσι τὴν χαίτην, κροαίνοντες ὥσπερ[2] οἱ λαμ-

IV. HIPPOLYTVS.

Monſtrum quidem illud Theſei eſt, irruit vero in Hippolyti equos, ſpecie tauri, glauco colore, inſtar delphinorum. Venit autem in adoleſcentulum ex mari, nullo iure. Phaedra etenim, nouerca, falſam in ipſum accuſationem eſt commenta, quaſi ſcilicet ab Hippolyto amante tentaretur, cum ipſa tamen eius amore arderet. Interea Theſeus accuſatione decipitur, & quae hic oculis videmus, filio imprecatur. Et equos quidem cernis, vt, iugum detrectantes, liberam tollant iubam: ſubſultantes quidem generoſorum equorum

6 τῆς μελίας φυτῷ] fraxinus in monte Theſſaliae, Pelio, vbi Centaurorum ſedes, frequens. Ibi accepit Chironis Centauri alumnus Achilles haſtam ſuam, quam Πηλίαδα μελίην inde vocat Homerus Iliad. Π' v. 143. & paſſim. *Pelias haſta* eadem Ouidio vocatur.

IV. ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ. 1 ταύρου γλαυκῷ] verior haut dubie iſta cod. Laud. lectio, quam quod editum eſt λευκῷ, id quod patet ex eo quod additur κατὰ τοὺς Δελφῖνας qui *glauci* ſunt, non *albi*. Cetera ταῦρος monſtrum marinum, quod exitii Hippolyto cauſa extitit, etiam vocatur apud Euripidem in Hippol. v. 1214. ſqq.

2 κροαίνοντες ὥσπ.] priores interpretes verterunt ac ſi legiſſent κροαίνοντες ἀχ' ὥσπερ, quae mihi perplacet lectio, autoritate tamen MSS. codd. deſtituitur.

more,

more, atque magnanimorum, ſed metu tamen ac formidine attoniti. Campum vero ſpuma inſpergentes, alius quidem in fuga monſtrum reſpicit, alius in ipſum inſilit, alius limis oculis intuetur illud, in mare alius impetu fertur, vt qui ſui ipſius telluriſque oblitus ſit. Rectis autem naribus acutum hinniunt, ſi recte quidem picturam audis. Ex currus porro rotis alia quidem luxata eſt radios, quod in eam inclinatus ſit currus, vertigine actus: alia axe relicto ſeorſim voluitur, vertigine adhuc eam circumagente. Perterrefacti ſunt & comitum equi, atque alios quidem excutiunt, alios vero, qui fraenis eos coercent quodammodo, iam ferunt. Tu autem, adoleſcentule, caſtitatis cultor egregie, iniuria quidem a nouerca afficeris, maiore tamen iniuria afficeris a patre. Quare imago etiam querelas prae ſe fert, poëticum quendam leſſum te propter componens. Speculae enim iſtae, per quas cum Diana venabaris, ſcinduntur genas, mulieres referentes: prata autem picta, adoleſcentulis ſimilia, quales intemeratos tu nominabas, te propter floribus marcorem induunt. Nymphaeque nutrices, ex hiſce fontibus emerſae, comas ſcindunt, aquam e papillis fundentes. Tibi autem nec fortitudo, nec brachium profuit: ſed membrorum tuorum pars dilaniata iacet, pars contrita. Squalet & coma, & pectus quidem ſpirat adhuc, vt quod non dimittat animam, oculus vero partes vulneratas circunſpicit. Euge pulcritudinem! vt antea ignorabamus eam vulnerari non poſſe! Nam ne nunc quidem adoleſcentulum deſerit, ſed & vulneribus venuſtatis aliquid conciliat.

πρὸι καὶ ἔμφρονες, ἀλλ' ἐξηρμένοι φόβῳ καὶ πτοίᾳ. ῥαίνοντες δὲ ἀφρῷ τὸ πεδίον, ὁ μὲν ἐς τὸ θηρίον ἐπέστραπται φεύγων, ἔδ' ἀνεσκίρτησεν ἐς αὐτό, ὁ δὲ ὑποβλέπει, τῷ δὲ ἐς τὴν θάλατταν ἡ φορὰ, καθάπερ ἑαυτῦ καὶ τῆς γῆς ἐκλαθομένῳ. μυκτῆρσι δὲ ὀρθοῖς ὀξὺ χρεμετίζουσιν, εἰ μὴ παρακούεις τῆς γραφῆς. τροχοὶ δ' ἅρματος, ὁ μὲν ἐξήρμοσαι τὰς κνήμας, ὑπὸ τῦ συγκλιθῆναι τὸ ἅρμα ἐς αὐτὸν[3] τῆς δίνης· ὁδ', ἐκλελοιπὼς τὸν ἄξονα, φέρεται καθ' αὑτὸν, στρομβώσης αὐτὸν ἔτι τῆς δίνης. διεπτόηνται καὶ οἱ τῶν ὀπαδῶν ἵπποι, καὶ τὰς μὲν ἀποσείονται, τὰς δ', ἄγχοντάς πῃ[4], ἤδη φέρουσι. σὺ δὲ, μειράκιον, σωφροσύνης ἐρῶν, ἄδικα μὲν ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς ἔπαθες, ἀδικώτερα δὲ ὑπὸ τῦ πατρός. ὡς τε ὠδύρατο καὶ ἡ γραφὴ, θρῆνόν τινα ποιητικὸν ἐπὶ σοὶ ξυνθεῖσα. σκοπιαὶ γὰρ αὗται, δι' ὧν ἐθήρας ξὺν Ἀρτέμιδι, δρύπτονται τὰς παρειὰς, ἐν εἴδει γυναικῶν. λειμῶνες δ' ἐν ὥρᾳ μειρακίων, ὃς ἀκηράτης[5] ὠνόμαζες, μαραίνουσιν ἐπί σοι τὰ ἄνθη. νύμφαι τε, αἱ σαὶ τροφοὶ, στυγνὴ τῶν πηγῶν ἀνασχῦσαι, σπαράττουσι τὰς κόμας, ἀποβλύζουσαι τῶν μαζῶν ὕδωρ. ἤμυνε δέ σοι οὐδ' ἡ ἀνδρία οὐδὲν, οὐδὲ ὁ βραχίων. ἀλλά σοι τὰ μὲν ἐσπάρακται τῶν μελῶν, τὰ δὲ συντέτριπται. πέφυρται δ' ἡ κόμη, καὶ τὸ μὲν στέρνον ἔμπνουν ἔτι, καθάπερ μὴ μεθιέμενον τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ ὄμμα περιαθρεῖ τὰ τετρωμένα. φεῦ τῆς ὥρας, ὡς ἄτρωτός τις ἐλελήθει ὤν. οὐδὲ γὰρ νῦν ἀπολείπει τὸ μειράκιον, ἀλλ' ἐπιπρέπει[6] τι καὶ τοῖς τραύμασι.

V. RHODOGVNE.

Praeter arma ex aere confecta, ac purpureas veſtes, ſanguis quoque ſplendoris aliquid exercitui addit. Gratiam huic picturae conciliat, quod alium aliter caeſos repraeſentet, equi item externati terrore, pollutaque fluuii vnda, ad quem geſta illa fuerunt. Captiui autem, & ipſorum cauſa erectum tropae-

ΡΟΔΟΓΟΥΝΗ.

Καὶ τὸ αἷμα πρὸς τῷ χαλκῷ[1], καὶ ταῖς φοινικίσι, προσβάλλει τι ἄνθος τῷ στρατοπέδῳ. καὶ χάριεν τῆς γραφῆς, οἱ ἄλλος ἄλλως πεπτωκότες· ἵπποι τε ἀτακτοῦντες μετ' ἐκπλήξεως, καὶ παρεφθορὸς ὕδωρ ποταμῦ, ἐφ' ᾧ ταῦτα. οἱ δὲ αἰχμάλωτοι, καὶ τὸ ἐφ' αὐτοῖς τρο-

---

3 αὐτὸν] Salmaſ. ad oram cod. ſui ſcripſit, legendum eſſe ἀυλὸν, notumque eſſe ait, quid ſit ἀυλὸς in rota: nempe ductus ille cui axis inſeritur: ſed neſcio, quomodo dici poſſit in eum inclinato curru rotas radii eſſe fractas. Retineo ergo αὐτὸν & ad τροχὸν refero.

4 ἄγχοντάς πῃ] editi ἀγχοντές πῃ. Sed cum non pateat, vt equitem poſſit ἄγχειν equus, coniecturam noſtram ſe facile tueri confidimus.

5 ἀκηράτης] vox de caſtimonia haut raro vſurpata. Sic Apollon. Argon. 2. παρθενίη κῆρ λίκτρον ἀκήρατον.

6 ἐπιπρέπει] ita pro ἐπιτρέπει, quod in vulgatis erat, reſcribendum eſſe ſuſpicabar, ſicque in Aldino quoque exemplari emendatum inueni. Similem errorem in eadem voce paſſim commiſſum obſeruo.

V. ΡΟΔΟΓΟΥΝΗ. 1 πρὸς τῷ χαλκῷ] nempe aenea fuiſſe antiquiſſimorum heroum arma obſeruat poſt Heſiodum Op. & Dieb. v. 150. ſq. Herodotum lib. I. Lucretium l. V. v. 1286. Pauſanias p. 84. & Athenaeus lib. VI. c. 4. ex quibus omnem ferri vſum vſu aeris poſteriorem eſſe colligere eſt.

παῖον,

παῖον, Ροδογύνη[2] καὶ Πέρσαι νικῶσιν Ἀρμενίους, ἐν σπονδαῖς ἀτακτήσαντας, ὅτε δὴ λέγεται ἡ Ροδογύνη κρατῆσαι τῆς μάχης, οὐδὲ ὅσον τὰ δεξιὰ τῆς χαίτης ἀναλαβεῖν ξυγχωρήσασα[3] ἑαυτῇ βραδύναι. ἢ οὐκ ἐπῆρται, καὶ φρονεῖ[4] ἐπὶ τῇ νίκῃ, καὶ ξυνίησιν ὡς ἔσοιτο ἀοίδιμος ἐπὶ τῷ ἔργῳ, καὶ ἐν κιθάρᾳ, καὶ ἐν αὐλοῖς, καὶ ἔνθα Ἕλληνες; προσγέγραπται δὲ αὐτῇ καὶ Νισαία ἵππος, μέλαινα[5], ἐπὶ λευκοῖς τοῖς σκέλεσι, καὶ τὰ στέρνα λευκὰ, καὶ τὸ πνεῦμα ἀπὸ λευκῆς τῆς μυκτῆρος, καὶ τὸ μέτωπον ἐν ἀρτίῳ τῷ κύκλῳ. λίθων μὲν δὴ, καὶ ὅρμων, καὶ πάντος ἁπαλῆς[6] κόσμῳ παρακεχώρηκεν ἡ Ροδογύνη τῷ ἵππῳ, ὡς ἀγάλλοιτο, καὶ ἁβρῶς τὸν χαλινὸν διαπτύοι. κοκκοβαφεῖ δὲ ἐσθῆτι καταλάμπει πάντα, πλὴν τῆς ἑαυτῆς εἴδους. ἐν ἡδείᾳ μὲν τῇ ζώνῃ, καὶ τὴν ἐσθῆτα μετρύσῃ ἐς γόνυ, ἡδείᾳ[7] δὲ τῇ ἀναξυρίδι[8], καὶ παρεχομένῃ γραφὰς ἀπὸ κερκίδος[9]. τὸ δὲ ἀπὸ ὤμου ἐς ἀγκῶνα τὸν χιτῶνα διαλείπουσαι πόρπαι ξυνάπτουσιν, ὑπανισχούσης ἐναλλὰξ τῆς ὠλένης, ἔνθα ὁ δεσμός. ὁ δὲ ὦμος ἔγκειται, καὶ τὸ σχῆμα ὅπῳ Ἀμαζόνος[10]. καὶ τῆς ἀσπίδος ἄγασθαι χρὴ τὸ μέτριον, καὶ ἀπεχρῶν τῷ στέρνῳ, καὶ τὴν ἰσχὺν τῆς γραφῆς ἐνταῦθα ἐξετάσαι. ὑποβάλλουσα[11] γὰρ ἡ ἀριστερὰ τὸν πόρπακα, ἔχεται τῆς αἰχμῆς, ἀφισᾶσα τῇ στέρνᾳ τὴν ἀσπίδα[12]. ὀρθῆς δὲ ἐκκειμένης[13] τῆς ἴτυος, ὁρᾶται μὲν καὶ τὰ ἔξω τῆς ἀσπίδος· ἢ δὲ χρυσᾶ ταῦτα, καὶ οἷον ζῶα; τὰ δὲ ἔσω, καὶ ἔνθα ἡ χεὶρ, ἄλεργα, προσανθεῖ δὲ αὐτοῖς ὁ πῆχυς. αἰσθάνεσθαί δέ μοι δοκεῖς, ὦ παῖ, τῆς ἐν αὐτῇ κάλλους, καὶ βούλεσθαί τι καὶ περὶ τούτου ἀκούειν. ἄκουε δή. σπένδει μὲν ἐπὶ τῇ τῶν Ἀρμενίων τροπῇ, καὶ ἡ ἔννοια εὐχομένης. εὔχεται δὲ αἱρεῖν τοὺς ἄνδρας, ὡς[14] νῦν ἡ-

vm, ad Rhodogunen pertinent ac Perſas, vincentes Armenios foedifragos, quando bello quidem Rhodogune victoriam aſſecuta dicitur, morae ne quidem tantillum, quantum ad dexteram comam ſuſpendendam requiritur, ſibi concedens. Nonne erigit criſtas, ſibique placet victoria, & fore intelligit, vt ob opus illud, tam cithara, quam tibiis celebretur, idque vbi modo locorum Graeci degunt? Picta autem eſt cum ea Niſaea equa, nigra, albis pedum extremis, niueo pectore, ſpiritum e candidis efflans naribus, & fronte exactiſſimae rotunditatis. Gemmas quidem, ac monilia, omnemque molliorem mundum equo indulſit Rhodogune, vt exultet, frenumque delicioſe mandat. Omnia autem ex coccina veſte ſplendorem ducunt, ipſius excepta pulcritudine. Zona quidem praecingitur iucundiſſima, ad genu veſtem demittente: iucunda item feminali eſt, quod varias imagines intextas exhibet. Eam autem veſtis partem, quae ab humero ad cubitum tendit, diſtantes nectunt fibulae; emergente per vices vlna, vbi vinculo veſtis non adducitur. Humerus vero veſte continetur, habituſque non eſt Amazonius penitus. Clypei quoque mirari fas eſt modum, quodque pectori tegendo exacte ſufficiat, picturaeque vim inde colligere. Siniſtra enim manus, ſcuti tranſiens lorum, cuſpidem tenet, clypeo a pectore amoto. Vmbone autem recta exporrecto, exteriora etiam clypei patent: nonne autem aurea haec, animaliumque referunt figuras? Interiora vero, & vbi manus, purpurea ſunt, illiſque ex cubito quoque plus nitoris accedit. Sentire mihi videris, o puer, quae ei inſit, pulcritudinem, velleque de ea quoque aliquid audire. Audi igitur. Sacris quidem intenta eſt, vt Armenios fugare poſſit [precata], mentemque prae ſe fert ſupplicantis: precatur autem, vt viros vincat ſicut nunc

---

2 Ροδογύνη] Xerxis ex Amiſtri filia, Rhodogune, commemoratur Cteſiae apud Photium p 116. a qua, niſi error eſt Suidae, diuerſam ſtatuere fas eſt Rhodogunen Hyſtaſpis filiam, Darii & Xerxis matrem. Cladis tamen Armeniis vel ab hac vel ab illa illatae nuſpiam alias mentio.

3 ξυγχωρήσασα] ſic Aldina & cod. Laud. Morelliana ξυγχωρήσαντα.

4 βραδύναι. ἢ οὐκ ἐπῆρται, καὶ φρονεῖ &c.] ſic legimus & diſtinguimus praeeunte cod. Laud. qui habebat ἢ pro ἤ quod erat in vulgatis, qui ita praeterea diſtinguebant: βραδύναι, ἤ οὐκ ἐπῆρται· καὶ φρονεῖ &c.

5 Νισαία ἵππος μέλαινα] vid. ad vit. Apollon. Tyan. lib. I. c. 31.

6 ἁπαλῆς] Morell. malebat ἄλλης, ſed ea emendatione nihil opus.

7 ἡδείᾳ] ſic reſcripſi ex editione Aldina, pro ἡδεῖα quod editum a Morello.

ἐχ ὥσπερ ἡ τῦ Πρωτεσίλεω[21], καταςεφθεῖσα οἷς ἐβάκχευσεν[22], οὐδ' ὥσπερ ἡ τῦ Καπανέως[23], οἷον θυσίας ἀρθεῖσα, ἀλλ' ἀσκεύαστον τὸ κάλλος, καὶ οἷον ἐπὶ τῦ Ἀβραδάτα ἦν, φυλάττει αὐτὸ, καὶ ἀπάγει· χαίτην μὲν ἔτω μέλαιναν τε καὶ ἀμφιλαφῆ περιχέασα τοῖς ὤμοις καὶ τῷ αὐχένι, δέρην δὲ λευκὴν ὑπεκφαίνουσα, ἣν ἐδρύψατο μὲν, οὐ μὴν ὡς αἰσχύναι, τὰ γὰρ σημεῖα τῶν ὀνύχων, ἡδίω γεγραφῆς. τὸ δὲ ἐν τῇ παρειᾷ ἔρευθος, οὐδὲ ἀποθνήσκουσαν διαφεύγει, χορηγοὶ δὲ αὐτῦ, ἥτε ὥρα καὶ ἡ αἰδώς. ἰδοὺ καὶ μυκτῆρες ἀνεσαλμένοι τὸ μέτριον, καὶ βάσιν τῇ ῥινὶ πράττοντες· ἧς ὥσπερ ἀτορθοὶ μηνοειδεῖς αἱ ὀφρύες, ὑπὸ λευκῷ τῷ μετώπῳ μέλαιναι. τὰς δὲ ὀφθαλμὰς, ὦ παῖ, μὴ ἀπὸ τῦ μεγέθους, μήδ' εἰ μέλανες, ἀλλὰ τόν τε νῶν θεωῶμεν, ὅσος ἐν αὐτοῖς ἐςι. καὶ νὴ Δία ὁπόσα τῶν ψυχῆς ἀγαθῶν ἔσπασαν, ἐλεεινὰς μὲν διακείμενοι, τῦ δὲ φαιδρῶς ἔχειν οὐκ ἀπηλλαγμένοι, καὶ θαρσαλέοι μὲν, λογισμῷ δὲ εἴσω μᾶλλον ἢ τόλμης, καὶ τῦ μὲν θανάτου ζυνιέντες, ὕπω δὲ ἀπτόντες. ὁ παῖδος δὲ ἔρως, ἵμερος, ὅτω τι ἐπικέχυται τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὡς ἐπιδηλότατα δὴ ἀπ' αὐτῶν[24] ἀποσάζειν. γέγραπται καὶ ὁ ἔρως ἐν ἱστορίᾳ τῦ ἔργου. γέγραπται καὶ ἡ Λυδία, τὸ αἷμα ὑποδεχομένη, καὶ χρυσῷ γε ὡς ὁρᾷς τῷ κόλπῳ.

tat. Decedit autem, non vt Proteſilai vxor, redimita [coronis], quibus ſacra furens peregerat: nec vt coniux Capanei, vt quae iuſta perſolueret. Sed pulcritudinem ſine apparatu, & qualis erat Abradata adhuc viuente, ſeruat, atque auffert: comam quidem ſic atram ac denſam humeris & ceruici circumfundens, collum vero niueum oſtendens, quod prae luctu lacerauit quidem, non ita tamen vt foedaret, ſunt enim vnguium veſtigia iucunda magis quam pictura quaeuis. Qui autem malis ineratrubor, ne defunctam quidem deſerit, eiuſque promi pulcritudo & verecundia exiſtunt. Ecce & nares contractas modice, ac baſim naſo praebentes: cuius quaſi rami, lunae falcatae inſtar habentes, ſupercilia ſunt, ſub fronte candida nigricantia. Oculos autem, o puer, non eo quod magni, neque nigri quod ſint, ſed propter mentem quam produnt ſpectemus. Quantum per Iouem bonorum animi illi imbiberunt! ita compoſiti, vt miſerationem moueant quidem, laeto tamen aſpectu non deſtituantur, ſintque audaciae pleni quidem, quae tamen ratione magis quam temeritate contineatur, & mortem iam ſentiant quidem, nondum tamen plane diffugiant. Cupidinis autem comes, deſiderium, adeo oculos imbuit, vt clariſſime ex eis quaſi deſtillet. Ipſe quoque Cupido in operis hiſtoria pictus eſt: picta & Lyda femina, ſanguinem excipiens aureo, vt vides, ſinu.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Οἱ κείμενοι κατ' ἄλλο ἄλλος τῦ ἀνδρῶνος, καὶ τὸ ἀναμὶξ τῷ οἴνῳ αἷμα, καὶ οἱ ἐκπνέοντες ἐπὶ τραπεζῶν, κρατήρ τε ὅτοσὶ λελακτισμένος ὑπὸ ἀνδρὸς, ὃς πρὸς αὐτῷ σπαίρει, κόρη τε χρησμῳδὸς τὴν σολὴν[1], εἰς πελέκυν, ἐμπεσόμενον ἑαυτῇ, βλέπουσα, τὸν Ἀγαμέμνονα ἥκοντα ἐκ Τροίας ἡ Κλυταιμνήστρα δέχεται τύτῳ τῷ τρόπῳ·

X. *CASANDRA.*

Iacentes alio alius triclinii loco, & vino permiſtus cruor, quique ad menſas animam efflant, & crater iſte, viri calce impulſus, qui iuxta ipſum palpitat, puellaque vatis habitu, in ſecurim, quae ipſi minatur, intuens, Agamemnonem e Troia redeuntem [repraeſentant,] quem hoc pacto excipit Clytaemneſtra:

---

21 ἡ τῦ Πρωτεσίλεω] *Laodamia* Proteſilai coniux, de cuius exitu vide obſeruata ad Heroica in Proteſilao: n. 28.29.

22 καταςεφθεῖσα οἷς ἐβάκχευσεν] puto reſpici ad traditionem eorum, qui Laodamiam mortui Proteſilai aeream imaginem ſibi finxiſſe, eique ſacra feciſſe quotidie narrant. In quorum numero Hygin. fab. CIV. in quo officio cum deprehenſa ab Acaſto patre fuiſſet, ille effigiem & ſacra, pyra facta, comburi ſtatim iuſſit, ne diutius illis dolorem aleret. At ipſa dolorem non ſuſtinens vna ſe pyrae immiſit, mortuaque adeo eſt στεφθεῖσα οἷς ἐβάκχευσεν, coronata iis, quibus ſacra iſta, acta quaſi furore, obibat. Nempe *coronabant* capita ſacra facientes, vt notum. Sic noſter inf. in *Euadne*: οἱ δὲ τὰ ἱερὰ στεφάνους τε καὶ χρυσοῦν ἐξασκοῦντες.

23 ἡ τῦ Καπανέως] *Euadne*: de qua inf. ad *imaginem* eius, ipſa quoque iuſta perſoluens marito mortua, in rogum quo ille cremabatur inſiliens. *Iuſta* autem ſunt ſpecies θυσιῶν, cumque, quae ſacra iſta marito triſti animo perageret, non poſſit non triſtitiae ſigna ipſa praeferre facie; *Panthiam*, non vt eam, οἷον θυσίας ἀρθεῖσαν, occumbere ait.

24 ἀπ' αὐτῶν] ſic Aldina & cod. Laudian. recte Morell. ἐπ' αὐτῶν.

X. ΚΑΣΑΝΔΡΑ. 1 χρησμῳδὸς τὴν σολὴν] vates infulati, laureati, linteati incedebant, atque ille eorum habitus. vid. Bulenger. de Sortib. l. I. c. 3. abieciſſeque paulo ante finem huius *imaginis* τὰ σίμματα dicitur moribunda Caſandra, quae hic per κόρην χρησμῳδὸν intelligitur. Eam enim pellicem ſibi adduci credens ab Agamemnone Clytaemneſtra, vna cum marito ſuo inter ſacra & opulas interemit,

vſque

vsque adeo ebrium, vt tantum aggredi facinus vel Aegistus veritus haut sit. Clytaemnestra autem, pepli insidiis, exitum non habentis, Agamemnonem circumueniens, securim ipsi immisit ancipitem istam, qua vel maximae caederentur arbores. Virginemque Priamida, visam Agamemnoni pulcerrimam, & oracula, quae sidem non inuenirent, canentem, calida interimit securi. Atque si vt drama quidem, o puer, spectemus ista, magna certe paucis tragice gesta fuerunt: sin vt picturam, plura in ipsis obseruabis. Nam aduerte animum: faces hae lucis sunt ministrae, noctu enim haec agebantur. At crateres illi ministrant potui, igne splendidiores, aurei quippe qui sint. Mensae opsoniis sunt refertae, quibus Reges vescebantur Heroes. Horumque nihil ordine constat, conuiuae namque animam agunt, aliaque calcibus videmus euersa, alia vero confracta, alia suo loco reposita, & calices e manibus elabuntur, cruore magnam partem repleri, visque morientium est nulla, nam crapula eos occupauit. Quantum ad defunctorum autem habitus, alius quidem guttur habet praecisum, cibi aliquid hauriens potusue: alius vero capite truncatur, dum in cratere est. Alii manus praescinditur, poculum tenens. Alius, lecto excidens, mensam trahit. Alius in caput atque humeros procumbit, vt Poeta diceret, Cymbachus. Alius mortem adesse vix credit. Alius vero fugere nequit, remora ipsi iniecta a crapula. Iacentium pallet nemo, quandoquidem inter pocula morientes non ita repente vegetus color destituit. Praecipuas autem in hac scena partes Agamemnon tenet, non in Troianis iacens campis, nec in Scamandri cuiusὅτω μεθύοντα, ὡς καὶ τὸν Αἰγισθον [2] θαρσῆσαι τὸ ἔργον. ἡ Κλυταιμνήστρα δὲ, πέπλου τέχνῃ τινὸς ἀπείρου [3] τὸν Αγαμέμνονα περισχοῦσα, πελέκυν ἐς αὐτὸν ἧκεν, ἀμφήκη τοῦτον, ὃς καὶ τὰ δένδρα αἱρεῖ τὰ μεγάλα [4]. τήν τε τοῦ Πριάμου κόρην, καλλίστην νομισθεῖσαν τῷ Αγαμέμνονι, χρησμούς τε ἀπιστουμένους ἄδουσαν, ἀποκτείνει θερμῷ τῷ πελέκει. καὶ εἰ μὲν ὡς δρᾶμα ἐξετάζομεν, ὦ παῖ, ταῦτα, τετραγώδηται μεγάλα ἐν σμικρῷ· εἰ δ' ὡς γραφὴν, πλείω ἐν αὐτοῖς ὄψει. σκόπει γάρ. λαμπτῆρες μὲν ἔτοι χρηγοὶ φωτὸς, ἐν νυκτὶ γὰρ ταῦτά πως. κρατῆρες δ' ἐκεῖνοι [5] χρηγοὶ ποτοῦ, φανότεροι τοῦ πυρὸς, οἱ χρυσοῖ. πλήρεις δὲ ὄψων τράπεζαι, βασιλεῖς ὧν ἐσιτοῦντο ἥρωες. ἐν κόσμῳ τε ἐδὲν τούτων, ἀποθνήσκοντες γὰρ οἱ δαιτυμόνες, τὰ μὲν λελάκτισαι, τὰ δὲ συντέτριπται, τὰ δὲ ἐπ' αὐτῶν κεῖται, καὶ κύλικες δὲ ἐκ χειρῶν πίπτουσι, πλήρεις αἱ πολλαὶ λύθρου, καὶ ἀλκὴ τῶν ἀποθνησκόντων ἀδεμία, μεθύουσι γάρ. τὰ δὲ τῶν κειμένων σχήματα, ὁ μὲν ἐκτέτμηται τὴν φάρυγγα, σίτου τι ἢ ποτοῦ ἔλκυσάν. ὁδὶ ἀποκέκοπται τὴν κεφαλὴν, εἰς τὸν κρατῆρα κύπτων. ὁ δὲ ἀπήρακται τὴν χεῖρα, φέρουσαν ἔκπωμα. ὁ δὲ ἐφέλκεται τὴν τράπεζαν, ἐκπεσὼν τῆς κλίνης. ὁδὶ εἰς ὦμους καὶ κεφαλὴν κεῖται, ποιητὴς ἂν φαίη, κύμβαχος [6]. ὁδὶ ἀπιστεῖ τῷ θανάτῳ. ὁ δὲ οὐκ ἐρρῶται φυγεῖν, οἷον πέδης ἐμβεβλημένης αὐτῷ τῆς μέθης. ὠχρὸς δὲ [7] ὁδὶ τῶν κειμένων, ἐπειδὴ τοὺς ἐν οἴνῳ ἀποθνήσκοντας οὐκ εὐθὺς ἀπολείπει τὸ ἄνθος. τὸ δὲ κυριώτατον τῆς σκηνῆς Αγαμέμνων ἔχει, κείμενος οὐκ ἐν πεδίοις Τρωϊκοῖς [8], οὐδ' ἐπὶ Σκαμάνδρου τινὸς ἠιόσιν,

---

2 ὡς καὶ τὸν Αἰγισθον] qui nempe sobrium Agamemnonem aggredi nunquam fuisset ausurus, tantum eo fortitudine erat inferior.

3 πέπλου τέχνῃ τινὸς ἀπείρου] videndus Scholiast. ad Sophoclis Electram v. 196. ex quo optime explicaueris πέπλον ἄπειρον, quod sit χιτωνίσκος κεφαλὴς καὶ χειρῶν οὐκ ἔχων ἔξοδον. Euripides vero in Prologo Orestis, vt noster fere, ἄπειρον ὕφασμα vocat. Adde & Tzetz. ad Lycophron. Alexandram v. 1101. & 1375. vbi ἀμφίλληστρα appellauerat illum χιτωνίσκον Lycophron: item Scholiastam Euripidis *Hecubae* extremo.

4 ὃς καὶ τ. δένδρα αἱρ. τὰ μεγ.] simili modo Sophocles in Electra interemtum ait Agamemnonem

— ὅπως δρυὸς ὑλοτόμοι
Σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.

Ex eodem quoque esse videtur, quod ἀμφήκη paulo ante vocabat πελέκυν.

5 κρατῆρες δ' ἐκεῖνοι] nempe inter sacra & epulas interemtum Agamemnonem esse, a Clytaemnestra & Aegistho, apud Homerum quoque narratur Odyss. Λ', quem sequuntur etiam Dion in orat. π. ἀπιστίας, Aelian. Var. Hist. l. II. Hyginus fab. CXVII. Iuvenalis sat. VIII. In balneo interemtum ait Lycophron Alexandra v. 1100. sq. idemque Aeschylus & Seneca in Agamemnone dicunt. Ceterum haec ipsa imago, eiusque a Philostrato facta delineatio, maxime ex Homero descripta videtur l. c. v. 478.

Ως ἀμφὶ κρητῆρα τραπέζας τε πληθούσας
Κείμεθ' ὑπὶ μεγάρῳ &c.

6 ποιητ. ἂν φαίη κύμβ.] voce Homerus vtitur, de Mydone ab Antilocho interemto Iliad. Ε' v. 586. vbi Eustathius interpretatur ἐπὶ κεφαλὴν, *in caput procumbens*, & κύμβην nescio qua dialecto *caput* notare ait, vnde & κυβιστᾶν deriuat. Esseque κύμβαχον vel ex nuda paragoge vt a τιμὴ Τίμαχος, vel ita dici *caput* διὰ τὸ ἐγκεῖσθαι αὐτῷ ἦχον. Ibidem & *galeae cristam* notare vocem obseruat, & locis Homeri firmat.

7 ὠχρὸς δὲ] cod. Laud. ὠχρὸς μέν.

8 οὐκ ἐν πεδίοις Τρωϊκ. &c.] sic fere Dion, vt noster eum imitatus videatur π. ἀπιστ. καὶ ὑπὸ μὲν τῶν Τρώων ὐδὲν ἔπαθεν ἐν δέκα ἔτεσιν οἷς ἐπολέμει — εἰς δὲ τὴν οἰκίαν ἐλθὼν &c.

ἀλλ' ἐν μειρακίοις, καὶ γυναίοις, βῦς ἐπὶ φάτνῃ[9], τετὶ γὰρ τὸ[10] μετὰ τὰς πόνους τε καὶ τὸ ἐν δείπνῳ. κυριώτερα δὲ ἐν οἴκτῳ[11] τὰ τῆς Κασάνδρας. ὡς ἐφέστηκε μὲν αὐτῇ μετὰ τὸ πελέκεως ἡ Κλυταιμνήστρα, μανικὸν βλέπουσα, καὶ σεσοβημένη τὰς χαίτας, καὶ τραχεῖα τὴν ὠλένην. αὐτὴ δὲ, ὡς ἀβρῶς τε καὶ ἐνθέως ἔχουσα, περιπεσεῖν ὥρμηκε τῷ Ἀγαμέμνονι, ῥιπτοῦσα ἀφ' αὐτῆς τὰ στέμματα, καὶ οἷον περιβάλλουσα[12] τῇ τέχνῃ αὐτόν. διηρμένου δὲ ἤδη τοῦ πελέκεως, ἀναστρέφει τὰς ὀφθαλμὰς ἐκεῖ, βοᾷ δὲ ἔτωτὶ οἰκτρὸν, ὡς καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα τῷ λοιπῷ τῆς ψυχῆς ἐλεεῖν ταῦτα ἀκούοντα[13]· μεμνήσεται γὰρ αὐτῶν καὶ ἐν ᾅδου πρὸς Ὀδυσσέα, ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν ψυχῶν[14].

dam ripis, sed inter adolescentulos, ac mulierculas, *bos ad praesepe*, hoc enim istud [prouerbium] notat, quod post laborem & inter coenandum est gestum. Miseratione autem digna maxime, quae Casandrae euenivnt. Vt ipsi cum securi imminet Clytaemnestra, furentis more intuens, ac comas concutiens, & vlnam aspera! ipsa vero, quam delicata est, quamque diuina! In eo iam est vt in Agamemnonem procidat, coronas abiiciens, ipsumque ex composito velut amplexata. Imo securi iam penetrante illuc reflectit oculos, & ita miserabiliter inclamat, vt & Agamemnon misere animo, quantum eius supererat ipsi, afficeretur id audiens. Haec enim apud inferos narrabit Vlyssi, in animarum concione.

Π Α Ν.

Τὸν Πᾶνα αἱ Νύμφαι πονηρῶς φασὶν ὀρχεῖσθαι, καὶ ἐκπηδᾶν τοῦ προσήκοντος, ἐξαίροντα, καὶ ἀναθρώσκοντα κατὰ τὰς ἀγερώχους τῶν τράγων. ἆυται δ' ἂν μεταδιδάξαιεν αὐτὸν ἑτέραν ὄρχησιν, ἡδίω τῷ ἔθει. προσέχοντι δ' αὐταῖς οὐδὲν, ἀλλὰ πειρῶντι αὐτὰς, καὶ ἀποτεταμένῳ τὸν κόλπον, ἐπιτίθενται κατὰ μεσημβρίαν, ὅτε δὴ λέγεται καθεύδειν ὁ Πὰν, ἐκλελοιπὼς τὴν θήραν. ἐκάθευδε δ' ἄρα, πρότερον μὲν ἀνειμένος τε καὶ πρᾶος τὴν ῥῖνα, καὶ τὸ ἐπίχολον αὐτῆς λεαίνων τῷ ὕπνῳ. τήμερον δὲ ὑπερχολᾷ. προσπεσοῦσαι γὰρ αὐτῷ αἱ νύμφαι, περιῆκταμὲν ἤδη τὼ χεῖρε[2] ὁ Πάν, δέδιε δὲ ἐπὶ τοῖς σκέλεσιν, ἐπειδὴ βέλονται αἱρεῖν αὐτά. τὸ δὲ δὴ γένειον, ὃ πλεῖστον[3] αὐτῷ λόγος, ἐξύρηται, μαχαιρίδων ἐμβεβληκυιῶν[4] ἐς αὐτό. φασὶ δὲ καὶ τὴν ἠχὼ ἀναπείσειν ὑπερορᾶν τε αὐτοῦ, καὶ μηδὲ φθέγγεσθαι πρὸς αὐτὸν ἔτι. ταῦτα αἱ νύμφαι πασσυδί. σὺ δὲ κατὰ δήμους αὐτὰς ὅρα· τὰ μὲν γὰρ τῶν Ναΐδων εἴδη, ῥανίδας ἀποῤῥαι-

XI. P A N.

Pana inepte saltare aiunt Nymphae, & decorum subsiliendo excedere: extollentem sese, ac resilientem hircorum ferocientium more. Ipsae autem iucundam vtique magis saltationem eum docere vellent. Mentem tamen minime sibi adhibentem, sed attrectantem illas, & foede arrigentem, circa meridiem, quo tempore venatione iam omissa dormire Pan dicitur, inuadunt. Dormiebat igitur, paulo ante quidem remissus ac mitis nasum, suamque iracundiam somno mitigans. Iam vero supra modum irascitur, invasere enim in ipsum Nymphae: iamque post tergum Pan vinctus est manus; timetque cruribus, quod & ipsa vinculis constringere cupiant. Barba, quam plurimi facit, nouaculis ipsi adhibitis abrasa est. Prae se autem ferunt, quod & Echo persuasurae sint, ipsum vt despiciat, nec amplius alloqui dignetur. Haec de nymphis in vniuersum. Tu vero earum intuere familias. Naiadum

---

9 βῦς ἐπὶ φάτνῃ] ei ipse se comparat Agamemnon Odyss. Λ'. v. 410. vbi Vlyssi exitum suum exponens:

— ὡς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ
Ὡς θάνον οἰκτίστῳ θανάτῳ. —

Vnde & Dion orat. π. ἀτιμίας ita hanc cladem describit. ὁ δὲ Αἴγισθος τὸν Ἀγαμέμνονα δειπνήσας, ὥσε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

10 τετὶ γὰρ τὸ &c.] his nempe explicat Homericam paroemiam. *Hoc ipsum*, quod ea sibi vult, esse aiens, quod post laborem & inter pastum sumendum geritur, nam post laborem dum pascitur, ad praesepe consistit bos.

11 κυριώτερα δὲ ἐν οἴκτῳ &c.] haec Homeri sunt rursus pene ad verbum Iliad. Λ'. v. 420.

Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὅπα Πριάμοιο θυγατρὸς
Κασσάνδρης &c.

12 περιπεσεῖν ὥρμ. τῷ Ἀγαμ. — καὶ οἷον περιβάλλουσα] conf. Homer. l. c. v. 422. sq.

13 ἐλεεῖν ταῦτα ἀκούοντα] vid. n. 11.

14 ἐν τῇ ἀγορᾷ τ. ψυχῶν] titulus est Odysseae Λ'.

XI. Π Α Ν. 1 τὸ ἐπίχολον αὐτῆς] sic Theocritus *Panis* naso iram tribuit

Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

Similique modo paulo post apud nostrum in *Pindaro* Panem saltantem habemus & φαιδρὸν, in quo τῆς ῥινὸς ἡδὺν χολωδες.

2 περιῆκτο μ. ἡ. τὼ χεῖρε] sic f. in *Narcisso* ἡ δὲ δεξιὰ περιῆκται εἰς τὸ ἰσχίον. Hic autem vi circumductas manus significat, vt vinculis coercerentur.

3 πλεῖστον] cod. Laud. πλεῖστος.

4 ἐμβεβληκυιῶν] cod. Laud. εἰσβεβληκυιῶν.

enim

enim genus e coma guttas respergunt: qui vero nymphis bubulcis ineſt ſqualor, nihil eſt rore deterior: nonnullae comas nitent, flores Hyacinthinos referentes, iam plene florentes.

XII. PINDARVS.

Apes quoque te mirari puto, adfabre adeo pictas, quarum proboſcis, ac pedes accurate dignoſci poſſunt, neque alae ac color, quo indutae ſunt, incongrue ſe habent, arte eas perinde atque natura variegante. Cur igitur in alueolis non ſunt, ſolertiſſimae? Quidque in vrbe, ad Daiphanti, fores comum quaſi ducunt? Nempe natus iam Pindarus, vti cernis. Fingitque eum iam ab infantia [pater], vt concinnus muſicus euadat. Hocque eſt quod agunt, in lauro enim ac myrti ramis puer depoſitus eſt: coniiciente patre ſe ſacrum habiturum filium, eo quod & cymbala in domo reſonarent, cum in lucem ederetur, Rheaeque tympana exaudirentur. Nymphas praeterea choreas in eius gratiam duxiſſe relatum eſt, Panaque ſaltaſſe. Imo hunc aiunt, cum iam ad carmina ſcribenda Pindarus ſe contuliſſet, neglectis ſaltationibus Pindari carmina cecinisſe. Rhea autem, [repraeſentata] ſtatua arte elaborata, ad ipſius fores poſita eſt. Puto autem lapideam eſſe ſtatuam poſſe animaduerti, rigeſcente hic pictura, & quid aliud quam ſcalpturam? prae ſe ferente. Roſcidas quoque & e fontibus recentes ſiſtit Nymphas. Sed Pan neſcio quem ſaltet in numerum. Laeta autem ipſi facies, nihilque naſus habet iracundum. Quae vero in domo ſunt apes circa infantem ludunt, labris mel infundentes,

νασιν ἄυται τῆς κόμης· ὁ δὲ παρὰ τοῖς βυκόλοις ἀυχμὸς, ἐδὲν φαυλότερος τῆς δρόσου· αἱ δὲ ἀνθῶσι τὰς χαίτας, ἐκπεφυκόσιν ὑακινθίνοις[5] ὁμοίως ἄνθεσιν.

ΠΙΝΔΑΡΟΣ.

Οἶμαι θαῦμά σοι εἶναι καὶ τὰς μελίτ[τ]ας, ἅτω γλίσχρως γεγραμμένας, ὧν γε καὶ προνομαία δήλη, καὶ πόδες, καὶ πτερὰ, καὶ τὸ χρῶμα τῆς σολῆς ἐκ ἀτακτῶσιν, ἴσα τῇ φύσει διαποικιλλόσης αὐτὰ τῆς γραφῆς. τί ἔν ἐκ ἐν σίμβλοις[1] αἱ σοφαί; τί δὲ ἐν ἄσει κωμάζουσιν ἐπὶ τὰς τῦ Δαϊφάντου[2] θύρας; γέγονεν ἤδη Πίνδαρος, ὡς ὁρᾷς. πλάττ[τ]ει[3] κἀκ νηπίου αὐτὸν, ἵν' ἐμμελὴς ἤδη καὶ ἔμμουσος ᾖ. καὶ ποιῶσι ταῦτα, τὸ μὲν γὰρ παιδίον εἰς δάφνην ἀπόκειται, καὶ κλῶνας μυρρίνης, συμβαλλομένου τῦ πατρὸς ἱερᾶ τεύξεσθαι τῦ παιδὸς, ἀφ' ὧν κύμβαλά τε κατήχει τῆς οἰκίας ὅτε ἐτίκτετο, καὶ τύμπανα ἠκούετο ἐκ Ρέας[4]. ἐλέγοντο δὲ καὶ αἱ νύμφαι χορεῦσαί οἱ, καὶ ἀνασκιρτῆσαι τὸν Πᾶνα. φασὶ δὲ αὐτὸν, ὅτε Πίνδαρος ἐς τὸ ποιεῖν ἀφίκετο, ἀμελήσαντα τῦ σκιρτᾶν, ᾄδειν τὰ τῦ Πινδάρου[5]. ἡ Ρέα δὲ ἄγαλμα ἐκπεπόνηται, καὶ καθίδρυται[6] μὲν αὐτῦ περὶ θύρας. οἶμαι δὲ καὶ λίθου τὸ ἄγαλμα φαίνεσθαι, κατεσκληκύιας ἐνταῦθα τῆς γραφῆς, καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐξεσμένης; ἄγει καὶ τὰς νύμφας ἐνδρόσους, καὶ οἵας ἐκ πηγῶν. ὁ δὲ Πὰν ἐξορχεῖται μὲν ῥυθμόν δή τινα· φαιδρὸν δὲ αὐτῷ τὸ εἶδος, καὶ τῆς ῥινὸς ἐδὲν χολῶδες[7]. αἱ δὲ εἴσω[8] μέλιτ[τ]αι περεργάζονται τὸ παιδίον, ἐπιβάλλουσαι τὸ μέλι, καὶ

---

5 αἱ δὲ ἀνθῶσι τὰς χαίτας, ἐκπεφυκόσιν ὑακινθ.] sic ex coniectura reſcripſi, nam vulgati habebant αἱ δὲ ἀνθῶσαι τὰς χαίτας, ἐμπεφύκασι &c. ἄνθος comae tribui obſeruatum ad vitam Apollon. l. II. c. 22. n. 15. & ad Heroica Proceſil. §. XX. n. 11. ὑακίνθινα ἐκπεφυκότα puto eſſe hyacinthos perfecto flore iam gaudentes. *Hyacinthis* autem nigricantis coloris comam compararī, obſeruatum ad vitam Apollonii III. 5. it. ad Heroica Proteſilao §. XX. n. 11.

XII. ΠΙΝΔΑΡΟΣ. 1 σίμβλοις] ita, niſi fallor, reſcribere animus erat Morello, ſed male typographus eius intentioni reſpondit, qui σύμβλοις fecit. Nam in Aldina erat συμβόλοις, quam lectionem in marginem reiecit Morellus. Ceterum voce vtitur in hoc ipſo negotio, quicunque eſt autor Γένος Πινδάρου διὰ στίχων. Sic enim ille:

Τὸν μὲν ὅτε κυύσσοντα πότι χθόνα κάτθετο μήτης,
Εἰσέτι παιδίον ὄντα, μέλισσά τις, ὡς ἐπὶ σίμβλῳ,
Χείλεσι νηπιάχοισι τιθαιβώσσουσα ποτᾶτο.

Paulo alias eius rei circumſtantias apud Pauſan. habes Boeotic. p. 299. eoque Antipater etiam alludit Epigr. in Pindarum Similia de Platone circumferri notum.

2 Δαϊφάντου] pater Pindari ſecundum pleroſque, quamuis aliud patris Pindari nomen prodant alii, vid. Suidas, & Thomas Magiſter in vita Pindar.

3 πλάττει] refero hoc verbum cum Nigro ad Daiphantum, patrem, qui variis ominibus filium poetam fore didicerat, omniaque adeo a primis vnguiculis adhibebat, quae illam in puero indolem alerent & excitarent.

4 κύμβαλα τε κατήχει — τύμπ. ἠκούετο ἐκ Ρέας] proximum Rheae templo Pindari patrem habitaſſe apud Thebanos, tradit Thomas Magiſter in vita eius, qui & peculiarem eius in Rheam religionem fuiſſe teſtatur.

5 ᾄδειν τὰ τ. Πινδάρου] Plutarch. libro *quod non poſſit ſuauiter viui ſecundum Epicur.* Πίνδαρος ἀκόων ὑπὸ τῦ Πανὸς ᾄδεσθαί τι μέλος, ὧν αὐτὸς ἐποίησε, μετρίως ἔχαιρεν. Huc Antipater quoque alludit Epigr. in Pindarum:

Μάρτυς ὁ Μαινάλιος Κερόεις θεός, ὕμνον ἀείσας,
Τὸν σέο, καὶ νομίων λησάμενος δονάκων.

& Thomas Magiſter: λόγος καὶ τὸν Πᾶνα ὀρχήσασθαί ποτε τοῖς Πινδάρου πιᾶσι, καὶ χαίρειν ᾄδοντα τῦτον ἀεὶ ἐν τοῖς ὄρεσι.

6 καὶ καθίδρυται] καὶ adieci ex MS. Laudian. paulo poſt eandem coniunctionem, poſt αὐτῦ in vulgatis poſitam, omittendam duxi.

7 τῆς ῥινὸς ἐδὲν χολῶδες] vid. ad imaginem praeced. n. 1.

8 αἱ δὲ εἴσω &c.] reſpondet τὸ εἴσω hic τῷ ἐπὶ τὰς θύρας, vbi Rheae ſtatua: intra domum vero puer & mellificantes in labiis eius apes.

τὰ κέντρα ἀνέλκυσαι, δέει τῦ ἐγχειρήματος. ἐξ Υμηττῦ τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων[9]. καὶ γὰρ τῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐνσάξαι Πινδάρῳ.

ΑΙΑΣ Ο ΛΟΚΡΟΣ[1], Η ΓΥΡΑΙ.

Αἱ τῦ πελάγους ἀνεσηκυῖαι πέτραι, καὶ ἡ ζέουσα περὶ αὐτὰς θάλαττα, ἥρως τε δεινὸν βλέπων ἐπὶ τῶν πετρῶν, καί τι καὶ φρονήματος ἔχων ἐπὶ τὴν θάλατταν, ὁ Λοκρὸς Αἴας. βέβληται μὲν τὴν ἑαυτῦ ναῦν, ἐμπύρα δὲ αὐτῆς ἀποπηδήσας, ὁμόσε κεχώρηκε τοῖς κύμασι, τῶν μὲν διεκπαίων, τὰ δὲ ἐπισπώμενος, τὰ δὲ ὑπαντλῶν τῷ στέρνῳ. Γυραῖς δ' ἐντυχών, αἱ δὲ Γυραὶ πέτραι εἰσὶν, ὑπερφαίνουσαι τῦ Αἰγαίου κόλπου, λόγους ὑπερφρονας λέγει κατὰ τῶν θεῶν αὐτῶν. ἐφ' οἷς ὁ Ποσειδῶν αὐτὸς ἐπὶ τὰς Γυρὰς στέλλεται, φοβερὸς, ὦ παῖ, καὶ χειμῶνος πλέως, καὶ τὰς χαίτας ἐξηρμένος. καί τοι ποτὲ καὶ συνεμάχει τῷ Λοκρῷ κατὰ τὸ Ιλιον, σωφρονοῦντι δὲ καὶ φειδομένῳ τῶν θεῶν, καὶ ἐρρώνυ αὐτὸν τῷ σκήπτρῳ. νῦν δ', ἐπειδὴ ὑβρίζοντα ὁρᾷ, τὴν τρίαιναν ἐπ' αὐτὸν φέρει, καὶ πεπλήξεται ὁ αὐχὴν τῆς πέτρας, ὁ ἀνέχων τὸν Αἴαντα, ὡς ἀποσείσαιτο αὐτὸν αὐτῇ ὕβρει. ὁ μὲν δὴ λόγος τῆς γραφῆς ἕτος. τὸ δὲ ἐναργὲς, λευκὴ μὲν ὑπὸ κυμάτων ἡ θάλαττα, σπιλάδες[2] δ' αἱ πέτραι, διὰ τὸ ἀεὶ ῥαίνεσθαι. πῦρ δὲ ἐκ μέσης ἅπτει[3] τῆς νεὼς, ἐς ὃ ἐμπνέων ὁ ἄνεμος, πλεῖ ἡ ναῦς ἔτι, καθάπερ ἰσίῳ χρωμένη τῷ πυρί. ὁ δὲ Αἴας, οἷον ἐκ μέθης ἀναφέρων, περιαθρεῖ τὸ πέλαγος, ὅτε ναῦν ὁρᾶν ὅτε γῆν. καὶ ὅτε τὸν Ποσειδῶ προσιόντα δέδοικεν, ἀλλ' ἔοικε διατεινομένῳ ἔτι. ὅπως[4] τὰς βραχίονας ἡ ῥώμη ἀπολέλοιπεν, ὁ αὐχήν τε ἀνέσηκεν, οἷος[5] ἐπὶ Ἕκτορα καὶ Τρῶας. ὁ μὲν δὴ Ποσειδῶν, ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, ἀράξει τὸ τρύφος αὐτῷ Αἴαντι τῆς πέτρας. αἱ δὲ Γυραὶ αἱ λοιπαὶ μενοῦσί τε ἐς ὅσον θάλαττα, καὶ ἄσυλοι ἐσῄξουσι τῷ Ποσειδῶνι.

aculeosque contrahentes, ne noceat, quod suscipiunt opus, veritae. Ex Hymetto fortasse veniunt, aliisque locis beatis, cantibusque frequentibus. Haec ipsa enim [bona] eas Pindaro instillare existimo.

XIII. AIAX LOCRENSIS, VEL GYRAE.

E pelago extantes scopuli, feruensque circa ipsos mare, herosque in scopulis aspectu terribilis, atque irae aliquantum aduersus mare etiam prae se ferens, Locrensem indicant Aiacem. Is quidem fulmine tactam navim habet, ex ea autem accensa exsiliens cum fluctibus ferebatur: per alios transiens quidem, alios vero post se trahens, alios pectore sustinens. Gyras tandem assecutus, (sunt autem Gyrae petrae, e sinu Aegaeo eminentes,) aduersus ipsos Deos dicta superba iactat. Quamobrem Neptunus ipse ad Gyras proficiscitur, terribilis, o puer, atque tempestatum plenus, crinesque horridus. Enimuero cum Locro Aiace aliquando Ilium quoque oppugnavit, (sed tum quidem modesto ac Diis parcente,) ipsumque sceptro confirmauit. At nunc, superbientem videns, tridentem in ipsum gerit: moxque, qui Aiacem sustinet, saxi vertex percutietur, vt vna cum superbia sua ipsum excutiat. Picturae quidem haec est historia. Quantum autem ad viuam rerum repraesentationem, a fluctuum motibus quidem mare canescit, petrae autem subtus exesae [apparent], quod perpetuo alluantur. Ignis e media erumpit naui, cui dum ventus adspirat, cursum nauis continuat, igne perinde ac velo vsa. Aiax, quasi post crapulam se colligens, pelagus circum vndique oculis metitur, nec navim, nec terram prospiciens: nec aduentantem Neptunum formidat, sed adhuc [manus] intentanti est similis. Nondum brachia robur deseruit, &, vt in Hectorem ac Troianos, ceruix erigitur. Neptunus igitur, tridentem impingens, petrae frustum vna cum ipso abscindit Aiace. Reliquae vero Gyrae, quandiu ipsum mare est, permanebunt, Neptunoque perstabunt inuiolabiles.

9 λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων] addidit Morellus Ἀθηνῶν, quod an autoritate codicum probatorum fecerit, nescio. Hoc scio, nec Aldinam illam vocem agnoscere, nec codices nostros: imo nec sensum eam postulare. Quin potius subintelligemus τόπων, vt sensus sit ab *Hymetto Hybla* aliisque eius ingenii locis, pinguibus, & carminibus celebratis, has apes aduentasse.

XIII. ΑΙΑΣ Ο ΛΟΚΡΟΣ. 1 Αἴας ὁ Λοκρὸς] fabulam hac imagine repraesentatam expositam habes ab Homero Odyss. Δ' & fuse apud Quintum Smyrnaeum libro vlt. Paralipomenon Homericorum. adde Hyginum Mythol. c. 16.

2 σπιλάδες] h. e. ὕφαλοι, *mari subeunte exesae.*

3 ἅπτει] malim ἅπτει.

4 διατεινομένῳ] Morello in margine obseruatum, habere codices nonnullos ἀπειλοῦντι, quae glossa est, explicans verbum διατείνεσθαι, qui enim minatur manus intentat.

5 ὅπως] cod. Laudian. addit γάρ.

6 οἷος] idem cod. habet οἷον.

XIV. THESSALIA.

Aegyptiacum quid habet primus imaginis aſpectus: ipſius vero argumentum non Aegyptium, vt puto, ſed Theſſalicum eſt. Nempe iuxta Nilum Aegyptiorum ſita eſt tellus: at & Peneus Theſſalis terram habere minime olim permittebat, montibus vaſtiſſimos campos ambientibus, fluuioque eos inundante, eo quod exitus nuſpiam pateret. Neptunus igitur tridente ſcindet montes, portaſque flumini dabit: huic enim nunc operi inſtat, magnoque ei conatu incumbit, atque campos ab aquis liberat. Sublataque quidem ad ſcindendum eſt manus, montes vero priuſquam percutiantur, quantum flumini ſatis ſit ſpatio diſcedunt. Arte autem eo vt viuide rem repraeſentet contendente, dexterae Neptuni partes & contractae ſunt, & prominent, ictumque minatur non manu, ſed toto corpore. Pictus autem non coeruleus eſt, nec maris colore, ſed terricola. Nempe campos iam amat, gaudetque quod planos, latoſque vt aequora, videat. Fluuius autem repraeſentatur, qualis poſtea extitit, corporiſque, cubito innixi, ſtatum tuetur, (neque enim fluminibus vt erigantur, mos eſt,) Titareſiumque vt leuem, ac potu ſuauiorem, ſuſtinet, Neptunoque ſe e campis dilapſurum, viſurumque quae patefacta eſt via, promittit. Iamque Theſſalia prodit ſubſidentibus aquis, oleis comans ac ſpicis, pullumque ferens vna prodeuntem. Nam equos quoque accipiet a Neptuno, vbi dormientis Dei genitale ſemen, ad concipiendum equum, tellus exceperit.

ΘΕΤΤΑΛΙΑ.

Αἰγυπτιάζει[1] μὲν ἡ προβολὴ τῆς γραφῆς· ὁ λόγος δὲ αὐτῆς οὐκ Αἰγύπτιος, ἀλλ', οἶμαι, Θετταλῶν. Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ παρὰ τὸν Νεῖλον ἡ γῆ, Θετταλοῖς δὲ Πηνειὸς ἀεὶ συνεχώρει πάλαι γῆν ἔχειν, περιβεβλημένων τοῖς πεδίοις[2] ὀρῶν[3], καὶ τοῦ ῥεύματος ἐπικλύζοντος[4] αὐτὰ, ὑπὸ τοῦ μή πω ἐκβαλεῖν. ῥήξει γὰν ὁ Ποσειδῶν τῇ τριαίνῃ τὰ ὄρη[4], καὶ πύλας[5] τῷ ποταμῷ ἐργάσεται. τότῳ γὰρ νυνὶ τῷ ἔργῳ ἐφέστηκεν, ἀθλῶν αὐτὸ, καὶ ἀνακαλύπτων τὰ πεδία. καὶ διῆρται μὲν ἡ χεὶρ εἰς τὸ ἀναῤῥῆξαι· τὰ δὲ ὄρη, πρὶν πεπλῆχθαι, διίσαται τὸ ἀποχρῶν τῷ ποταμῷ μέτρον. ἀγωνιζομένης δὲ πρὸς τὸ ἐναργὲς τῆς τέχνης, τὰ δεξιὰ τοῦ Ποσειδῶνος ὁμοῦ καὶ ὑπέσταλται, καὶ προβέβηκε, καὶ ἀπειλεῖ τὴν πληγὴν, οὐκ ἀπὸ τῆς χειρὸς, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ σώματος. γέγραπται δὲ οὐ κυάνεος, οὐδὲ θαλάττιος, ἀλλ' ἠπειρώτης. τῷ τοι καὶ ἀσπάζεται τὰ πεδία, καὶ ὁμαλὰ ἰδὼν, καὶ εὐρέα, καθάπερ θαλάττας, χαίρει. καὶ ὁ ποταμὸς οἷον ἀυθις[7], καὶ φυλάττων τὸ εἰς ἀγκῶνα, ποταμῷ γὰρ ἐ σύνηθες ὀρθοῦσθαι[8], ἀνατίθεται τὸν Τιταρήσιον[9] ὡς κῦφον, καὶ ποτιμώτερον, καὶ ὁμολογεῖ τῷ Ποσειδῶνι ἐκρυήσεσθαι τῶν πεδίων, οὗ χρώμενος. ἀνίσχει καὶ ἡ Θετταλία, συνιζάνοντος ἤδη τοῦ ὕδατος, ἐλαίᾳ κομῶσα, καὶ ἀσταχύϊ, καὶ πώλῳ ἐφαπτομένῃ συνανίσχοντος[10]. ἕσαι γὰρ καὶ ἵππος αὐτῇ παρ' αὐτοῦ[11] Ποσειδῶνος, ὅταν τὴν ἀπαῤῥοὴν τοῦ θεοῦ καθεύδοντος ἡ γῆ ὑποδέξηται εἰς ἵππον.

XIV. ΘΕΤΤΑΛΙΑ. 1 Αἰγυπτιάζει] optime *Scholium* a Morello margini adſcriptum δίκην Αἰγύπτου λιμνάζει. Nempe tabula fluuium repraeſentabat in terram exundantem, vt in Aegyptum Nilus.

2 τοῖς πεδίοις] quae *Tempe* vulgo adpellantur. Sic enim Ouidius Metam. l. I. v. 569.

— *vocant Tempe per quae Peneus ab imo*
Effuſus Pindo ſpumoſis voluitur vndis.

3 ὀρῶν] Oſſam & Olympum montes intelligit, quibus Tempe olim cingebantur, nullo patente exitu, vt adeo Penei aquas, iſthuc delatas ſtagnare, totumque tractum iſtum inundare oporteret.

4 ῥήξει γὰν ὁ Ποσειδ. τῇ τριαίνῃ τὰ ὄρη] διασφάγα ποιῆσαι τῶν Τεμπῶν ἕνεκα τοῦ Πηνειοῦ Neptunum dicit Ariſtides Gratul. in Smyrn. p. 474. Herculi tamen alii hoc opus tribuunt. Prolixum eſſet vel illum vel hunc operis tanti auctorem celebrantes adducere Herodotum, Diodorum, Strabonem, Ouidium, Senecam, Tragicum, Claudianum &c. Ad *Neptunum* tamen niſi fallor rectius refertur, ille enim Σεισίχθων: terrae motu autem iſtae Penei ἐκβολαὶ patefactae. Euſtathius ad Dionyſ. περιηγ. v. 739. σεισμῷ τὰ Τέμπη τὰ Θετταλικὰ ῥαγέντα δίεσησαν, ſimiliaque infra apud noſtrum legimus in Νήσοις. Πετραῖον inde appellatum eſſe iuxta quoſdam Neptunum, eo quod *petras* Theſſaliae diffidiſſet, autor eſt Pindari Schol. ad Pyth. Δ' v. 246.

5 πύλας] hinc Σαλαῤῥίας dictus Peneus, ob patefactas ipſi per montes πύλας vt autor eſt Euſtathius, ad Dionyſ. περιηγ. v. 739. Nempe Σαλάῤῥης Heſychius eſſe dicit θυρῶν ὀπάς.

6 ἐκ ἀπὸ χειρὸς &c.] id eſt, non manum mouet qua feriat, ſed vt fortior ſit impetus, manu immota firmiter tridentem tenens, toto corpore in montes inuectus eam impacturus videtur.

7 οἷον ἄυθις] i. e. non immitis amplius atque exundans, ſed qualis fuit poſtquam Oſſae & Olympi ipſi patefacta ſunt oſtia.

8 ποταμῷ γὰρ ἐ σύνηθες ὀρθοῦσθαι] nempe in omnibus veterum monimentis fluuii vrnae innixi ſpectantur, nunquam erecto corporis habitu.

9 ἀνατίθεται τ. Τιταρήσιον] vid. notata ſupra, vbi de *Melete* n. 29.

10 πώλῳ ἐφαπτομένη συνανίσχ.] Theſſaliam equorum feracem aliquoties obſeruauimus: eius vero rei hic opportune fit mentio, quod idem Neptunus, cui hic Theſſaliae origines, Peneo per montium oſtia emiſſa, tribuuntur, ἵππων quoque ſit δώτης, vt notum, quodque in Theſſaliae ſaxis obſcoeno illo, quem mox noſter indicat, modo, *Scyphium* equum procreauerit. vid. ea de re Scholiaſt. Pindari ad Pyth. Δ' v. 245. ἐπί τινος πέτρας κοιμηθεὶς ἀπεσπερμάτισε, καὶ τὸν θορὸν δεξαμένη ἡ γῆ ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον ὃν ἐπεκάλεσαν Σκύφιον. Alii tamen *percuſſam tridenti* tellurem equum edidiſſe docent. vid. Viris doctis obſeruata ad Virgil. lib. I. Georg. v. 13.

11 παρ' αὐτοῦ] cod. Laudian. habet παρὰ τοῦ.

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ.

Βοσπόρᾳ καὶ Συμπληγάδων [1] ἡ Ἀργὼ διεκπλεύσασα, μέσον ἤδη τέμνει τὸ ῥόθιον τῷ Πόντῳ. καὶ θέλγει τὴν θάλατταν Ὀρφεὺς, ᾄδων [2], ἡ δὲ ἀκούει, καὶ ὑπὸ τῇ ᾠδῇ κεῖται ὁ Πόντος. τὰ μὲν δὴ ἀγώγιμα τῆς νεὼς, Διόσκουροι, καὶ Ἡρακλῆς, Αἰακίδαι [3] τε καὶ Βορεάδαι [4], καὶ ὅσον τῆς ἡμιθέου φορᾶς ἦνθει. τρόπις [5] δὲ ὑφήρμοσται τῇ νηΐ, δένδρον ἀρχαῖον, ᾧ κατὰ Δωδώνην ὁ Ζεὺς ἐαυτοῦ ἐς τὰ μαντεῖα ἐχρᾶτο. γνώμη δὲ ἐς τὸν πλοῦν ἥδε [6]. χρυσοῦν ἀπόκειταί τι ἐν Κόλχοις κώδιον, κριοῦ ἀρχαίου, ὃς λέγεται τὴν Ἑλλην, ὁμοῦ τῷ Φρίξῳ, διὰ τοῦ ἀέρος πορθμεῦσαι· τοῦτο Ἰάσονι ἐλεῖν, ὦ παῖ, προκεῖται ἆθλον. φρουρὸς γάρ τις αὐτῷ [7] δράκων ἐμπέπλεκται, δεινὸν βλέπων, καὶ ὑπερορᾶν τοῦ καθεύδειν [8], ὅθεν ἄρχει τῆς νεὼς, ἐπειδὴ βλέπει ἐς αὐτὸν ἡ τοῦ πλοῦ αἰτία. καὶ Τίφυς μὲν, ὦ παῖ, κυβερνᾷ [9], λέγεται δὲ ἀτοσὶ πρῶτος ἀνθρώπων ἀπιγμένην θαρρῆσαι τὴν τέχνην. Λυγκεὺς δὲ, ὁ Ἀφαρέως, ἐπιτέτακται τῇ πρῴρᾳ [10], δεινὸς ὢν διὰ πολλοῦ τε ἰδεῖν [11], καὶ ἐς πολὺ καταβλέψαι τοῦ βάθους [12], καὶ πρῶτος μὲν ὑποκειμένων ἑρμάτων [13] αἰσθέσθαι, πρῶτος δὲ ὑποφαίνουσαν γῆν ἀσπάσασθαι [14]. ἀλλὰ νῦν ἐκπεπλῆχθαί μοι δοκεῖ καὶ τὸ τοῦ Λυγκέως ὄμμα τὴν προσβολὴν τοῦ φάσματος [15], ὑφ' ἓ καὶ οἱ πεντήκοντα [16] σχασάμενοι

XV. GLAVCVS MARINVS.

Bosporo ac Symplegadibus iam superatis, medios ponti fluctus secat Argo. Cantuque mare demulcet Orpheus, audit vero mare, carminique pontus obnoxius est. Onus nauis Castor & Pollux sunt, atque Hercules, Aeacidaeque ac Boreadae, & quicquid semideorum generis tum florebat. Trabs autem naui subtus aptata est, arbor vetustissima, qua Iupiter in Dodone ad oracula sua vtebatur. Nauigationis porro consilium istud: aureum quoddam Colchis est vellus antiqui arietis, qui Hellen vna cum Phryxo per aërem vexisse fertur. Hoc aufferre labor est, o puer, Iasoni propositus: nempe custos Draco velleri inhaeret, horrendum tuens, somnumque contemnens: hinc naui imperat [Iason], quandoquidem ad ipsum spectat causa nauigationis. Et Tiphys quidem, o puer, gubernatoris partes obit; isque primus mortalium artem minime ante tentatam aggressus dicitur. At Apharei filius, Lynceus, prorae praeest, quod in longinquum visu valeret cummaxime, & in profundum oculorum aciem demittere posset, primusque latentia sentire saxa, primus item subobscure apparentem salutare terram. At exhorrescere iam Lyncei oculus mihi spectri videtur occursum, ob quod & Argonautae quinquaginta remigatio-

---

XV. ΓΛΑΥΚΟΣ. 1 Συμπληγάδων] notissimae Ponti Euxini insulae, quae ab eo, quod dissitae ab inuicem parvo interuallo, *ex aduerso intrantibus geminae videbantur quidem, paulum deflexa acie coeuntium speciem praebebant*, vt loquitur Plinius H. N. lib. IV. f. 27. συμπληγάδες & συνδρομάδες πέτραι, *concurrentia saxa*, vt est apud Iuuenalem, dictae fuerunt. De illis Homerus Odyss. M'. Herodot. in Melpom. Pindarus Pyth. Δ' Apollonius & Valerius Flaccus Argon. IV. Ouidius Metam. XV. Apollodorus lib. I. de Diis. Autor Peripli Ponti Euxini p. 15. & alter Philostratus in *Iudibundis*.

2 Ὀρφεὺς ᾄδων] canentem Orpheum in Argo naui inducit Apollonius Argonaut. l. I.

3 Αἰακίδαι] Peleus & Telamon.

4 Βορεάδαι] Zetes & Calais. Apollonius Argon. I.

Ζήτης αὖ Κάλαΐς τε Βορήϊοι υἷες ἵκοντο

adde Pindarum Pythia IV.

5 τρόπις δ. ὑφήρμ.] Apollon. Argon. v. 525. *Argo* locutam esse narrans, eius facultatis rationem ita reddit

Εν γὰρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τόφρ' ἀνὰ μέσσην
Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.
Nimirum diuinae ipsi trabes erat inacta, quam mediae
Carinae Minerua e Dodonaea quercu adaptauerat.

Nempe Dodonae quercus sermone Iouis oracula reddere notum.

6 γνώμη δὲ ἐς τὸν πλοῦν ἥδε] cod. Laud. γνώμη ἐσὶ πλοῦ ἥδε.

7 αὐτῷ] cod. Laud. ἐν αὐτῷ.

8 τοῦ καθεύδειν] τοῦ adieci ex cod. Laud.

9 Τίφυς μὲν ὦ παῖ κυβερνᾷ] sic Lycophron, Ouidius, Apollonius aliquoties. Alii tamen nauis Argo gubernatorem faciunt Ancaeum, Neptuni filium. Hyginus fab. XIV. viam conciliationis indicat: *Tiphys autem*, inquit, *morbo absumptus est, in Mariandynis in Propontide, apud Lycum Regem, pro quo nauem vexit Colchos Ancaeus Neptuni filius.* Vigenerius obseruat nauis gubernatorem *Euphemum* dici apud Pindarum Pyth. Δ', quem respicere puto v. 39. vbi πρῴραθεν Εὐφαμος καταβὰς dicitur, at nescio an inde necessario sequatur eum gubernatorem fuisse: potestque prora per μετωνυμίαν pro tota naui accipi. Praeterea a nostro paulo post distinguitur is, qui *prorae* praeest, a gubernatore.

10 Λυγκεὺς δὲ ὁ Αφ. ἐπιτετ. τῇ πρῴρᾳ] Hyginus l. c. p. m. 48. *prorita nauigauit Lynceus Apharei filius qui multum videbat.*

11 δεινὸς ὢν διὰ πολλοῦ τε ἰδεῖν] vulgati habebant διὰ πολλοῦ τε ἰδεῖν. Praepositionem vero omittebat cod. Laud. De Lyncei vero visu res adeo nota, vt in prouerbium etiam abierit. vide inprimis Pindarum Nemeis X. Apollon. lib. I. Argon. Valer. Flacc. l. I. Argonaut. Tzetz. Chiliad. I. Hist. 48. adde Palaephat. fab. X.

12 ἐς πολὺ καταβλ. τοῦ βάθους] Valer. Flacc. l. c. de Lynceo

— *possit qui rumpere terras*
Et flyga transmissa tacitam deprehendere visu,

& Apollon. l. c.

— — ἀνίρα κεῖνον
Ῥηϊδίως κεν ἰδοῖο κατὰ χθονὸς ἀυγάζεσθαι.

13 ἑρμάτων] Scholion Morellianum λίθων ὑφάλων.

14 πρῶτος δὲ ὑποφ. γῆν ἀσπ.] Valerius Flaccus l. c.

Fluctibus e mediis terras dabit ille magister.

Magister nempe gubernator est.

15 τοῦ φάσματος] *Glaucum* intelligit, Lynceo oculos circumferenti oblatum.

16 οἱ πεντήκ.] subint. Ἀργοναῦται, quos nominatim recenset omnes Hyginus fab. XIV.

nem

nem continent. Nam Hercules quidem nihil commotus monſtro perſiſtit, vt qui eius generis plurimis occurriſſet. Reliqui vero, vt puto, monſtrum hoc eſſe dicunt. Glaucus nempe marinus ab ipſis cernitur. Is priſcam Anthedona quondam habitaſſe, quandamque in mari herbam degustaſſe, fluctibuſque eum ſubeuntibus ad piſcium ſedes eſſe delatus dicitur. Magnum igitur quid, vt veroſimile eſt, vaticinatur, eſt enim artis peritiſſimus. Ipſius autem ſpecies haec eſt: humidi quidem ipſi ſunt barbae cirri, candidique aſpectu, ſcatebrarum ad inſtar: at comae cincinni ſunt graues, humeriſque infundunt quicquid marinae hauſerunt aquae: denſa ſupercilia, & coniuncta inuicem, vnum quaſi eſſet. Euge brachium, quam aduerſus mare eſt exercitatum, in fluctus perpetuo incidens, ipſoſque vt natanti inſeruiant complanans! Euge pectus, quanta ipſi inſperſa lanugo eſt, muſco & alga comans! Infra pectus venter eſt alterius formae, ac iam euaneſcens. Piſcem tamen reliquo corpore Glaucum eſſe cauda oſtendit, ſublata, & ad lumbum reflexa. Pars vero eius, falcatam referens lunam, purpureum habet colorem. Circumuolant & Alcyones ipſum, res pariter canentes mortalium, ex quibus & ipſae & Glaucus transformati ſunt, & Orpheo ſui edentes ſpecimen cantus, quo efficiunt vt ne mare quidem Muſices ſit expers.

τὴν εἱρεσίαν· Ἡρακλῆς μὲν ἄτρεπτος μένει τῷ θαύματος, ἅτε δὴ πολλοῖς ὁμοίοις ἐντυχών· οἱ δὲ λοιποὶ θαῦμά τι, οἶμαι, τοῦτο λέγουσιν. ὁρᾶται γὰρ αὐτοῖς Γλαῦκος, ὁ Πόντιος[17]. οἰκῆσαι δὲ αὐτοί ποτε λέγεται τὴν ἀρχαίαν Ἀνθηδόνα, καὶ πόας μέν τινος ἐπὶ τῆς θαλάττης γεύσασθαι, κύματος δὲ ὑποδραμόντος αὐτὸν εἰς τὰ τῶν ἰχθύων ἀπηνέχθαι ἤδη[18]. μαντεύεται μὲν δὴ μέγα τι ὡς εἰκὸς, περίεσι γὰρ αὐτῷ τῆς τέχνης[19]. τὸ δὲ εἶδος, ὑγροὶ μὲν αὐτῷ γενείων βόστρυχοι[20], λευκοὶ δὲ ἰδεῖν, καθάπερ κρυνοί· βαρεῖς δὲ πλόκαμοι κόμης, καὶ τοῖς ὤμοις ἐποχετεύοντες ὅσον ἐσπάσαντο θαλάσσης· ὀφρῦς λάσιαι, συνάπτουσαι πρὸς ἀλλήλας, οἷον μία. φεῦ τῦ βραχίονος[21], ὡς γεγύμνασαι πρὸς τὴν θάλασσαν, ἐμπίπτων ἀεὶ τοῖς κύμασι, καὶ λεαίνων αὐτὰ ἐς τὴν νῆξιν. φεῦ τῶν στέρνων, ὡς λάχνη μὲν αὐτοῖς ἐγκατέσπαρται, βρύων κομῶσα, καὶ φυκίων. γαστὴρ δὲ ὑπόκειται παραλλάττουσα, καὶ ἀπιοῦσα ἤδη. ἰχθῦν δὲ εἶναι τῷ λοιπῷ τὸν Γλαῦκον δηλοῖ τὰ ὠραῖα ἐξηρμένα, καὶ πρὸς τὴν ἰξὺν ἐπιστρέφοντα[22]. τὸ δὲ μηνοειδὲς αὐτῶν, ἁλιπορφύρῳ τὶ ἄνθος ἔχει. περιθέουσι δ' αὐτὸν καὶ ἀλκυόνες, ὁμῶ μὲν ᾄδουσαι τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἐξ ὧν αὐταί τε[23] καὶ ὁ Γλαῦκος μεθηρμόσθησαν, ὁμῶ δ' ἐνδεικνύμεναι τῷ Ὀρφεῖ[24] τὴν ἑαυτῶν ᾠδήν, δι' ἣν ᾠδὲ ἡ θάλαττα ἀμέσως ἔχει.

XVI. PALAEMON.

Qui in Iſthmo ſacra facit populus eum ex Corintho eſſe ſtatuamus, Rex autem illius populi Siſyphus nobis dicatur. Neptuni vero hoc templum, leni quodam ſuſurro mari adſtrepens (pinuum enim comae hunc cantum edunt) hoc ſibi, o puer, volunt. Terra

ΠΑΛΑΙΜΩΝ.

Ὁ θύων ἐν Ἰσθμῷ δῆμος εἴη δ' ἂν ὁ ἐκ τῆς Κορίνθου, καὶ βασιλεὺς ἔστω τῦ δήμου Σίσυφον αὐτὸν ἡγώμεθα. τέμενος δὲ τοῦτο Ποσειδῶνος[1], ἤρεμά τι προσηχεῖ τῇ θαλάττῃ, αἱ γὰρ τῶν πιτύων κόμαι τοῦτο ᾄδουσι[2], τοιάδε, ὦ παῖ, σημ-

---

17 Γλαῦκος ὁ Πόντιος] de quo paſſim multa poetae, fabulam eius ex rei veritate explicat Palaephatus fab. XXIIX.

18 ἐπὶ τῆς θαλάττης] cod. Laud. habet ἐπιθαλαττίας Cererum de re ipſa Glaucoque piſcatore, poſt degustatam immortalitatis herbam vel in piſcem verſo, vel in Deum marinum, vid. Ouidium Metam. XIII. v. 936. ſeq. adde Athenaeum l. XV. c. 7. & l. VII. c. 12. Nonnum Dionyſ. XXXV. p. 869. Tzetzem ad Lycophron. v. 754.

19 ἰς τ. τ. ἰχθ. ἀπηνέχθαι ἤδη] nempe in mare ſe dedit praecipitem, ibi ſecundum quoſdam in piſcem mutatus, ſecundum alios in *Deum marinum*.

20 περίεσι γὰρ αὐτῷ τ. τέχνης] conf. Pauſan. Boeot. p. 298. ſeq.

21 γενείων βόστρυχοι] Aeſchylum ὑπήνην δασὺν tribuere Glauco Pauſanias meminit Phocic. p. 319. eſſe enim antiquis δάσυλα τὰ δασία.

22 φεῦ τῦ βραχίονος] *ingentes humeros* Glauci l. c. celebrat Ouidius.

23 καὶ πρὸς τὴν ἰξὺν ἐπιστρ.] Ouidius l. c.

Cruraque pinnigero curuata nouiſſima piſce.

24 ἐξ ὧν αὐταί τε &c.] nempe Alcyone, Ceycis vxor, naufragium eius acerbe lugens, in ſui nominis alitem mutatur vna cum eo. vid. Ouid. Metam. XI. v. 731. ſq.

25 ἰν δεικνύμ. τ. Ὀρφεῖ] viro quippe μουσικατάτῳ, qui, vt ſub initium huius imaginis oſtenſum, Argonautas & mare cantu deliniebat.

XVI. ΠΑΛΑΙΜΩΝ. 1 τέμ. δ. τοῦτ. Ποσειδ.] Neptuni Iſthmii templum, pinu arbore ſeptum, ad quod Iſthmia celebrata, memorat Strabo l. VIII. p. 380. illudque accuratius deſcribit Pauſanias Corinthiac. p. 44.

2 αἱ γὰρ τῶν πιτύων κόμαι τοῦτο ᾄδουσι] cum diciſſet, templum *adſtrepere* mari, quomodo id ex pictura intelligat, oſtendit. Ea nempe motas pinuum vertices repraeſentabat, quibus vt not. praec. obſeruatum, templum cingebatur. Indeque ab eorum cantu eſſe ſonum dicit, quibus templum mari adſtrepat.

μαίνει. ἡ Ινὼ τῆς γῆς ἐκπεσοῦσα, τὸ μὲν ἑαυτῆς, Λευκοθέας [3] τε καὶ τῶν Νηρηίδων κύκλω [4], τὸ δὲ τοῦ παιδὸς, ἡ γῆ Παλαίμονι τῷ βρέφει χρήσεται [5]. καταίρει δὲ ἤδη ἐς αὐτὴν, ἐπὶ δελφῖνος ἐυηνίου. καὶ ὁ δελφὶς, τὰ νῶτα ὑποσρωνυὺς, φέρει καθεύδοντα, διολισθαίνων ἀψοφητὶ τῆς γαλήνης, ὡς μὴ ἐκπέσοι τοῦ ὕπνου. προσιόντι δὲ αὐτῷ ῥήγνυταί τι κατὰ τὸν Ισθμὸν ἄδυτον [6], διασχόσης τῆς γῆς ἐκ Ποσειδῶνος, ὅν μοι δοκεῖ καὶ Σισύφῳ τότῳ προειπεῖν τὸν τοῦ παιδὸς εἴσπλουν, καὶ ὅτι θύειν αὐτῷ δέοι. θύει δὲ ταῦρον τοτὲ μέλανα [7], ἀποσπάσας, οἶμαι, αὐτὸν, ἐκ τῆς τοῦ Ποσειδῶνος ἀγέλης. ὁ μὲν δὴ τῆς θυσίας λόγος, καὶ ἡ τῶν θυσάντων ἐσθὴς, καὶ τὰ ἐναγίσματα, ὦ παῖ, καὶ τὸ σφάττειν, εἰς τὰ τοῦ Παλαίμονος ἀποκείσθω ὄργια. σεμνὸς γὰρ ὁ λόγος, καὶ κομιδῇ ἀπόθετος, ἀτ' ἀποθειάσαντος αὐτὸν Σισύφου τοῦ σοφοῦ σοφὸν γὰρ ἤδη που δηλοῖ αὐτὸν ἡ ἐπιστροφὴ τοῦ εἴδους. τὸ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος εἶδος, εἰ μὲν τὰς Γυρὰς πέτρας, ἢ τὰ Θετταλικὰ ὄρη [8] ῥήξειν ἔμελλε, δεινὸς ἂν που ἐγράφετο [9], καὶ οἷον παλήττων. ξένον δὲ τὸν Μελικέρτην [10] ποιούμενος, ὡς ἐν τῇ γῇ ἔχοι [11], μειδιᾷ καθορμιζομένῳ, καὶ κελεύει τὸν Ισθμὸν ἀναπετάσαι τὰ στέρνα [12], καὶ γενέσθαι τῷ Μελικέρτῃ οἶκον. ὁ δὲ Ισθμὸς, ὦ παῖ, γέγραπται μὲν ἐν εἴδει δαίμονος, ἐνυπτιάζων ἑαυτὸν τῇ γῇ, τέτακται δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως, Αἰγαίῳ καὶ Αδρίᾳ μέσος [13] κεῖσθαι, καθάπερ ἐπεζευγμένος τοῖς πελάγεσιν. ἔστι δὲ αὐτῷ μειράκιον μὲν ἐν δεξιᾷ, Λέχαιον δή [14]. κόραι δ' ἐν ἀριστερᾷ, Κεγχρεαί που τάχα [15]. θάλατται δὲ ἄυται καλαὶ, καὶ ἱκανῶς εὔδιοι τῇ τοῦ Ισθμοῦ ἀποφαινούσῃ γῇ παρακάθηνται.

postquam excidit Ino, quantum ad ipsam quidem Leucotheae ea [fruetur] persona, & Nereidum choro: quod ad filium vero attinet, Palaemone puero tellus fruetur. Obsequente autem vectus delphine, ad eam iam appellit, delphinusque dorsa substratus gestat dormientem, placidas nullo strepitu perlabens vndas, ne ex somno excitetur. Appellenti vero ipsi circa Isthmum adytum panditur, terra imperio discedente Neptuni, qui pueri aduentum, quodque ei sacrificare oporteat, Sisypho isti ante exposuisse mihi videtur. Taurum igitur sacrificat nigrum istum, quem a Neptuni grege, vt puto, abduxit. Sacrificii autem ratio, & sacra facientium vestis, & inferiae, o puer, ac iugulatio, Palaemonis orgiis relinquantur. Venerabilis enim illa doctrina est, & plane arcana, vt quam sapiens diuino instinctu sanciuerit Sisyphus: sapientem enim iam quidem ipse prodit oris gestus. Neptuni vero quod attinet faciem, si Gyras petras aut Thessaliae montes scindere pararet, horrenda vtique, & quasi feriturus pictus fuisset. Melicertem vero hospitio excipiens, vt in terra eum condat, arridet appellenti, Isthmumque pectus recludere iubet, Melicertaeque domum praebere. Isthmus autem, o puer, Dei quidem habitu pictus est, in terra supini: positus vero a natura est, vt inter Aegaeum mare atque Adriaticum iaceat medius, pontis ad instar aequoribus impositus. Estque ad dexteram ipsius adolescentulus, Lechaeus certe: ad sinistram vero puellae, Cenchreae fortassis: maria autem haec pulcra, ac satis tranquilla, telluri, Isthmum constituenti, adsident.

---

3 Λευκοθέας] regitur hic genitiuus a sequente mox verbo χρήσεται. Phrasin autem χρήσεται Λευκοθέας vix vertas conuenientius, quam *Leucotheae fruetur persona*, quam *Ino* in mare, cum filio Palaemone, vt Athamantis iram effugeret, praecipitata, sibi impositam sensit, in marinam istam conuersa Deam, vt passim traditum Mythographis.

4 Νηρηίδων κύκλω] vid. de hac phrasi ad vitas Sophist. lib. I. *Polemone* §. III. n. 1. adde ad vitam Apollonii Tyan. lib. I. c. 2.

5 ἡ γῆ Παλαίμονι τ βρέφει χρήσεται] nempe in Isthmum delatus a Delphino Palaemon, in adyto subterraneo ibi absconditus est, vt in Corinthiac. non longe ab initio Pausanias habet p. 45. hinc eo terra χρᾶσθαι hic dicitur, nam matrem, Nereida factam, mare inde habuit: adde quae paulo post habet noster.

6 ἄδυτον] adytum illud subterraneum est, de quo nota praec. ex Pausania egimus.

7 μέλανα] noster Homerum imitatur Odyss. Γ' initio, τάυρους παμμέλανας Neptuno sacros commemorantem.

8 Γυρὰς πέτρας ἢ τὰ Θετταλ. ὄρη] vtrumque opus Neptuni peculiaribus imaginibus paulo ante repraesentatum vidimus.

9 ἐγράφετο] cod. Laud. habebat ἐφαίνετο.

10 Μελικέρτην] nomen Palaemonis, postquam in numerum Deorum relatus est, quod ex Ouidio notissimum.

11 ὡς ἐν τῇ γῇ ἔχοι] nam adytum subterraneum incoluit Palaemon, vt paulo ante noster innuebat, & ex Pausania obseruabamus.

12 κελεύει τὸν Ισθμὸν ἀναπετάσαι τὰ στέρνα] sinum pandere, h. e. διασχόσης τῆς γῆς ῥήγνυσθαι, iubet vt adytum subterraneum pateat Palaemoni, quemadmodum paulo ante loquebatur Philostratus.

13 μέσος] sic Laudian. qui & ordine paulo alio Αἰγαίῳ μέσος καὶ Αδρίᾳ κεῖσθαι. Editi μέσον legebant.

14 Λέχαιον δή] cod. Laud. Λέχαιόν τι οἶμαι. Dexterae autem Isthmi, viri forma hic repraesentati, iuuenem Lechaeum hic adhaerere dicit, qui oppidum Lechaeum repraesentat, dextras Isthmi partes occupans, vt *Cenchreae* sinistras.

15 Κεγχρειαὶ πού τάχα] voces quae editis exciderant, ex cod. Laudiano reuocauimus. Earum vestigium quoque in suis deprehendit Gruterus. Salmas. legi pro κόραι δ' ἐν ἀριστερᾷ volebat Κέγχρειαι δ' ἀριστερᾷ: male vt puto, nam prius illud retinendum, & posterius tanquam ἐξήγησις Philostrati addi censendum, vt antea: μειράκιον ἐν τῇ δεξιᾷ, Λέχαιον δή.

XVII. INSVLAE.

Visne, o puer, vt quasi ex naui de insulis hisce disseramus, vt qui verno eas tempore circumnauigemus, cum Zephyrus iucundum facit mare, aura sua adspirans? Vt libenter igitur obliuiscaris terrae, mareque tibi perinde [commodum] videatur, non concitatum est quidem, neque contumaciter insurgit, nec constratum tamen ac tranquillum est penitus; sed nauigabile, & spiritu quasi animatum. Ecce ingressi nauem sumus, concedis enim. Concedo, iamque nauigemus. Mare quidem, vt cernis, amplissimum, insulae vero in ipso Lesbus per Iouem aut Imbrus non sunt, aut Lemnus: sed gregales ac paruae, vicis quibusdam similes, ac stationibus, vel per Iouem maris stabulis. Ipsarum prima quidem tuta est, ac praeceps, & natura munita, verticem omnia speculanti adtollens Neptuno, rorida tamen humidaque, montanisque apes pascens floribus, quos & Nereides decerpere verosimile est, quando in mari ludunt. Sequentem vero insulam planam atque campestrem piscatores quidem habitant vna, atque agricolae. Mercatum autem sibi praebent, inuicem hi quidem frugum terrae, hi vero praedae suae. Hi Neptunum istum agricolam cum aratro ac bigis crexerunt, quae e terra proueniunt ei adscribentes. Ne tamen nimis terrestre numen videretur Neptunus, aratro inserta est prora, terramque nauiganti similis arat. Proximae his insulae duae, quondam vna fuerant ambae: quae tamen a pelago in medio scissa, fluminis latitudine diducta est. Hoc autem tibi, o puer, ex ipsa pictura cognoscere licet: insulae namque partes disruptae aliquantum cognationis habent, vt vides, atque sibi mutuo respondent, partibus concauis vt cum extantibus coniungantur aptis. Hoc & Europa olim circa Thessala tempe est passa.

ΝΗΣΟΙ.

Βάλει, ὦ παῖ, καθάπερ ἀπὸ νεὼς διαλεγώμεθα περὶ τούτων τῶν νήσων, οἷον περιπλέοντες αὐτὰς τῷ ἦρος, ὅτε Ζέφυρος ἱλαρὰν ἐργάζεται θάλατταν, προσπνέων τῆς ἑαυτοῦ ἄυρας; ἀλλ' ὅπως ἐκὼν λελήσῃ τῆς γῆς, καὶ θάλαττά σοι ταυτὶ δόξῃ[1], μήτ' ἐξηρμένη καὶ ἀναχαιτίζουσα, μήθ' ὑπτιὰ καὶ γαληνή, πλωτὴ δέ τις καὶ οἷον ἔμπνους. ἰδὲ ἐμβεβήκαμεν, ξυγχωρεῖς γάρτοι[2]. ξυγχωρῶ, καὶ πλέωμεν. ἡ μὲν θάλαττα, ὡς ὁρᾷς, πολλή· νῆσοι δὲ ἐν αὐτῇ, μὰ Δί', ἡ Λέσβος, οὐδ' Ἴμβρος, ἢ Λῆμνος[3], ἀλλ' ἀγελαῖαι, καὶ μικραὶ, καθάπερ κῶμαί τινες, ἢ σταθμοὶ, ἢ νὴ Δί' ἐπάυλια τῆς θαλάττης. ἡ μὲν δὴ πρώτη σφῶν ἐρυμνή τέ ἐστι, καὶ ἀπότομος, καὶ τειχήρης τὴν φύσιν, ἀκρονυχίαν ἐξαίρουσα πανόπτῃ Ποσειδῶνι, κατάῤῥυς τε καὶ ὑγρὰ, καὶ τὰς μελίττας βόσκουσα ὀρείοις ἄνθεσιν, ὧν δρέπεσθαι καὶ τὰς Νηρηίδας εἰκὸς, ὅταν τῇ θαλάσσῃ ἐπιπαίζωσι. τὴν δὲ νῆσον τὴν ἐφεξῆς, ὑπλίαν τε καὶ γεώδη οὖσαν, οἰκοῦσι μὲν ἁλιεῖς τε καὶ[4] γεωργοὶ ἅμα. ξυμβάλλονται δὲ ἀγορὰν ἀλλήλοις, οἱ μὲν τῶν γεωργουμένων, οἱ δὲ ὧν ἤγρευσαν. Ποσειδῶ δὲ τουτονὶ γεωργὸν ἐπ' ἀρότρου καὶ ζεύγους ἵδρυνται[5], λογιζόμενοι αὐτῷ τὰ ἐκ τῆς γῆς. ὡς δὲ μὴ σφόδρα ἠπειρώτης ὁ Ποσειδῶν φαίνοιτο, πρῷρα ἐμβέβληται τῷ ἀρότρῳ, καὶ τὴν γῆν ῥήγνυσιν, οἷον πλέων. αἱδ' ἐχόμεναι τούτων νῆσοι δύο, μία μὲν ἄμφω ποτὲ ἦσαν[6], ῥαγεῖσα δὲ ὑπὸ τοῦ πελάγους μέση, ποταμῷ εὖρος ἑαυτῆς ἀπηνέχθη. τουτὶ δ' ἔστι σοι καὶ παρὰ τῆς γραφῆς, ὦ παῖ, γινώσκειν. τὰ γὰρ ἐσχισμένα τῆς νήσου παραπλήσιά πως ὁρᾷς, καὶ ἀλλήλοις ξύμμετρα, καὶ οἷα ἐναρμόσαι κοῖλα ἐκκειμένοις. τοῦτο καὶ ἡ Εὐρώπη ποτὲ, περὶ τὰ τέμπη τὰ Θετταλικὰ[7], ἔπαθε. σεισμοὶ γὰρ δὴ[8]

XVII. ΝΗΣΟΙ. 1 τουτὶ δόξῃ] ταυτὶ h. e. vt videas mare esse, neque cum terra confundas, si immotum conquiescere videatur, non tempestate quidem intumescens pictor illud repraesentauit, nec plane tamen etiam conquiescens, sed motu agitatum, qui nauigantibus sit opportunus.

2 ξυγχωρεῖς γάρ πω] in vulgatis subiuncta legebantur ista: καὶ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἀποκρίνασθαι quae suspecta mihi & ex Scholio nata videntur. Nempe cum pro more, in Imaginibus his obseruato, saepe interrogationibus suis *puer*, cui istas imagines explicat, responsionem subiiciat noster, nullo facto mutatae personae indicio, idque hic quoque obseruet, pueri responsione ξυγχωρῶ καὶ πλέωμεν ita subiuncta, margini nonnemo adscripserat forte: δοκεῖ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἀποκρίνασθαι quae, deprauata prima voce δοκεῖ in καὶ, ignorantia amanuensium in textum irrepserunt.

3 ἡ Λέσβος οὐδ' Ἴμβρος] quae insulae sunt maiores.

4 γεώδη οὖσαν οἰκοῦσι μὲν ἁλιεῖς τε καὶ] voces hae exciderunt Morelliana. Habet Aldin. & MSS. typographo Morelli fraudi fuit, similitudo vocum καὶ γεώδη & καὶ γεωργοὶ quibus incipit & desinit haec sententia. Salmas. lacunam hic suspicatus, sed codicum bonorum subsidio destitutus, excidisse tamen vocem γεώδη vidit & sic emendauit. ὑπτίαν τε καὶ γεώδη· καὶ γεωργοὶ ἅμα &c.

5 ἐπ' ἀρότρου καὶ ζεύγους ἵδρυνται] nempe inter Neptuni cognomina est φυτάλμιος, nam mare humore suo vegetabilium promouet incrementa, vt obseruat in illius cognominis Neptuni explicatione Phornutus.

6 μία μὲν ἄμφω ποτε ἦσαν] quale quid insulae *Coae* & *Nisyro* olim contigisse narrat Strabo lib. X. p. 489.

7 τέμπη τὰ Θετταλικὰ] vid. s. in Θετταλία.

8 γὰρ δὴ] addidimus δὴ ex cod. Lauti.

φήν. ταυτὶ μὲν ἀμφοῖν τὰ ἐς τὴν πάλην. ὁρᾷς δὲ αὐτὼ καὶ παλαίοντας, μᾶλλον δὲ περιπαλαικότας, καὶ τὸν Ηρακλέα ἐν τῷ κρατεῖν. καταπαλαίει δὲ αὐτὸν ἄνω τῆς γῆς[18], ὅτι ἡ γῆ τῷ Ανταίῳ συνεπάλαιε[19], κυρτωμένη, καὶ μετοκλάζουσα αὐτὸν, ὅτε ἐκινεῖτο. ἀπορῶν οὖν ὁ Ηρακλῆς ὅ, τι χρήσαιτο τῇ γῇ, συνείληφε τὸν Ανταῖον μέσον, ἄνω κενεῶνος[20], ἔνθα αἱ πλευραὶ, καὶ κατὰ τὸ μηρὸ ὀρθῶς ἀναθέμενος, ἔτι τε καὶ τῷ χεῖρε ξυμβαλὼν, λαγαρᾷ τε καὶ ἀσθμαινούσῃ τῇ γαστρὶ ὑποσχὼν τὸν πῆχυν, ἐκθλίβει τὸ πνεῦμα, καὶ ἀποσφάτ]ει τὸν Ανταῖον, ὀξείαις ταῖς πλευραῖς ἐπισεσαφείσαις εἰς τὸ ἧπαρ. ὁρᾷς δέ πως τὸν μὲν οἰμώζοντα, καὶ βλέποντα ἐς τὴν γῆν, ᾐδὲν αὐτῷ ἐπαρκοῦσαν, τὸν δὲ Ηρακλέα ἰσχύοντα, καὶ μειδιῶντα τῷ ἔργῳ. τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους μὴ ἀργῶς ἴδῃς, ἀλλ' ἐκεῖ ἐπ' αὐτῆς θεὸς ὑπονέει περιοπὴν ἔχειν τοῦ ἀγῶνος. καὶ γάρ τοι χρυσῆν γέγραπ]αι νέφος[21], ὑφ' ᾧ, οἶμαι, σκηνοῦσι. καὶ ὁ Ερμῆς[22] ἑτοῖ παρὰ τὸν Ηρακλέα ἥκει, στεφανώσων αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ καλῶς ὑποκρίνεται πάλην.

Atque hae quidem in vtroque ad luctam sunt dotes. Iam luctantes etiam vides ipsos, imo luctatos potius, Herculemque in eo vt vincat [constitutum]. Pugna autem eo superior euadit, suspensum, quo minus terram attingat, tenens, quoniam terra Antaeo auxilium ferebat, sese attollens, atque manus eius pedesq; sursum propellens, dum moueretur. Anceps igitur Hercules quonam pacto aduersus terram se gereret, medium Antaeum supra ilia, vbi sunt costae, complectitur, & femore suo apte eum sustinens, manusque constringens insuper, anhelantique ac contracto ventri cubitum subiiciens, spiritum exprimit, atque ita Antaeum mactat, costarum extremis partibus versus hepar discedentibus. Vides autem hunc quidem gementem, ac in terram prospicientem, quae nihil nunc quidem ei auxilii ferat, Herculem vero validum, & ridendo opus istud peragentem. At neque montis verticem obiter inspicere te velim: sed Deos inde certamen spectare obserua. Aurea enim picta est nubes: sub qua, vt puto, habitant. Acceditque Mercurius iste ad Herculem, coronaturus eum, quod pulcrum adeo luctae sibi spectaculum exhibeat.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΝ ΠΥΓΜΑΙΟΙΣ.

Εν Λιβύῃ καθεύδοντι τῷ Ηρακλεῖ, μετὰ τὸν Ανταῖον, ἐπιτίθενται οἱ Πυγμαῖοι, τιμωρεῖν τῷ Ανταίῳ φάσκοντες· ἀδελφοὶ γὰρ εἶναι τοῦ Ανταίου γενναῖοί τινες, ἐκ ἀθληταὶ μέν, ἀλλ' ἰσοπαλεῖς, γηγενεῖς δὲ, κ ἄλλως ἰσχυροί. κ ἀνιόντων ἐκ τῆς γῆς, ὑποκυμαίνει ἡ ψάμμος. οἰκοῦσι γὰρ οἱ Πυγμαῖοι τὴν γῆν[1], ὅσα μύρμηκες, καὶ ἀγορὰν ἀ-

XXII. HERCVLES INTER PYGMAEOS.

Herculem, in Libya dormientem, post Antaeum [superatum] Pygmaei inuadunt, Antaeum se vlturos aientes: fratres enim se esse Antaei ingenuos plane, non athletas quidem, nec lucta pares, verum terrigenas tamen, & alias robore valentes. Illis autem e terra prodeuntibus, subtus fluctuat arena. Habitant enim Pygmaei terram perinde ac formicae, ibique futuris necessitatibus seruitura

18 γῆς] Eusebius in Chronico, postquam de ὑπτιασμοῖς, & reliqua arte in pugilatu, qua vtebatur Antaeus, dixisset, ὧν inquit Ηρακλῆς (sic enim emendauit Salmas. ad Solinum p. 205. cuius nobis emendatio magis quam Scaligeriana probatur) ἰσχυρὸς ὢν προσδεηθείς, ζῶσας τοῖς ἄμμασι κ μετεωρίσας διεχρήσατο.

19 ὅτι ἡ γῆ τῷ Ανταίῳ συνεπάλαιε] sic Lucan. l. IV. v. 598:

Hoc quoque iam vastas cumulauit munere vires
Terra sui foetus. quod cum tetigere parentem,
Iam defecta vigent renouato robore membra.

& v. 604. sq.

— — — *vires*que *resumit*
In nuda tellure iacens —

quo & illa spectant v. 615.

Ille parum fidens pedibus contingere matrem
Auxilium membris calidas insudit arenas.

sic & Apollodor. l. II. p. 118. ψαύοντα γῆς ἰσχυρότατον συνέξη γίνεσθαι. Fabulae originem explicat Eusebius in Chronico, inde eam natam aiens, quod τρόπῳ χαμαὶ vel ὑπτιασμῷ valeret Antaeus, quae quid sibi velint iuxta cum ipso Eusebii loco explicata habes supra ad *Arrhichion.* n. 15. adde Scaligerum animadu. ad Eusebium p. 48. & Salmas. ad Solin. p. 203. Ceterum eandem fabulam de terra, adiuuante luctantes, ad ceteros quoque gigantes extenderunt. vide s. in *Insulis* n. 13.

20 μέσον ἀνὰ κενεῶνος] sic etiam Apollodorus de hoc ipso certamine lib. II. c. 5. p. 118. Ηρακλῆς ἀράμενος ἔγκασι μετέωρον, θλίψας ἀπέκτεινε. Hoc est quod ἀγκονίζειν vulgo & ἀγκονισμὸν palaestritae vocabant.

21 χρυσῆν γέγραπται νέφος] tales enim ambire Deos fingebant. vide Homerum Iliad. Ν' v. 523. *auream nubem* Pallas quoque Achillis capiti circumdat Iliad. Σ' v. 205. χρυσῆν autem omne quod pulcrum, vnde Venus quoque passim χρυσῆ dicitur.

22 Ερμῆς] nempe Mercurius pater est *Palaestrae*, siue luctae. Qua de re plura inf. in *Palaestra.*

XXII. ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΝ ΠΥΓΜΑΙΟΣ. 1 ἀδελφοὶ γὰρ] cod. Laudian. addit δή.

2 οἰκοῦσι γὰρ οἱ πυγμ. τὴν γῆν] vid. obseruata ad vit. Apollon. Tyanei l. III. c. 47.

repo-

reponunt. Non aliena autem, ſed ſua, propriiſque manibus culta depaſcuntur. Nam & ſerunt & metunt, Pygmaeiſque bigis inſiſtunt. Securi autem in ſpicas vti dicuntur, quod arbores eſſe eas arbitrentur. Sed, o temeritatem! in Herculem iſti armantur, & dormientem ſe interfecturos aiunt: imo ne vigilantem quidem reformidauerint. Ipſe vero in molli dormit arena, latlitudine ex lucta ei obrepente. Toto pectore anhelitum trahit, ore hiante, ſomni plenus. Ipſe quoque ſomnus ei, hic repraeſentatus, adſtat: magni, puto, faciens vires ſuas, quod Herculem viceriit. Antaeus quoque hic iacet. Ars autem Herculem quidem ſpirantem, ac tepidum pinxit: Antaeum vero exanimum, atque aridum, terraeque ipſum relinquit. Eſt autem exercitus ille Pygmaeorum, qui Herculem circumdederunt: & vna quidem haec phalanx ſiniſtram petit manum: duae vero iſtae cohortes in dexteram, vt validiorem, mouent. Pedes ſagittarii obſident, ac funditorum turba, tibiarum magnitudine perculſi. Quantum autem ad eos qui caput oppugnant, ea quidem parte Rex incedit, vt qui viribus maxime valere ipſis videatur. Admouent veluti arci machinas, ignem comae, oculis ſarculum: fores & ori [parantur,] nariumque etiam ecce fores, ne, vbi caput expugnatum fuerit, ſpiritum forte ducat Hercules. Haec quidem ad dormientem ſpectant. Ecce autem vt erigatur, vtque in diſcrimine rideat, hoſteſque vniuerſos, colligens, in leonis pellem inuoluat, Euryſtheo eos, vt puto allaturus.

ποτίθενται. ἐπισιτίζονται δὲ ἐκ ἀλλότρια, ἀλλ' οἰκεῖα καὶ αὐτεργά[3]. καὶ γὰρ σπείρουσι, καὶ θερίζουσι, καὶ Πυγμαίῳ ζεύγει [4] ἐφεσᾶσι. λέγονται δὲ καὶ τελέκει χρήσασθαι ἐπὶ τὸν ἄσαχυν, ἡγέμενοι αὐτὸς δένδρα εἶναι. ἀλλὰ τὸ θράσος· ἐπὶ τὸν Ηρακλέα ἕτοι, καὶ ἀποκτεῖναί φασι καθεύδοντα, δείσαιεν δ' ἂν ἐδ' ἐγρηγορότα. ὁ δ' ἐν ἀπαλῇ τῇ ψάμμῳ καθεύδει, καμάτῳ αὐτὸν ὑποδεδυκότος ἐν τῇ πάλῃ. καὶ παντὶ τῷ σέρνῳ τὸ ἆσθμα ἐφέλκεται, χανδὸν ἐμπιπλάμενος τὸ ὕπνου. αὐτός τε ὁ ὕπνος ἐφέστηκεν αὐτῷ ἐν εἴδει, μέγα οἴμαι ποιούμενος τὸ ἑαυτοῦ, ἐπὶ τῷ τοῦ Ηρακλέους πτώματι. κεῖται καὶ ὁ Ανταῖος. ἀλλ' ἡ τέχνη τὸν μὲν Ηρακλῆν ἔμπνουν γράφει, καὶ θερμόν, τὸν δὲ Ανταῖον τεθνηκότα, καὶ ἄνουν, καὶ καταλείπει αὐτὸν τῇ γῇ. ἡ στρατιὰ δὲ οἱ Πυγμαῖοι, τὸν Ηρακλέα περισχόντες· μία μὲν αὕτη φάλαγξ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα βάλλουσι· δύο δὲ ἕτοι λόχοι στρατεύουσιν ἐπὶ τὴν δεξιάν, ὡς μᾶλλον ἐρρωμένην. καὶ τῶν πόδε πολιορκοῦσι τοξόται, καὶ σφενδονητῶν ὄχλος, ἐκπληττόμενοι τὴν κνήμην, ὅση. οἱ δὲ τῇ κεφαλῇ προσμαχόμενοι, τέτακται μὲν ἐνταῦθα ὁ βασιλεύς, καρτερώτατα αὐτοῖς τότε δοκῶν. ἐπάγουσι δὲ καὶ οἷον ἀκροπόλει μηχανὰς, πῦρ ἐπὶ τὴν κόμην, ἐπὶ τὰς ὀφθαλμοὺς δίκελλαν, θύραι τινὲς ἐπὶ τὸ στόμα, καὶ τὰς τῆς ῥινὸς, οἴμαι, πύλας, ὡς μὴ ἀναπνεύσοι ὁ Ηρακλῆς, ἐπειδὴ ἡ κεφαλὴ ἁλῷ. ταυτὶ μὲν περὶ τὸν καθεύδοντα. ἰδὲ δὲ καὶ ὡς ὀρθῶται, καὶ ὡς ἐπὶ τῷ κινδύνῳ γελᾷ. τὰς τε πολεμίους πανσυδὶ συλλεξάμενος, ἐς τὴν λεοντῆν ἐντίθεται, καὶ οἴμαι τῷ Ευρυσθεῖ[5] φέρει.

XXIII. HERCVLES FVRENS.

Oppugnate, viri fortes, Herculem; & procedite. Non tamen a ſuperſtite abſtinuerit filio, duobus iam proſtratis, atque manu iam collimante, arte quae deceat Herculem. Magnum quidem veſtrum eſt certamen, neque his tamen inferius, quae ipſe ante furorem

ΗΡΑΚΛΗΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ.

Μάχεσθε, ὦ γενναῖοι, τὸν Ηρακλέα[1], καὶ πρόβατε. ἀλλ' ἐ τῷ λοιπῷ γε παιδὸς [2] ἀπόσχοιτο, δυοῖν ἤδη κειμένοιν, καὶ σοχαζομένης τῆς χειρὸς, ὡς καλὸν Ηρακλεῖ. μέγας μὲν ὑμῶν ὁ ἆθλος, καὶ μείων ἢδὲν, ὧν πρὸ τῆς μα-

3 αὐτεργὰ] vid. de hac voce notata ad *Heroica* cap. X. §. 10.

4 Πυγμαίῳ ζεύγει] nempe equorum quoque genus pusillum in Pygmaeis, ad Nili fontes, agnoſcit Ariſtot. l. VIII. Hiſt. Anim. c. 12. ἐ γὰρ ἴσι τοῦτο μῦθος ἀλλ' ἴσι κατὰ τὴν ἀλήθειαν, γένος μικρὸν μὲν ὥσπερ λέγεται καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι.

5 τῷ Ευρυσθεῖ] qui XII ipſi impoſuerat labores: ei nempe illos afferre fingit per iocum, tanquam inſignis ἆθλα argumentum.

XXIII. ΗΡΑΚΛΗΣ ΜΑΙΝΟΜ. 1 μάχεσθε ὦ γενναῖοι τὸν Ηρακλ.] ſeruos Herculis affatur, quos tabula praeſentabat, omni conatu id agentes, vt Herculem furentem compeſcerent, quod patet ex iis quae ſub finem deſcriptionis imaginis huius habentur.

2 τῷ λοιπῷ γε παιδὸς] tres Herculi ex *Megara* filii, iuxta Philoſtr. quos furens interemit. Tabula iſta duos iam fiebat interemtos, nec tertio itaque eum parciturum ait Philoſtratus. Alii tamen plures Herculi ex Megara filios tribuunt, circa nomina quoque eorum diſſentientes vid. Schol. Pindari ad Iſthm. IV. v. 109.

νίας αὐτὸς ἤθλησεν[3]. ἀλλὰ δείσητε μηδέν, ἄπεσιν ὑμῶν, Αργος βλέπων, καὶ τὰς Ευρυσθείδας[4] ἀποκτεῖναι δοκῶν, ἐγὼ δὲ ἥκουσα αὐτῷ παρ' Ευριπίδῃ καὶ ἅρμα ἡγεμένᾳ[5], καὶ κέντρα ἐς τοὺς ἵππους φέροντος, καὶ τὴν Ευρυσθέως οἰκίαν ἀπειλοῦντος ἐκπέρσειν, ἀπατηλὸν γάρ τι ἡ μανία, καὶ δεινὸν ἐκ τῶν παρόντων ἀγαγεῖν εἰς τὰ μὴ παρόντα. τούτοις μὲν οὖν ἀπόχρη ταῦτα[6]. σοὶ δὲ ὥρα γίγνεσθαι τῆς γραφῆς. ὁ μὲν θάλαμος[7], ἐφ' ὃν ὥρμηκε, Μέγαραν[8] ἔχει, καὶ τὸν παῖδα ἔτι. κανᾶ δὲ, καὶ χέρνιβα[9], καὶ ἁλαὶ, καὶ σχίζαι, καὶ κρατὴρ, τὰ τῆς Ερκίου[10], λελάκτισται πάντα. καὶ ὁ μὲν ταῦρος ἕστηκεν, ἱερεῖα δὲ προσέρριπται τῷ βωμῷ βρέφη ἀγεννῆ, καὶ τῇ λεοντῇ. προσβέβληται δ' ὁ μὲν κατὰ τὸ λαιμὸν, καὶ δι' ἀπαλῆς γε τῆς φάρυγγος ἐκδεδράμηκεν οἰστός· ὁ δὲ ἐς αὐτὸ διατέταται τὸ στέρνον, καὶ ὄγκοι τῶν βέλους μέσον διεκπεπαίκασι τῶν σπονδύλων, ὡς δῆλα εἰς πλευρὰν ἐρριμμένων[11]. αἱ παρειαὶ δὲ αὐτῶν διάβροχοι, καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ ἐδάκρυσάν τι παρὰ τὸ δακρύσαι. παισὶ γὰρ χρυσῶν τὸ δάκρυον, καὶ μικρὸν δ' ἴσως, καὶ μέγα. οἰστρῶντι δὲ τῷ Ηρακλεῖ περίκειται πᾶς ὁ τῶν οἰκετῶν δῆμος, οἷον βουκόλοι[12] ταύρῳ ὑβρίζοντι, δῆσαί τις ἐπιβουλεύων, καὶ κατασχεῖν τις ἀγῶνα ποιούμενος, καὶ κεκραγὼς ἕτερος. ὁ δὲ ἥρται τῶν χειρῶν, ὅδ' ὑποσκελίζει, οἱ δὲ ἐναλλονται. τῷ δὲ αἴσθησις μὲν αὐτῶν[13] ἀδεμία, ἀναῤῥιπτεῖ δὲ τοὺς προσιόντας, καὶ συμπατεῖ, πολὺ μὲν τῷ ἀφρῷ διαπτύων, μειδιῶν δὲ βλοσυρὸν καὶ ξένον, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀτενίζων ἐς αὐτὰ, ἃ δρᾷ, τὴν δὲ τοῦ βλέμματος ἔννοιαν[14] ἀπάγων ἐς

subiit. Verum nihil vereamini, a vobis enim longe abeſt, Argos reſpiciens, & Euryſthei filios ſe occidere arbitratus, ipſumque apud Euripidem audio currum etiam agentem, & ſtimulos equis adhibentem, Euryſtheique familiae exitium minitantem, ad fallendum namque compoſita inſania eſt, atque a praeſentibus ad abſentia traducere valet. Atque haec quidem in iſtorum gratiam dicta ſunto. Iam vero tempus eſt, vt picturae animo te addiceas. Thalamus quidem, in quem impetum fecit, Megaram adhuc tenet, atque filium: caniſtra autem, & malluuia, & molae ſalſae, ſciſſaque ligna, ac crater, Hercei quae Iouis ſunt, calcibus diſiecta ſunt omnia. Et taurus quidem adſtat, hoſtiae vero, tenelli infantes, ad aram proiectae ſunt, vna cum leonis exuuiis. Vulnus autem gutture excepit alius, perque tenerum ſagitta exiuit iugulum. Alius autem ipſo fixus eſt pectore, cuſpiſque ſagittae per vertebrarum medium egreditur, vt liquido patet, illis in latus reclinatis. Ipſorum autem genae madent, neque mireris ſi quid inſoliti in lacrymis eorum deprehendas. Aureae enim puerorum lacrymae ſunt, paruae pariter ac magnae. Furentem autem Herculem vniuerſa ſeruorum circunſiſtit familia, vt taurum laſciuientem bubulci, alius vincire eum ex inſidiis parans, alius cohibere contendens, alius clamitans. Alius porro manus tollit, alius ſupplantat, inſiliunt alii. Ipſe vero horum nihil omnino ſentit, ſed adeuntes repellit, ac conculcat, multam quidem exſpuens ſpumam, rigidum vero ac inſolitum ridens, contentiſque in ea, quae facit, reſpiciens oculis, obtutuſque ſenſum in ea dirigens,

---

3 ὧν πρὸ τῆς μανίας αὐτὸς ἤθλησεν] nempe, paulo antequam furore corriperetur, XII labores ab Euryſtheo demandatos exantlauerat, & *Lycum*, familiae ſuae excidium minantem, peſſumdederat, vid. Euripidem Hercul. Fur. Act. III.

4 Αργος βλέπ. καὶ τοὺς Ευρυσθ. ἀποκτ. δοκῶν] vid. Euripid. Hercul. Fur. Act IV. ſc. 1. In Euryſthei igitur familiam, ex qua, furens, putabat eſſe propriam vxorem & liberos, & in Argos intentum, ſeruis quidem ſuis Herculem nihil mali paraturum ait.

5 καὶ ἅρμα ἡγεμ.] vide Euripid. l. c. v. 947. ἅρματ' ἐκ ἔχων ἔχειν ἔφασκε, *currum non habens habere dixit*, quod planiſſime explicat Philoſtrati mentem.

6 τούτοις μὲν οὖν ἀπόχρη ταῦτα] τούτοις, nempe adoleſcentibus, in quorum praeſentia has imagines puero explicabat Philoſtratus, vt ſupra in prooemio vidimus. In eorum quippe gratiam attulerat, quae paulo ante ex Euripide obſeruauit de furoris viribus. Iam puero ſe imaginem explicaturum ait.

7 Θάλαμος] nempe ab aris ad thalamum confugerat cum tertio filiorum Megara, vt Herculis furores euitaret, vid. Euripid. l. c. v. 996. ſq.

8 Μέγαραν] ſic Pindarus Iſthm. IV. v. 107. & Euripides ſemper, nec non Senec. Hercul. Fur. Apollodorus it. l. II. p. 121. & Hygin. c. 32. Editi noſtri Μίγαιραν. Sicque etiam legebatur apud Hygin. fab. CCXLI. Μίγειραν habet Schol. Pindari l. c. quos omnes corrigendos puto.

9 κανᾶ δὲ καὶ χέρν. &c.] ſacrorum vaſorum apparatus: Nam ad aram Iouis furor Herculem primum corripuit, ad quam duos etiam ex filiis interemit, matre cum tertia ad thalamum denique profugiente. vid. Euripid. l. c. Actus III. init.

10 Ερκίου] Iupite Ερκίος eſt, qui intra Ερκος h. e. ſeptum aedium colitur, vide Gyraldum Syntagm. II. de Diis p. 95.

11 ὡς δῆλα εἰς πλευρὰν ἐρριμμένων] interemtorum puerorum corpora in latus reclinata tabula exhibebat, vt telum ex vtraque parte conſpici poſſet. Quod non monerem, niſi mirum haec priores interpretes peruertiſſe animaduerterem.

12 οἷον βουκόλοι] comparatio iſta deſumta eſſe videtur ex Iliad. Δ' v. 572.

Ως ὅτε βοῦς τὸν τ' ἄρεσι βουκόλοι ἄνδρες
Ιλλάσιν ἐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσιν.

13 αὐτῶν] vocem hanc omittunt cod. Barocc. & Laud.

14 ἔννοιαν] ἔννοια eſt mens quam produnt oculi & mo-

quibus

quibus decipitur. Guttur autem fremit, cervixque intumeſcit, circaque ipſam inſurgunt venae, per quas ad capitis partes principales tota morbi vis defluit. Erinnyn autem, quae haec efficere potuit, ſaepenumero in theatro ſpectaſti, hic autem neutiquam deprehendas, ipſum enim ſubiit Herculem, & in pectore eius in medio ipſo choream ducit, intus ſubſultans, mentemque eius perturbans. Huc vſque quidem procedit pictura. At poëtae alia ad haec bacchantur, Herculemque colligant, idque ideo, quod Prometheus, vt ipſi aiunt, ab eo fuerit liberatus.

ἀὶ ἐξηπάτηται. βρυχᾶται δὲ ἡ φάρυγξ, καὶ ὁ αὐχὴν ἐμπίπλαται[15], καὶ ἀνοιδᾶσιν αἱ περὶ αὐτὸν φλέβες, δι' ὧν ἐς τὰ καίρια[16] τῆς κεφαλῆς ἀναῤῥεῖ πᾶσα χορηγία τῆς νόσε. τὴν Ερινῦν δὲ[17], ἣ ταῦτα ἴσχυσεν, ἐπὶ μὲν σκηνῆς εἶδες πολλάκις, ἐνταῦθα δὲ ἂν οὐκ ἂν ἴδοις, αὐτὸν γὰρ[18] εἰσῳκίσατο τὸν Ηρακλῆν, καὶ διὰ τᾶ στέρνε χορέυει μέσῳ αὐτῷ, εἴσω σκιρτῶσα, καὶ τὸν λογισμὸν θολᾶσα. μέχρι τέτων ἡ γραφή. ποιηταὶ δὲ προσπαροινᾶσι, καὶ ξυνδᾶσι[19] τὸν Ηρακλέα, καὶ ταῦτα, τὸν Προμηθέα φάσκοντες ὑπ' αὐτᾶ λελύσθαι.

XXIV. THIODAMAS.

Aſper hic, & in aſpera per Iouem tellure. Rhodus enim haec inſula eſt, cuius aſperrima pars Lindii. Solum vuarum quidem ac ficuum ferax, arationi vero parum fauſtum eſt ac vehiculis imperuium. Hunc autem rigidum, atque in cruda ſenecta conſtitutum agricolam conſideremus, Thiodamantem Lindium ſi forte audiuiſti. Sed, o temeritatem! Herculi Thiodamas iraſcitur, quod ad ſe arantem accedens boum alterum iugulat, eumque deuorat, admodum huiuſmodi epulis adſuetus. In Herculem namque apud Pindarum fortaſſis incidiſti, quando apud Coronum diuerſatus totum comedit bouem, vt ne oſſa quidem omittenda duxerit. Thiodamantem autem circa veſperam inuiſens, ignemque adferens, (nam & lapides igni excitando idonei ſunt,) ſuper prunis bouem aſſat, experimentum capiens carnium, an iam emollitae ſint, ignemque tarditatis tantum non accuſans. Pictura ita eſt facta, vt ne terrae quidem ſpeciem ſuperficiarie inſpicere fas ſit. Nam, vbi tellus paruam aliquam ſui partem aratro iam ſubmiſit, refert omnino, ſi recte intelligo, terram aratri ductuum non expertem. At Hercules mentis quidem aciem boui adhibet, ſuperficiariam vero eius attentionem Thiodamantis imprecationibus praebet, ita vt genam quoque [ſubridens] remit-

ΘΕΙΟΔΑΜΑΣ.

Τραχὺς ἔτος, καὶ νὴ Δί' ἐν τραχείᾳ τῇ γῇ. Ρόδος γὰρ αὕτη ἡ νῆσος, ἧς τὸ τραχύτατον Λίνδιοι. γῆ σαφίδας[1] μὲν καὶ σῦκα ἀγαθὴ δᾶναι, ἀρόσαι δὲ, οὐκ εὐδαίμων, καὶ ἁμαξεῦσαι ἄπορος. ὁ δὲ γρυφνὸς, καὶ ἐν ὠμῷ τῷ γήρᾳ, γεωργὸς νοείσθω, Θειοδάμαντα τὸν Λίνδιον[2] εἴ πε ἀκέσας ἔχεις. ἀλλὰ τᾶ θράσες· ὀργίζεται τῷ Ηρακλεῖ ὁ Θειοδάμας, ὅτι ἀρῶντι αὐτῷ ἐπισὰς ἀποσφάτ[ει τὸν ἕτερον τῶν βοῶν, καὶ σιτεῖται[3], σφόδρα ἐθὰς ὢν τᾷ τοιᾴτᾳ σιτίᾳ. Ηρακλεῖ γάρ πε παρὰ Πινδάρῳ ἐνέτυχες, ὁπότε εἰς τὴν τᾶ Κορωνᾶ στέγην ἀφικόμενος, σιτεῖται βᾶν ὅλον, ὡς μηδὲ τὰ ὀστέα περιτ[ὰ ἡγεῖσθαι. Θειοδάμαντι δὲ περὶ βελυτὸν ἐπιφοιτήσας, καὶ πῦρ κομισάμενος, ἀγαθοὶ δὲ ἐμπυρεύσασθαι καὶ οἱ λίθοι, ἀπανθρακίζει τὸν βᾶν, ἀποπειρώμενος τῶν σαρκῶν, εἰ μαλάτ[ονται ἤδη, καὶ μόνον οὐκ ἐγκαλᾶν ὡς βραδεῖ τῷ πυρί. τὰ τῆς γραφῆς οἷα μηδὲ τὸ εἶδος παρεωρακέναι τῆς γῆς. ὅπε γάρ τι καὶ μικρὸν ἑαυτῆς ἀρόσαι παραδέδωκεν ἡ γῆ, ἔοικεν, εἰ συνίημι, οὐδὲ ἀπόρῳ[4]. ὁ δὲ Ηρακλῆς τὸ μὲν ἐῤῥωμένον τῆς διανοίας ἐπὶ τὸν βᾶν ἔχει, τὸ δὲ ῥάθυμον αὐτῆς ταῖς τᾶ Θειοδάμαντος ἀραῖς δέδωκεν, ὅσον τὴν παρειὰν

---

res. Dicit itaque oculis pictum Herculem eſſe illam *mentem* ſpirantibus, quae conueniens ſit phantaſmatibus cerebrum eius turbantibus : i. e. ſaeuis & truculentis, quae eum Euryſthei liberis imminere loquerentur.

15 *ἐμπίπλαται*] *intumeſcit*, quod eſt ira ſaeuientium.

16 *καίρια*] ſic editi. Et ſane *καίρια μέρη τᾶ σώματος* vocari poſſe partes corporis principales, exemplis monſtrauit Budaeus. Codex tamen Baroccian. & Laudian. *κύρια* hic habent: nempe *κυριώτατα* eaſdem corporis partes *praecipuas* nominari, ex Galeno eidem Budaeo obſeruatum.

17 *Ερινῦν*] furia nempe, a Iunone immiſſa Herculi, mentem eius agitauit vid. Euripid. Herc. Fur. Act. III. ſub fin.

18 *αὐτὸν γὰρ*] cod. Laud. *ἐς αὐτὸν γάρ.*

19 *ξυνδᾶσι*] h. e. *ξυνδεδεμένον γράφουσι*, ligatum repraeſentant: vid. de hac phraſi ſupra l. I. ad *Mercurii natales* n. 4.

XXIV. ΘΕΙΟΔΑΜΑΣ. 1 *σαφίδας*] cod. Laud. & Barocc. *σαφίδα.*

2 *τὸν Λίνδιον*] meminere huius cum Thiodamante controuerſiae Callimachus hymn. in Dian. v. 161. & Apollonius Argonaut. l. I. v. 1214. ſq. qui tamen Dryopum regem Thiodamantem facit.

3 *καὶ σιτεῖται*] de Herculis *βεφαγίᾳ* vide ſ. ad vitam Apollon. Tyan. l. V. c. 23.

4 *ἀπόρῳ*] cod. Laud. *ἀπορεῖν.*

ἀνεῖσθαι. ὁ γεωργὸς δὲ λίθοις ἐπὶ τὸν Ηρακλέα· καὶ ὁ τρόπος τῆς στολῆς[5] Δώριος, αὐχμός τε τῇ κόμῃ, καὶ περὶ τῷ προσώπῳ πῖνος, καὶ ἐπιγονὶς, καὶ βραχίων, οἵας ἡ φιλτάτη γῆ τὰς ἑαυτῆς ἀθλητὰς ἀποτελεῖ[6]. τοῦτο τῷ Ηρακλέους τὸ ἔργον. καὶ ὁ Θιοδάμας ὅτος σεμνὸς παρὰ Λινδίοις, ὅθεν βοῦς μὲν ἀρότης Ηρακλεῖ θύεται. καταρχονται δὲ ἐπαρώμενοι, ὅσα οἶμαι ὁ γεωργὸς τότε. χαίρει δὲ ὁ Ηρακλῆς, καὶ Λινδίοις δίδωσι καταρωμένοις τἀγαθά.

tat. Ceterum agricola lapidibus Herculem petit, indumentique modus Doricus eſt, ſqualorque comam occupat, faciemque ſordes, ſuperior vero pars genu & brachium talia ſunt qualia ſuis permittit athletis chariſſima tellus. Atque hoc eſt Herculis opus. Thiodamas vero hic apud Lindios in honore eſt, vnde bos arator Herculi quidem immolatur. Auſpicantur autem ſacra, imprecantes omnia, vt ego puto, quae tunc agricola imprecatus fuit. Hiſque Hercules gaudet, Lindiiſque execrantibus bona impertitur.

ΑΒΔΗΡΟΥ ΤΑΦΑΙ.

Μὴ τὰς ἵππους, ὦ παῖ, τὰς τοῦ Διομήδους, ἆθλον ἡγώμεθα τοῦ Ηρακλέους[1]; ἃς γε καὶ ἤρηκεν ἤδη, καὶ συντέτριφε τῷ ῥοπάλῳ. καὶ ἡ μὲν κεῖται αὐτῶν, ἡ δὲ ἀσπαίρει, τὴν δὲ ἀναπηδᾷν ἐρεῖς, ἡ δὲ πίπτει, βάρβαροι ταῖς χαίταις, καὶ ἐς ὅπλην λάσιαι[2], καὶ ἄλλως θηρία. φάτναι δὲ ὡς ἀνάπλεω μελῶν ἀνθρωπείων καὶ ὀστῶν εἰσιν, οἷς εἰς τὴν ἱπποτροφίαν ταύτην ὁ Διομήδης ἐχρήσατο. αὐτός τε ὁ ἱπποτρόφος, ὡς ἀγριώτερος ἰδεῖν ἢ αἱ ἵπποι, πρὸς αἷς πέπτωκεν. ἀλλὰ τουτονὶ τὸν ἆθλον[3] χαλεπώτερον χρὴ δοκεῖν, ἔρωτός[4] τε πρὸς πολλοῖς ἐπιτάττοντος αὐτῷ τῷ Ηρακλεῖ, μόχθου τε ἐπ' αὐτὸν ὀ σμικροῦ ὄντος. τὸν γὰρ δὴ[5] Ἄβδηρον ὁ Ηρακλῆς ἡμίβρωτον φέρει, ἀποσπάσας τῶν ἵππων. ἐδαίσαντο δὲ αὐτὸν, ἁπαλὸν ἔτι, καὶ πρὸ Ἰφίτου νέον. τουτὶ δέ ἐστι καὶ τοῖς λειψάνοις συμβαλέσθαι, καλὰ γὰρ δὴ ἔτι ἐν τῇ λεοντῇ κεῖται. τὰ μὲν δὴ δάκρυα τὰ ἐπ' αὐτοῖς, καὶ εἴ δή τι περιεπτύξατο αὐτῶν[6], ἢ ὀλοφυρόμενος εἶπε, καὶ τὸ βαρὺ τοῦ προσώπου, τῷ ἐπὶ πένθει δεδόσθω, καὶ ἄλλῳ ἐρασῇ ἄλλο[7]. ἐχέτω τι καὶ ἡ τήλη γέρας[8], ἐφεστηκυῖα καλῷ

XXV. ABDERI EXEQVIAE.

Neutiquam, o puer, inter Herculis labores Diomedis equas cenſebimus, quas quidem iam vicit, & claua confecit. Vna enim quidem earum iam iacet, altera vero palpitat. Hancque reſilire dixeris, altera vero cadit, iubis horridae, & hiſpidae totae, atque alioqui ferae. Praeſpia vero humanis membris, atque oſſibus quam ſunt referta, quibus Diomedes ad alendas equas vtebatur! Ipſe quoque equarum nutritor quam equabus ipſis, iuxta quas cecidit, aſpectu ferocior eſt! At illum [quem vides] difficiliorem longe laborem fuiſſe credendum eſt, & ab amore poſt alios multos Herculi imperatum, & cum aerumna haut exigua coniunctum. Abderum nempe ſemeſum, ab equis auulſum, fert Hercules. Deuorarunt autem ipſum tenellum adhuc, atque Iphito iuniorem. Hocque ex ipſis colligere eſt reliquiis: pulcrae enim etiamnum in leonis exuuiis iacent. Ipſarum vtique cauſa fuſas lacrymas, & ſi amplexatus eas eſt, aut conqueſtus quid dixit, vultumque ſubtriſtem, lugenti condonemus, imo & alia amantibus aliis. Eſto [alias] ſuus columnae honos pulcro monimento appoſitae.

---

5 κὴ ὁ τρόπος τ. στολῆς.] haec non ad Herculem refero, ſed ad Thiodamantem.

6 οἵας ἡ φιλτ. γῆ τὰς ἑαυτ. ἀθλητ. ἐπιτελεῖ] athletae terrae hic vocantur aratores & agricolae.

XXV. ΑΒΔΗΡΟΥ ΤΑΦΑΙ. 1 μὴ τὰς ἵππους — ἆθλον ἡγώμεθα τοῦ Ηρακλέους;] intelligit XII iſta Herculis ἆθλα, ab Euryſtheo ei imperata, in quorum numero certamen cum Diomedis equabus non cenſetur. Sic fabularum caput XXX Hyginus inſcribit: *Herculis Athla XII ab Euryſtheo imperata.* Caput XXXI vero *Parerga eiuſdem*, in quo de Diomedis etiam equis ab Hercule interfectis agitur. Hinc noſter occaſione ducta, victas Diomedis equas magnum laborem non quidem praebuiſſe Herculi dicit, maximum vero eum exantlaſſe eo, quod Abderum, delicias ſuas, ab iiſdem miſere diſcerptum videret: atque id potiori iure in ἄθλοις eius locum inuenire.

2 ἐς ὁπλὴν λάσιαι] ſimile loquendi genus habes ſ. in *Cyclope* vbi vid. not. 11.

3 τουτονὶ τὸν ἆθλον] monſtrat digito Herculem, qui Abderum ambeſum ferens in imagine repraeſentabatur, proſtratis iam equabus, atque hunc laborem difficiliorem eſſe quam certamen cum illis beſtiis ait.

4 ἔρωτος] nempe Abderum Ηρακλέους ἐρώμενον faciunt Apollodorus lib. II. c. 4. p. 109. & Ptolemaeus Hephaeſtion apud Photium cod. CXC. p. 483. qui *Patrocli* fratrem dicit *Abderum*: adde & Iulian. Orat. VII. Hyginus tamen fab. XXX. *Abderum* Diomedis ſeruum facit, vnaque cum Diomede ab Hercule interemtum narrat.

5 τὸν γὰρ δὴ] particulam δὴ addidi ex cod. Laudian. & Barocc.

6 αὐτῶν] αὐτὰ cod. Laud.

7 κὴ ἄλλῳ ἐρασῇ ἄλλο] ſenſus eſt, Herculi lugenti amatori condonandas eſſe lacrymas, aliaque luctus indicia, vt aliis amantibus alia condonare fas eſt.

8 ἐχέτω τι κὴ ἡ τήλη γέρας &c.] ſenſus mihi eſſe videtur, quem in verſione reddidi. Nempe: non contemnendos alias eſſe quibus vulgo mortuos proſequimur ſtatuarum & columnarum in monimentis honores, Herculem

At Her-

At Hercules quidem, quod minime vulgare est, ciuitatem Abdero, ab eius nomine appellandam, condit. Certamen quoque in Abderi memoriam constituetur: in eo vero pugilatu, lucta, pancratio, reliquisque gymnicis omnibus, equis exceptis, certabitur.

XXVI. XENIA.

Lepus quidem, in domuncula qui est, retis est praeda, cruribus autem insidet, anteriores agitans pedes, aureſque arrigens. Omnes is partes circumspicit oculo. Nam & post terga respicere cupit, ob suspicionem, quodque semper sibi exilium imminere putet. Alius vero, arida suspensus quercu, ventremque sectus, ac ad pedes vsque excoriatus, canis arguit pernicitatem, qui sub quercu sedet, quietem sibi indulgens, indicansque se solum, quae iuxta leporem sunt, Anates cepisse: numerat autem ipsarum decem. Anseres vero, totidem quot sunt anates, nihil opus est attrectando experiri: nam totum ipsorum pectus deglabratum est, vbi nempe natatilibus auibus adeps affluere solet. Quod si fermentatis quoque delectaris panibus, aut octo frustis diuisis; ad manum illi sunt in profundo calathi. Et si quid obsonio indiges, eosdem habes [pane], nam & marathri, & apii, papaueriſque illis copia est, quod somni est condimentum. Sin autem perfectarum cupidus epularum es, ista quidem ad cocos differas, tu vero quae minime igne indigeant comedas. Quid igitur maturos non arripis fructus? quorum in vtroque canistro iste aceruus. An nescis, te paulo post haud similes inuenturum, sed rore iam destitutos? Neque bellaria despexeris, si mespila ac iuglandes tibi cordi sunt, quas laeuissima planta in aculeato, dictuque mirabili, nutrit putamine. Valeat & mel, caricarum praesente massa, cui palathae nomen, vel quocunque nomine vocare volueris dulcissimam hanc massam. Eam autem propria amplectuntur folia, palathae pulcritudinem conci-

ΞΕΝΙΑ.

Ο μὲν ἐν τῷ οἰκίσκῳ λαγωὸς, δικτύῳ θήραμα, κάθηται δὲ ἐπὶ τῶν σκελῶν, ὑποκινῶν τὰς προσθίους, καὶ ὑπεγείρων τὸ οὖς. ἀλλὰ καὶ βλέπει πάντῃ[1] τῷ βλέμματι. βάλεται δὲ καὶ κατόπιν ὁρᾶν δι' ὑποψίαν, καὶ τὸ ἀεὶ πτώσειν. ὁδ' ἐκπερεμάμενος τῆς ἄνω δρυὸς, ἀνερρηγώς τε τὴν γαστέρα, καὶ διὰ τοῖν ποδοῖν ἐκδεδυκὼς, ὠκύτητα κατηγορεῖ τῶν κυνὸς, ὃς ὑπὸ τῇ δρυὶ[2] κάθηται, διαναπάυων ἑαυτὸν, καὶ δηλῶν μόνος ἠρηκέναι τὰς πλησίον τῶν λαγὼ νήττας, ἀριθμεῖ δὲ αὐτὰς δέκα. καὶ τὰς, ὅσαι περ αἱ νῆτται, χήνας, οὐδὲν δεῖ βλιμάζειν[3]· ἀποτέτιλται γὰρ αὐτῶν τὸ περὶ τὰ στέρνα πᾶν, ἐκεῖ τοῖς πλωτοῖς ὄρνισι πλεονεκτούσης τῆς πιμελῆς. εἰ δὲ καὶ ζυμήτας ἄρτους ἀγαπᾷς, ἢ ὀκταβλώμους[4], ἐκεῖνοι πλησίον, ἐν βαθεῖ τῷ κανῷ. καὶ εἰ μὲν ὄψου τι χρήζεις, αὐτὸς ἔχεις, τῶν τε γὰρ μαράθρου μετέχουσι, καὶ τοῦ σελίνου, καὶ ἔτι τῆς μήκωνος, ἥπερ ἐστὶν ὕπνου. εἰ δὲ τραπέζης ἐρᾷς, τυτὶ μὲν[5] ἐς ὀψοποιὸς ἀναβάλλου, σὺ δὲ σιτῶ τὰ ἄπυρα. τί δ' ἂν ἀτὰς δρυπέτεις ἁρπάζεις, ὧν ἐφ' ἑκατέρου κανῶ σωρὸς ἕτος; οὐκ οἶσθ' ὅτι μικρὸν ὕστερον ἀκέθ' ὁμοίαις ἐντεύξῃ ταύταις, ἀλλὰ γυμναῖς ἤδη τῆς δρόσου; καὶ μηδὲ τῶν τραγημάτων ὑπερίδῃς, εἴτι σοι μεσπίλου μέλει, καὶ Διὸς βαλάνων[6], ἃς τρέφει λειότατον φυτὸν, ἐν ὀξεῖ τῷ ἑλύτρῳ, καὶ ἀτόπῳ εἰπεῖν. ἐρρέτω καὶ τὸ μέλι, τῆς τῶν ἰσχάδων συνθήκης παρούσης, παλάθης[7] ταυτησὶ καλυμένης, καὶ εἴ τι ἂν εἴποις ἥτως ἡδὺ πέμμα. περιαμπίσχει δὲ αὐτὴν φύλλα[8] οἰκεῖα, παρέχοντα τῇ παλάθῃ τὴν ὥραν.

---

quidem longe maiorem Abdero parare &c. Equidem primo intuitu videri poterat de columna loqui quam tabula repraesentet, Abderi sepulcro addita. Verum sic minus apte responderet *ἀντίθεσις* in proxime sequentibus verbis: *ὁ δ' οὐχ ὅπερ οἱ πολλ.*

9 *πόλιν τε τῷ Ἀβδ. ἀνίστησι*] sic & Apollodorus loco ante cit. & Stephanus de Vrbib. Mela tamen lib. I. c. 2. *Diomedis sororem, suo nomine appellasse Abderam* vrbem dicit. Quod firmat Nummus veterum Abderitarum apud Goltzium, in quo ΑΒΔΗΡΑΣ ΚΟΡΑΣ effigies, de quo vide ill. Spanhemium ep. ad Laurent. Begerum. adde Salmasium ad Solinum p. 160. & Holstenium not. ad Stephanum.

XXVI. ΞΕΝΙΑ. 1 *πάντῃ*] MSS. nostri habent *παντί*.

2 *ὑπὸ τῇ δρυὶ*] sic malim cum MSS. quam cum editis *ὑπὸ τῆς δρυός*.

3 *βλιμάζειν*] est attrectare aues, quod solent facere ementes, vt pinguedinem earum explorent. Videndus Schol. ad Aristophanis *aues*. Ea re hic nihil opus esse ait, cum deplumato pectore anserum pinguedo oculis pateat.

4 *ὀκταβλώμους*] vox Hesiodea *ἔργ. καὶ ἡμ.* l. II. p. m. 99. *Ἄρτου δειπνήσας τετράτευφιν ὀκτάβλωμον.* vbi vide antiquos Grammat.

5 *τυτὶ μὲν*] *μὲν* adieci ex MSS. nostris.

6 *Διὸς βαλάνων*] *Iuglandes*, quasi *Iouis glandes*.

7 *παλάθης*] Suid. *παλάθαι μάζαι σύκων, καὶ παλαθίων τῶν πεπατημένων ἰσχάδων*. Hesych. *παλάθαι σύκων μαζία* leg. *μάζαι*.

8 *φύλλα*] exciderat haec vox editis, quam ex MSS. nostris restituimus.

οἶμαι τὴν γραφὴν ἀποφέρειν τὰ ξένια ταυτὶ τῷ τᾶ ἀγρᾶ δεσπότῃ. ὁ δὲ λάσεται τάχα, πραμνείᾳς [9] ἢ θασίᾳς [10] βλέπων, ἐνὸν τῆς γλυκείας τρυγὸς ἐπὶ τῇ τραπέζῃ πιεῖν, ὡς, εἰς ἄστυ κατιὼν, ὄζοι σεμφύλᾳ, καὶ ἀπραγμοσύνης, καὶ κατὰ τῶν ἀστυτρίβων ἐρεύγοιτο.

liantia. Puto picturam agri domino xenia haec offerre: ipse vero forte in balneo est, Pramnea vel Thasia animo agitans vina: cum dulce mustum ad mensam bibere liceat, vt, in vrbem rediens, vinaceas, otiumque oleat, atque in hinc inde obambulantes eructet.

ΑΘΗΝΑΣ ΓΟΝΑΙ.

Οἱ μὲν ἐκπληττόμενοι θεοὶ, καὶ θεαὶ, προειρημένον αὐτοῖς, μηδὲ νύμφας ἀπεῖναι τᾶ ἀράνᾶ [1], παρεῖναι δὲ αὐτοῖς ποταμοῖς, ὧν γίγνονται. φρίττουσι δὲ τὴν Ἀθηνᾶν, ἄρτι τῆς τᾶ Διὸς κεφαλῆς ἐν ὅπλοις ἐκπαγεῖσαν, Ἡφαίστᾳ μηχαναῖς, ᾧ ὁ πέλεκυς [2]. τὴν δὲ ὕλην τῆς πανοπλίας οὐκ ἂν συμβάλοι τις, ὅσα γὰρ τῆς Ἰριδος χρώματα, παραλλαττούσης εἰς ἄλλοτε ἄλλο φῶς, τοσαῦτα καὶ τῶν ὅπλων. καὶ ὁ Ἡφαιστος ἀπορεῖν ἔοικεν, ὅτῳ ποτὲ τὴν θεὸν προσαγάγηται [3], προαναλῶται γὰρ αὐτῷ τὸ δέλεαρ, ὑπὸ τᾶ τὰ ὅπλα συνεκφῦναί οἱ. ὁ Ζεὺς δὲ ἀσθμαίνει σὺν ἡδονῇ, καθάπερ οἱ μέγαν ἐπὶ μεγάλῳ καρπῷ διαπονήσαντες ἆθλον, καὶ τὴν παῖδα ἐξισορεῖ, φρονῶν τῷ τόκῳ. καὶ ὀδὲ τῆς Ἥρας τὶ δεινὸν ἐνταῦθα [4], γέγηθε δὲ, ὡς ἂν εἰ καὶ αὐτῆς ἐγένετο. καὶ θύσιν ἤδη τῇ Ἀθηνᾷ δῆμοι δύο ἐπὶ δυοῖν ἀκροπόλεοιν [5], Ἀθηναῖοι, καὶ Ῥόδιοι, γῇ καὶ θαλάττῃ, ἄνθρωποι γηγενεῖς [6], οἱ μὲν ἄπυρα ἱερὰ, καὶ ἀτελῆ [7]· ὁ δὲ Ἀθήνησι δῆμος, πῦρ ἐκεῖ καὶ κνίσσαι [8] ἱερῶν, ὁ κατωνὸς δὲ

ATHENAS GONAI.

Quos obstupescere vides, Dii sunt, atque Deae: nempe edictum ipsis, vt ne nymphae quidem a coelo abesse velint, sed vt cum ipsis fluminibus, vnde oriuntur, adsint. Palladem autem armatam horrent, quae e Iouis capite nuper erupit, Vulcani machinis adhibitis, est enim ex earum numero securis. Armaturae autem materiam nemo facile coniectura assequatur, quam varii enim Iridis sunt colores, modo hac modo alia luce per vices coruscantis, totidem quoque colores armorum sunt. Videtur in dubio esse Vulcanus, quonam pacto Deam maxime sibi conciliet, iam enim ipsi sua periere delinimenta, eo quod nata cum ipsa sint arma. Iupiter autem cum voluptate anhelat, vt solent qui magnum magno emolumento exantlarunt laborem, filiamque contemplatur, partu exultans. Nec Iunonis vllae hinc irae, sed haud secus, ac si seipsa genita esset, gaudet. Iamque duae sacra ipsi faciunt gentes, in duabus arcibus, Athenienses ac Rhodii, terra marique, indigenae ambo. Rhodii quidem sacra [faciunt] ignis expertia, atque imperfecta: quantum ad Athenienses vero populum, ignem ille habet, ac sacrorum nidorem, pictusque fumus est, vt qui

9 πραμνείᾳς] vinum illud inter praestantissima in Graecia. Mentio eius apud Homerum Il. Α' v. 638. & Odyss. Κ' v. 235. Athenaeus l. I. p. 30. ex Eparchide refert, in Icaro illud nasci, austerum, durum & validum, vnde eo Athenienses minime delectari obseruet Aristophanes. Addit ibidem nomen illud habere a scopulo *Pramnio*.

10 θασίοις] notum magis quam *Pramnium*, *Thasium* vinum est. vide de eo Athenaeum l. I. p. 28. 29. 31.

XXVII. ΑΘΗΝΑΣ ΓΟΝΑΙ. 1 προειρημ. αὐτοῖς μηδὲ Νύμφ. ἀπεῖναι &c.] omnino haec ex Homero expressa sunt Iliad. Υ' v. 4. sq.

Ζεὺς δὲ θέμιστα κέλευσε θεὰς ἀγορὴν δὲ καλέσσαι
Κράτος ἀπ' ὑλύμποιο πολυπτύχα· ἡ δ' ἄρα πάντῃ
Φοιτήσασα κέλευσε Διὸς πρὸς δῶμα νέεσθαι.
Οὔτε τις ἔν ποταμῶν ἀπέην, νόσφ' Ὠκεανοῖο
Οὔτ' ἄρα νυμφάων &c.

2 ᾧ ὁ πέλεκυς] ita malim quam ὡς ὁ πέλεκυς quod erat in editis. Salmas. legebat ᾧ ὁ πελέκυς relatiuo pronomine ad Ἡφαίστᾳ relato. Hoc vero instrumento Iouis, Palladem parturientis, caput aperientem Vulcanum, inducit Lucianus *Dialogo Iouis & Mercurii*. Et Pindarus Olymp. Ζ' v. 65. cuius locus obuersatus videtur Philostrato:

Ἀνιχ' Ἀφαίστε τίχναισι
Χαλκελάτᾳ πε λίκει
Πατέρος Ἀθαναία Κορυφὰν κατ' ἄκρον
Ἀνοῖξασ', ἀλάλα-
ξεν ὑπερμάκει βοᾷ.

3 προσαγάγηται] nota enim quae de Vulcani in Minervam amore firmant poetae.

4 ὀδὲ τῆς Ηρ. τι δεινὸν ἐνταῦθα] morosae alias feminae, & Iouis liberis infestae, quos ex furtiuis amoribus natos sciret. Nempe hic nulla zelotypiae causa, cum Minerua ex furtiuo concubitu cum Dea vel Heroide nata non esset.

5 ἀκροπόλεοιν] sic manu exarati. Editi ἀκροπόλεων.

6 γῇ καὶ θαλάττῃ ἄνθρωποι γηγενεῖς] omisi particulam καὶ post θαλάττῃ autoritate codicis Barocciani. Sensus ita planus: Nempe sacrificasse ait Mineruae homines terrigenas mari & terra: qui in Rhodo enim insula id faciebant, mari hoc praestant, terra Athenienses, quarum vrbs in terra continenti posita fuit.

7 οἱ μὲν ἄπυρα ἱερὰ καὶ ἀτελῆ] plura ea de re & magis clara Diodorus Sic. lib. V. Pindarus item Olymp. VII. v. 71. sq. & eiusdem Scholiastae. Nempe Rhodiis itemque Athenensibus *Sol*, h. e. *Apollo* edixerat, fore vt apud eos habitaret Pallas, qui primi natae sacrificium obtulissent, quod facturi Rhodii ignis obliti fuerint, adeoque sine eo sacra peregerint, Cecrope Athenensium Rege *perfecta* interea *sacra* offerente. Vnde Athenis sedem quidem fixit, Rhodiis tamen propitia maxime facta Minerua fuit, maximarumque iis opum autor extitit.

8 πῦρ ἐκεῖ καὶ κνίσσαι] doctiss. Meursius emendabat πῦρ ἐκεῖ καὶ κνίσσαν. At forte non opus ea emendatione. Vertendum enim: *quantum ad Athenienssium populum apud eum ignis est & nidores*. Non infrequens ista *nominatiui* eo sensu apud nostrum est constructio.

odo-

odorem ſpiret, & cum nidore aſcendat, quam ob rem ad eos, tanquam ſapientiores, riteque ſacrificantes, Dea abiit. Rhodiis autem caelitus aurum defluxiſſe dicitur, domoſque eorum atque angiportus impleuiſſe, nubem Iove in ipſos effundente, quod & ipſi Mineruam agnouiſſent. Plutus quoque daemon arci inſidet: pictus autem eſt cumaſſis quidem, vt qui e nubibus aduentaſſet: aureus vero ob materiam, in qua apparuit. Pictus eſt & oculatus, ad eos enim prouidentia demiſſus eſt.

οἷον ἐυώδης γέγραπται, καὶ μετὰ τῆς κνίσσης ἀναῤῥέων, ὅθεν ὡς παρὰ σοφωτέρους ἀφίκετο ἡ θεὸς, καὶ θύσαντας ἐυ. Ροδίοις δὲ λέγεται χρυσὸς ἐξ ὐρανῦ ῥεῦσαι[9], καὶ διαπλῆσαι σφῶν τὰς οἰκίας, καὶ τὰς γενωπὰς, νεφέλην εἰς αὐτὰς ῥήξαντος τοῦ Διὸς, ὅτι κἀκεῖνοι τῆς Αθηνᾶς ξυνῆκαν. ἐφέστηκε τῇ ἀκροπόλει καὶ ὁ δαίμων, ὁ πλοῦτος. γέγραπται δὲ πλήνος μὲν, ὡς ἐκ νεφῶν[10], χρυσοῦς δὲ, ἀπὸ τῆς ὕλης ἐν ᾗ ἐφάνη. γέγραπται καὶ βλέπων[11], ἐκ προνοίας γὰρ αὐτοῖς ἀφίκετο.

XXIX. TELAE.

Quoniam Penelopes laudas telam, vt qui in optimam incideris picturam, eaque tibi, quae ad telam pertinent, cuncta habere videtur, ſtaminibuſque exacte diſtenta, & ſub liciis floribus iacentibus, & radio tantum non reſonante, ipſa autem Penelope lacrymas fundente, (quibus Homerus niuem liquefacit,) & quae texuit ſoluente; araneam etiam intuere in vicinia texentem, an non vel ſuperet quoque textura Penelopen, imo & ipſos Seres, quorum tenuiſſimae ſunt, vixque oculis patent telae. Domus itaque iſta ſunt parum felicis veſtibula, dominis orbam eam diceres. Aula vero intus patet deſerta: neque eam columnae ſuſtinent amplius, eo quod ſubſederint iamiam, atque dilabantur. Solis igitur habitaculum praebet araneis, ſolet enim animal locis, quae ſilentium occupat, texturam exercere. Aſpice & fila: iſtud expuentes ſtamen in pauimentum deſcendunt, ſiſtitque eos oculis pictor, per illud ſe demittentes, atque ſcandentes: *per aërem volitantes*, iuxta Heſiodum, atque volatu ſe exercentes. Angulis autem adtexunt domos, alias quidem planas, concauas vero alias. Harum planae quidem aeſtiuis aptae ſunt habitaculis, cauas vero texunt, hyemi enim illae ſunt opportunae. Meretur porro & iſtis laudem pictor. Araneum enim quod ita ſubtiliter elaborauerit, qualiſque eſt ſubiecerit oculis, pellemque ipſius foedam quodammodo pinxerit,

ΙΣΤΟΙ.

Επεὶ τὸν τῆς Πηνελόπης ἰσὸν ἄδεις, ἐντετυχηκὼς ἀγαθῇ γραφῇ, καὶ δοκεῖ σοι πάντα ἰσᾶ ἔχειν, σήμοσί τε ἱκανῶς ἐντέταται, καὶ ἄνθεα κεῖται ὑπὸ τῶν μίτων, ᾠδὴ μόνον οὐχ ὑποφθέγγεται ἡ κερκίς, αὐτή τε ἡ Πηνελόπη κλαίει δακρύοις, οἷς τὴν χιόνα τήκει Ομηρος[1], καὶ ἀναλύει ἀ διύφηνεν· ὅρα καὶ τὴν ἀράχνην ὑφαίνουσαν ἐκ γειτόνων, εἰ μὴ παρυφαίνει καὶ τὴν Πηνελόπην, καὶ τὰς Σῆρας ἔτι, ὧν τὰ ὑπέρλεπτα[2], καὶ μόλις ὁρατά. οἰκίας μὲν οὐκ ἐυ πρατ]όσης προπύλαια ταῦτα, φήσεις αὐτὴν χηρεύειν δεσποτῶν· αὐλὴ δὲ ἔρημος εἴσω παραφαίνεται, καὶ οὐδὲ οἱ κίονες αὐτὴν ἔτι ἐρείδουσιν, ὑπὸ τῦ συνιζάνειν, καὶ καταῤῥέειν· ἀλλ' ἔστιν οἰκητὸς ἀράχναις μόναις, φιλεῖ γὰρ τὸ ζῶον ἐν ἡσυχίᾳ διαπλέκειν. ὅρα καὶ τὰ μηρύματα· τῦτο ἀναπλύσας τὸ νῆμα, καθίεσαν ἐς τὸ δάφος, δεικνύει δὲ αὐτὰς ὁ ζωγράφος κατιόσας δι' αὐτῦ, καὶ ἀναῤῥιχωμένας[3], ἀερσιποτήτυς κατὰ τὸν Ησίοδον[4], καὶ μελετώσας πέτεσθαι. καὶ οἰκίας δὲ προσυφαίνουσι ταῖς γωνίαις, τὰς μὲν ἐυρείας, τὰς δὲ κοίλας. τύτων αἱ μὲν ἐυρεῖαι χρησαὶ θερίζειν, τὰς δὲ κοίλας ὑφαίνουσιν, ἀγαθὸν τῦτο χειμῶνος. καλὰ μὲν δὴ καὶ ταῦτα τῦ ζωγράφυ. τὸ γὰρ ὅτω γλίσχρως ἀράχνην τε αὐτὴν διαπονῆσαι, καὶ δεῖξαι[5] κατὰ τὴν φύσιν, καὶ τὸ ἔριον αὐτῆς ὑπομόχθηρον γράψαι, καὶ

9 χρυσὸς ἐξ ὐρ. ῥεῦσ.] vide Pindarum & eius interpretes Graecos l. c. adde collecta Io. Meurſio in Rhodo l. I. c. 17.

10 ὡς ἐκ νεφῶν] nam aurum impluerat Rhodo Iupiter.

11 βλέπων] nam coecum alias fingunt. vide Ariſtophanem in *Pluto*, vt qui nullo conſilio coeco impetu vulgo aduenerat. Hic nempe, vt mox ſequitur, non coecus ſuoque impetu, ſed Iouis προνοίᾳ aduenerat.

XXVIII. ΙΣΤΟΙ. 1 Ομηρος] locus eſt Odyſſ. T' v. 204. ſeq. τὴν χίονα τήκει h. e. τηκομένην ἀναγκάζει vid. ſ. lib. I. *Mercurii Natalib.* n. 1.

2 τὰς Σῆρας ἔτι, ὧν τὰ ὑπέρλεπτα] *Serica* intelligit, Σηρικὰ ἐθόνια Arriano dicta Periplo maris Erythr. p. 13. ἐθόνιον vero omne quod λεπτὸν vid. notata ad vitam Apollonii l. I. c. 7. n. 9.

3 ἀναῤῥιχωμένας] vox propriiſſime notans araneorum motum, quo per filamenta, quae neuerunt, aſcendunt. Vt Ariſtophanis etiam Scholiaſt. obſeruat ad εἰρήν. p. 618. Vox nata eſt ἐκ τῦ ἀράχνης, vnde ἀράχνιῶ, καὶ ἐν ὑπερβάσμῳ ἀναῤῥιχῶ. Vulgo Grammatici interpretantur ἀναβαίνειν καὶ χερσὶ καὶ ποσίν. vide eundem, item Suidam.

4 κατὰ τὸν Ησίοδον] locus eſt Operum & Dierum v. 777.

5 δεῖξαι] MSS. noſtri habebant σῖξαι.

ἄγγελον, ἀγαθῷ δημιουργῷ, καὶ δεινῷ τὴν ἀλήθειαν. ὁδὸ ἡμῖν καὶ τὰ λεπτὰ διύφηνεν. ἰδὼ τετράγωνος μὲν αὐτῇ [6] μήρινθος περιβέβληται ταῖς γωνίαις, οἷον πεῖσμα τῷ ἱστῷ. περιῆπται δὲ τῇ μηρίνθῳ λεπτὸς ἰστὸς, πολλὰς ἀποτετορνευμένος τὰς κύκλας, βρόχοι δὲ ἐκτενεῖς ἀπὸ τῶ πρώτα κύκλα μέχρι τῶ σμικροτάτα διαπλέκονται, διαλείποντες ἀλλήλων [7], ὅσον οἱ κύκλοι. αἱ δὲ ἔριθοι δι' αὐτῶν βαδίζουσι, τείνουσαι τὰς κεχαλασμένας τῶν μίτων. ἀλλὰ καὶ μισθὸν ἄρνυνται τῷ ὑφαίνειν, καὶ σιτοῦνται τὰς μυίας, ἐπειδὴ τοῖς ἰστοῖς ἐμπλακῶσιν, ὅθεν ὐδὲ τὴν θήραν αὐτῶν παρῆλθεν [8] ὁ ζωγράφος. ἡ μὲν γὰρ ἔχεται τῷ ποδός, ἡ δὲ ἄκρα τῷ κέρᾳ, ἡ δὲ ἐσθίεται τῆς κεφαλῆς. ἀσπαίρουσι δὲ, πειρώμεναι διαφυγεῖν, ὅμως ταράττουσιν [9], ὐδὲ διαλύουσι τὸν ἱστόν.

ANTIGONE [1].

Τὰς μὲν ἀμφὶ Τυδέα, καὶ Καπανέα, καὶ εἴ δή τις Ἱππομέδων, καὶ Παρθενοπαῖος, ἐνταῦθα Ἀθηναῖοι θάψουσιν, ἀγῶνα ἀράμενοι, τὸν ὑπὲρ τῶν σωμάτων. Πολυνείκην δὲ, τὸν Οἰδίποδος, Ἀντιγόνη, ἡ ἀδελφὴ, θάπτει, νύκτωρ ἐκφοιτήσασα τῷ τείχους, καί τοι κεκηρυγμένον ἐπ' αὐτῷ, μὴ θάπτειν αὐτὸν, μηδὲ ἑνὶ τῇ γῇ, ἣν ἐδουλώσατο. τὰ μὲν δὴ ἐν τῷ πεδίῳ, νεκροὶ ἐπὶ νεκροῖς, καὶ ἵπποι ὡς ἔπεσον, καὶ τὰ ὅπλα, ὡς ἀπερρύη τῶν ἀνδρῶν, λύθρα τε ἑστοὶ πηλὸς, ᾧ φασι τὴν Ἐνυὼ χαίρειν. ὑπὸ δὲ τῷ τείχει, τὰ μὲν τῶν ἄλλων λοχαγῶν σώματα, μεγάλοι τέ εἰσι, καὶ ὑπερβεβηκότες ἀνθρώπων [2]. Καπανεὺς δὲ γίγαντι εἴκασται· πρὸς γὰρ τῷ μεγέθει βέβληται ὑπὸ τῶ Διὸς [3], καὶ ἐπιτύφεται. τὸν Πολυνείκην δὲ ἡ Ἀντιγόνη, μέγαν, καὶ κατ' ἐκείνως ὄντα, καὶ ἀνήρηται τὸν νεκρὸν, καὶ θάπτει πρὸς τῷ τῶ Ἐτεοκλέους σήματι, διαλλάττειν ἡγεμένη τὼς ἀδελφώς, ὡς λοιπόν ἐστι [4]. τί φήσομεν, ὦ παῖ, puer,

& parum cultam, artificis eſt boni, atque ad amuſſim res exprimentis. Is autem tenuiſſima quoque filamenta nobis contexuit. Ecce quadrangularem iſthac quidem funem angulis circumductum, firmamentum quaſi telae. Suſpenditur autem e funiculo tela pertenuis, quamplurimis elaborata orbibus; laqueique recta linea quidem ab extremo orbe ad minimum vſque innectuntur, eodem, quo ipſi orbes, interuallo ab inuicem diſtantes. Ipſae vero lanificae per eos diſcurrunt, remiſſa intendentes ſtamina. Imo & texturae mercedem aſſequuntur, muſciſque paſcuntur, ſi quas telis implicitas teneant, vnde ne praedam quidem ipſorum pictor omiſit. Alia enim pede detinetur, ala ſuprema alia; alius iam caput exeditur. Palpitant autem, effugere nitentes, ſimulque telam movent, nec tamen rumpunt eam.

XXX. ANTIGONE.

Tydeum quidem, ac Capaneum, & ſi quis [ſepeliendus] Hippomedon, & Parthenopaeus, eos iſthac ſepelient Athenienſes, bellum exorſi pro mortuis componendis. Polynicem vero, Oedipi filium, Antigone componit, ſoror, noctu extra muros progreſſa, quamuis edictum eſſet, ne quiſpiam eum ſepeliret, neue terrae, quam in ſeruitutem redegiſſet, mandaret. Quae in campo igitur videmus, cadauera ſunt cadaueribus accumulata, & equi, eo quo ceciderunt ſitu, & arma, provt viris excidere; & iſtud tabo compoſitum lutum, quo Enyo oblectari ferunt. Sub moenibus autem tum ceterorum quidem ducum cadauera conſpiciuntur, magna atque humanam excedentia ſtaturam: tum Capaneus, giganti ſimilis. Praeterquam enim quod magnitudine gigantem refert, Iouis fulmine quoque ictus comburitur. Polynicem autem magnum, atque reliquis illis aequalem, Antigone & tollit, & prope Eteoclis monimentum ſepelit; fratres reconciliatura, quantum eius iam fieri poteſt. Quid dicemus, o

---

6 αὐτῇ] cod. Laud. ἄυτη.

7 διαλείποντες ἀλλήλων] cod. Laud. διαλείπ. ἀπ. ἀλλ.

8 παρῆλθεν] ſic cod. Laud. Editi: προσῆλθεν.

9 ὅμως ταράττουσι] interſerunt Barocc. & Laudian. negantem particulam ἐ, quam rectius omitti putem.

XXIX. ANTIΓΟΝΗ. 1 Αντιγόνη] pertinet haec imago quoque ad Thebarum obſidionem, fratribus Eteocle & Polynice diſſidentibus, de qua ſupra etiam lib. I. in *Menoeceo*. Antigones vero res, hac tabula repraeſentatas, deſcribit Hyginus fab. LXXII.

2 ὑπερβεβηκ. ἀνθρώπων] nempe Heroicis temporibus homines magis proceros fuiſſe putabant. vide plura eam in rem annotata ad vitam Apollonii Tyan. lib. IV. c. XVI. vbi de Achillis ſtatura: & ad Heroica, maxime ad *Prooemium*.

3 βέβληται ὑπὸ τῶ Διὸς] vide ſ. notata ad *Amphiaraum*. Gigantes autem itidem Iouis fulmine perierunt, vt adeo & proceritate, de qua vide & ſq. imagine *Euadnae*, & poena gigantibus ſimilis ſit Capaneus.

4 ἐστι] Gruter. & Salmaſ. ἴστι ex ſuſpic. verum bene ſe habet ἐστι. Ceterum nihil hic deeſt, tollenduſque aſteriſcus in ed. Morelii, lacunae index.

puer, de relucente in imagine arte? Luna enim lucem emittit dubiam oculis. Terroris autem plenam virginem eiulandi capit impetus, validis fratrem amplexam lacertis: eiulatum tamen reprimit nihilominus, custodum aures reformidans. Circumspicere autem omnia circumcirca dum cupit, insimul fratrem intuetur, genu flexo terrae innixa. Mali autem punicae germen sponte natum est, o puer, nam id in tumulo furias seviſſe ferunt. Quod si fructum decerpseris, sanguis etiamnum funditur. Monstri aliquid etiam habet ignis, in inferiis adhibitus: neque enim secum ipse committitur, flammamve miscet, sed inde in alias aliasque partes discedit, atque ne rogo quidem [eos] coniungi posse ostendit.

XXXI. EVADNE.

Rogus, & quae ad ipsum iugulata vides, & quod in ipso iacet, maius, quam vt hominis esse videatur, cadauer, mulier item, saltu tam repentino in ignem prosiliens, huiuscemodi de causa, o puer, picta sunt. Capaneum Argis cognati sepeliunt. A Ioue autem Thebis fuerat interfectus, cum murum iam conscendisset. Audisti enim a poëtis, quemadmodum, insolenter in Iouem se efferens, fulmine ictus fuerit, &, priusquam in terram caderet, expirauerit. Postquam igitur Duces, ceterique in [regione] Thebana cecidissent, & Athenienses vt sepelirentur, armis superiores, obtinuissent; Capaneus quidem sepeliendus exponitur, aliis quidem potitus omnibus iisdem cum Tydeo, & Hippomedonte, ac reliquis: hoc tamen vno prae omnibus ducibus ac regibus praecipuo. Euadnen nempe, eius vxorem, propter ipsum moriendi impetus cepit: neque ensem tamen collo intendit, nec laqueo se suspendit, vt facere amant virorum desiderio vxores: sed in ipsum sese immittit ignem, nondum virum habere iusta arbitrata, nisi & ipsam habeat. Tales igitur Capanei sunt inferiae. Femina au-

τὴν σοφίαν τῆς γραφῆς; σελήνη μὲν γὰρ προβάλλει[5] φῶς, ὅπω πιστὸν ὀφθαλμοῖς. μεσὴ δὲ ἐκπλήξεως ἡ κόρη θρηνεῖν ὥρμηκε, περιβάλλουσα τὸν ἀδελφὸν ἐρρωμένοις τοῖς πήχεσι· κρατεῖ δὲ ὅμως τῷ θρήνῳ, δεδοικυῖά που τὰ τῶν φυλάκων ὦτα. περιαθρεῖν τε βουλομένη πάντα τὰ πέριξ, ὅμως ἐς τὸν ἀδελφὸν βλέπει, τὸ γόνυ ἐς τὴν γῆν κάμψασα. τὸ δὲ τῆς ῥοιᾶς ἔρνος, αὐτοφυὲς, ὦ παῖ, λέγεται γὰρ δὴ κηπεῦσαι αὐτὸ Ερινύας ἐπὶ τῷ τάφῳ. κἂν τῷ καρπῷ σπάσῃς, αἷμα ἐκδίδοται νῦν ἔτι. θαῦμα καὶ τὸ πῦρ[6] τὸ ἐπὶ τοῖς ἐναγίσμασιν· ἑ γὰρ ξυμβάλλει ἑαυτῷ, ἑδὲ ξυγκεραννύει τὴν φλόγα. τὸ ἐντεῦθεν δὲ ἄλλην καὶ ἄλλην τρέπεται, καὶ τὸ ἄμικτον δηλοῖ τῷ τάφῳ[7].

ΕΥΑΔΝΗ.

Η πυρὰ, καὶ τὰ ἐς αὐτὴν ἐσφαγμένα, καὶ ὁ ἀποκείμενος ἐπὶ τῇ πυρᾷ, μείζων ἢ ἀνθρώπου δόξαι νεκρὸς· ἡ γυνή τε, ἡ σφοδρὸν ἄτω πήδημα ἐς τὸ πῦρ αἴρουσα, ἐπὶ τοιοῖς δὲ, ὦ παῖ, γέγραπται. τὸν Καπανέα οἱ προσήκοντες θάπτουσιν ἐν τῷ Αργει. ἀπέθανε δὲ ἄρα ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐν Θήβαις[2], ἐπιβεβηκὼς ἤδη τοῦ τείχους. ποιητῶν γάρ τινα ἤκουσας, ὡς, κομπάσας τι[3] ἐς τὸν Δία, κεραυνῷ ἐβλήθη, καὶ πρὶν ἐς τὴν γῆν πεσεῖν, ἀπέθανεν. ὅτε δὴ καὶ οἱ λοχαγοὶ, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπὶ τῇ Καδμείᾳ[4] ἔπεσον, νικησάντων Αθηναίων ταφῆναι σφᾶς, πρόκειται ὁ Καπανεὺς, τὰ μὲν ἄλλα ἔχων ὥσπερ Τυδεὺς, καὶ Ιπποµέδων, καὶ οἱ λοιποί[5], τοῦτο δὲ ὑπὲρ πάντας λοχαγούς τε καὶ βασιλέας. Ευάδνη γὰρ δή, ἡ γυνὴ, ἀποθανεῖν ἐπ' αὐτῷ ὥρμηκεν, ὅτε ξίφος τι ἐπὶ τὴν δέρην ἔλκυσα, ὅτε βρόχῳ τινὸς ἑαυτὴν ἀπαρτῶσα, οἷα ἠσπάσαντο γυναῖκες ἐπ' ἀνδράσιν· ἀλλ' ἐς αὐτὸ τὸ πῦρ ἵεται, ὅπως τὸν ἄνδρα ἔχειν[6] ἡγεμένη, εἰ μὴ καὶ αὐτὴν ἔχοι. τὸ μὲν δὴ ἐντάφιον τῷ Καπανεῖ τοιοῦτον. ἡ δὲ γυνὴ,

---

5 προβάλλει] cod. Laud. προσβάλλει.

6 θαῦμα καὶ τὸ πῦρ &c.] decantatissima haec de rogo horum fratrum fabula poetis, Ouidio Trist. IV, 6. & in Ibin. Statio Thebaid. XII. Lucano lib. V. Silio Italico l. XVI. Ausonio epigr. 131. Bianori Antholog. l. III. c. 14. narrantque Hyginus fab. LXVIII. & Pausanias Boeoticis p. 295. sua aetate quoque, qua quotannis fratribus illis apud Thebanos parentabatur, id in accenso rogo esse obseruatum.

7 τὸ ἄμικτον] vide de ista voce obseruata ad vitam Apollonii Tyanei l. V. c. 33. n. 9.

XXX. ΕΥΑΔΝΗ. 1 μείζων ἢ ἀνθρ. δόξαι νεκρὸς] vid. Imagin. praec. n. 2. & 3.

2 ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐν Θήβαις] vide obseruata supra l. I. in *Amphiarao*. Alii scalis a se inuentis tantum decidisse aiunt, vide sup. ad *Menoeceum* n. 6.

3 κομπάσας] explicat Euripid. Supplicib. fin.

— ὕμνουσι πόλιν
Πίρσεως θεᾷ θίλοντος, ἥτε μὴ θίλη.

4 Καδμείᾳ] i. e. Thebana. Thebarum enim conditor Cadmus. Sic & s. vocatur in *Amphiarao*.

5 οἱ λοιποὶ] cod. Barocc. habet οἱ ἄλλοι.

6 ἔχειν] respicit ad praecedentia, vbi τὰ μὲν ἄλλα ἔχειν dicitur Capaneus, quae ceteri habeant, ea nempe omnia quae ad parentalia sacra pertinebant,

καθά-

καθάπερ οἱ ἐς τὰ ἱερὰ στεφάνους τε καὶ χρυσὸν [7] ἐξασκοῦντες, ὡς φαιδρὰ θύοιτο, καὶ ἐς χάρμν τοῖς θεοῖς, ὅτως ἑαυτὴν στείλασα, καὶ οὐδὲ ἐλεεινὸν βλέπουσα, πηδᾷ ἐς τὸ πῦρ, καλοῦσα, οἶμαι, τὸν ἄνδρα, καὶ γὰρ βοῶσῃ ἔοικε. δοκεῖ δ' ἄν μοι καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποσχεῖν τῷ σκηπτῷ ὑπὲρ τοῦ Καπανέως. οἱ δὲ ἔρωτες, ἑαυτῶν ποιούμενοι [8] τὸ ἔργον, τὴν πυρὰν ἀπὸ τῶν λαμπαδίων ἅπτουσι. καὶ τὸ πῦρ ὅ φασι χραίνειν [9], ἀλλ' ἡδίονί τε καὶ καθαρωτέρῳ χρήσασθαι, θάψαντες αὐτῷ τὰς καλῶς χρησαμένας τῷ ἐρῶν.

tem, exemplo eorum qui ſacrificia coronis auroque diligenter exornant, quo pulcra, Diiſque accepta offerant, ſeipſam exornans, nec miſerabile tuens, in ignem proſilit, virum, vt puto, vocans, eſt enim clamitanti ſimilis. Videtur autem mihi vel caput etiam pro Capaneo fulmini ſubiectura. At Cupidines, quod ſuum eſt facientes, pyram faculis accendunt, nec [ſuos] ignes labem inde contrahere aiunt, verum iucundo magis, magiſque puro eo ſe eſſe vſuros, vt qui eo praeclare vſos amore ſepeliuerint.

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ.

Ἑλλην ἐν βαρβάροις, ἀνὴρ ἐκ ἐν ἀνδράσιν [1], ἀπολωλόσι καὶ τρυφῶσιν, Ἀττικῶς μάλα ἔχων τοῦ τρίβωνος, ἀγορεύει σοφὸν, οἶμαί, τι, μεταποιῶν αὐτὸς, καὶ μεθιστὰς τοῦ θρύπτεσθαι. Μηδοὶ ταῦτα, καὶ Βαβυλῶν μέση· καὶ τὸ σημεῖον τὸ βασίλειον ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης ἀετός [2]· καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου σκιτὸς, οἷον ταὼς [3]. ἐκ ἀξιοῖ ἐπαινεῖσθαι ὁ ζωγράφος, εἰ τιάραν καλῶς μεμίμηται, καὶ καλάσιριν, ἢ κάνδυν [4], ἢ θηρίων τερατώδεις μορφὰς [5], οἷα ποικίλλουσι βάρβαροι. ἀλλ' ἐπαινείσθω μὲν ἐπὶ τῷ χρυσῷ, γράφων αὐτὸν εὐητόριον, καὶ σώζοντα ὃ ἠνάγκασαι καὶ νὴ Δία ἐπὶ τῷ τῶν εὐνούχων εἴδει. καὶ ἡ αὐλὴ χρυσῆ ἔσω· δοκεῖ γὰρ μηδὲ γεγράφθαι, γίγραπται γὰρ οἷα ᾠκοδομῆσθαι. λιβανωτοῦ τε καὶ σμύρνης αἰσθανόμεθα, τὰς γὰρ τῶν ἀέρων ἐλευθερίας ὅτω παραφθείρουσιν οἱ βάρβαροι. καὶ δορυφόρος ἄλλος ἄλλῳ διαλεγέσθω περὶ τοῦ Ἕλληνος, ἐκπληττόμενοι αὐτὸν, κατὰ δή τινα σύνεσιν μεγάλων αὐτοῦ ἔργων.

XXXII. THEMISTOCLES.

εἰπόντος. ἀλλ' ὅγε τῶν θηρευτῶν ὅμιλος, ἡδεῖς μὲν, καὶ σιφροὶ[6], καὶ πνέοντες ἔτι τὸν ἐν τῇ θήρᾳ θυμόν. ἄλλος δὲ ἄλλό τι πράττοντες, διαναπάυσι σφᾶς αὐτούς. οἷον, ὦ θεοὶ, καὶ ἡδὺ τὸ σαφὲς τῆς τέχνης, καὶ ὡς ἔστιν ὁρᾶν τὴν ἑκάστου τύχην. σιβᾶς μὲν αὐτοσχέδιος αὕτη, δικτύων, οἶμαι, ξυγκειμένη, δέχεται τοὺς ἄρχοντας καλὸν εἰπεῖν τῆς θήρας· καὶ πέντε μὲν ὅτοι. ὁρᾷς δὲ τὸν μεσαίτατον αὐτῶν, ὡς διεγείρας ἑαυτὸν, ἔστραπται πρὸς τοὺς ὑπερκατακειμένους, τὸν ἑαυτῷ μοι δοκεῖν, ἆθλον ἀφηγούμενος, καὶ τὸ

III. VENATORES.

At quibus non laudibus prosequaris istos, quos a venatu quidem reducit pictura, eisque limpidum edit potulentae ac pellucidae lymphae fontem? En saltum etiam circa fontem, naturae, vt puto, opus solertis. Sibi enim sufficit ad omnia quae vult, arteque nihil indiget, vt quae ipsarum artium extiterit principium. Quid enim hic deest ipsi ad vmbrae apparatum? Istae profecto labruscae, reptantes per arbores, corymbos commiserunt, sarmentorum aliud alio connectentes. Istaque milax hederaque, & simul & seorsim densum quendam locum, & amoenum magis, quam ars praestare nobis potuisset, exhibent. Luscíniarum chorus, ceterarumque auium musea, scite nobis mellitissimi Sophoclis ista in linguam reuocant,

— — *ala valens*
Philomela ludit intus ore vario

inquientis. Venatorum autem cohors iucunda, & valida est, spirantque adhuc venationis aestum; alius autem aliud quid moliendo, sese ipsos reficiunt. Quanta est, o Dii, quam suauis diluciditas artis! vt licet, quae sit cuiusvis fortuna, discernere! Storea quidem haec extemporalis, e retibus, vt puto, contexta, dicere exorsos, quid pulcre gestum in venatione fuerit, excipit. Suntque eorum quidem quinque. Vides autem medium inter eos, vt erigens se, ad superius accumbentes conuertatur, suum, vt mihi videtur, enarrans certamen;

---

8 *Μαρσύᾳ*] sic rescripsimus pro *Πορσίᾳ* quod erat in editis. Nec dubitare fas est de istius emendationis certitudine. Notum enim est ex mythographis, *Midam*, Phrygiae fluuium, *Marsyae* nomen induisse vel ob sanguinem Marsyae excoriati in eum delapsum, vel ob lacrymas acceptas Nympharum Satyrorumque eum lugentium. vide ante alios Plutarchum libro de fluuiis p 36. edit. Maussaci. Neque vllus fluuius *Porcius* quem sibi hic finxit interpres: nostram emendationem Salmas. quoque probare postea deprehendimus.

9 *Σατύρων ἀγέλην οἷα θρην.*] Ouidius Metam. VI. v. 394.
Illum ruricolae siluarum numina Fauni
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus
Et Nymphae fierunt.

III. ΚΥΝΗΓΕΤΑΙ. 1 *ἄγει ἀπὸ θήρ. γραφὴ*] de hoc loquendi genere vid. ad senior. Philostr. Imagin. l. I. *Mercurii natalib.* n. 4.

2 *αὐτοῖς*] sic omnino cum Grutero & Salmas. rescribendum pro *αὐτῆς*, quod erat in editis.

3 *τόπον*] sic rescribendum putaui pro *τεῦτον*, quod est in vulgatis.

4 *Σοφοκλέους*] locus est in Oedipo Coloneo v. 17.

5 *πυκνόπτεροι*] sic restitui ex Sophocle, nam editi habebant *πυκνότερον*.

6 *σιφροὶ*] vox nostro non infrequens, sic paulo ante occurrebat in *Achille in Scyro*. Editi habebant *σειφροὶ*. quod pro *σευφροὶ* errore positum etiam esse posset. Magis tamen placet *σιφροί*.

men;

men; vtque alteram e feris primus proſtraverit; quae caſſibus e quercubus ſuſpenſis,(ſunt autem ceruus, opinor, & aper,) conſtrictae ſunt. Nunquid enim tibi extolli non videtur, & gaudere facinore? Iſti vero acriter in ipſum narrantem intuentur. Alius eorum, inclinans ſe ſtoreae, paululum requieſcit, ipſe etiam forte facinus delineans aliquod, ſibi patratum in venatione. Quantum vero ad alterum conuiuantium cornu; is, qui medio loco accumbenti proximus eſt, calicem ſemiplenum altera manu tenens, dextera ſupercapite circumacta, Dianam mihi canere videtur. Alius, miniſtrum reſpiciens, ſtrepere iubet pateram. Doctus autem pictor, & ſolertiſſimae eſt manus. Namque omnia diſpicienti ne famulorum quidem praetermiſſum eſt quidquam. Alius enim quidem invento arboris trunco inſidet, eodem habitu, quo in curſu inter venandum vtebatur, ac pera ſibi appenſa coenans. E geminis autem canibus, alter extenſus ante ipſum vorat; alter poſticis pedibus inſiſtens erigit ceruicem, quae ſibi proiiciuntur excipiens. Alius vero igne accenſo, & vaſis, quae ei rei idonea ſunt, impoſitis, cibos copioſe in ea ingerit, admodum ſemetipſum vrgens. Vtris iſte temere proiectus eſt, vt qui volet eo hauriat potum. Ad haec ex duobus ſeruis ſector, vt puto, alter, portiones ſcindentem refert, id curans vt ex aequo diuidat: alter vas ſuſtinet, quod portiones excipiat, monens, puto, vt aequales fiant portiones. Quod ſi in venatione enim id obſeruetur minus, parum cedere ſolent proſpere res.

καταβαλεῖν θάτερον τῶν θηρίων πρῶτος· ἀ δὴ τῶν δρυῶν ἐξήρτηται δικτύοις, ἔλαφος, οἶμαι, καὶ σῦς, ἐγκείμενα. ἢ γὰρ οὐκ ἐπῆρθαί σοι δοκεῖ, καὶ χαίρειν τῷ ἔργῳ; οἷδ' ἀτενὲς μὲν ὁρῶσινἐς αὐτὸν, ἀφηγέμενον· ἄτερος δὲ σφῶν, ἐναποκλίνας ἑαυτὸν τῇ στιβάδι, διαναπάυει πως, καὶ αὐτὸς τάχα ἀναγράφων τι τῆς θήρας οἰκεῖον ἔργον. θάτερον δὲ τῶν ξυσσιτίων κέρας[7], ὁ πρὸς[8] τῷ μεσαιτάτῳ, κύλικος ἡμιδεῆς ἐν θατέρᾳ ταῖν χεροῖν ὕσης, τὴν δεξιὰν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς περιαγαγὼν, τὴν ἀγροτέραν[9] ᾄδειν μοι δοκεῖ. ὁ δὲ, ἐς τὸν διάκονον ὁρῶν, σοβεῖν κελεύει τὴν κύλικα. σοφός τε καὶ ζωγράφος, καὶ ἀκριβὴς τὴν χεῖρα. ἀνασκοπῶντι γὰρ πάντα, παραλέλειπται οὐδὲ τῶν ὀπαόνων οὐδέν. ὅδε[10] μὲν γὰρ τρύφος δένδρου κατειληφὼς κάθηται, ἐνεσκευασμένος, ὡς εἶχεν ἐν τῷ περὶ τὴν θήραν δρόμῳ, καὶ πήρας ἐνημμένης αὐτῷ δειπνῶν· δυοῖν δὲ κυνοῖν, ὁ μὲν ἐκτείνας ἑαυτὸν, πρὸ αὐτῶ ἐσθίει, ὁ δὲ τοῖς ὀπισθίοις ἐνοχλάσας, ἀνέχει τὴν δέρην, ἐνδεχόμενος τὰ ἐς αὐτὸν ἀποῤῥιπτούμενα. ὁ δὲ, πῦρ ἄψας, καὶ ἐνθεὶς τῶν σκευῶν ὅσα πρὸς τοῦτο χρησὰ, τὰ πρὸς τὴν δαῖτα ἄφθονα παρέχει σφίσι, μάλα ἐπισπέρχων ἑαυτὸς αὐτόν. ἀσκός τε ὅτος εἰκῇ ἐῤῥιπται, ποτὸν ἀπαυτλεῖν τῷ βουλομένῳ. δυοῖν τε θεραπόντοιν ὁ μὲν δαιτρὸς, οἶμαι, μοίρας τέμνειν φησὶ, τῆς ἰσαίας ἐπιμελούμενος ἐν τῷ ἀποτέμνειν· ὃδ' ὑπέχει τὸ ὑποδεξόμενον, τὰς μοίρας ἴσας πως ἀπαιτῶν, οἶμαι[11]. τὸ γὰρ ἐν θήρᾳ κατά γε τοῦτο διαλλαττον, ἐς τύχην ὁδέν.

IV. HERCVLES vel ACHELOVS.

Quaeris fortaſſe ſocietas draconi quae ſit, magnus hic qui ſurgit, ſpiram attollens, tergore rubens, barbamque demittens erecta ſub criſta atque ſerrata, toruoque ap-

ΗΡΑΚΛΗΣ Η ΑΧΕΛΩΙΟΣ.

Ζητεῖς ἴσως τίς ἡ κοινωνία δράκοντός τε, ὃς ἐνταῦθα πολὺς ἀνέσηκεν, ἐγείρας τὸν τῶηχυν, κατὰ νῶτα δαφοινὸς, καὶ γένεια καθιεὶς ὑπ' ὀρθῆ καὶ πριονωτῆ τῇ λοφιᾷ, βλέπων τε δεινῶς δεδορκὼς[1],

---

7 *κέρας*] male Morellus mutatum volebat in *μέρος*. Nempe antiqui in *lectis lunatis* accumbebant, quorum dextrum & ſiniſtrum *cornu*. Medium locum *dignissimus* obtinebat, dextrum *cornu* dignitate ei *ſecundi*, qui ſunt *ὑπερανακείμενοι*, quos paulo ante deſcripſit Philoſtratus duos. *Siniſtrum cornu* occupabant dignitate eis cedentes, quos iam depingit idem: nempe *quinque* fuiſſe ait in hoc *συσσιτίῳ*, & primo deſcribit *medium* qui occupauerat *locum*, converſum ad *ὑπερανακειμένους* & cum eis loquentem, quos ipſos ſimul delineat. Inde progreditur ad duorum ceterorum deſcriptionem, qui ſiniſtrum ſigmatis cornu obtinebant: adde Bulenger. de Conuiuiis cap. 32.

8 *ὁ πρὸς*] articulus, qui exciderat in editis, ex coniectura a nobis reſtitutus fuit.

9 *ἀγροτέραν*] male Morellus *agreſtius carmen* vertit. Ἀγροτέρα Diana eſt, Venatorum numen. vide ad Philoſtrati ſenioris Imagines notata lib. I. in Συνθήρευσις n. 16.

10 *ὅδε*] ita ex ſuſpicione reſcripſi. Editio Aldina ἤδιον habebat. Morell. ἴδιον, emendabat idem ἰδὲ. Sed probabiliſſima mihi videtur lectio quam edidi. Gruterus & Salmaſ. λεῖον eſſe debere ſuſpicabantur. Sed neque id commodum videtur ſenſum fundere.

11 *ἀπαιτῶν εἶμας*] vulgati *ἀπαιτεῖν εἶναι*. Meliorem lectionem manus erudita Aldino exemplari alleuerat. Retinere tamen poſſis *ἀπαιτῶν εἶναι* quod & Salmaſio placuit.

IV. ΗΡΑΚΛΗΣ Η ΑΧΕΛΩΙΟΣ. 1 *βλέπων τε δεινῶς δεδορκώς*] Aldino adſcriptum *καὶ* ante *δεινῶς*. Sed puto *βλέπειν* hic eſſe non *videre* ſed *videri*, qui vſus eſt vocis apud Graecos, vt apud Germanos auſſehen. Nempe draco hic *βλέπει*, apparet toruo adſpectu, hoc eſt *δεινῶς δεδορκώς*.

καὶ ἱκανὸς [2] εἰς ἔκπληξιν ἀγαγεῖν· γαύρᾳ τε ἵππῳ, ὃς, ὑπὸ τοσαύτῃ κεραίᾳ γυρώσας τὸν ἀυχένα, καὶ διασκάπλων τὴν ἐν ποσὶ γῆν, ὡς ἐς βολὴν [3] ἵεται· καὶ ἀνδρὸς τέτῳ ἡμίθηρος [4]· βέπρωρα [5] μὲν γὰρ αὐτῷ πρόσωπα, καὶ γενειὰς ἀμφιλαφὴς, πηγαί τε ναμάτων ἐκπλημυρᾶσαι τῷ γενείῳ [6]. τό, τε συνερρυηκὸς, ὡς ἐς θέαν, πλῆθος, καὶ ἡ ἐν μέσοις κόρη [7], νύμφη τὶς, οἶμαι, τέτι γὰρ χρὴ νοεῖν τῷ ἀμφ' αὐτὴν κόσμῳ, καὶ γέρων ἔτος [8] ἐν ἀθύμῳ τῷ εἴδει, νεανίας τε [9] ἐκδυόμενος λεοντῆς, καὶ ῥόπαλον ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων, ἡρωΐνη τε τις αὕτη γρύφνα [10], καὶ πρὸς λόγε [11] τῷ μύθῳ [12] τῆς Ἀρκαδίας, τροφῆς φηγῷ ἐσεμμένη, Καλυδὼν [13] οἶμαι ταῦτα. τίς δὲ ὁ τῆς γραφῆς λόγος; Ἀχελῷος ὁ ποταμὸς, παῖ, Δηϊανείρας, τῆς Οινέως, ἐρῶν, τὸν γάμον σπεύδει, καὶ πείθω μὲν ἅπεσι τῶν δρωμένων. ἄλλος δὲ ἄλλοτε δοκῶν [14], ὑπὸ τοῖς ὁρωμένοις εἴδεσιν ἐκπλήξειν ἡγεῖται τὸν Οινέα. τέτον γὰρ εἶναι γίγνωσκε τὸν ἐν τῇ γραφῇ κατηφῆ δὲ ἐπὶ τῇ παιδὶ Δηϊανείρᾳ, ἀθύμως τὸν μνηστῆρα ὁρώσῃ. γέγραπται γὰρ ἂκ αἰδοῖ τὴν παρειὰν ἐξανθοῦσα, ἀλλὰ περιδεὴς εἶα πείσεται, τῷ παρὰ φύσιν τῆς συζυγίας. ἀλλ' ὁ μὲν γενναῖος Ἡρακλῆς, ὁδὸν πάρεργον [15], φασὶν, ἐκβασίως ὑφίσαται τὸν ἆθλον. καὶ τὰ μὲν ἐν ἀναβολαῖς [17], ταῦ-

parens adſpectu, cum equo generoſo, qui ceruice ſub egregia iuba circunducta, terramque pedibus ſubiectam effodiens, in certamen quaſi ruit: cumque viro item iſto ſemifero; facies enim ei tauriformis, & barba hiſpida, fonteſque lympharum manantes a mento. Turba porro, tanquam ad ſpectaculum quae confluit, quaeque in medio eſt puella, nympha, vti puto, hoc enim ex ornatu eius colligere eſt, & ſenex iſte, moeſta qui eſt facie; tum adoleſcens leoninas exuuias exuens, & clauam manibus tenens, Heroina item iſta tetrica facie, fabulaeque vt conuenit Arcadicae, fago, paſtui inſeruiente, redimita, Calydoniam vt puto produnt. Ecquodnam vero huius picturae argumentum eſt? Achelous fluuius, o puer, Deianiram, Oenei filiam amans, nuptias vrget; at ſucceſſus auſa deſtituit. Alia tamen aliaque indutus ſpecie, formis, quibus apparebat, Oeneum ſeſe territurum putabat: hunc ipſum enim eſſe agnoſce eum, quem in tabula pictum habes, moeſtum ob Deianiram filiam, procum ſuum parum laeto adſpectu dignantem. Picta eſt enim non pudore genis nitorem inducens, ſed timide quae ſit ex monſtroſo illo coniugio perpeſſura expectans. Verum magno animo Hercules, itineris parergon, vt loqui amant, certamen ſubit. Atque haec quidem ad tempus ante pugnam ſpectant.

---

2 ἱκανὸς] ſic malui quam ἱκανῶ cum editis.

3 βολὴν] *ictus* & *plagas* notat. Vnde *certamen* reddidi: ſolent enim equi generoſiores certamine imminente terram pedibus fodere, & hinnire.

4 καὶ ἀνδρὸς τέτε ἡμίθηρος] haec cum praecedentibus ita coniungenda τίς ἡ κοινωνία τῶ δράκοντος, καὶ ἵππε, καὶ ἀνδρὸς ἡμίθηρος. Nempe draconem equum & virum ſemiferum pictura referebat, quae cur ita coniungantur quaerit. Hoc ipſum tamen luculenter poſtea non explicauit. Patet res omnis ex fragmento Sophoclis apud Strabonem lib. X. p. 458. Nempe tribus formis Achelous Deianiram ambiuit, *tauri integri*, *draconis*, & *viri taurino capite*. Sic enim Deianira: l. c.

> Μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμὸς, Ἀχελῷον λίγω,
> Ος μ' ἐν τριτὶ μορφαῖσιν ἐξήτει πατρὸς,
> Φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
> Δράκων ἑλικτός· ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
> Βάπρωπος.

In hoc tantum Philoſtratus abit in diuerſa, quod pro *tauri* integri forma *equinam* ſubſtituat.

5 βέπρωρα] vox Sophoclis: vid. not. praeced. Alias vero etiam fluuios βεπρῶρες fingi notum. Hinc *Auſidus Tauriformis* Horatio dicitur l. IV. Carm. 14. v. 25. & *auratus taurino cornua vultu Eridanus*, vt hic Achelous, Virgilio Georgic. IV. conf. & *Feſtum* & Aelianum Var. Hiſtor. II, 23. & ad eos viris doctis obſeruatam eius rei rationem. adde & Strabon. l. c.

6 ἐκπλημ. τῷ γενείῳ] vt moris eſt pingere fluuios, qualis Achelous.

7 κόρη] Deianiram, cuius nuptias appetebat Achelous, intelligi non dubito.

8 γέρων ἔτος] *Oeneum* intelligit, Calydoniae Regem, *Deianirae*, cuius nuptias Achelous ambiuit, patrem.

9 νεανίας τε] *Herculem* intelligi, ex ſequentibus patet.

10 ἡρωΐνη τις αὕτη γρύφνα] ipſa *Deianira* intelligitur, quod ex iis, quae ſubiunguntur, clariſſimum eſt.

11 πρὸς λόγε] πρὸ λόγε habent editi. In margine emendauerat Morell. πρὸς λόγον. Verum πρὸς λόγε legendum: quod vidit quoque Gruterus & Salmaſius. ſic & inf. in *Meleagro*. τότε εὗρος ὡς πρὸς λόγε τῇ βάσει. Molem apri eſſe dicit *conuenientem* ampliſſimo veſtigiorum ab eo impreſſorum ambitui.

12 τῷ μύθῳ τ. Αρκαδ. τροφῆς φηγῷ ἱσ.] fabula Arcadica eſt, quod homines *glande* olim vixerint. Seque ipſos Arcades, quod antiquiſſimi cuperent videri, βαλανηφάγες appellari volebant, imo & *glande* veſci ſolebant. vide obſervata Rigaltio ad Artemidor. Onirocrit. lib. II. c. 25.

13 Καλυδὼν] editi male Καλυδά. *Calydoniam* autem nymphae forma in tabula repraeſentatam habes, quia ibi, quae tabula refert, inter Herculem & Acheloum geſta ſunt. Moris autem ipſa loca, vel, ſi mauis, locorum *genios* ita in picturis repraeſentari. Sic, ne longe exempla repetam, ipſe noſter ſ. tabulam, *Achillem* in *Scyro*, inter Lycomedeas virgines, repraeſentantem, *Heroinam* exhibere dicit, iunceam comam alentem, quae ipſa ſit *Scyros* inſula. Occurruntque ſimilia exempla in ſenioris quoque Philoſtrati Imaginibus.

14 ἄλλος τε ἄλλοτε δοκῶν] vide paulo ante n. 4.

15 ὁδὸν πάρεργον] ſic *Herculis Parerga* inſcripſit fab. XXXI. Hyginus, qua, quae Hercules patrauit, praeter XII ab Euryſtheo imperata ἆθλα, digeſſit.

16 ἐν ἀναβολαῖς] vide obſeruata de illa phraſi ſ. ad *Achillem* in *Scyro* not. 13.

En

En vero etiam vt congressi iam fuerint. Et quae sub pugnae initium quidem fiunt, Dei intrepidique esse heros iure suspiceris; sub finem tamen fluuius, in cornigerum sese transformans iuuencum, in Herculem impetum facit. Hic autem laeua correpto cornu dextro, alterum cornu claua a temporibus radicitus auellit. Atque inde ille, sanguinis potius quam lymphae scaturigines emittens, fatiscit; Hercules vero, facinore laetus, in Deianiram oculos coniicit. Iamque clauam quidem in terram proiecit, Acheloi vero ei porrigit cornu, arrhae quod sibi loco sit nuptialis.

V. HERCVLES IN CVNIS.

Ludis, o Hercules, ludis, & in cunis iam rides labores. Atque ideo missos a Iunone etiam dracones corripiens, vtraque manu vtrumque, parum quidem matrem attendis, quae mente mota, & tota cohorrescens, in propinquo est. Verum illi quidem, iam dimissi, humi spirarum extendunt volumina, capitaque infantis manibus submittunt, quae dentium etiam partem monstrant: acuti autem illi sunt, & virulenti. Cristae vero ipsis, eo quod moriuntur, sunt flaccescentes, atque oculi nihil cernentes, squamaque non auro amplius nitens, & purpura, neque promotus varietate refulgens, decolor iam, sanguineoque mistum liuidum habens. Alcmenae autem faciem si intuearis, recreari quidem illa a primo stupore videtur: at fidem iis quae videt non habet. Pauor autem eam ne lectum quidem tenere permisit; vides enim vtique vt [prae stupore] ne lacrymam quidem fundens, solaque tunica interiore amicta, e cubili exiliens, incompto capillo, manibus extensis, vociferetur. Famulae autem, quotquot parturienti adfuerant, externatae, alia aliud quiddam inuicem colloquuntur. Isti vero, armis instructi, atque hic, ense nudo paratus, Thebanorum delecti sunt, succurrentes Amphitruoni; ipseque, ad primum nuntium, educto vagina gladio, simul adest, vt auxilium ferat dum ista geruntur. An obstupeat autem gaudeatue, non satis scio. Manus enim adhuc [ad feriendum] parata est. Ocu-

τα· ἰδὼ δὲ καὶ ὡς ξυνεστήκασιν ἤδη. καὶ ὅσα μὲν ἐν ἀρχαῖς τῆς διαμάχης, θεῖ τε καὶ ἀτρέπτῳ ἥρωϊ ὑπονοεῖσθαι[17]. τὸ δ' αὖ τέλος, ὁ μὲν ἐς βάκερον ἀναμορφώσας ἑαυτὸν ὁ ποταμὸς, ἐπὶ τὸν Ηρακλέα ὥρμησεν. ὁ δὲ, τῇ λαιᾷ τὸ δεξιὸ λαβόμενος, κέρας θάτερον τῷ ῥοπάλῳ τῶν κροτάφων ἐκπρυμνίζει[18]. κἀντεῦθεν ὁ μὲν αἵματος ἤδη μᾶλλον ἢ νάματος ἀφίησι κρουνὸς, ἀπαγορεύων. ὁ δὲ Ηρακλῆς, γαννύμενος τῷ ἔργῳ, ἐς τὴν Δηϊάνειραν ὁρᾷ. καὶ τὸ μὲν ῥόπαλον αὐτῷ ἐς γῆν ἔρριπται, προτείνει δὲ αὐτῇ τὸ τοῦ Αχελῴου κέρας οἱ ἔδνον τοῦ γάμου.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΝ ΣΠΑΡΓΑΝΟΙΣ.

Αθύρεις, Ηράκλεις, ἀθύρεις, καὶ γελᾷς ἤδη τὸν ἆθλον, ἐν σπαργάνοις ὤν· καὶ ταῦτα, καὶ τοὺς ἐξ Ηρας δράκοντας, ἑκάτερον ἑκατέρᾳ χειρὶ προλαβών, οὐδὲν ἐπιστρέφῃ τῆς μητρὸς[1], ἔκφρονος παρεστώσης, καὶ περιδεοῦς. ἀλλ' οἱ μὲν ἤδη παρεῖνται, μηκύναντες ἐς γῆν τοὺς ὀλκοὺς, καὶ τὰς κεφαλὰς ὑποκλίναντες ταῖς τοῦ νηπίου χερσὶν, ὑπαφαινούσας τι καὶ τῶν ὀδόντων· κάρχαροι δὲ ἔτοι, καὶ ἰώδεις. λοφιαί τε αὐτοῖς, ὑπὸ τοῦ θανάτου, ἐς θάτερα ἐπικρεμεῖς· καὶ τὰ ὄμματα, ἃ δεδορκότα· ἧτε φολὶς, οὐκ ἐξανθοῦσα χρυσῷ καὶ φοίνικι ἔτι, οὐδὲ πρὸς τὰς κινήσεως τροπὰς ὑπαυγάζουσα, ὑπόχρως, καὶ ἐν τῷ δαφοινῷ πελιδνός. καὶ τὸ τῆς Αλκμήνης εἶδος ἀνασκοποῦντι, ἀναφέρειν μὲν αὐτὸ τῆς πρώτης ἐκπλήξεως δοκεῖ· ἀπιστεῖ δὲ νῦν, οἷς ἤδη ὁρᾷ· ἤδ' ἔκπληξις αὐτὴν οὐδὲ λεχὼ κεῖσθαι ξυνεχώρησεν. ὁρᾷς γάρ που ὡς ἄκλαυστος[2], καὶ μονοχίτων, ἀναποδίσασα τῆς εὐνῆς, ἀτάκτῳ τῇ κόμῃ, τὰς χεῖρας ἐκπετάσασα, βοᾷ. θεράπαιναί τε, ὅσαι παρῆσαν τικτούσῃ, ἐκπλαγεῖσαι ἄλλη ἄλλό τι προσδιαλέγονται τῇ πλησίον. οἱ δὲ ἐν ὅπλοις ἔτοι, καὶ ὁ γυμνῷ τῷ ξίφει ἕτοιμος, οἱ μὲν Θηβαίων ἔκκριτοι, βοηθοῦντες Αμφιτρύωνι. ὅδ', ὑπὸ τὴν πρώτην ἀγγελίαν, σπασάμενος τὸ ξίφος, εἰς ἄμυναν ὁμοῦ ἐπέστη τοῖς δρωμένοις. καὶ οὐκ οἶδ' εἴτε ἐκπέπληγεν, εἴτε χαίρει λοιπόν. ἡ μὲν γὰρ χεὶρ, ἔτ' ἐν τῷ ἑτοίμῳ. ἡ δὲ

17 ὑπονοεῖσθαι] infinitiuus pro imperatiuo Graecis frequens subintellecto δεῖ.

18 ἐκπρυμνίζει] quod cornu inde Amaltheae cessisse, *cornu copiae* appellatum, ex mythographis notum est & poetis.

V. ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΝ ΣΠΑΡΓ. 1 ὑδὲν ἐπιστρέφῃ τῆς μητρὸς] sic paulo post in *Orpheo* de aquila ὑδὲν ἐπιστρεφόμενος τοῦ πτωκός. Exacte haec phrasis Graecis notat, quod Germanis sich an einen kehren.

2 ἄκλαυστος] Gruterus vel Salmas. ἀκάλυπτος *nuda* legendum suspicabantur, suspicionis causa haut dubie quod sequitur μονοχίτων. videturque omnino ea vox praesenti loco commodior.

τῶν ὀφθαλμῶν ἔννοια χαλινὰ τῇ χειρὶ ἐφίησιν, ὠδὲ ἔχοντος ὅ, τι καὶ ἀμύναιτο, καὶ χρησμὸς προμηθείας δεόμενα τὰ παρόντα ὁρῶντος. ταῦτά τοι καὶ ὠδὶ πλησίον ὁ Τειρεσίας, θεσπίζων, οἶμαι, ὁπόσος ὁ νῦν ἐν σπαργάνοις ἔσαι. γέγραπται δὲ ἔνθεος, καὶ μαντικὸν ἐπασθμαίνων. γέγραπται καὶ ἡ νὺξ ἐν εἴδει, ἐν ᾗ ταῦτα, λαμπαδίῳ καταλάμπουσα ἑαυτὴν, ὡς μὴ ἀμάρτυρος τῷ παιδὸς ἆθλος γένηται.

ΟΡΦΕΥΣ.

Ορφέα, τὸν τῆς Μούσης, θέλξαι τῇ μουσικῇ καὶ τὰ μὴ μετέχοντα λόγου λογοποιοὶ φασὶ πάντες· λέγει δὲ καὶ ὁ ζωγράφος. λέων τε ἅμ, καὶ σὺς αὐτῷ πλησίον, ἀκροαταὶ τοῦ Ορφέως, καὶ ἔλαφος, καὶ λαγωὸς, οὐκ ἀποπηδῶν τῆς ὁρμῆς τοῦ λέοντος· καὶ ὅσοις ἐν θήρᾳ δεινὸς ὁ θὴρ, ξυναγελάζονται αὐτῷ, ῥᾳθύμῳ νῦν ῥάθυμοι. σὺ δὲ μηδὲ τοὺς ὄρνιθας ἀργοὺς[3] ἴδῃς, μὴ τοὺς μουσικοὺς μόνον, οἷς ἐνευσομεῖν[4] τοῖς ἄλσεσιν ἔθος, ἀλλ' ὅρα μοι καὶ τὴν κραγέτην κολοιὸν, καὶ τὴν λακέρυζαν αὐτὴν, καὶ τὸν τοῦ Διὸς ἀετόν[5]. ὁ μὲν, ὁποῖος ἅμφω τὼ πτέρυγε ταλαντεύσας, ἐξ ἑαυτοῦ ἀτενὲς ἰὼν τὸν Ορφέα βλέπει, οὐδ' ἐπιστρεφόμενος τοῦ πτωκὸς[6], πλησίον ὄντος· οἱ δὲ[7], ξυγκλείσαντες τὰς γένυς, ὅ ἐστι[8] τοῦ θέλγοντος. λύκοι τε ἔτι, καὶ ἄρνες, ἀναμὶξ καὶ τεθηπότες[9]. νεανιεύεται[10] δέ τι καὶ μεῖζον ὁ ζωγράφος. δένδρα γὰρ ἀναστάσας[11] τῶν ῥιζῶν, ἀκροατὰς ἄγει ταῦτα τῷ Ορφεῖ, καὶ περιίστησιν αὐτῷ. πεύκη τε ἅμ, καὶ κυπάρισσος, καὶ πλάτος, καὶ αἴγειρος αὕτη, καὶ ὅσα ἄλλα δένδρα, ξυμβαλόντα τοὺς πόρθους, οἷον χεῖρας, περὶ τὸν Ορφέα ἔσηκε· καὶ τὸ θέατρον ἅμ αὐτῷ συγκλείουσιν, ἃ δεηθέντα τέχνης[12],

lorum autem illa mens esse videtur, quae fraena manui iniiciat, cum nihil habeat quod vlciscatur, eaque quae geruntur oraculi egere cura animaduertat. Propterea en tibi hic etiam adstantem Tiresiam, vaticinantem opinor, quantus, qui in cunis iam est, sit olim futurus. Pictus autem est, vt qui numine sit afflatus, & fatidico aestu agitatus. Depicta etiam nox est, qua gesta sunt ista, humana forma, seipsam collustrans, ne testibus careat pueri certamen.

VI. ORPHEVS.

Orpheum, Musae filium, musico modulamine etiam rationis expertia demulsisse, omnes fabularum scriptores dicunt: dicit etiam pictor. Quare leo & aper prope eum consistunt, Orpheo auscultantes, & ceruus, & lepus, minime ab audiendi feruore propter leonem praesentem absterritus, imo & quibuscunque in venatu terribilis leo est animalia, vna cum eo, tranquillo tranquille congregantur. Ceterum ne aues quidem superficiarie te inspicere velim, non canoras tantum, quibus concinere in saltibus mos est; verum streperum mihi vide graculum, ipsamque cornicem, & Iouis alitem aquilam. Haec quidem, vtramque quasi librans alam, sponte sua intente Orpheum intuetur, nec lepusculum curae habens prope adstantem: illae vero rostra clausa tenent, quod est demulcentis eos Orphei opus. Lupique isti & agni promiscue stant, atque attoniti. Maius porro quiddam pictor audet; nam arbores a radicibus auellens, Orpheo eas adducit auditores, atque circa eum in orbem sistit. Pinus igitur & cupressus, & alnus, & populus haec, & aliae cuiusuis generis arbores, iunctis ramis, veluti manibus Orpheum ambiunt: ipsique theatrum quoddam circumponunt, nihil arte opus habentes, vt & aues

VI. ΟΡΦΕΥΣ. 1 Ορφεὺς] non dissimilis repraesentatio Orphei est in nummo ab Erizzo primum publicato, alios duos non dissimiles, iuxta cum illo, exhibet ex Roma subterranea excerptos cl. Gronouius Thes. Antiquit. Gr. T. I.

2 ἔλαφος καὶ λαγωὸς] animalium nominat omnium maxime meticulosa, in quibus tamen ferocis maxime, leonis, metum vicerit audiendi studium.

3 ἀργοὺς] Gruter. & Salmas. ἀργοὺς. Sed praeferendum ἀργοῦς putem; vt curiose aues [considerandas esse significetur. cur enim aues hic οὐκ ἀργοὶ dicantur, nulla ratio patet, Orpheo quippe tranquille auscultantes.

4 ἐνευσομεῖν] vox Sophoclea, vide paulo ante in *Venatorib.*

5 τὸν τοῦ Διὸς ἀετὸν] sic Martialis quoque Romae sculpi pingique solitum Orpheum dicit l. X. epigr. 19.

Illic Orphea protinus videbis
Vdi vertice lubricum theatri,
Mirantesque feras, auemque Regis,
Raptum quae Phryga pertulit tonanti.

6 ἐπιστρεφόμ. τοῦ πτωκὸς] vide ad *Herculem in Cunis.* n. 1.

7 οἱ δὲ] respondet τῷ ὁ μὲν quod praecessit: referturque ad κολοιὸν & λακέρυζαν.

8 ὅ ἐστι] optime se habet haec lectio, nec est cur cum Morello mutemus in ὅλοι.

9 καὶ τεθηπ.] sic emendauerat in exempl. Aldino manus erudita pro ἢ τεθηπ. quod erat editum antea: idque sequi non dubitaui.

10 νεανίευται] h. e. iuuenilius audet, iuuenum enim audere, vt senilis prudentiae caute magis & meticulose rem gerere. Vnde Horatius Art. Poet. v. 246. *iuuenari* videtur effinxisse.

Nimirum teneris iuuenentur versibus.

11 ἀναστάσας] de simili loquendi genere vide obseruata ad Sen. Philostr. Imagin. l. I. Mercurii natalib. n. 4.

12 ἃ δεηθέντα τέχνης] refer ad δένδρα, quae non opus habeant arte aliqua disponi, vt theatrum Orpheo praebeant. Ideoque nil opus cum Morello mutare in δεηθὲν τῆς τέχνης.

in ra-

in ramis consideant, & Orpheus in vmbra moduletur. Ipse vero considet, primam emittens lanuginem, per genas defluentem, & tiaram auro fulgentem, in capite, rectam gestans. Oculus porro ipsi mentis aciem prodens, venuste agilis, & diuini quid spirans, mente assidue in philosophia de Diis defixa. Forte nunc etiam aliquid canit; indicatque supercilium quasi eorum, quae canit, mentem, repente aliam speciem induens atque aliam, prout motus animi mutationem subierint. Pedum laeuus quidem terrae innixus citharam sustinet, foemori incumbentem: dexter vero praeit modulando, pulsans pauimentum solea. Manuum autem dextra tenaciter plectrum apprehendens extenditur supra fides, cubito incumbente, & carpo introrsum flexo. Sinistra autem rectis ferit digitis chordas. Verum aduersus te, o Orphee, ferocia exercebitur beluina. Nunc enim beluas demulces quidem, & arbores; Thraciis vero mulierculis discrepans videberis & inficetus. Corpus discerpent tuum, cui tamen canenti ferae etiam benignas aures praebuerunt.

VII. MEDEA IN COLCHIS.

Quaenam est quae saeuam & truculentam super oculos palpebram attollit, supercilio autem cogitationum plenam se prodit, coma venerabilis, oculoque nescio an amorem, an diuinum potius afflatum prae se ferens, vultusque obtutum inconcussum spectandum praebens? Hoc certe Heliadum indicium est: Medeaque, vt puto, hic agnoscenda, Aeetae filia. Iasonis enim classe Phaside subducta, cum vellus aureum persequeretur, Regiamque ingrederetur Aeetae, Amatore hospitis puella accenditur, subitque eam insolita plane cogitatio. Quis vero affectus sit eius, non satis scio. Mente tamen aestuat, animoque est anxia. Habitu autem comparet, non eo quo sacris suis operatur, neque in commercio cum Daemoniis, sed eo quo publice eam conspici fas sit. Iasoni item facies venusta quidem, at non virilis tamen roboris expers. Estque oculus ipsi seuerus, superciliorum regioni subiectus, quae altum spirare, & quicquid aduersum fuerit despicere

ἵν' οἵτε ὄρνιθες ἐπ' αὐτῶν καθέζοιντο, καὶ ἐκεῖνος ὑπὸ σκιᾷ μουσουργοίη. ὁ δὲ κάθηται, ἀρτίχνουν μὲν ἐκβάλλων ἴουλον, ἐπιῤῥέοντα τῇ παρειᾷ, τιάραν [13] δὲ χρυσαυγῆ ἐπὶ κεφαλῆς αἰωρῶν. τό, τε ὄμμα αὐτῷ ξυνιὸν [14], ἁβρότητι ἐνεργὸν, καὶ ἔνθεον, ἀεὶ τῆς γνώμης ἐς θεολογίαν τεινούσης. τάχα δέ τι καὶ νῦν ᾄδει, καὶ ἡ ὀφρὺς οἷον ἀποσημαίνουσα τὸν νοῦν ἀσμάτων, εὐθύς τε αὐτῷ μετανθοῦσα [15] πρὸς τὰς τῶν κινήσεων τροπάς. καὶ τοῖν ποδοῖν ὁ μὲν λαιὸς ἀπερείδων εἰς τὴν γῆν, ἀνέχει τὴν κιθάραν, ὑπὲρ μηροῦ κειμένην· ὁ δεξιὸς δὲ ἀναβάλλεται τὸν ῥυθμὸν, ἐπικροτῶν τοὔδαφος τῷ πεδίλῳ. αἱ χεῖρες δὲ ἡ μὲν δεξιὰ ξυνέχουσα ἀπρὶξ τὸ πλῆκτρον, ἐπιτέταται τοῖς φθόγγοις, ἐγκειμένῳ τῷ ἀγκῶνι, καὶ καρπῷ εἴσω νεύοντι. ἡ λαιὰ δὲ ὀρθοῖς πλήττει τοῖς δακτύλοις τοὺς μίτους. ἀλλ' ἔσται τις ἀλογία κατὰ σοῦ, ὦ Ορφεῦ. καὶ νῦν μὲν θηρία θέλγεις, καὶ δένδρα, Θράτταις δὲ γυναιξὶν ἐκμελὴς δόξεις. καὶ διασπάσονται σῶμα, ᾧ καὶ τὰ θηρία φθεγγομένῳ εὐμενεῖς ἀκοὰς παρέσχε.

ΜΗΔΕΙΑ ΕΝ ΚΟΛΧΟΙΣ.

Τίς ἡ βλόσυρον μὲν ἐπισκύνιον ὑπὲρ ὀφθαλμῶν αἴρουσα, τὴν δὲ ὀφρῦν ἐννοίας μεστὴ, καὶ ἱεροπρεπὴς τὴν κόμην, τό τε ὄμμ' οὐκ οἶδ' εἴτε ἐρωτικὸν ἤδη, εἴτέ τι ἔνθεον ὑποφαίνουσα, αὐτήν τε ἄῤῥηκτον ἐκδεικνῦσα τοῦ προσώπου τὴν θέαν; τουτὶ δὴ τὸ τῶν Ηλιάδων γνώρισμα· Μήδειαν, οἶμαι, χρὴ νοεῖν, τὴν Αἰήτου. ἐνορμισάμενος γὰρ τῷ Φάσιδι ὁ τοῦ Ιάσονος στόλος, ὅτε τὸ χρυσοῦν μετῄει δέρας, καὶ εἰς τὴν τοῦ Αἰήτου παρελθὼν πόλιν, ἐρᾷ ἡ κόρη τοῦ ξένου, λογισμός τε ὕπεισιν αὐτὴν ἀήθης. καὶ ὅ, τι μὲν πέπονθεν, οὐκ οἶδα. ἀτακτεῖ δὲ τὰς ἐννοίας, καὶ τῇ ψυχῇ ἀλύει. ἔσταλται δὲ οὐκ ἐνεργὸς [1] νῦν, οὐδὲ ἐν ξυνουσίᾳ τῶν κρειττόνων [2], ἀλλ' ὡς καὶ πολλοῖς ὁρᾷν [3]. τὸ δὲ τοῦ Ιάσονος εἶδος ἁβρὸν μὲν, οὐ μὴν ἔξω τοῦ ἐῤῥῶσθαι. ὄμμα τε αὐτῷ χαροπὸν μὲν ὑπόκειται τῷ τῆς ὀφρύος ἤθει, φρονούσης τε καὶ παντὸς ὑπεραιρούσης τοῦ ἀντιξόου. ἰούλῳ τε ἤδη βρύει

13 τιάραν] de Orphei tiara vide notata ad vitam Apollon. Tyan. l. I. c. 2. eam iterum Orpheo tribuit noster inf. in *Argo* & *Aeeta*, & Callistratus quoque in *Orpheo*.

14 ξυνιὸν] sic rescripsi pro ξυνὸν quod erat in editis. Gruter. & Salmas. ξύνιον.

15 μετανθοῦσα] Morell. malebat μεταθέουσα.

VII. ΜΗΔΕΙΑ ΕΝ ΚΟΛΧ. 1 ἔσταλται δὲ οὐκ ἐνεργὸς] Magiae & incantamentis Medeam valuisse notum. Cum itaque Philostratus dicit eam οὐκ ἐστάλθαι ἐνεργὸν, puto ad sacrum illum habitum respici, quo induti ἀποῤῥήτα sua peragebant magi. ἐνεργὸν enim dicit quae βιαίᾳ σοφίᾳ valeret, vt alter Philostratus Magiam describit: vid. ad vitam Apollon. lib. I. cap. 3.

2 τῶν κρειττόνων] sic *Deos* cuiusuis ordinis veteribus nominari notissimum.

3 ὁρᾷν] in Aldina manus docta emendauerat ὁρᾶσθαι.

καθέ-

καθέρποντι, καὶ ἡ κόμη ξανθὴ[4] ἐπισαλεύει τῷ μετώπῳ. τὰ δέ γε τῆς στολῆς, λευκὸν χιτῶνα ἔζωται, λεοντῆν ἐξηρτημένος[5], καὶ κρηπῖδα ἐνήπται. ἀκοντίῳ τε ἐπερείσας ἑαυτὸν, ἕστηκε. τό τε ἦθος τῷ προσώπῳ οἷον μήτε ὑπερφρονεῖν, αἰδεῖται γὰρ, μήτε ὑποκεῖσθαι, θαρρεῖ γὰρ τὸν ἆθλον. ἔρως δὲ ἑαυτῷ ποιεῖται ταῦτα, καὶ τῷ τόξῳ ἐπερείσας ἑαυτὸν, ἐναλλὰξ τὼ πόδε ἵησι, τὸ λαμπάδιον ἐς τὴν γῆν τρέψας, ἐπειδὴ ἐν ἀναβολαῖς[6] ἤδη τὰ τῦ ἔρωτος.

ΑΘΥΡΟΝΤΕΣ.

Οἱ ἐν τῇ Διὸς αὐλῇ[1] ἀθύροντες Ερως οἶμαι καὶ Γανυμήδης, εἴ τι χρὴ τὸν μὲν τῇ τιάρᾳ νοεῖν[2], τὸν δ' ἀπὸ τῦ τόξυ καὶ τῶν πτερῶν ἐς ἐπίγνωσιν ἄγειν. ἀθύρεσι μὲν δὴ ἀστραγάλοις ὅτοι. γεγράφαται δὲ ὁ μὲν ὑβρισικῶς ἐπιτωθάζων, καὶ πλήρη τῆς νίκης[4] τὸν κόλπον ἀνασείων. ὁ δὲ δυοῖν ἀστραγάλοιν[5] ἔτι τὸν μὲν καὶ αὐτὸν ἀπολωλεκὼς, τὸν δ' ἐφ' ὁμοίᾳ πρωπέμπων ἐλπίδι. κατηφὴς δὲ αὐτῷ ἡ παρειὰ, καὶ ἡ τῦ ὄμματος ἀκτὶς, καί τοι ἀβρὸς ὄντος, βεβυθισμένον τὸ τῆς ἀνίας[6] ἐπισημαίνει. θεαί τε τρεῖς ἄυται ἑφεστῶσι σφίσιν, αἱ μὲν δὴ ἑφερμηνέυοντος δέονται. Αθηνᾶ τε γὰρ αὐτόθεν ἰδόντι δήλη, τὴν ὁμόγνιον, ποιηταί φασι, πανοπλίαν ἀμπεχομένη, καὶ γλαυκὸν[7] ὑπὸ τῆς κόρυθος ὁρῶσα, ξὺν ἀρρενοπρεπεῖ τε τῷ ἤθει τὴν παρειὰν ἐπιφοινίτ]σασα. ἡδὶ δὲ αὖ τὸ φιλομειδὲς, ὑπὸ τῇ τῦ κεστῦ ἴυγγι[8], καὶ τῷ γράμματι σημαίνει. Ηρων δέ γε τὴν τρί-

videntur. Lanugine porro ſcatet hinc inde reptitante, ſuluaque caeſaries in fronte agitatur. Quantum ad veſtes, candida ſuccinctus eſt tunica, leoninis a tergo ſuſpenſis exuuiis, & crepida ſubligata, haſtilique innixus conſiſtit. Faciei ea eſt indoles, qualis ſit eius qui neque elato eſt animo, (verecundus eſt enim;) neque abiecto, (fidenter enim certamen adit). Cupido autem hoc ſibi negotium vindicat, & reclinis in arcum decuſſatim poſitis inſiſtit pedibus, facula in terram conuerſa; quandoquidem amor nondum eſt conſummatus.

VIII. LVDIBVNDI.

In Iouis atrio qui ludunt Cupido, vt puto, & Ganymedes ſunt; ſiquidem hunc tiara diſcernere fas eſt, illum vero ex arcu & alis agnoſcere. Colludunt igitur aſtragalis quidem. Picti autem ſunt Cupido quidem procaciter alteri illudens, & plenum victoriis ſinum concutiens: Ganymedes vero, duorum ſibi ſuperſtitum aſtragalorum alterum modo amittens, alterum non diſſimili ſpe proiiciens. Ideo moeſta ipſi eſt gena, radiuſque oculi, venuſti licet, profundam tamen triſtitiae noctem ſignificat. Tres autem Deae iſtae prope eos conſiſtunt, quae quidem interpretatione non indigent. Minerua namque ſtatim intuenti agnoſcitur, gentilitia, vt poetae dicunt, armatura inſtructa, & glauco ſub galea tuens oculo, cum indole maſcula genarum ruborem coniungens. Altera vero rurſus riſum ſuauem, qui a ceſti eſt illecebra, etiam in pictura monſtrat. Iunonem denique ter-

---

4 ἡ κόμη ξανθὴ] ſic Medea apud Ouidium ad Iaſonem
Cur mihi plus aequo flaui placuere capilli.

5 ἐξηρτημένος] ſic Aldina. Male Morell. ἐξηρτημένης.

6 ἐν ἀναβολαῖς] vide ſ. in *Hercule* vel *Acheloo* n. 16.

VIII. ΑΘΥΡΟΝΤΕΣ. 1 οἱ ἐν τῇ Διὸς αὐλῇ ἀθύροντες] imago haec delineata eſt ex Apollonio Rhodio l. III. v. 114. ſqq.

2 τὸν μὲν τῇ Τιάρᾳ νοεῖν] nempe Phryx Ganymedes fuit. Phrygium autem capitis integumentum non minus ac Perſicum tiara. Iuuenal. Sat. VI. v. 515.
Plebeia & Phrygia veſtitur bucca tiara.
Hinc in antiquis monimentis paſſim cum *tiara* conſpicitur Ganymedes, vt videre eſt in nummo Ilienſium, aliiſque exhibitis a cl. Gronouio Theſ. An. Graec. T. I.

3 ὑβρισικῶς ἐπιτωθάζων] cur malit Morellus φλυαρισικῶς cauſa non apparet. Sic apud Apollonium l. c. v. 124. ſiſtitur Cupido καγχαλόων *cachinnans* quod male res ſuccedat Ganymedi. Ceterum additum in vulgatis ὁ ἔρως poſt ἐπιτωθάζων quam gloſſam putaui ex margine irrepſiſſe.

4 πλήρη τῆς νίκης τὸν κόλπον] *plenum victoria ſinum*, h. e. *aſtragalis* qui Cupidini, ludo ſuperiori atque vincenti, ceſſerant. Sunt iſta manifeſte Apollonii v. 119. ſq.
Καὶ ῥ' ὁ μὲν ἤδη πάμπαν ἐνίπλεον ᾧ ὑπὸ μαζῷ
Μάργος Ερως λαιῆς ὑποϊσχανε χειρὸς ἀγοστῷ.
Ac abunde iam eorum ſub maxilla ſua
Salax Cupido laeuae manus vola tenebat.

5 ὁ δὲ δυοῖν ἀστραγάλοιν &c.] haec & ſequentia rurſus ſententiam Apollonii diſerte exprimunt, non ſatis dilucide explicatam a Latino Apollinii interprete. Sic enim Apollonius:
— ὁ δ' ἐγγύθεν ἐκλαδὸν ἧστο
Σίγα κατηφιόων, δοιὼ δ' ἔχεν, ἄλλον ἐῢ ἄυτως
Ἀλλῳ ἐπιπρῴσεις· κεχόλωτό δε καγχαλόωντι
Καὶ μὴν τόσσε πρᾶσσον ἐπὶ προτέροισιν ὀλίσσας
Βῆ κενεαῖς σὺν χερσὶν ἀμήχανος —
— *Ganymedes vero ſucciduis inſidebat genibus*
Tacite moerens. Duoſque habebat aſtragalo, alterum adhuc perinde infeliciter
Poſt alterum proiiciens. Cachinnanti vero indignatur Cupidini.
Illiſque etiam facile poſt priores amiſſis,
Manibus vacuis incedit expers conſilii.

6 βεβυθισμ. τ. ἀνίας] ſimile loquendi genus apud Philoſtr. Seniorem obſeruauimus ad l. II. Imagin. *Achille in Scyro* n. 6. Sententia eadem ap. Apollon. vid. not. praec.

7 γλαυκὸν] γλαυκῶπις Αθήνα ſaepiſſime Homero audit. Pallas, vt notiſſimum eſt.

8 ὑπὸ τῇ τῦ κεστῦ ἴυγγι] *ceſtus* Veneris ex Homero notiſſimus, ἴυγγα κεστὸν dicit, quod in eo vis quaedam fuerit pellex, ex conſpiratione ſ. συμπαθεία occultarum virtutum magicarum, vid. de *Iynge* notata ad vitam Apollonii Tyan. l. I. c. 25.

tiam

tiam esse grauitas, & formae maiestas docet. Ecquid sibi vero volunt, & quae conuersationis ipsis est necessitas? Argo quinquaginta vehens Argonautas in Phasidem subducta est, Bosphoro ac Symplegadibus superatis. Cernis autem & fluuium ipsum, in alta arundine tetrico vultu iacentem? Coma enim ipsi densa & erecta est, barba subhorrida, & oculi in caesium colorem vergentes. Repentina autem vis riui non ab vrna (vt fieri assolet) effusa, sed vndique exaestuans, quantus Ponto infundatur docet. Nauigationis porro huius laborem percepisti, opinor, vel a poetis, aureum vellus memorantibus; Argo enim *Pasimelusam*, [hoc est, *omnibus curae habitam*,] Homeri etiam carmina celebrant. Argonautae autem toti quidem in iis sunt prospiciendis, quibus occupantur. Deaeque oratum Cupidinem veniunt, rogantes, vt sibi succurrat ad nautarum conseruationem, Medeam Aeetae filiam aggressus. Officii mercedem mater pilam ipsi proponit, quam in Iouis crepundiis ait fuisse. Viden' etiam artem in pictura? Aurea siquidem pila est, sed futura in ipsa est, quae mente potius percipi quam videri queat; coerulei autem coloris gyros voluit: sique proiiciatur, ex ea emicans quodammodo iubar, vt fulgoribus stellarum simile quid habeat ei conferet. Cupido autem astragalos ne respicit quidem amplius: quin ipsis in humum iactis pendet a matris peplo, vt promissum sibi praestet vrgens; se enim nolle quidem demandato deesse labori.

τὴν εἶναι, τὸ σεμνὸν καὶ βασιλικὸν τῷ εἴδει φησί. τί δὴ βάλονται, καὶ τίς ἡ τῆς ξυνουσίας αὐταῖς ἀνάγκη; ἄγουσα τοὺς πεντήκοντα ἡ Ἀργὼ ἐνώρμισαι τῷ Φάσιδι, Βόσπορόν τε καὶ Συμπληγάδας [9] διελθοῦσα. ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν ποταμὸν αὐτὸν, ἐν βαθεῖ δόνακι κείμενον, ἐν βλοσυρῷ τῷ εἴδει. κόμη τε γὰρ ἀμφιλαφὴς αὐτῷ, καὶ ἀνεσηκυῖα, γενειάς τε ὑποφρίττουσα, καὶ γλαυκιῶντες ὀφθαλμοί· τό τε ἀθρόον τοῦ ῥεύματος, ἐκ ἀπὸ κάλπιδος ἐκχεόμενον, ἥπερ ἂν εἴωθεν, ἀλλ' ἀπὸ παντὸς ἐκπλημμῦρον, ἐννοεῖν δίδωσιν ἡμῖν ὁπόσος ἐπιχεῖται τῷ πόντῳ. τὸν δὲ τῆς ναυτιλίας ἆθλον ἀκούεις, οἶμαι, καὶ ποιητῶν, τὸ χρυσοῦν δέρας λεγόντων· πασιμέλουσάν τε τὴν Ἀργὼ, καὶ Ὁμήρῳ ᾠδαὶ [10] φράζουσιν. ἀλλ' οἱ μὲν τῆς Ἀργοῦς ναυάται ἐν ἐπισκέψει τῶν κατειληφότων, αἱ θεαὶ δὲ ἐς ἱκεσίαν τοῦ ἔρωτος ἥκουσιν, αἰτοῦσαι ξυλλαβεῖν σφίσιν ἐπὶ σωτηρίαν τῶν πλωτήρων, Αἰήτου Μήδειαν μετελθόντα [11]. μισθὸν δὲ οἱ τῆς ὑπουργίας ἡ μήτηρ σφαῖραν προδείκνυσι, Διὸς αὐτὴν ἄθυρμα γεγονέναι λέγουσα. ὁρᾷς καὶ τὴν τέχνην ἐν τῇ γραφῇ; χρυσοῦ [12] μὲν ἄυτη, ῥαφὴ δὲ αὐτῇ, οἷα νοεῖσθαι μᾶλλον ἢ ὁρᾶσθαι, ἕλικας τε κυανοῦ ἐφ' ἑαυτῆς ἑλίττουσα [13]· καὶ ἀναῤῥιφεῖσα τάχα ὡς τὸ ἀποχωροῦν σέλας μαρμαρυγαῖς εἰκάζειν ἀστέρων αὐτῇ δώσει. ὁ δὲ τοὺς μὲν ἀστραγάλους οὐδὲ ὁρᾷ ἔτι. ῥίψας δὲ αὐτοὺς χαμάζε, ἐξήρτηται τοῦ τῆς μητρὸς πέπλου, ἐπαληθεῦσαι τὴν ὑπόσχεσιν αὐτῷ, οὐ γὰρ ἐλλείψειν τὸν ἆθλον.

Sensus est, *aureum pilam* coeruleis gyris, & quasi vorticibus esse distinctam, quas circa se quasi voluat. Ceterum descriptio ista *pilae* tota manifeste est Apollonii. Sic enim ille:

Χρύσεα μὲν οἱ κύκλα τετίνακται, ἀμφὶ δ' ἑκάστῳ
Διπλόαι ἀψῖδες περιηγέες εἰλίσσονται.
Κρυπταὶ δὲ ῥαφαί εἰσιν· ἕλιξ δ' ἀπιδίδρομε πάσαις
Κυανίη. Ἀτὰρ εἴ μιν ἑοῖς ἐνὶ χερσὶ βάλοιο
Ἀσπὶς ὡς φλεγέθοντα δι' ἠέρος ὁλκὸν ἵησιν.
Aurei in ea structi sunt orbes, circa utrumque vero
Geminae commissurae circumductae voluuntur,
Caeruleae vero futurae sunt, per omnes vero gyrus discurrit
Coeruleus. Eam vero si tuis proiicias manibus,
Vt stella lucentem per aera sulcum ducet.

IX. PELOPS.

Qui vectus quadrigis per mediam continentem aurigaturus est erecta tiara, & Lydio

ΠΕΛΟΨ.

Ὁ μὲν ὑπὲρ τέτρωρον δι' ἠπείρου μέσης ἱππεύσειν μέλλων ὑπ' ὀρθῇ τιάρᾳ [1], καὶ Λυδίᾳ σο-

---

9 ξυμπληγάδας] vid. alterum Philostr. Imagin. lib. II. in *Glauco marino* n. 1.

10 Ὁμήρῳ ᾠδαὶ] non dubium mihi visum, ita rescribendum esse pro ᾠδὴν, quod editi habebant. Id quod Morellus non videns, longius petitam & minus aptam emendationem tentauerat. Scribi enim volebat κατὰ τὴν Ὁμήρου ᾠδὴν φράζουσιν. Extat autem locus Homeri, vbi πασιμέλουσαν Ἀργὼ dixit Odyss. M' v. 70.

11 μετελθόντα] vox refertur ad ἵεμαι, quem orant sibi ξυλλαβεῖν, *auxilio esse*, in saluandis Argonautis, μετελθόντα Μήδειαν *aggressum Medeam*, eamque Iasonis amore eis deuinciendo.

12 χρυσοῦ μὲν ἄυτη] sic malim cum Aldina, vt mox ἕλικας τε κυανοῦ, quam cum Morell. χρυσοῦν. Referenda autem haec ad σφαῖραν, pilam, quam describit iam, & cuius nomen proxime antecessit. Morellus, nescio quo fundamento, verterat, *aurea siquidem haec vestis Deae.* Certe non veste induta, sed *nuda* pingi Venus solet: conuenitque descriptio *pilae* illius, quae est apud Apollon. l. c. vid. n. sq.

13 ἑλίττουσα] ita lego pro ἑλίττουσαν, quod in editis erat.

IX. ΠΕΛΟΨ. 1 ὑπ' ὀρθῇ τιάρᾳ] *tiara recta* regiae dignitatis indicium apud Persas, ceteris enim fas eam gestare *inclinatam*, vide collecta Brissonio de Regno Pers. l. I. p. 28. Philostrat. epist. 29. βασιλεῖ μεγάλῳ πορθητῇ τιάραν πέμπειν ait. ὀρθὴ τιάρα inf. in *Argo* & *Aeeta* Orpheo quoque tribuitur.

λῆ[2], Πέλοψ, οἶμαι, θρασὺς ἡνίοχος. καλὸν εἰπεῖν[3]. ἴθυνε γάρ ποτε καὶ διὰ θαλάσσης[4] τυτὶ τὸ ἅρμα, Ποσειδῶνος, οἶμαι, δόντος, ἄκρᾳ τῇ τοῦ τροχοῦ ἀψίδι, ἐπ' ἀδιάντῳ ἄξονι, τὰ τῆς γαλήνης διαθέων νῶτα. ὄμμα δ' αὐτῷ γοργόν. καὶ αὐχὴν ἀνεσηκὼς τὸ τῆς γνώμης ἕτοιμον ἐλέγχει. ἥτε ὀφρὺς ὑπεραίρουσα δηλοῖ καταφρονεῖσθαι τὸν Οινόμαον ὑπὸ τοῦ μειρακίου. φρονεῖ γὰρ τοῖς ἵπποις, ἐπειδὴ ὑψαύχενές τε καὶ πολλοὶ τὸν μυκτῆρα[5], καὶ κοῖλοι τὴν ὀπλὴν[6], τὸ ὄμμα κυάνεοί[7] τε καὶ ἕτοιμοι, χαίτην τε ἀμφιλαφῆ κυανῶν ἀπαιωρῶντες αὐχένων, ὃς δὴ θαλασσίων τρόπος. πλησίον δὲ αὐτῶν Ιπποδάμεια, τὴν μὲν παρειὰν αἰδοῖ γράφουσα, νύμφης δὲ στολὴν ἀμπεχομένη, βλέπουσά τε ὀφθαλμοῖς, οἷοις αἱρεῖσθαι τὸ τοῦ ξένου μᾶλλον. ἐρᾶται γάρ, καὶ τὸν γεννήτορα μυσάττεται, τοιούτοις ἀκροθινίοις[8] φρονοῦντα, ἃ δὴ καὶ ἐρᾷς, κεφαλὰς ταύτας, τῶν προπυλαίων ἀνημμένη ἑκάστη, καὶ σχῆμα δέδωκεν ὁ χρόνος[9] ἴδιον, ὃν ἕκαστος ἀπώλετο σφῶν. τοὺς γὰρ δὴ μνηστῆρας τῆς θυγατρὸς ἥκοντας κτείνων, ἀγάλλεται τοῖς γνωρίσμασι τοῦ φόνου. εἴδωλα δὲ ὑπεριπτάμενα σφῶν ὀλοφύρεται τὸν ἑαυτῶν ἀγῶνα, τῇ τοῦ γάμου ξυμβάσει ἐφυμνοῦντα. ξυμβῆναι γὰρ δὴ ὁ Πέλοψ, ὡς ἐλευθέραν λοιπὸν ἡ παῖς εἴη τοῦ ἀλάστορος. καὶ ὁ Μυρτῖλος[10] δὲ ξυνίστωρ τῆς ξυμβάσεως αὐτοῖν ἐστιν. ὧδ' ἐκ ἄποθεν ὁ Οινόμαος, ἀλλ' ἕτοιμον αὐτῷ τὸ ἅρμα. καὶ τὸ δόρυ ὑπερτέτατάι τοῦ δίφρου[11], καταλαβόντι τὸ μειράκιον κτεῖναι. ὁ δὲ, τῷ πατρὶ θύων, Ἄρει, σπεύδει[12], ἄγγελος ἰδεῖν, καὶ φονῶν τὸ ὄμμα, καὶ τὸν Μυρτῖλον ἐπισπέρχει. ἔρως δὲ κατηφὴς τὸν ἄξονα τοῦ ἅρματος ἐντέμνει, ἑκάτερον διδοὺς ἐννοεῖν, ὅτι τε ἐρῶσα ἡ κόρη, τῷ ἐρῶντι[13] ἐπὶ τὸν πατέρα ξυμβαίνει, καὶ τὰ μέλλοντα περὶ τὴν Πέλοπος οἰκίαν ἐκ μοιρῶν γίνεται[14].

indumento, Pelops, opinor est, audax auriga. Pulcrum ea de re dicere. Nempe aliquando per mare etiam currum istum egit, hoc ei Neptuno indulgente, summa rotae apside, axe non madefacto, tranquilli maris dorsa percurrens. Oculus ipsi acris, & cervix erecta animi promtitudinem arguit: supercilium autem sublatum, Oenomaum ab adolescente contemtim haberi indicat. Nam equis confidit, quia alta ceruice sunt, & ampla nare, & concaua vngula, oculoque nigro, & prompti, profusamque iubam cyaneis attollentes ceruicibus; qui marinorum equorum mos est. Prope eos Hippodamia est, genam pudore suffusa, nymphaeque ornatu amicta, atque iis tuens oculis, quibus se hospitis partes magis amplecti prodat. Amat enim, parentem autem detestatur, qui eiusmodi adoreis sese efferat, quas ante oculos habes; capita, inquam, ista, quae atriis suspensa sunt singula, quibusque tempus propriam notam indidit, quo quisque eorum periit. Nempe aduentantes filiae procos occidens, insignibus caedis laetatur. Manes vero ipsorum superuolitantes lamentantur certamen suum, nuptiarum pactioni congratulantes. Pelopem enim [aiunt,] vt in posterum libera esset puella, ab hoc alastore pactum. Conscius quoque ipsis pacti est Myrtilus. Ipse vero non longe abest Oenomaus; quin expeditus iam illi est currus, & hastile superextensum sellae, vt, si assequatur adolescentem, mortem inferat. Hic vero patri sacra faciens, Marti, festinat, truci aspectu, & oculis caedem minantibus, Myrtilumque vrget. Cupido autem moestus, axem currus incidit; vtrumque docens, & hoc nempe quod amans puella cum amante aduersus patrem conspiret; & quae deinceps fata de Pelopis domo statuant.

---

2 Λυδίᾳ στολῇ] cuius descriptionem supra ap. alterum Philostratum habes l. I. Imagin. *Pelope & Hippodamia.*

3 καλὸν εἰπεῖν] videtur mihi aliquid insoliti habere istud καλὸν εἰπεῖν. Malim ego καλὸς εἰδεῖν, *pulcer aspectu.*

4 καὶ διὰ θαλάσσης &c.] plane geminus huic est alterius Philostrati locus l. I. Imagin. in *Pelope & Hippodamia.*

5 πολλοὶ τὸν μυκτῆρα] in equi generosioris forma corporis *nares apertos* exigit Columella l. VI. c. 29.

6 κοῖλοι τὴν ὁπλὴν] idem Columella equum esse vult *duris vngulis & altis & CONCAVIS rotundisque.*

7 ὄμμα κυάνεοι] Columella l. c. *nigris oculis.* Male hic antea vertebant oculi coerulei. vide de voce κυάνεος ad vitam Apollonii l. III. c.

8 τοιούτοις ἀκροθινίοις] protritorum nempe procorum Hippodamiae capitibus, vt mox sequitur. vid. & supra Philostrat. seniorem de Pelope & Hippodamia.

9 σχῆμα δέδ. ὁ χρόνος] nempe cranium antiquius a recente magis color & alia signa distinguunt.

10 Μυρτῖλος] auriga Oenomai, qui Pelopi dominum prodidit, vt currus Oenomai in ipso certamine, distractus eum effunderet procurans.

11 τὸ δόρυ ὑπερτετ. τοῦ δίφρου] similia inferius legis in *Argo & Aeeta* circa fin.

12 σπεύδει] Morellus in margine legendum putat σπένδει, sed nulla opus mutatione.

13 τῷ ἐρῶντι] lectionem sequor margini Aldini mei adscriptam. Editi habebant τοῦ ἔρωτος.

14 ἐκ μοιρῶν γίνεται] nempe eo, quod Cupido temo-

X. PYRRHVS aut MYSI.

Eurypyli & Neoptolemi res poëtarum celebrat chorus, vtrumque nempe & patrios imitari mores, & manus robore aiunt insignes esse. Hocque etiam ista prodit pictura. Fortuna namque virtutem ex toto terrarum orbe ad vnam ciuitatem conducente, alii quidem non inglorii occumbunt, sed aduersus vulgares animas iactare possunt istud

Infaustis geniti, nostro cum robore certant.

alii fortes viros, fortes ipsi, superant. Atque de aliis quidem multis alia agunt monimenta: iam eos, qui in hac tabula manus conserunt, consideremus. Vrbs quidem ista Ilium est *superciliosum*, vt Homerus vocat. Ambit autem ipsam murus, quem ne Dii quidem manu sua dedignati sunt. Vtrinque nauium est statio, & angustus Hellesponti meatus, Asiam ab Europa diuidens. Campus vero, in medio positus, fluuio Xantho dirimitur, pictusque ille est non spuma fremens, neque qualis in Pelidem exaestuabat: sed cubile ipsi lotus & vlua palustris, & teneri iunci comam [praebent.] Reclinis autē est potius quam stans; & fontibus, vt iam modum adhibeat, pedem opponit, laticibus eum humectans. Placido igitur fluxu decurrit: vtrinque autem exercitus, hinc Mysorum coniunctorum cum Troianis, inde autem Graecorum. Fessi iam esse qui videntur, Troiani sunt, qui vero viribus integri, Eurypyli sunt gregales. Vides autem quod eorum illi quidem in armis desideant, id ipso forte Eurypylo postulante, gaudeantque relaxatione. Mysi vero animo accensi, & impetu lati proruunt. Graecorum copiae eodem in statu sunt, quo Troiani, exceptis Myrmidonibus: hi quippe acres & prompti Pyrrhum stipant. Quantum ad adolescentes autem, pulcritudinis quidem eorum quod indicium faciat nihil est, quandoquidem in armis iam sunt. Proceri tamen sunt valde, atque super ceteros eminent: aetate inter se

ΠΥΡΡΟΣ ἢ ΜΥΣΟΙ.

Τὰ Ευρυπύλε καὶ Νεοπτολέμε [1] ποιητῶν ὑμνεῖ χορὸς, πατρῴζειν τε αὐτὸς [2] ἄμφω, καὶ τὴν χεῖρα εὐδοκίμως κατ' ἰσχὺν εἶναι. φησὶ δὲ καὶ ἡ γραφὴ ταῦτα. ἡ τύχη γὰρ τὴν ἐξ ἁπάσης γῆς ἀρετὴν ἐς μίαν πόλιν συνενεγκοῦσα, οἱ μὲν, οὐκ ἀκλεεῖς οἴχονται, ἀλλ' οἷοι πρὸς πολλὰς,

Δυσήνων δέ τε παῖδες [3], εἰπεῖν, ἐμῷ μένει ἀντιόωσιν.

οἱ δὲ γενναῖοι γενναίων κρατοῦσι. τὰ μὲν δὴ περὶ τῶν ἱκανῶν ἕτερα [4], νυνὶ δὲ περὶ τοὺς ξυνεστῶτας ἡ θέα. πόλις μὲν. αὕτη Ιλιος ὀφρυόεσσα, καθ' Ομηρον [5], περιθεῖ δὲ αὐτὴν τεῖχος, οἷον καὶ θεοὺς μὴ ἀπαξιῶσαι τῆς ἑαυτῶν χειρός. ναύσταθμόν τε ἐπὶ θατέρᾳ, καὶ στενὸς Ελλησπόντου διάῤῥους, Ασίαν Ευρώπης διείργων. τὸν μέσῳ δὲ πεδίον ποταμῷ διαιρεῖται Ξάνθῳ, γέγραπται δὲ, ὑ μορμύρων ἀφρῷ, ὐδ' οἷος ἐπὶ τὸν τοῦ Πηλέως ἐπλήμμυρεν [6], ἀλλ' ἐυνὴ μὲν αὐτῷ, λωτὸς, καὶ θρύον, καὶ ἁπαλοῦ δόνακος κόμαι. κατάκειται δὲ μᾶλλον, ἢ ἀνέσηκε· καὶ τὸν πόδα ἐπέχει ταῖς πηγαῖς, ὑπὲρ ξυμμετρίας νῦν, διυγραίνων αὐτὸν νάμασος [7]. τὸ ῥεῦμα μέτριον, στρατιά τε ἑκατέρωθεν, Μυσῶντε ξυνὸν Τρωσὶ, καὶ Ελλήνων ἑκατέρα. οἱ μὲν κεκμηκότες ἤδη, οἱ Τρῶες, οἱ δὲ ἀκμῆτες, οἱ ξὺν Ευρυπύλῳ. ὁρᾷς δὲ αὐτῶν ὡς οἱ μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις κάθηνται, τάχα πω τοῦτο Ευρυπύλε αἰτήσαντος [8], καὶ χαίρουσι τῇ ἀνακωχῇ· οἱ δὲ ἔκθυμοί τε καὶ ἐξορμῶντες, οἱ Μυσοὶ, ἵενται. τότε τῶν Ελλήνων ἐν ὁμοίᾳ καταστάσει τοῖς Τρωσὶν [9], πλὴν Μυρμιδόνων· ἐνεργοὶ γὰρ, καὶ περὶ τὸν Πύῤῥον ἕτοιμοι. τῷ νεανίᾳ [10] δὲ, κάλλος μὲν ἔνεκεν ἐφερμηνεύσειτ' ἂν ὐδὲν, ἐπειδὴ ἐν ὅπλοις τανῦν. μεγάλοι γε μὴν, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους· ἡλικία τε ἀμφοῖν ἴση· τάς τε τῶν ὀ-

---

nem soluit, θεῖον aliquid esse in casu Oenomai, & fatorum decreto concludit.

X. ΠΥΡΡΟΣ Η ΜΥΣΟΙ. 1 Νεοπτολέμε] qui idem & *Pyrrhus* dicitur, vt notum.

2 πατρῴζειν δὲ αὐτὸς] erat autem Pyrrhi pater Achilles, Eurypyli Telephus.

3 δυσήνων τε παῖδες &c.] versus Homericus Iliad. Z' v. 127. Φ' v. 151.

4 ἕτερα] sensus est: alia monimenta atque imagines aliorum multorum heroum ad Troiam gesta referre.

5 ὀφρυόεσσα καθ' Ομ.] Iliad. X' v. 411.

6 ὐδ' οἷος ἐπὶ τὸν τ. Πηλ. ἐπλ.] vide Philostratum seniorem Imaginum l. I. in *Scamandro*.

7 διυγραίνων αὐτὸν νάματος] pro αὐτὸν in quibusdam codd. αὐτὰ se inuenisse ait Morellus: ipse legendum forte αὐτὰς putat: sed bene habet αὐτὸν, quod ad *pedem* referendum.

8 αἰτήσαντος] suspicio mihi est, legendum esse αἰτήσαντες, vt sensus sit ab Eurypylo Troianos hoc precibus efflagitasse, vt requiescere sibi aliquantum liceat.

9 Τρωσὶν] editi addunt ὄντων, at vel istud omittendum, vel paulo ante τότε.

10 τῷ νεανίᾳ δὲ] sic legendum pro τῷ νεανίᾳ δὲ, quod in editis est, manifeste suadent sequentia. Et vertendum *quantum ad Iuuenes autem*. Eo enim sensu accusatiuo casu passim vtuntur scriptores Graeci, & Philostrati frequentissime. *Intellizit autem Pyrrhum & Eurypylum.*

φθαλμῶν βολὰς ἐνεργοὶ, καὶ ὁ μέλλοντες. ὀργὸν γὰρ τὸ ὄμμα ὑπὸ τῆς κόρυθος ἑκάτῳ, καὶ συναπονεύοντες ταῖς τῶν λόφων κινήσεσι, καὶ ὁ θυμὸς ἐπιπρέπει[11] σφίσι, σιγῇ τε μενέα πνείουσιν ἐοικασι. καὶ τὰ ὅπλα δὲ αὐτῶν πατρῷα· ἀλλ' ὁ μὲν Εὐρύπυλος ἀσήμοις ἔσαλται[12], καὶ παραλλάτῃσι τὴν αὐγὴν ὅπῃ τε καὶ ὅπως κινοῖτο, ὡς ἡ Ἶρις[13]. τῷ Πύῤῥῳ δὲ τὰ ἐξ Ἡφαίστου πάρεσιν· ἐκτὰς ποτ' αὐτῶν Ὀδυσσεὺς, καὶ ἀπευξάμενος τὴν ἑαυτοῦ νίκην[14]. θεωρῶν δέ τις τὰ ὅπλα, λεῖπον εὑρήσει τῶν Ὁμήρου ἐκτυπωμάτων[15] οὐδέν, ἀλλ' ἀκριβὴς ἡ τέχνη δείκνυσι τἀκεῖθεν πάντα. τὸ μὲν γὰρ γῆς τε καὶ θαλάσσης, καὶ οὐρανοῦ σχῆμα, οὐδὲ φράζοντος, οἶμαι, δεήσει τινός. ἡ μὲν γὰρ αὐτόθεν ἰδόντι δήλη, τὴν ἑαυτῆς χρόαν ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ λαβοῦσα· τήνδ' αἱ πόλεις, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, γῆν γράφουσι. καὶ μικρόν γε ὕστερον πόσῃ περὶ ἑκάστων. οὐρανὸς δὲ ὅδε. ὁρᾷς πού τόν τε τοῦ ἡλίου κύκλον, ὡς ἀκάμας ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ πανσελήνου φαιδρόν. ἀλλά μοι δοκεῖς περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἄστρων ποθεῖν ἀκοῦσαι· τὸ γὰρ διαλλάττειν αὐτῶν τὴν αἰτίαν σοι παρέχει τῆς πόσεως. αἰδοῖ μέν σοι πλειάδες σπόρου τε καὶ ἀμητοῦ ξύμβολα, δυόμεναι, ἢ αὖ πάλιν ἐκφανῶς ἔχουσαι, ὡς ἂν καὶ τὰ τῆς ὥρας αὐταῖς ἄγει[16]. ὑάδες δ' ἐπὶ θάτερα. ὁρᾷς καὶ τὸν Ὡρίωνα. τὸν δὲ ἐπ' αὐτῷ μῦθον, καὶ τὴν ἐν ἄστροις αἰτίαν, ἐς ἕτερον ἀναβαλώμεθα, ὦ παῖ, καιρὸν, ὡς ἂν μὴ ἀπάγοιμέν σε τῶν νῦν ἐν πόθῳ. οἱ δ' ἐπ' αὐτῷ ἀστέρες, ἄρκτος, ἢ εἰ ἅμαξαν καλεῖν βούλοιο. φασὶ δὲ αὐτὴν καὶ μόνην οὐ λούεσθαι ἐν Ὠκεανῷ, ἀλλ' αὐτοῦ στρέφεσθαι[17], οἷον φύλακα τοῦ Ὡρίωνος. ἴωμεν δὴ λοιπὸν διὰ γῆς, ἀφέμενοι τῶν ἄνω. καὶ τῶν γε ἐν γῇ κάλλιστον θεώμεθα τὰς πόλεις. ὁρᾷς μὲν δὴ ὡς διηλαί τινες αὗται. ποτέραν ἂν προτέραν ἀφερμηνεύεσθαί σοι βούλει; ἢ τὸ τῶν λαμπάδων φῶς, καὶ τὸ τοῦ ὑμεναίου

parcs, oculorumque radii ſtrenuos eos produnt minimeque cunctantes. Acres enim vtrique ſub caſſide oculi ſunt, & vna cum criſtis agitatis nutantes; decetque ipſos ira, ſuntque robur tacite ſpirantibus ſimiles. Ceterum patriis armis vtuntur: Eurypylus tamen nulla caelatura ornatis indutus procedit, fulgoremque variantibus, prout hinc inde alio alioue motu fuerint conuerſa, iridis ad inſtar. Pyrrho vero Vulcania ſunt arma; Vlyſſes antea illi ceſſerat, ſuam abominatus victoriam. Quod ſi autem iſta propius quis conſideret arma, nihil praetermiſſum reperiet eorum, quae in eis expreſſa dixit Homerus, ſed accurate ex eo ars delineauit omnia. Terrae enim mariſque & coeli repraeſentatio ne quidem, vt ego arbitror, opus interprete habet. Prodit nempe ſe ipſum mare intuentibus, accepto ab artifice proprio colore ſuo: iſtam autem, vrbes & quae in ipſa ſunt, terram eſſe ſignificant. Statim autem de ſingulis quoque audies. Coelum denique eſt iſtud. Cernis ſolis orbem, vtque in eo indefeſſus moueatur, & plenae lunae fulgorem. At de ſingulis ſideribus vt audias, cupere videris: diuerſa enim eorum facies, cauſſam tibi ſciſcitandi praebet. En tibi Pleiades, ſementis indicia atque meſſis, dum occidunt, dumque apparent viciſſim, vt horarum quoque ſecum trahant vices. Hyades altera vides parte. Vides Orionem: fabulam autem eius, & cauſſam, cur inter aſtra ſit, in aliud tempus, o puer, differamus, ne te ab iis abducamus, quae nunc tibi cordi ſunt. Stellae porro ſupra ipſum poſitae, vrſa ſunt, vel plauſtrum, ſi ita nuncupare malis. Aiunt autem ſolam hanc Oceano non lauari, ſed eodem loco gyrare, quaſi cuſtodem Orionis. Agedum porro per terram eamus, coeleſtibus miſſis: & pulcerrimum eorum quae in terra ſunt, vrbes, conſideremus. Vides geminas iſtas. Vtram ergo priorem vis tibi deſcribi? an lampadum lux

pertinens, & ſolea ad talos vſque adſcendens, fulcrum pedum plantis certiſſimum. Chlamydem autem croco tinctam ad ceruicem ſinuans, belluam expectat. Atque ſic quidem habes quae ad Oenidem ſpectant. Peleus autem iſte purpureum pallium promittit, eſtque gladius ipſi a Vulcano fabricatus in manibus, impetum apri excepturo. Oculo eſt immoto, atque acris obtutu, qualem eſſe deceat, qui ne extra patriam quidem certamen in Colchis, cum Iaſone, ſubire vereatur.

ΝΕΣΟΣ.

Μὴ δέδιθι, ὦ παῖ, τὸν Ευηνον ποταμὸν, πολλῷ κυμαίνοντα, καὶ ὑπὲρ τὰς ὄχθας αἰρόμενον, γέγραπται γάρ[1]. ἀλλὰ μᾶλλον τὰ ἐν αὐτῷ διασκεψώμεθα, ὅπη τε καὶ ὅπως ἔχει τὰ τῆς τέχνης. ἢ γὰρ οὐκ ἐπιστρέφει σε πρὸς ἑαυτὸν ὁ θεῖος Ηρακλῆς, ἵστως ἐμβεβηκὼς μέσῳ τῷ ποταμῷ; καὶ γὰρ ἐκλάμπων ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, τὸν σκοπὸν μετρέντων, τόξον τε ἔχων ἐν τῇ λαιᾷ προβεβλημένῃ, ἔτι καὶ τὴν δεξιὰν ἐν τῷ τῆς ἀφέσεως ἔχων σχήματι· ἐς μαζὸν γὰρ αὐτῇ. τί δ' ἂν εἴποις περὶ τῆς νευρᾶς; ἆρ' οὖν οὐκ αἰσθάνεσθαι δοκεῖς ἐπηχούσης τῇ τοῦ ὀιστοῦ ἀφέσει; ποῦ δὲ ἵστος; ὁρᾷς τὸν ὕστατον ἀνασκιρτῶντα κένταυρον; Νέσος δέ οἶμαι ἵστος, διαφυγὼν ἐκ τοῦ Φολόης[2] τὴν Ηράκλειαν μόνος χεῖρα, ὅτ' ἐπιχειρήσαντες ἀδίκως αὐτῷ διέφυγεν ἅδεις, πλὴν ἵστος. οἴχεται δὲ καὶ ἵστος, ἄδικος ἐς αὐτὸν φανείς. πορθμεύοντος γὰρ τοῦ δεομένους τούτου, ἐπισὰς ὁ Ηρακλῆς ξὺν τῇ γυναικὶ Δηϊανείρᾳ, καὶ τῷ παιδὶ Υλλῳ, ἐπειδὴ ἄπορος ὁ ποταμὸς ἐφαίνετο, τὴν γυναῖκα πορθμεῦσαι παρεγγυᾷ, αὐτὸς δὲ, ἐπιβὰς τοῦ δίφρου ξὺν τῷ παιδὶ, ἐχώρει διὰ τοῦ ποταμοῦ. κἀνταῦθα ὁ μὲν, κακῶς ἰδὼν[4] τὴν γυναῖκα, ἀτόποις ἐπετόλμα, τῆς ὄχθης ἐπιβάς. ὁ δὲ βοῆς ἀκούσας ὁ Ηρακλῆς, τοξεύει κατὰ τοῦ Νέσου. γεγράφαται δὲ, ἡ μὲν Δηϊανείρα ἐν τῷ τοῦ κινδύνου σχήματι, καὶ περιδεὴς ἐς τὸν Ηρακλέα τὰς χεῖρας τείνουσα. ὁ δὲ Νέσος, ἅρτι τὸν ὀιστὸν δεξάμενος, καὶ περὶ ἑαυτῷ

XVI. NESSVS.

Noli timere, o puer, Euenum fluuium multum aeſtuantem, ripaſque inundantem: pictus enim eſt tantum. Quin potius ea, quae in ipſo ſunt, expendamus, quouſque & quomodo arte ſint elaborata. Nonne enim ad ſe diuinus Hercules te conuertit, qui ita in medio fluuio veſtigia fixit? Relucet quippe oculis ſcopum metientibus, arcumque laeua tenet protenſa, dextramque praeterea ad iaculandum habet compoſitam: eam enim papillae admotam tenet. Quid vero de neruo dices? nonne audire videris reſonantem ſagitta emiſſa. At ea quo abiit? viden' Centaurorum vltimum ſaltitantem? Neſſus, opinor, hic eſt, qui ex Pholoe fugiens ſolus Herculis manum euitauit, quando iniuſte ipſum aggreſſis Centauris nemo praeter hunc vnicum euaſit. Iamque & hic perit, quod improbe aduerſus eum ſe gerere viſus eſſet. Is enim fluuio traiiciens ea re opus habentes, cum ad eum Hercules cum vxore Deianira, & filio Hylo, veniſſet, eo quod imperuius fluuius videretur, mulierem vt traiiciat Neſſo mandat: ipſe autem, conſcenſo vna cum filio curru, fluuium ſuperauit. Atque tum quidem proterue mulierem intuens Centaurus, parum honeſta tentauit, vbi in ripam exſcendiſſet. Hercules vero, audito clamore, iacula in Neſſum emittit. Picta eſt Deianira quidem periclitantis facie, metuque correpta manus ad Herculem intendentis. Neſſus autem, modo ſagitta perculſus, palpitat, non-

---

14 *κὴ κρηπὶς*] hac parte diſceditur a marmore Sponiano, quod nudipedem repraeſentat Meleagrum.

15 *κροκοβαφῆ*] vide obſeruata ad vitam Apollonii Tyanei l. IV. c. 21. n. 12.

16 *κολπώσας*] non ipſe quidem Meleager, alii tamen chlamyde ſinum facientes in iſta venatione conſpiciuntur in marmore Sponiano.

17 *ἡ παρ' Ηφαίστου*] nota *Pelias* haſta a Pallade polita, a Vulcano cuſpide inſtructa, qua Achilles poſtea vſus apud poetas & mythographos.

18 *ἐκδεξομένῳ*] ſic pro *ἐκδεξομένου* editorum ſcribendum putabam.

ΧVI. ΝΕΣΟΣ. 1 *γέγραπται γὰρ*] non reuera exundat, adeoque nil eſt quod metuas, cum pictus ſit tantum. Sic ſupra in *Pyrrho* ſub fin. *θαλάσσης εἰκὼν ἡ θάλασσα.*

2 *Φολόης*] male editi *Φιλόης*. Notum illud Arcadiae oppidum, a *Pholo* Centauro nomen habens. vide Stephanum.

3 *ἐπιχειρήσαντες*] Morell. malebat *ἐπιχειρήσαντων*.

4 *κακῶς ἰδὼν*] vid. obſeruata ad vitam Apollonii Tyanei l. I. c. 12. n. 2.

dum,

dum, vti videtur, philtro ſuo, quod Herculi dandum aſſeruaret, Deianirae tradito. Puer vero Hyllus currui quidem adhuc inſiſtit, equis ad ſummam currus oram reuinctis, vt pacate ſubſiſtant: manibus vero prae gaudio plaudit, riſu proſecutus, ad quae patranda ipſi vires nondum ſuppetebant.

σφαδάζων, ὅπῳ, δοκεῖν, τὸ ἑαυτῦ φίλτρον[5], ἀπόθετον ἐς Ηρακλέα, τῇ Δηϊανείρᾳ δεδωκώς. τὸ δὲ ϖαιδίον ὁ Υλλος ἐφέϛηκε μὲν τῷ δίφρῳ[6], κατὰ τῆς ἄντυγος δεθέντων, ὥς τε ἀτρεμεῖν τῶν ἵππων· κροτεῖ[7] δὲ ὑφ' ἡδονῆς τὰς χεῖρας, γέλωτι δὲ, ἃ μήπω ἔῤῥωται.

XVII. PHILOCTETES.

Vir iſte exercitu ducendo adhuc occupatus, atque e Meliboea ad Troiam vltores Menelao contra Phrygem adducens, Philoctetes eſt, Poeantis filius, vir vtique ſtrenuus, & ex Herculis alumnis. Colebat enim a teneris Hercules Philoctetem; qua etiam aetate armiger eius fuit: inde & arma poſtea mercedem ab ipſo accepit, pro miniſterio in pyra praeſtito. Ille autem iam quidem facie morbo reſpondente tetricum ſupercilivm deorſum adducens ſuper oculos depreſſos, atque imbecillos, comam autem ſqualore plenam oſtendens, barba item horridus atque rigens, lacerniſque indutus, & talum obuoluens, iſtam, o puer, narrationem ſuppeditat. Achiui Troiam nauigantes, inſuliſque adhaerentes, Chryſae aram indagabant, a Iaſone olim extructam, cum Colchos peteret. Philoctetes autem memor eorum, quae, dum cum Hercule vixerat, fuerant geſta, aram quaerentibus oſtendit, hydra alterum pedum eius veneno inficiente. Atque Achivi quidem Troiam petunt, Philoctetes vero in Lemno heic iacet;

Tabo fluente morbido, ambeſo pede;

vt ait Sophocles.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ο μὲν ἐπὶ τῷ ϛρατηγεῖν ἔτι, καὶ τὰς ἐκ Μελιβοίας ἐπὶ Τροίαν ἀνάγων, τιμωρὸς Μενελάῳ κατὰ τὸ Φρυγὸς, Φιλοκτήτης ὁ τῦ Ποίαντος, γενναῖός ϖε, καὶ ἀναφέρων ἐς τὴν ὑφ' Ηρακλεῖ τροφήν. Θεράπων δὴ γενέσθαι τῷ Ηρακλεῖ ὁ Φιλοκτήτης ἐκ νηπίε, ὅτε καὶ φορεὺς εἶναι οἱ τῶν τόξων, ἃ δὴ καὶ ὕϛερον μισθῷ λαβεῖν ϖαρ' αὐτῦ, τῆς εἰς τὴν ϖυρὰν ὑπεργίας[1]. ὁ δὲ νῦν ἐνταῦθα ξυμπεπρακότι διὰ τὴν νόσον τῷ ϖροσώπῳ ξυννεφῆ ὀφρῦν ἐπὶ τὸ ὀφθαλμὼ ἐφέλκων, κάτω ϖε, καὶ ἐν βάθει ὄντας, καὶ ἀμενηνὸν ὁρῶντας, κόμην τε καὶ ἀυχμῷ ϖλήρη δεικνὺς, καὶ τὴν γενειάδα ὑπανεϛηκὼς καὶ ῥίτ[ι]λων, καὶ ῥάκια αὐτός τε ἀμπισχόμενος, καὶ τὸν ταρσὸν καλύπτων, τοιόν δε, ὦ ϖαῖ, δίδωσι λόγον. ἀναπλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Αχαιοὶ, καὶ ϖροσχόντες ταῖς νήσοις, ἐμαϛεύοντο τὸν τῆς Χρύσης[2] βωμὸν, ὃν Ιάσων ϖοτὲ ἱδρύσατο[3], ὅτε ἐς Κόλχυς ἔπλει. Φιλοκτήτης τε, ἐκ τῆς ξὺν Ηρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς, ἐγχρίψαντος αὐτῷ τῦ ὕδρε τὸν ἰὸν ἐς ϑάτερον τοῖν ϖοδοῖν. οἱ μὲν[4] ἐπὶ Τροίαν οἱ Αχαιοὶ ϛέλλονται. ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διαϐόρῳ, φησὶ Σοφοκλῆς[5], καταϛάζων νόσῳ[6] τὸν ϖόδα.

---

5 φίλτρον] ſic reſtitui pro δίφρον quod erat in editis. Firmat emendationem & explicat Apollodorus lib. II. p. 134. vbi de Neſſo ὁ δὲ μέλλων τελευτᾶν ϖροσκαλεσάμενος (τὴν Δηϊάνειραν) εἶπεν, εἰ ϑέλοι φίλτρον ϖρος Ηρακλέα ἴσχειν, τὸν τε γόνον ὃν ἀφῆκε κατὰ τῆς γῆς, καὶ τὸ ῥυὲν ἐκ τῦ τραύματος τῆς ἀκίδος αἷμα συμμίξαι. ἡ δὲ ϖοιήσασα τᾶτο, ἐφύλαττε ϖαὰ ἑαυτῇ.

6 ἐφίϛ. μὲν τῷ δίφρῳ] editi poſt μὲν lacunae faciunt indicium. Verum nihil deeſſe videtur.

7 κροτεῖ] Gruterus & Salmaſ. ſuſpicantur, legendum eſſe ὀῤῥωδεῖ.

XVII. ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. 1 τῆς εἰς τ. πυρὰν ὑπεργίας] nempe Philoctetes, vt notum, Herculi in rogum ſe coniicienti, vt efficere id poſſit, auxilio fuit.

2 Χρύσης] *promontorii* in Lemno, vbi Iaſon Mineruae aram dedicauerat, non confundendi cum *Chryſa*, vrbe Troica, in qua colebatur Apollo Sminthius, & in cuius templo ante aram occiſus eſt Achilles, vt factum in ara Doſiadae, & a Stephano π. πόλεων, vbi verſu Sophoclis ex *Lemniis* allegato, quo de *Chryſa* Lemni manifeſtum eſt agi, alium ex Αιχμαλωτίσι ſubiungit, quaſi de eadem *Chryſa* agentem, cum tamen eo *Chryſae Cillae* iungatur, perinde atque Iliad. A' Troica iſta duo iunguntur oppida, vt pluribus obſeruauit Salmaſ. ad Doſiadae aram p. 146. ſq. Idem *Chryſam* Lemni non *vrbem* ſed *promontorium* eſſe docet, in quo ſolam aram non templum poſitum a Iaſone probat ex iſtis Sophoclis verſibus, in *Philoctete*:

Σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ ϑείας τύχης
Χρύσης ϖελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ
Σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκήτωρ ὄφις.

Ab hoc promontorio ob aram in eo ſibi a Iaſone dedicatam χρύση Αθηνᾶ dicitur ab auctore argumenti ad Sophoclis Philoctetem, vt eidem viſum Salmaſ. addendis ad commentar. cit. p. 243. quamuis ibi Guilielmus ediderit: ἐν χρύσῃ Αθήνας βωμὸν &c. Mentio eiuſdem in *Chryſa* arae & in altera *ara*, ad quam videri poteſt Salmaſ. p. 138. vide Salmaſ. p. 139. 243. adde Holſtenium ad Stephanum de Vrbib. p. 357.

3 ὃν Ιάσων ποτε ἱδρύσατο] quod Doſiadae quoque inſcriptio arae docet, vbi de hac Chryſae ara: ὃν — σοι τριπάτας ποφυρείᾳ φὼς ἀνίθηκε κριῷ. vid. ad eum locum Salmaſius.

4 οἱ μὲν &c.] haec, cum ſequentibus vſque ad finem, ita repraeſentari in quibuſdam codd. obſeruat Morellus: ὃν δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ λέλειπται διαϐόρῳ φησὶ Σοφοκλῆς, καταϛάζων νόσῳ τὸν πόδα. οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Αχαιοὶ ϛέλλονται.

5 διαϐόρῳ φησὶ Σοφοκλῆς] in Philoctete v. 7.

6 νόσῳ] editi ἰῷ. ſed νόσῳ eſt apud Sophoclem, & ita quoque habet codex Morello viſus vid. not. 4.

ΕΚΦΡΑΣΕΙΣ ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ.
CALLISTRATI DESCRIPTIONES
STATVARVM.

ΕΙΣ ΣΑΤΥΡΟΝ, ΟΣ ΗΝ ΕΝ ΧΩΡΙΩ ΕΝΘΑ ΗΣΚΗΤΟ.

Ἄντρον ἦν τι περὶ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, προσεικασμένον σύριγγι, εἰς ἕλικας αὐτοφυῶς ἐν κύκλῳ περὶ τὰς τῆς γῆς ἐλιτ]όμενον πυθμένας. ὃ γὰρ ἐπ' εὐθείας ἀνοιγόμενον, εἰς εὐθυπόρους αὐλῶνας ἐσχίζετο, ἀλλὰ τὴν ὑπώρειον περιτρέχον καμπὴν, ὑπογείους ἕλικας ἐξέτεινεν, εἰς δυσεύρετον πλάνην ἐκπίπλον. ἵδρυτο δὲ ἐν αὐτῷ Σατύρου τι σχῆμα, τεχνηθὲν ἐκ λίθου. εἱστήκει μὲν ἐπί τινος κρηπίδος, εἰς χωρίον ἐυτρεπίζων τὸ σχῆμα, καὶ τῆς δεξιᾶς βάσεως τὸν ταρσὸν ὄπισθεν ἐξαίρων. μετεχειρίζετο καὶ αὐλὸν, καὶ πρὸς τὴν ἠχὴν πρῶτος ἐξανίστατο· τῇ μὲν γὰρ ἀκοῇ μέλος ἄ προσῆπλεν αὐλοῦντος, ἀδὲ ἦν ὁ αὐλὸς ἔμφωνος, τὸ δὲ τῶν αὐλούντων πάθος διὰ τῆς τέχνης εἰς τὴν πέτραν εἰσῆκτο, οἵδες ἂν ὑπανισαμένας καὶ φλέβας, ὡς ἂν ἔκ τινος γεμιζομένας πνεύματος, καὶ εἰς τὴν ἐπήχησιν τὸ αὐλεῖ τὴν πνοὴν ἐκ στέρνων τὸν Σάτυρον ἀνασπῶντα, καὶ ἐνεργεῖν ἐθέλον τὸ εἴδωλον, καὶ εἰς ἀγωνίαν τὸν λίθον πίπλοντα. εἶναι γὰρ ἔπειθε καὶ πνοῆς ἐξουσίαν ἐν ἑαυτῷ ἔμφυτον, καὶ ἄσθματος ἔνδειξιν, ἐγειρομένην οἴκοθεν ἐκ τῶν ἀμηχάνων πόρων. οὐκ ἦν δὲ ἀβρότητος μετέχον τὸ σῶμα, ἀλλ' ἡ τῶν μελῶν στερρότης τὴν ὥραν ἔκλεπτεν, εἰς ἄρθρων συμμετρίαν ἀνδρικῶν τὴν ἰδέαν τραχύνασα. καλὴ μὲν γὰρ κόρη, χρῶτες μαλθακοὶ, καὶ πρόσφοροι, καὶ μέλη θρυπτόμενα· Σατύρου δὲ αὐχμηρὸν τὸ εἶδος, ὡς ἂν ὀρείου δαίμο-

I. IN SATYRVM EO LOCI STANTEM VBI SE EXERCEBAT.

ANtrum quoddam erat circa Thebas Aegyptias, forma simile syringi, variis flexibus naturae industria in orbem in terrae partibus inferioribus contortum. Non recto enim patens itinere in directos scindebatur meatus, sed submontano decurrens flexu subterraneis circis protendebatur, in labyrinthum desinens, quo se expedire difficile esset. Posita autem in eo erat Satyri species quaedam, e lapide elaborata. Constititque ea in crepidine, elegante pro loci ratione corporis positu, dextrique pedis plantam a tergo extollens. Tibiam quoque manibus apprehensam tenebat, & sonum ante alios omnes ipse admirari videbatur. Equidem enim ad aures non appellebat musicus sonus tibia canentis, neque tibia vocalis erat: sed tamen affectus tibiis canentium arte in lapidem fuerat inductus. Videres venas intumescentes quasi spiritu quodam, &, vt sonoram tibiam redderet, halitum e pectore ducentem Satyrum: & conatum in simulacro agendi, lapidemque in animi contentionem quandam quasi incidentem. Etenim insitam sibi esse spiritus potestatem persuadebat, anhelitusque indicium, surgentis ex admirandis meatibus. Ceterum corpus eius mollitiei particeps minime erat; sed venustatem membrorum aufferebat soliditas, vt masculorum artuum proportionem referret, formam eius exasperans. Venusta enim puella quidem esto, cute molli, & concinna, atque artubus delicatis: Satyro vero squallens est vultus, tanquam monticolae Dei, & in-

---

ΕΚΦΡΑΣΕΙΣ ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ.

1 ἐκφράσεις] simili modo Philostratus Iunior in praef. Imaginum, quae auo suo de imaginibus scripta fuerant γραφικῶν ἔργων ΕΚΦΡΑΣΙΝ vocat. Est autem ἔκφρασις λόγος ἐναργὴς Hesychio. Optimeque in istas Callistrati ἐκφράσεις quadrat descriptio Aphthonii, qui ἔκφρασιν describit λόγον περιηγηματικὸν ὑπ' ὄψιν ἄγοντα ἐναργῶς τὸ δηλούμενον. Licet non ignorem, Aphthonio ἔκφρασιν speciali sensu adpellatum fuisse progymnasma suum, quod *enarrationem* alii, alii *descriptionem* vocent. Ἐκφραστικῆς autem huius τέχνης, vt vocat Eustathius ad Iliad. Σ' p. 1209. exemplum dedit egregium Homerus, in descriptione scuti Achillis, vt Homerus adeo huius non minus partis quam σοφιστικῆς in vniuersum omnis, quod docentem Philostratum audiuimus, parens exstitit. Hinc Eustathius l. c. σημείωσαι ὡς μὴ ἔχων ἐν Ἰλιάδι καίριον τόπον τὴν ΕΚΦΡΑΣΤΙΚΗΝ ἐνδείξασθαι τέχνην, εἰκότως τὴν ἀσπιδοποιΐαν ἄρτι ἐπλάσατο &c. vt paulo post ἐξέφρασε μὲν καὶ ἑτέρωθι ἐν ὀλίγα, καὶ διαπολλῶν τῆς Ἰλιάδος ἔκφρασις διαγελᾷ, ἐν στενῷ δὲ ὅμως. ἐνταῦθα δὲ λεπτῶν ἐκφρασικὸς ἐξήνθηκεν, ἐνδεικνυμένη τὸ ποιητὸν τὴν κατ' αὐτὸν ἐκφρασικὴν δύναμιν. ἧς χάριν καὶ τὸ πλάσμα ὁπλοποιΐας ἐμηχανήσατο. ἰσέον δὲ καὶ ὅτι μὲν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, διὰ τὸ μὴ ἐναγώνιον τὴν ἐκεῖ ὑπόθεσιν εἶναι, πλείας καὶ διόλου γλυκείας κεῖνται ἐκφράσεις, εἰ καὶ μὴ ἄτυπλακτείας.

2 Καλλιστράτου] de eo autore conf. nobis in prolegom. ad Philostratorum Imagines & Callistrati Ecphrases dicta.

I. ΕΙΣ ΣΑΤΥΡΟΝ. 1 πρῶτος ἐξανίστατο] sensus est: pictum Satyrum esse ea facie, vt ipse ante alios omnes, qui audire possent, mirari videatur musicae suae excellentiam: hoc enim est τῶν αὐλούντων πάθος, vt mox Callistratus, quod ipsi maxime cantu suo delectentur, φίλαυτοι.

Bac-

Bacchi gratiam ſaltitantis. Hedera ipſum redimibat, arte non ex pratis fructum decerpente quidem, ſed lapis, victa ſoliditate in ramos diffuſus, percurrebat caeſariem, extremis ſuis coniunctus, ad ceruicales neruos e fronte delabens. Adſtabat porro etiam Pan laetus tibiae cantu, Echoque amplexatus, metuens, vt opinor, ne, ſi tibia modulatum ſonum excitaſſet, Nymphae perſuaderet, vt Satyro reſponderet. Hoc intuiti ſimulacrum, Aethiopicum marmor Memnonis vocale extitiſſe credidimus, quod accedente quidem die eius praeſentia laetatum fuerit, abeunte vero, moerore tactum, quidpiam ingemuerit lugubre, ſolumque e marmoribus voluptatis ac doloris praeſentia directum, mutam indolem ſuam cum dicendi facultate permutauerit, victo ſenſus experte ſtupore.

νος, καὶ Διονύσῳ σκιρτῶντος. κισσὸς δὲ αὐτὸν ἐσεφάνᾳ, ἐκ ἐκ λειμώνων δρεψαμένης τὸν καρπὸν τῆς τέχνης, ἀλλ' ὁ λίθος, ἀπὸ σερῥότητος εἰς κλῶνας χυθεὶς[2], περιέθει τὴν κόμην, εἰς συμβολὴν, ἐπὶ τὰς αὐχενίους τένοντας ἐκ μετώπων προσέρπων. παρεισήκει δὲ καὶ ὁ Πὰν, γανυόμενος τῇ αὐλητικῇ, καὶ ἐναγκαλισάμενος τὴν ἠχώ, ὥσπερ οἶμαι, δεδιὼς, μή τινα φθόγγον ἔμμισον ὁ αὐλὸς κινήσας, ἀντηχεῖν ἀναπείσῃ τῷ Σατύρῳ τὴν νύμφην. τοῦτο θεασάμενοι τὸ εἴδωλον, τὸν Αιθιόπων λίθον ἔμφωνον Μέμνονος[3] ἐπιστεύομεν γενέσθαι, ὃς προσιόσης μὲν τῆς ἡμέρας ἐπὶ ταῖς παρουσίαις ἐφαιδρύνετο, ἀπιόσης δὲ, ἀνίᾳ βαλλόμενος, πένθιμον ἐπέσενε· καὶ μόνος ἐκ λίθων ἡδονῆς καὶ λύπης παρουσίᾳ διοικούμενος, τῆς οἰκείας ἀπέστη κωφότητος[4] εἰς ἐξουσίαν φωνῆς, τὴν ἀναισθησίαν ἐκνικήσας.

II. IN BACCHAE STATVAM: AD DEMOSTHENIS ARTEM TRANSLATIONE FACTA ACCOMMODATVR.

Non poëtarum tantum & oratorum artes animantur, diuinitus in linguas quodam incidente afflatu; verum opificum etiam manus, diuiniorum ſpirituum gratia correptae, enthea, & cum diuino furore quaſi prophetantes conficiunt opera. Scopas enim, velut inſpiratione quadam concitatus, in ſtatuae opificium Dei afflatum tranſmiſit. Cur vero vobis altius diuinum artis furorem non repeto? Bacchae

ΕΙΣ ΤΟ ΒΑΚΧΗΣ ΑΓΑΛΜΑ[1]. ΜΕΤΑΦΩΡΙΚΩΣ ΔΕ ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΤΕΧΝΗΝ ΔΙΕΙΛΕΚΤΑΙ.

Ου ποιητῶν δὲ καὶ λογοποιῶν μόνον πνέονται τέχναι, ἐπὶ τὰς γλώττας ἐκ θεῶν θειασμῷ πεσόντος, ἀλλὰ καὶ τῶν δημιουργῶν αἱ χεῖρες, θειοτέρων πνευμάτων ἐράνοις ληφθεῖσαι, κάτοχα, καὶ μετὰ μανίας, προφητεύουσι τὰ ποιήματα[1]. ὁ γὰρ δὴ Σκόπας[2], ὥσπερ ἔκ τινος ἐπιπνοίας κινηθεὶς, εἰς τὴν τοῦ ἀγάλματος δημιουργίαν τὴν θεοφορίαν ἐφῆκε[3]. τί δὲ ὑμῖν ἐκ ἄνωθεν τὸν ἐνθουσιασμὸν τῆς τέχνης διηγῶμαι; ἣν Βάκχης ἄ-

---

2 ἀλλ' ὁ λίθος ἀπὸ σερῥότητος εἰς κλῶνας χυθεὶς] similis locus inf. in Bacchi ſtatua eſt Κισσὸς δ' αὐτὸν ἔσεφε περιθέων ἐν κύκλῳ. ὡς κισσὸς ἦν ὁ χαλκὸς εἰς κλῶνας καμπτόμενος. Ceterum ſcripſi ἀπὸ σερῥότητος pro ὑπὸ σερῥ. quod erat in editis: vt ſenſus ſit: *ex ſoliditate* h. e. *ſolidus* cum eſſet, *ſoliditate* ſuperata factum hoc eſſe: ſimile eſt, quod in ſequente *Bacchae* ſtatua occurrit: εἶδες ἂν ὅτι καὶ σερεὸς ὢν (ὁ λίθος) εἰς τὴν τοῦ θήλεως εἰκασίαν ἐμαλάττετο. adde non diſſimilia ad ſtatuam *Cupidinis* obſeruata n. 7.

3 τὸν Αιθιόπων λίθον ἔμφωνον Μέμνονος,] editi καὶ τὸν Αιθιόπων λίθον, ἔμφωνον Μέμν. Multa de eo lapide Philoſtratus vita Apollonii Tyan. l. VI. & Calliſtratus inf. in *Memnone*. Nec non Philoſtratus l. I. Imagin. in *Memnone*. Ceterum ſimilem Calliſtrati ἔννοιαν habes inf. N. IV. fin.

4 κωφότητος] editi κωφότητος, vidit Morellus vocem huic loco minus opportunam eſſe, ſuſpicatus proinde legendum eſſe φαυλότητος, vertitque *a propria bilitate abſcedebat*. Verum res ipſa loquitur legendum eſſe κωφότητος, quod Salmaſius quoque animaduertit. Sic inf. in Memnone ἡ μὲν φύσις τὴν λίθον γένεσιν ἄφθογγον παρήγαγε καὶ κωφὴν — αἱ δὲ Αιθιόπων χεῖρες καὶ τὴν ἀφωνίαν ἐξενίκησαν τοῦ λίθου.

II. ΕΙΣ ΤΟ ΒΑΚΧΗΣ ΑΓ. &c. 1 μετὰ μανίας προφητίνυσι τὰ ποιήματα] eleganter vox προφητίνυσι a vatibus, enthuſiaſmo ſuo correptis, ad artifices diuinaj arte aliquid fingentes tranſfertur: hunc ἐνθουσιασμὸν τῆς τίχνης paulo poſt vocat. Eoque ſpectant illa veteris autoris apud Suidam in Ἰάκχος ἰατρὸς, qui καὶ Φειδίαν dicit ὕτω ἐνθουσιῶντα δημιουργεῖν, ὕτω καὶ Ζεῦξιν εἰκάζειν τὰ ἀγάλματα. Hic *impetuoſus Nicophanis animus* eſt apud Plinium H. N. l. XXXIIX. *Impetus* item, vt idem habet, *& quaedam artis libido*.

2 Σκόπας] celebris ſtatuarius, qui olymp. LXXXVII floruit teſte Plinio l. XXXIV. cap. 8. qui multa habet de eo lib. XXXVI. plura de eo collegit doctiſſ. Iunius de pictoribus p. 194. hanc ipſam Baccham Scopae, a Calliſtrato hic deſcriptam, celebrat epigramma vetus Anthol. IV, 3.

Τίς ἄδε; Βάκχα. τίς δέ μιν ξέσε Σκόπας.
Τίς δ' ἐξέμηνε; Βάκχος ἢ Σκέπας; Σκόπας.

quod ita vertebat H. Grotius:

Quis adſtat iſta? Baccha. Quis ſculpſit? Scopas.
Quis entheauit? Bacchus an Scopas? Scopas.

& aliud:

Α Βάκχα Παρία μὲν· ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτης
Τὸν λίθον, ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.
Ω Σκόπα, ὃ θεοποιὸς ἐμήσατο, μήσατο τίχνα
Θαῦμα χιμαιροφόνου, Θυάδα μαινομέναν.

H. Grotius:

Haec Maenas Paria eſt; lapis eſt animatus ab arte,
Exſilit & toto pectore plena Deo.
O Scopa diuino reperit tua dextera caelo
Prodigium inſanum, Thyada caprinecam.

3 τὴν θεοφορίαν ἐφῆκε] hoc eſt quod ἐξέμηνε dicebat epigramma prius: Grotius ἐνθουσιάζων ipſe, poetico impetu *entheauit* vertebat.

γαλμα, ἐκ λίθου Παρίου [4] πεποιημένον, ἀλλαττόμενον πρὸς τὴν ὄντως Βάκχην. ἐν γὰρ τῇ οἰκείᾳ τάξει μένων ὁ λίθος, τὸν ἐν τοῖς λίθοις νόμον ἐκβαίνειν ἐδόκει. τὸ μὲν γὰρ φαινόμενον ὄντως ἦν εἴδωλον, ἡ τέχνη δ' εἰς τὸ ὄντως ὂν ἀπήγαγε τὴν μίμησιν. εἶδες ἂν ὅτι, καὶ στερεὸς ὤν, εἰς τὴν τῆς θήλεος εἰκασίαν ἐμαλάττετο, μορφότητος διορθωμένης τὸ θῆλυ, καὶ εἰς ἕξισαν, ἀμοιρῶν κινήσεως, ἤδη βακχεύεσθαι [5], καὶ τῷ θεῷ εἰσιόντι τὰ ἔνδον ὑπήκει. πρόσωπόν γε μὴν ἰδόντες ὑπὸ ἀφασίας ἔσημεν, ὅτω δὴ καὶ αἰσθήσεως συνείπετο δήλωμα [6], μὴ παρούσης αἰσθήσεως, καὶ Βάκχης ἐκβακχεύων θειασμὸς ἐμηνύετο, θειασμῷ μὴ πλήττοντος. καὶ ὅσα φέρει μανίας οἴστρῶσα ψυχή, τοσαῦτα πάθος διέλαμπε τὰ τεκμήρια ὑπὸ τῆς τέχνης, ἀῤῥήτῳ λόγῳ κραθέντα. ἀνεῖτο δὲ ἡ κόμη ζεφύρῳ σοβεῖν, καὶ εἰς τριχὸς ἄνθησιν λίθος ὑπεσχίζετο. ὃ δὴ καὶ μάλιστα τὸν λογισμὸν ὑπεξίστη, ὅτι καὶ τριχὸς λεπτότητι, λίθος ὢν, ἐπείθετο, πλοκάμων ὑπήκουσε τοῖς μιμήμασι, καὶ τῆς ζωτικῆς ἕξεως γεγυμνωμένος, τὸ ζωτικὸν εἶχεν. ἔφης ἂν ὅτι καὶ αὐξήσεως ἀφορμὰς ἡ τέχνη συνεισήγαγεν· ὅτω καὶ τὸ ὁρώμενον ἄπιστον, καὶ τὸ μὴ πιστὸν ὁρώμενον. ᾗ μὴν ἀλλὰ καὶ χεῖρας ἐνεργὸς ἐπεδείκνυτο. ᾗ γὰρ Βακχικὸν ἐτίνασσε θύρσον, ἀλλά τι σφάγιον ἔφερεν, ὥσπερ ἐυάζουσα, πικροτέρας μανίας σύμβολον. τὸ δὲ ἦν χιμαίρας τὶ πλάσμα, πελιδνὸν τὴν χρόαν. καὶ γὰρ τὸ τεθνηκὸς ὁλίθος ὑπεδύετο, καὶ μίαν ἅπασαν τὴν ὕλην εἰς θανάτου καὶ ζωῆς διῆρε [8] τὴν μίμησιν, τὴν μὲν ἔμπνουν σήσασαν, καὶ οἷον ὀρεγομένην Κιθαιρῶνος, τὴν δὲ ἐκ τῆς Βακχίου θανατωθεῖσαν οἴστρου, καὶ τῶν αἰσθήσεων ἀπομαραίνουσαν τὴν ἀκμήν. ὁ μὲν ἂν Σκόπας, καὶ τὰς ἀψύχους εἰδωλοποιῶν γενέσεις [9], δημιουργὸς ἀληθείας ἦν,

statua fuit ex marmore Pario efficta, & plane mutata in Baccham veram. Namque naturam ſuam retinens lapis, leges lapidum plane tranſgrediebatur. Etenim quod oculis patebat, reapſe quidem ſimulacrum erat: ars autem imitatione eouſque proceſſerat, vt res ipſa ſiſti videretur. Videres vtique ſolidum quod eſſet [marmor] in feminae effigiem emollitum, (truculentia femineam indolem erigente,) motuſque cum expers ſit, iam ad bacchandi tamen facultatem adductum: Deoque ingreſſo interiora ſubſonabant. Vultum certe intuiti, prae ſtupore conſtitimus: vſque adeo ſenſus etiam argumentum praeſto erat, vbi ſenſus nullus, ac diuinus Bacchae furor ſe exerebat, cum tamen Bacchicus furor nullus terreret. Quantumque fert animus, furoris oeſtro percitus, tantundem indiciorum illius affectus, arte id praeſtante, relucebat, ineffabili modo temperatorum. Coma ſoluta Fauonio agitanda permittebatur, atque in capilli florem marmor ſcindebatur. Quodque maxime mentem admiratione percellebat hoc erat, quod capillitii etiam tenuitati merus lapis obtemperaret, cincinnorumque imitationibus pareret: & vitali deſtitutus facultate, vitalem tamen vim haberet. Dicas etiam ſuperantem naturam conatum artem ad hoc opus attuliſſe: adeo & quod conſpicitur incredibile eſt, & quod credibile non eſt tamen ſpectatur! Verum enim vero manus etiam in agendo conſtitutas oſtendebat. Non Bacchicum enim quidem quaſſabat thyrſum, ſed mactatum animal ferebat, tanquam euans, inſaniae acerbioris ſignum. Erat autem illud capellae ſimulacrum liuidi coloris. Etenim ſaxum cadaueris quoque induerat ſpeciem, vnamque & eandem materiam in mortis & vitae imitationem diuiſerat; dum Baccham quidem animatam ſiſteret, & Cithaeronis quaſi appetentem: capellam vero Bacchico interemptam furore, & ſenſuum vigore marcentem. Itaque Scopas, rebus inanimatis ſpeciem induens, opifex extitit veri-

4 ἐκ λίθου Παρίου] hinc A Βάκχα Παρία μὲν dicitur epigrammatis alterius initio.

5 καὶ εἰς ἕξισαν ἀμοιρῶν κινήσ. ἤδη βακχεύ.] pro βακχεύεσθαι Gruterus & Salmaſ. ἐβακχίνετο vel βακχίνεται legendum cenſent. Verum mihi conſtructio totius ῥήσεως iſta eſſe videtur: εἶδες ἂν ὅτι, καὶ στερεὸς ὤν, ἐμαλάττετο εἰς τὴν τῆς θήλεος (μορφότητος διορθωμένης τὸ θῆλυ) εἰκασίαν, καὶ ἀμοιρῶν κινήσεως, εἰς ἕξισαν ἤδη βακχίνεσθαι, sc. ἐμαλάττετο. Ceterum phraſis non diſſimilis in praec. ſtatua: εἰκείας ἀφίσι κωφότητος εἰς ἕξισαν φωνῆς. & in ſtatua Athamantis ὁ κηρὸς πρὸς τῆς θαλάττης ἕξισαν ἐξαλλαττόμενος.

6 ὅτω δὴ καὶ αἰσθήσ. συνείπ. δήλωμα &c.] παραλογολογία haec eſt, quales amat noſter. Nempe hoc ſibi vult: obſtupuiſſe intuentes Bacchae huius faciem, ſtuporem autem argumentum eſſe perterrefacientis: hoc ipſum porro quod terrere poſſit ſenſum arguere, ſenſuſque adeo hic eſſe argumentum, cum nullus tamen ſenſus in ſtatua hac Bacchae ſit. Porro μηνύεσθαι θειασμὸν h. e. Bacchicum furorem ſe exerere, atque hominum mentibus obuerſari, θειασμῷ μὴ πλήττοντος, cum reuera *furor* bacchicus hic nullus ſit, qui perſcellat mentes ſpectantium.

7 χιμαίρας] hinc χιμαιροφόνος in paulo ante allegato dicebatur epigr.

8 διῆρε] bene, ante ſcriptum διῆρα, vel διῆρατο, vt obſeruat Morell. in marg. Nempe finxit Calliſtratus in marmor incidiſſe artificem aliqua parte liuidum, quam partem ille cate in effingendam capellae mortuae imaginem verterit.

9 τὰς ἀψύχους εἰδωλοποιῶν γενέσεις] ἄψυχοι γενέσεις ſunt ἄψυχα γενήματα *res inanimatae*, opponuntur enim τοῖς

tatis

tatis: & in materiae ſubſtantia res ſtupendas exhibuit. Demoſthenes vero, ſimulacra oratione effingens, propemodum ipſius orationis ſpeciem ſenſibus ſubiecit, mentis animique conceptibus artis pharmaca admiſcens. E veſtigio agnoſcetis autem quod minime careat motu [diuino], cui ortum debet, ſpectatum propoſita ſtatua iſta: verum ſimul & magnum quid ſpirat, & charactere proprium parentem tuetur.

καὶ τοῖς σώμασι τῆς ὕλης ἀπετυπῶτο τὰ θαύματα. ὁ δὲ τὰ ἐν λόγῳ διαπλάττων Δημοσθένης ἀγάλματα, μικρῷ καὶ λόγων ἔδειξεν εἶδος αἰσθητὸν, τοῖς νῷ καὶ φρονήσεως γεννήμασι συγκεραννὺς τὰ τῆς τέχνης φάρμακα. καὶ γνώσεσθε δὲ αὐτίκα, ὡς ἀδὲ τῆς οἴκοθεν κινήσεως ἐξέρηται[10] τὸ εἰς θεωρίαν προκείμενον ἄγαλμα, ἀλλὰ καὶ ὁμῶ δεσπόζει, καὶ ἐν τῷ χαρακτῆρι σώζει τὸν οἰκεῖον γεννήτορα[11].

III. IN STATVAM CVPIDINIS.

A Baccha ad Cupidinem: alteriuſque artis ſacrae interpretem oratio agere geſtit; nefas quippe mihi ſacros non vocare artis foetus quae ſint. Cupido erat Praxitelis opus: ipſe quidem Cupido, puer, floridus, tener, alis praeditus, & arcu. Aere autem forma eius expreſſa erat: quod ipſum, Cupidinem quippe referens, dominatorem Deum & magnum, eius dominio obnoxium eſt factum: is enim non patitur aes illud eſſe omnino, ſed quicquid eius fuit, in Cupidinem erat conuerſum. Videas aes mollitie diffluens, & modo mirabili prorſus carnis teneritudine luxurians; atque, vt paucis abſoluam, materiam parem iis, quibus opus hic ſit, perficiendis. Mollis quidem erat, maieſtatis expers, aerique competentem colorem habens, & venuſtate conſpicuus, motuque deſtitu-

ΕΙΣ ΤΟ ΤΟΥ ΕΡΩΤΟΣ ΑΓΑΛΜΑ.

Ἀπὸ δὲ τῆς Βάκχης πρὸς ἔρωτα[1]· καὶ ἑτέρας ἱερᾶς[2] τέχνης οἱ λόγοι προφητεῦσαι[3] βάλονται. ἐ γάρ μοι θεμιτὸν μὴ καλεῖν ἱερὰ τέχνης γεννήματα· Ερως ἦν, Πραξιτέλους τέχνημα, ὁ Ερως αὐτὸς, παῖς ἀνθηρὸς, καὶ νέος, πτέρυγας ἔχων, καὶ τόξα. χαλκὸς[4] δὲ αὐτὸν ἐτύπα, καὶ ὡς ἂν ἔρωτα τυπῶν, τύραννον θεὸν καὶ μέγαν, καὶ αὐτὸς ἐδυναστεύετο[5]. ἐ γὰρ ἠνείχετο χαλκοῦς εἶναι τὰ πάντα, ἀλλ' ὅσον ἦν Ερως ἐγίνετο[6]· εἶδες ἄν τὸν χαλκὸν θρυπτόμενον, καὶ εἰς ὑσαρκίαν ἀμηχάνως χλιδῶντα· καὶ, ὡς βραχέως εἰπεῖν, τὰ ἀναγκαῖα πληροῦν ἑαυτῇ[7] τὴν ὕλην ἀρκοῦσαν. ὑγρὸς[8] μὲν ἦν, ἀμοιρῶν μεγαλειότητος, χαλκῷ δὲ ἔχων συνῳδὸν τὴν χροΐαν, εὐανθὴς ἑωρᾶτο, τῶν δὲ κινήσεως ἔργων ἐ-

---

νοῦ καὶ φρονήσεως γεννήμασι per quae *animi conceptus* intelliguntur. Ita nempe Scopam cum Demoſthene contendit, vt illum in *rebus inanimatis* exprimere tamen *ſenſum* & *motum*, quales animi ſint, potuiſſe: Demoſthenem in *conceptibus* & *verbis* res ipſas quaſi ob oculos ponere, atque ſenſibus obiicere valuiſſe, dicat.

10 ὡς ἀδὲ τ. οἴκοθεν κινήσεως ἐξέρηται &c.] ἡ οἴκοθεν κίνησις, qua non carere ait hanc ſtatuam, enthuſiaſmus artificis eſt, quo ille actus, vt ſub initium huius imaginis dictum, eam delineauit: cuiuſque veſtigia iam in ipſa hac tabula ait comparere.

11 τὸν οἰκ. γεννήτ.] Scopam ſtatuarium intelligit, a quo effictam ſe probet haec ſtatua, indolem operum eius vndiquaque ſpirans.

Εις τὸ τῦ ΕΡΩΤΟΣ ἄγαλμα. 1 ἀπὸ δὲ τῆς Βάκχης πρὸς ἔρωτα] haec verba in prioribus editionibus coronidem imponebant ἐκφράσεως ſtatuae *Bacchae*: indeque ſuccedebat ſtatuae *Indi* ἔκφρασις. Nec patebat, quem ſenſum habere poſſet iſta ἐκφράσεως *Bacchae* clauſula. Nobis itaque ſuboluit, in ordine harum ſtatuarum aliquid perturbationis admiſſum fuiſſe, ſuccedereque debere, vt ſuccedit in hac editione noſtra, ſtatuam *Cupidinis* ſtatuae *Bacchae*. Firmat id exordium ἐκφράσεως ſtatuae *Cupidinis* καὶ ἑτέρας ἱερᾶς τέχνης οἱ λόγοι προφητεῦσαι βάλονται, quod melius quadrabit immediate poſt Bacchae ſtatuam, in qua *diuiniſſima* Scopae ars & ἐνθουσιασμὸς fuerat celebratus. Hoc vero obſeruato non difficile erat coniicere, verbis iſtis Calliſtratum tranſitionem facere a ſtatua *Bacchae* ad ſtatuam *Cupidinis*: maxime cum verba, a quibus ἔκφρασιν ſtatuae *Cupidinis* auſpicabantur editiones vulgatae, ſatis apte cum iſtis cohaererent, cum quibus proinde ea coniungenda duximus. Originem vero erroris ex eo habere potuit, quod litteris miniatis margini adſcribi ſolerent hi tituli. Facile igitur fieri potuit, vt titulum ſtatuae *Cupidinis* interſererent loco alieno, qui tales codices ſequerentur, atque ſic paucula illa verba ἐκφράσεως ſtatuae *Bacchae* relinquerent, quae ad ſtatuam *Cupidinis* referenda erant. Ceterum codices vulgati pro eo quod nos legimus πρὸς ἔρωτα, habebant τὸν ἔρωτα. Alterum Praxitelis *Cupidinem* paulo poſt habes.

2 ἑτέρας ἱερᾶς] Gruterus & Salmaſ. ἑτέρα ἱερὰ habent, quod commodum ſenſum praebet nullum.

3 προφητεῦσαι] προφῆται ſunt, qui Deorum mentem explicant: ſtatuariam itaque artem tanquam aliquid diuini habentem ſiſtens, ei προφητεῦσαι dicit orationem, quae eius *mentem* quaſi & *animum*, in ſtatuis expreſſum, indicat.

4 χαλκὸς] marmore tamen felicior, imo & clarior fuit Praxiteles, vt Plinius l. XXXIV. c. 8. teſtatur. Qui etiam l. XXXV. c. 11. duos eius Cupidines memorat, ſed quorum vtrumque marmoreum fuiſſe conſtat ex Ciceronis lib. IV. in Verrem, ad quem locum ipſe prouocat Plinius. Alium Cupidinem aereum eiuſdem Praxitelis in arce Athenienſi inf. a noſtro delineatum habemus.

5 καὶ ὡς ἂν ἔρωτα τυπῶν — καὶ αὐτὸς ἐδυναστέυετο] plane geminus locus infra eſt in ſtatua Aeſculapii. τῷ νόμῳ τῆς τέχνης μὴ πειθομένης τῆς ὕλης, ἀλλὰ νικώσης ὅτι σχηματίζει θεὸν καὶ δεῖ δυνασεύειν.

6 ἔρως ἐγίνετο] ſic paulo poſt in ſtatua *Narciſſi* ὁ μὲν γὰρ λίθος ὅλη πρὸς ἐκεῖνον μετηλλάττετο, τὸ δ' ἔντος παῖδα &c.

7 ἑαυτῇ] aſſentio Morello, omnino legendum putanti ἑαυτῇ pro ἑαυτὴν, quod antea editum fuerat, ipſeque etiam in textu retinuerat.

8 ὑγρὸς] ſic in Narciſſi ſtatua commendatur ὁ λίθος εἰς ὑγρότητα κεχαλασμένος, ſimilia habes ſtatua *Bacchi* init.

σερημένος, ἕτοιμος ἦν δεῖξαι κίνησιν. εἰς μὲν γὰρ ἕδραν σάσιμον ἵδρυτο, ἡπάτα δὲ, ὡς καὶ τῆς μετεώρου κυκλεύων φορᾶς[9]. ἐγαυρᾶτο δὲ εἰς γέλωτα, ἔμπυρόν τι, καὶ μείλιχον, ἐξ ὀμμάτων διαυγάζων. καὶ ἦν ἰδεῖν ὑπακούοντα τῷ πάθει τὸν χαλκὸν[10], καὶ δεχόμενον εὐκόλως τὴν γέλωτος μίμησιν. ἵδρυτο δὲ, εἰς μὲν τὴν κορυφὴν τὸν δεξιὸν ἐπικάμπτων καρπὸν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ μετεωρίζων τὸ τόξον, καὶ τὴν τῆς βάσεως ἰσορροπίαν ἐπικλίνων ἐπὶ τὰ λαιά. τὴν γὰρ τῆς ἀριστερᾶς λαγόνος ἔκτασιν ἀνίσῃ, πρὸς τὴν εὐμαρότητα τῆ χαλκῆ τὸ στεγανὸν ἐκκλάσας[11]. πλόκαμοι δὲ αὐτῆ τὴν κεφαλὴν ἐσκίαζον ἀνθηροὶ καὶ ἔνυγλοι, νεοτήσιον ὑπολάμποντες ἄνθος. καὶ ἦν θαυμαστὸς οἷος ὁ χαλκός. ἰδόντι μὲν γὰρ ἔρευθος ἀπέστιλβεν[12], ἐξ ἄκρων βοστρύχων αἰρόμενον. ἁψαμένῳ δὲ ἡ θρὶξ ὑπεξανίστατο[13], μαλθακιζομένη πρὸς τὴν αἴσθησιν. ἐμοὶ δὴ, θεασαμένῳ τὴν τέχνην, ἐπῆλθε πιστεύειν ὅτι καὶ χορὸν ἤσκησε κινούμενον Δαίδαλος[14], καὶ χρόα παρεῖχεν αἰσθήσεις[15]. ὅπως Πραξιτέλης εἰς τὴν εἰκόνα ἔρωτος ἐνέθηκε μικρῷ καὶ νοήματα, καὶ πτέρυγι τὸν ἀέρα τέμνειν ἐμηχανήσατο.

tus, ad motus tamen edendam ſpeciem erat compoſitus. In firma enim quidem erat collocatus ſede, attamen oculis imponebat, quaſi & motus per aerem facultatem haberet. Exultabat autem riſu, igneos quoſdam & manſuetos oculis radios vibrans. Eratque videre aes affectui obſequi, & riſus imitationem facile admittere. Ita vero poſitus erat, vt ad verticem dextrum inflecteret brachium, altera autem manu arcum eleuaret, & ab inceſſus aequilibrio ad laeuam declinaret. Etenim ſiniſtri lumbi id quod prominet extollebat, aeris rigorem ita frangens vt facile inflecti videretur. Cincinni vero caput eius obumbrabant venuſti, & criſpi, iuuenili ſublucentes nitore. Eratque admirabile prorſus aes: intuenti enim rubor inde refulgebat, ab extremis cincinnis emicans. Contrectanti autem capillus ſurrigebat, molliter ſenſum afficiens. Mihi igitur, dum artem contemplarer, ſubierat animum credere, quod chorum etiam in motu conſtitutum elaborauerit Daedalus, & quod color ſenſum praebuerit: quandoquidem Praxiteles Cupidinis imagini ipſos pene ſenſus indidiſſet, & vt ala aerem ſecaret arte effeciſſet.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΟΥ ΙΝΔΟΥ ΑΓΑΛΜΑ.

Παρὰ κρήνην Ινδὸς εἰστήκει, ἀνάθημα ταῖς Νύμφαις ἱδρυθείς. ἦν δὲ ὁ Ινδὸς λίθος μελαινόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἐκ φύσεως τῆ γένυς αὐτομολῶν χροιάν. εἶχε δὲ εὐθαλῆ μὲν καὶ ἄλην τὴν χαίτην, ἐκ ἀκράτῳ τῷ μέλανι λάμπουσαν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἄκρων πρὸς κόχλε Τυρίας ἄνθος ἐρίζουσαν. οἷον γὰρ ἐυπαθῆσα, καὶ νοτιζομένη ταῖς προσοίκοις νύμφαις ἡ θρὶξ, ἐκ ριζῶν ἀνιοῦσα μελάντερος, πρὸς τοῖς ἄκροις ἐπόρφυρεν[1]. ὀφθαλμοί γε μὴν ἐ συνῆδον τῷ λίθῳ. κατὰ

IV. IN INDI STATVAM.

Indus iuxta fontem conſiſtebat, Nymphis donarium vt eſſet, poſitus. Eratque Indus marmor nigricans, & ad colorem, gentis illius indoli conuenientem [quaſi] transfuga. Habebat autem bene florentem criſpumque capillum; non puto colore nigro lucentem, verum parte extrema cum florido Tyriae conchae colore certantem. Nam delinitus veluti & madefactus vicinis lymphis capillus, e radicibus exurgens nigrior, verſus extrema in purpureum colorem declinabat. Oculi quidem parum conueniebant marmori. Circa

9 ὡς καὶ μετεώρου κυκλίων φορᾶς] μετέωρον φορὰν volatum vocat. ſic paulo poſt circa fin. Πραξιτέλης καὶ πτέρυγι τὸν ἀέρα τέμνειν τὸν ἔρωτα ἐμηχανήσατο.

10 ὑπακούοντα τῷ πάθει τὸν χαλκὸν] ſimile eſt quod inf. habes in ſtatua *Bacchi* πρὸς ἀνθρωπίνην αἴσθησιν βιάζεσθαι τὸν χαλκόν.

11 πρὸς τὴν εὐμαρότητα τῆ χαλκῆ τὸ στεγανὸν ἐκκλάσας] tollendum erat comma poſt χαλκῆ, cohaeret enim id cum στεγανόν. Ceterum ſimilia habes adducta ſ. ad ſtatuam *Bacchae* n. 2. ſic & in ſtatua *Bacchi* καὶ ὅτως μὲν ὁ χαλκὸς ἦν στεγανὸς, ὑπὸ δὲ τέχνης μαλαττόμενος. adde & alterius ſtatuae *Cupidinis Praxitelis* ἔκφρασιν ſub init.

12 ἔρευθος ἄπες.] ſic inf. ſtatua *Bacchi* χαλκὸς μὲν ὢν ἐρυθραίνετο & ſtatua *Occaſionis* χαλκὸς μὲν γὰρ ὢν ἠρυθραίνετο.

13 ἁψάμ. δὲ ἡ θρὶξ ὑπεξανις. &c.] gemina plane habes paulo inf. in *Bacchi* ſtatua: ἁψαμένῳ δὲ σοι πρὸς τὴν ἀκμὴν ὑπεξίστατο· καὶ ὅτως μὲν ὁ χαλκὸς ἦν στεγανὸς, ὑπὸ δὲ τέχνης μαλαττόμενος εἰς σάρκα, ἀπεδίδρασκε τῆς χειρὸς τὴν αἴσθησιν. vbi explicatur quod h. l. dictum obſcurius. Nempe cum aes *carnem* exacte adeo repraeſentet, occupata *carnis mollioris* imagine phantaſia, non patitur vt manus duritiei ſenſum excitet.

14 χορὸν κινούμενον Δαίδαλος] vide ſ. ad Philoſtrati Iunioris Ἀθύροντας n. 39. Ceterum ſententia ſimilis ſ. N. I. fin.

15 καὶ χρόα παρεῖχεν αἰσθήσεις] nota quae de celebrioribus pictorum quorundam operibus dicuntur, aues pictis aduolaſſe vuis, equabus adhinniiſſe caballos, ad quae hic alludit noſter colorem ſenſum excitaſſe dicens.

Εις τὸ τῦ ΙΝΔΟΥ ἄγαλμα. 1 μελάντερος πρὸς τοῖς ἄκροις ἐπόρφ.] tales Anacreon λιπαρὰς κόμας deſcribit

Τὰ μὲν ἔνδοθεν μέλαινας
Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἠλιώσας.

Tales in *Cupidine* vidimus paulo ante in *ſtatua eius.* ſicque ἔρωτα etiam deſcribit Eunapius in vita Iamblichi: αἱ κόμαι μελάντεραι καὶ ἠλιῶσαι κατίχοντο.

pupil-

pupillas enim oculorum decurrebat candida materia; ſaxo illa parte in candorem inclinante, qua naturalis quoque Indi color candicare ſolet. Crapula vero ipſum de ſtatu mentis mouerat, temulentiam tamen lapidis haut prodebat color: nullum enim ſuppetebat artificium, quo genae in eo rubore tingi poſſent, nigredine ebrietatem tegente. Corporis tamen habitu prodebat huncce affectum. Titubans enim ac laſciuiens conſiſtebat, vt qui firmis pedibus ſtare neſciret, ſed tremulus eſſet, & poplitibus in terram inclinatis. Sicque adeo lapis iſto affectu correptum referebat, & quaſi palpitare videbatur, motum praeferens, qualis e crapula oriri ſolet. Nihil praeterea molle habebat Indi ſimulacrum, neque colore, quicquid eſt venuſtatum, referebat, ſed ſola membrorum compoſitione apte concinnatus erat. Integumento omni deſtitutus, nudulſque erat; Indorum nempe corporibus contra aeſtus ardorem virili robore niti aſſuetis.

V. IN STATVAM NARCISSI.

Lucus erat, inque eo fons pulcerrimus, aquis conſtans puris valde & limpidis. Prope eum autem Narciſſus poſitus erat, e marmore candido confectus. Puer ille, vel potius adoleſcens, idonea ad amorem aetate, fulgetrum quaſi pulcritudinis quoddam e corpore emittens. Corporis vero iſte erat habitus. Aurea fulgebat caeſarie, capillo ad frontem in orbem reuoluto, ad ceruicem vero diffuſo in terga. Obtutus eius intemerato gaudio exultantis haut erat, neque hilaritatis ſerenae. Inſitus quippe oculis erat artis induſtria moeror; vt cum Narciſſo fortunam quoque eius imago imitaretur. Amictus erat, qualis Cupidinum: quibus etiam formae vigore aſſimilabatur. Eratque qui eum ornabat habitus iſte: peplus candens, lapidis materiae concolor, orbem circa eum conficiens: ad dexterum vero humerum veſtis infibulata ad genu vſque delapſa, ibi deſinebat; ſolamque chlamyde exertam manum habebat. Ceterum adeo delicatus erat peplus, & ad pepli imitationem compoſitus, vt corporis etiam transluceret color; candore eo, qui in extremis nitebat, illi candori, qui in mem-

γὰρ τὰς τῶν ὀμμάτων κόρας περιέθει λευκότης, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς πέτρας μεταπιπτούσης εἰς λευκότερον, καθ' ὃ καὶ τῆς τοῦ Ινδοῦ φύσεως ἡ χρόα λευκαίνεται[2]. μέθη δὲ αὐτὸν ἐξίστη, καὶ τὸ μεμεθυσμένον ὑπ' κατεμήνυσεν ἡ τοῦ λίθου χρόα· ὑ γὰρ ἦν αὐτῷ μηχάνημα τὰς παρειὰς φοινίξαι, σκέποντος τοῦ μέλανος τὴν μέθην. ἐκ δὲ τοῦ σχήματος κατηγόρει τοῦ πάθους. παράφορός τε γὰρ καὶ κωμάζων εἰστήκει, ὑ δυνάμενος ἐρείδειν τῷ ποδί, ἀλλ' ὑπότρομός τε καὶ ὑπὸ τὴν γῆν ὀκλάζων. ὁ δὲ λίθος ὑπὸ τοῦ πάθους ἐῴκει πληγέντι, καὶ οἱονεὶ σπαίρει[3], τὸν ἀπὸ τῆς μέθης ἐμφανίζων σεισμόν. εἶχε δὲ ἀβρὸν ὑδὲν τοῦ Ινδοῦ τὸ εἴδωλον, ὑδ' ἑκάστην κατὰ χρόαν ἐξήσκει χάριν, ἀλλ' εἰς μόνην τῶν μελῶν συμβολὴν διήρθρωτο. ἀσκεπὴς δὲ ἦν, καὶ γύμνος, ὡς ἂν τῶν Ινδικῶν σωμάτων πρὸς τὸ τῆς ἀκμῆς φλογῶδες εἰωθότων ἀπανδρίζεσθαι,

ΕΙΣ ΤΟ ΤΟΥ ΝΑΡΚΙΣΣΟΥ ΑΓΑΛΜΑ.

Αλσος ἦν, καὶ ἐν αὐτῷ κρήνη πάγκαλος, ἐκ μάλα καθαροῦ τε καὶ διαυγοῦς ὕδατος. εἰστήκει δὲ ἐπ' αὐτῇ Νάρκισσος, ἐκ λίθου λευκοῦ πεποιημένος. παῖς ἦν, μᾶλλον δὲ ἡίθεος, ἡλικιώτης ἐρώτων, ἀστραπὴν οἷον ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος ἀπολάμπων κάλλους. ἦν δὲ τοιόν δε τὸ σχῆμα. κόμαις ἐπιχρύσοις ἤστραπτε, κατὰ μὲν τὸ μέτωπον τῆς τριχὸς ἑλισσομένης εἰς κύκλον, κατὰ δὲ τὸν αὐχένα κεχυμένης εἰς νῶτα. ἔβλεπε δὲ ἐκ ἀκράτως γαῦρον, ὑδὲ ἱλαρὸν καθαρῶς. ἐπιπεφύκει γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασιν ἐκ τῆς τέχνης καὶ λύπη, ἵνα μετὰ τοῦ Ναρκίσου καὶ τὴν τύχην ἡ εἰκὼν μιμῆται. ἔσαλτο δὲ ὥσπερ οἱ ἔρωτες[1], οἷς καὶ τῆς ὥρας τὴν ἀκμὴν προσείκασο. σχῆμα δὲ ἦν τὸ κοσμοῦν τοιόνδε. πέπλος λευκανθεὶς, ἐμόχρως τῷ σώματι τοῦ λίθου, περιθέων εἰς κύκλον, κατὰ δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον περονίδες, ὑπὲρ γόνυ καταβαίνουσαι, ἐπαύοντο, μόνην ἀπὸ τοῦ πορπήματος ἐλευθερῶν τὴν χεῖρα. ἄτω δὲ ἦν ἀπαλὸς, καὶ πρὸς πέπλου γεγονὼς μίμησιν,

ὡς καὶ τὴν τοῦ σώματος διαλάμπειν χρόαν[2], τῆς ἐν τῇ περιβολῇ λευκότητος τὴν ἐν τοῖς μέλεσιν

---

2 λευκαίνεται] ita reſcribendum eſſe pro μελαίνεται, quod eſt in editis, res ipſa loquitur.

3 σπαίρει] editi σπαίρειν habebant.

Εις τὸ ΝΑΡΚΙΣΣΟΥ ἄγαλμα. 1 ἔρωτες] lectionem Morello in marginem reiectam ἐρῶντες repudiare ſuadent ſequentia, quibus pulcritudine ſimilis dicitur fuiſſe, non ἐρῶσι, certe, quod ineptum, ſed ἔρωσι.

2 διαλάμπειν χρόαν] tales veſtes ὀθόναι dictae & λήδια vide ad vitam Apollonii Tyan. lib. I. c. 7.

ἀυγὴν ἐξιένας συγχωρήσης. ἔστη δὲ καθάπερ κατόπτρῳ τῇ πηγῇ χρώμενος, καὶ εἰς αὐτὴν περιχέων τὸ πρόσωπον τὸ εἶδος. ἡ δὲ, τὰς ἀπ' αὐτοῦ δεχομένη χαρακτῆρας, τὴν αὐτὴν εἰδωλοποιΐαν ἤνυεν, ὡς δοκεῖν ἀλλήλοις ἀντιφιλοτιμεῖσθαι τὰς φύσεις. ἡ μὲν γὰρ λίθος ὅλη πρὸς ἐκεῖνον μετηλλάττετο τὸν ὄντως παῖδα[3]. ἡ δὲ πηγὴ, πρὸς τὰ ἐν τῇ λίθῳ μηχανήματα τῆς τέχνης ἀντηγωνίζετο, ἐν ἀσωμάτῳ σχήματι τὴν ἐκ σώματος ἀπεργαζομένη τοῦ σχήματος ὁμοιότητα[4], καὶ τῷ ἐκ τῆς εἰκόνος κατερχομένῳ σκιάσματι οἷον τινὰ σάρκα τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν περιθεῖσα. ἅτε δὲ ἦν ζωτικὸν, καὶ ἔμπνουν τὸ καθ' ὑδάτων σχῆμα, ὡς αὐτὸν εἶναι δοξάσαι τὸν Νάρκισον, ὃν, ἐπὶ πηγὴν ἐλθόντα, τῆς μορφῆς αὐτῷ καθ' ὑδάτων ὀφθείσης, παρὰ νύμφῃ τελευτῆσαι λέγουσιν, ἐρασθέντα τῷ εἰδώλῳ συμμίξαι, καὶ νῦν ἐν λειμῶνι φαντάζεσθαι, ἐν ἡμεναίοις ὥραις ἀνθοῦντα[5]. εἶδες ἂν ὡς εἰς ὢν ὁ λίθος τὴν χρόαν, καὶ ὁμμάτων κατασκευὴν ἥρμοζε, καὶ ἠθῶν ἱστορίαν ἔσωζε, καὶ αἰσθήσεις ἐνεδείκνυτο, καὶ πάθη ἐμήνυε, καὶ πρὸς τριχώματος ἐξουσίαν[6] ἠκολούθει, εἰς τὴν τριχὸς καμπὴν λυόμενος. τὸ δὲ ἁδὲ λόγῳ ῥητὸν λίθος εἰς ὑγρότητα κεχαλασμένος[7], καὶ ἐναντίον σῶμα τῇ ὑσίᾳ παρεχόμενος[8]. στερεωτέρας γὰρ τετυχηκὼς φύσεως, τρυφερότητος ἀπέστελλεν αἴσθησιν, εἰς ἁπαλόν τινα σώματος ὄγκον διαχεόμενος. μετεχειρίζετο δὲ καὶ σύριγγα, ἧς νομίοις θεοῖς ἐκεῖνος ἀπήρχετο· καὶ τὴν ἐρημίαν κατήχει τοῖς μέλεσιν, εἴποτε μουσικοῖς ψαλτηρίοις προσομιλήσαι ποθήσειε. τοῦτον θαυμάσας, ὦ νέοι, τὸν Νάρκισον, καὶ εἰς ἡμᾶς παρήγαγον, εἰς Μουσῶν αὐλὴν ὑποτυπωσάμενος. ἔχοι[9] δὲ ὁ λόγος, ὡς καὶ ἡ εἰκὼν εἶχεν.

bris erat, transitum permittente. Stabat porro fonte tanquam speculo vtens, atque in ipsum vultus speciem diffundens: fons vero, eius lineamenta accipiens, eiusdem formae repraesentationem praestitit; vt viderentur inter se inuicem ista rerum genera contendere. Marmor enim totum in verum illum puerum erat transformatum. Fons autem cum artis in marmore moliminibus concertabat, figura corporeae soliditatis experte exprimens similitudinem eius, quam solidum corpus redderet, figurae: vmbraeque, ex imagine deriuatae, carnem quasi quandam aquae materiam induens. Vsque adeo vero viua erat & animata in aquis apparens species, vt Narcissum esse putares, quem ad fontem accedentem, forma sua in aquis conspecta apud lympham interiisse memorant, eo quod cum imagine sua coniungi cuperet, iamque in pratis spectari, verna tempestate florentem. Obserues autem lapidem, eiusdem vtut esset coloris, & oculorum tamen formam induisse, & morum repraesentationem seruare, & sensus prae se ferre, & affectus indicare, & obsequentem se capillamento amplo & denso praebere, in crinium cincinnos solutum. Id autem omnem sermonem superat, quod lapis, in delicatam mollitiem laxatus, corpus naturae suae contrarium exhibeat. Cum a natura enim sit solidus; sensum tamen aliquem praebebat mollitiei, in tenuem corporis quasi diffusus tumorem. Fistulam etiam tenebat, qua pastoritiis Diis exordia ille canebat, & solitudinem cantibus resonam reddebat, si forte musicis instrumentis vtendis eum incesserit voluptas. Hunc ego Narcissum admiratus, o iuuenes, vobis etiam sistere eum volui, delineans eum, vt Musarum ornet atrium. Vtinam vero ita se habeat oratio, vt ipsa se statua habebat.

ΕΙΣ ΤΟ ΕΝ ΣΙΚΥΩΝΙ ΑΓΑΛΜΑ ΤΟΥ ΚΑΙΡΟΥ.

Ἐθέλω δέ σοι καὶ τὸ Λυσίππου δημιούργημα[1]

VI. IN STATVAM OCCASIONIS, APVD SICYONEM.

Volo etiam tibi Lysippi opus sistere ora-

3 λίθος ὅλ. πρ. ἐκ. μετηλλάττετο τὸν ὄντως παῖδα] sic paulo ante in statua *Cupidinis* ὅσον ἦν (τῷ χαλκῷ) ἴσως ἐγίνετο.

4 τὴν ἐκ σώματος ἀπεργάζ. τῷ σχήματος ὁμοιότητα] σχῆμα ἐκ σώματος est figura lapidis, aeris, alteriusque crassioris corporis, quae opponitur τῷ ἀσωμάτῳ σχήματι, quale ab vmbra in aqua describitur, quae proinde ὁμοιότητα σχήματος τοῦ ἐκ σώματος ἀπεργάζεσθαι dicitur.

5 ἀνθοῦντα] qui nempe in florem sui nominis sit conversus.

6 τριχώματος ἐξουσίαν] comam amplam mihi notare videtur & densam, indeque lucem accipere puto, quod gentium Apostolus feminam ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς cupit. Sane ἐξουσίαν illam tegendi capitis causa feminis commendat, ipse autem τὴν κόμην ἀντὶ περιβολαίου ipsis datam paulo post addit 1 Cor. XI. nisi tamen haec explicari malis ex modo loquendi obseruato ad statuam Bacchae n. 5.

7 εἰς ὑγρότ. κεχαλασμ.] sic *Bacchi statua*: ὑγρὸν καὶ κεχαλασμένον ἔχων τὸ σῶμα. Et inf. *amore Praxitelis* πρὸς τὸ μαλθακὸν τῆς τέχνης τὸν χαλκὸν μαλαττόσης.

8 ἐναντίον σῶμα τῇ ὑσίᾳ παρεχόμ.] sic inf. in *Praxitelis Cupidine*: ἁπαλὸς ἦν μαχομένην τῇ ἁπαλότητι τὴν ὑσίαν ἔχων. καὶ πρὸς τὸ ὑγρὸν ἤγετο ἰσερημένος ὑγρότητος.

9 ἔχοι] sic ex coniectura rescripsi pro ἔχει, quod erat in editis.

ΚΑΙΡΟΥ. 1 Λυσίππου δημιούργημα] de *occasione* a Lysippo statua repraesentata praeter epigramma, quod in Anthologia extat, lib. IV. tit. 14. agunt quoque Himerius apud Photium cod. 243. Tzetz. Chiliad. VIII. hist. 200.

tione

tione: quod quidem, signorum suorum pulcerrimum, artifex fabricatus Sicyoniis spectandum proposuerat. Occasio erat statuae forma expressa ex aere, arte cum natura contendente. Pueri autem facies Occasioni erat pubescentis, a capite ad calcem pubertatis flore nitentis. Facieq; erat formosus, lanuginem habens in qua motus species esset, & Fauonio iactandam, quocunque vellet, comam solutam permittens. Colore erat floridissimo, splendore florem corporis prodens. Eratque Baccho maxima ex parte similis. Fronte enim gratiis refulgebat, genae autem ipsi ita, vt floris instar haberent, rubentes, iuuenili decore fulgebant, tenerum oculis ruborem inducentes. Stabat in globo quodam, summis pedum plantis insistens, pedibus alatus. Capillus more solito non creuerat, verum coma versus supercilia repens, super genas cincinnum iactabat, occiput autem Occasionis a cincinnis erat immune, solos ostendens, qui a prima natiuitate progerminauerant, pilos. Nos igitur, stupore perculsi ob hoc spectaculum, constitimus, aes naturae opera moliri cernentes, ordinemque suum transilire. Aes enim cum esset, rubebat: & natura durum, diffluebat, molliter cedens arti, quocunque vellet. Praeterea vitali sensu carens, intus habitantem sensum habere fidem faciebat. Atque ita stabilitum erat, fixo firmiter talo: stans tamen facultatem motricem prae se ferebat, oculumque fallebat, tanquam si compos esset motus, quo porro procederet, & ab artifice facultatem accepisset aëriam plagam, si vellet, remigio alarum secandi. Atque hae quidem erant, quae nobis miranda videbantur. Is autem qui sit ex numero eorum, qui artibus excellunt, noruntque cùm sensu arte imbuto artificum miranda indagare, eruditionis etiam laude opus id celebret,

τῷ λόγῳ παραξῆσαι, ὅπερ, ἀγαλμάτων κάλλιστον, ὁ δημιουργὸς τεχνισάμενος Σικυωνίοις εἰς θέαν προὔθηκε. Καιρὸς ἦν εἰς ἄγαλμα τετυπωμένος ἐκ χαλκοῦ, πρὸς τὴν φύσιν ἀμιλλωμένης τῆς τέχνης. παῖς δὲ ἦν ὁ Καιρὸς ἡβῶν, ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας ἐπανθῶν τὸ τῆς ἥβης ἄνθος. ἦν δὲ τὴν μὲν ὄψιν ὡραῖος, σείων ἴκλον, καὶ ζεφύρῳ τινάσσειν, πρὸς ὃ βέλοιτο, καταλιπὼν τὴν κόμην, ἄνετον. τὴν δὲ χρόαν εἶχεν ἀνθηράν, τῇ λαμπηδόνι τοῦ σώματος τὰ ἄνθη δηλῶν. ἦν δὲ Διονύσῳ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐμφερής. τὰ μὲν γὰρ μέτωπα χάρισιν ἔσιλβεν, αἱ παρειαὶ δὲ αὐτῷ εἰς ἄνθος ἐρευθόμεναι νεοτήσιον ὠρχίζοντο, ἐπιβάλλουσαι τοῖς ὄμμασιν ἀπαλὸν ἐρύθημα. εἱστήκει δὲ ἐπί τινος σφαίρας[2], ἐπ' ἄκρων τῶν ταρσῶν[3] βεβηκώς, ἐπτερωμένος τὼ πόδε[4]. ἐπεφύκει δὲ ᾗ νενομισμένως ἡ θρίξ, ἀλλ' ἡ μὲν κόμη, κατὰ τῶν ὀφρύων ἐφέρπουσα, ταῖς παρειαῖς ἐπέσειε τὸν βόστρυχον, τὰ δὲ ὄπισθεν[5] ἦν τοῦ Καιροῦ πλοκάμων ἐλεύθερα, μόνην τὴν ἐκ γενέσεως βλάσην ἐπιφαίνοντα τῆς τριχὸς[6]. ἡμεῖς μὲν οὖν, ἀφασίᾳ πληγέντες πρὸς τὴν θέαν, εἱστήκειμεν, τὸν χαλκὸν ὁρῶντες ἔργα φύσεως μηχανώμενον, καὶ τῆς οἰκείας ἐκβαίνοντα τάξεως[7]. χαλκὸς μὲν γὰρ ὢν, ἠρυθραίνετο[8], σκληρὸς δὲ ὢν τὴν φύσιν, διεχεῖτο, μαλθακῶς εἴκων τῇ τέχνῃ πρὸς ὃ βέλοιτο. σπανίζων δὲ αἰσθήσεως ζωτικῆς, ἔνοικον ἔχειν ἐπίστατο τὴν αἴσθησιν. καὶ ἅτως ἐστήρικτο, θαυμαστὸν τὸν ταρσὸν ἐρείσας· ἐσῴζετο δὲ, ὁρμῆς ἐξουσίαν ἔχειν ἐδείκνυτο, καί σοι τὸν ὀφθαλμὸν ἥπατα, ὡς καὶ τῆς εἰς τὸ πρόσω κυριεύων φορᾶς, καὶ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ λαβὼν καὶ τὴν ἀέριον πλῆξιν τέμνειν[10], εἰ βέλοιτο, ταῖς πτέρυξι. καὶ τὸ μὲν ἡμῖν θαῦμα, τοιοῦτον ἦν. εἷς δέ τις τῶν περὶ τὰς τέχνας σοφῶν, καὶ εἰδότων σὺν αἰσθήσει τεχνικωτέρᾳ τὰ τῶν δημιουργῶν ἀνιχνεύειν θαύματα, καὶ λογι-

---

Chiliad. X. Hist. 322. 323. nec multum dissimilis Phidiae *Occasio*, prout describitur Ausonio epigr. 11. vide obseruata doctiss. Iunio de Lysippo p. 114.

2 ἐπί τινος σφαίρας] eius nec Posidippus in epigrammate, neque Himerius apud Photium meminit. Meminit tamen Tzetz. Chil. VIII. h. 200. vbi πτερόπουν ἐπὶ σφαίρας effictum ait a Lysippo καιρὸν ἄγαλμα vid. eundem etiam h. 322. sic & de Phidiae occasione Ausonius:

quid rotulae insistis? stare loco nequeo,

3 ἐπ' ἄκρων τῶν ταρσῶν] hinc Posidippus:

Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; Ἀεὶ τροχάω —

quod Grotius vertit:

Nitere cur pedibus summis? amo currere —

4 ἐπτερώμ. τὼ πόδε] πτερωτὸν τὰ σφύρα Himerius. Et Posidippus

— — τί δὲ ταρσούς
Πασσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνίμιος.

Grotius: *Pennae*
Cur pedibus? Venti turbine rapta volo.

Ausonius:

Quid talaria habes? Volucris sum. —

5 τὰ δὲ ὄπισθεν &c.] similia Himerius, Posidippus, Tzetzes & Ausonius.

6 τὴν ἐκ γενεσ. βλάσην ἐπιφ. τ. τριχός] h. e. pilos, quales recens nati infantes habere solent.

7 οἰκ. ἐκβαίν. τάξ.] similis φράσις inf. in *statua Cupidinis* vbi vid. not. 4.

8 χαλκὸς μὲν γὰρ ὢν ἠρυθρ.] similia habes s. statua *Cupidinis* n. 8.

9 διαχεῖτο μαλθακ. εἴκων] vide similia paulo ante ad *Narcissum* n. 5.

10 τέμνειν] sic emendare ausus sum, nam editi habent τίμειν. Ceterum gemina occurrebant supra in statua *Cupidinis*.

σμῷ ἐπῆδε τῷ τεχνήματι, τὴν τῶ Καιρῶ δύναμιν ἐν τῇ τέχνῃ σωζομένην ἐξηγούμενος. τὸ μὲν γὰρ πτέρωμα τῶν ταρσῶν αἰνίττεσθαι τὴν ὀξύτητα, καὶ ὡς, τὸν πολὺν" ἀνελίττων αἰῶνα, φέρεται ταῖς ὥραις ἐποχούμενος· τὴν δὲ ἐπανθοῦσαν ὥραν, ὅτι πᾶν ἔυκαιρον τὸ ὡραῖον, καὶ μόνος κάλλους δημιουργὸς ὁ καιρός, τὸ δὲ ἀπηνθηκὸς ἅπαν ἔξω τῆς καιρῶ φύσεως· τὴν δὲ κατὰ τῶ μετώπου κόμην, ὅτι προσιόντος μὲν αὐτῶ λαβέσθαι ῥᾴδιον, παρελθόντος δὲ ἡ τῶν πραγμάτων ἀκμὴ συνεξέρχεται, καὶ οὐκ ἔστιν ὀλιγωρηθέντα λαβεῖν τὸν καιρόν.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΟΥ ΟΡΦΕΩΣ ΑΓΑΛΜΑ.

Ἐν τῷ Ἑλικῶνι, τέμενος δὲ τῶν Μουσῶν σκιερὸν ὁ χῶρος, παρὰ τοὺς Ολμειοῦ τοῦ ποταμοῦ ῥύακας, καὶ τὴν ἰοειδέα Πηγάσου κρήνην[1], Ορφέως ἄγαλμα, τοῦ τῆς Καλλιόπης, παρὰ τὰς Μούσας εἰσήκει, ἰδεῖν μὲν κάλλιστον. ὁ γὰρ χαλκὸς τῇ τέχνῃ συναπέτικτε τὸ κάλλος[2], τῇ δὲ τοῦ σώματος ἀγλαΐᾳ τὸ μουσικὸν ἐπισημαῖνον τῆς ψυχῆς. ἐκόσμει δὲ αὐτὸν τιάρα Περσικὴ[3] χρυσῷ κατάστικτος, ἀπὸ κορυφῆς εἰς ὕψος ἀνέχουσα[4]. χιτὼν δὲ, ἐξ ὤμων ἀπαγόμενος εἰς ποδας, τελαμῶνι χρυσέῳ κατὰ τῶν στέρνων ἐσφίγγετο. κόμη δὲ ἦτος ἦν εὐανθὴς, καὶ ζωτικὸν ἐπισημαίνουσα, καὶ ἔμπνουν, ὡς ἀπατᾶν τὴν αἴσθησιν, ὅτι καὶ πρὸς τὰς ζεφύρου πνοὰς σειομένη δονεῖται. ἡ μὲν γὰρ ἐπαυχένιος κατὰ νῶτα χεθεῖσα, ἡ δὲ, ὀφρύσιν ἄνωθεν δισχιδὲς ἐπιφαίνουσα, καθαρὰς τῶν ὀμμάτων ἔφαινε τὰς βολάς. τὸ πέδιλον δὲ αὐτῷ ξανθοτάτῳ χρυσῷ κατήνθισο, καὶ πέπλος κατὰ νῶτα ἄφετος εἰς σφυρὰ κατῆει. μετεχειρίζετο δὲ τὴν λύραν· ἡ δὲ ἰσαρίθμους[5] ταῖς Μούσαις ἐξῆπτο τοὺς φθόγγους· ὁ γὰρ χαλκὸς καὶ νευρὰς ὑπεκρίνετο[6], καὶ πρὸς τὴν ἑκάστου μίμησιν ἀλλαττόμενος πιθηνίως ὑπήγετο, μικρῷ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἠχὴν τῶν φθόγγων φωνήεις γενόμενος. ὑπὸ δὲ τῶν ποδῶν τὴν βάσιν οὐκ οὐρανὸς ἦν τυπωθεὶς, οὐδὲ Πλειάδες τὸν αἰθέρα τέμνουσαι, οὐδὲ Ἄρκτος περιστρο-

Occasionis vim quam artificiosa elaboratio tueatur, exponens. Alas enim talis adhaerentes subindicare pernicitatem [dicat], vtque multum versans aeuum, horis vecta feratur: venustatem item, qua nitet, eo [pertinere,] quod omne tempestiuum sit formosum, soluisque pulcritudinis artifex Occasio existat, omne contra quod venustate caret ab Occasionis indole sit alienum: comam autem in fronte fluctuantem, [notare,] quod accedentem occasionem apprehendere facile sit, ea autem elapsa negotiorum simul abeat praecipua vis; quodque neglectam vix liceat Occasionem recuperare.

VII. IN ORPHEI STATVAM.

In Helicone (locus autem sacer Musarum, vmbrisque amoenus, regio est illa, prope Olmii fluminis riuos, & nigricantem Pegasi fontem) Orphei statua, Calliopes filii, iuxta Musas erecta erat, aspectu quidem pulcerrima. Aes enim iuxta cum arte pulcritudinem gignebat, corporis concinnitate animi harmoniam designans. Ornabat eum tiara Persica, auro intexta, a vertice sursum erecta. Tunica vero, ab humeris ad pedes demissa, balteo aureo circa pectus astringebatur. Coma adeo erat venusta, & viuidam indolem atque animatam prodens, vt fucum sensibus faceret, quasi ad Fauonii auras agitata cieatur. Atque eius pars in collum defluens quidem per humeros diffundebatur; pars vero superciliis imminens, bifida, puros oculorum radios apparere sinebat. Calceamentum porro eius fuluo maxime nitebat auro, & peplus per dorsum demissus ad talos pertinebat. Lyramque tenebat, quae totidem fidibus intendebatur quot Musae numerantur. Aes enim neruos etiam simulabat, vtque vnum quemuis eorum imitaretur, varie formatum, morem arti gerebat: quin parum aberat, quo minus ipsum fidium sonum imitatum [aes] vocale redderetur. Sub pedum plantis non coelum erat expressum, neque Pleiades aetherem secantes, ne-

---

11 ὡς τὸν πολὺν &c.] ita nos ex coniectura. Editi ᾧ τὸν πολύν.

ΩΡΦΕΩΣ. 1 ἰοειδέα Πηγάσου κρήνην] sic ἰοειδέα πόντου Hesiodus vocat. Hesychius vero ἰοειδὲς μέλαν ἢ ἀνθηρὸν interpretatur.

2 συναπέτικτε τὸ κάλλος] sic inf. in *Cupidine Praxitelis* χαλκὸν τικτόμενον ἔρευθος dixit.

3 τιάρα Περσικὴ] vid. obseruata ad vitam Apollonii Tyan. l. c. item ad Philostrati Iunioris Imagines in *Orpheo* n. 11.

4 ἀπὸ κορυφῆς εἰς ὕψος ἀνέχουσα] i. e. ὀρθή. vt vocabat Iunior Philostratus, vide notata ad eius *Pelopem* n. 1. ὀρθὴ τιάρα ab eodem *Orpheo* tribuitur in *Argo* & *Aeeta*.

5 ἰσαρίθμους] ita non dubitaui rescribendum esse pro ἰσαρίθμοις, quod in editis erat. Sic Mercurii Lyra φθόγγους habebat ἰσαρίθμους Atlantidibus: vide Theonem ad Aratum p. 37. Hyginum fab. VII.

6 ὑπεκρίνετο] sic optime emendabant Gruterus & Salmas. nam editi habent ἐπεκρίνετο.

que

que Vrſae conuerſiones, quae tamen in oceanum eam deuolui haut patiantur: ſed omne auium genus aderat, obſtupeſcens ad cantum, omneſque ferae montanae, & quaecunque in maris penetralibus paſcuntur. Atque equus quidem demulcebatur, ceu freno concentu victus: bos quoque, dimiſſis paſcuis, lyrae cantui auſcultabat. Ac leonum immitis natura ad muſicum concentum quieta procumbebat. Vidiſſes etiam aes fluuios effingens, a fontibus ad cantus prolabentes, & maris fluctum amore carminis ſublatum, & cautes muſica perculſas: atque omnem, quam modo anni tempeſtas ſuppeditat, plantam e viridariis ſuis ad Orphicam cantilenam properantem. Nihilque erat quidem quod ſonum ederet, atque lyricum excitaret concentum: ſed ars tamen in brutis animantibus excitatos amore muſices affectus monſtrabat, atque, vt in aere voluptas qua afficerentur appareret, efficiebat, emicantiaque e ſenſibus animalium delinimenta mirum in modum exprimebat.

φαὶ τῶν ὠκεανῦ λᾳτρῶν ἄμοιροι, ἀλλ' ἦν πᾶν μὲν ὀρνίθων γένος πρὸς τὴν ᾠδὴν ἐξισάμενον, πάντες δὲ ὄρειοι θῆρες, καὶ ὅσον ἐν θαλάττης μυχοῖς νέμεται. καὶ ἵππος ἐθέλγετο αὐτὶ, χαλινῦ τῷ μέλει κρατύμενος. καὶ βῦς, ἀφεὶς τὰς νομὰς, τῆς λυρῳδίας ἤκουε. καὶ λεόντων ἄτεγκτος φύσις, πρὸς τὴν ἁρμονίαν κατηυνάζετο. εἶδες ἂν καὶ ποταμοὺς τυπῦντα τὸν χαλκὸν[7], ἐκ πηγῶν ἐπὶ τὰ μέλη ῥέοντας, καὶ κῦμα θαλάσσης ἔρωτι τῆς ᾠδῆς ὑψόμενον, καὶ πέτρας[8] πλησιομένας μουσικῇ, καὶ πᾶσαν βλάστην ὥριον, ἐξ ἠθῶν ἐπὶ τὴν μῶσαν τὴν Ορφικὴν σπεύδουσαν. καὶ ᾠδὴν μὲν ἦν τὸ ἠχοῦν, ᾠδὴ τὴν ἁρμονίαν τὴν λυρῳδὸν ἐγεῖρον· ἡ τέχνη δὲ ἐν τοῖς ζώοις τῦ περὶ τὴν μουσικὴν ἔρωτος τὰ πάθη κατεμήνυε, καὶ ἐν τῷ χαλκῷ τὰς ἡδονὰς ἐποίει φαίνεσθαι, καὶ τὰ ἐπανθοῦντα τῇ αἰσθήσει τῶν ζώων θελκτήρια ἀῤῥήτως ἐξέφαινεν.

VIII. IN SIGNVM BACCHI.

Daedali quidem Cretenſis videre erat, quae fidem fere ſuperarent, machinis quibuſdam mobilia opera, vtque artis vi aes adactum fuerit ad ſenſus humani ſpeciem praebendam. At Praxitelis manus ſpirantia prorſus conficiebant opera. Lucus erat, Bacchuſque ſtabat,

ΕΙΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΑΓΑΛΜΑ.

Δαιδάλῳ μὲν ἐξῆν ἰδεῖν, τὰ περὶ Κρήτην, πιστεύειν θαύματα[1], κινύμενα μηχαναῖς τὰ σκεύη, καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην αἴσθησιν ἐκδιάζεσθαι τὸν χαλκόν[2]. αἱ δὲ δὴ Πραξιτέλειοι χεῖρες ζωτικὰ διόλου κατεσκεύαζον τὰ τεχνήματα. ἄλσος ἦν, καὶ Διόνυσος εἱστήκει, ἡ ἱδέα

---

7 εἶδες ἂν καὶ ποταμ. τυπ. τὸν χαλκὸν] fluuios ad theatrum Orphei referunt etiam Apollonius lib. I. Argonaut. ποταμῶν τε ῥίεθρα. Item Horatius Carm. l. I. od. XII. qui Orphea dicit:

Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus, celereſque ventos.

Sic & Propertius lib. III.

— *te concita dicunt*
Flumina Threicia detinuiſſe lyra.

Similia ex Seneca, Calpurnio Piſone, Sidonio, Boetio non difficile eſſet colligere.

8 κῦμα θαλάσσης] Silius Italic l. II. de Argo

Ad puppim ſacrae citharae eliciente carinae
Adductum cantu venit mare.

& Valerius Flaccus lib. I. *Orpheus*

Haut pontum remo ſubigit, ſed carmine —

9 πέτρας] ſaxorum & arborum Orphei cantum ſequentium frequens apud veteres memoria. Quamuis ſaxa ad Amphionis potius quam ad Orphei theatrum pertinere putet vir doctus: Martialis in Spectac. epigr. 21. arena exhibitum Orpheum deſcribens:

Repſerunt ſcopuli, mirandaque ſylua cucurrit.

Calpurnius ecl. II. de eodem

Tunc ſyluas & ſaxa trahens &c.

Ouidius l. IV. triſt. eleg. 1.

Cum traheret ſyluas Orpheus —

Horat. Carm. I. od. XII.

— *vocalem temere inſecutae*
Orphea ſyluae.

& mox *Blandum & auritas fidibus canoris*
Ducere quercus.

Imo & Virgil. ecl. 3. *ſiluaſque ſequentes* Orpheum memorat. Taceo Claudianum, Sidonium, alios. Sic & Graeci: Euripides in Bacchis συνῆγε δένδρεα. Q. Calaber:

Ορφεὺς ἔ μελπῇσι ἰφίσπετο πᾶσα μὲν ὕλη

& Apollonius Argon. I. de *fagis* loquitur, quas

— θελγομένας φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίηθεν.

Dio Chryſoſt. or. 35. de eo περιάξεις τὰς δρῦς, καὶ τὰς πέτρας, καὶ τὰς λίθους. Or. 73. ἔτι δὲ τῶν δενδρων προσιόντων ἅμα τῷ καρπῷ τε καὶ ἄνθει. Sic & θελγομένας δρύας ab Orpheo Antipater in epigr. dicit, quod eſt in Anthologia.

ΔΙΟΝΥΣΟΥ. 1 Δαιδάλῳ μὲν ἐξῆν ἰδεῖν τὰ περὶ Κρήτην πιστεύειν θαύματα] editi habebant Δαιδάλῳ μὲν ἐξῆν ἰδεῖν τῷ περὶ Κρήτην πιστεύειν θαύματα &c. Morellus legendum putabat Δαιδάλῳ μ. ἐ. ἰ. τὰ π. Κρήτην ἄπιστα θαύματα. Sed bene habere puto πιστεύειν θαύματα. Nempe ita Homerus & Heſiodus dixere θαῦμα ἰδέσθαι vel ἰδεῖν βίῃ mirum. Sic θαῦμα πιστεύειν puto eſſe id quod tale ſit vt *mirum creditu* videatur, h. e. vt fidem ſuperet. Gruterus emendabat Δαιδάλῳ μὲν ἐξῆν ἰδεῖν τοῖς περὶ Κρήτην καὶ πιστεύειν θαύματα. *Daedali mira opera Cretenſibus videre credereque datum.* Neque id diſplicet. Plane eodem modo ad oram codicis Salmaſiani annotatum, niſi quod ibi δαίδαλον ſit pro Δαιδάλῳ.

2 ἐκδιάζεσθαι τὸν χαλκὸν] de aureis Daedali operibus nunquam legi. χρυσὸν igitur mutaui in χαλκὸν ἐκδιάζεται τὸν χρυσὸν editi habebant. Morell. ἐκδιαζόμενα legendum putabat. Ceterum elegans dictum ἐκδιάζεσθαι τὸν χαλκὸν πρὸς ἀνθρωπίνην αἴσθησιν. h. e. vi adactum eſſe, (artis nempe & caeli,) aes, ad humanum ſenſum: i. e. vt ſpeciem praeberet ſenſus & motus humani. Non diſſimile eſt quod ſ. in ſtatua Cupidinis dictum, χαλκὸς ὑπακούων τῷ πάθει.

σχῆμα μιμούμενος· ἄτω μὲν ἁπλῶς[3], ὡς πρὸς σάρκα μεταῤῥυθμίζεσθαι τὸν χαλκόν[4]. ἅτω δὲ ὑγρὸν καὶ κεχαλασμένον ἔχων[5] τὸ σῶμα, ὡς ἐξ ἑτέρας ὕλης, ἀλλὰ μὴ χαλκῆ πεφυκός· ὃς, χαλκὸς μὲν ὤν, ἠρυθραίνετο[6], ζωῆς δὲ μετῆσαν οὐκ ἔχων, ἐβάλετο τὴν ἰδέαν δεικνύναι, ἁψαμένῳ δέ σοι[7] πρὸς τὴν ἀκμὴν ὑπεξίστατο. καὶ ὄντως μὲν ὁ χαλκὸς ἦν τεγανός, ὑπὸ δὲ τῆς τέχνης μαλαττόμενος εἰς σάρκα, ἀπεδίδρασκε τῆς χειρὸς τὴν αἴσθησιν. ἦν δὲ ἀνθηρὸς, ἁβρότητος γέμων, ἱμέρῳ ῥεόμενος, οἷον αὐτὸς Ευριπίδης, ἐν βάκχαις εἰδοποιήσας, ἐξέφηνε. κισσὸς δ' αὐτὸν ἔτερφε περιθέων ἐν κύκλῳ· ὡς κισσὸς ἦν ὁ χαλκὸς, εἰς κλῶνας καμπτόμενος[8], καὶ τῶν βοτρύχων τὰς ἑλικτῆρας ἐκ μετώπου κεχυμένας ἀνασέλλων. γέλωτος δὲ ἔμπλεως, ὃ δὴ καὶ πάντος ἦν ἐπέκεινα θαύματος, ἡδονῆς ἀφιέναι τὴν ὕλην τεκμήρια, καὶ τὴν παθῶν δήλωσιν ὑποκρίνεσθαι τὸν χαλκόν. νεβρὶς δὲ αὐτὸν ἔσκεπεν, οὐχ οἵαν εἴωθεν ὁ Διόνυσος ἁρπτεσθαι, ἀλλ' εἰς τὴν τῆς δορᾶς μίμησιν ὁ χαλκὸς μετεβάλλετο. εἰσῆκει δὲ τὴν λύραν ἐπερείδων τῷ θύρσῳ· ὁ δὲ θύρσος ἡπάτα τὴν αἴσθησιν. ἐκ χαλκῆ πεποιημένος, χλοερόν τι, καὶ τεθηλὸς ἀποσίλβειν ἐδοξάζετο, πρὸς αὐτὴν ἀμιλλώμενος τὴν ὕλην. ὄμμα δὲ ἦν πυρὶ διαυγές, μανικὸν ἰδεῖν. καὶ γὰρ τὸ βακχεύσιμον ὁ χαλκὸς ἐνεδείκνυτο, καὶ ἐπιθειάζειν ἐδόκει· ὥσπερ οἶμαι τῷ Πραξιτέλει καὶ τὸ βάκχειον ἐγκαταμίξαι[9] δυνηθέντος.

adoleſcentis habitū imitatus; ita exacte eum referens ac ſi in carnem aes eſſet transformatum. Adeo vero molle ac delicatum corpus habebat, ac ſi ex alia quauis materia potius quam ex aere eſſet conflatus: quod aes licet eſſet ipſiſſimum, rubore ſuffundebatur tamen, vitaeque expers, eius tamen ſpeciem monſtrare ſatagebat, &, ſi contrectares, extremam manum impellere videbatur. Eratque reuera aes durum quidem, ſed arte tamen emollitum, ita vt in carnem abiiſſe videretur, manus ſenſum fallebat. Venuſtus autem erat, delicata mollitie plenus, oculorum illecebris ſcatens: qualem ipſe Euripides in Bacchis delineatum repraeſentauit. Hedera ipſum redimibat, orbe ambiens: hederae nempe inſtar aes habebat, in ramos incuruatum; ac cincinnorum nexus, qua frons erat, diffuſos coercens. Totus porro riſu plenus erat, quod certe omnem excedebat admirationem: voluptatis nempe indicia ſuppeditare materiam, affectuumque ſignificationem aes aemulari. Hinnuli pellis ipſum tegebat, non qualem ſolebat geſtare Bacchus, ſed ad pellis imitationem aes erat transformatum. Conſiſtebat autem lyram thyrſo innixam habens: thyrſus vero ipſum ſenſum fallebat: quippe qui, ex aere fabricatus, herbaceo vigore & viredine quadam micabat; in ipſam illam tranſiens materiam. Oculus praeterea igne erat rutilans, furorem prae ſe ferens. Enimuero bacchicum etiam furorem aes monſtrabat, & diuino correptum impetu videbatur: Praxitele, vt puto, Bacchicum quoque oeſtrum miſceri aeri valenti.

ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΜΝΟΝΟΣ ΑΓΑΛΜΑ.

Ἐθέλω δέ σοι καὶ τὸ Μέμνονος ἀφηγήσασθαι θαῦμα. καὶ γὰρ ὄντως παράδοξος ἡ τέχνη, καὶ κρείττων ἀνθρωπίνης χειρός. τῷ Τιθώνου Μέμνονος εἰκὼν ἦν ἐν Αἰθιοπίᾳ[1], ἐκ λίθου πεποιημένη. ἃ μὲν ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις ἔμενε[2], λίθος ὤν· ἃδὲ τὸ τῆς φύσεως σιγηλὸν[3] ἐνείχετο,

IX. IN SIGNVM MEMNONIS.

Volo Memnonis tibi quoque miraculum exponere. Vere enim ſtupenda fuit ars, & humanam excedens manum. Memnonis Tithoni filii ſimulacrum in Aethiopia erat e marmore factum. At certe intra ſuos lapis non conſiſtebat limites, neque quod a natura ipſi competebat, ſilentium tenebat, verum

---

3 ἁπλῶς] Aldin. ἁπλός. Morell. legendum putabat ἁπαλός quod & Gruterus probabat, vel ἁπαλῶς. Malim ego, ſi quid mutandum, ἁπλῶς. *naiement* dicerent Galli. Nempe ſenſus eſt, ita *ſimplicem* & exactam eſſe illam Bacchi repraeſentationem, vt aes in carnem tranſformatum videatur.

4 πρὸς σάρκα μεταῤῥυθμίζ. τὸν χαλκ.] non diſſimile eſt quod ſupra dicitur in Narciſſi ſtatua χαλκὸν εἰς τὴν τριχὸς καμπὴν λυόμενον.

5 ὑγρὸν καὶ κεχαλασμ.] plane gemina habes ſ. in ſtatua Cupidinis not. 5. & Narciſſi not. 5.

6 χαλκὸς μὲν ὢν ἠρυθραίνετο] ſimilia ſ. in ſtatua Cupidinis not. 8.

7 ἁψαμένῳ δέ σοι &c.] haec κυτολεξεὶ fere habentur ſupra in ſtatua *Cupidinis* vid. ibi not. 7.

8 χαλκὸς εἰς κλῶνας καμπτόμενος] ſimilis phraſis ſ. in *Satyri* ſtatua, vbi vid. not. 2.

9 καὶ τὸ βάκχειον ἐγκαταμ. δυνηθ.] ſic in ſtatua *Memnonis* de ſtatuario cuius illa opus: πέτραν ἀνίμιξεν ἀλγεινῶν. & in eadem paulo ante εἶχεν ὧν ἐγκεκραμένα καὶ τὰ λυποῦντα.

IX. ΜΕΜΝΟΝΟΣ. 1 ἦν ἐν Αἰθιοπίᾳ] de qua vide Philoſtrat. vita Apollonii Tyan. l. VI.

2 ἃ μὲν ἐν τοῖς οἰκ. ὅροις ἔμενε &c.] ſic paulo poſt in Praxitelis *Cupidine*: ἐξέβαινε τὴς αὐτῆ φύσεως ὁ χαλκὸς, τὰς ὄψεις εἰς τὸν ἀληθῆ τύπον μεθισάμενος. vide & ſupra in ſtatua *Occaſionis* n. 7.

3 ἃδὲ τὸ τῆς φύσεως σιγηλὸν] Gruterus & Salmaſ. ἅτε τῷ τῆς φύσεως σιγηλῷ quod minime diſplicet.

lapis

lapis quantumuis eſſet, vocis facultatem habebat. Modo enim orientem diem alloquebatur, voce gaudium ſignificans, & ob matris praeſentiam laetus: modo, ad noctem inclinata die, miſerandum & anxium quiddam gemebat, ob abſentiam moerore affectus. Neque vero lacrymis carebat, ſed has quoque voluntati habebat obſequentes. Videbaturque mihi Memnonis imago ab humana natura ſolo corpore differre, ceterum ſimili quodam genio animique motu acta regebatur. Immiſtam igitur ſibi & triſtitiam habebat, rurſuſque ipſum voluptatis occupabat ſenſus, ab vtroque affectu perculſum. Naturaque lapidibus quidem indolem dedit vocalem minime, atque mutam, & neque doloris regimen admittentem, neque laetitiae participem, ſed omnibus caſibus inuulnerabilem. Illi vero Memnonis lapidi & voluptatem natura indulſit, & cauti dolorem admiſcuit: ſolamque hanc nouimus artem, quae ſenſa ſaxo & vocem inſeruerit. Daedalus enim ad motionem quidem vſque audacter proceſſit, poteratque illius ars in motum ciere materiam, & ad choream excitare. Impoſſibile autem omnino, atque plane negatum ei fuit, opera moliri voce praedita. Aſt Aethiopum manus vias perficiendi impoſſibilia adinuenere, ſtuporemque vicere lapidis, & Memnoni illi Echo etiam fama eſt reſpondere, quoties loqueretur, & lugubre ingemiſcenti, carmen lugubre reddere, laetanti autem ſonum viciſſim edere aemulum. Iſtudque opus Aurorae quoque ſopiebat moerores, nec filium eam anxie quaerere ſinebat; Aethiopum quippe arte eum qui fato fuerat peremptus ipſi reſtituente.

ἀλλὰ, καὶ λίθος ὢν, εἶχεν ἐξουσίαν φωνῆς. νῦν μὲν γὰρ ἀνίσχουσαν τὴν ἡμέραν προσεφθέγγετο, ἐπισημαίνων τῇ φωνῇ τὴν χαρὰν, καὶ ἐπὶ ταῖς τῆς μητρὸς παρουσίαις [4] φιλοφρυνόμενος· νῦν δὲ, ἀποκλινομένης εἰς νύκτα, ἐλεεινόν τι καὶ ἀλγεινὸν ἔστενε, πρὸς τὴν ἀπουσίαν ἀνιώμενος. ἠπόρει δὲ ἤδη δακρύων ὁ λίθος, ἀλλ' εἶχεν ὑπηρετούμενα τῇ βουλήσει καὶ ταῦτα. καὶ ἦν Μέμνονος ἡ εἰκὼν μόνῳ τῷ ἀνθρωπείῳ διαλλάττειν μοι δοκοῦσα σώματι [5], ὑπὸ δὲ τύχης [6] τινὸς ὁμοίας, καὶ προαιρέσεως, ἀγομένη κατηυθύνετο. εἶχεν ἂν ἐγκεκραμένα καὶ τὰ λυποῦντα [7]· καὶ πάλιν ἡδονῆς αἴσθησις αὐτὸν κατελάμβανεν, ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν παθῶν πλησσόμενον. καὶ ἡ μὲν Φύσις τὴν λίθων γένεσιν ἄφθογγον παρήγαγε, καὶ κωφὴν, καὶ μήτε ὑπὸ λύπης ἐθέλουσαν διοικεῖσθαι [8], μήτε εἰδυῖαν ἡσθῆναι, ἀλλὰ καὶ πάσαις τύχαις ἄτρωτον. ἐκείνῳ δὲ τῷ Μέμνονος λίθῳ καὶ ἡδονὴν παρέδωκεν ἡ Φύσις, καὶ πέτραν ἀνέμιξεν ἀλγεινῷ [9], καὶ μόνην ταύτην ἐπισάμεθα τὴν τέχνην, νοήματα λίθῳ, καὶ φωνὴν ἐνθεῖσαν. ὁ μὲν γὰρ Δαίδαλος μέχρι μὲν κινήσεως ἐνεανιεύετο, καὶ δύναμιν εἶχεν ἡ ἐκείνου τέχνη ἐξισάναι τὰς ὕλας, καὶ εἰς χορείαν κινεῖν [10]. ἀμήχανον δὲ ἦν, καὶ παντελῶς ἄπορον, καὶ φωνῆς μέτοχα πραγματεύεσθαι τὰ ποιήματα. αἱ δὲ Αἰθιόπων χεῖρες πόρους τῶν ἀμηχάνων ἐξεῦρον, καὶ τὴν ἀφωνίαν ἐξενίκησαν [11] τῆς λίθου. ἐκείνῳ τῷ Μέμνονι καὶ τὴν Ἠχὼ λόγος ἀντηχεῖν, ὁπότε φθέγγοιτο, καὶ γοερὸν μὲν γενάζοντι γοερὸν ἀντιπέμπειν μέλος· εὐπαθοῦντι δὲ, ἀνταποδιδόναι τὴν ἠχὴν ἀντίμιμον. ἐκεῖνο τὸ δημιούργημα καὶ τῇ Ἡμέρᾳ [12] τὰς ἀνίας ἐκοίμιζε, καὶ δὴ εἶα μαστεύειν τὸν παῖδα, ὡς ἂν ἀντιπαθείσης αὐτῷ τῶν Αἰθιόπων τέχνης τὸν ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀφανισθέντα Μέμνονα.

X. *IN SIGNVM AESCVLAPII.*

Itane Argo nauem vocalem extitiſſe credimus, Mineruae manibus fabricatam, cui

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΑΓΑΛΜΑ.

Εἰτα τὸ μὲν Ἀργῶον σκάφος ἔμφωνον γενέσθαι [1] πειθόμεθα, τὸ ὑπὸ τῶν Ἀθηνᾶς τεχνη-

---

4 τῆς μητρὸς παρουσίας] erat enim *Aurorae* filius.

5 καὶ ἦν Μέμνονος — σώματι] conſtructio eſt: καὶ ἡ εἰκὼν Μέμνονος ἦν δοκοῦσά μοι τῷ ἀνθρωπείῳ διαλλάττειν μόνῳ σώματι. Quo ordine orationis obſeruato omnia planiſſima euadunt.

6 τύχης τινος ὁμ.] τύχη & Δαίμων idem, Δαίμονα autem ſuum cuiuis animum eſſe, paſſim veteribus dictum.

7 ἐγκεκρ. καὶ τὰ λυποῦντα] ſimilia vide ad ſtatuam praeced. *Bacchi* not. 9.

8 διοικεῖσθαι] ſic pro *διοικῆσαι* reſcribendum putaui, hoc enim in editis eſſe ex librariorum vitio videbatur.

9 ἀνέμιξεν ἀλγεινῷ] vid. not. praeced. 7.

10 καὶ εἰς χορείαν κινεῖν] vide obſeruata ad Philoſtrati Iunioris Imagines, in *Pyrrho* ſeu *Myſis* n. 39.

11 ἀφωνίαν ἐξενίκησαν] nihil hic opus emendatione Morelli, qui mallet *ἐξεκλίνησαν*. Ceterum gemina habes I. in *Satyri* ſtatua, vbi vid. not. 4.

12 τῇ Ἡμέρᾳ] male Morellus verterat *interdiu*. ἡμέρα hic *Aurora* eſt Memnonis mater, eo nomine appellata quoque Philoſtrato ſeniori, Imaginum l. I. in *Memnone* vide not. 7.

X. ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ. 1 τὸ μὲν ἀργῶον σκάφος ἔμφ. γενέσθαι] notum *Argo* nauem vocalem facere mythographos &

θὲν χειρῶν, ᾧ καὶ τὴν ἐν ἄστροις ἐκληρώχησε τύχην; ἄγαλμα δὲ ὐ πιστεύομεν, εἰς ὃ τὰς δυνάμεις Ασκληπιὸς ἐνίησι[2], τὸν προνοητικὸν ἐπεισάγων νῶν, ἐπὶ τὴν ἑαυτῦ κοινωνίαν τῦ ἐνοικοῦντος τὴν δύναμιν τρέπειν[3]; ἀλλ' εἰς μὲν ἀνθρώπινα σώματα κατάγεσθαι[4] τὸ θεῖον δώσομεν, ἔνθα καὶ μιανθῆναι παθήμασιν· ὐ πιστεύσομεν δὲ, εἰ μὴ ἔγγονον κακίας[5] παραπέφυκεν ἐμοὶ μὲν οὖν ὐ τύπος εἶναι δοκεῖ τὸ ὁρώμενον, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας πλάσμα. ἰδὺ γὰρ ὡς ὐκ ἂν ἠθοποίητος ἡ τέχνη, ἀλλ' ἐνεικονισαμένη τὸν θεὸν, εἰς αὐτὸν ἐξίσαται. ὕλη μὲν ὅσα θεοειδὲς ἀναπέμπει νόημα· δημιούργημα δὲ χειρὸς τυγχάνυσα, ἃ μὴ δημιργίας ἕξεσι πράττει, τεκμήρια ψυχῆς ἀῤῥήτων ἀποτίκτυσα. πρόσωπον δέ σοι θεασαμένῳ δηλῦται τὴν αἴσθησιν. ὐ γὰρ εἰς κάλλος ἐπίθετον ἐσχημάτισαι, ἀλλὰ παιὰν καὶ ἵλεων ἀνακινῦν ὄμμα· βάθος ἄφραστον ὑπαστράπτει σεμνότητος, αἰδοῖ μιγείσης. πλοκάμων δὲ ἕλικες, ῥεόμενοι χάρισιν, οἱ μὲν εἰς νῶτα τεθηλότες ἄφετοι κέχυνται, οἱ δὲ ὑπὲρ μετώπυ πρὸς τὰς ὀφρῦς ἐπιμένοντες τοῖς ὄμμασιν εἰλῦνται. οἷον δὲ ἐκ τῆς ζωτικῆς αἰτίας καὶ αὐτοὶ καταρδόμενοι, εἰς τὴν τῶν βοτρύχων καμπὴν συνελίττονται, τῷ νόμῳ τῆς τέχνης μὴ πειθομένης τῆς ὕλης[7], ἀλλὰ νοήσης ὅ-

etiam regionem inter aſtra ſorte illa aſſignauit? Statuam vero non credemus, in quam vires Aeſculapius infundit, mentem in eam prouidam inducens, inhabitantis vim ad ſui communionem flectere? Verum in corpora [fortaſſis] humana quidem numen deduci concedemus, & ibi affectuum contaminari labe, minime vero credemus, ſi, quod peccati labem non gignit, cognationem cum eo contrahere videatur. Mihi igitur quidem ſimulacrum non eſſe videtur, quod cernitur; ſed veritatis opus. Ecce enim, vt non indolis imitatrix ars ſit, ſed, imagine Deum repraeſentans, in ipſum quaſi [materiam] vertat. Materia nimirum quae ſit, diuinum ſpirat ſenſum: manuſque opus quod ſit, id ea tamen quae artis operibus minime praeſtare liceat, praeſtat, reconditorum animi ſenſuum gignens indicia. Vultus autem, ſi intuearis, ſenſum obnoxium ſibi facit. Non enim adſcititio decore ornatus eſt, ſed medicum & gratioſum flectit oculum, ſummaque & ineffabilis maieſtas verecundia temperata ſublucet. Cinnorum autem volumina, Gratiis ſcatentia, partim quidem in tergo vegetantes libere diffunduntur, partim fronti imminentes, & ad ſupercilia pertinentes, circa oculos repunt. Ipſi vero, quaſi e vitali ſcatebra irrigati, in flexum cincinnorum complicantur, arte ad legem, quam materia ei dicit, neutiquam agente, ſed quod

---

poetas, vt quae ex Dodonaea ſylua eſſet fabricata. Hinc *fatidica rates* dicitur Val. Fl. l. I. conf. & Apollon. Argon. l. IV.

2 εἰς ὃ τὰς δυνάμ. Ασκλητ. ἐνίησι] hoc ex veterum ſuperſtitione Theologorum eſt: qui ſtatuis ſuis Deos coniungi credebant, atque per eas ἐνεργεῖν. Multa eam in rem apud Iamblichum libro de myſter. Aegypt. & alios habes.

3 τῦ ἐνοικοῦντος τὴν δύναμιν τρέπειν] lectionem hanc feliciſſimae debeo coniecturae, Salmaſiine, an Gruteri? neſcio. Nam ita codicum, qui nomen eorum praeferunt marginibus adſcriptum inueni. Editi habebant σε νικῦντος τὴν δύναμιν πρέπειν, quod plane intelligi non poterat. Iam ſenſus planus: nempe ſi nauis, inquit, Mineruae manibus fabricata, vocalis extitit, multo magis ſtatua, in quam virtutem ſuam infundit Aeſculapius, dum ſuiipſius mentem cum ea intime coniungit, (vt fieri creditum priſca ſuperſtitione,) ab eo, qui eam inhabitat intus, & totam penetrat, vim eius medicam communicatam habebit. Morellus ſuſpicabatur legendum τὰς νόσες νικῶντος τὴν δύναμιν πρέπειν, vertebatque: *ſtatuam vero non credimus eiuſmodi fuiſſe, in quam vires Aeſculapius infundit, & prouidentem induxit mentem ad ſui communionem, vt victricem morborum potentiam decet.* infeliciter! Argutius & ingenioſius ſe emendaſſe putabat Mauſſacus Diſſ. Crit. ad Harpocr. p. 387. τῦ ἐσικῦντος τὴν δύναμιν, vt ſc. ſola μεταθέσει litterarum ſanetur, quod in mendo cubabat σενικῦντος: minime diſplicet, ſenſuſque manebit idem, pro *inhabitantis* enim *penetrantis* ſubſtituendum, quod eodem redit. Ceterum totius loci ſenſum Mauſſacum aſſecutum non eſſe facile patebit conferentibus eius verſionem cum noſtris, ſic enim ille: *ſtatuam vero non credemus, in quam vires Aeſculapius infundit, prouidentem inducens mentem ad ſe communicandum, vt penetrantis potentiam decet.* Nempe eum praua diſtinctio turbauit: nam poſt κοινωνίαν male στγμὴν poſuit cum Morello, qui ex ſua ὑποθέσει hoc fecit: imo & praua lectio in πρέπειν, pro quo τρέπειν erat ſubſtituendum, ei impedimento fuit.

4 εἰς μὲν ἀνθρώπινα σώματα κατάγεσθαι] nempe cum hominibus corpore quoque coniungi Daemonia, ex ſacrificiis eorum comedentibus, gentilium Theologorum ſuperſtitio fuit. vide Iulium Firmicum de prof. error. relig. p. 18. Iamblichum de myſteriis Aeg. l. V. c. 23. quam hic opinionem tangit Calliſtratus, atque ita argumentatur: ſi Deos credimus cum humanis corporibus coniungi, concupiſcentiae & peccati labi obnoxiis, cur ſtatuae coniungi non credamus, quae non eſt ἔγγονος κακίας, cuius materia immunis eſt a vitio & crimine? Niſi tamen hic malis reſpici adſumtionem formae humanae in ἐπιδημίας Deorum.

5 εἰ μὴ ἔγγονον κακίας παραπεφ.] editi εἰ μὴ ἓν ἔγγονον κακίας. Εν omittendum duxi, id enim ſenſum turbabat & natum ex repetitione primae ſyllabae vocis ἔγγονον videbatur. Ceterum τὸ ἔγγονον ſimili modo vſurpatur in ſtatua Hippocratis vbi λόγοι μνήμης ἔγγονοι. Παραπέφυκεν autem referendum ad τὸ θεῖον, quod praeceſſit: ſic argumentatio exſurget ea, quam nota praeced. indicauimus, quam verſio noſtra luculenter explicat. Mauſſacus Diſſ. Crit. ad Harpocrat. p. 388. retinet ἓν, atque ita vertit: *At numen in humana corpora deduci quidem concedemus, ibique adfectionibus maculari: non illud tamen credemus, niſi quod rectum eſt malo adgnatum dicamus, id eſt niſi malum eum recto reperiri poſſe, vt cum homine numen fateamur.* Quae verſio certe vſui linguae Graecae parum eſt conſentanea, qua particulam ἓν abſolute poſitam ſubſtantiue *pro eo quod rectum* non memini vſurpari.

6 εἰς αὐτὸν ἐξίσαται] ſic de Daedalo imag. praeced. δύναμιν εἶχεν ἡ ἰκελίκ τέχνη ἐξισάνα τὰς ὕλας.

7 τῷ νόμῳ τῆς τέχνης μὴ πειθομένης τῆς ὕλης] conſtruo Deum

Deum effingat, ſuoque adeo arbitrio potenter agere oporteat. Ceterum cum ea, quae oriuntur, interire ſoleant, forma ſigni, vt quod ſanitatem ipſam in ſe contineat, vigorem intemeratum poſſidens viget. Nos quidem tibi, certe o puer, ſermones iuueni aptos, & memoriam excitantes, exorſi ſumus; id enim vt puto, expetis: tu vero ad hymnum quoque canendum es paratus, ſi modo ſanitatem in pretio habeas.

XI. IN CVPIDINEM ALTERVM PRAXITELIS.

Deumne in arce Athenienſi ſpectaſti, quem Praxiteles ſtatuit? An potius artis opus oratione ſiſtere tibi oportet? Puer erat mollis & tener, arte metallum ad mollitiem & iuuenilem venuſtatem flexile reddente. Deliciarum autem, & quae ex oculis micant illecebrarum, plenus erat, & pubis florem prae ſe ferebat. Haecque omnia erat videre ad artis nutum immutata. Tener erat enim aduerſam habens teneritudini indolem, & ad mollitiem vergebat expers mollitiei, totumque naturae ſuae ordinem egrediebatur metallum, limites ſuos ad veram expreſſionem proferens, atque exors ſpiritus, ſpiritum tamen ſuſceperat. Etenim quorum nec capax erat ipſa materia, nec adſpirantem alium habebat, horum ars facultatem ſuggerebat. Atque cum genis ruborem communicabat, quod admirabile profecto erat, aes quod eſſet ruborem vt gigneret. Praeterea puerilis aetatis venuſtate relucebat. Et comae cincinnos ſuperciliis imminentes habebat. Ipſe tamen, cingulo capitis caeſariem redimitus, at-

τι σχηματίζει θεὸν, καὶ δεῖ δυναστεύειν[8]. τῶν δὲ γινομένων εἰωθότων φθείρεσθαι, ἡ τῦ ἀγάλματος ἰδέα, ἅτε δὴ τῆς ὑγείας τὴν ὐσίαν ἑαυτῇ φέρουσα, ἀκμὴν ἀνώλεθρον ἐπικτωμένη θάλλει. ἡμεῖς μὲν δή σοι καὶ λόγων, ὦ παῖ, νεαρῶν, καὶ μνήμης ἐγγόνων ἀπηρξάμεθα· κελεύεις γὰρ, οἶμαι· πρόθυμος δὲ σὺ καὶ τὸν νόμον[9] ᾄδειν, εἰ νέμοις ὑγείαν.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΡΑΞΙΤΕΛΟΥΣ ΕΡΩΤΑ.

Τεθέασαι τὸν θεὸν ἐπ' ἀκροπόλει, ὃν Πραξιτέλης ἵδρυσεν; εἰ δεῖ σοι τῆς τέχνης παρεκθῆναι τὸ πρᾶγμα; παῖς ἦν ἁπαλός τε, καὶ νέος, πρὸς τὸ μαλθακόν τε, καὶ νεοτήσιον τῆς τέχνης τὸν χαλκὸν μαλαττόμενος[2]. χλιδῆς δὲ ἦν ἀμέρα μεστὸς, καὶ τὸ τῆς ἥβης ἔφαινεν ἄνθος. πάντα δὲ ἦν ἰδεῖν πρὸς τὴν τῆς τέχνης βούλησιν ἀμειβόμενα. καὶ γὰρ ἁπαλὸς ἦν, μαχομένην τῇ ἁπαλότητι[3] τὴν ὐσίαν ἔχων, καὶ πρὸς τὸ ὑγρὸν ἤγετο, ἐξερημένος ὑγρότητος. καὶ ὅλος ἐξέβαινε τῆς αὐτῦ φύσεως ὁ χαλκὸς, τὰς ὄψεις εἰς τὸν ἀληθῆ τύπον μεθιστάμενος[4]. ἄμοιρος δὲ ὢν πνεύματος, καὶ τὸ ἔμπνουν ὑπεδύετο. ἃ γὰρ μὴ παρέλαβεν ὕλη, μηδὲ εἶχε τὸν φῦντα, τούτων ἡ τέχνη τὴν ἐξουσίαν ἐπορίζετο. ἐκοινῦτο[5] δὲ τὰς παρειὰς ἐρυθήματι, ὃ δὴ καὶ παράδοξον ἦν, χαλκὸν τικτόμενον ἔρευθος[6]. καὶ παιδικῆς ἦν ἡλικίας ἄνθος ἐκλάμπων. κόμης δὲ εἶχεν ἕλικας, ταῖς ὀφρύσιν ἐπιβαίνοντας. ὁ δὲ, τελαμῶνι κατασέφων τὴν κεφαλῆς κόμην, καὶ ἐκ

τῆς τέχνης μὴ πειθομένης τῷ νόμῳ τῆς ὕλης. Senſus eſt: artem τῶν βοστρύχων καμπὰς h. e. *cincinnos capillamenti* finxiſſe, nihil curae habentem, quod materia ei rei minus opportuna eſſet: vt eſt quandoque opportuna magis, artemque iuuat, aliqua parte magis eminens vel magis depreſſa, vel maculis notata, vt ſupra in *Indi* imagine, & *Bacchae*, artifex, *album liuidamque* marmoris partem in vſus ſuos vertens, oculos, & capellam mortuam inde fingebat. Ibi ergo τέχνη erat πειθομένη τῷ νόμῳ τῆς ὕλης. In hac vero Hippocratis ſtatua minus, in cuius materia nihil erat, quod faueret fingendis capillorum cincinnis. Hic itaque ars ἃ πείθεται νόμῳ ὕλης *non obſequitur legi materiae*, ſed ipſa materiae *leges ſcribit*, (quod noſtro paulo poſt eſt δυναστεύειν,) vt id audeat excitata eo, quod ſentiat *Deum* ſe fingere, vnde quaſi ἐνθουσιάζουσα aliquid maius aggrediatur.

8 ὑσύσης ὅτι σχημ. θεὸν καὶ δ. δυναστ.] ſic ſupra in *Cupidinis* ſtatua χαλκὸς αὐτὸν ἐτύπτε, καθὼς ἂν ἔχοντα τυπῶν, τύραννον θεὸν καὶ μίγαν, καὶ αὐτὸς ἐδυναστέυετο.

9 νόμον] νόμος hymnus eſt, quales in Deorum honorem canebantur, Plutarch. de Muſica p. 1133. de Olympo hymnographo πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους. Et Ariſtophanis enarrator in equitib. p. 228. νόμοι δὲ καλοῦνται οἱ εἰς θεοὺς ὕμνοι. Vtque hic νόμον Aeſculapio canendum habemus; ſic Ageos νόμον apud Plutarch. l. c. p. 1141. τὸν τῆς Ἀθηνᾶς νόμον ibid. p. 1143. Nempe omnes hymnos Deorum νόμους dictos, quod certis legibus adſtricti fierint, ex loco Platonis l. VII. de legib. p. 799. docet, virique cl. Andr. Dacerii errorem, qui ad Ariſtotelis Poetic. c. 1. & 2. νόμοι *hymnum Apollinis* eſſe putabat, ex eo arguit ill. Spanhemius ad Callimachum p. 509.

XI. ΕΡΩΣ. 1 Πραξιτέλες Ερωτα] alius Cupido Praxitelis, itidem aereus, delineatus fuit ſupra.

2 τῆς τέχνης τὸν χαλκὸν μαλαττ.] ſimilia f. habes in *Cupidine* vbi vide n. 7. & *Narciſſo* vbi vide n. 5.

3 μαχομένην τῇ ἁπαλότ.] editi μὴ μάχομένην &c. negantem particulam Gruterus etiam ſine viderat omittendam, ſine omiſſam in MSS. inuenerat. Non diſſimile autem huic loco eſt, quod ſupra in *Narciſſo* legebamus: λίθος εἰς ὑγρότητα κεχαλασμένος, καὶ ἁπαλὸν σῶμα τῇ ὐσίᾳ παρεχόμενος. & paulo ante in *Aeſculapio* vbi vid. not. 7.

4 ἐξέβ. τ. αὐτῇ φύσ. ὁ χαλκὸς, τὰς ὄψεις εἰς τὸν ἀληθῆ τύπον μεθισ.] ſic ſupra in ſtatua *Occaſionis* τὸν χαλκὸν αἴτιον τῆς οἰκείας ἐκβαίνοντα τάξεως & in ſtatua *Memnonis*: ὃ μὲν ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις ἵσταται λίθος.

5 ἐκοινῦτο] editi ἐκίνητο; meliorem lectionem Grutero Salmaſioue debemus.

6 τικτόμενον ἔρευθος] ſic *ſtatua Orphei* initio χαλκὸς τῇ τέχνῃ συναπέτικτε τὸ κάλλος.

τῶν

τῶν ὀφρύων ἀπωθούμενος τῷ διαδήματι τὰς τρίχας, γυμνὸν πλοκάμων ἐτήρει τὸ μέτωπον. ὡς δὲ καὶ κατὰ μέρος ἐξητάζομεν τὴν τέχνην, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ δὲ ἄλματα, ἀφασίᾳ πληγέντες εἰσήκειμεν. ὅ, τε γὰρ χαλκὸς εὐτραφῆ καὶ λιπῶσαν ἐπεδείκνυτο τὴν σάρκα, καὶ πρὸς τὴν τῆς τριχὸς μίμησιν μεθηρμόζετο, ὅτε μὲν βοστρύχων ἄλων πλοκαῖς συνεξελισσόμενος, ὅτε δὲ θελούσῃ τῇ τριχὶ ἐκταδὸν κατὰ νώτου χεθῆναι συναπλούμενος, ὅτε δὲ ἐπιτεῖναι τὰ μέλη πρὸς τὸ σύντονον μεθισάμενος. ὅμμα δὲ ἱμερῶδες αἰδοῖ συμμιγὲς[7], ἀφροδισίᾳ ἐρωτικῇ γέμον χάριτος, καὶ γὰρ ἤδει ζηλῶν ὁ χαλκὸς τὸ ἐράσμιον. καὶ ὑπήκουσας ἰθέλοντι τῷ εἰδώλῳ γαυρῶσαι[8]. ἀκίνητος δὲ ὅτος ὁ ἔυφημος, ἔδοξεν ἄν σοι κινήσεως μετέχειν, καὶ εἰς χορείαν ἐυτρεπίζεσθαι.

que diademate superciliis arcens capillos, liberam a cinnis frontem tuebatur. Cum per partes autem artem expenderemus, & palpitationes, quas simulabat; stupore perculsi constitimus. Aes namque pinguem atque opimam repraesentabat carnem, & ad capillitii imitationem erat transformatum, partim quidem in crispos conuolutum cirros, partim crini, longo tractu per dorsum spontaneo motu diffuso, adaptatum, partim ita conformatum, quasi membra ad vehementiorem conatum intenderet. Oculus vero, illecebras verecundia permistas habens, plenus venereae erat cupiditatis, etenim id quod amabile est imitari quoque nouerat metallum. Audires statuam laetos clamores edere parantem: immotumque, pulcrum illum, motus participem crederes esse, & ad choream se accingere.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΚΕΝΤΑΥΡΟΥ.

Εἰς ἱερὸν εἰσιὼν σεμνόν τι καὶ μέγα, ὃ τὴν καλλίστην εἰκασίαν εἰς ἑαυτὸ μεθίστη, ἐν τοῖς προπυλαίοις τῷ νεῷ ἱδρυμένον θεῶμαι Κένταυρον, οὐκ ἀνδρὶ, κατὰ τὴν Ομήρειον εἰκόνα[1], ἀλλὰ θηρίῳ παραπλήσιον ὑλήεντι. ἄνθρωπος ἦν ἄχρι λαγόνος κατιὼν ὁ κένταυρος, ἐς ἵππου βάσιν τετρασκελῆ λήγων. τὸν γὰρ ἵππον καὶ τὸν ἄνθρωπον[2] ἡ φύσις ἐξ ἡμισείας τεμοῦσα, εἰς ἓν σῶμα συνήρμοσε, τὸ μὲν ἀποκρίνασα τῶν μερῶν, τὰ δὲ ἀλλήλοις τεχνησαμένη σύμφωνα. τῆς μὲν γὰρ ἀνθρωπίνης, ὅσον ἀπ' ἰξύος εἰς ἄκραν ὑποφέρεται τὴν βάσιν, ἀφεῖλε, τῷ δὲ ἵππου σώματος, ὅσον εἰς ὀμφαλὸν καταβαίνει τεμοῦσα, τῷ ἀνθρωπείῳ συνῆγε τύπῳ. ὡς τ' μὲν ἵππον τ' κεφαλὴν ποθεῖν καὶ τὰς ἀυχενίους τένοντας, ᾗ ὅσον εἰς τὸν νῶτον καταβαῖνον ἐυρύνεται, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἀπὸ ὀμφαλοῦ μέχρι τῆς βάσεως σπεργμὸν ζητεῖν. τοιοῦτος δὲ ὄντος τῷ σώματι, εἶδες ἂν θυμὸν ἐπιπνέοντα[3] τῷ τεχνήματι, καὶ

XII. IN CENTAVRI STATVAM.

Ingressus in templum quoddam augustum atque ingens, quod pulcerrimas sibi vindicauerat imagines, vestibulum ante ipsum templi Centaurum video positum, non viro, quemadmodum & Homerica fert delineatio, sed belluae syluicolae similem. Homo quippe erat ad ilia vsque Centaurus, in equi desinens inferiora, pedibus quatuor. Equum enim hominemque natura dimidio sectum in vnum corpus compegerat, parte quidem membrorum secreta, parte vero vt sibi inuicem congruerent elaborata: humano enim corpori, quantum a lumbo ad imos pedes subtenditur, detraxit: equini autem corporis quantum ad vmbilicum vsque pertingit rescindens, humanae effigiei id coniunxit: ita vt equus caput quidem desideraret, tendinesque ceruicales, & quicquid in terga descendit ibique explicatur, homo vero ab vmbilico ad pedes vsque, cui insistat, fundamentum requirat. Talis autem corpore cum esset, animum videas opus istud spirare: corpus vero horridum, & in

---

7 ἱμερῶδες αἰδοῖ συμμιγὲς] lectionem retineri posse puto vulgatorum. Ad oram Gruterus Salmasiusue annotauerat ἱμέρῳ καὶ αἰδοῖ.

8 καὶ ὑπήκουσας ἰθέλοντι τῷ εἰδώλῳ γαυρῶσαι] editi γαυρῶσα, in MSS. se inuenisse monuerat Morellus: ὑπακοῦσαι ἰθέλοντι τῷ εἰδώλῳ γαυρῶσαι: iuxta quae verterat ipse: metallum nouerat amabilem aemulari indolem, *& obtemperare simulacro superbe gestienti.* Ex Aldina ὑπήκουσας edidimus, pro quo ὑπηκόησα habebat textus Morelli: verisimilem Aldinae lectionem reddit quod sequitur ἔδοξεν ἄν σοι.

XII. ΚΕΝΤΑΥΡΟΥ. 1 κατὰ τὴν Ομήρειον εἰκόνα] quo respiciat Callistratus nescio, nec memini Centauri ἔκφρασιν obuiam esse apud Homerum. Nisi forte id spectat quod Iliados Λ' sub finem δικαιότατος Κενταύρων dicitur Chiron. Extat quoque Odyss. Φ' v. 295. sq. Centauri mentio, sed forma qualis ei fuerit nec ibi diserte dicitur.

2 τὸν γὰρ ἵππον καὶ τὸν ἄνθρ.] ita legendum esse assentio Morello, ante enim editum τῶν γὰρ ἵππων καὶ τῶν ἀνθρώπων.

3 ἐπιπνέοντα] sic ex ingenio rescripsi pro ἐπιπλέοντα, quod in editis erat.

vultu

vultu belluinum quiddam renidens: ipsosque pilos pulcerrime imitari lapidem, & omnia ad veram imitationem contendere.

XIII. IN SIGNVM MEDEAE.

Vidi etiam famosam in Macedoniae finibus Medeam. Marmor erat animi indolem indicans, arte in eo exprimente illa, quae impleuerant animum. Etenim profundae meditationis prae se ferebat indicium, insurgebatque animi aestus, & ad tristitiam composita erat imago, vtque paucis absoluam, id quod cernebatur explicatio erat eorum quae patrata ei fuerunt. Nam cogitatio [imagine expressa] magis, quam si ipsam agere vidisses, mulieris consilia prodebat: fervor autem animi, impetu irae repraesentatus, ingenium eius ad opus excitare videbatur, ad caedem patrandam eam impellendo. Moestitia porro miserationem super filiis conceptam designabat, ad maternum affectum lapidem ab ira parum valide reuocans. Neque enim rigida prorsus & belluina erat imago, sed irae partim, partim insaniae indicium habebat, muliebris ingenii consiliis inseruiens: vt suspicioni locum faceret, fore, vt post bilem femina, a furore libera, ad commiserationem reuertatur, animusque, malo considerato, eius grauitate affligatur. Hos sane in corpore affectus imago exprimebat, & videre erat lapidem, partim furorem oculis circumferentem, partim tetricum tuentem, atq; eo emollitum vsque, vt anxietatem sentiret: aperte quodammodo artifice gestus eius impetum ad imitationem eorum, quae in dramate suo Euripides habet, effingente. Deliberat autem illa, vna commouens intelligendi facultatem perturbatam, & mores ad ferociam traducit, fixos a natu-

ἠγελωμένον τὸ σῶμα, καὶ τῷ προσώπῳ θηελῶδες ἐπανθῶν, καὶ τὸ τῆς τριχὸς κάλλιστα ὑποκρινομένην τὴν ἑτέραν, καὶ πάντα πρὸς τὸν ἀληθῆ τύπον σπεύδοντα.

ΕΙΣ ΤΟ ΜΗΔΕΙΑΣ ΑΓΑΛΜΑ.

Εἶδον καὶ τὴν πολυθρύλλητον ἐν ὄροις Μακεδόνων Μήδειαν. λίθος ἦν μηνύων τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος, ἀπομαξαμένης εἰς αὐτὴν τῆς τέχνης τὰ συμπληρῶντα τὴν ψυχήν. καὶ γὰρ λογισμῷ κατηγορεῖτο δήλωμα, καὶ θυμὸς ὑπανίστατο, καὶ πρὸς λύπης διάθεσιν μετέβαινεν ἡ εἰκών, καὶ, ὡς βραχέως εἰπεῖν, τῶ περὶ αὐτὴν δράματος ἐξήγησις ἦν τὸ ὁρώμενον. ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς[1] ὑπὲρ τὴν πρᾶξιν ἐδήλω τῆς γυναικὸς τὰ βουλεύματα. ὁ δὲ θυμὸς, τῇ ῥύμῃ τῆς ὀργῆς παραγραφόμενος[2], τὴν φύσιν πρὸς τὸ ἔργον ἤγειρε, τὴν ἐπὶ τὸν φόνον ὁρμὴν εἰσαγόμενος[3]. ἡ λύπη δὲ τὸν ἐπὶ τοῖς παισὶν ἐπεσήμαινεν οἶκτον, εἰς τὴν μητρῴαν σύνεσιν ἀῤῥώστως ἐκ τῶ θυμῶ τὴν λίθον ἕλκυσα[4]. ἀγαρ ἄτεγκτος, ἀδὲ θηελώδης ἡ εἰκὼν, ἀλλ' εἰς θυμῶ, καὶ μανίας ἔνδειξιν διηρεῖτο, ὑπηρετουμένη τοῖς τῆς γυναικὸς φύσεως βουλεύμασιν. εἰκὸς γὰρ ἦν, μετὰ τὸν χόλον καθαρεύουσαν τῶ θυμῶ, ἐπιστρέφεσθαι πρὸς οἶκτον, καὶ εἰς ἔννοιαν ἐρχομένην τῶ κακῶ τὴν ψυχὴν οἰκτίζεσθαι. ταῦτα μὲν τῶ σώματος τὰ πάθη ἡ εἰκὼν ἐμιμεῖτο. καὶ ἦν ἰδεῖν τὴν λίθον ὅτε μὲν φέρουσαν τὸν θυμὸν ἐν ὄμμασιν, ὅτε δὲ σκυθρωπὸν ὁρῶσαν, καὶ μαλαττομένην εἰς γενότητα[5], ὥσπερ ἄντικρυς τῶ τεχνησαμένω τὴν ὁρμὴν εἰς τῆς Ευριπίδω δραματοποιΐας πλάσαντος[6] τὴν μίμησιν. καὶ βουλεύεται, συναγακινοῦσα καὶ σύνεσιν ἔκφρονα, καὶ εἰς θυμὸν ἀγριαίνει τὸ ἦθος, τὰς πεπηγότας[7] τῇ φύσει πρὸς

XIII. ΜΗΔΕΙΑΣ. 1 λογισμὸς] ille nempe, quem iuxta cum θυμῷ in imagine expressum paulo ante dixerat.

2 παραγραφόμενος] nempe θυμὸς conspici nequit, ideoque artificem ὁρμὴν τῆς ὀργῆς, *impetum* atque *vim*, quae in corpore iratorum apparet, exprimentem, θυμὸν oculis subiecisse ait.

3 τὴν ἐπὶ τὸν φόνον ὁρμ. εἰσαγ.] φόνον legendum pro ψόφον, quod in editis erat, certum mihi videtur: idque secutus etiam in versione sua Morell. fuerat. ὁρμὴν vero εἰσάγειν est *impellere*. Statua itaque eum λογισμὸν atque animi dispositionem ostendebat, qua ad caedem patrandam Medea impelli videretur.

4 ἀῤῥώστως ἐκ τῶ θυμῶ τὴν λίθον ἕλκυσα] male editi ἕλκυσαν pro ἕλκυσα, quod refero ad id, quod praecessit, ἡ λύπη. Praeterea male pro ἀῤῥώστως Morellus substituit ἀῤῥήτως, quod in versione quoque secutus est. Sic enim ille: *Et in maternam prudentiam occulte ex animi aestu marmor traberet.* Omnia alia volebat dicere Callistratus: Nempe statuarium *tristitiae* affectum in Medeae facie expressisse: quae esset indicium misericordiae, atque doloris cuiusdam, ob filiorum caedem, quam ipsa patrauit Medea, concepti: sed quae tamen ἀῤῥώστως, *non satis fortiter*, vt maternus affectus rediret, efficere possit; vt adeo haec ipsa, quae ab arte est, tristitia lapidem tamen non satis valide pertrahat ad eam speciem, quae maternos animos Medeae redditos esse indicet.

5 μαλαττομένην εἰς γενότητα] eleganter lapidem, rem duram, arte dicit ita emollitum, vt anxietatem & angustias quasi sentiat: dum nempe eam lapidi vultus figuram induit, quae esse solet eorum, quos anxios aliquid habet. Eadem tamen sententia passim in his *Ecphrasibus* recurrit.

6 πλάσαντος] sic scripsi pro πλάσαντος, quod in editis erat, ex coniectura, maxime, vt confido, probabili.

7 πεπηγότας] in margine indicatam Morello emenda-

τὰ ἔγγονα τῆς φιλογονίας ὄρεις ἐκβάλλουσα, καὶ παιδικῶν λόγων μετὰ τὴν ἄνομον σφαγὴν ἅπτεται. ἦν δὲ αὐτῇ καὶ ξιφηφόρος ἡ χεὶρ, διακονεῖν ἑτοίμη τῷ θυμῷ, ἐπὶ τὸ μίασμα σπευδούσῃ, καὶ ἠμελημένη θρὶξ, τὸ ἀυχμηρὸν ἐπισημαίνουσα, καὶ σολή τις πένθιμος, ἀκόλουθος τῇ ψυχῇ.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΑΘΑΜΑΝΤΟΣ.

Εἰκὼν ἦν ἐπὶ ταῖς Σκυθικαῖς ἠϊόσιν, οὐκ εἰς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ καὶ [2] ἀγωνίαν τῶν γραφῆς καλῶν [3] ὡς ἐξησκημένη. ἐκτετύπωται δὲ κατ' αὐτὴν Ἀθάμας, μανίας οἰστρούμενος. ἦν δ' ἰδεῖν γυμνὸς, αἵματι φοινίσσων τὴν κόμην, ἠνεμωμένος τὴν τρίχα, παράφορος τὸ ὄμμα, ἐκπληξίας γέμων. καὶ ὅπλισο δὲ οὐ μανίαις μόνον εἰς τόλμαν, οὐδὲ τοῖς ἐξ Ἐρινύων δείμασι δημοφθόροις ἠγρίωτο, ἀλλὰ καὶ σίδηρος τῆς χειρὸς προεκβέβλητο, ἐκθέοντι [4] παραπλήσιος. ἡ μὲν γὰρ χεὶρ ὄντως ἦν ἀκίνητος, ἐδόκει δὲ οὐ τί ἦν τὸ σάσιμον, ἀλλὰ δόξῃ κινήσεως. [Ινὼ δὲ,] [5] ὑπὸ τοῦ φόβου χλωρόν τι καὶ τεθνηκὸς ὁρῶσα, ἐνηγκάλιζο δὲ καὶ παῖδα νήπιον, καὶ τὴν θηλὴν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ προῆγε, τὰς τροφίμους ἐπισάζουσα πηγὰς τοῖς τροφίμοις. ἐπήγετο [6] δὲ ἡ εἰκὼν καὶ τὴν ἄκραν τῆς Σκίρωνος [7], καὶ τὴν θάλατταν τὴν ὑπόρειον. τὸ δὲ ῥόθιον πρὸς ὑποδοχὴν [8] ἐκολποῦτο, κυμαίνειν εἰωθός. καὶ ζεφύρου τι κατέχει τὸ σῶμα [9], λιγυρῷ πνεύματι τὴν θάλασσαν κατευνάζοντος. ὁ γὰρ δὴ κηρὸς [10] ἐφάνταζε τὴν αἴσθησιν, ὡς καὶ πνοὴν δημιουργεῖν ἐπισάμενος, καὶ ἀνακοντίζειν [11] θαλασσίους ἄυρας, καὶ εἰς ἔργα φύσεως ἐπάγειν τὴν μίμησιν. παρεσκίρτων δὲ καὶ

ra terminos caritatis in proprios foetus excedens, poſtque impiam caedem amatorios ſermones inſtituit. Ceterum manus ipſi erat enſifera, ad inſeruiendum irato animo parata, dum ad flagitium properabat, & incompta coma, ſquallorem prae ſe ferens, & amictus, lugubri affectui conſentaneus.

XIV. IN ATHAMANTIS SIGNVM.

Imago fuit in Scythicis ripis; non ad ornatum tamen tantum, ſed ad certamen pulcritudinis, quae modo eſſet in pictoria arte, ad amuſſim quaſi elaborata. Expreſſus vero in ea Athamas erat, furoris ſtimulis percitus. Videre eum erat nudum, comam ſanguine adſpergentem, ventis agitata caeſarie, oculo tranſuerſum intuente, ſtupore plenum. Neque inſania tantum ad audaciam armatus erat, nec furiarum terriculamentis, populis exitioſis, ſolum exaſperabatur, verum & ferrum manu protendebat, iamiamque ferienti ſimilis erat. Etenim manus reuera quidem erat immota, verum immotum, hoc quod erat eſſe haut videbatur, ſed ſpeciem praebebat motus. [Ino vero] prae formidine pallidum quid & mortiferum prodebat, infantemque etiam puerum vlnis amplexabatur, & papillam labiis ipſius admouebat, alibiles latices inſtillans altricibus labiis. Porro imago iugum ſiſtebat Scironis, & mare quod montis radices alluit. Fluctus, aeſtuare alias ſolitus, ſinum, quo exciperet, pandebat. Zephyrique aliquantum corpus occupabat, ſtridulo flatu mare ſopientis. Cera enim ſenſus imaginem exhibebat, vt quae etiam ſpiritum producere noſſet, & marinas auras eiaculari, atque ad naturae opera imitationem perducere. Aſſultabant etiam marini del-

---

tionem, in textum recipere non dubitaui. Editi enim habebant πεπεικότας.

XIV. ΑΘΑΜΑΝΤΟΣ. 1 εἰς ἄγαλμα Ἀθάμ.] non ἄγαλμα hic deſcribitur, ſed εἰκὼν cera picta, vt poſt patebit. Male igitur εἰς ἄγαλμα huic ἐκφράσει inſcriptum.

2 ἀλλὰ καὶ] malebat Morell. ἀλλ' εἰς. Sed nihil opus emendatione: nam εἰς per ellipſin ſupprimi nil impedit.

3 τῶν γραφῆς καλῶν] in editis additum erat οὐ κάλλους. Quas voces, certiſſime natas ex variante lectione, margini adſcripta, qua τοῦ κάλλους pro τῶν καλῶν alicubi legi monuerat nonnemo, & textui imperite infertas, omittendas eſſe exiſtimaui. Morellus eas retinebat, pro οὐ κάλλους tamen καὶ κάλλους legendum cenſens.

4 ἐκθέοντι] ἐκθεῖν hic dici videtur de illo, qui in eo iam ſit vt feriat, quod fit pedem promouendo.

5 Ινὼ δὲ] has voces excidiſſe certe ſuadent ſequentia, quorum nullus ſine iſtis eſt ſenſus, quamobrem reſtituere eas neceſſitas coegit.

6 ἐπήγετο] ſic ſcribendum non dubito eſſe pro ἐπείγετο quod editum antea fuit.

7 Σκίρωνος] ſic meliores autores vocant montes in Megaride, ſuper quos iter ab Iſthmo eſt Megara & in Atticam. Quamobrem repudiato Σκίρρωνος, quod in prioribus editionibus erat, veram lectionem reduximus. Nota autem inter *Sironia ſaxa* petra *Moluris*, ex qua *Ino* cum *Melicerte* ſe in mare praecipites dederunt, poſtquam *Inus* coniux, Athamas, filium natu maiorem, Learchum, furore percitus interemiſſet. vid. Pauſan. Attic. fine p. 43. Ipſa igitur *petra Moluris* hic intelligenda per ἄκραν τῆς Σκίρωνος.

8 ὑποδοχὴν] *Inus* nempe & *Melicertes*, qui in mare deſilientes, a mare benigne accepti in marinos Deos mutati fuere, Leucotheae, vti notum, & Palaemonis nomine.

9 Ζεφύρου τι κατέχει τὸ σῶμα] nempe vt Strabo l. I. p. 28. habet: Attica, Zephyri adſpirare videntur a Scironiis ſaxis, vnde etiam *Zephyri* appellantur *Scirones*. adde & l. IX. p. 391.

10 ὁ γὰρ δὴ κηρὸς] *Ceris pingere* antiquis vſitatum vid. Plinium lib. XXXV. ſ. 39. & 41. eaque de re multa multi. Harduino res ita peracta videtur: In tabulis ligneis ducebantur lineares quaſi ſulci, qui figuram referrent picturae mox futurae. Ductus illi poſtea implebantur infuſa diuerſi coloris cera, pro ratione imaginis: quae cera deſcendebat altius, imprimebaturque, tabulae ſubditis ignibus.

11 ἀνακοντίζειν] voce ſimili modo de aqua vſus eſt Herodotus in Melpom. ἀνακοντίζει ἐς μέσον τὸν ἁλὸς ὕδωρ ψυχρὸν καὶ γλυκύ.

phines

phines, procellas in pictura secantes. Videbaturque flatu agitari cera, & ad maris imitationem composita, plane in eius naturam vergens. Amphitrite quidem, in tabulae extremis ex fluctibus prodiens, saeuum quodammodo atque horridum tuebatur; & solare quoddam iubar ex oculis radiabat. Nereides vero iuxta eam stabant: molles autem hae erant aspectu, iucundae, & Venerisque illecebras ex oculis stillantes, atque in superficie fluctuum marinorum gressus voluentes admirationi erant. Eis Oceanus hem circumfunditur, parumque abest, quo minus eius fluenta motum didicisse videantur, qualis maris fluctuantis esse solet.

εἰνάλιοι δελφῖνες, τὸ ῥόθιον ἐν τῇ γραφῇ τέμνοντες. καὶ ὁ κηρὸς ἐδόκει διαπνέεσθαι, καὶ πρὸς τὸ τῆς θαλάσσης νομίζεσθαι μίμημα, πρὸς αὐτῆς τὴν ἐξουσίαν ἐξαλλαττόμενος[11]. ἤγε μὴν[12] τοῖς τῆ πίνακος τέρμασιν Ἀμφιτρίτη ἐκθυδιζομένη ἄγριόν τι, καὶ φρικῶδες ὁρῶσα, καὶ ἡλιακόν τι σέλας ἐκ τῶν ὀμμάτων μαρμαίρουσα. Νηρηίδες δὲ περὶ αὐτὴν εἱστήκεσαν· ἁπαλαὶ δὲ ἦσαν αὗται, καὶ ἀνθηραὶ προσιδεῖν, καὶ Ἀφροδίσιον ἵμερον ἐξ ὀμμάτων στάζουσαι, ὑπὲρ δὲ ἄκρων τῶν θαλασσίων κυμάτων ἐλίσσουσαι τὴν πορείαν ἔπλητλον. περὶ δὲ αὐτὰς Ὠκεανὸς, φεῦ, ᾤχετό γε, μικρᾷ τῆς τοῦ ποταμοῦ[13] κινήσεως καὶ κυμαίνειν διδαχθείσης.

---

11 *πρὸς αὐτ. τὴν ἐξουσίαν ἐξαλλαττόμ.*] vide notata s. ad statuam Bacchae n. 6.

12 *εἴγε μὴν*] editi *εἰ γέμων*. Sed verissimam Morelli emendationem in textum admittere non dubitauimus.

13 *ποταμοῦ*] Oceanum *ποταμὸν* appellari ab Homero notissimum vid. Odyss. Λ′ sub fin. & alibi.

14 *μικρᾷ τ. τ. ποτ. κινήσ. καὶ κυμαίνειν διδαχθ.*] ad verbum: *parumque abesse quo minus fluuii motus etiam vt fluctuet edoceatur*. Sensus vero est: parum abesse quo minus motus animaduertatur in oceano, qualis sit fluctuum maris agitatorum: adeo nempe exacte artifex Oceanum effinxerat.

ΤΩΝ ΤΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ ΕΚΦΡΑΣΕΩΝ ΤΕΛΟΣ.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ.
PHILOSTRATI EPISTOLAE.

GRAECE ET LATINE.

LECTORI S.

EPistolae Philostrati agmen claudunt collectionis operum Philostrateorum, quam hocce complexum est volumen, de quibus, vti non multa adeo, ita nonnulla tamen monenda veniunt, quae scire interesse putent sua, antequam ad ipsas legendas epistolas hasce accesserint, Lectorum diligentiores.

Hoc itaque ante omnia monendum, aliquanto auctiorem nos hic epistolarum Philostrati collectionem exhibere, quam vel in volumine epistolarum variarum ab Aldo Manutio, A. 1499 in 4. edita fuit, (nam operum reliquorum Philostrateorum collectioni, quae postea An. 1501 & 1503 prodiit, epistolas Aldus non adiecit,) vel in collectione veterum epistolarum, cui Cuiacii nomen praefixum est, vel in editione Morelliana operum Philostrateorum. In eis enim LXIII numerabantur Philostrati epistolae, nos LXXIV exhibemus, vt adeo vndecim epistolis auctior hucusque recensitis haec nostra editio in lucem procedat. Earum octo illas quae LXIII inter & LXXII a nobis collocatae fuerunt, Io. Meursius iam vulgauerat, vna cum dissertatione de Philostratis, quae anno 1616 ex officina Elzeuiriana prodiit. In ea praeterea collectione epistolas quasdam antea mutilas ille exhibuerat, quarum ex codicibus, quibus vsus fuerat, implere lacunas ipsi fuerat datum. Sunt illae epist. XXV. XXVI. XXIX. & XLIV, quas ex Meursiana editione heic quoque suppleuimus, suffragantibus codicibus Vaticanis, quorum indicium ad ipsa illa loca a nobis factum fuit. Ex iisdem vero Vaticanis codicibus habemus epistolas LXXII. LXXIII. & LXXIV, nisi tamen postrema sit epistolae fragmentum potius quam epistola. Confido autem hac ratione resarcitum iri damnum, quod in collectione harum epistolarum Iodoci Kimendoncii auctiore, quam in manibus suis fuisse testatur Gothofredus Iungermannus, in epistola MS. ad Eliam Putschium, apud clariss. Fabricium Bibl. Gr. lib. II. c. 10. p. 421. Respublica litteraria admisit. Vix enim alias ab iis, quas a Meursio postea editas habuimus, epistolas fuisse puto, quibus Kimendoncianus codex se commendauit. Plures autem forte, quam nos, addidisset, qui minus attento oculo in euoluendis Romanis codicibus versatus esset. Habentur enim in eis nonnullae quae fragmenta sunt tantum epistolarum integrarum in nostra collectione extantium, quae si fugitiuo oculo inspiciantur, ineditae videri queant, qualis est quam exhibet cod. Vatic. LXXXVII p. 523, quae in cod. CXXVII. & CXL eadem facie comparet, incipitque verbis *δοκεῖ καὶ μέμψεως ἄξιον*, desinit vero in istis *ἔτε αὐλὸς ἡδὺ ἄνθρωμα ἔτως ὡς τὰ σὰ ῥήματα*· quam fragmentum esse epistolae LXIIX nostrae editionis est manifestum. Similiter quae in iisdem codicibus habetur epistola, cuius initium *ἦν ἄρα πάθος ἐρωτικὸν*, finis: *νύκτωρ δὲ ὄναρ γίνεται*, ipsissima est epistola editionis nostrae LII, initio manca. Praeterea quae cod. Vatic. CX p. 126 exhibentur inter Philostrati epistolas, non epistolam mihi sapere videntur, sed laciniam philosophicae *διαλέξεως*, nescio vnde depromtae, atque alieno loco insertae. Mihi coniectura animo sedet, esse has ex quadam Philostrati *διαλέξει* decerptas reliquias, ita Sophistae mihi videntur olere in exornando philosophico argumento industriam. Meminit vero *διαλέξεων* suarum ipse Philostratus vitae Apollonii lib. VI cap. 35, & Suidas. Nisi forte cui longus discursus in epistolicum acumen desiturus tandem videa-

videatur in fine, quo mutila haecce epistola exhibeatur. Sed integro ea de re cuiuis relicto iudicio ipsum fragmentum illud, qualecunque sit, hoc saltem loco nihil vetat exhibere.

Οι τὸν νόμον τῇ Φύσει ἀνθομοιῶντες, ἀντικεῖσθαι μὲν ταῦτά φασιν ἀλλήλοις, καθάπερ τὸ λευκὸν τῷ μέλανι, καὶ τὸ μανὸν τῷ πυκνῷ, καὶ τὸ μελιχρὸν τῷ πικρῷ, καὶ τὸ ψυχρὸν τῷ θάλπουλι. εἶναι δὲ Φύσεως μὲν ἔργα ζωᾶ, καὶ ἄστρα, καὶ ποταμὸς, καὶ ὕδας, καὶ πεδία, καὶ ἰσθμὸς, καὶ πορθμὸς, καὶ καθάπαξ τὸ ὑπὲρ τέχνην. νόμου δὲ ἔργα τείχη, καὶ νεώσοικοι, καὶ ναῦς, καὶ ἀσπὶς, καὶ λήϊα, καὶ πᾶν τὸ ὑπὸ χεῖρα. καὶ τὰ μὲν τῆς Φύσεως ἄΦθαρτα εἶναι τὸν ἀεὶ χρόνον· τήν τε θάλατταν μένειν ὁπόση ἐγένετο, καὶ τὴν γῆν ὁπόση ὡρίσθη, καὶ τὸν αἰθέρα ὡς ἔΦυ, ἄστρα τε καὶ ὥρας, ὡς ἐκείνων κύκλος. καὶ τὸ ἐπὶ ζῶα δὲ, αὐτῆς εἶναι, Φθείρεσθαι μὲν αὐτὰ, τὰ τικτόμενα· τὸ δὲ ἀεὶ τίκτον παρέχειν τῇ Φύσει τὸν τῶ ἀκηράτου λόγον· τὰ δὲ τῶ νόμου Φθαρτά τε εἶναι καὶ ἁλωτά. τείχη τε γὰρ καὶ ἱερὰ τὰ μὲν ἁλίσκεσθαι, τὰ δὲ Φθείρεσθαι σὺν χρόνῳ, οἰκίαν δὲ εὖ κατεσκευασμένην δῆλον εἶναι καὶ εἰ ἐσίξει (lego: ὅτι ἂν ἀεὶ ἐσήξει,) καὶ τὸ ναυπηγηθὲν ἂν εἶναι βέβαιον, ὅτι μηδ' ἡ θάλασσα βεβαία ἀνθρώποις. τεκτονικήν τε καὶ χαλκευτικὴν πᾶσαν Φθαρτὰ ἐργάζεσθαι τῷ νόμῳ. καὶ τὸν μὲν νόμον ἂν ἄν δημιουργῆσαι ζῶον ἔμψυχον οὐδὲν, οὐδ' ἄστρον, οὐδ' αἰθέρα, οὐδ' ἄλλο τι τῶν ὧδε θεσπεσίων καὶ μεγάλων· τὴν Φύσιν δὲ ὁμοιοῦσθαι πολλαχῶ τοῖς τῶ νόμου εἴδεσι. χω-

Qui *institutionem* legemue contendunt cum *natura*, ita ea inuicem sibi opponi statuunt, vt nigro album, & rarum denso, aut dulce amaro, frigidumque calido. Esse autem aiunt *naturae* quidem opera animalia, sideraque, & fluuios, syluas item atque agros, isthmos & portus, atque, vt verbo absoluam, quicquid supra artis vires est positum. *Institutionis* vero opera moenia esse, naualiaque, & naues, clypeos item, & hortos, & quicquid manuum culturae obnoxium est. *Naturae* porro opera corruptionis expertia manere semper. Scilicet mare tantum esse perseuerare, quantum ab initio extitit, & terram fines suos tueri, & aetherem quantus primis natalibus suis fuit esse, astra item & tempestates eundem tueri orbem. Quantum ad animalia autem, esse quidem *naturae* vt intereant, quippe genita quae sint: vim tamen gignentem sempiternam hoc ipsi praestare *naturae*, incorrupta vt persistat: *institutionis* autem quae sunt, ea corrumpi & vinci posse. Moenia enim & templa quod attinet, illa quidem vi expugnari, hisce tempus ruinam moliri: domus vero, pulcerrime exstructa licet, quod semper durare haut possit, esse manifestum. Neque nauem stabilem esse posse, cum ne ipsum mare quidem stabile mortalibus sese praebeat. Omnem vero mechanicam atque aerariam artem res interituras producere ex *institutione*. Atque *institutionem* quidem nunquam producere animatum corpus, neque stellam, neque aetherem, neque aliam quamuis rerum illarum admirandarum atque magnarum: saepe autem naturam *institutionis* speciem quodammodo referre. Eam

enim

enim loca quaedam moeniis communire, tutioribus longe quam quae humana arte exſtruantur. Antra item pandere, circum quae hedera ſerpat, domo quauis mage iucunda. Imo & quibuſdam in locis ſtatuæ referre figuram, in ſaxo a natura formatam, atque aliquid Satyris ſimile (*a*), aut tale quid referentem. Montes item & colles animantibus ſimiles formare, qualis ab ipſa formatus in Lemno Draco, & in Creta Leo (*b*), bouinum item caput in Chio, vt quae ſimulacra quoque arte quadam effingat, ipſiſque nubibus animantium ſpecies induat (*c*). Nempe intuenti in eas Lupos referre videntur, & pardos, atque centauros, nec non currus. Imo nec lunae orbis figura caret, ſed in eo quoque facies quaedam expreſſa eſt, ſingularis cuiuſdam quaſi picturae opus. At mihi *inſtitutio* atque *natura* non modo contrariari ſibi minime videntur, ſed cognationis etiam arctiſſimo vinculo iunctae, & ſimiles, ſeque mutuo immeantes. *Inſtitutio* enim *naturae*, & *natura inſtitutioni* ſe miſcet, horumq; illam quidem initium, hanc id quod conſequitur vocamus. Obtineatque adeo *natura* primas, eam ſequatur *inſtitutio*. Neque *inſtitutio* enim moenia exſtruere, vel pro moeniis arma induere potuiſſet, niſi antea manus *natura* dediſſet. Neque *natura* eorum, qui aliquid operantur, vllum opus edere potuiſſet, niſi *inſtitutionis* leges adinuentae fuiſſent. Suppeditauit vero *natura inſtitutioni* mare, aetherem, ſidera: *inſtitutio* viciſſim *naturae* agriculturam, rem nauticam, aſtronomiam, nomina, quibus tempeſtates definirentur. Argentum vero, & aurum, atque adamantem, & margaritam, & quae ſunt eius generis rariora, natura comparauit quidem, *inſtitutio* vero pretium eis ſta-

ρία τε γὰρ ὀχυρὸν τείχεσιν ἀσφαλεστέροις τῶν ποιηθέντων, ἄντρα τε ἱσσηρεφῆ καὶ ἀνοιγνῦναι, ἡδίω οἴκων. καί πᾳ καὶ ἄγαλμα διδόναι πέτρᾳ συμφυὲς, σατυρικόν τι, ἢ πάνυ ὅμοιον. ὄρη τε καὶ σκοπιὰς ὁμοιῶν ζώοις, οἷον τῆς αὐτῆς ὁ ἐν Λήμνῳ δράκων, καὶ ὁ ἐν Κρήτῃ λέων, καὶ ἡ βόκρανος ἡ πρὸς Χίῳ, ἀγαλματοποιόσης τε κατὰ τὸν νόμον, καὶ τὰς νεφέλας εἰς εἴδη ζώων ἀγόσης. βλέψαντι γὰρ εἰς αὐτὰς λύκοις τε ὁμοιοῦνται, καὶ παρδάλεσι, καὶ κενταύροις, καὶ ἅρμασι. καὶ ἁδὲ ὁ κύκλος τῆς σελήνης ἄσημος, ἀλλὰ κἀκείνῳ τι ἐντετύπωται πρόσωπον, οἷον γραφῆς ἀῤῥήτου. ἐμοὶ δὲ νόμος καὶ Φύσις οὐ μόνον οὐκ ἐναντίω φαίνεσθον, ἀλλὰ καὶ ξυγγενεσάτω, καὶ ὁμοίω, καὶ διηκόντε ἀλλήλοις. νόμος γὰρ παριτητέος εἰς Φύσιν, καὶ Φύσις εἰς νόμον, καὶ καλῶμεν αὐτοῖν τὸ μὲν ἀρχὴν, τόδ' ἑπόμενον. κεκληρώσθω ἀρχὴν μὲν Φύσις, νόμος δὲ τὸ ἕπεσθαι. ὅτε γὰρ νόμος ἐτειχοποίησεν, ἢ ὑπὲρ τείχους ὥπλισεν, εἰ μὴ Φύσις ἔδωκεν ἄνω χέρας. ὅτ' ἂν ἡ Φύσις τῶν ἐνεργόντων ἔδειξεν, εἰ μὴ τέχναι ἐνομίσθησαν. ἔδωκέ τε Φύσις μὲν νόμῳ θάλασσαν, αἰθέρα, ἄστρα· νόμος δὲ αὖ Φύσει γεωργίαν, ναυτιλίαν, ἀστρονομίαν, καὶ ὀνόματα κεῖσθαι ταῖς ὥραις. ἄργυρόν τε καὶ χρυσὸν, καὶ ἀδάμαντα, καὶ μάργαρον, καὶ τὰ ὧδε σπανιζὰ, Φύσις μὲν ἔυρε, νόμος δ' ἐ-

(*a*) Philoſtr. vita Apollon. Tyan. III, 14. (*b*) vid. Philoſtr. vita Apollon. Tyan. IV, 34. (*c*) Philoſtr. vit. Apollon. Tyan. II, 22.

τίμησε. πεειωπήσοις δ' ἂν καὶ τὰ ἀνθρώπε ὁμοίως ἔχοντα. Φύσις μὲν ἔννευ δημιεργεῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ λογικὸν, καὶ ἐυφυᾶ πάντα. νόμος δὲ παιδεύει καὶ ὁπλίζει, καὶ ὑποδεῖ, καὶ ἀμφιέννυσιν, ἐπειδὴ γυμνὸς αὐτῷ παρὰ τῆς Φύσεως πέμπεται. προτίθησι δὲ ὁ νόμος καὶ ἀρετῆς ἄθλα ἀνθρώποις, οἷον τιμῶν τὴν Φύσιν. καὶ μὴ τὸν νόμον ἀφαιρώμεθα τὸν τε ἀθανάτε λόγον. καὶ γάρ εἰ καὶ φθαρτὰ ἐργάζεται, ἀλλ' ἀθάνατα τά γε αὐτὰ ποιεῖ. ὄνομα δὲ αὐτῷ τέχνη. ἠπείρε δὲ ἀπορῥωγεῖσα νῆσος, καὶ νήσῳ ξυμβαλοῦσα ἤπειρος, καὶ Πηνειὸς Ολύμπε διεκπεσὼν, ἃ φύσεως ταῦτα, ἃδὲ νόμε ἔργα. ἔστι τι ἀμφοῖν μέσον, ὃ καλεῖται συμβεβηκὸς, ὑφ' ὃ ὁ νόμος ὁμοιῶται τῇ Φύσει, καὶ Φύσις μεταβάλλει εἰς νόμον.

tuit. Obſerues autem, ſimili ratione cum rebus humanis rem ſeſe habere. Mente praeditum *natura* hominem format quidem, & ratione, atque ingenio ad omnia valentem. Diſciplinam vero eidem *inſtitutio* praeſtat, ea de armis ipſi proſpicit, calceiſque, & veſtibus, quandoquidem nudus ei a *natura* committitur. *Inſtitutio* quoque virtutis praemia homini proponit, *naturae* quaſi reuerentia quadam. Neque eſt quod *inſtitutioni* immortalitatem abiudicemus. Quamvis enim circa res perituras verſetur, ipſa tamen eis immortalitatem conciliat. Nomen autem *inſtitutioni* eſt *artis*. Sunt vero a terra continente diuulſa inſula, & cum inſula coniuncta terra continens, & Peneus per Olympios montes emiſſus, neque *naturae* neque *artis* opera: ſed medium quidpiam, quod συμβεβηκὸς [h. e. *contingens* Graecis] appellatur, per quod *inſtitutio* naturae fit ſimilis, natura vero in inſtitutionem verti videtur.

Verum vt ad epiſtolas redeam Philoſtrati, non ſuffragor viris doctis, qui omnes hucuſque editas vnius hominis eſſe exiſtimauere, Lemnii nempe Philoſtrati, qui Iuliae, coniugis Alexandri Seueri, iuſſu conſcripſit vitam Apollonii Tyanenſis. Certe quotquot ſunt in ea collectione epiſtolae ἐρωτικαὶ, eas non inuitus ei conceſſero, tales enim ipſi tribuit Suidas, nec cauſam video, ob quam eius teſtimonium in dubium ſit reuocandum. Eam tamen, quae agmen ducit in hiſce epiſtolis, *Aſpaſiae* inſcripta vulgo, pro qua *Aſpaſium* ſubſtituendum eſſe in notis obſeruauimus ad eam, neque generis eiuſdem, neque autoris eſſe ego quidem arbitror. Id quod inuicto argumento euinci poteſt, ſi concedatur nobis, quod prolixius probauimus in Prolegomenis generalibus, vitae Apollonii & Sophiſtarum hiſtoriae autorem eſſe eundem. Nam cum ille, in ea hiſtoria lib. II cap. vltimo, de Aſpaſio agens, diſerte memoret, diuerſum a ſe autorem epiſtolam, quae ad Aſpaſium ſpectat, agnoſcere, nihil eſt quod amplius ad euincendam ſententiam deſiderari poſſit. Quod enim in codicibus MSS. reliquis non iuncta inueniatur ea, ſed ſeorſim fere in eis exhibeatur, nunc taceo, quemadmodum & id, quod indoles eius a reliquis ſit plane diuerſa, qualis & eſt epiſtolae IV. VII. VIII. IX. X. XI. XV. XVII. XIIX: quas proinde ad autorem, a Philoſtrato, epiſtolarum ἐρωτικῶν autore, diuerſum, ſi quis referendus eſſe itidem iudicauerit, is me quidem non valde repugnantem habuerit.

Epiſtolas autem haſce primus, quod ſciam, Anton. Bonfinius in Latinam linguam conuertit, & iuxta cum Heroicis, Iconibus, & vitis Sophiſtarum, eadem

eadem lingua redditis, Matthiae Coruino obtulit, ex cuius bibliotheca Budensi in Vindobonensem, iuxta cum aliis, ille codex commigrauit, vt docet Lambecius Bibl. Vindob. lib. II p. 995. Bonfinianam vero esse versionem, quae in epistolarum collectione, I. Cuiacii nomen praeferente, exhibetur, itemque in editione operum Philostrati Morelliana nescio vnde hauserit cl. Fabricius in Bibliothecae Graec. lib. II. c. 10. p. 421. Non satisfecerit ea, adhuc iuueni licet, P. Lambecio oportet, nam, vt ex epistola Lucae Holstenii ad eum patet, quae extat Bibl. Vindob. lib. VI p. 239, earum noua versione illustrandarum consilium ceperat, quod ab eo, vt alia infinita, omissum, quo successu a nobis perfectum fuerit, lectoribus relinquimus iudicandum. Ad notas quod attinet, quales potuimus, explicandoque autori maxime existimavimus conducere, dedimus. Quas enim Kimendoncius collectioni suae, supra a nobis commemoratae addiderat, nostris fortasse magis elaboratas, eis fatorum inuidia caremus. A *Casanouano* vero instructas, quas laudari se vidisse ait, ipsas non vidisse l. c. doctissimus Fabricius, nobis quoque videre non licuit.

Ceterum occurrit in codicibus quibusdam manuscriptis Scheda de *charactere epistolicis*, Philostrati nomen quae iactet. Meminit eius in Bibliothecae Vindobonensis lib. V p. 258 Lambecius, eiusque ἀπόγραφον ex codice Barocciano nobiscum communicatum fuit. Verum nihil aliud istud de charactere epistolico opusculum est, quam ipsa epistola ad Aspasium, quae primum locum in hac collectione, quam edimus, tuetur. Ei vero subiunctae sunt definitiones generis epistolarum, eorumque quae sub eo genere sunt, qualia παραινετική, συγγατική, εἰρωνική & reliquae, breuissimae. Quae vti Philostrati non sunt, ita ne viri quidem esse videntur eruditi, sed pueriles potius variorum nominum explicationes, vt sine taedio lectorum locum eas heic inuenire non posse iudicauerimus.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ[1]. EPISTOLAE PHILOSTRATI.

Α'. ΑΣΠΑΣΙΩΙ[2]. *I. ASPASIO.*

Τον ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τῶ λόγω, μετὰ τὰς παλαιὰς, ἄρτιά μοι διεσκέφθαι δοκῶσι φιλοσόφων μὲν ὁ Τυανεὺς[3] καὶ Δίων[4], στρατηγῶν δὲ Βρῶτος[5], ἢ ὅτῳ Βρῶτος ἐς τὸ ἐπιστέλλειν ἐχρῆτο, βασιλέων δὲ ὁ θεσπέσιος Μάρκος[6], ἐν οἷς αὐτὸς ἐπέστελλε, πρὸς γὰρ τῷ κεκριμένῳ τῶ λόγω[7] καὶ τὸ ἐδραῖον τῶ ἤθους[8] ἐντετύπωται τοῖς γράμμασι. ῥητόρων δὲ ἄρτια μὲν Ηρώδης ὁ Αθηναῖος ἐπέστελλεν, ὑπερατ[τ]ικίζων δὲ καὶ ὑπερλαλῶν, ἐκπίπ[τ]ει πολλαχῆ τῶ πρέποντος ἐπιστολῆ χαρακτῆρος. δεῖ γὰρ φαίνεσθαι τὴν τῶν ἐπιστολῶν ἰδέαν ἀτ[τ]ικωτέραν μὲν συνηθείας, συνηθεστέραν δὲ ἀτ[τ]ικίσεως· καὶ συγκεῖσθαι μὲν πολιτικῶς, τῶ δὲ ἀβρῶ μὴ ἀπαύδειν. ἐχέτω καὶ τὸ εὔσχημον ἐν τῷ μὴ ἐσχηματίσθαι[9]· εἰ γὰρ σχηματιῶμεν, φιλοτιμεῖσθαι δόξομεν, φιλοτιμία δὲ ἐν ἐπιστολῆ μειρακιώδες[10]. κύκλον[11] δὲ ἀποτορνεύειν ἐν μὲν ταῖς βραχυτέραις τῶν ἐπιστολῶν συγχωρῶ, ἵνα τάττω γῆν ἡ βραχυλογία ὡραΐζοιτο ἐς ἄλλην ἠχώ, πᾶσα στενὴ ὅσα. τῶν δὲ ἐς μῆκος προηγμένων

Epistolarem orationis formam, post veteres, optime mihi perspexisse videntur ex Philosophis Tyanensis, & Dion; ex Imperatoribus Brutus, vel quicunque is fuit, quo ad scribendas epistolas vsus est Brutus, ex Principibuss vero Romanorum Diuus Marcus, in his quae ipse scripsit, praeter verba enim electa morum etiam firmitas quaedam & constantia epistolis eius expressa est. Ex oratoribus autem optime quidem Herodes Athenienſis scripsit, Atticismo tamen ad affectationem vsque indulgens, nimiumque loquax, saepe ea, quae epistolis conuenit, forma excidit. Oportet enim epistolarem formam Atticismo aliquanto magis scatere quam vulgarem sermonem, ad vulgarem tamen loquendi consuetudinem propius quam Atticismus accedere: & ciuili quidem sermonis genere esse contextam, venustatis tamen non esse expertem. Habeat porro ornatum, ita tamen vt colorata non sit, si enim colores quaeramus, affectare videbimur, at puerilis in epistola est affectatio. Orbem vero quasi contornare in breuioribus epistolis permitto, vt ea re saltem paucitas verborum decoretur, quo alium sonitum nanciscatur, cum angusta sit alias. Ex his autem epistolis, quae longius producuntur, plane af-

---

AD EPISTOLAS PHILOSTATI.

I. 1 Φιλοστράτε] secundi has esse Philostrati, cuius mentio in vitis sophistarum aliquoties, ostensum est in prolegom. generalibus. Ceterum ἐπιστολὰς ἐρωτικὰς merito inscribit Suidas. Ex quarum genere tamen haut est prima ex his epistolis, Aspasio inscripta. Quae alium etiam, quam ceterae, habet autorem, tertium nempe Philostratum, vt ostensum in praef. ad has epistol. vnde est quod in membranis Vaticanis ceteris Philostrati epistolis haec quidem minime iuncta legatur. Praeterea etiam ἐρωτικαὶ non sunt IV. VII. VIII. IX. X. XI. XV. XVII. XIIX: quae proinde & ipsae fortassis alii sunt tribuendae Autori.

2 Ασπασίῳ] male editi Ασπασίᾳ. Aspasium enim sophistam Rauennatem esse, ad quem ista spectat epistola, diserte Philostratus tradit in lib. II. de Sophistarum vitis, huius ipsius *Aspasii* vita. Vbi etiam occasionem huius epistolae indicatam habes. Ceterum non scripta ad Aspasium ista epistola eodem loco dicitur, sed τεῖναι πρὸς Ασπάσιον, cuius χαρακτὴρ ἐπιστολικὸς ea perstringitur. Estque adeo haec inscriptio non ab autore epistolae, sed a librariis. Ceterum res ipsa loquitur, non esse diuersum ab hac epistola fragmentum Philostrati de charactere epistolico, cuius initium τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τῶ λόγω quod in Bibliotheca Vindobonensi memorat Lambecius lib. V. p. 258.

3 ὁ Τυανεὺς] Apollonium intelligit: de cuius epistolarum charactere vide nobis obseruata ad eas ipsas epistolas.

4 Δίων] eum philosophis accenseri vidimus a Philostrato, in vita eius, Prusaeensem enim intelligit.

5 Βρῶτος] simile de Bruti epistolis iudicium Marciani Critici, de quo Phrynichus apud Photium cod. 158. Μαρκιανὸν τὸν Κριτικὸν συγγραφὰς ὑπερορᾶν μὲν Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους, τὰς δὲ Βρούτου, τῶ Ιταλῶ, ἐπιστολὰς περιέρχειν, taceo *Mithridatae*, vel quicunque fuerit illarum epistolarum editor, de iis testimonium.

6 βασιλέων δὲ ὁ θεσπίσ. Μάρκος] in litteris tamen βασιλείοις scribendis maxime eminuisse *Antipatrum*, in vita eius §. I. narrat Philostratus: vbi & genuinum talium epistolarum χαρακτῆρα delineat.

7 πρ. γ. τῷ κεκριμένῳ τῶ λόγω] verti verbis Senecae ep. 100. vbi de Fabiano: *electa verba sunt non captata.*

8 τὸ ἐδραῖον τῶ ἤθους] ipse M. Aurelius τὸ τὰ ἐπιστόλια ἀφελῶς γράφειν sibi tribuit lib. I. τῶν εἰς ἑαυτὸν §. 7. vbi a Rustico id se habere ait.

9 ἐν τῷ μὴ ἐσχηματίσθαι] quid sit σχηματίσαι λόγον, vide ad vitas Sophist. l. I. in *Scopelian.* §. V. n. 17.

10 φιλοτιμία δὲ ἐν ἐπιστ. μειρακ.] Seneca ep. 75. *qualis sermo meus esset, si vna sederemus aut ambularemus, illiteratus & facilis, tales epistolas meas esse volo, quae nihil habeant accersitum nec fictum.* Haec autem & sequentia *Aspasium* inprimis tangunt, qui, cum ab epistolis esset Imperatori, ἀγωνιστικώτερον τῶ δέοντος ἀπέστελλε, τὰς δὲ ὡς σαφῶς. Quod opponitur τῷ ἀφελεῖ. vide Philostr. alterum in vita eius.

11 κύκλον] orationis *orbem* Cicero quoque dicit in Oratore c. 71. & de orat. l. III. c. 51. notumque quid sit rotunda oratio. Κύκλος περιόδων Demetrius Phalereus aliique veterum rhetores appellabant. Atque ille κύκλος est, quem ὁ ῥυθμὸς ἐλίγχει vt loquitur Hermogenes l. IV. de inuentione c. 8. nam alias quidem κύκλος est periodus, eadem voce, qua coepta est, desinens. vid. ibid.

fecta-

fectatam illam rotundiatem tolli velim, id enim declamationem ſapit magis, quam vt epiſtolae quadret. Niſi forte paulo ante finem epiſtolae aut in ſummam contrahere antea dicta neceſſe ſit, aut concluſionem inferre, quae ex omnibus illis conſequatur. Perſpicuitas autem optima omnis orationis magiſtra eſt, maxime epiſtolae. Et dantes enim, & precantes, cedenteſque & renuentes, accuſantes item, defendenteſque, & interrogantes, facilius perſuadebimus, ſi dilucida ſit elocutio. Dilucida autem elocutio erit, vt tamen in humile ſordidumque dicendi genus non incidamus, ſi ſententias populares nouiter, nouas vero modo quodam populari protulerimus.

II. BERENICE.

Rubens minium, labra genaſque infucans, impedimento eſt oſculis. Arguit praeterea ſenectam faciei, quae liuidum fecerit os, rugoſam genam, ac defloreſcentem. Siſte igitur fuci colorationem, & nihil ad formae elegantiam adde, ne te, quod faciem pingas, ſenectae accuſem.

III. ATHENODORO.

Oculi in amore conſiliarii ſunt. Tu tamen ex fama ſolum Ionicum amas adoleſcentulum, Corinthi cum habites. Hoc autem furoris eſſe videtur iis, qui, quod mens etiam videat, neſciunt.

IV. EPICTETO.

Si ſtolido populi plauſu delectaris, ciconias quoque, quando praetereuntibus nobis adſtrepunt, populum puta: hoc certe Athenienſium populo ſapientiorem, quod pro ſuis plauſibus nihil mercedis petant.

V. ARISTOBVLO.

Amantem continentiam exercere tamen maioris eſt temperantiae quam non amare omnino. Nam & in bellicis rebus magni ſunt, non qui nullum omnino vulnus accipiunt, ſed qui victoriam vulneribus conſequuntur.

ἐπιſτολῶν ἐξαίρειν χρὴ κύκλους, ἀγωνιſτικώτερον[12] γὰρ ἡ κατ' ἐπιſτολὴν τοῦτο. πλὴν εἰ μήπω ἐπὶ τελευτῆς τῶν ὑπεραλμένων ἢ ξυλλαβεῖν δέοι τὰ προειρημένα, ἢ ξυγκλεῖσαι τὸ ἐπὶ πᾶσι νόημα. σαφήνεια δὲ ἀγαθὴ μὲν ἡγεμὼν[13] ἅπαντος λόγου, μάλιſτα δὲ ἐπιſτολῆς. καὶ γὰρ διδόντες, καὶ δεομένοι, καὶ ξυγχωροῦντες, καὶ μὴ, καὶ καθαπτόμενοι, καὶ ἀπολογούμενοι, καὶ ἐρωτῶντες, ῥᾷον πείſομεν ἢν σαφῶς ἑρμηνεύſομεν. σαφῶς δὲ ἑρμηνεύſομεν καὶ ἔξω ἐυτελείας, ἢν τῶν νοηθέντων τὰ μὲν κοινὰ καινῶς, τὰ δὲ καινὰ κοινῶς φράζωμεν.

Β'. ΒΕΡΕΝΙΚΗΙ[1].

Η πυρραίνουσα μίλτος τὰ χείλη, καὶ τὴν παρειὰν γράφουσα[2], κώλυμα φιλημάτων. κατηγορεῖ δὲ καὶ γῆρας τοῦ προσώπου, ὑφ' οὗ πελιδνὸν μὲν τὸ σῶμα, ῥυσὴ δὲ ἡ παρειὰ καὶ ἔξωρος. ἴσχε δὴ χρωματοποιΐαν, καὶ μηδὲν ἐπιποίει τῷ κάλλει, μὴ καὶ γράψωμαί σε γήρως ἐπὶ τῇ τοῦ προσώπου γραφῇ[3].

Γ'. ΑΘΗΝΟΔΩΡΩΙ.

Οι ὀφθαλμοὶ ξύμβολοι τοῦ ἔρωτος. σὺ δ', ἀκοὴν σπάσας, ἐρᾷς Ιωνικοῦ μειρακίου, οἰκῶν Κόρινθον. τοῦτο δὲ μανικὸν φαίνεται τοῖς ἄπωθεν εἰδόσιν ὅτι νοῦς ὁρᾷ.

Δ'. ΕΠΙΚΤΗΤΩΙ[1].

Εἰ κρότῳ ἀνοήτῳ χαίρεις, καὶ τοὺς πελαργούς, ἐπειδὴ παρ' ἡμᾶς κροτῶσιν[2], ἡγοῦ δῆμον[3]. τοσούτῳ σωφρονέστερον τοῦ Αθηναίων, ὅσῳ μηδὲ αἰτοῦσι μηδὲν[4] ὑπὲρ τοῦ κροτεῖν.

Ε'. ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΩΙ[1].

Τὸ δὲ ἐρῶντα καρτερεῖν σωφρονέστερον τοῦ μηδὲ ἐρασθῆναι. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ πολεμικὰ ἄνδρες, οὐχ οἱ μὴ τρωθέντες, ἀλλ' οἱ νικῶντες ἐν τραύμασιν.

---

12 ἀγωνιſτικώτερον] quod vitium erat *Aſpaſii*, qui hic tangitur v. vitam eius §. III.

13 σαφήνεια δὲ ἀγαθὴ μὲν ἡγεμ.] maxime in epiſtola Principis nomine ſcribenda. Haec quoque tangunt *Aſpaſium*, vid. vitam eius §. III.

Ep. II. 1 Βερενίκῃ] cod. Vatican. b. habet γυναικὶ ἐτέρᾳ.

2 παρειὰν γράφουσα] ὑπογράφουσα habet id. cod.

3 γράψ. σε γήρως ἐπὶ τῇ τ. προσ. γραφῇ] venuſtatem affectat ſophiſta in eo, quod γήρως ἐπὶ γραφῇ γράψεσθαι ſe dicit, quam figuram Romana lingua exprimere hic non licuit, in eo tamen vnice huius epiſtolae poſita eſt venuſtas, quam aſſequi adeo verſione non potuimus.

Ep. IV. 1 Επικτήτῳ] cod. Vatic. b. habet τῷ αὐτῷ.

2 κροτῶσιν] male interpretes priores *plaudunt*: ciconiarum *crepitare* eſt. Paulo ante pro παριόντες, quod erat in vulgatis reſtitui παριόντας, idque firmat cod. Vat. b.

3 ἡγοῦ δῆμον.] colon hic poſuimus, in ediris enim male haec cum ſequentibus iunguntur, perturbatiſſimaque verſio ex paulo ante notata falſa lectione & praua hac diſtinctione conficitur.

4 μηδὲ αἰτοῦσι μηδὲν] plauſores emtos Graecis Romaniſque oratoribus, quales *Laudicenos* paſſim vocat Plinius iunior, notiſſimum, viderique poſſunt eam in rem obſervata Creſollio Theatr. Rhetor. l. III. c. 10. ſ. 8.

Ep. V. 1 Αριστοβούλῳ] Vatic. b. τῷ αὐτῷ.

ς'. ΑΘΗΝΑΙΔΙ.

Τὸ μὲν μὴ ἐρῶντι χαρίζεσθαι, Λυσίᾳ δόξα[1]· τὸ δὲ ἐρῶντι, δοκεῖ Πλάτωνι. σὺ δὲ καὶ ἐρῶντι καὶ μὴ ἐρῶντι. τοῦτο δὲ σοφὸς μὲν οὐδεὶς, Λαὶς δὲ[2], οἶμαι, ἐπῄνει.

Ζ'. ΕΠΙΚΤΗΤΩι.

Φοβοῦ δῆμον, παρ' ᾧ πολλὰ δύνασαι.

Η. ΧΑΡΙΤΩΝΙ.

Μεμνήσεσθαι τῶν σῶν λόγων οἴει τοὺς Ελληνας, ἐπειδὴ τελευτήσῃς. οἱ δὲ μηδὲν ὄντες ὁπότε εἰσὶ, τίνες ἂν εἶεν ὁπότε οὐκ εἰσί[1];

Θ'. ΝΕΣΤΟΡΙ[1].

Ἐπεμψά σοι σῦκα ἠρινά. θαυμάζοις δ' ἂν αὐτῶν ἢ τὸ ἥδη, ἢ τὸ ἔτι[2].

Ι'. ΔΙΟΔΩΡΩι.

Τὰς ἀπυρήνους ῥόας[1] Ερυθραὶ κηπεύουσιν, οἰνοχοούσας νᾶμα ποτιμον, ὥσπερ τῶν βοτρύων οἱ εὖ πράττοντες. δέκα σοὶ τούτων τρυγήσας ἔπεμψα. χρῶ δὲ αὐταῖς, σιτούμενος μὲν ὡς οἴνῳ, μεθύων δὲ ὡς σίτῳ[2].

Ια'. ΦΙΛΗΜΟΝΙ.

Τὸν τραγῳδὸν Διοκλέα[1], εἰ μὲν ἤδη γινώσκεις, ἐπαινεῖς δή που. εἰ δὲ ἀγνοεῖς, ἐν τοῖς ἐπαινουμένοις γράφε. καὶ γενοῦ περὶ αὐτὸν οἷον εἰκὸς ἢ τὸν πεπεισμένον, ἢ τὸν μὴ ἀπιστοῦντα.

Ιβ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι[1].

Καὶ σὺ πονηρὸς εἶτως, ὡς μηδένα ἄλλον ἐλεεῖν· κἀγὼ δυσυχὴς εἶτως, ὡς μηδὲ παρ' ἄλλα λαβεῖν[2]. καὶ πάνυ χαίρω τῇ κακοπραγίᾳ, βου-

VI. ATHENAIDI.

Dandum ei qui non amet, Lyſiae erat opinio. *Amanti dandum*, videbatur Platoni. Tu & amanti das & non amanti. Hoc autem nemo ſapiens, bene vero Lais, vt puto, probauerit.

VII. EPICTETO.

Time populum, apud quem multum potes.

VIII. CHARITONI.

Graecos putas tuarum orationum memoriam retenturos, e vita vbi exceſſeris. Qui vero nihil ſunt, dum ſunt, quid erunt, vbi non fuerint amplius?

IX. NESTORI.

Ficus tibi miſi vernas. Mirari in iis te velim ſiue quod iam ſint, ſiue quod adhuc ſint.

X. DIODORO.

Apyrina Erythrae hortis colunt, laticem fundentia potabilem, vini inſtar habentem, vuarum more optimarum. Decem ex his decerpſi, tibique mitto. Tu autem vtere eis, veſcens perinde ac vino, inebriatus vero non magis ac cibo.

XI. PHILEMONI.

Dioclem tragoedum, ſi iam noſti quidem, probas haut dubie. Si eſt ignotus, in probatorum numero ſcribe. Et eum te ipſi praebe, qualem ſe praebere par ſit eum, qui vel ipſe norit, vel non credere nolit.

XII. DELICIIS SVIS.

Et tu ita malignus es, vt neminis miſereari: & ego ita infortunatus, vt a nullo alio accipere velim. Prorſuſque mihi grata eſt in-

---

Ep. VI. 1 Λυσίᾳ δόξα] argumentum id oratione tractauerat Lyſias ὡς χαρίσιον μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι. Contra quem diſſerit in Phaedro Plato, vel diſſerentem Socratem inducit.

2 Λαὶς δὲ] meretrix famoſa, quae ſcilicet non affectum ſed lucrum ſequebatur.

Ep. VIII. 1 ὁπότε οὐκ εἰσὶ] ſic Sophocles mortuos dicit οὐκέτι ὄντας, & de pueris Bethleemiticis Matthaeus II, 18. ὅτι οὐκ εἰσί. Latini *fuiſſe* & *vixiſſe* dicunt. Plautus in Pſeudol. A. I. ſc. III. *Mortuus eſt qui* fuit, *qui* eſt, *vivus eſt*. Hinc patet epiſtolae acumen: Graeci, inquit, *qui nihil ſunt*, h. e. nauci, *dum viuunt*, (hoc enim eſt *eſſe*,) *quid erunt cum non amplius erunt?* hoc eſt vbi morientur.

Ep. IX. 1 Νίσοροι] Vatic. b. habet ἰταλοῦ τινός.

2 ἢ τὸ ἥδη ἢ τὸ ἔτι] ſenſus eſt: ficus iſtas, *verno tempore* miſſas, vel *ſupereſſe* crediturum Neſtora *ex ſuperioris anni* ἀπώρᾳ, & ſic miraturum τὸ ἔτι, quod *tamdiu conſeruari potuerint*. Vel crediturum eas *modo natas*, & ſic miraturum τὸ ἥδη, quod *iam venerint*. Nempe adeo illae praecoces, vt dubium videretur an recens natae, an ex priore meſſe ſuperſtites ſint.

Ep. X. 1 ἀπυρήνους ῥόας] ita pro ἀπυρήνους, quod in editis erat & MSS. reſcribere non dubitaui. Plinius lib. XIII. ſ. 34. vbi de Punici malii variis generibus: *APYRENVM, cui lignoſus nucleus abeſt, ſed candidior & natura, & blandiores ſunt acini, minuſque amaris diſtincti membranis.* Nempe πύρην nucleus eſt. Vnde ἀπύρηνον, *quod nucleo careat*. Negari tamen non poteſt Latinos *apyrinum* dicere, media correpta, quaſi Graecis eſſet ἀπύρηνον. vide Martial. lib. XIII. epigr. 42. & 43. quos imitari poſſe Philoſtratum, genuinamque adeo lectionem eſſe ἀπυρήνους, cum nemine contendere velim.

2 σιτούμ. μ. ὡς οἴνῳ, μεθ. δ. ὡς σίτῳ] ſenſum hunc eſſe puto: optat vt paſcatur hoc pabulo, eo laetitiae & voluptatis ſenſu, quo vinum bibitur, non magis tamen eo inebrietur quam paſtu quocunque inebriari ſolemus, quod praeſtitiſſe videntur *apyrena*, guſtu vino non diſſimilia, diſſimilia inebriandi virtute.

Ep. XI. 1 Διοκλέα] *Diocles* varios inuenio, Tragicum nullum: Comicum Athenaeus allegat lib. X. in *Meliſſis*, & Pollux l. X. c. 24. qui & Θάλατταν eius citat. Sed nec aetas eius fert, vt de eo tanquam coaeuo ſcribat Philoſtratus noſter.

Ep. XII. 1 Μειρακίῳ] Vat. b. habet ἰταλοῦ τινός.

2 λαβεῖν] *accipere* & *dare* nota Latinis in amatoriis vocabula, aeque ac Graecis χαρίζεσθαι, quod antea habuimus ep. 6, & λαβεῖν.

feli-

felicitas, nec velim repulsae ferendae fieri finem, ne tua quoque ignominia ob detestabiles mores finem consequatur. Quod ego enim facio, solius voluptatis est opus: Tuum vero crimen communem reprehensionem incurrit, culpae, quam omni ex parte sustinet.

λόμενος μὴ παύσασθαι διαμαρτάνων, ἵνα παύσῃ μηδὲ σὺ τῆς ἐπὶ τῷ μιαρῷ τῶ τρόπω κακοδοξίας. τὸ μὲν γὰρ ἐμὸν μιᾶς ἔργον ἡδονῆς. τὸ δὲ σὸν κοινὸν εἰς διαβολὴν τῆς παρὰ πάντων αἰτίας.

XIII. IVLIAE AVGVSTAE.

Plato quidem diuinus sophistis minime invidit; etsi id valde quibusdam persuasum sit. Verum aemulatio cum eis illi intercessit, quoniam oberrabant, magnas paruasque ciuitates demulcentes, Orphei ac Thamyri morem secuti. Ab inuidia autem tantum abfuit ipse, quantum aemulatio ab inuidia abest. Nam inuidia misera ingenia nutrit, aemulatio vero excellentibus est incitamento. Et inuidere quidem quis solet ob ea, quae ipse consequi non possit. Ad quae vero melius aut saltem non deterius quis est compositus, ad ea aemulatione fertur. Plato igitur & in formas Sophistarum exspatiatus est, ac ne Gorgia quidem gorgissando se patitur superari, multa item Hippiae ac Protagorae formae dicendi consona profert. Aemuli autem alii quidem extitere aliorum. Nam & Grylli Filius aemulatur Herculem Prodici, quando Prodicus Nequitiam & Virtutem ad Herculem adducit, ad vitae instituendum delectum eum inuitantes. Gorgiae vero admiratores extiterunt praestantissimi, ac plurimi. Primum quidem Graeci, qui fuerunt in Thessalia, apud quos *gorgissare* erat eloquentiam exercere: deinde vniuersi Graeci, apud quos ludis Olympiacis contra Barbaros disseruit, e templi gradibus. Dicitur etiam Aspasia Milesia Periclis linguam ad Gorgiae imitationem exacuisse. Critiam vero & Thucydidem omnes norunt sublimitatem ac supercilium orationis ab eo accepisse, atque suae indoli accommodasse alterum quidem linguae suauitate, alterum vi elocutionis. Aeschines quoque, Socraticus, pro quo nuper erudite disserebas, vt qui luculenter & castigate dialogos scripserit, non veritus est in oratione, quam de Thargelia scripsit, gorgis-

ΙΓ΄. ΙΟΥΛΙΑΙ ΣΕΒΑΣΤΗΙ.

Οὐδὲ ὁ θεσπέσιος Πλάτων τοῖς σοφισταῖς ἐβάσκηνε, κἂν σφόδρα[1] ἐνίοις δοκεῖ τοῦτο. ἀλλὰ φιλοτίμως μὲν πρὸς αὐτοὺς εἶχεν, ἐπειδὴ διεφοίτων θέλγοντες μικράς τε καὶ μείζους πόλεις, τὸν Ορφέως καὶ Θαμύρα τρόπον. τῶ δὲ βασκαίνειν ἀπέσχε τοσοῦτον, ὅσον φιλοτιμία φθόνω. φθόνος μὲν γὰρ τρέφει τὰς μοχθηρὰς φύσεις, φιλοτιμία δὲ τὰς λαμπρὰς ἐγείρει. καὶ βασκαίνει μέν τις τὰ μὴ ἑαυτῷ ἐφικτά. ἃ δὲ ἄμεινον ἢ μὴ χεῖρον διαθήσεται, φιλοτιμεῖται πρὸς ταῦτα. ὁ γοῦν Πλάτων καὶ εἰς τὰς ἰδέας τῶν σοφιστῶν ἴεται, καὶ ὅτε τῷ Γοργίᾳ παρίησι τὸ ἑαυτῶ ἄμεινον γοργιάζειν[2], πολλά τε κατὰ τὴν Ιππίου[3] καὶ Πρωταγόρου φθέγγεται. ζηλωταὶ δὲ ἐγένοντο ἄλλοι μὲν ἄλλων. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ τοῦ Γρύλλου φιλοτιμεῖται πρὸς τὸν τοῦ Προδίκου Ηρακλέα[4], ὁπότε ὁ Πρόδικος τὴν κακίαν καὶ τὴν ἀρετὴν ἄγει παρὰ τὸν Ηρακλέα, καλέσας αὐτὸν εἰς βίου αἵρεσιν. Γοργίου δὲ θαυμασταὶ ἦσαν ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι. πρῶτον μὲν οἱ κατὰ Θετταλίαν Ελληνες, παρ' οἷς τὸ ῥητορεύειν γοργιάζειν ἐπωνυμίαν ἔσχεν. εἶτα τὸ ξύμπαν Ελληνικὸν, ἐν οἷς Ολυμπιάσι διελέχθη κατὰ τῶν Βαρβάρων, ἀπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβίδος[5]. λέγεται δὲ καὶ Ασπασία[6], ἡ Μιλησία, τὴν τοῦ Περικλέους γλῶτταν κατὰ τὸν Γοργίαν θῆξαι. Κριτίας δὲ καὶ Θουκυδίδης οὐκ ἀγνοοῦνται τὸ μεγαλόγνωμον, καὶ τὴν ὀφρῦν, παρ' αὐτῷ κεκτημένοι, μεταποιοῦντες δὲ αὐτὸ εἰς τὸ οἰκεῖον, ὁ μὲν ὑπ' εὐγλωττίας, ὁ δ' αὖ ὑπὸ ῥώμης. καὶ Αισχίνης δὲ, ὁ ἀπὸ τοῦ Σωκράτους, ὑπὲρ ἃ πρώην ἐσπούδαζες, ὡς οὐκ ἀφανῶς τοὺς διαλόγους κολάζοντος, οὐκ ὤκνει γοργιάζειν ἐν τῷ περὶ τῆς Θαργηλίας λόγῳ[8].

Ep. XIII. 1 κἂν σφόδρα] sic iure legendum suspicabatur Morellus: nam editi habebant καὶ σφόδρα.

2 γοργιάζειν] vide de hac voce obseruata ad vit. Sophistar. in *Gorgia* §. I. n. 17.

3 κατὰ τὴν Ιππίου &c.] subintellige ἰδίαν, quod praecessit.

4 Προδίκου Ηρακλέα] vid. *ad vitas Sophist. prooem.* n. 16. adde vitam *Prodici*.

5 ἀπὸ τῆς τ. νεὼ βαλβ.] vide ad vitas Sophist. in *Gorgia* §. II. n. 4.

6 Ασπασία] vid. de ea Menagius, de Mulieribus philos. c. 6.

7 διαλόγους κολάζειν] puto esse *castigate* & cum ἀκριβείᾳ dialogos scribere. Quemadmodum alibi τὸ κεκολασμένως λέγειν passim in laudibus Oratorum, saepiusque apud Philostratum vitarum Sophist. autorem occurrit. De Aeschinis autem dialogis, Socrati etiam ob excellentiam a quibusdam adscriptis, vid. Diogen. Laert. l. II. sect. 60. seq. & alios veterum, viris doctis ad illum autorem obseruatos.

8 π. τ. Θαργηλίας λόγῳ] orationum Aeschinis passim a-

φησὶ

φησὶ γάρ πω ὧδε· Θαργηλία, ἐλθοῦσα εἰς Θετταλίαν, ξυνῆν Αντιόχῳ Θετταλῷ, βασιλεύοντι πάντων Θετταλῶν. αἱ δὲ ἀποστάσεις [9] εἴτε προσβολαὶ [10] τῶν λόγων Γοργίᾳ ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ [11]. πεῖθε δὴ καὶ σύ, ὦ βασίλεια, τὸν θαρσαλεώτερον τοῦ Ελληνικοῦ, Πλούταρχον, μὴ ἄχθεσθαι τοῖς σοφισταῖς, μηδὲ εἰς διαβολὰς καθίστασθαι τῷ Γοργίᾳ. εἰ δὲ ἃ πείθεις, σὺ μὲν, οἵα πω σοφία καὶ μῆτις [12], οἶσθα τί χρὴ ὄνομα θέσθαι τῷ τοιῷδε. ἐγὼ δὲ εἰπεῖν ἔχων, οὐκ ἔχω [13].

ΙΔ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩΙ.

Οἱ ἐρωτικοὶ τῶν ποιητῶν ἀγαθὴ ἀκρόασις καὶ ἐξώροις, ἄγουσι γὰρ αὐτοὺς ἐς ἔννοιαν τοῦ ἐρᾶν, ὥσπερ ἀνηβῶντας. μὴ δὴ νόμιζε σαυτὸν ὑπερήμερον [1] τῆς τούτων ἀκροάσεως· ἡ γὰρ ξυνουσία τῶν τοιῶνδε ποιητῶν ἢ οὐκ ἐπιλήσει σε ἀφροδισίων, ἢ ἀναμνήσει.

Ιε'. ΕΠΙΚΤΗΤΩΙ.

Οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ μαίνονται, πληγέντες τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν κυμβάλων καὶ αὐλοῦ ἔργα. σὲ δὲ ὅτως ἐκπλήξασιν Αθηναῖοι κροτοῦντες, ὡς ἐκλανθάνεσθαί τίς εἶ, καὶ τίνων γέγονας.

Ις'. ΚΛΕΟΦΩΝΤΙ ΚΑΙ ΓΑΙΩΙ.

Τπὲρ ὧν ἐστάλταμ, τὰ μὲν ἤδη γέγονε, τὰ δὲ αὐτίκα ἔσαμ. ἐγὼ γὰρ, Λήμνιος ὢν, πατρίδα ἐμαυτοῦ καὶ τὴν Ἴμβρον νομίζω, συνάπτων εὐνοίᾳ καὶ τὰς νήσους ἀλλήλαις, καὶ ἐμαυτὸν ἀμφοτέραις.

fare. Dicit enim vtique in hunc modum: *Thargelia profecta in Theſſaliam, cum Antiocho verſabatur Theſſalo, qui omnibus imperabat Theſſalis.* Separationes autem & commiſſurae orationis, a Gorgia inuentae, paſſim frequentabantur quidem, maxime vero in Epicorum ſcriptorum corpore. Crede vero etiam, o Auguſta, ne Plutarchum quidem, Graecorum audaciſſimum, male eſſe aduerſus ſophiſtas animatum, neque de Gorgia male ſentire exiſtima. Si non credis vero, tu quidem, vt ipſa es ſapientia tota, atque prudentia, quo nomine ſit talis appellandus noſti. Ego autem cum dicere poſſim, non poſſum.

XIV. DELICIIS SVIS.

Amatorii poëtae iucundi ſunt auditu etiam ſenioribus, eos enim ad meditationem amoris inuitant, quaſi denuo iuueneſcentes. Noli vero tempus tibi auſcultationis huiuſmodi elapſum eſſe arbitrari. Nam eiuſmodi poëtarum conſuetudo vel, vt ne obliuiſcare rerum amatoriarum, efficiet, vel vt reminiſcare.

XV. EPICTETO.

Qui Rheae initiati ſunt furore aguntur, aures organorum ſono perculſi. Et illud quidem cymbalorum tibiaeque eſt opus. Te vero ſic mouent Athenienſes cum plauſus edunt, vt obliuiſcaris, quis ſis aut quibus parentibus ortus.

XVI. CLEOPHONTI ET GAIO.

De quibus ſcripſiſtis, ea partim facta iam ſunt, partim fient confeſtim. Ego enim, Lemnius qui ſim, Imbrum quoque patriam mihi eſſe puto: beneuolentia ſibi inuicem inſulas, meque ipſum vtrique coniungens.

---

pud Laertium, Hermogenem, Photium mentio. Nuſpiam tamen eius quae hic allegatur. Adde Meurſium Bibliotheca Attica.

9 ἀποστάσεις] huius orationis ſchematis mentio in vitis Sophiſt. lib. I. in *Gorgia*, & apud Hermogenem lib. I. de Ideis c. 9. vbi ad orationis λαμπρότητα eam conducere ait, iſtudque ἀποστάσεως ſuppeditat exemplum: ἄυτη τῶν περὶ Θήβας ἐγένετο πραγμάτων ἀρχὴ καὶ κατάστασις πρώτη. Doctus Hermogenis interpres ἀπόστασιν figuram interpretatur, qua res diſtincte ſeparantur, & pronunciantur, adhibito intervallo, vel interſpiratione, vt in iſtis nempe ἀρχὴ καὶ κατάστασις. *Separationes* vulgo vertunt.

10 προσβολαὶ] figura videtur oppoſita τῇ ἀποστάσει. Certe προσβολὴ *commiſſura* quandoque redditur, vt ab ipſo Cicerone. Quid ſi igitur προσβολὴ ſit ſchema orationis cuius partes interuallis huiuſmodi remotis propius coniungantur?

11 ἐποποιῶν κύκλῳ] epicum κύκλον corpus poeticum eſſe, ex veteribus poetis epicis compoſitum, qui tempora mythica vſque ad Vlyſſis exitum deſcripſere, affatim Proclus docet, in Chreſtomathia, & copioſius ὁ πάνυ Caſaubonus ad Athenaei lib. VII. c. 3. Qui tamen agnoſcit, aliter forte iſtum Philoſtrati locum accipi poſſe, quam de iſto corpore. Forte igitur de ipſis poetis eum accipiendum putauit. Sic enim voce κύκλος de hominum turba paſſim vtuntur boni ſcriptores: vide nobis obſeruata ſupra ad vitas Sophiſtarum in *Polemone* §. III. n. 1.

12 οἵα πω σοφία καὶ μῆτις] loquendi genus Philoſtrato, vitae Tyanenſis ſcriptori, non infrequens, apud quem Graeci ἀναρχία ὅλη, iuuenis voluptatibus deditus ὅλη σύβαρις dicuntur, vt alia taceam commatis eius.

13 εἰπεῖν ἔχων οὐκ ἔχω] pro more epiſtolam acute dicto finit, quod acumen, vt paſſim, ita hoc quoque loco in obſcuritatem definit. Senſum hunc eſſe puto: ſe vt vt *poſſit* dicere turpe nomen, quo proſcribendus ſit Plutarchus, ſi quidem male de Gorgia & Sophiſtis ſentiat, vt qui cognitum iſtud nomen habeat perſpectumque: non *poſſe* tamen dicere vel modeſtia, vel reuerentia, qua ceteras Plutarchi virtutes proſequatur, impeditum.

Ep. XIV. 1 ὑπερήμερον] editi Morell. & Cuiac. ὑπερημένον. Morellus in margine ὑπερήμερον ex coniectura ſe ſcribere dixerat. At H. Stephanum ex Lexico eius ita in ſuis exemplaribns reperiſſe perſpicio, vt coniectura nihil ſit opus.

XVII. HAERETIANO.

Poëtica gens numerosa, pluresque quam apum examina. Pascunt autem apes prata quidem, poëtas vero domus vrbesque. Vicissimque illae fauis, hi vero splendido obsoniorum apparatu conuiuia instruunt. Quidam poëtarum mensas etiam adornant secundas, atque tales putemus amatoriorum poëtas, e quorum numero & Celsus est iste, qui vitam omnem cantibus impendit, quemadmodum bonae illae cicadae. Vt autem ne rore, sed cibis alatur, tibi curae fore confido.

ΑΙΡΕΤΙΑΝΩΙ.

Τὸ ποιητικὸν ἔθνος πολλοὶ, καὶ πλείους ἢ οἱ τῶν μελιττῶν ἐσμοί. βόσκεσι δὲ τὰς μὲν λειμῶνες, τὰς δὲ οἰκίαι καὶ πόλεις. ἀνθεσιῶσί τε οἱ μὲν κηρίοις, οἱ δὲ ὀψοποιΐᾳ λαμπρᾷ. εἰσὶ δὲ τῶν ποιητῶν οἱ καὶ τραγήμασιν ἑσιῶντες, τούτους δὲ ἡγώμεθα τοὺς τῶν ἐρωτικῶν ποιητάς, ὧν εἷς καὶ Κέλσος ἔτος, ᾠδαῖς παραδεδωκὼς τὸν ἑαυτοῦ βίον, ὥσπερ οἱ χρηστοὶ τέττιγες. ὡς δ' ἂν μὴ δρόσῳ[1], ἀλλὰ σιτίοις τραφείη, ποικίλευκά σοι μελήσειν.

XIIX. ANTONINO.

Ciconiae in vrbes euastatas non aduolant, echo etiam praeteritorum malorum refugientes. Tu vero domum habitas, quam ipse diripuisti, Laribusque, qui eidem praesunt, litas, quasi non essent: aut essent quidem, dememinisses vero, quod & ipsorum bona occupaueris.

ΙΗ΄. ΑΝΤΩΝΙΝΩΙ.

Οἱ πελαργοὶ τὰς πεπορθημένας πόλεις οὐκ ἐσπέτονται, κακῶν πεπαυμένων ἠχὼ φεύγοντες. σὺ δὲ οἰκίαν οἰκεῖς ἣν αὐτὸς ἐπόρθησας, καὶ θεοῖς τοῖς ἐν αὐτῇ θύεις, ὥσπερ οὐκ ὄσιν[1]· ἢ ὄσι μὲν, ἐκλελησμένοις δὲ ὅτι καὶ τὰ ἐκείνων ἔχεις.

XIX. DELICIIS SVIS.

Salue, etiamsi nolis: salue, etiamsi non scribas, aliis formose, mihi superbe. Non ex aëre compositus es, iisque quae ei miscentur, sed ex adamante, & saxo, ac Styge. Paulo post videbo te barbescentem, & ad aliorum ianuas iacentem. Nae Amor & Nemesis celeres Dii sunt, atque huc illuc sese vertentes.

ΙΘ΄. ΜΕΙΡΑΚΙΩΙ.

Χαῖρε, κἂν μὴ θέλῃς· χαῖρε, κἂν μὴ γράφῃς, ἄλλοις καλὲ, ἐμοὶ δὲ ὑπερήφανε. οὐκ ἦσθα συγκείμενος ἐξ ἀέρος, καὶ τῶν ὅσα τούτῳ[1] κίρναται, ἀλλ' ἐξ ἀδάμαντος, καὶ πέτρας καὶ Στυγός. ταχέως σε θεασαίμην γενειῶντα, καὶ παρὰ ἀλλοτρίαις θύραις κείμενον[2]. ναὶ Ερως, ναὶ Νέμεσις ὀξεῖς θεοὶ, καὶ τροφόμενοι.

XX. AD FEMINAM.

Danaë aurum accepit, Leda auem, Europa de grege tauros, Antiope quae ex montanis, & Amymone quae ex mari aduentabant. Poëtae vero fabulose dona finxerunt, veritatem proponentes, fabularum delinimentis involutam. Accipe tu quoque, accipe, fictamque submoue in aspernando superbiam, & castitatis simulationem mitte, vt & ego Iupi-

Κ΄. ΓΥΝΑΙΚΙ΄.

Η Δανάη χρυσὸν ἐλάμβανεν, ἡ Λήδα ὄρνιθα, ἡ Ευρώπη τὰ ἐξ ἀγέλης, ἡ Αντιόπη ὅσα ὄρεια[2], ἡ Αμυμώνη τὰ ἐν θαλάττῃ[3]. οἱ δὲ ποιηταὶ τὰ δῶρα μύθους ἐποίησαν[4], παράγοντες τὴν ἀληθειαν ψυχαγωγίᾳ ψευσμάτων. λάβε, λάβε καὶ σὺ, τὸν ἀκκισμὸν ἀφελοῦσα τοῦ μεγαλογνώμονος, καὶ τὴν εἰρωνίαν ἀφεῖσα[5] τοῦ σώφρονος, ἵνα κἀ-

---

Ep. XVII. 1 ὡς δ' ἂν μὴ δρόσῳ] eleganter: nam rore cicadas pasci notum. Prouerbialiter autem dictum de famelicis & tenui victu pastis eos δρόσου σιτεῖσθαι. item δρόσου καὶ ἀέρι σιτίζεσθαι. vide ex Plutarcho, Theocrito & aliis Erasmum in Chiliadib. p. m. 267.

Ep. XVIII. 1 ὥσπερ οὐκ ὄσιν] equidem editi habebant οἰκοῦσι, verum οὐκ ὄσι legendum esse, manifeste suadent quae sequuntur, ἢ ἔσι μέν. Sensus est, eum Diis sacra facere, quos expulerit, aedesque eorum occupauerit, profano animo, atque cultum externum praestante iis, quos non credat esse Deos, vel si credat esse, non iustos putet & iniuriae sibi illatae memores.

Ep. XIX. 1 τούτῳ] ita pro τούτοις reposui ex Vaticano *a*.

2 κείμενον] Vatic. *a*. habet καθήμενον.

Ep. XX. 1 γυναικὶ] male hanc inscriptionem interpretati sunt *VXORI*: vxorem enim non esse, ad quam scribit, vel prima haec epistola γυναικὶ inscripta prodit: idem error & in sequentibus omnibus admissus. Vatic. *a*. habet γυναικὶ πόρνῃ.

2 ἡ Αντιόπ. ὅσα ὄρεια, ἡ Αμυμ. τὰ ἐν θαλ.] nempe Antiope Iouem Olympium, adeoque ὄρειον, Amymone Neptunum θαλάττιον admisit, vt notum est.

3 τὰ ἐν θαλ.] Vatic. *a* & *b*. ὅσα θαλάττια habent.

4 τὰ δῶρα μύθους ἐποίησαν] i. e. fabulose *dona* appellauerunt Veneris gaudium, quod feminae illae ἔλαβον *admisere*. Nempe λαμβάνειν & δίδόναι amatoriae voces, vt antea monitum quoque, quibus honeste Veneris commercium significatur: vnde & poetae *doni* schemate illud repraesentarunt: & noster, concludens epistolam, ad *dandum* se offert quod illa cupiat, & *accipere* optat, quod cupiat ipse.

5 τοῦ μεγαλογνώμονος καὶ τὴν εἰρωνίαν ἀφεῖσα] haec verba, quae in editis desiderabantur, ex tribus codd. Vaticanis restituimus.

γὼ Ζεὺς γένωμαι, καὶ Ποσειδῶν, δίδὰς μὲν ἃ θέλεις, ἃ δὲ θέλω λαμβάνων.

Κά. ΤΗΙ ΑΥΤΗΙ.

Ο Μῶμος τῶν μὲν ἄλλων ἐδὲν ἔφη τῆς Αφροδίτης αἰτιάσασθαι· τί γὰρ ἂν καὶ μέμψαιτο[1]; ἓν δὲ μόνον δυσχεραίνειν ἔφη, ὅτι τρύζοι αὐτῆς τὸ ὑπόδημα, καὶ λίαν εἴη λάλον, καὶ τῷ ψόφῳ ὀχληρόν. εἰ δὲ ἀνυπόδητος ἐβάδιζεν, ὥσπερ ἀνίσχεν[2] ἐκ τῆς θαλάττης, ἐκ ἂν ποτε ἐυπορίσαι σκωμμάτων ἐδὲ κωμῳδίας ὁ ἁλιτήριος. καί μοι δοκεῖ μηδὲ μοιχευομένη διὰ τῦτο μόνον λαθεῖν, ὅτι πάντα ὁ Ηφαιστος ἔγνω, τὰ κεκρυμμένα τῦ σανδαλίε διαβάλλοντος. ταῦτα μὲν ἡμῖν ὁ μῦθος. ἓυ δὲ[3], καὶ τῆς Αφροδίτης ἔοικας βελεύεσθαι ἄμεινον, χρωμένη τοῖς ποσὶν, ὡς ἐτέχθης[4], καὶ φεύγουσα τῦ Μώμε τὰ ἐγκλήματα. ὦ ἄδετοι πόδες. ὦ κάλλος ἐλεύθερον. ὦ τρισευδαίμων ἐγὼ, καὶ μακάριος ἐὰν πατήσητέ με.

ΚΒ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι ΑΝΥΠΟΔΗΤΩι[1].

Μαλακώτερον διετέθης ὑπὸ τῦ σανδαλίε· θλίβει σε[2], ὡς πέπεισμαι, δειναὶ γὰρ δακεῖν σάρκας ἁπαλὰς αἱ τῶν δερμάτων καινότητες. διὰ τῦτο ὁ Ασκληπιὸς τὰ μὲν ἐκ πολέμε καὶ θήρας τραύματα, καὶ πάσης τῆς τοιαύτης τύχης[3], ἰᾶται[4] ῥᾳδίως, ταῦτα δὲ ἐᾷ, διὰ τὸ ἐκάσιον, ὡς ἀνοίᾳ[5] μᾶλλον, ἢ ἐπηρείᾳ δαίμονος γενόμενα. τί ὦν ἐκ ἀνυπόδητος βαδίζεις; τί δὲ τῇ γῇ φθονεῖς[6]; λαυτία, καὶ σανδάλια, καὶ κρηπίδες, καὶ πέδιλα, νοσέντων ἐςὶ φορήματα, ἢ γερόντων. τὸν γῦν Φιλοκτήτην[7] ἐν τέτοις γράφσι τοῖς ἐρύμασιν, ὡς χωλὸν καὶ νοσῦντα. τὸν δὲ ἐκ Σινώπης Φιλόσοφον[8], καὶ τὸν Θηβαῖον Κράτητα, καὶ τὸν Αιαντα, καὶ τὸν Αχιλλέα ἀνυ-

ter fiam, ac Neptunus, dans quae cupis, quae vero cupio accipiens.

XXI. EIDEM.

Momus aliud quidem nihil se in Venere aiebat reprehendere, quid enim reprehendisset? vnum vero sibi displicere aiebat, quod calceus eius strideret, nimisque streperus esset, atque sonitu molestus. Quod si nudis vero pedibus incessisset, qualis e mari prodierat, nihil habuisset quod cauillaretur, & comice perstringeret, sceleſtus ille. Praeterea videtur mihi furtiuis fruens amoribus ob hoc solum latere non potuisse, quod omnia Vulcanus resciscret arcana ex sandalio, ea prodente. Hactenus nobis fabula. Bene vero, & Venere prudentius consulere videris, quae pedibus vtaris, vt fert natura, & Momi criminationes effugias. O pedes nullis vinculis constrictos! O liberam pulcritudinem! O ter felicem me atque beatum, si me calcare volueritis!

XXII. ADOLESCENTI DISCALCEATO.

Aegre tibi est propter sandalium: teque illud, credo, premit, valent enim coria recentia ad carnes teneras mordendas. Quare Aesculapius vulnera bello & venatione, vel alio quocunque eiusmodi casu, accepta facile sanat: haec vero negligit, vt quae vltro stoliditate magis, quam aduersa fortuna illata essent. Quin igitur sine calceis ambulas? Quid vero terrae inuides? Lautia, sandalia, crepidae, & soleae sunt aegrotantium gestamenta, vel senum. Hinc Philoctetem in hisce pingunt munimentis, vt qui claudus esset, atque aeger. Sinopensem vero philosophum, & Cratetem Thebanum, & Aiacem, & Achil-

---

Ep. XXI. 1 *τί γὰρ ἂν καὶ μέμψαιτο*] sic melius Vaticanus *c.* quam vulgati *ἐμέμψατο*.

2 *ἀνίσχεν*] sic reſcripsi pro *ἀνίσχειν* quod erat in editis.

3 *ἓυ δὲ*] melior haec lectio mihi visa, quam suppeditabant codd. Vatic. *b. c.* quam vulgatorum, qui habebant *σὺ δέ*.

4 *ἐτέχθης*] sic ex ingenio reſcripsi pro *ἐτάχθης*, quod antea editum fuerat.

XXII. 1 *ἀνυποδήτῳ*] Morell. suspicabatur *ἐκ ἀνυποδήτῳ*.

2 *θλίβει σε*] *θλίβεις* habet Vatic. *a.* quod minime contemnendum.

3 *καὶ πάσης τῆς τοιαύτης τύχης*] haec, quae exciderant editis, restitui ex Vaticanis *a.* & *b.*

4 *ἰᾶται*] ita malim cum iisd. codd. quam cum editis *ἰᾶτο*, qui & mox *εἴη* legebant pro *ἰᾷ*, quod itidem ex Vaticanis reuocaui. Nempe Philostrati adhuc aeuo per somnia medelam afferre in templis suis credebatur, ideoque praesens tempus praeferrem.

5 *ὡς ἀνοίᾳ*] *ὡς* ex iisd. MSS. addidi.

6 *τῇ γῇ φθονεῖς*] terrae eum inuidere ait, quasi ad terram aliquid voluptatis redeat pulcro pede si prematur, vid. sub fin. huius epist.

7 *Φιλοκτήτην*] qui ex serpentis morsu pedibus laborabat, vt notum.

8 *τὸν δὲ ἐκ Σινώπ. φιλόσοφον*] Diogenem Cynicum intelligit. De quo Diogenes Laertius, baculum eum gestasse *ἀσθενήσαντα, quod corpore infirmus esset.* Et Hieronymus de eodem l. II. adu. Iouinianum: *Secumque portauit clauam ob corpusculi fragilitatem, qua iam senex membra sustentare solitus erat.* Nihilominus tamen, (tantum *κινισμα κράτος*,) incedebat *ἀνυπόδητος*.

lem

lem excalceatos, vt & Iasonem dimidia parte. Fertur enim, cum torrentem ille transiret, crepidam fluuio detentam fuisse, limo eam retinente; atque sic Iason alterum pedem liberum habuit, casu, quid fieri oporteret, edoctus, non consilio ita statuens. Sicque pulcre abiit, nulla re laesus, quae inter terram & pedem interueniret. Noli timere. Accipiet pedis plantam puluis perinde atque herba, & vestigium omnes osculabimur. O moduli pedum charissimorum, o noui flores, o plantae telluris, o gratissimum osculum!

πoδήτας, κ τὸν Ιάσονα ἐξ ἡμισείας [9]. λέγεται γὰρ ὡς, τὸν ἄναυρον [10] διαβαίνοντος αὐτῷ τὸν ποταμὸν, ἐνεσχέθη κρηπὶς τῷ ῥεύματι, εἰς ἀντίληψιν τῆς ἰλύος γενομένης· καὶ ὁ Ιάσων ἕτως ἠλευθέρωτο τῶν ποδῶν τὸν ἕτερον, τύχῃ τό δέον διδαχθεὶς, ἀ γνώμῃ ἑλόμενος. καὶ ἀπῆει καλῶς, σεσυλημένος μηδενὶ τῷ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τῶ ποδός. μὴ φοβηθῇς. δέξεται τὴν βάσιν ἡ κόνις, ὡς πόα, καὶ τὸ ἴχνος προσκυνήσομεν πάντες. ὦ ῥυθμοὶ ποδῶν φιλτάτων, ὦ καινὰ ἄνθη, ὦ γῆς φυτά [11], ὦ φίλημα ἐρώμενον.

XXIII. MVLIERI CAVPONATRICI.

Omnia tua me excitant: linea tunica, perinde ac si Isidis sit peplus, & caupona, quasi Veneris templum, & pocula, velut Iunonii oculi, & vinum, non aliter ac flos, & trium digitorum coniunctio, quibus poculum vehitur, veluti rosa promissi corymbi. Atque ego metuo quidem ne cadat: at illud firmiter persistit, vt gnomon fixum, & cum digitis quasi concreuit. Quod si etiam deguste quandoque, omne quod in poculo relinquitur halitu incalescit, suauiusque nectare redditur. Descendit igitur ad guttur expeditis viis, quasi non vino temperatum, sed osculis.

ΚΓ'. ΓΥΝΑΙΚΙ ΚΑΠΗΛΙΔΙ.

Πάντα μὲ αἴρει τὰ σὰ· καὶ ὁ λινᾶς χιτὼν, ὡς ὁ τῆς Ισιδος [1], καὶ τὸ καπηλεῖον, ὡς Αφροδίσιον, καὶ τὰ ἐκπώματα, ὡς Ηρας ὄμματα [2], καὶ ὁ οἶνος, ὡς ἄνθος [3], καὶ τῶν τριῶν δακτύλων αἱ συνθέσεις, ἐφ' ὧν ὀχεῖται τὸ ποτήριον, ὥσπερ αἱ τῶν φύλλων τῶν ἐν τοῖς ῥόδοις ἐκβολαί [4]. κἀγὼ μὲν φοβοῦμαι μὴ πέσῃ· τὸ δὲ ἔσηκεν ὀχυρῶς, ὡς γνώμων ἐρηρεισμένον, καὶ τοῖς δακτύλοις συμπέφυκεν. εἰ δὲ καὶ ἀποπίοις ποτὲ, πᾶν τὸ καταλειπόμενον γίνεται θερμότερον τῷ ἄσθματι, ἥδιον δὲ καὶ τοῦ νέκταρος. κάτεισι γοῦν ἐπὶ τὴν φάρυγγα ἀκωλύτοις ὁδοῖς, ὥσπερ οὐκ οἴνῳ κεκραμένον, ἀλλὰ φιλήμασιν.

XXIV. EIDEM.

E vitro quidem pocula sunt, tuae tamen manus in argentum atque aurum illa convertunt, vt ipsis etiam delicata mollities a tuo contactu accedat. Sed his quidem inanimis

ΚΔ'. ΤΗ ΑΥΤΗι.

Ἐξ ὑέλου μὲν τὰ ἐκπώματα, αἱ δὲ σαὶ χεῖρες ἄργυρον αὐτὰ ποιοῦσι καὶ χρυσόν, ὡς καὶ τούτοις τὸ βλέπειν ὑγρῶς παρὰ τῶν σῶν ἁμμάτων [1] εἶναι. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄψυχον καὶ ἀκίνητον

---

9 τὸν Ιάσονα ἐξ ἡμισ.] Iasonem altero pede ἀνυπόδητον pingi intelligit, hoc enim est dimidio nudum esse, vt ex sequentibus patet.

10 ἄναυρον] nomen proprium putauit Morellus. Apollonii vero Scholiast. ad Argonaut. I. v. 10. vbi haec ipsa de Iasone narrantur, alterum calceum in fluuio amittente, ἀναυρὸν torrentem esse ait, ex pluuiis aquis ortum. Et verba eius: ἄναυρον λέγει τὸν χείμαῤῥον· οἱ γὰρ ἐξ ὑετῶν συνισάμενοι ποταμοὶ οὕτω καλοῦνται.

11 ὦ καινὰ ἄνθη, ὦ γῆς φυτὰ] quae nempe sub pedibus tam delicatis terra quasi gestiente succrescerent. Simile & illud Persii sat. II.

— *quicquid calcauerit hic, rosa fiat.*

& Claudiani in laude Serenae

— *quocunque per herbam*
Reptares, fluxere rosae.

Inter Graecos gemina habet Theocrit. Idyll. VIII, 41.

Πάντα ἴσα, πάντα δὲ νοοῖ &c.
Εὗδ' ἃ καλὰ παῖς ἐπιλύσεται.

Sic Athenaeus lib. IV. poetam Gallum de Rege liberali ceciniſſe ait: ὅτι τὰ ἴχνη τῆς γῆς, ἐφ' ἧς ἀφιππεύεται, χρυσὸν καὶ ἐυεργεσίας ἀνθρώποις φέρει.

12 ἐρώμενον] editi ἐῤῥωμένον habebant, quod mihi a re praesenti videbatur paulo alienum magis.

Ep. XXIII. 1 ὡς ὁ τῆς Ισιδος] *Isis Faria* in antiquis monimentis lino induta conspicitur. vide Menetreium de symbolica Dianae Ephesiae statua. Imo & statuae, in quibus multimammia Isis repraesentatur, parte inferiore ad pedes *tunicam linteam* ostendunt. Linum autem Aegyptios ad sacras vestes contexendas adhibuisse, ex Plinio & aliis constat.

2 ὡς Ηρας ὄμματα] quae βοῶπις passim dicitur Homero, vt *oculis eius* assimilari possint pocula veterum, quae rotunda fere, humilia, & patula fuerunt, vnde & *paterae* dicta. vid. Bulenger. de conuiuiis c. 15. 17. sic versa vice in ep. sq. amicae oculos ἐκπώματα vocat. conf. & epist. 25.

3 ὡς ἄνθος] malim ἀμπέλινα. Nisi audax nimium sit coniectura. Sane ἄνθος parum huic loco opportunum est.

4 αἱ τῶν φύλλων τῶν ἐν τοῖς ῥόδοις ἐκβολαὶ] manifestum est intelligi per *φύλλα*, quod *viridis alabastros* vocat Plin. H. N. XXI, 4. Ausonius *obeliscos* appellat Idyll. 14. *corymbos* Hieronymus.

Ep. XXIV. 1 ὡς κ. τ. τ. βλεπ. ὑγρ. παρὰ τῶν σῶν ἁμμάτων] ἁμμάτων ex ingenio restitui pro ὁμμάτων, quod editi habebant: alienum profecto ab hoc loco. Nam de manibus loquitur, vitrum tenentibus, a quibus mollities quasi delicata vitro transmittatur: manuum vero ἄμματα, nec quidquam eis cum ὄμμασι. Est vero τὸ ὑγρὸν carnis

τὸ διειδὲς, καθάπερ τῶν ὑδάτων τοῖς ἐσηκόσι· τὰ δὲ ἐν τοῖς προσώποις ἐκπώματα[2] τῇ τε ἄλλῃ ὑγρότητι εὐφραίνειν ἔοικε, καὶ τῇ συνέσει τῶν φιλημάτων. ὥστ' ἐκεῖνα μὲν κατάθες, καὶ χαίρειν ἔα, τά τε ἄλλα, καὶ διὰ τὸν ἐν τῷ σφαλερῷ τῆς ὕλης φόβον. ἐμοὶ δὲ μόνοις πρόπινε τοῖς ὄμμασιν, ὧν καὶ ὁ Ζεὺς γευσάμενος καλὸν οἰνοχόον[3] παρεσήσατο. εἰ δὲ βάλει, τὸν μὲν οἶνον μὴ παραπόλλυε, μόνα δὲ ἐμβάλλουσα ὕδατος, καὶ τοῖς χείλεσι προσφέρουσα, πλήρες φιλημάτων τὸ ἔκπωμα, καὶ δίδου[4] τοῖς δεομένοις. ἔστι γὰρ ὑδεὶς ἀνέραστος ἔτως, ὡς πιθεῖν ἔτι τὴν Διονύσου χάριν, μετὰ τὰς Ἀφροδίτης ἀμπέλους.

Κέ. ΤΗΙ ΑΥΤΗΙ.

Τὰ μὲν ὄμματά[1] σου διαυγέστερα τῶν ἐκπωμάτων, ὡς δύνασθαι δι' αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν ἰδεῖν. τὸ δὲ τῶν παρειῶν ἐρύθημα ἔυχρουν ὑπὲρ αὐτὸν τὸν οἶνον. τὸ δὲ λινοῦν τοῦτο χιτώνιον ἀντιλάμπει ταῖς παρειαῖς. τὰ δὲ χείλη βέβαπται τῷ τῶν ῥόδων αἵματι. καί μοι δοκεῖς τὸ ὕδωρ φέρειν ὡς ἀπὸ πηγῶν τῶν ὀμμάτων, καὶ διὰ τοῦτο εἶναι νυμφῶν μία. πόσους ἱσᾷς[2] ἐπειγομένους; πόσους κατέχεις παρατρέχοντας; πόσους μὴ φθεγξαμένη[3] καλεῖς; ἐγὼ πρῶτος, ἐπειδὰν ἴδωσε, διψῶ, καὶ ἵσαμαι μὴ θέλων, καὶ τὸ ἔκπωμα[4] κατέχων, καὶ τὸ μὲν ἀ προσάγω τοῖς χείλεσι, σοῦ δὲ οἶδα πίνων.

Κς'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Οὐδὲ ὁ τοῦ Μενάνδρου Πολέμων καλὸν μειράκιον περιέκειρεν, ἀλλ' αἰχμαλώτου μὲν ἐρωμένης κατετόλμησεν ὀργισθείς, ἣν ἠδὲ αὐτὸς ἀποκείρας ἠνέσχετο[1]. κλαίει γοῦν καταπεσὼν, καὶ μεταγινώσκει τῷ φόνῳ τῶν τριχῶν. ἐφήβῳ δὲ ἄρα ἐφείσατο καὶ τὸ δρᾶμα, σὺ δὲ, οὐκ οἶδα τί παθὼν, σεαυτῷ πεπολέμηκας, ὦ ἀνδροφόνε,

& immota eſt pelluciditas, non aliter quam aquis ſtagnantibus: quae vero in facie tua ſunt pocula, tum alio mollitiei genere videntur oblectationem adferre, tum praecipue oſculorum ſenſu. Quamobrem illa quaeſo pocula pone, & valere ſine, cum propter alia, tum ob materiae metum, facile frangi ſolitae. Mihi vero ſolis propina oculis, qui Ioui etiam ad palatum quod eſſent formoſum ille pincernam conſtituit. Quod ſi volueris, noli vinum fruſtra vna conſumere: verum aquam infundens ſolam, labriſque admouens, oſculis poculum imple, & praebe quibus opus illo fuerit. Nemo enim tam invenuſtus eſt, qui Bacchi expetat dona iuxta cum Veneris vitibus.

XXV. EIDEM.

Oculi tui poculis ſunt mage pellucidi, vt poſſim per ipſos animam quoque intueri. Genarum rubor nitore ipſum ſuperat vinum. Linea autem haec tunica genarum lucem reflectit. Labra vero tincta ſunt roſarum ſanguine. Videris etiam mihi aquam oculis, tanquam fontibus quibuſdam, fundere, ideoque Nympharum eſſe vna. Quam multos feſtinantes ſiſtis? Quam multos praetercurrentes tenes? Quam multos ſine loquela inuitas? Ego inter primos, ſimulatque te video, ſitio, & vel inuitus ſubſiſto, poculumque arreptum tenens, illud quidem labris non admoueo, verum te bibere ſoleo.

XXVI. DELICIIS SVIS.

Ne apud Menandrum quidem Polemon elegantem tondebat adoleſcentulum; in captivam tamen amaſiam, iratus, hoc auſus eſt, quam tonſam a ſe, ipſe quoque aegerrime tulit. Lacrymas itaque proſtratus fundit, & poenitentia ducitur caedis, in comam patratae. Ephebo igitur pepercit etiam comoedia, tu vero, neſcio qua de cauſa, tibi ipſi, o homici-

---

Quod te ego, hospes qui sum, depeream, mirari noli. Non licet oculos peregrinitatis damnare, eos enim pulcritudo pari ratione atque ignis accendit, oportetque illam quidem fulgere, hunc vero subito [ex illo fulgore] existere. Discrimine porro nullo habere par est siue aures siue oculos, verum & peregrinis & ciuibus animi illi nuncii sunt. Neque profecto Branchus Apollinem fugit, vt peregrinum: neque Herculem Hylas, nec Radamanthum Licymnius, neque Patroclus Achillem, neque Chrysippus Laium. Smerdiam quoque Polycrates Samius deperiit, & Persicum adolescentem Agesilaus: nomen adolescentis ignoro. Peregrini etiam imbres terrae sunt, & fluuii mari, & Aesculapius apud Athenienses, & Iupiter apud nos, Nilus apud Aegyptios, & Sol apud omnes. Peregrinatur etiam in corpore animus, & luscinia in aëre, & hirundo in domo, & Ganymedes in coelo, & Alcedo in petra, & Elephas apud Romanos, & Phoenix auis apud Indos: atque ista quidem hospes tardissimus est. Ciconiam vero qui primi conspexerint, vel adorant. Peregrinae literae etiam sunt, e Phoenicia enim venere: & Sirenes nymphae, & Magorum Theologia, quibus omnibus cum maiore tamen delectatione vtimur, quam domesticis. Quod rarum

ΜΣ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Εἰ ξένος ὢν ἐρῶ σε, μὴ θαυμάσῃς. οὐκ ἔστιν ὀφθαλμὸς ξενίας ἁλῶναι, καὶ γὰρ κάλλος αὐτῶν ὁμοίως καὶ πῦρ ἀνάπτεται, καὶ δεῖ τὸ μὲν λάμψαι, τὸ δὲ εὐθὺς ἔσεσθαι. διακρίσεως δὲ οὐ δέει ὅτε ὦσιν, ὅτε ὄμμασιν· ἀλλ' εἰσὶ καὶ ξένοις, καὶ πολίταις οἱ τῆς ψυχῆς ἄγγελοι[2]. οὐ μὴν ὁ Βράγχος ἔφευγε τὸν Απόλλωνα ὡς ξένον, οὐδὲ ὁ Υλας τὸν Ηρακλέα, οὐχ' ὁ Λικύμνιος τὸν Ραδάμανθυν[3], οὐδὲ ὁ Πάτροκλος τὸν Αχιλλέα, οὐδὲ ὁ Χρύσιππος τὸν Λάϊον[4]. ἦρα καὶ Σμερδίῃ[5] Πολυκράτης ὁ Σάμιος, καὶ τῷ Πέρσῃ μειρακίῳ ὁ Αγησίλαος, οὐκ οἶδα τῷ μειρακίῳ τὸ ὄνομα[6]. ξένοι καὶ οἱ ὄμβροι τῆς γῆς, καὶ οἱ ποταμοὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ὁ Ασκλήπιος Αθηναίων, καὶ ὁ Ζεὺς ἡμῶν, καὶ ὁ Νεῖλος Αιγυπτίων, καὶ ὁ ἥλιος πάντων. ξένη καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, καὶ ἡ ἀηδὼν τοῦ ἀέρος, καὶ ἡ χελιδὼν τῆς οἰκίας, καὶ ὁ Γανυμήδης τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἡ ἀλκυὼν τῆς πέτρας, καὶ ὁ ἐλέφας Ρωμαίων, καὶ ὁ ὄρνις ὁ φοίνιξ τῶν Ινδῶν· ἅπας μὲν ὁ ξένος καὶ βραδύς. τὸν δὲ πελαργὸν[7] οἱ πρῶτοι θεασάμενοι καὶ προσκυνοῦσι[8]. ξένα καὶ τὰ γράμματα, ἐκ Φοινίκης γὰρ ἦλθε, καὶ Σειρήνων νύμφαι, καὶ ἡ μάγων θεολογία. οἷς πᾶσιν ἥδιον χρώμεθα, ἢ τοῖς ἐγχωρίοις, ὅτι τῶν μὲν σπανίων τὸ ἐπίκτητον,

---

Ep. XLV. 1 σαρίσας ἔχ. καὶ τὰς σπάθας] quae potentioribus tum praelatae, vt fasces temporibus antiquioribus. Ipsi Imperatori Spatham praelatam notum est ex Curopalata qui p. 101. διὰ τῆς σπάθης τὸ ἐξουσιαστικὸν notari ait. Nec in officiis S. palatii *Spatharii* ignota dignitas.

2 σοι] editi γῇ. Sensus postulare videtur σοι, nisi hic deesse nonnulla statuere malis. cod. Vatic. *b.* legebat ὡς βέλει καὶ πείθομαι.

Ep. XLVI. 1 κάλλος ἀντ. ὀμ. καὶ πῦρ ἀνάπτ.] sensum esse puto: peregrinitatem non posse obesse amori, neque legibus, peregrinis dictis, eum impediri posse: cum naturalis ille sit, eademque ratione oculos pulcra forma subeat atque accendat, quam ignis. Nempe, vt in sequentibus rem explicat, pulcritudo non potest luce sua carere, quae non potest non accendere ignem in spectante, vt frustra sit illi naturae necessitati leges opponere.

2 οἱ τῆς ψυχῆς ἄγγελοι] articulum οἱ omitti malim.

3 Λικύμνιος τὸν Ραδάμανθυν] *Rhadamanthi* puerile *Talon* fuisse ait Ibycus, apud Athenaeum Dipnos. XIII. p. 601. Ceterum *Licymnii*, Electryoni filii, mentio apud Apollodorum l. II. c. 4. p. 61. quem a Tlepolemo sed non sponte occisum narrat idem. lib. eod. c. 8. p. 141.

4 Λάϊον] quem autorem *παιδερασίας* faciunt nonnulli, rapuisseque dicunt Chrysippum Pelopis F. vide Athenaeum l. c. Aelian. Var. XIII, 5. &c. viris doctis ad eum Aeliani locum obseruata.

5 Σμερδίῃ Πολυκράτης] in quo amore *Polycrates* Anacreontem rivalem habuit. vide Aelianum Var. l. IX. c. 4. & obseruata ibi viris doctis.

6 οὐκ οἶδα τ. μειρ. τὸ ὄνομα] *Megabatae* haut dubie nomen ipsi fuit. vide Plutarchum in Agesilao p. 602.

7 πελαργὸν] de ciconia autem in notissimis illis Publivs apud Petronium:

Ciconia etiam grata, PEREGRINA, HOSPITA.

8 καὶ προσκυνοῦσι] forte in Thessalia, vbi Plutarcho in Iside testante πελαργὸς ἐτίμησαν, ὅτι πολλὰς ὄφεις τῆς γῆς ἀναδιδάσης ἐπιφανέντες ἐξώλεσαν ἅπαντας adde & Plin. H. N. l. X. c. 31.

τῶν

τῶν δὲ ὀλιγώρων τὸ οἰκεῖον. ἀμείνων καὶ ἐρασὴς, ὁ ξένος, ὅσῳ καὶ ἀνύποπτος τῇ ἀγνωσίᾳ, καὶ ᾗ πρὸς τὸ λαθεῖν ἀφανέστερος. εἰ δὲ δέῃ καὶ μένοντος, ἔγγραψόν[9] με σύ, καὶ Ζεὺς γενέθ φράτριος[10], καὶ Ἀπόλλων πατρῷος, ἡ δὲ φυλὴ τῦ ἔρωτος[11].

enim est, possidere cupimus, domestica vero in contemtis sunt. Hoc melior praeterea amator peregrinus est, quo minus, eo quod ignotus sit, suspicioni locum facit, suaque facilius latet obscuritate. Si vero manente opus sit amatore, adscribe me tribui tu, & Iupiter esto Fratrius, & Patrius Apollo, tribus autem esto amor.

ΜΖ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Τὴν καλὴν ἀπὸ τῦ τρόπυ δεῖ τῶν ἐρασῶν ποιεῖσθαι τὸν κατάλογον, ὐκ ἀπὸ τῦ γένους. καὶ γὰρ ξένος ἐπιεικὴς δύναται γενέσθαι, καὶ πολίτης κακός, ὅσῳ καὶ τῦ Φρονεῖν ἐγγύτερός ἐστιν. ὁ μὲν ὖν ἐγχώριος ὐδὲν διαφέρει λίθων, καὶ παντὸς τῦ μένοντος, ὧν τὸ ἑδραῖον ἀνάγκη πρόσεστιν. ὁ δὲ ξένος ἔοικε τοῖς ὀξυτάτοις θεοῖς, ἡλίῳ, καὶ ἀνέμοις, καὶ ἄστροις, καὶ ἔρωτι, ὑφ' ὧν κἀγὼ πτηνὸς γενόμενος, δεῦρο ἐλήλυθα, κινηθεὶς προφάσει κρείσσονι. μή μυ τὴν ἱκεσίαν ὑπερίδῃς. ὐδὲ γὰρ τὸν Πέλοπα Ἱπποδάμεια ἠτίμησε, ξένον ὄντα, καὶ βάρβαρον, ὐδὲ ἡ Ἑλένη τὸν δι' αὐτὴν παρόντα, ὐδ' ἡ Φύλλις τὸν ἐκ τῆς θαλάττης[1], ὐδ' ἡ Ανδρομέδα τὸν πρὸς αὐτὴν καταπτάντα. ἤδεσαν γὰρ ὡς παρὰ μὲν τῶν ἐγχωρίων μίαν πόλιν λαμβάνυσι[2], παρὰ δὲ τῶν ξένων πολλάς. εἰ δὲ δοκεῖ, φέρε, ἐπὶ συνθήκαις γενέσθω τὸ πρᾶγμα, ἢ ἐνταῦθα ἀμφότεροι μένωμεν, ἢ μετὰ ἀλλήλων ἐκεῖσε ἀπέλθωμεν· ὁ δέχῃ τῦτο. γνῶθι ὖν, ὡς γενέσθαι μὲν ἰχθὺς ξένος ὐκ ἀνέχεται, χαίρει δὲ μεταβολαῖς τῆς γῆς, ὅσης μιᾶς. τί γὰρ ἄλλο αἱ πατρίδες ἢ μέτρα δειλὰ ἀγενῶν νομοθετῶν, ὅροις καὶ πύλαις διαγραφόντων τὰ οἰκεῖα, ἵνα ταῖς εὐνοίαις στενοχωρώμεθα, ὑπερβαίνειν ὀκνῦντες τὸ πινάκιον τῆς χωροφιλίας; καὶ μὴν κἀγὼ τῦ ἔρωτος ξένος, καὶ σὺ τῦ κάλλυς. ὁ γὰρ ἡμεῖς πρὸς ταῦτα ἀπήλθομεν, ἀλλ' αὐτὰ πρὸς ἡμᾶς κατῆλθε, καὶ τὴν παρυσίαν αὐτῶν δεδέγμεθα ἡδέως, ὡς τὴν τῶν ἄστρων οἱ πλέοντες. εἰ δέ μοι τὸ ξένῳ εἶναι μὴ γίγνεται πρὸς τὸν ἔρωτα ἐμ-

XLVII. AD FEMINAM.

Pulcram mulierem, ingenii habita ratione, non generis, amatores adlegere fas est. Nempe & peregrinus bonus, & ciuis pravus esse potest, hoc magis, quo superbiae est propior. Indigena igitur nihil discrepat a lapidibus, & omni re permanente, quibus stabilitas necessitate quadam adest. Peregrinus vero celerrimis similis est Diis, Soli, & ventis, astrisque, & Cupidini, a quibus & ego aliger factus huc accessi, meliori causa adductus. Noli meas aspernari preces. Neque enim Pelopem Hippodamia aspernata est, peregrinum licet ac barbarum, neque Helena eum qui propter ipsam aduenerat, nec Phyllis mari reducem, neque ad se aduolantem Andromeda. Nempe nouerant, quod apud indigenas vnam tantum vrbem, apud peregrinos vero multas tenere possint. Si videtur tamen, age, pacto ea de re statuatur, aut hic vterque maneamus, aut simul isthuc discedamus. Non accipis hanc conditionem. Considera igitur, piscem quidem fieri peregrinum non posse, gestit tamen mutare solum, quod vnum nempe est atque idem. Quid enim sunt aliud patriae, quam miserae pusillanimorum legislatorum dimensiones, terminis ac portis sua describentium, vt beneuolentia nostra in angustum cogatur, transilire non audentibus nobis tabulam, qua amor in patriam circumscribitur? Atqui & ego amori sum hospes, & tu pulcritudini. Non enim ad illa nos venimus, sed ad nos illa, praesentiae tamen eorum libenter locum fecimus, vt astrorum praesentiae nauigantes. Quod si mihi autem peregrinitas non ad amorem impe-

---

9 ἔγγραψον] ciuitatem & tribum ob merita accipiebant quandoque peregrini, quod est ἐγγράψασθαι exempla obvia fuere in vitis Sophist.

10 φράτριος] non dubito legendum esse πατρῷος. Nam Iouem pariter ac Apollinem πατρῷον colebant Athenienses illisque θυσίας κατὰ φρήτρας καὶ δήμυς καὶ συγγενείας ἐτέλεσαν, vt loquitur Schol. ad Aristophanis Nubes p. m. 203. vide plura apud ipsum. Adde Harpocrationem in Ἀπόλλ. πατρῷος & ibi notata doctiss. Maussaco.

11 ἡ δὲ φυλὴ τῦ ἔρωτος] nempe populus Athenienſis in tribus distributus erat, in quibus scribebantur Iuuenes praefixa aetate, & quicunque ciuitatis ius indipiscebantur: ac tum φράτορες dicebantur. Colebant vero in tribubus *Iouem* & *Apollinem* πατρῷον tanquam communes parentes, vt not. praec. obseruatum. Harum *tribuum* varia erant *nomina*, nouam igitur φυλὴν τῦ ἔρωτος AMORIS noster commi-niscitur.

Ep. XLVII. 1 τὸν ἐκ τῆς θαλάττης] ita Demophoontem appellat, quod Troia mari redux amatus a Phyllide fuerit.

2 λαμβάνυσι] formae sc. praestantis laude atque admiratione.

dimen-

dimento, nec tibi obstaculum esto, quo minus audias amantes. Fortassis fugitiuum acceperis sponsum, quemadmodum Adrastus Polynicem & Tydeum, quos generos asciuit, ad regnum vindicandum. Num quisquam aedibus prohibet peregrinum, qui non accendere ignem, sed flagrantem extinguere voluerit? Noli Lacaenam agere, o puella, neque Lycurgum imiteris. Legem de peregrinis expellendis amor non agnoscit.

XLVIII. DELICIIS.

Quoties tibi oculos patefeci meos, vt abires! quemadmodum qui retia pandunt beluis, vt fugiendi ipsis faciant facultatem. Tu vero manes immotus, more eorum, qui nouas sibi sedes magna vi quaerunt, & postquam semel alienam occuparunt regionem, vt emigrent minime possunt adduci. Iamque iterum certe pro more meo palpebras tollo. Auola iam tandem; & obsidionem solue, aliorumque hospes esto oculorum. Obtemperare non vis, vt qui longe iam processeris, & ad ipsam vsque animam. At quam est mirabilis illa qua vror flamma! eo versor in periculo vt aqua mihi sit petenda, nemo autem est qui afferat, quoniam quae flammae huic extinguendae par sit inuentu est difficillima, siue ex fonte quis adferat, siue e fluuio hauriat. Nam ab amore ipsa quoque aqua vritur.

XLIIX. AD FEMINAM.

Quod nouum istud plagii genus? Quae tyrannis? Trahis me oculis, inuitumque rapis, quemadmodum nauigantes Charybdis absorbet. Fuere ergo & amoris saxa, & oculorum turbines; quibus si quis semel implicatus sit, demergatur. At hoc ne Charybdis quidem potuit. Stati temporis est in ea naufragium: & si quis paulisper inhibuerit cursum, salutis copiam adipiscitur, arbore

ποδὼν, μηδὲ σοὶ κώλυμα ἔσω πρὸς τὸ συνιέναι τῶν ἐρώντων. τάχις' ἂν φυγάδα εἶλε νυμφίον, ὥσπερ Ἄδραστος τὸν Πολυνείκην καὶ τὸν Τυδέα, ὃς γαμβρὸς ἐποιήσατο ἐπὶ τῆς βασιλείας ἔκτισιν· εἴ τις ἀποκλείει καὶ ξένον, πυρὸς ἐκ ἐναῦσαι[3] θέλοντα, ἀλλὰ τὸ καόμενον σβέσαι; μὴ Λακώνιζε, ὦ γύναι, μηδὲ μιμοῦ τὸν Λυκοῦργον. ξενηλασίαν[4] ἔρως ἐκ ἔχει.

Μή. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Ποσάκις σοι τὰς ὀφθαλμὰς ἀνέῳξα[1], ἵνα ἀπέλθῃς, ὥσπερ οἱ τὰ δίκτυα ἀναπτύσσοντες τοῖς θηρίοις, εἰς ἐξουσίαν τοῦ φυγεῖν. καὶ σὺ μένεις ἑδραῖος, κατὰ τὰς δεινὰς ἐποίκους, οἳ χώραν ἅπαξ ἀλλοτρίαν καταλαβόντες, ἐκ ἔτι δέχονται τὴν ἀπαγάσασιν. καὶ δὴ πάλιν, ὥσπερ εἴωθα, ἐπαίρω τὰ βλέφαρα. ἀπόπτηθι ἤδη ποτὲ, καὶ τὴν πολιορκίαν λῦσον, καὶ γενοῦ ξένος ἄλλων ὀμμάτων[1]. ἐκ ἀκούεις, ὅς γε καὶ μᾶλλον ἔχῃ τοῦ πρόσω, καὶ μέχρι τῆς ψυχῆς. καὶ τίς ὁ καινὸς ἐμπρησμός; κινδυνεύω αἰτῶν ὕδωρ, κομίζει δὲ ἀδείς, ὅτι τὸ σβεσθὲν εἰς ταύτην τὴν φλόγα ἀπορώτατον, εἴτε ἐκ πηγῆς κομίζοι τις, εἴτε ἐκ ποταμοῦ λαμβάνοι. καὶ γὰρ αὐτὸ ὑπὸ ἔρωτος τὸ ὕδωρ κάεται.

Μθ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Τί τὸ καινὸν ἀνδρολήψιον[1] τοῦτο; τίς ἡ τυραννίς; ἕλκεις με ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, καὶ σύρεις μὴ θέλοντα, ὥσπερ τοὺς πλέοντας ἡ Χάρυβδις ἀνερρόφα. ἦσαν ἄρα καὶ ἔρωτος πέτραι, καὶ ὀφθαλμῶν πνεύματα, αἷς τις, ἅπαξ ἐνσχεθεὶς, καταδύεται. τοῦτο μὲν οὖν ἐκ εἶχεν ἀδ' ἡ Χάρυβδις[2]. ἐμπρόθεσμον[3] ἐκεῖνο τὸ ναυάγιον· καὶ μικρόν τις ἀναμείνας, σωτηρίας εὑπορεῖ,

---

3 ἐκ ἐναῦσαι] ἐκ ex coniectura addidi, videbaturque illud necessario requirere sequens ἀλλά. Sensus vero perspicuus. Nempe amans ignem amoris extinguere & mitigare, non accendere flammam noxiam cupit.

4 ξενηλασίαν] solennis vox, de Lacedaemoniorum lege aduersus peregrinos veteribus vsurpata. conf. Cragium de Rep. Lacedaem. l. III. p. 210.

Ep. XLVIII. 1 ποσάκις σοι τὰς ὀφθ. ἀν.] vulgato loquendi genere *in oculis ferre* dicimur, quem amamus, aliaque similia. Hinc eleganter fingit oculos suos occupasse catamitum. Sic & paulo post ep. 50, cuius non dissimile argumentum, τὰς ὄψεις αἱ καλιαὶ δίχεται, τὰ ὄμματα τὰς καλάς. Ibidemque *oculos* pulcrorum καταγώγιον vocat: grauem vero oculis suis hospitem eum esse innuit: vt solent pulcri *dolor oculorum* adpellari. Hinc emigrare eum cupit, saepeque ei, vt discedat, oculorum se fores patefecisse ait, &c.

Ep. XLIX. 1 ἀνδρολήψιον] sic & Demosthenes in Orat. contra Aristocratem. Ἀνδροληψίαν tamen Harpocration habet. Plura ea de re vide apud Budaeum in annotationibus ad pandectas prioribus.

2 τοῦτο μὲν ἐκ εἶχεν, ἀδ' ἡ χάρυβδις] vid. not. sq. circa fin.

3 ἐμπρόθεσμον ἐκεῖνο τὸ ναυάγ.] nempe, vt Homerus canit, Odyss. M'. 105. Charybdis

Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

Atque per vices istas, quae absorbuerat Charybdis, reddebat, vt Vlysses factum fingit idem poeta, lib. cit. v. 417 vbi Vlysses se *caprifico* in charybdis scopulo insidentem, firmiter ei adhaesisse ait, donec nauem absorptam redderet,

— ὄφρ' ἐξεμέσσειεν ὀπίσσω
Ἰσόν κῆρ τρόπιν ἄνδις.

Atque hinc etiam est, quod in praecedentibus Philostr. ait, Charybdin quidem id non habuisse, quod amasiae suae oculi, vt quod semel in eam incidisset, retineret, nam reddebat absorpta Charybdis.

δένδρον ἐυρὼν [4] ἐν πελάγει μέσῳ. ὁ δὲ εἰς ταύτην ἅπαξ τὴν θάλασσαν καταρρυεὶς, οὐκ ἔτ' ἐξέρχεται.

Ν'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Τὰς ὄρνις αἱ καλιαὶ δέχονται, τὰς ἰχθύας αἱ πέτραι, τὰ ὄμματα τὰς καλάς [1]. κἀκείνων μὲν πλάναι, μεθισαμένων, καὶ μετοικούντων ἄλλοτε ἐπ' ἄλλας τόπους· ἄγουσι γὰρ αὐτὰς ὡς ἄγουσιν οἱ καιροί. κάλλος δὲ, ἅπαξ ἐπ' ὀφθαλμοὺς ῥυὲν, οὐκ ἔτ' ἄπεισιν ἐκ τούτου τοῦ καταγωγίου [2]. ὅτως κἀγὼ σε ὑπεδεξάμην, καὶ φέρω πανταχοῦ τοῖς τῶν ὀμμάτων δικτύοις, κἄν τε ἔμπους [3] τις ἐλθὼν, ποιμαίνειν μοι δοκῇς, καὶ καθῆσθαι, πείθων τὰς λίθους [4]· κἄν τε ἐπὶ θάλατταν, ἀνάγει σε ἡ θάλαττα, ὥσπερ τὴν Ἀφροδίτην ὁ Βυθός· κἄν τε ἐπὶ λειμῶνα, αὐτῶν τῶν ἀνθῶν ἐξέχεις, καί τοι οὐδὲν τοιοῦτον ἐκεῖ φύεται. καὶ γὰρ εἰ καλὰ καὶ χαρίεντα ἄλλως, ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας. καὶ μὴν καὶ ποταμοῦ πλησίον γενόμενος, τὸν μὲν οὐκ οἶδα ὅπως ἠφάνισαι, σὲ δὲ ῥεῖν αὖτ' ἐκείνου νομίζω, καλὸν, καὶ μέγα, καὶ πολὺ μεῖζον τῆς θαλάττης. ἀπιδὼν δὲ εἰς οὐρανὸν, τὸν μὲν ἥλιον ἡγοῦμαι πεπτωκέναι, καὶ κάτω που βαδίζειν, αὖτ' ἐκεῖνος δὲ φαίνειν ὃν ἐγὼ βούλομαι. εἰ δὲ γένοιτο καὶ νύξ, δύο βλέπω μόνας ἀστέρας, τὸν ἕσπερον καὶ σέ.

Νά. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Πόθεν μου τὴν ψυχὴν κατέλαβες; ἢ δηλονότι ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, ἀφ' ὧν [1] μόνων κάλλος εἰσέρχεται. ὥσπερ τὰς ἀκροπόλεις οἱ τύραννοι, καὶ τὰ ἐρυμνὰ οἱ βασιλεῖς, καὶ τὰ ὑψηλὰ οἱ θεοὶ καταλαμβάνουσιν, ὕτω καὶ ὁ ἔρως τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀκρόπολιν, οὐ ξύλοις, οὐδὲ πλίνθοις, ἀλλὰ μόνοις βλεφάροις τειχίσας, ἡσυχῇ καὶ κατὰ μικρὸν [2] εἰσδύεται. ταχέως μὲν, ὡς πηνός· ἐλεύθερος δὲ, ὡς γυμνός· ἄμαχος δὲ, ὡς τοξότης. τὰ δὲ ὄμματα ἐπεὶ ῥῶτα συνίησι καλ-

reperta in medio pelago. Qui vero in hoc mare semel delatus fuerit, huic nullus deinceps patet exitus.

L. DELICIIS.

Aues excipiunt nidi, pisces saxa, formosos oculi. Atque illis quidem sui sunt errores, mutantibus sedes suas, & ex alio in alium locum domicilia transferentibus: ducunt enim [loca] eos, perinde ac tempora ducunt. At pulcra forma, si semel in oculos fuerit illapsa, non amplius discedit ex hoc diuersorio. Sic etiam ego te excepi, & omni loco circumfero in oculorum retibus. Si enim in herba quis incedat; tu mihi pascere videris, atque sedere ipsos lapides commouens: si in mari; mare te educit, vt Venerem pelagus: si in prato; prae ipsis etiam floribus eminens, namque nihil tale ibi nascitur. Vt cetera enim pulcra sint [ibi nata,] atque venusta, vnius tamen tantum sunt diei. Atque profecto, prope fluuium etiam vbi consisto, nescio quomodo subito ille mihi euanescat. Te vero illius loco fluere puto, pulcrum, magnumque, & multo etiam pelago ampliorem. Quod si in coelum autem respiciam; solem delapsum esse somnio, & inferius obambulare, illius vero loco lucere, quem ego cupio. Si nox demum etiam ingruat; duas video duntaxat stellas, Hesperum atque teipsum.

LI. AD FEMINAM.

Qua parte animum meum expugnauisti? annon oculis quidem planissime, quibus solis forma excellens [animum] subit? Nempe vt arces tyranni, Regesque castella, atque edita loca Dii occupant; sic & oculorum arcem amor, quos non ligneo aut latericio vallo, sed solis superciliis muniuit, placide atque sensim subintrat. Celeriter quidem, vt alatus qui sit; liber item, quippe qui sit nudus; & pugnax, vt sagittarius. Oculi vero cum primum pulcritudinem sentiunt, ob hoc

---

4 δένδρον ἐυρὼν] alludit ad loca Homeri citata, quibus *caprificum* fingit in Charybdis scopulo.

Τῷ δ' ἐν ἐρινεὸς ἐσι μίγας φύλλοισι τεθηλὼς,
Τῷ δ' ὑπὸ δῖα χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.

& paulo post v. 432. prolixe Vlysses describit, quomodo naue sua absorpta huic *caprifico* inhaeserit. Eoque Philostratum heic respicere patet.

Ep. L. 1 τὰ ὄμματα τὰς καλὰς] conf. ad ep. 48. dicta.

2 ἀπ. ἐκ. τ. τ. καταγωγίου] ep. 48. ξένον ἄλλων ὀμμάτων fieri dixit.

3 ἔμπους] vertit Morell. ac si ἔμπορος legisset: id vero incommodum mihi visum, aptius est ἔμπους, ἀπὸ τῆς πόας *herba*. Ceterum ellipses his obscuritatem pariunt, quae disparet, si post κἄν τε ἐπὶ θάλατταν & post κἄν τε ἐπὶ λειμῶνα repetas τις ἐλθὼν (cum subintellecto ᾖ) quod praecessit. Nempe in herbis, in mari, in pratis aliquem versantem videns, videre se puerum statim putabat, adeo illum in oculis circumferebat. Sicque *mare*, prout ait, *puerum educit*, idemque *in prato eminet* κατὰ φαντασίαν amantis.

4 πείθ. τὰς λίθους] *lapides mouens* formae sc. pulcritudine.

Ep. LI. 1 ἀφ' ὧν] quae post haec verba sequuntur vsque ad vocem τύραννοι, omissa in vulgatis, restitui ex Vaticanis *a* & *b*. vt totius orationis iam perspicuus sensus sit: Nempe per oculos ingredi pulcritudinem ait. In sequentibus vero propriam quasi sedem *pulcritudinem* sibi deligere *oculos* amantum dicit, quemadmodum tyranni in castellis, Dii in montium verticibus sedes sibi deligere soleant.

2 κατὰ μικρὸν] κατὰ ex Vaticano *a* & *b* reuocaui, quod vero post μικρὸν legebatur in vulgatis τὴν ψυχὴν, id reiiciendum esse, tanquam ab hoc loco alienum, sensus suadebat.

ipsum

ipſum maxime vruntur: Deo quodam, vt puto, volente eandem eis & ad voluptatem ex viſu percipiendam viam eſſe, & ad dolendi occaſionem. Cur enim, o peſſimi faciferi, amoris & corporum elegantiae teſtes curioſi, primi nobis ex pulcritudine flammam conflaſtis? primi meminiſſe animum eius, quod ab exterioribus in eum defluxit docuiſtis? primi coëgiſtis, ſole praeterito, alienum ignem laudare? Hanc ob culpam vigilate, & vrimini, atque cogitationibus vos defatigate, liberationem ab iis quae amplexi eſtis reperire non valentes. Beatos, o Dii, eos, qui a natiuitate caeci ſunt, & ad quos nullus amori patet aditus.

LII. DELICIIS.

Clauſeram tibi oculos: quomodo autem tibi? vt portas obſeſſi: tu tamen clam praeſidio, intus es. Dic quis te introduxit? niſi aliquid in oculis reſidens, quod amoris partes ſequatur, quodque animam prodat. Illa autem olim quidem ſola cogitabat quae volebat, & in pulcerrimis philoſophiae praeceptis operam conſumebat. Eratque ei amor coeli vaſta ſpatia contemplari, & quae vera eſſet iſtorum natura inquirere, quae item Vniuerſi reuolutiones, quaeque iſta omnia neceſſitas ageret. Iucundiſſimumque videbatur ſpectaculum cum ſole curſum emetiri, & luna: cum ea diſparente quaſi angi, pleno vero lumine eius vna gaudere, & cum reliquo ſiderum choro ſimul errare; nihilque imperuium aut inconſpectum relinquere myſteriorum, quae terra haec condit. Ex quo vero humano amori pronius admota pulcris capta eſt oculis, omnibus illis poſthabitis, in hanc vnam rem omne ſtudium impendit, & quantum ab exteriore forma traxit, tantum intus componit, atque memoria reponit. Quicquid autem intro fuerit admiſſum, lumen quidem interdiu eſt, nocte vero ſomnium euadit.

λας διὰ τοῦτο μάλιστα καὶ κάεται, θεῶ τινὸς, οἶμαι, θελήσαντος αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ὁδὸν καὶ τῆς εἰς τὸ βλέπειν ἡδονῆς εἶναι, καὶ τῆς εἰς τὸ λυπεῖσθαι προφάσεως. τί γὰρ, ὦ κακοὶ δαδοῦχοι, ἔρωτος καὶ τῆς σωμάτων ὥρας περίεργοι μάρτυρες, πρῶτοι μὲν ἡμῖν τὸ κάλλος ἐπυρσεύσατε; πρῶτοι δὲ μεμνῆσθαι [3] τὴν ψυχὴν ἐδιδάξατε τῆς ἔξωθεν ἐπιῤῥοῆς; πρῶτοι δὲ ἐβιάσασθε, τὸν ἥλιον καταλιπεῖσι [4], πῦρ ἀλλότριον ἐπαινεῖν; τοιγαροῦν ἀγρυπνεῖτε καὶ καίεσθε, καὶ λογίζεσθε, ἀπαλλαγὴν ὧν εἵλεσθε εὑρεῖν μὴ δυνάμενοι. μακαρίων, ὦ θεοὶ, τῶν ἐκ γενετῆς τυφλῶν, ἐφ' οὓς ἔρως ὁδὸν οὐκ ἔχει.

ΝΒ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩΙ.

Ἀπέκλειόν σοι τὰ ὄμματα. πῶς σοι'; ὡς οἱ πολιορκέμενοι τὰς πύλας. καὶ σὺ, τὴν φρουρὰν λαθὼν, ἔνδον εἶ. λέγε τίς σε εἰσήγαγεν; εἰμή τι τὰ ὄμματα ἐρωτικὸν, καὶ κατὰ τῆς ψυχῆς γενόμενον. ἦγε πάλαι μὲν μόνα ἐνεθυμεῖτο ἃ ἤθελε, καὶ περὶ τὰ κάλλιστα ἐσπούδακει φιλοσοφοῦσα. καὶ ἦν αὐτῆς ὁ ἔρως τὰ οὐρανοῦ νῶτα [2] ὁρᾶν, καὶ περὶ τῆς κατὰ ταῦτα ὄντως οὐσίας πολυπραγμονεῖν, καὶ τίνες αἱ τοῦ παντὸς περίοδοι, καὶ τίς ἡ ταῦτα ἄγουσα ἀνάγκη. καὶ τὸ σκέμμα [3] ἐδόκει χαριέστατον ἡλίῳ συνδραμεῖν, καὶ σελήνῃ· συγκινδυνεῦσαι μὲν ἀπιούσῃ, συννοσθῆναι δὲ πληρουμένῃ, τῷ τε ἄλλῳ χορῷ τῶν ἀστέρων συμπλανηθῆναι, καὶ μηδὲν ἄβατον, μηδὲ ἀθέατον καταλιπεῖν τῶν ὑπὲρ γῆν μυστηρίων. ἀφ' ὧν δὲ ἀνθρωπίνῳ πλησιάσασα ἔρωτι [4] ἑάλω κάλλιστ ὄμμασι, πάντων ἀμελήσασα ἐκείνων, περὶ ἓν τοῦτο ἐσπούδακε. καὶ ὅσον ἂν τῆς ἔξω μορφῆς σπάσῃ, τοσοῦτον ἔνδον συντίθησι, καὶ μνήμῃ ταμιεύεται [5]. τὸ δ' εἴσω παρελθὸν φῶς μέν ἐστιν ἐν ἡμέρᾳ, νύκτωρ δὲ ὄναρ γίνεται [6].

---

3 μεμνῆσθαι τ. ψυχὴν] sic ep. ſq. anima amore accenſa μνήμῃ ταμιεύεσθαι dicitur: h. e. *memoria reponere* ea, quae amat, & quae ad illa ſpectant. Eo etiam pertinent, quae ep. 53. habentur, vbi dicitur animus amans χρύπτειν οὐδὲν δύνασθαι ὧν ἑώρακεν ἄπαξ, continuoque dicere οὐκ οἶδες τὴν ἴυγομον, τὴν ὑπρόσωπεν &c. quod eſt μεμνῆσθαι & μνήμῃ ταμιεύεσθαι.

4 τὸν Ηλιον καταλιπεῖσι] his quoque gemina epiſtola ſq. habes & ep. 53. media. Nempe amantibus *Sol* audire & *lux ſua* ſolent τὰ παιδικά.

Ep. LII. 1 πῶς σοι] Vaticani *a* & *b* addunt εἶπω, illud mihi minus probatur.

2 οὐρανοῦ νῶτα] Platonis phraſis in Phaedro. Sic & Euripid. in Electra νῶτον ἑσπερον οὐρανοῦ dicit. Similiter Apuleius Apol. *extimum mundi tergus*. Frequentius apud poetas, Homerum maxime, νῶτα θαλάσσης. Imo & χθονὸς νῶτα dixit Pindarus Pyth. IV. v. 46. & νῶτον γᾶς ibid. v. 407. confer & Rittershuſ. ad Oppian. Halieut. l. I. v. 60.

3 καὶ τὸ σκίμμα] καὶ adieci ex Vatic. *a. c.*

4 ἀφ' ὧν δὲ ἀνθρ. πλησ. ἑά.] ſimilia quoque habes epiſt. praec. ſub fin.

5 μνήμῃ ταμιεύεται] vid. ad ep. praec. n. 2. Ceterum meliorem lectionem ex Vatic. *c.* ſubſtituimus abſurdae codd. vulgatorum lectioni, qui habebant μνήματα μαίνεται.

6 φῶς μέν ἐστιν ἐν ἡμ. νύκτ. δ. ὄναρ γίνεται] i. e. *interdiu lux eſt* ad quam incedit amans, eaque ſola delectatur, ceu

Νγ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Τὰ μὲν σὰ ὄμματα φιλῶ, τὰ δὲ ἐμαυτῆ μισῶ. τοῖς μὲν γὰρ σύνεσιν πολλὴν συνέγνωκα, τοῖς δὲ δεινὴν περιεργίαν. ἀναίσχυντά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ κρύπτειν οὐδὲν δυνάμενα [1] ὧν ἑώρακεν ἅπαξ. οὐκ ἀφέσηκε γῆν μοι τῇ ψυχῇ λέγοντα· οὐκ εἶδες τὴν εὔκομον, τὴν εὐπρόσωπον; ἧκε, ἀνάβηθι, ἀλλὰ καὶ γράψον, καὶ κλαῦσον καὶ δεήθητι. ἡ δὲ εὖ μάλα πείθεται. πείθεται δὲ, παρακύειν μὴ δυναμένη λίχνων δορυφόρων. καὶ γὰρ μὴ βλεπομένην σύρεσιν ἔξω, καὶ βιάζονται φρονεῖν, ὅσα αὐτοὶ προλαβόντες ἐπήνεσαν. ἀμέλει πρὶν ἔρωτα εἰς αὐτὴν [2] καταπτῆναι μόνον τὸν ἥλιον ἡπίστατο [3] ἡ ψυχὴ καλόν, καὶ τοῦτο αὐτῇ τὸ θέαμα καὶ θαῦμα ἦν. γευσαμένη δὲ ὥρας ἀνθρωπίνης, ἐκ μὲν τῆς σπουδῆς ἐκείνης κατέπεσεν, εἰς δὲ θητείαν ὑπήχθη πικράν, ἧς ἔργα θυραυλικὰ, καὶ χαμαικοῖται [4], καὶ ἡ πρὸς θάλπος καὶ χειμῶνα ἀντίταξις, καὶ, "ἢ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε [5]", πρὸς τὸν ἀντεραστὴν μάχη. τούτων δὲ εἰ πάντων σὺ τὸ φάρμακον, ἔργα ἐφημέρα ποιήματα ἀθάνατα, καὶ βραχείας σώματος ἡδονῆς μνήμην ἀντιλαβοῦσα ἀγήρω. ἃ μὲν γὰρ δώσεις κοινὰ καὶ ῥάδια τῷ θήλεος παντός. ἃ δὲ κτήσῃ ἀντὶ τούτων, ὅτ' ἂν εἴποιμι, ὅσα εὔνοια, καὶ μνήμη [6], καὶ νυξ, ἀφ' ὧν καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ γίνεται.

Νδ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Ο Αγαμέμνων ὅτε μὲν ὀργῆς ἐκράτει, καλὸς ἦν, καὶ οὐχ ἑνὶ θεῷ, ἀλλὰ πολλοῖς ὅμοιος.

ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διΐ τερπικεραύνῳ,

Ἄρει δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

ὅτε δὲ ἐνησχημόνει τῇ γλυκύτητι τοῦ θυμοῦ, καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους ἠγρίωτο, ἔλαφος καὶ κύων ἐνομίζετο, καὶ τὰ τοῦ Διὸς ὄμματα οὐδαμοῦ. σῦς μὲν γὰρ ὀργίζεται καὶ κύνες, καὶ ὄφεις, καὶ λύκοι, καὶ ὅσα ἄλλα οὐ χρῆται λογισμῷ θηρία. καλὸς δὲ ἄνθρωπος καὶ μὴ γελάσας μόνον λυπεῖ, μήτοι γε καὶ σκυθρωπότερος ἑαυτοῦ γενό-

LIII. AD FEMINAM.

Tuos equidem oculos amo, mei vero mihi ſunt exoſi. Nam in illis magnam agnoſco prudentiam, in his nimiam curioſitatem. Impudentes ſunt: imo neque occultum habere quicquam poſſunt, quod ſemel viderunt. Non igitur deſierunt animo meo dicere: annon vidiſti illam, coma excellentem, forma praeſtantem? Adeſto, aſcende, ſed & ſcriptis rem age, & lacrymis, & precibus. At ille promptiſſime obſequitur. Obſequitur vero, quod vires non habeat reſiſtendi guloſis illis ſatellitibus. Inuitum enim etiam trahunt foras, & per vim adigunt in eam ſententiam, quam ipſi anteuertendo probarunt. Vtique priuſquam Amor in eum deuolaret, nihil praeter vnum Solem animus pulcrum nouerat, hocque eius erat ſpectaculum, hoc quod mirabatur. Deguſtata vero pulcritudine humana, ab illo ſtudio defecit, & in acerbam ſeruitutem deductus eſt, cuius opera ſunt ad limina ſub diu pernoctare, & humi procumbere, atque cum aeſtu & frigore certare: & iuxta iſtud, *Me tolle, aut tollam te*, cum riuali contendere. Horum omnium autem tu es remedium, pro opere diurno opera ſempiterna, & pro breui corporis voluptate memoriam adipiſcens nunquam ſeneſcentem. Quae enim dabis, communia ſunt & facilia omni feminae. Quae vero pro his conſecutura es, ne dicendo quidem exprimere poſſim; nempe beneuolentiam, & memoriam nominis, & noctes, quae matrem etiam ac patrem efficiant.

LIV. DELICIIS.

Agamemnon, quando iram vincebat quidem, egregius erat, neque vni, ſed multis Diis ſimilis.

Os, oculoſque Ioui par, qui atro fulgure gaudet

Et Marti zona, Neptuno pectore lato.

quando autem turpiter ſe gerebat, irae dulcedini indulgens, & aduerſus ſocios immanem, ceruus & canis cenſebatur, neque vllum Iouis oculorum veſtigium. Sus enim ira excandeſcit, & canes, atque ſerpentes, lupique, & quaecunque aliae rationis expertes ſunt beluae. Pulcer vero qui ſit vel ſolo riſu cohibito aegre faciat, ſi vel maxime tetricum magis vultum

---

ſolis luce, vide & ad ep. praec. not. 3. *noctu ſomnium eſt*, cum ſoleant amantes inter dormiendum quoque occupare vnice, quae ſpectent τὰ παιδικὰ, phantaſmata.

Ep. LIII. 1 κρύπτειν οὐδὲν δυνάμενα] vide ad ep. 51. n. 3.

2 αὐτὴν] editi γῆν, quod ex coniectura mutauimus.

3 μόνον τὸν ἥλ. ἠπίστ.] vide ad ep. 51. not. 4.

4 θυραυλικὰ καὶ χαμαικ.] nempe amantes ad limina τῶν παιδικῶν pernoctare, humi procumbere, limini oſcula figere ſolebant, vt notum.

5 ἢ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε] Hemiſtich. Homeric. ex Iliad. Ψ' v. 724.

6 μνήμη] vide ſub initium huius epiſtolae & ibi notata.

Ep. LIV. 1 ὄμματα καὶ κεφ.] Homerus Il. Β' v. 478.

haut-

hautquaquam induerit. Neque enim soli decorum est, vt nube facies eius obducatur. Qui vero tetricus iste obtutus? quae nox? quae tristis ista caligo? subride, iram siste, redde nobis oculorum diem.

LV. AD FEMINAM.

Heri te commotam ira deprehendi, aliamque mihi penitus cernere visus sum. Huius autem rei caussa erat mentis alienatio, quae plane in te vultus gratiam perturbabat. Nunc vero aliam tibi formam indue, neque tetricum tuere: nec lunam enim lucidam putamus esse amplius, vbi nubibus obducta fuerit, neque formosam Venerem, cum irascitur aut lacrymatur, neque Iunonis oculi pulcri, cum Ioui succenset, neque mare [glaucum], cum turbatur. Minerua vero etiam tibias abiecit, quod vultum eius deformarent. Porro etiam Erinnyes Eumenides vocamus, vt quae tetricam indolem dissimulare cupiant: ipsisque spinis rosarum delectamur, quod ex agresti natae frutice, qui dolorem adferre & pungere possit, inter rosas tamen rideant. Mulieris quoque flos, vultus tranquillitas est. Noli aspera esse & terribilis, neque formae tuae coronam detrahe, neque tibi ipsi rosas eripe, quae pulcris vobis in oculis nascuntur. Quod si fides apud te eorum quae dico nulla est, cape speculum, & vultum immutatum contemplare. Bene est quod faciem ipsa auertas. Aut enim odisti, aut terreris, aut non agnoscis, aut poenitentia duceris.

LVI. DE LICIIS.

Persuasus es, vt coniicio, sed rei turpitudinem metuis. Quousque negotium refugis, ex quo amicus tibi paratur? An non eam ob rem pueris formosis referta sunt Homeri carmina, qui Nireum & Achillem ad Troiam venisse narrat? An non eam ob causam quotquot Harmodio & Aristogitoni addicti fuere, vsque ad [caedes &] enses amicos illis se praebuere? Apollo vero an non Admeto & Brancho seruiuit? Iuppiter porro an non Ganymedem rapuit,

---

Ep. LV. 1 *ἀδὲ γὰρ τ. σελήνην — συννεφὴς*] haec in vulgatis cum deessent, ex MSS. suppleuerat Meursius: agnoscuntque Vaticani *a*, *b*.

2 *ἀδὲ τὴν θάλατταν*] manifestissimum, post haec nomen aliquod excidisse adiectiuum, forte *γλαυκὴν* non male suppleres, vel *πορφυρέην*, vel tale quid.

3 *ὡς τὸ πρόσ. αὐτ. συγχέοντας*] nempe quod buccas inflaret, foeda visa est. vide Hygin. fab. CLXV. adde Fulgentium l. III. c. 9. Athenaeum enim & Aristotelis loca iam allegauimus ad vit. Apollonii l. V. c. 22. n. 7. & Pindari Scholiasten ad Pyth. od. XII. Huc spectat Aristaeneti istud: *τί δ', μάτην ὦ τέκνοι διαῤῥήγνυσθε τὰς γνάθους ἐμφυσῶντες τῇ σύριγγι.*

Ep. LVI. 1 *ὡς εἰκάζω*] Vatican. *b*. habet *ὡς εἰκάζειν ἔχω*.

2 *ἀφ' ὧν*] sic ex coniectura rescripsi. ante editum fuit *ἀφ' ὅ*.

3 *ἄγοντος*] vide de hoc loquendi genere Heroic. ad Imagin. lib. I. Phaetonte n. 8.

4 *τὸν Αχιλλ.*] malim *καὶ τὸν Αχιλλέα*.

5 *ὅσοι,*] hic distinctionem pono: nempe *esse alicuius* dicitur, qui ei amore vel obsequio deuotus est. Hinc ait: quotquot Aristogitonis fuere & Harmodii, pulcrorum adolescentum, i. e. quotquot amor ipsis addixerat, amicos ipsis fuisse vsque ad mortem & enses.

μενος. ἀ πρέπει δὲ ἀδὲ ἡλίῳ τῷ προσώπῳ νεφέλην προβάλλεσθαι. τίς ἡ κατήφεια αὕτη; τίς ἡ νύξ; τί τὸ συγγνὸν σκότος τοῦτο; μειδίασον, κατάσηθι· ἀποδὸς ἡμῖν τὴν τῶν ὀμμάτων ἡμέραν.

Νέ. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Ἐχθές σε ὀργιζομένην κατέλαβεν, καὶ ἔδοξα ἄλλην βλέπειν. τούτου δὲ αἴτιον ἡ τῆ θυμῷ ἔκστασις, ἀκριβῶς σοι συγχέασα τὴν τοῦ προσώπου χάριν. νῦν δὴ μεταποίει σεαυτήν, μηδὲ ἄγριον βλέπε. ἀδὲ γὰρ τὴν σελήνην ἔτι λαμπρὰν δοκοῦμεν ὅταν ᾖ συννεφής[1], ἀδὲ τὴν Ἀφροδίτην καλὴν, ὅταν ὀργίζηται ἢ δακρύῃ, ἀδὲ τὴν Ἥραν βοῶπιν, ὅταν χαλεπαίνῃ τῷ Διΐ, ἀδὲ τὴν θάλατταν[2], ὅταν ταράττηται. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ καὶ τὰς αὐλὰς ἔῤῥιψεν, ὡς τὸ πρόσωπον αὐτῆς συγχέοντας[3]. ἤδη καὶ τὰς Ἐρινῦς Εὐμενίδας καλοῦμεν, ὡς τὸ σκυθρωπὸν ἀρνουμένας. καὶ ταῖς ἀκάνθαις τῶν ῥόδων χαίρομεν, ὅτι ἐξ ἀγρίου θάμνου, καὶ λυπεῖν καὶ κεντεῖν εἰδότος, γελῶσιν ἐν τοῖς ῥόδοις. ἄνθος ἐστὶ καὶ γυναικὸς ἡ τοῦ προσώπου γαλήνη. μὴ τραχεῖα γίνου μηδὲ φοβερά, μηδὲ ἀποσκιάζου τὸ κάλλος, μηδὲ ἀφαιροῦ ῥόδων σεαυτὴν, ἃ ταῖς καλαῖς ὑμῖν ἐν τοῖς ὄμμασι φύεται. εἰ δὲ ἀπιστεῖς οἷς λέγω, τὸ κάτοπτρον λαβοῦσα, ἴδε σου τὸ πρόσωπον ἠλλαγμένον. εὖ γ' ὅτι ἐπεσκάφης. ἢ γὰρ ἐμίσησας ἢ ἐφοβήθης, ἢ οὐκ ἐγνώρισας, ἢ μετενόησας.

Νϛ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Πέπεισαι μὲν, ὡς εἰκάζω[1], τῷ δ' ἔργῳ τὴν αἰσχύνην ὀκνεῖς. εἰς ἃ πράγματα ἀποδιδράσκεις, ἀφ' ὧν[2] τις φίλος γίνεται; οὐκ ἐντεῦθεν ἐπληρώθη καλῶν τὰ Ὁμήρου ἔπη, τὸν Νιρέα, τὸν Ἀχιλλέα[3] εἰς Τροίαν ἄγοντος[4]; οὐκ ἐντεῦθεν Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονος ὅσοι[5], φίλοι καὶ μέχρι τῶν ξιφῶν; ὁ δὲ Ἀπόλλων οὐκ Ἀδμήτῳ καὶ Βράγχῳ ἐθήτευσεν; ὁ δὲ Ζεὺς οὐ τὸν Γανυμήδην ἥρ-

πασεν, ᾧ χαίρει καὶ πρὸ τῦ νέκταρος; μόνοι γὰρ ὑμεῖς οἱ καλοὶ καὶ τὸν ἀρανὸν οἰκεῖτε, ὡς πόλιν. μὴ φθονήσῃς ἐραςῦ σεαυτῷ, δῦναι μὲν ἀθανάσιαν ἀκ ἔχοντος, τὴν δὲ αὐτῦ ψυχὴν ἔχοντος[6]. εἰ δὲ ἀπιςεῖς, ἕτοιμος ἀποθνήσκειν, ἂν ἐπιτάτῃς τῦτο νυνί. εἰ δὲ πλέκω τὸν βρόχον, ἀπάνθρωπε, ἀ καθαιρήσεις;

quo plus etiam quam Nectare delectatur? Soli enim vos pulcri coelum etiam, quasi ciuitatem aliquam, inhabitatis. Noli aegre ferre amantem esse tibi, qui dare immortalitatem non possit, suam vero animam potest. Quod si incredibile tibi videtur, paratus sum ad obeundam mortem, si tu iubeas, statim. Quod si laqueum vero ego cum maxime nectam, an non tu caedis causa eris, o inhumane?

ΝΖ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Κελέυεις μοι μὴ βλέπειν, κἀγὼ σοὶ μὴ βλέπεσθαι. τίς τῦτο κελέυει νομοθέτης; τίς δὲ ἐκεῖνος; εἰ δὲ μηδέτερον κεκώλυται, μήτε σεαυτὴν ἀφαιρῦ τῆς εἰς ἐπίδειξιν ἐυδοκιμήσεως, μήτε ἐμὲ τῆς εἰς τέρψιν ἐξυσίας. ἀδὲ πηγὴ λέγει, μὴ πίῃς· ἀδὲ ὀπώρα, μὴ λάβῃς· ἀδὲ λειμὼν, μὴ προσέλθῃς. ἕπε γύναι καὶ σὺ τοῖς νόμοις, καὶ διψῶντα παῦσαι ὁδοιπόρον, ὃν τὸ σὸν ἄςρον ἀπώλεσεν.

LVII. AD FEMINAM.

Iubes mihi ne videam, & ego tibi ne videaris. Quis hoc iubet legislator? Quis vero & illud? Quod si neutrum autem prohibitum est, neque tu tibimetipsi laudem ostentationis adimas, neque mihi delectationis facultatem. Nec fons ait, ne bibito: neque pomum, ne sumito: neque pratum, cave accedas. Sequere, o puella, tu etiam leges, & sitim viatoris aestuantis seda, quem tuum sydus perdidit.

Νή. ΓΥΝΑΙΚΙ ΥΠΑΝΔΡΩι.

Τὸ μὲν ἔργον ἓν, ἄν τ' ἐπὶ ἀνδρὸς, ἄν τ' ἐπὶ μοιχῦ γένηται. τὸ δὲ τῷ κινδύνῳ σφαλερώτερον, τῇ χάριτι μεῖζον. ἀ γὰρ ἄτως τὸ φανερὸν ἐυφραίνει τῆς ἐξυσίας, ὡς τὸ ἀπόῤῥητον τῆς ἡδονῆς. πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον[1]. ἄτω καὶ Ποσειδῶν ὑπῆλθε πορφυρῷ κύματι[2], καὶ Ζεὺς χρυσῷ ὕδατι, καὶ βοὶ, καὶ δράκοντι, καὶ ἄλλοις προκαλύμμασιν· ἀφ' ὧν Διόνυσος, καὶ Απόλλων, καὶ Ηρακλῆς, οἱ ἐκ μοιχείας θεοί. λέγει δὲ Ομηρος[3] καὶ τὴν Ηραν ἰδεῖν αὐτὸν τότε ἡδέως, ὅτε αὐτῇ συνῆει λάθρα. τὴν γὰρ ἀνδρὸς ἐξυσίαν μετέθηκεν[4] εἰς κλοπὴν μοιχείας.

LVIII. AD FEMINAM MARITATAM.

Res ipsa quidem est eadem, siue a marito, siue ab adultero peragatur. Quod vero periculo est magis expositum, gratiam habet maiorem. Non enim palam concessa potestas perinde animum afficit, ac furtiua voluptas. Omne namque furtiuum iucundius. Sic etiam Neptunus purpureum subiit fluctum, & Iupiter aureum imbrem, bouem, draconem, aliaque integumenta: vnde Bacchus ortus, & Apollo, & Hercules, ex adulterio nati Dii. Dicit autem Homerus etiam tum Iunonem eum libenter vidisse, quando cum ea clam consueuit. Mariti enim potestatem mutauit in furtiuam adulterii voluptatem.

ΝΘ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Ο καλὸς, ἂν μὲν ᾖ θηριώδης, πῦρ ἐςιν· ἂν δὲ ἥμερος, φῶς. μὴ κάε ἓν, ἀλλὰ σῶζε, καὶ τὸν ἐλέα βωμὸν[1] ἐν τῇ ψυχῇ ἔχε. ἀντιλαβῶν βέβαιον φίλον ὠκυμώρα δωρεᾶς[2]· καὶ φθάσας

LIX. DELICIIS.

Formosus, immanis si sit, ignis, sin mansuetus, lumen est. Ne igitur vras, sed serves, & misericordiae aram animo positam habeas, pro minus durabili munere, constantem amicum accipiens: & tempus anteuer-

6 ἔχοντος] Vaticanus *b* habet προτείνοντος.

Ep. LVIII. 1 πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον] sic fere sapiens de amoribus furtiuis Prouerb. IX, 17. Αρτων κρυφίων ἡδέως ἄψασθε καὶ ὕδατος κλοπῆς γλυκερῦ.

2 ὑπῆλθε πορφ. κύματι] ita Imagines Philostrati passim Neptunum furtiuo amore ὑπὸ κυρτωμένε τῦ κύματος fruentem sistunt. vid. *Neptuno* & *Amymone*, item in *Melete*.

3 Ομηρος] equidem & primus concubitus Iunonis & Iouis hoc ipso maxime delectauerat Iouem, clandestinus quod esset. Nam Homerus Il. Ξ v. 295. sq. Iouis in Iunonem, cesto armatam, summum ardorem descripturus, ita *amorem* animum Iouis obsedisse ait, quemadmodum cum prima, *clam* parentes, ex ea gaudia cepisset:

Ως δ' ἴδεν, ὡς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν
Οιον ὅτε πρώτιστον ἐμισγέσθην φιλότητι,
Εις εὐνὴν φοιτῶντε, φίλης ΛΗΘΟΝΤΕ τοκῆας.

Quod eleganter etiam expressit Valerius Cato in diris v. 166.

Iupiter ante sui semper mendacia furti
Cum Iunone prius quam coniux dictus iterque est
Gaudia libauit, DVLCEM FVRATVS amorem.

Locus vero poetae, vbi Iupiter affectet furtim se obiectare cum Iunone, vt ex eo gratior fieret illa voluptas, non succurrit, quae enim sequuntur eodem libro v. 341 ea vix eo referre licebit, nam nube Iunonem inuoluens densa, ne Deorum aliquis ludentes deprehendat, pudori tantum eius consulit.

4 μετέθηκεν] sic in Vatic. *a* & *b*. inueni, quod melius visum quam τίθηκεν editorum.

Ep. LIX. 1 Ελέα βωμὸν] vid. notata ad vitas Sophistar. l. II. *Herode* §. V. n. 7. & in *Polluce*. adde inf. ep. 70.

2 ἀντιλαβ. βέβ. φιλ. ὠκυμ. δωρ.] similis locus supra epist. 53. sub. fin.

tens

tens, quod ſolum formoſos deſtruit, quemadmodum qui populares ſunt Tyrannos. Quam ſollicitus ego ſum (quod ſentio enim, dicam,) ne te cunctante, moramque nectente, prima barba ſuperueniat, & elegantiam vultus obvmbret, quemadmodum ſolem occultare nubes ſolent concurrentes! Quid timeo, quae iam videre eſt? Serpit quidem lanugo, maxillae vero pubeſcunt, vultuſque vniuerſus germinat. Eheu! cunctando conſenuimus, tu quidem citius obſequi nolens, ego vero precari metuens. Antequam igitur totum ver tuum abeat, & hyems ingruat, frui me illo patere, per amorem, per hanc lanuginem, per quam mihi cras erit iurandum.

LX. AD FEMINAM.

Adulter ſi perſuadeat, periculoſam impenſam facit: triſtem, ſi non impetret. Felicitati eius periculum a lege eſt, moeroris autem ſtipendium eſt amor. At ſatius eſt timere aliquem, ea quae concupiuit conſecutum, quam ſpretum moerore confici.

LXI. DELICIIS.

Laudo te qui tempus arte eludas, & lanuginem reſeces, quod enim natura diſceſſit, id arte manet. Iucundiſſima vero eſt eorum, quae amiſſa ſunt, recuperatio. Itaque mevm conſilium audito: capite comam nutri, cinnorumque tibi cura ſit, vt iuxta maxillas alii ſenſim deſcendant, (hanc namque a malis tuis lanuginem, paruo negotio, cum quis voluerit, remouebit:) alii vero in humeros vt defluant, quemadmodum Homerus ait Euboeos comam a parte poſtica alere. Nam caput coma germinans multo iucundius eſt planta Mineruae: ſiquidem ne hanc quidem arcem nudam conſpici conuenit, neque minus ornatam. Malae vero tibi ſint nudae, neque quidquam huic lumini officiat, neque nubes, neque caligo. Quemadmodum enim nequaquam iucundum aſpectum praebent oculi clauſi, ſic neque malae in formoſo, lanugine obſitae. Siue igitur medicamentis, ſiue cultellis exilibus, ſiue ſummis digitis, ſi-

τὸν χρόνον, ὃς μόνος καταλύει τὰς καλὰς, ὥσπερ οἱ δημοτικοὶ τὰς τυράννους. ὡς δέδοικά γε, ὁ Φρονῶ γὰρ εἰρήσεται, μὴ μέλλοντές σε, καὶ βραδύνοντος, τὰ γένεια ἐπέλθῃ, καὶ τὴν τῶ προσώπε συσκιάσωσι[3] χάριν, ὥσπερ εἴωθε τὸν ἥλιον κρύπτειν ἡ νεφῶν συνδρομή. τί δέδοικα, ἅπερ ἔσιν ἤδη βλέπειν; ἕρπει μὲν ὁ ἴουλος, αἱ δὲ παρειαὶ χνοάζουσι, τὸ δὲ πρόσωπον ὅλον ἀνθεῖ. φεῦ, μέλλοντες ἐγηράσαμεν, σὺ μὲν θᾶττον εἶξαι[4] μὴ θελήσας, ἐγὼ δὲ ὀκνήσας δεηθῆναι. πρὶν ἄν σε τὸ ἔαρ ἀπελθεῖν ὅλον, καὶ χειμῶνα ἐπισῆναι, δὸς αὐτὸ[5] πρὸς ἔρωτος, πρὸς τέτων τῶν γενείων, ἃ δεῖ με ἄριον ὀμνῦναι.

Ξ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Ο μοιχὸς καὶ πεῖσας σφαλερώτατον ἀνάλωμα, καὶ ἐδυνηρὸν μὴ τυγχάνων. τῆς μὲν γὰρ εὐπραγίας κίνδυνος ὁ νόμος, τῆς δὲ λύπης μισθὸς ὁ ἔρως. φοβεῖσθαι δὲ ἄμεινον, τυχόντα ὧν βέλεταί τις, ἢ ἀνιᾶσθαι ἀμελέμενον.

Ξά. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Ἐπαινῶ σε ἀντισοφιζόμενον τῷ χρόνῳ, καὶ περικόπτοντα τὰ γένεια, ὁ γὰρ ἀπῆλθε φύσει, τέτο μένει τέχνῃ. ἡδίση δὲ ἡ τῶν ἀπολλυμένων ἀνάκτησις. ὅς τε ἐμοὶ συμβελεύσαντι πείθοιο· τῇ μὲν κεφαλῇ κόμα, καὶ μελέτω σοὶ τῶν βοσρύχων, ὡς τὰς μὲν ταῖς παρειαῖς συγκαταβαίνειν ἠρέμα· (καὶ ταῦτά σε τὰ γένειά τις ἀφαιρήσεται ῥᾳδίως, ὅτε βέλεται·) τὰς δὲ, τοῖς ὤμοις ἐπικαθῆσθαι, καθάπερ φησὶν Ομηρος[2] τὰς Ευβοεῖς ὄπισθεν κομᾶν. κεφαλὴ γὰρ ἀνθῶσα ἡδίων πολὺ τῆς Αθηνᾶς φυτῷ· εἴπερ γε δεῖ καὶ ταύτην τὴν ἀκρόπολιν[3] μὴ ψιλὴν ὁρᾶσθαι, μηδὲ ἀκόσμητον. τὰ δὲ γένειά σοι ψιλὰ ἔσω, καὶ μηδεὶς ἐνοχλείτω τῷ φωτὶ τέτῳ, μήτε νεφέλη, μήτε ἀχλύς. ὡς γὰρ οὐχ ἡδὺ θέαμα κεκλεισμένα ὄμματα, ὕτως οὐδὲ γένεια καλῶ κομῶντα. εἴτε ἂν φαρμάκοις, εἴτε μαχαίραις λεπταῖς, εἴτε ἄκροις δακτύλοις, εἴτε

---

3 συσκιάσωσι] Morell. in marg. συσκιάσῃ habebat, quod & cod. Vatic. *b.* tuetur.

4 εἶξαι] ſic legendum in margine monuerat Morell. in textu enim retinuit εἰκάσαι.

5 αὐτὸ] ſcilicet τὸ ἔαρ.

6 ἃ δεῖ με ἄριον ὀμνῦναι] nempe res ſacra *barba*, & per eam perinde ac per genua ſupplices *adiurare* & *obteſtari* ſolebant eos, quibus ſupplicabant. Nempe genua tanquam rem ſacram tangebant, & per ea obteſtabantur & obſecrabant, vt patet ex Plauto in Truculento Act. IV. ſc. 3. *per tua obſecro genua.* Eandemque mentem fuiſſe, *barbam* quoque vna cum *genibus* inter ſupplicandum tenentibus, patet ex Eurip.

Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γονάτων
Καὶ σῆς γενείᾳ &c.

Plura eiuſmodi loca congeſſit Barthius ad Claudian. p. 878. quae ſpecies omnino per *barbam iurandi* eſt *adiurandine.*

Ep. LXIX. 1 ὁ γὰρ ἀπῆλθε φύσει] puerilem imberbis intelligit ἀπαλότητα, quae eo pubeſcente diſceſſerat, arte *tamen* imberbem eum ſiſtente.

2 Ομηρος] Iliad. B' v. 542.

3 ἀκρόπολιν] manifeſte alludit ad arcem Athenarum, vbi Palladis templum & arbores oleae.

ῥύμ-

ῥύμμασιν καὶ ῳδαῖς, εἴτε ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ πράττε σεαυτῷ τὸ κάλλος μακρότερον. ἕτως γὰρ ἔσῃ μιμούμενος τὰς ἀγήρως θεάς.

ΞΒ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Ἐχθὲς, συγκλείσας τὰ βλέφαρα, ὅσον ἡσυχῇ σκαρδαμύξαι, πολὺν ἡγούμην τὸν χρόνον, ἀμέλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς ἀνεράστοις ἐνεκάλουν. τί δὴ αὐτῆς ἐπελάθεσθε; τί δὲ τὴν φροντὰν ἐξελίπετε; πῶδ' ἔσι; καὶ τί γέγονε; κἂν τοῦτο αὐτὸ μηνήσατε. νομίσας δὲ ἀκούειν, ἀπῆλθον ἔνθα σε ὄψεσθαι ᾠόμην, καὶ τοῦτο ἐκεῖνο ἐζήτουν ὡς ἡρπαγμένην. τί ἂν μέλλω ποιεῖν, ἐὰν ἐξελάσης εἰς ἄγρον ὡς πέρυσι, καὶ πολλῶν ἡμερῶν τὰς ἐν ἄσει διατριβὰς καταλίπῃς. ἡγοῦμαι ἀναγκαῖον σαφῶς ἀπολωλέναι, μηδὲν ἔχοντα ἡδὺ, μήτε ἀκούειν ἔτι, μήτε ὁρᾶν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἔψεσθαί σοι νομίζω καὶ τὴν πόλιν ἐξιόσῃ, καὶ αὐτὰς τὰς ἐν ἄσει θεὰς, ἑλκομένας ὑπὸ τῆς θέας. τί γὰρ ἐνταῦθα μόνοι ποιῆσιν; εἰ δὲ κἀκεῖνοι κατὰ χώραν μενοῦσιν, ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἀπολειφθήσομαι, τὸ ἔρωτος ἐφόλκιον. εἰ δὲ καὶ σκάπτειν δέοι, λήψομαι τὴν δίκελλαν· εἴτε κλᾶν, θεραπεύσω τὰς ἀμπέλας· εἴτε ἐπάγειν λαχάνοις ὕδωρ, ὁδοποιήσω τὸν δρόμον. τίς γὰρ ἕτω τυφλὸς ποταμὸς, ὡς σὴν γῆν μὴ γεωργεῖν; ἓν ἐξόμνυμαι τῶν ἐν ἀγροῖς εἰθισμένων, ἀμέλγειν γάλα· μόνων ἡδέως τῶν σῶν μασῶν ἅπτομαι.

ΞΓ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩΙ.

Τί μοι τὰ γένεια, ὦ παῖ, δεικνύεις; οὐ πάνυ καλλὰς, ἀλλ' ἀρχή. τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ τῆς ὥρας παρελήλυθεν, ὅσον τι πτηνὸν καὶ ἄπιστον, καὶ καθάπερ πυρὸς ὁρμὴ σβέννυται· τὸ δὲ ἑδραῖον καὶ βέβαιον μένει. χρόνος δὲ οὐκ ἐλέγχει τὰς ἀληθῶς καλὰς, ἀλλὰ δεικνύει· καὶ μαρτυρεῖ μᾶλλον αὐτοῖς, ἢ φθονεῖ. τὸν δὲ ὑπηνήτην καὶ Ὅμηρος λέγει χαριέστατον· ποιητὴς, εἰδὼς κάλλος καὶ βλέπειν, καὶ ποιεῖν[2]. οὐκ ἂν δέ ποτε τοῦτο ἀπεφαίνετο, εἰ μὴ πρῶτος αὐτὸς ἐρωμένης καὶ ἥψατο γενείων, καὶ κατεφίλησε. πρὶν μὲν γὰρ ἀνθεῖν, οὐδὲν ἀπεῖχον γυναικὸς αἱ σαὶ παρειαὶ, ὅσαι ἁπαλαὶ, καὶ διαυγεῖς. ὅτε δὲ ἤδη χνοάζεις, ἀνδρικώτερος εἶ σεαυτῷ, καὶ τελεώτερος. ἀλλ' ἐπίσχες, μὴ ἐπείγου, μὴ ἀπόκοπτε τὸ κάλλος. ἔτι γὰρ ἐν ἀκμῇ τὸ ἄνθος, καὶ ἐπὶ τῶν ὀφρύων, καὶ ἐπὶ τῶν βλεφάρων, καὶ ἐπὶ τῶν παρειῶν. ἔτι ἐπιμένει τὸ ἐρυθρὸν, καὶ τὸ λευκὸν, καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ μέλανι ἐρυθρὸν, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ λευκῷ μέλαν. ἔτι ἐπιμένει τὸ ἐπὶ τῷ ἐρυθρῷ λευκὸν, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ μέλανι λευκὸν, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ λευκῷ ἐρυθρὸν, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ ἐρυθρῷ μέλαν. ἔτι ἐπιμένει

Voluiſtine ab Eunucho differre nihil? cui generi hominum menta ſunt ſterilia & dura, & ſimilia lapideis. Atqui pudet magis miſeros illos huius ſectionis, quam alterius illius, hanc quidem ſecretam putantes eſſe, illam vero manifeſtiſſimum oculorum argumentum.

LXIV. AD FEMINAM.

Quis te, pulcerrima, totondit? Quam ille amens & barbarus, qui Veneris non parcere nouit muneribus. Dulce enim adeo ſpectaculum ne terra quidem praebet comans, quam bene comata femina. Heu manum temerariam! Paſſa omnino es quicquid ab hoſte pati poteras. Ego vero ne captiuae quidem comam amputarem, pulcritudinem veneratus, quam contemnere indignum. At cum patratum ſit facinus, vbi repoſita ſit coma, indica ſaltem, vbi abſciſſa, quomodo fide ab hoſte accepta potiri eadem, quomodo oſculari humi proiectam valeam. O amoris alas! O ex capitis ſummitate decerptas manubiarum primitias! O pulcritudinis reliquias!

LXV. EIDEM.

Quid in te maxime laudem, anceps haereo. Num caput? o oculorum vero lumina! oculos ne? o genas vero! an genas? at labia me ad ſe rapiunt, vruntque vehementer, clauſa quidem, decori cauſa, aliquantum tamen patentia, vt quae odorem ſpirent gratiſſimum. Veſte autem etiam poſita, intus latentia fulguris more mihi micare videntur. O Phidia, & Lyſippe, tuque Polyclete, quam intempeſtiue eſſe deſiiſtis! Ante illam enim haut aliam facile ſtatuam fuiſſetis exſculpturi. Excellentiſſima manus tuae eſt pulcritudo, excellentiſſima pectoris amplitudo, excellentiſſima ventris proportio: cetera autem, quibus deſcribam, verba non habeo. Priamida ipſo iudice haec pulcritudo anceps certamen inierit. Euge [Paris] ſi ſim aliquis, num iſtis primas partibus tribuam? at certe illae meliores: illiſne palmam adiudicem? at iſtae me retrahunt. Patere attrectari, & feram ſententiam.

LXVI. EIDEM.

Cum Dearum Iudex ſederet Alexander,

τερος. ἀλλὰ τί; ἤθελες μηδὲν ἐυνόχῳ διαφέρειν; οἷς τὰ γένεια ἄκαρπα, καὶ σκληρὰ, καὶ λιθίνοις ὅμοια. αἰσχύνονται γὲν οἱ ἀλιτήριοι ταύτῃ τῇ τομῇ μᾶλλον ἢ ἐκείνῃ, τὴν μὲν ἀπόῤῥητον νομίζοντες, τὴν δὲ σαφέσατον ἔλεγχον τῆς ὄψεως.

ΞΔ'. ΓΥΝΑΙΚΙ[1].

Τίς σε, ὦ καλὴ, περιέκειρεν[2]; ὡς ἀνήκητος, καὶ βάρβαρος, ὁ μὴ φεισάμενος τῶν Αφροδίτης δώρων. ἡδὲ γὰρ γῆ κομῶσα ἡδὺ ἄτως θέαμα, ὡς γυνὴ κατάκομος. φεῦ ἀναιδὲς παλάμης· ὄντως πάντα τὰ ἐκ πολεμίων πέπονθας. ἐγὼ δὲ ἂν ἡδὲ αἰχμάλωτον περιέκειρα, τιμῶν τὸ κάλλος, ὡς ἀχ' ἡδέως ἀμελούμενον. ἀλλ' ἐπεὶ τετέλεσαι τὰ δεινὰ, κὰν μήνυσον τὰς κόμας πῇ κεῖνται, πῶ τέτμηνται, πῶς αὐτὰς, ὑποσπόνδους λάβω, πῶς φιλήσω! χαμαὶ πεσούσας. ὦ πτερὰ Ερωτος, ὦ κεφαλῆς ἀκροθίνια, ὦ κάλλους λείψανα.

ΞΕ'. ΤΗΙ ΑΥΤΗΙ.

Ουκ οἶδα τί σε μᾶλλον ἐπαινέσω. τὴν κεφαλήν; ἀλλὰ ὦ τῶν ὀμμάτων· τοὺς ὀφθαλμούς; ἀλλὰ ὦ τῶν παρειῶν. τὰς παρειάς; ἀλλὰ τὰ χείλη με ἐπάγεται, καὶ δεινῶς κάεται, κεκλεισμένα μὲν δι' εὐκοσμίαν, ἀνεωχθέντα δὲ δι' εὐωδίαν. εἰ δὲ καὶ ἀποδύσῃ, ἀστράπτειν τὰ ἔνδον οἶμαι. Φειδία, καὶ Λύσιππε, καὶ Πολύκλειτε ὡς ταχέως ἐπαύσασθε. ἃ γὰρ ἂν πρὸ τούτου τι ἄγαλμα ἄλλο ἐποιήσατε. εὖ μὲν ἔχεις τῆς χειρὸς ἐξόχως, εὖ δὲ τῆς τῶν στέρνων εὐρύτητος, εὖ δὲ τῷ περὶ τὴν γαστέρα ῥυθμῷ· τὰ δὲ ἄλλα, οὐκ οἶδα πῶς εἶπω. μάχεται τὸ κάλλος καὶ τῷ Πριαμίδῃ δικαστῇ. φεῦ γένωμαί τίς. ταῦτ' ἐπαινέσω; καὶ μὴν ἐκεῖνα ἀμείνονα. ἐκείνοις δῶ τὴν κρίσιν; καὶ μὲν ἀνθέλκει με ταῦτα. ἐπίτρεψον ἅψασθαι, καὶ ἀποφαίνομαι.

ΞϚ'. ΤΗΙ ΑΥΤΗΙ.

Οτε δὲ ἔκρινε τὰς θεὰς ὁ Αλέξανδρος, ἔπω

Ep. LXIV. 1 *γυναικὶ*] ſequentes iam octo epiſtolas, neque in Morelliana, nec in Cuiaciana collectione epiſtolarum Philoſtrati comparentes, Io. Meurſius primus edidit Lugduni A. 1616. eaſdem ex codicibus Vaticanis deſcriptas accepimus.

2 *τίς σε ὦ καλ. περιέκ.*] videtur hac epiſtola imitatus eſſe noſter Anacreontem, qui Smerdiae Polycratis catamito *ἱκετεύει τόλμαν καὶ ἀνδρείαν ὁπλισαμένην κατὰ τῶν ἑαυτῆ τειχῶν*, vt eſt apud Aelian. l. IX. Hiſtor. Var. c. 4. Eius rei Phauorinus quoque meminit apud Stobaeum ſerm. CLX vbi ex oda Anacreontis eo ſpectante iſte allegatur verſus:

Ατίκειρας δ' ἀπαλῆς
Κόμης ἄωτον ἄνθος.

adde & Athenaeum Dipnoſoph. f. 540.

Ep. LXV. 1 *ἀνεωχθέντα δὲ δι' εὐωδίαν*] non diſſimilia iſta Ariſtaeneti ſunt l. I. ep. 16. *τῶν δὲ χειλέων αὐτῆς ὑπανοιχθέντων ἁπαλὸς ἐνῆδης, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐκ ἱλαρίζοντος μύρου, εἰς τὴν ψυχὴν ἐπωχετεύετο τὴν ἐμήν.*

παρῆν ἡ ἐκ Λακεδαίμονος· εἰ δ' ἦν, μόνην ἂν καλὴν ἀπεφήνατο, ἣν αὐτὸς ἐβούλετο. ὅπερ οὖν ἐκείνῳ τότε πρὸς τὴν κρίσιν ἄλλη πῶς ἔσχεν, ἐμοὶ νῦν ἐπανορθωθήσεται. μὴ κάμνετε, ὦ θεαί, μηδὲ ἐρίζετε· ἔχω γὰρ, ἰδού, τὸ μῆλον. λάβε ὦ καλὴ, καὶ νικᾷς τὰς θεὰς, καὶ ἀνάγνωθι τὰ γράμματα[1]. τά τε ἄλλα[2] καὶ ἐπιστολῇ τῷ μήλῳ κέχρημαι. ἐκεῖνο Ερμοῦ, τοῦτο Ερωτος. ἐκεῖνο ἐσιώπα, τοῦτο φθέγγεται. μὴ ῥίψῃς. μὴ φάγῃς. οὐδὲ ἐν πολέμῳ πρέσβεως παραγομείται. τί οὖν ἐπέσταλκα; αὐτὸ ἐρεῖ[3]. Εὐίππη φιλῶσε. ὑπόγραψον ἀναγνοῦσα· καὶ ὡς δέχεται τὸ μῆλον ταῦτα τὰ γράμματα.

ΞΖ'. ΤΗΙ ΑΥΤΗΙ.

Μὴ ὑποδήσῃ ποτέ, μηδὲ κρύψῃς τὰ σφυρὰ ἐψευσμένοις καὶ δολεροῖς δέρμασιν, ὧν ἀπατηλὸν τὸ κάλλος ἐν τῇ βαφῇ. εἰ μέν γε λευκὸν φοροίης, συγχεῖς τὴν τῶν ποδῶν λευκότητα, τὸ γὰρ ὅμοιον ἐν τῷ ὁμοίῳ οὐ φαίνεται· εἰ δὲ ὑακίνθινον, τῷ μέλανι λυπεῖς· εἰ δὲ φοινικοβαφὲς, φοβεῖς, ὡς ῥέοντος ἐκεῖθεν ποθὲν αἵματος. εἴθε σε καὶ τἄλλα πάντα ἐφαίνετο, καὶ πολὺ κρείττων ἂν ἦς, ἐμπίπτουσα ὅλη ταῖς τῶν ὁρώντων θύραις[1]. ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων μερῶν ποιῶ τινα, εἰ θέλεις, φειδῶ, καὶ μὴ τῆς σκέπης αὐτοῖς φθονεῖ, μήτε περιβλημάτων τῶν ἀναγκαίων. τὰς δὲ πόδας κατάλειπε γυμνὰς, ὡς δεῖρὴν, ὡς παρειὰς, ὡς κόμας, ὡς ἐῤῥιμμένα ὄμματα. ὅπου μὲν γάρ τι ἡμαρτήθη τῇ φύσει, σοφισμάτων δεῖ πρὸς τὴν βλάβην, ἵνα κρύψῃ τὸ ἐλλιπὲς ἡ τέχνη[2]. ὅπου δὲ ἀρκεῖ τὸ κάλλος εἰς ἐπίδειξιν οἰκείαν, περιτὰ τὰ φάρμακα. θάρσευσον σεαυτῇ, καὶ πίσευσον[3] τοῖς ποσί. τούτων φείσεται καὶ πῦρ, τούτων καὶ θάλασσα. κἂν ποταμὸν θέλῃς περάσαι, σήσεται· κἂν κρημνὰς ὑπερβῆναι, λειμῶνας δόξεις πατεῖν. ὕτως καὶ τὴν Θέτιν ἀργυρόπεζαν εἶπεν[4] ὁ πάσας ἀκριβῶς εἰδὼς τὰ κάλλους ὑπεροχάς[5]. ὕτως καὶ τὴν Ἀφροδίτην γράφουσιν οἱ ζωγράφοι, τὴν ἀνασχοῦσαν ἐκ τῆς θαλάττης. ὕτω καὶ τὰς Λευκίππι-

Lacedaemonia vna non aderat Helena: illa si adfuisset, soli illi pulcritudinis laudem decreuisset, quam ipse adamabat. Id ergo, quod in iudicio secus ipsi fuit admissum, ego nunc emendabo. Ponite solicitudinem, o Deae, liti finem imponite. En malum teneo. Accipe, o pulcerrima, en Deas vincis, lege pomi inscriptionem. Vtor autem praeter alia epistola quoque mali vice. Istud nempe Eridis erat, illa Erotis. Mutum istud, illa vocalis est. Abiicere noli, noli deuorare. Ne bellico quidem tempore fas est violare legatum. Quid vero est quod epistolae commendaui? ipsa dicet: AMO TE EVIPPA. His lectis subscribe. Quam hasce enim, quae a te scribantur, litteras quoque hoc malum expectat!

LXVII. EIDEM.

Calceos gestare noli, nec pedes falsis dolosisque inuolue pellibus, quarum pulcritudo colore fallit, quem imbibit. Candidam enim si gestaueris [pellem], confundes cum pedum tuorum candore, simile enim in simili discernere haut licet: si nigram vero, atro colore tristem eius aspectum reddes: si puniceam porro, sanguinis, isthac aliqua parte profluentis, terrebis specie. Vtinam vero cetera tua omnia paterent oculis, pulcrior enim longe esses futura, tota intuentium foribus admissa. Verum parce, si ita videtur, reliquis partibus tuis, ipsisque integumentum & necessaria velamenta ne inuide. Pedibus vero nudis esse permitte, vt collo, vt genis, vt comae, vt oculorum volubilibus orbibus. Vbi enim naturae commissus est error, ibi callidis opus inventis est, vt quod in vitio est ars tegat. Vbi vero ad commendationem suam ipsa sufficit pulcritudo, ibi nihil opus est pharmacis. Tibi ipsi diffidere noli, tuisque confidito pedibus. His ignis parcet, his mare. Fluuium si traiicere volueris, stabit: si petras transire asperas, prata calcare tibi videberis. Sic & Thetin argenteis pedibus conspicuam adpellauit, qui adcurate quicquid in pulcritudine eximium est nouerat, [Poeta.] Talem Venerem quoque pictores pingunt, ex mari prodeuntem, & Leucippidas. Paratos habeto

---

Ep. LXVI. 1 ἀνάγνωθι τὰ γρ.] nempe pomo Eridos inscriptum PVLCERRIMAE.

2 τά τε ἄλλα] nempe & alia *mala*, se amicae dare ait, notum autem, quid sint *mala* in re venerea.

3 αὐτὸ ἐρεῖ] lacunae post haec indicium fecerat Meursius, sed nihil deesse ego existimo.

Ep. LXVII. 1 θύραις] sic oculos eum appellare manifestum est.

2 ἵνα κρύψῃ τὸ ἐλλιπ. ἡ τέχνη] similia supra habes ep. 40.

3 θάρσευσον σ. καὶ πίσ.] his quoque gemina supra epist. eadem occurrunt.

4 ἀργυρόπεζαν εἶπεν] Homerum respicit qui ita Thetin vocat Iliad. Π' v. 574.

5 ὁ πάσας ἀκρ. εἰδ. τ. κάλλ. ὑπεροχ.] simile Homeri elogium habes s. ep. 63. ποιητὴς εἰδὼς κάλλος καὶ βλέπειν καὶ ποιεῖν.

pedes

pedes eos oſculari parantibus, & ne auro quidem eos conſtringe. Odi vincula, quorum pretium ſupplicio eſt. Num intereſt enim quidquam auro aliquem ferroue ligari? niſi hac quidem parte huic illud ſit praeferendum, quod cum voluptate aliqua noceat. Noli, pulcerrima, aegre facere pedibus, noli eos occultare, in quibus nihil eſt quod occultari mereatur. Verum molliter incede, tuique relinque veſtigia, vt quae terrae quoque ſis gratiam factura.

LXVIII. AD FEMINAM ET MERETRICEM.

Quod turpe aliis videtur & reprehenſione dignum, impudentem te eſſe, atque audaculam, promtulamque, id maxime ego in te amo. Equos enim etiam maximi facimus ſui conſcientia confidentiores, & leones altos ſpiritus habentes, & alites quae capite non ſint demiſſo. Nec tu igitur etiam, quod iure aliquis miretur, facis, cum, mulier quae ſis, forma multas alias excellens, ſupercilium attollis, & greſſu ſublimi incedis. Si quae eſt pulcritudinis etiam arx, multum certe regum arces ſuperat, vos enim amamus, illos vero metuimus. Mercedem accipis: nempe Danae etiam aurum accepit atq; corollas: haſque Diana etiam virginitate inclyta [accipit] Ruricolis quoque tui copiam facis: fecit & Helena paſtoribus. Citharoedis etiam obſequeris: nonne obſequereris, Apollinem reſpiciens? Imo vero neque tibicinibus nuncium mittas velim, Muſarum enim illa ars eſt: neque ſervis, vt vel tuo beneficio liberi eſſe videantur: neque venatorum te, o pulcerrima, conſuetudinis pudeat, neque nautarum, eo quod mox abeant, nec Iaſon enim deſpectus fuit amanti, qui primus maris fecit periculum: neque militum ſtipendia merentium. Superbos vero illos refugito. Pauperibus enim ne quidem verbis eſto aduerſa, eos enim Dii audiunt. Senem cole ob aetatem venerabilem: iuuenem doce, tanquam nouitium: Hoſpiti, ſi feſtinauerit, remoram pone. Sic Timagora fecit, ſic Lais & Ariſtagora, Menandrique Glycerium, quarum veſtigiis tu quoque incedas. ἑτοίμως ἔχε τὰς πόδας τοῖς βλομένοις φιλεῖν, καὶ μηδὲ χρυσᾷ δέε. μισῶ τὰς πέδας, ὧν ἡ πολυτέλεια τιμωρία. διαφέρει δὲ ἢ χρυσῷ τινα ἢ σιδήρῳ δεδέσθαι; πλὴν εἰ μὴ τάτε ἐκεῖνο καὶ κάλλιον, ὅτι μετ' εὐφροσύνης ἀνιᾷ. μὴ βασάνιζε, ὦ καλή, τὼ πόδε, μηδὲ κρύπτε, ἀδὲν ἔχοντας τᾷ λαθεῖν ἄξιον. ἀλλὰ βάδιζε μαλακῶς, καὶ κατάλειπε σεαυτῆς ἴχνος, ὡς μέλλσά τι καὶ τῇ γῇ χαρίζεσθαι.

Ξή. ΓΥΝΑΙΚΙ ΚΑΙ ΠΟΡΝΗι.

Ο τοῖς ἄλλοις ἐπίρρητον δοκεῖ, καὶ μέμψεως ἄξιον, ὅτι ἀναίσχυντος εἶ, καὶ θρασεῖα, καὶ ἔυκολος, τᾶτο μάλισα ἐγώ σε φιλῶ. καὶ γὰρ τῶν ἵππων θαυμάζομεν τὰς αὐτῶν συνιέντας, καὶ λεόντων τὰς φρονήματι χρωμένας, καὶ ὀρνίθων τὰς μὴ νέυοντας κάτω. ἀδὲν ἂν ἀδὲ σὺ καινὸν ποιεῖς, εἰ, γυνὴ ἁσα, πολλῶν ὥρᾳ κρατᾶσα, ὑψηλόν τε ὁρᾷς, καὶ μετέωρος βαδίζεις. εἴπέρ τίς ἐσι καὶ κάλλως ἀκρόπολις, πολὺ κρείτ]ων τῶν βασιλείων, εἴγε ὑμᾶς μὲν φιλᾶμεν, ἐκείνως δὲ φοβέμεθα. μισθώματα λαμβάνεις. καὶ γὰρ ἡ Δανάη χρυσὸν καὶ σεφάνως δέχεται· τᾶτο μὲν καὶ ἡ Αρτεμις[1], ἡ παρθένος. καὶ γεωργοῖς παρέχεις ἑαυτήν· ἡ δὲ Ελένη καὶ ποιμέσιν. ἢ καὶ κιθαρῳδοῖς χαρίζῃ· ἃ μέλλεις, πρὸς τὸν Απόλλω[2] βλέπσα; σὺ δὲ μηδ' αὐλητῶν ἀπόσχε, καὶ γὰρ Μσσῶν ἡ τέχνη· μηδὲ ὅλων, ἵνα κἂν διά σε δοκῶσιν ἐλεύθεροι· μηδὲ τῶν ἀμφὶ κυνηγεσίαν καὶ θήρας ἐχόντων αἰσχύνεσθαι τὴν Αφροδίτην, ὦ καλή· μηδὲ ναυτῶν, ἐπειδὴ ταχέως μὲν ἀπιᾶσιν· ἀλλ' ὁ Ιάσων οὐκ ἄτιμος, ὁ πρῶτος κατατολμήσας θαλάτ]ης· ἀλλὰ μηδὲ τῶν μισθᾷ σρατευομένων. ἀπόδυε δὲ[3] τάτως τὰς ὑπερηφάνως. πένησι μὲν γὰρ μηδὲ ἀντείπῃς ποτέ, ἀκούσιν αὐτῶν οἱ θεοί. τὸν μὲν γέροντα τίμησον, διὰ τὴν σεμνότητα· τὸν δὲ νέον δίδαξον, ὡς ἄρτι ἀρχόμενον· τὸν ξένον, ἂν σπεύδῃ, κατάσχε. ταῦτα καὶ Τιμαγόρα, καὶ Λαΐς, καὶ Αρισαγόρα, καὶ τὸ Μενάνδρε Γλυκέριον, ὧν

Ep. LXIIX. 1 *τᾶτο μὲν καὶ ἡ Αρτεμις*] Dianam coronas accipere ait, reſpiciens, niſi fallor, ad cultum Dianae Epheſiae. Nam vt Etymologus teſtatur. v. Εφεσος. Epheſii *σεφάνως διὰ θαλλῶν ἱκεσίας ποιᾶσιν*. Sed & aliis Diis coronae oblatae vid. ep. ſq. n. 2.

2 *Απόλλω*] qui citharoedus nempe fuit.

3 *ἀπόδυε δὲ*] ſic reſcripſi pro *ἀπόδυε καὶ* quod Meurſius ediderat.

4 *Τιμαγόρα καὶ Λαΐς καὶ Αρισαγ.*] de Timagora non memini me alibi legiſſe: de Laide & Ariſtagora vid. ad ep. XL. n. 12.

5 *Γλυκέριον*] huius nomen Menandri quoque imitator Terentius notiſſimum Romanis fecit.

κατ' ἴχνη καὶ σὺ βαίνεις. εἰδυῖα, χρῆσθαι παρεῖχες, καὶ τὴν σὴν σοφίαν ἐπὶ καιρῷ τῶν ἔργων ἔχεσα. ὅτε γὰρ πῦρ θερμὸν ὅτως ὡς σὸ ἄσθμα, ὅτε αὐλὸς ἡδὺ ἄκεσμα ὅτως ὡς τὰ σὰ ῥήματα.

ΞΘ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι ΠΟΡΝΩι.

Πωλεῖς σεαυτόν, καὶ γὰρ οἱ μισθοφόροι καὶ πάντος εἶ τᾦ διδόντος, καὶ γὰρ οἱ κυβερνῆται, ὅτω σε πίνομεν ὡς τῶν ποταμῶν, ὅτως ἁπτόμεθα ὡς τῶν ῥόδων. ἐκείνοις μὲν ἀρέσκεις, ὅτι καὶ γυμνὸς ἔσηκας, καὶ δίδως εἰς κρίσιν σαυτὸν, ὃ μόνον κάλλος ἴδιον ἐστιν παῤῥησίαν εὐτυχοῦντος. μὴ δὴ αἰδοῦ τῷ εὐκόλῳ, ἀλλὰ σεμνύου τῷ ἑτοίμῳ. καὶ γὰρ ὕδωρ πᾶσι πρόκειται, καὶ πῦρ' ἐχ' ἑνὸς, καὶ ἄστρα πάντων, καὶ ὁ ἥλιος δημόσιος θεός. τὸ μὲν οἴκημά σε κάλλος ἀκρόπολις[1], οἱ δὲ εἰσιόντες ἱερεῖς, οἱ δὲ στεφανούμενοι[2] θεοί, τὸ ἀργύριον φόροι τῶν ὑπακουόντων. ἡδέως βασίλευε καὶ λάμβανε καὶ ἔτι προσκυνοῦ.

Ο'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Μηδὲ γράφειν φυγάδα ἀνέξῃ· μηδ' ἐπίνευε φιλοῦσιν ἀκοῦν ἀδὲ ἀναπνεῖν, ἀδὲ κλαίειν, ἀδὲ ἄλλα ὅσα ἡ φύσις. μή με διώξῃς τῶν θυρῶν, ὡς τῆς πατρίδος ἡ τύχη· μηδὲ ἐνειδίσῃς πρᾶγμα αὐτόματον[1] λόγῳ τῆς δυνάμεως. ἔφευγε καὶ Ἀριστείδης, ἀλλ' ἐπανήρχετο, καὶ Ξενοφῶν, ἀλλ' ἐ δικαίως· ἔφευγε καὶ Θεμιστοκλῆς, ἀλλ' ἐτιμᾶτο καὶ παρὰ βαρβάροις, καὶ Ἀλκιβιάδης, ἀλλὰ παρετείχιζε καὶ τὰς Ἀθήνας, καὶ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ φθόνος αἴτιος. φεύγει καὶ θάλαττα ὅταν ὑφ' ἡλίῳ ἐλαύνεται[2], καὶ ἥλιος ὅταν ἡ νὺξ καταλαμβάνῃ. φεύγει καὶ μετόπωρον χειμῶνος προσελθόντος, καὶ χειμὼν ἄπεισιν ἔαρος διώκοντος· καὶ συνελόντι εἰπεῖν, αἱ τῶν νεοτέρων[3] καιρῶν ἐπιδημίαι τῶν προτέρων εἰσὶ καιρῶν φυγαὶ. ἐδέξαντο καὶ Ἀθηναῖοι Δήμητραν φεύγουσαν, καὶ Διόνυσον μετοικοῦντα, καὶ τὸς Ἡρακλέους

dis. Scientia valens, te vsu etiam valere ostendisti, sapientiam tuam rerum quoque opportunitati habens accommodatam. Nec ignis enim feruet perinde vt tui anhelitus, neque tibia ita grata auri est vt tua oratio.

LXIX. AD PVERVM QVAESTVM CORPORE FACIENTEM.

Vendis teipsum, id nempe & mercenarii faciunt: omnique te praebes mercedem solventi, id enim nauium quoque vsitatum gubernatoribus. Nempe vt fluuiis, ita te quoque fruimur; perinde ac rosas te attrectamus. Places illis quidem, quoniam nudus etiam prostas: iudicioque te submittis, quod formis competit tantum quibus fiduciam sui fortuna largita fuerit. Ne igitur tuae te pudeat facilitatis, sed tua potius promtitudine gloriare. Nempe & aqua omnibus patet, & ignis vnius non est, omnibusque astra inserviunt, Deusque sol est communis. Domus quidem tua pulcritudinis arx est, qui ingrediuntur sacerdotes sunt, Dei qui coronantur, argentum vero vectigalia obnoxiorum. Suauiter imperes precor, accipiasque, & adhaec adoreris.

LXX. AD FEMINAM.

Feresne exulis ne litteras quidem? Nec amantibus itaque siue gemitum, siue lacrymas, siue alia, quae natura postulat, permittito. Noli quaeso me a limine tuo arcere, vt patria arcuit fortuna: neque exprobres rem forte fortuna accidentem, autoritatis superioris decreto. Exul Aristides etiam fuit, patriae tamen idem fuit restitutus; Xenophon item, sed nullo suo merito. Themistocles quoque in exilio fuit, ipsis tamen Barbaris venerabilis, vt & Alcibiades, sed ille tamen Athenas quasi muro securas praestitit, nec minus etiam Demosthenes, causa vero invidia extitit. Ipsum etiam mare fugitiuum est, quando a sole impellitur, ipseque sol vbi nox inualuerit. Autumnus hyeme superueniente cedit, & hyems abit vere eam insequente: vtque paucis absoluam, temporis posterioris accessus prioris temporis exilium est. Hospitium Athenienses quoque Cereri praebuere exuli, & Baccho sedes mutanti, &

Ep. LXIX. 1 *κάλλος ἀκρόπ.*] alludit ad Mineruae templum in arce Athenarum.

2 *στεφανούμενοι*] coronae autem inter amatoria dona: vide epistol. praeced. quorum nihil esse ait cur pudeat catamitum, cum Dii quoque coronas sibi offerri patiantur.

Ep. LXX. 1 *αὐτόματον*] lacunam quae hic est supplerem voce *γενόμενον*. In cod. Vatic. 96. post *αὐτόματον* ita legebatur: *ἃ τὸ λαμπρὸν ἀλόγῳ τῆς δυνάμεως*, sed ex illis qui sensum eruat Oedipo opus est.

2 *ὅταν ὑφ' ἡλίῳ ἐλαύνεται*] nempe Aristotelis & Heracliti noster sequitur sententiam, qui a sole *aestum maris* effici dicunt, accessu suo spiritus mouente, vt intumescat mare, & ad littora accedat, retrocedendo vero vt mare recedat a terra rursum in causa sit. vide Plutarchum de placit. Philos. lib. III. c. 17. Ceterum a Meursio editum *ἐλαύνῃ*, *ἐλαύνεται* ex Vaticanis reuocaui.

3 *νεοτέρων*] equidem *προσυτέρων* ediderat Meursius, sed manifeste sensus vocem, quam nos edidimus, postulat.

Hera-

Heraclidis vagabundis, quo tempore Miſericordiae quoque exſtruxerunt altare, tanquam tertio & decimo numini, cui non vino libaverunt & lacte, ſed lacrymis, & aduerſus ſupplices reuerentia. Iſtam tu quoque aram ſtatue, hominiſque miſerere miſeri, ne bis exul euadam, & patriae exors, & tuo excidens amore. Tu enim ſi miſertus fueris, exul amplius non ero.

παῖδας ἀλωμένας, ὅταν καὶ τὸν Ελέᾳ ἑσήσαντο βωμὸν[4], ὡς τρισκαιδεκάτῳ θεῷ[5], ἐκ οἴνου σπένδοντες αὐτῷ καὶ γάλακτος, ἀλλὰ δακρύων, καὶ τῆς πρὸς τὰς ἱκετεύοντας αἰδοῦς. ἀνάσησον καὶ σὺ τὸν βωμόν, καὶ κακῶς πράξαντα ἄνθρωπον ἐλέησον, μὴ δὶς γένωμαι φυγὰς, καὶ τῆς πατρίδος στερηθεὶς, καὶ τοῦ πρὸς σε ἔρωτος σφωλείς. ἂν γὰρ ἐλεήσῃς κατελήλυθα.

LXXI. AD DELICIAS SVAS.

Caſtitatem, qua te effers, quid dicam neſcio: an ferociam naturae legibus aduerſantem? an philoſophiam ruſticitate munitam? an timiditatem aduerſus voluptates gloriantem? an eorum, quae vitam hanc oblectantur, magnanimum contemtum? Quicquid autem ſit videaturque philoſophis, ſpecie & opinione pulcrum hoc eſt, reipſa inhumanum. Quid enim egregium habet, antequam ex vita diſcedas, mori, caſtitatis laude coronari, antequam flos aetatis concidat, antequam putreſcere incipias pollingi, amicoſque, quos tibi compares, circumſpicere, antequam amicorum circa te ſolitudo exiſtat? Nempe pulcrum eſt nocte anteuertere noctem illam, antequam ſitias bibere, edere antequam fames te vrgeat. Quam igitur diem tuam eſſe exiſtimas? An heſternam? at ea periit. An hodiernam? at ea tua non eſt. An futuram? Neſcio an ea tibi ſit adventura. Nam & tu & illa in votis ſunt.

οά. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Τὴν σωφροσύνην, ἐφ' ᾗ μέγα δὴ φρονεῖς, ἐκ εἶδά τι εἶπω. πότερον ἀγελότητα ἀντίπαλον τῶν φύσεως ἐπιταγμάτων; ἢ φιλοσοφίαν ἀγροικίᾳ πεπυργωμένην; ἢ αὐθάδη πρὸς ἡδονὰς δειλίαν; ἢ σεμνὴν ὀλιγωρίαν τῶν τοῦ βίου τερπνῶν; ὅ, τι δ' ἂν ᾖ καὶ δοκῇ σοφισταῖς, δόξῃ μέν ἐστι καλόν, ἔργῳ δὲ ἀπανθρωπότερον. τί γὰρ δὴ μέγα, πρὶν ἀπελθεῖν τοῦ βίου νεκρὸν εἶναι, σώφρονα στεφανῶσαι, πρὶν ὅλως ἀπανθεῖν, καὶ χρίσαι μύρῳ πρὶν σαπῆναι, καὶ κτῆσαι φίλους, πρὶν ἔρημον γενέσθαι; καλὸν νυκτὶ προλαβεῖν τὴν νύκτα ἐκείνην[1], πρὶν διψῆν πιεῖν, καὶ πρὶν πεινῆν φαγεῖν. ποίαν δοκεῖς ἡμέραν σαυτῷ; τὴν χθές; τέθνηκε. τὴν τήμερον; ἐκ ἐστί[2]. τὴν ἐπιοῦσαν; ἐκ οἶδα εἰ παρέσαι σοι. καὶ σὺ, κακεῖνα, τῆς εὐχῆς[3].

LXXII. AD FEMINAM.

Praeſtat nubem abigere ſupercilliis, ne quid triſte tuam obſideat pulcritudinem. Nempe Horarum quoque iucundiſſimae illae, quae remiſſae ſunt magis, atque riſui indulgent: ſimiliterq; & pulcritudo voluptatem quaſi e ſpeculo oſtendit, e ſeruata frontis ſerena tranquillitate. Quam ſi obfuſcaueris minus, nobiliſſimum eſſe videberis ſidus, ipſa die conſpicuum. Quae ſi Pindarica ſunt; hoc quo-

οε'. ΓΥΝΑΙΚΙ'.

Τὴν νεφέλην τῶν ὀφρύων ἀφαιρεῖν ἄμεινον, ὡς μηδὲν κατηφὲς εἴη σοι περὶ τὴν ὥραν. αὐτῶν τε γὰρ τῶν ὡρῶν ἡδίας αἱ ἀνειμέναι, καὶ γελῶσαι[2], καὶ τὸ κάλλος ἡδονὴν ὥσπερ ἐκ κατόπτρου ἐμφαίνει, ἐκ τῆς[3] περὶ τῷ προσώπῳ γαλήνης· ἣν, εἰ μὴ θολώσεις, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ βλεπόμενον[4] δόξεις. εἰ δὲ ἐκ Πινδάρου ταῦτα,

---

4 Ελέᾳ ἑστήσ. βωμὸν] vide notata ad Sophiſtar. vitas lib. II. in *Polluce*, adde paulo ante ep. 59.

5 τρισκαιδεκάτῳ θεῷ] nempe vt Herodotus Euterpe δώδεκα θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι, καὶ Ελληνας παρὰ σφέων ἀναλαβεῖν. Quem duodenarum numerum, a Graecis acceptum, Romanos quoque coluiſſe notum eſt. His XII ergo Diis XIIIum accedere Athenae, conſecrato τῷ Ελέῳ altari, voluere.

Ep. LXXI. 1 τὴν νύκτα ἐκείνην] noctem intelligit de qua Catullus:

Nobis cum breuis occidit lux
Nox eſt perpetua vna dormienda.

quam *nocte* anteuerti vult, quale *accipere* amantes geſtiebant.

2 ἐκ ἐστί] nempe non eſſe diem ait, qua non fruatur, cum nulla ipſi ſine hac voluptate vita eſſe videatur.

3 καὶ σὺ κἀκεῖνα τῆς ἐυχῆς] ſenſus eſt: futura dies res voti tantum eſt, quod an implendum ſit neſciamus, perinde vt neſciunt amantes an voluptate, quam optant, ſint potituri.

Ep. LXXII. 1 γυναικὶ] hanc epiſtolam ex cod. Vaticano LXXXVII. CXXVII. & CXL. heic primi edimus. Sequentem vero ex cod. LXXXVII & CXXVII, tum vltimam ex cod. LXXXVII & CXL.

2 τῶν ὡρῶν ἡδίας αἱ ἀνειμέναι καὶ γελῶσαι] quales *Ver*, cui *riſus* tribui ſolet, iuxta illud poetae trritiſſimum:

Omnia nunc rident, nunc formoſiſſimus annus.

conf. & ep. 73. vbi in feminae iam adultae facie pulcritudo οἵη τι ἔαρ ἰωνειδῶν dicitur, & *autumnus*, cui τὸ ἀνειμένον merito tribuas, vt quo iam remittant ſolares *aeſtus* quibus feruet aeſtas. Illas vero anni tempeſtates *gratiſſimas* eſſe quis neget?

3 ἐκ τῆς] ita ex coniectura reſcripſi, nam MSS. habebant τὰ τῆς.

4 ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ βλεπόμενον] Pindarica haec

κἀκεῖνό πᾳ κῇ Πίνδαρον [5], τὸ τὴν ἀκτῖνα, τὴν ἀπὸ σῦ ῳδῶσαν, εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μέτρα.

que ex Pindari ſententiis eſt, quod radius a te procedens oculorum meorum ſit regula.

ΟΓ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Ἡ Σαπφὼ τῦ ῥόδα ἐρᾷ [1], καὶ σεφανοῖ αὐτὸ ἀεὶ τινὶ ἐγκωμίῳ, τὰς καλὰς τῶν ῳαρθένων ἐκείνῳ ὁμοιῦσα. ὁμοιοῖ δὲ αὐτὸ καὶ ταῖς τῶν Χαρίτων ῳήχεσιν [2], ἐπειδὰν ἀποδύσῃ σφῶν τὰς ὠλένας. ἐκεῖνο μὲν ἂν εἰ κάλλιστον ἀνθέων, βραχὺ τὴν ὥραν [3], ῳαρέπεται γὰρ τοῖς ἄνθεσι [4], ἐννεάσαν τῷ ἦρι. τὸ δὲ σὸν εἶδος [5] ἀεὶ τέθηλεν, ὅθεν ὀφθαλμοῖς ἐμμειδιᾷ [6] καὶ ῳαρειαῖς, οἷόν τι ἔαρ, τὸ μετόπωρον τῦ κάλλυς [7].

LXXIII. AD FEMINAM.

Roſam Sappho amat, ſemperque aliqua eam laude ornare ſolet, pulcerrimas virginum cum ea contendens. Sed & Gratiarum eam comparat cubitis, brachia ſua nudantium. Ea vero ſi florum pulcerrimus eſt, breuis tamen eſt aetatis: reliquorum enim florum ſequitur exemplum, verno tempore iuuenescens. At ſemper tua quidem forma floret, indeque in oculis tuis geniſque ridet, veris cuiuſdam ad inſtar, ipſe etiam pulcritudinis autumnus.

ΟΔ'. ΑΝΕΠΙΓΡΑΦΟΣ.

Ου τὸ ἐρᾶν νόσος, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐρᾶν. εἰ γὰρ ἀπὸ τῦ ὁρᾶν τὸ ἐρᾶν τυφλοὶ οἱ μὴ ἐρῶντες.

LXXIV. INSCRIPTIONE CARENS.

Non eſt in vitio amare, ſi enim ἐρᾶν [quod *amare* eſt Graecis,] eſt ab ὁρᾶν [quod *videre* notat iiſdem;] coeci erunt qui non amant.

ΦΙΛΟΣΤΑΤΟΥ

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΛΕΦΟΥ ΤΕΤΡΩΜΕΝΟΥ. ΕΠΙΓΡ.

Ουτος ὁ Τευθρανίας [1] πρόμος ἄσχετος, ἔτος ὁ τὸ πρὶν
Τήλεφος αἱμάξας φρικτὸν Αρη Δαναῶν,
Μυσὸν ὅτε πλήθοντα φόνῳ ἐπέρασσε Καΐκον [2],
Ουτος ὁ Πηλιακῦ δόρατος ἀντίπαλος [3].

PHILOSTRATI.

IN IMAGINEM TELEPHI SAVCII. EPIGR.

ex Anthol. l. IV. c. 8.

Teuthraniae inuictus dux iſte eſt, Telephus, olim
Qui Danaum Marti vulnera multa dedit:
Myſorum multo miſcenſque cruore Caicum,
Se haſtae, Pelides, obiicienſque tuae.

---

eſſe, ipſe in ſequentibus Philoſtratus indicat. Reſpici autem putem ad Olymp. Α' v. 7. ſqq.

Μηκεθ' ἁλίῃ σκύπτει
Αλλο θαλπνότερον
Εν ἀμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ερήμας δι' αἰθέρος.

Sequentibus vero, quae etiam tanquam κατὰ Πίνδαρον dicta profert, nihil ſimile apud Pindarum occurrere memini. Forte id non vult Philoſtratus Pindari ea eſſe, ſed κατὰ Πίνδαρον ſublimitatis Pindaricae imitatione eſſe prolata.

5 κἀκεῖνό πᾳ κατὰ Πίνδαρον] vide notae praeced. fin.

Ep. LXXIII. 1 ἡ Σάπφω τῦ ῥόδα ἐρᾷ] imo magni hunc florem faciunt poetae omnes, vnde roſam μέλημα μύθοις dicit Anacreon, od. 53. hoc eſt *poeticis fictionibus curae eſſe.* Eius rei argumento eſt affatim ipſius Anacreontis ode V. & LIII. *Sappho* quod attinet, ab ea habemus fragmentum inſigne, qua roſae laudes celebrat apud Achillem Tatium.

2 ταῖς τῶν Χαρίτ. ῳήχεων] verſus Sapphus eo ſpectans ex Theocriti Scholiaſta, inter reliqua huius poetriae fragmenta publicatus eſt a Fuluio Vrſino:

Ροδοπήχεες ἀγναὶ Χάριτες δεῦτε Διὸς κόραι.

3 εἰ κάλλιστον ἀνθέων βραχὺ τὴν ὥραν] ſic Horat. od. 3. l. II. eadem iunxit: *Et nimium breues*
Flores amoenae ferre iube roſae.

4 ἄνθεσι] ita ex coniectura reſcripſi pro ἀνθρώποις, quod codices noſtri habebant, ortum haut dubie ex diffugiente lectione codicum antiquiorum, ex quibus noſtri deſcripti fuerant.

5 εἶδος] hanc quoque lectionem reſtituimus, ineptum enim eſſe ἦθος, quod MSS. habebant, res ipſa loquitur.

6 ἐμμειδιᾷ] vide ad epiſt. 72. n. 2.

7 τὸ μετόπωρον τῦ κάλλυς] ſcribit ad feminam aetate paulo magis adultam, cui flos aetatulae iam periiſſet. Ei itaque *autumnum pulcritudinis* tribuit, h. e. pulcritudinem quae in adulta aetate eniteret, & cuius ſit tamen adhuc ſit decos, vt nihil cedat *vernanti pulcritudini* puellarum, primo aetatis flore conſpicuarum. Hocque eſt quod ait *autumnum pulcritudinis* feminae ad quam ſcribit, *perinde ac ver, in oculis eius & genis ridere.* conf. ad epiſt. 72. n. 2. Videtur autem Philoſtratus ex Euripidis apophtegmate apud Plutarch in *apophth.* & in *Alcibiade* haec expreſſiſſe. Is enim Agathonis iuuentam, in virilem aetatem iam inclinantem, μετόπωρον vocabat, cui, cum barba iam pullularet, integro interea formae nitore oſculum pangens Euripides, ὦ πάντων τῶν καλῶν, inquit, καὶ τὸ μετόπωρον καλὸν, *Non omnium formoſorum, pulcrum etiam autumnum exiſtere.*

AD EPIGR PHILOSTR.

1 Τευθρανίας πρόμος] Plinius: ſupra Aeolida & partem Troadis in mediterraneo eſt, quae vocatur Teuthrania, quam Myſi antiquitus tenuere, apud quos Telephum regnaſſe nouimus. Id quo caſu euenerit Strabo libro decimo tertio, Dares Phrygius, & Vlyſſes Alcidamantis contra Palamedem enarrant. Pauſanias χρόνῳ δὲ ὕστερον οἱ Πέργαμον ἔχοντες, πάλαι δὲ Τευθρανίαν καλεμένην. Pindari gloſſulae ad Olymp. Θ' v. 108. (vbi Τέυθρανος πεδίον dicitur Myſia, eaque ipſa Telephi pugna deſcribitur de qua in epigr.) Τέυθρανος δὲ πεδίον τὴν Μυσίαν λέγει, ὁ γὰρ Τέυθρας ἐβασίλευσε τῆς Μυσίας. BRODAEVS.

2 Καΐκον] flumen Caicum, ex Myſia veniens, cuius ad ripas Cygnum & Telephum cum exercitu contra Graecos pugnaſſe, Terſandrumque Polynicis filium occubuiſſe ferunt: quod etiam Q. Calaber libro tertio guſtauit. ID. Meminit eius fluuii quoque Pindarus Iſthm. V. 53. & 54. vbi idem bellum Myſorum, duce Telepho, contra Danaos deſcribit.

3 Πηλιακῦ δόρατος ἀντίπαλος] nempe cum Achille & Palam

Iam

Iam plagam condit femore, exanimisque fatiscit,
Atque animata caro quo trahit, ecce ruit.
At metuunt ipsum Danai, vel vulnere fessum,
Turbati & fugiunt littora Teuthraniae.

Νῦν, ὁλοὸν μηρῷ κεύθων βάρος[4], οἷα λιπόπνυς
Τήκεται, ἐμψύχῳ σαρκὶ συνελκόμενος.
Οὐ καὶ τειρομένοιο περιπλώσαντες Ἀχαιοὶ,
Φύρδην Τευθρανίας νεῦνται ἀπ' ἠιόνος.

In voc. Σοφιστής.

EX SVIDA PHILOSTRATI SENTENTIA.

Sapientes nos quidem, non sophistae sumus.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ.

Σοφοὶ μὲν ἡμεῖς ἀλλ' οὐ πάντα σοφισταί.

In voc. ὑποτείνει.

EX EODEM.

Acerbam futuri spem ostendit.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ.

Ελπίδα πικρὰν ὑποτείνει τῶ μέλλοντος.

---

troclo inprimis pugnandum fuisse Telepho vetus Grammaticus ad Pindari ll. cc. atque alii docent.

4 νῦν ὁλοὸν μηρῷ κίνδων βάρος] vulnus ipsi inflictum hasta Achillis, eadem hasta quoque sanandum, notissimum apud mythographos, quod in prouerbium quoque abiit. vid. Erasm. Adag. Τηλίφια τρώυματα.

ADDENDA.

p. 1. ad not. 3. fin. adde: Geminum & Iarchae eſt iſtud, Indi philoſophi, in huius vitae lib. III. cap. 22 vbi de ſuae animae tranſmigratione loquens, *καὶ μήπω θαυμάσῃς* inquit *τἀμὸν, εἰ ἐξ Ινδῶν εἰς Ινδὸν διεδόθην.*

ibid. ad not. 5. fin. imo & apud Homerum *λινοθώρηξ* vocatur Aiax Oileus Iliad. B' v. 529. & Amphius ibid. v. 830. narranturque eidem poetae Phaeaces Vlyſſi dormituro ſubſtrauiſſe *ῥῆγός τε ΛΙΝΟΝ τε, ἵνα νήγρετον εὕδοι* Odyſſ. N'.

p. 2. lin. 14. pro *ὁμιληταὶ* Thomas Magiſter legit *ὁμιλητικοί.*

p. 5. lin. 4. inverſ. pro verbis: *quae ergo certiora videbantur*, malim ſubſtitui: *quae vero ad penitius cognoſcendas res eius pertinent-*

ib. not. b. 4. lin. 3. poſt *νοήματα* adde: Thomas Magiſter *ἀγγελίαν* & *ἑρμηνείαν* Atticiſtis eſſe obſervat, quod *κοινῶς* dicitur *φράσις.*

p. 6. ad cap. 4. init. Apollonius *πατρὶ ὁμώνυμος* dicitur & *γένος* eius *ἀρχαῖον.* Quo ſpectat quod ipſe Apollonius in ep. 72. ad fratrem Heſtiaeum ſcribit *ὁ πατὴρ ἡμῶν Απολλώνιος ἦν τρὶς τῷ Μηνοδότῳ*, tres igitur ante patrem Apollonium Menodoti in maioribus Apollonii noſtri.

ib. ad cap. 4 not. 4. fin. ceterum *θαλάττιος Δαίμων* Thetis quoque dicitur *Heroicorum* autori in Achille §. I.

ib. ad cap. 5. init. ἀγέσῃ γὰρ τῇ μητρὶ &c.] mater Apollonii Suidae dicitur *πολῖτις τῶν ἐπιφανῶν, ciuis ex maxime illuſtribus.* Vnde ioculari errore Eilhardus Lubinus in praef. ad epiſt. Apollonii nomen proprium *Politidis* ſibi finxit, quod matris Apollonii fuiſſe putat.

pag. 7. ad cap. 6. n. 2. addi velim poſt verba: *nunquam extra margines intumeſcit:* A quibus qua re differant Philoſtrato dicta, differre enim viſum Mauſſaco, Diſſ. Critic. ad Harpocrat. p. 387, ego videre non poſſum. Id vero commode eidem Mauſſaco eſt obſeruatum, verba Philoſtrati plane eadem cum illis eſſe, quae leguntur in Graecis fragmentis, poſt librum Ariſtotelis *περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων* edi ſolitis, quae proinde aut perperam tribui Ariſtoteli, aut verbo ad verbum inde depromta a Philoſtrato eſſe, ſit ſtatuendum.

ad pag. 8. init. ὃδ' ἀπήχθη τὴν φωνὴν ὑπὸ τῷ ἔθνους] nempe Cappadoces, quorum Tyana, in pronunciatione *παχύτητος* cuiuſdam vitio laborabant, de quo vide Philoſtratum *vitis Sophiſt.* l. II. in *Pauſania.*

ib. ad n. 9. b l. 6. poſt verba *χλανίδια* & *Λήδια vocat*, *l. IV. 29. fin.* adde: *Ἀραχνώδεις χιτῶνες* Euſtathio de amore Iſmen. l. II. p. 346. vocantur. taleſque *fericae* vel *bombycinae* plerumque. Ita *Σηρικὸν ὀθόνιον* dicitur Arriano Periplo maris Erythraei p. 36. Eius vero generis quae ſunt *ὑπέρλεπτα* dicuntur Philoſtrato ſeniori *Imagin.* l. II. in *Telis.*

ib. lin. 13. poſt veſtes mulierum lucidas, adde: per *quas* ſcilicet luceat corpus femineum, vt habet Martialis l. VIII. epigr. 68.

Femineum lucet ſic per bombycina corpus.

διαφανῆ dixere Graeci quoque, vid. Athenaeus l. XII. p. 522.

ib. ad fin. not. Fulgentius *Syrma nebulosum*, Mythol. lib. I. vt apud eum emendabat Cangius in Gloſſ. voc. *Nebula.* Seneca *telas quibus veſtis nihil celatura conficitur* epiſt. XC. adde de Benef. VII, 9. & Controu. l. II. Cont. VII.

p. 10. ad cap. VIII. n. 7. fin. Hos *εὐκόμους* Graeci vocabant, eoſque a grauibus illis *comatis* accurate diſtinguit Euſtathius ad Il. Γ' p. m. 288. a quo & Paride *κόμην ἔχοντα, comtulum* non *comatum* reprehenſionem meruiſſe poſt alios obſeruatur.

p. 11. cap. X. ad verba κέκτηται γᾶν ἐν Κιλικίᾳ βίον πολείω, ἢ Κίλικες ὁμοῦ πάντες] ſimilia ſunt iſta Trimalchionis apud Petronium in fragm. Tragur. *Poſtquam coepi plus habere, quam tota patria mea habet.*

p. 14. ad cap. XII. not. 13. ad fin. plane eadem phraſis eſt in *vitis Sophiſt.* lib. II. *Hermocrate* §. IV. *Ἀντιπάτρῳ δὲ παρελθυθότος εἰς τὰς βασιλείους ἐπιστολὰς* & in *Hadriano* §. VI. *ὅτε δὴ καὶ ἐτελεύτα, ἐψηφίσατο μὲν τὰς ἐπιστολὰς ὁ Κόμμοδος.*

p. 16. ad cap. XIII. not. 18. poſt ψευδῆ γράμματα haec ſunt *ψευδῆ γράμματα* Euphratis, quorum Suidas etiam meminit v. *Σοφοκλῆς.*

p. 17. ad cap. XV. not. 6. poſt verba: *qui ſeipſum reprehendit*, adde: Eadem phraſis eſt lib. VII. c. 20. *λαβόμενος τῷ σχήματος.*

p. 21. cap. XVII. lin. penult. ad verba ὥσπερ ἐκ τρίποδος. Sic in vita *Polemonis* §. X. *σεμνολογίᾳ λαμπρᾷ καὶ ἔμπνους ὥσπερ ἐκ τρίποδος* ei Sophiſtae tribuitur. Gemina etiam legas in *vitis Soph. prooem.*

p. 22. ad cap. XVII. not. 11. poſt verſus Homeri adde: Sic nempe illorum qui ſceptra gerunt eſt, non ambitu vti in oratione, verum cum grauitate voluntatem declarare. Huc ſpectat quod l. II. *vit. Soph.* in *Aſpaſio* §. III. legitur: *ὁ αὐτοκράτωρ, ὁπότε ἐπιστέλλοι, ἃ δι' ἐνθυμημάτων, ἃδ' ἐπιχειρήσεων, ἀλλὰ ΔΟΞΗΣ, ἃδ' αὖ ἀσαφείας, ἐπειδὴ νόμος φθέγγεται.*

p. 25. ad not. 6. fin. Ceterum vt hic gentes illae *θαλατ τίας* ſe cenſent ob amplitudinem fluuiorum, mare referentium, ita contraria ratione Cherſoneſii in Thracia *mare* fluuium cenſent, ob freti anguſtias, vid. *Heroica, Protheſilao* §. XIII.

p. 27. lin. 8. ἀνακεκτημένος. Thomas Magiſter hic legit *ἐκτημένος*, & *ἔκτηται* pro *κέκτηται* dici aliis quoque exemplis demonſtrat.

p. 48. cap. XLI. τὰς ἑαυτῷ χεῖρας vocat Apollonius Damidem & reliquos comites eius. Sic *χεῖρα Τρώων* Hectorem appellatum in *Heroicis* dicitur, vbi de *Aenea*, ad quem locum vide obſervata.

p. 54. ad cap. VI. not. 4. fin. imo & inf. lib. VIII. c. 13. ipſe Apollonius ait *ἐμοὶ ἀναπάυλης δεῖ, γόνυ ὅπως κάμψαντι.*

p. 62. ad cap. XII. n. 16. fin. Sed ea aetate nondum

potuit in India esse Apollonius, cum Bardanes multo post Parthicum imperium obtinuerit, cum quo in illo itinere versatus est tamen. Barbaros igitur illos non exacte calculum iniisse statuendum, sed numerum esse secutos mage rotundum, in quo decem vel viginti anni non attenderentur. Qua de re plura disputata in *praef. ad vitam Apollonii* fuere.

p. 69. ad cap. XIIX. n. 9. post verba: *prominentiae atque extrema* adde: Sic Lemni insulae κέρας dicitur in vitis Sophistarum l. I. *Scopeliano* §. II.

p. 70. ad c. XIX. not. 4. fin. Sic Aiaci Locrensi μέλανα πάντα ad Troiam ἐναγίσματα facta, vid. Heroica *Aiace* Locr. §. III. & *Achille* §. XIII.

p. 75. initio: in distinctione textus & versione aliquid perturbationis admissum per absentiam meam, quod tamen me opportune adhuc superueniente in quibusdam exemplaribus, quae praela nondum absoluerant, fuit emendatum. Cum tamen haut pauca excusa iam essent, monendum hic, textum ita distinguendum esse: ἐπειδὴ ξυνίησι μέν, καὶ μιμεῖται τῷ νῷ καὶ μὴ γραφικός τις ὢν, τῇ χειρὶ δὲ οὐκ εἰς τὸ γράφειν αὐτὰ χρήσαιτο. Versio vero in emendatis exemplaribus ita procedit: *Siquidem animo concipit quidem, menteque imitatur etiam pictor qui non sit, at manu uti ad ista delineanda non possit.*

ad p. 84. not. 16. fin. imo & quod maxime huic loco illustrando inseruit, *Zonae* Reginarum certa apud Persas addicta prouincia erat, vt habemus a Platone, in *Alcib. priore.* qui eam inde Ζώνην τῆς βασιλέως γυναικὸς dictam esse obseruat. Simile quid in Galliis olim obtinuisse docet Cangius Gloss. med. Latin. T. III. p. 1417.

p. 98. ad cap. V. not. 6. fin. vid. plura in *Heroicis, Protesilao* §. XX. n. 11.

p. 107. ad cap. XV. not. 20. fin. conf. inf. l. VIII. c. 7. sect. 4.

ib. cap. XVI. vbi ἄσημοι memorantur clypei, conferenda *Heroica* in *Achille*, vbi ἄσημος Achillis clypeus describitur.

p. 110. Iarchas, Indus, Homericorum mentionem facit. Ad quem locum obseruanda illa Dionis Chrysostomi or. LII. de Homero p. 555. vbi ait: καὶ παρ' Ινδοῖς ἄδεσθαί φασι τὴν Ομήρᾳ ποίησιν. Moxque addit Indos Homeri carmina in linguam suam transtulisse.

p. 113. ad cap. XXIII. not. 5. fin. Exempla vero eius vsus si desideres, adi Pausan. Corinthiac. c. 5. vbi de Medeae liberis agit, ob quos grauia passos Corinthiorum pusiones indicans, τὰ τέκνα, inquit, Κορινθίων τὰ νήπια ὑπ' αὐτῶν ἐφθείρετο. Alia eius generis obseruata a nobis habes ad *Heroica, Achille* §. XIV. not. 23.

p. 133. ad cap. XLVII. not. 1. fin. Ceterum de πυγμαίοις ὑπογείοις adde Imagin. lib. II. narrata, vbi *Hercules inter Pygmaeos* sistitur.

p. 145. cap. VII. not. 8. post *contendit*, adde: sic inf. c. 40. varia templa obiens, Deorum id defendit exemplo, ὡδὲ οἱ θεοὶ, inquiens, πάντα τὸν χρόνον ἐν οὐρανῷ οἰκοῦσιν, ἀλλὰ πορεύονται μὲν εἰς Αἰθιοπίαν.

p. 157. cap. XX. n. 1. fin. forte non incommode legi etiam possit μαζόνων, id enim generale conuiuiorum nomen fuisse obseruat Casaub. ad Athen. IV, 13. vt sensus sit, iuuenem illum fuisse in conviuiis celebratissimum, in quibus frequens sc. insignium heluonum memoria. Vtrumque istorum magis simplex mihi videtur quam M. BOCHARTO quod placuit: cuius integram de hoc Philostrati loco commentationem hic inserere placet ex Diss. eius epistol. p. 1179.

Philostrati verba in Apollonio lib. IV. c. 6. sic se habent, Μειράκιον τῶν ἀέρων, ἅτως ἀσελγὲς νομιζόμενον, ὡς γενέσθαι ποτὲ καὶ Αμαζόνων ᾆσμα. *Adolescens e mollibus, qui putabatur ita lasciuus, vt olim fuerit etiam Amazonum cantilena.* Quaeritur quid in his verbis sit, γενέσθαι Αμαζόνων ᾆσμα; *esse*, vel, *fieri Amazonum cantilenam.* Vt huic quaestioni satisfiat, conuenit, vt a facilioribus ordiamur. Eum esse vel fieri *cantilenam* dicimus, qui est vel fit *cantilenae* materia & argumentum. Hinc apud Propert. lib. I. *elegia ad Gallum;*

Quam cito de tanto nomine rumor eris?

id est, rumoris argumentum. Et in Tibullo lib. I. eleg. 4.

Parce puer, quaeso, ne turpis fabula fiam.

vel, sicut alii volunt, *turbis*, & lib. II. eleg. 3. de Apolline;

Fabula nunc ille est, sed qui sua cura puella
Fabula sit, mauult, quam sine amore Deus.

Et in Horatio Epodon od. XI.

Heu me, per orbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fuit?

Et epist. 13. l. I. ad Vinnium Asellam,

— — Asinaeque paternum
Cognomen vertas in risum, & fabula fias.

Fabula, id est, fabulae materia & argumentum. & Iuuenal. satyra 10.

— I demens, & saeuas curre per Alpes,
Vt pueris placeas, & declamatio fias:

id est, argumentum declamationis.

Sed & Sacri Scriptores passim ita loquuntur; vt Iob. XVII, 6. הציגני למשל עמים, *posuit me in prouerbium populorum.* LXX. ἔθη δέ με θρύλλημα ἐν ἔθνεσι. & Iob. XXX, 9. ועתה נגינתם הייתי ואהי להם למלם LXX. Νυνὶ δὲ κιθάρα ἐγὼ αὐτῶν, καὶ ἐμὲ θρύλλημα ἔχουσι. Vulg. *Nunc in eorum Cantica versus sum, & factus sum eis in prouerbium.* & Psalm. LXIX, (al. LXIIX. 12. ואהי להם למשל LXX ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. Vulg. *Factus sum illis in parabolam*: id est, in Prouerbii, Cantici, & Parobolae materiam. Sic igitur ᾆσμα γενέσθαι dicitur, qui Cantilenae fit argumentum.

Ασμα porro hic intelligi non quoduis, sed σκωπτικὸν, res ipsa docet: quomodo ᾆσμα quandoque sumitur. Cum Peloponnesiorum & Boeotiorum millia sexcenta in Atticum agrum irrupissent, Athenienſium Dux Pericles Fabii instar cunctabatur, & hostes malebat mora frangere, quam cum tanto numero subire pugnae aleam, & Reipubl. salutem in discrimen adducere. Quam illis cunctationem cum multi secus interpretarentur, ἤδον ᾄσμα-

τα καὶ σκώμματα πρὸς αἰσχύνην, ἐφυβρίζοντες αὐτῷ τὴν στρατηγίαν ὡς ἄνανδρον, καὶ προιεμένην τὰ πράγματα τοῖς πολεμίοις. *Cantilenas canebant & scommata in ducis contumeliam, illius imperium vt parum virile suggillantes, quodque hostibus proderet Rempubl.* Vt habet in Pericle Plutarchus. Quibus verbis ἄσματα ideo per σκώμματα exponitur, quia ἄσματα erant σκωπτικὰ, Cantilenae derisoriae & cauillatoriae, quibus vir de patria bene meritus immerito proscindebatur. Atque haec nemini non sunt obuia.

At quorsum cantilena talis a Philostrato Ἀμαζόνων ἆσμα dicatur, quaerere est operae pretium; cum in eo nodo Viri Maximi duo, Coelius Rhodiginus & Erasmus, frustra insudaverint. Et prior quidem sic habet Antiquarum Lect. lib. IX. c. 12. *Amazones pro pauperioribus tenuiori promiscuoque victu vtentibus, apud Graecorum scriptissimos reperias, veluti qui mazam non habeant, &c. Ex his vero dilucere potest, quo sensu istud prouerbium enunciarent veteres,* Ἀμαζόνων ἆσμα; *in quo non tam mulieres, quam pauperes simpliciter, quibus mos est opulentiores frequenter conuellere, ac lautos praecipue, in necessariorum inopia saepe ipsi constituti.* Nempe in etymologico in voce Ἀμάζονες legerat Rhodiginus, λέγονται δὲ ἔτω καὶ οἱ πένητες, οἱ μάζαν οὐκ ἔχοντες: *Etiam pauperes ita dicuntur, qui mazam non habent.* Huic accedit Iesuita Alcazar. *in Apocalyps.* Amazones, ait. Paulo V. sic appellabantur, quod essent pauperes, ἄνευ μάζης. Sed cum scriptorum, quotquot extant, nullus sit, qui Amazonum vocem ita vsurpet, non puto alibi repertam, quam in aliquo Comicorum, qui pauperes sic appellauerit scurrili allusione ad vocabuli Etymon, quia sunt ἄνευ μάζης, *sine maza:* ac si ex *Abiorum* gente eosdem esse dixeris; quia βίος seu victus iis non suppetit, aut ad *Aboram* natos, quia βόρα pabulum deest. Quas Comicorum allusiones in Philostrato quis ferat, scriptore valde serio; quique adeo de sermonis elegantia cum priscis possit certare?

Merito igitur Erasmus in Adagiis, Adagio, *Amazonum Cantilena*, hoc Rhodigini commentum reiicit, tanquam *insigniter frigidum*; quamvis Rhodigino meliora non afferat. *Quid sibi velit Amazonum cantio*, inquit, *fateor mihi nondum satis compertum apud idoneos autores; nisi si cui placet vt accipiamus, Amazones ludibrii causa in molles viros cantilenas solere celebrare.* Quae mera diuinatio est, cum de Amazonibus tale nihil occurrat apud veteres. In Plutarch. *Hellenicis Quaest. 56.* reperio in Samo Insula τὸ φλοιὸν ἐπ' ἐκείνων ῥαγῆναι φθεγγομένων μέγα τι καὶ διάτορον, *Phloeum ab iis ruptum esse cum magna & contenta voce clamarent.* Sed illas aut ceciniisse, aut viros molles dicteriis & conuitiis incessiuisse, nusquam legi: neque vero id a quoquam scriptum est. Proinde ipse Erasmus huic coniecturae diffisus aliud affert; nempe, pro Ἀμαζόνων legi posse μαζονόμων. *Sic enim*, ait, *appellabant lancis genus praegrande, quo cibi inferuntur in conuiuium. Mos autem erat antiquitus, vt epula lautiores tibicine praecedente inferrentur, vt acipenser.* Quae quidem vera sunt, sed non ad rem. Acipenserem allatum fuisse μετὰ αὐλῶν καὶ στεφάνων, *cum tibiis & coronis*, post Archestratum scribit Athenaeus lib. VII. c. 12. & apud Macrobium Saturnal. lib. III. c. 16. ita loquitur Sammonicus Serenus in litteris ad Seuerum Imperatorem: *Dignatione vestra cum interfum conuiuio sacro, animaduerto hunc piscem a coronatis ministris cum tibicine introferri.* Sed αὐλητικὸς fuit is cantus, non φωνητικὸς, flatilis, non vocalis. Finge tamen fuisse vocalem; non debuit esse σκωπτικὴ, sed ἐπαινετικὴ cantio, qua commendarentur fercula, quae in mensam inferebantur. Acipenseris denique peculiarem cantionem *Acipenseris cantionem*, appellassent veteres, non in genere μαζονόμων ἆσμα, id est, *mazonomorum* seu *lancium cantilenam.* Itaque hic Erasini χοχασμὸς ne speciem quidem habet veri.

Sed ne Lectorem diutius suspensum teneam, Μαισώνων ἆσμα scribendum esse coniicio pro Ἀμαζόνων: vt sensus sit, dici hunc Iuuenem γενέσθαι ποτὲ καὶ Μαισώνων ἆσμα, *olim Maesonum etiam cantus fuisse;* quia tam vitiosae & flagitiosae vitae fuerat, vt Maesonum seu Maesonicis cantilenis & scommatibus aliquandiu fuerit obnoxius. Eam igitur Philostrati vocem exscriptores, quia non intelligebant, depravauerunt & corruperunt. *Maeson*, apud Festum, *persona Comica appellatur aut Coci aut Nautae, aut eius generis.* Calepinus reuocat ad Graecum μέσον, quasi medium significet; *quia coquorum*, inquit, *nautarum atque eiusmodi opificum personae mediae; vt quae neque seruiles videantur, cum liberae sint operae; neque omnino liberae, quum mercenariae.* Inepte & ridicule. Neque enim per ε scribitur μέσων, sed μαίσων per αι, quod Romani efferunt per ae. Sed neque Graeca vox μαίσων originis est satis certae. Quidam ἀπὸ τῦ μασᾶσθαι, *a mandendo*, deducunt. Hesychius; Μαίσων μαγειρεῖον (lege μαγεῖρον) ἄλλοι βόρον ἀπὸ τῦ μασᾶσθαι; *Maeson alii coquum explicant, alii Helluonem, a mandendo;* secuti scilicet Chrysippum philosophum, de quo Athenaeus lib. XIV. c. 22. Χρύσιππος δ' ὁ φιλόσοφος τὸν Μαίσωνα ἀπὸ τῦ μασᾶσθαι οἴεται κεκλῆσθαι, οἷον τὸν ἀμαθῆ καὶ πρὸς γαστέρα νενευκότα; *Chrysippus philosophus Maesonem a mandendo appellari autumat, velut rudem & ventri deditum.* Sed alii melius Maesonis nomen ad huius personae inuentorem referunt, *Maesonem Megarensem.* Festus, *Dici ab inuentore eius Maesone Comoedo ait Aristophanes Grammaticus.* Athenaeus, Μαίσων γέγονε κωμῳδίας ὑποκριτὴς, Μεγαρεὺς τὸ γένος, ὃς καὶ τὸ προσωπεῖον εὗρε τὸ ἀπ' αὐτῦ καλούμενον μαίσωνα, ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ὁ Βυζάντιος ἐν τῷ περὶ προσώπων. *Maeson fuit comoediae Histrio genere Megarensis, inuentor personae quam ab eo Maesonem vocant, vt Aristophanes Byzantius in*

libro

libro de Perſonis. Idem ex Polemone conſtat, ſcriptore petuetuſto, qui Maeſonem hunc ex Sicula Megara fuiſſe docet, non ex Niſaea prope Athenas, in qua regnauit Niſus. Idem Athenaeus, τὸν δὲ Μαίσωνα Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Τίμαιον ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων. *Maeſonem* definit Feſtus perſonam comicam coqui aut nautae. At in Graecis ſcriptoribus nonniſi coqui perſonam ſuſtinet *Maeſon.* Heſychius, Μαίσων μαγεῖρον, &c. Athenaeus de Maeſone Megarenſi & Ariſtophane Grammatico, εὑρεῖν αὐτὸν φάσκων καὶ τῷ θεράποντος πρόσωπον καὶ τῷ μαγείρῳ; *eum inueniſſe dicens & ſerui perſonam & coqui*, id eſt, *Maeſonis.* Quin coquorum duo genera fingebant Comici poetae, ruſticos & vrbanos, quorum illi *Tettiges*, hi *Maeſones* dicebantur. Heſychius, Τέττιξ, ἔξω τῆ συνήθως ζώῳ παρὰ Ἀττικοῖς οἱ τῶν μαγείρων ὑπηρέται ξένοι, οἱ δὲ ἐντόπιοι Μαίσωνες. *Tettix praeter commune animal*, id eſt cicadam, *apud Atticos coquorum peregrini ſerui, indigenae vero Maeſones.* Quae ſumta ſunt ex his Athenaei; ἐκάλεν δ' οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μαγεῖρον Μαίσωνα, τὸν δ' ἐκτόπιον Τέττιγα. *Veteres quidem vrbanum coquum Maeſonem appellabant, peregrinum autem Tettigem.* Hinc in Polluce lib. IV. c. 19. §. 5. inter τὰ δούλων πρόσωπα κόμικα, *ſeruorum perſonas comicas*, deſcribitur θεράπων Τέττιξ μέλας, φαλακρὸς, διάστροφος τὴν ὄψιν, δύο ἢ τρία βοστρύχια μέλανα ἐπικείμενος, καὶ ὅμοια ἐν τῷ γενείῳ; *ſeruus Tettix, niger, caluus, toruis oculis, nigros in capite cincinnos duos aut tres habens, & in mento totidem.* Sed oppoſitus Tettigi *Maeſon* ibidem eſt omiſſus. Etiam variante ſcriptura pro Μαίσων ſcribitur Μύσων. Heſychius, Μύσωνες οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων, καὶ οἱ τεχνῖται; *Muſones praecipui coquorum & artifices.* Legerim καὶ οἱ Τέττιγες, *non autem Tettiges*, qui ſunt his inferiores. Vrbani enim ruſticis praeſtant, niſi quis pro καὶ οἱ τεχνῖται legendum putet οἱ τε ναῦται, *& nautae*, vt Heſychio cum Feſto conueniat, cui Maeſon tam eſt nautae, quam coqui perſona.

Vtut eſt, ad rem noſtram maxime pertinet, quod ex Ariſtophane Byzantio addit Athenaeus, καὶ εἰκότως καὶ τὰ τούτοις πρέποντα σκώμματα καλεῖται Μαισωνικά· μάλιστα γὰρ εἰσάγονται οἱ μαγεῖροι σκωπτικοί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἐπιτρέπουσι (lege Ἐπιτρόποισι.) *Et merito Maeſonica vocantur, quae ſcommata his perſonis conueniunt: maxime enim irriſores introducuntur coqui, vt apud Menandrum in Tutoribus.* Proinde apud Philoſtratum laſciuus adoleſcens, cum luxuriae nomine Maeſonicis dicteriis laceraretur, quae plebecula paſſim cantitabat, factus fuiſſe dicitur Μαισώνων ἆσμα, non *Amazonum*, quae tot vetuſtiores de illo iuuene ne quidem cogitarunt. Miror rem ita obuiam Eraſmo aut Rhodigino de hoc loco laborantibus in mentem non veniſſe, cum neuter ignorauerit, quid eſſent *Maeſonica ſcommata.* De his enim ita Rhodiginus *Lectionum Antiqu.* lib. VI. c. 17. *Quoniam vero in Comica verſamur pragmatia, relatu dignum hautquaquam omiſerim: Maeſona fuiſſe comicum hypocriten patria Megarenſem, qui perſonam excogitauit primus, quam de eius nomine Maeſona vocant: quod Byzantius Ariſtophanes prodit in commentatione de perſonis, ab eo inuentam ſcribens ſerui perſonam, nec non coqui. Scommata quoque, quibus id genus homines praecipue ſcoptici mordaceſque vtuntur, Maeſonica vocantur.* Et Eraſmus Adagio 4654. *Dicteria petulantius iacta priſci Maeſonica vocabant, σκώμματα Μαισωνικὰ, a Maeſone quodam Hiſtrione comoediarum Megarenſi, cuius inuentum eſt perſona, quam a repertore Graeci Μαίσωνα vocabant. Reperit enim perſonam famuli & coqui; quin & veteres Graeci coquum vrbanum Μαίσωνα vocabant, exterum Τέττιγα; in comoediis autem ſemper inducuntur coqui dicaces, praeſertim apud Plautum*, &c.

Conuenit cum Hipponacio praeconio *Adagio* 2156. Quo ſcilicet pro infami nota vtitur Tullius in epiſtolis, quia Hipponax poeta fuit Iambographus amarulentus, ac notae mordacitatis, qui Bupalum & Anthermum, quod ab his deformi ſpecie pictus eſſet, verſibus Iambicis inſectatus eos ad laqueum compuliſſe creditur; quamuis id verum eſſe neget Plinius lib. XXXVI. cap. 5.

Iam ſi quis ſcire velit accuratius, cuiuſmodi fuerint Maeſonica ſcommata & dicteria, legat Plautum in *Pſeudolo* Act. III. & paſſim; & Athenaeum lib. III. c. 22. & lib. VII. c. 11. & lib. IX, 5. & lib. XIV. c. 22. quibus locis μαγειρικὰς (ſeu quod idem eſt, Μαισωνικὰς) ῥήσεις, eaſque bene longas, & ad lectorum ſane taedium & faſtidium mira patientia deſcripſit ex Damoxeno ἐν Συντρόφοις, Hegeſandro ἐν Δέλφοις, (aut vt emendat Caſaubonus Hegeſippo ἐν Ἀδελφοῖς,) Nicomacho ἐν Ἐλευθυίᾳ, Philemone Iuniore ἐν - - - -, Diphilo ἐν Ζωγράφῳ, Archedico ἐν Θησαύρῳ, Sotade Maronite ἐν ἐγκλειομέναις, Poſidippo ἐν χορευούσαις & ἀποκλειομένῃ, Euphrone ἐν Συνεφήβοις & ἐν Δικασταῖς, Soſipatro ἐν Καταψευδομένῳ, Dionyſio ἐν Ὠμονύμοις & in Ἀκοντιζομένῳ, Strabone ἐν Φοινικίδῃ, Alexi ἐν Λέβητι, Menandro ἐν Ἐπιτρόποισι & ἐν Κόλαξι, Athemone ἐν Σαμόθρᾳξιν, Antiphrone ἐν Φιλώτιδι, Battone ἐν Ἐυεργέταις, Nicoſtrato ἐν Ἀπελαυνομένῳ, & in Μαγείρῳ, & ſi qui alii diligentiam noſtram effugerunt.

p. 177. cap. XXXVI. not. 4. fin. adde *vitas Sophiſt. Scopeliano* §. III.

p. 179. cap. XXXIIX. de morte Agrippinae quae habentur, aliter referuntur a Tacito Annal. XIV, c. 8. qua de re plura vide notata in praef. ad *vitam* Apollonii.

p. 214. circa med. in verſ. pro *filios meretricios* ſubſtitue *filios collegas*: id enim ſibi vult vox ἑταιρημένους

vt fusius ostensum in praef. *ad vitam Apollonii* ex qua subiecta etiam not. 6. est emendanda.

p. 235. ad cap. VII. n. 2. post verba: *rursum* Αιγύπτιοι *ponuntur ἀντὶ* Αἰθιόπων, adde: in oratione Apollonii, quae paulo post sequitur p. 244. & 253. vbi Nilum, qui est ex Gymnosophistis Aethiopibus, Αιγύπτιον vocat. conf. & — —

p. 379. circa medium post verba: *nisi quod in hoc ad excessum fere Atticismi affectatio vigeat.* adde: Saltem igitur in stylo atque indole harum epistolarum est nihil, quod merito suspectam earum fidem nobis faciat. An aliis argumentis id fieri possit, dicere non ausim. Certe doctissimo Vigornienſium Episcopo Guilielmo Lloydio in epistola ad Bentleium, de vita Pythagorae a Porphyrio & Iamblicho concinnata ita placuisse video *Philostratum*, inquit, *Sophista qui esset, neque ignoraret, quo stylo ad Reges exarandae epistolae essent, ipsum Autorem esse epistolarum, quae sub Apollonii nomine feruntur non improbabile est. Certe id ipsum quod tam bene iis cum Historia Apollonii, a Philostrato scripta, conuenit, magis suspectas eas nobis reddere debebat. Sane ipsum Philostratum veritum vt satis esset autoritatis eis epistolis, postquam ad eas prouocasset, subiungere, certiora se ex Damidis ephemeridibus hausisse.* Verum quod vltimo loco allegat vir summus vereor ne parum sit firmum. Nam ἀκριβέστερα dicens a Damide se accepisse Philostratus, eo fidem epistolis Apollonii non derogat, sed cum Damidis historia plura suppeditaret, omnibus factorum circumstantiis expositis, quam Laconicae breuitatis epistolae Apollonii, ex iis circumstantias se collegisse ait, ad penitiorem rerum Apollonii cognitionem pertinentes, adeoque ἀκριβέστερα non tam *certiora* sunt, quam magis exacta atque accurata. Reliqua vero ab eo allegata merae sunt suspiciones. Equidem in ipsis epistolis nos quoque nonnulla obseruauimus, quae scrupulum mouerent, eaque de re in notis aliquoties Lectores monuimus, sed neque omni exceptione ista maiora sunt, neque omnes epistolas illas concernunt. In quarum nonnullis magis profunda est philosophia, quam quae in Philostratum competere videatur. Neque verosimile est audacter adeo ad Bibliothecam Imperat. Hadriani apud Antiates, quae pluribus haut dubie patebat, prouocaturum fuisse, si ipse harum epistolarum extitisset faber, facile ab eruditis hominibus reuincendus. Si contradicere igitur nefas sit viro summo, cuius maxima apud nos autoritas, suspendere saltem iudicium liceat, donec certiora argumentis clarioribus fuerimus edocti.

p. 483. in textu lin. antepenult. pro ὡς διαβεβλημένοι Vaticanus codex vnus legebat ὡς διαβεβλημένων quod magis probem; Sic vero vertendum: *sed quod inuisum id esset iudicibus.*

p. 488. lin. 15. pro Δημοσθένης rectius haut dubie legunt Δημοσθένες Vaticani duo.

p. 489. lin. 1. excidisse ab initio vitae Fauorini videtur particula, ὁμοίως. Nam vterque Vaticanus ita eam vitam exorditur. ὁμοίως καὶ Φαβωρῖνον &c.

ibid. §. II. lin. 5. & 6. magis probem lectionem vtriusque Vaticani

Τυτὶ δὲ Αδριανῷ ἔπαινος εἴη ἂν μᾶλλον.

p. 490. lin. 9. pro ὑποδέχομαι δὲ, malim ex Vaticanis rescribi ὑποδέχομαι δή.

ib. §. III. lin. 10. malim cum Vaticanis πότε σε ἴδω, quam vt editum a nobis πῶς σε ἴδω.

ib. lin. 13. post τῶντε βιβλίων Vaticani addunt: ὅποσα ἐκέκτητο, *quotquot possidebat.*

p. 491 §. IV. lin 5. pro ἡγέμεθα forte melius Vaticani: ἡγώμεθα.

p. 493. lin. 4. pro ἰαμβείων Vaticani habent ἰάμβων.

p. 494. in Protag. lin. 18. iidem pro ἐνεχθείσης habent ἐπενεχθείσης.

p. 495. in Hippia lin. 15. post πρεσβεύσας iidem inferunt ὑπὲρ τῆς Ηλίδος. & sq. linea ἀλλὰ καὶ χρήματα habent, pro ἀλλὰ χρήμ.

p. 502. lin. 2. μετέβαλον δ' ἂν καὶ quod habet Vatic. A. magis probo quam quod nos inueneramus, μετέβαλον δὲ καί.

p. 503. vita Isocr. lin. 3. ad voc. κατηγορεῖ non tantum in malum sensum, sed & in bonum vocem vsurpari obseruat Thomas Magister hoc ipso allegato loco, vbi τὸ κατηγορεῖν interpretatur ἐπάνω τινος ἀγορέυειν.

p. 510. §. V. lin. 5. pro παρανομέντων Vaticani habent παρανοέντων, quod aptius haut dubie est. Scilicet Rhodii *peruersi iudicii* Athenienses accusant.

p. *517. lin. 30.* Vaticani rectius habent τὸν αὐτῷ πλοῦτον quam quod editum a nobis est τὸν ἐκείνῳ πλοῦτον.

p. 521. ad §. VII. n. 4. fin. Eamque coniecturam nostram firmat cod. Vaticanus, qui hanc ipsam lectionem ἦσαι exhibet.

ib. §. VIII. lin. 12. in textu ἴσκωσι legendum, pro ἴσκοντες, quod ex Homero edidi, prioris enim lectionis vestigia in omnibus sunt MSS.

p. 516. lin. 2. pro ἀπετώθασεν rescribendum ἐπετώθαζεν ex Vaticanis.

p. 536. lin. vlt. text. pro ἐς τὴν ξυνουσίαν scribi malim ἐπὶ ξυνουσίᾳ ex Vaticanis.

p. 542. §. X. lin. 7. pro σοφῶν rectius forte cum altero Vaticano legemus σοφιστῶν.

p. 543. §. XI. lin. 21. pro ᾄδενὸς ἂν τῶν θαυμασίων ἱερῶν παρ' αὐτοῖς ἀπῆξ. Malim cum Vaticanis ᾄδενὸς ἂν τῶν θαυμασίων παρ' αὐτοῖς ἱερῶν ἀπηξιώθη.

p. 550. lin. 6. ἀπετέλεσεν malim cum Vaticanis pro ἐπετέλεσεν. & *lin. 20.* cum iisd. πρῶτος malim quam πρῶτον.

p. 551. ad not. 8. post verba, de cuius rebus paulo post plura. adde: *Anniae* ei praenomen fuit, vt patet ex inscriptione, Romae, in septis monasterii Coelestinorum ante paucos annos reperta, & a Bernardo Montfaucon Diario Italico p. 125. inserta:

AN-

ΑΝΝΙΑ ΡΗΓΙΛΛΑ
ΗΡΩΔΟΥ ΓΥΝΗ ΤΟ ΦΩΣ
ΤΗΣ ΟΙΚΙΑΣ ΤΙΝΟΣ ΤΑΥ
ΤΑ ΤΑ ΧΩΡΙΑ ΓΕΓΟΝΑΝ

h. e. *Annia Rhegilla, Herodis coniux, domus lumen, cuius ista loca fuere.*

p.553. lin.7. forte rectius est λέγοντος quod habent Vaticani, quam λέγοντα.

p.558. lin.10. διαβέβληντο πρὸς αὐτὸν] i. e. διαβεβλημένως εἶχε πρὸς αὐτὸν, vt iuxta Thomam Magistrum interpreter, vel κακὸν ἡγεῖτο αὐτὸν, vide ipsum eius generis alia ex Thucydide & Demosthene allegantem.

p.561. lin.14. περὶ τὴν δίκην substituerem pro παρὰ τὴν δίκην cum Vaticanis.

p.568. Antiocho lin.12. ἀπεκάθευδεν, quod habent Vaticani, praeferrem ei quod editum est ὑπεκάθευδεν.

p.570. Alexandro lin.7. ad voc. ἀνάθημα hunc locum respexisse puto Thomam Magistrum in diction. Atticis, quem tamen hic ἀνάθεμα legisse observo, quod reprehendit. Ἀνάθημα inquit, ἐκ ἀνάθεμα, εἰ καὶ φιλόσοφος ἀνάθεμα τῆς Σμυρναίων ἀγορᾶς λέγει. Insuper Thomam Σμυρναίων pro Ρωμαίων hic legisse patet, quae mihi probabilior lectio est.

p.591. lin.5. pro φωνῇ Vaticani habent ἐπιστροφῇ quod idem cum *apostrophe*, idque hic rectius locum tueri existimem.

p.573. lin.19. pro ἐπισκώπτων suspicor esse scribendum ἐπικόπτων, *inhibens* vel *reprehendens*, eius enim potius quam ἐπισκώπτοντος sunt quae sequuntur. Passim istas voces amanuensium errore permutari, alibi nobis ad has vitas est obseruatum.

p.577. lin.1. ὅρων scribendum pro ὅρων & vertendum *terminis*. Nempe sensus est terrae marisque limites siue terminos confundi.

p.579. §. II. lin.10. pro εὐδοκιμηκὼς ἐν αὐτῇ melius Vaticani εὐδοκ. ἐπ' αὐτῇ.

p.586. lin.9. perplacet, quod Vaticani habent, pro διανοίας, ἰδέας, est enim ista vox nostro vsu frequentissima.

